


B
23924

✠
Soy de Don José Meliton Pastor
Presbítero.



38E

LIBRI XX.

A circular purple ink stamp from the Biblioteca Municipal de Madrid. The text "BIBLIOTECA MUNICIPAL" is curved along the top inner edge, and "MADRID" is curved along the bottom inner edge. In the center is a heraldic crest featuring a crown atop a shield, which is supported by two lions.

DE IMPERIO RATIONIS, siue De Machabæis Liber I.
Hæc omnia post Gelenij multam operam, studio ac diligentia A. Morguesij
cum Græco summa fide collata, in lucem denuo prodeunt.

Cum Indice locupletissimo.



APVD HÆREDES IACOBI IVNCTÆ.

M. D. L X V I.

No es solo prohibido por el ex-purgar. El año de 1692, por
quanto esta entengualadna. y solo se pide el q. esta adunado en Rukname
sen shaleneuabulcan y unido al Pakt-Mahmud. El Santo a 13 de Agosto.

F. IOSEPHI ANTIQVITATVM

I V D A I C A R V M

LIBRI XX.

Adiuncta est simul Iosephi Vita ab ipso literis mandata.
Omnia à Sigismundo Gelenio è Græco in sermonem
Latinum conuersa.



DE BELLO IVD A I C O LIBRI VII.
*Græcorum codicum collatione per Sigis. Gelenium
castigatissimi facti.*

CONTRA APIONEM LIBRI II. qui cū antea corruptissimi essent, iam
ex Græco non emendati solum, sed suppleti etiam opera eiusdem Gelenij.

DE IMPERIO RATIONIS, siue De Machabeis Liber I.
*Hec omnia post Gelenij multam operam, studio ac diligentia A. Morguesij
cū Græco summa fide collata, in lucem denuo prodeunt.*

Cum Indice locupletissimo.



236076

LUGDVNI,

APVD HÆREDES IACOBI IVNCTÆ.

M. D. LXVI.

No es delo prohibido por eler pugar. El ano de 1691. por
quanto esta en lengua latina y lo sepe el Geta habiendo en Roma
en el Palacio de Madrid. El Santo a 19 de Agosto

AVTORES QVORVM POTISSIMVM

TESTIMONIO PARTIM COMPROBATO,

partim confutato Iosephus historiæ suæ
fidem facit.

Acusilaus Argiuis
Agatharchides Gnidius
Alexander Polyhistor
Andreas
Apion grammaticus
Apollonius Molo
Apollodorus
Ariphanes
Aristæus
Aristoteles
Berosus Chaldæus
Cadmus Milesius
Castor Chronographus
Chæremon
Chœrilus poëta
Conon histo.
Demetrius Phalereus
Dius histo.
Ephorus
Eftius
Euhemerus
Eupolemus
Hecæus Abderita
Hellanicus
Hermippus
Hermogenes
Herodotus

Hesiodus
Hieronymus Aegyptius
Homerus
Isidorus
T. Liuius
Lyfimachus
Manethon
Menander Ephesus
Mnaseas Damascenus
Mochus
Nicolaus Damascenus
Pherecydes Syrius
Philon senior
Philostratus
Polybius Megalopolitanus
Polycrates
Posidonius
Pythagoras
Strabo
Thales
Theodotus
Theophilus
Theopompus
Theophrastus
Thucydides
Timæus
Zopyrion

CLA-

E P I S T O L A.
CLARISSIMO ET AMPLIS-
SIMO DOMINO IO. IACOBO

*Fuggero, in Kirchberge & Vuisenborn Comi-
ti, &c. Sigismundus Gelenius*

S. D.



VM omnis institutio, vel singulorum hominum ad bea-
tam vitam contendendum, vel cœtuum formâ in com-
mune viuendi quærentium, præceptis constet exem-
plisque, vt nosti Fuggere vir magnifice, consentire vi-
deo in hoc sapientes, neutrum aliunde melius peti quàm
è sacris literis: quas tanto tutius sequimur, quanto cer-
tiora sunt diuina oracula humanis opinionibus: quæ
dispendiosis suis ambagibus nihil aliud ostēdunt, quàm
frustra id conatos summos quidem viros, sed humana
sapientia præditos, quod non nisi à diuinis & numinis
fauore adiutis præstatur: sine quo nec via salutis iniri, nec ineundæ eius modus aliis
monstrari potest. Et quamuis vtræque iam dicta ratio sit absolutior, si coniungantur:
sicut ex ipsis liquet sacris literis, (vbi tam legis primam bene conditis hominum pe-
ctoribus à rerum opifice insertæ, mox exolecente paulatim eius memoria, per eun-
dem præconio Mosis in communem vitam reuocatæ, summaria capita, quàm homi-
num Deo carorum, vel priuatorum, vel ducum atque regum, gesta produuntur:) ha-
bent tamen hæ separatam etiam tractationem. Nam ante exortam Seruatoris legem
homines quidam ingeniosi qui se philosophos nominauerunt, veritatem ceu per te-
nebras palpare aggressi, præcepta vitæ formandæ conati sunt tradere vnâ cum dog-
matibus ad felicitatem sectandam pertinentibus: alij res regum ac populorum man-
dauerunt literis, vnde magnam colligere liceat exemplorum copiam. Illorum lectio
habita est præ cæteris utilis: & re vera fuisset, si veritatē captatam potuissent assequi:
nos in hoc feliciores, quibus sacræ literæ affatim repræsentant quod illis obtingere
non potuit, lectio non modo utilis, sed & necessaria. Proxima utilitas est in historiis,
peculiari quadâ voluptate ad sui cognitionem inuitantibus, vt ab his legēdis pauci,
modo sint literati, abstineant, cum illa magis seria quibusdam aut non vacet euolue-
re, aut non libeat. Sed delectu opus est in tanta historicorum varietate, si nolis ope-
ram & bonas horas perdere. sunt enim qui nihil aliud quàm ludūt, & aures animosq;
otiosos demulcent in hoc tantum factis narratiunculis, quales sunt Heliodorus, Phi-
lostratus, & his antiquiores, sed nihilo grauiores Herodotus, & Ctesias ob nimiam
mendaciorum licentiam dudum obliterated, in quibus vix quicquam probes præter
facundiam. Doctiores sunt alij, vt imbuti philosophia, sed magno discrimine. nam qui
Epicureorum, aut Peripateticorum non multo saniorum duntaxat quod ad pietatis
dogmata attinet sectam secuti sunt, pro suis affectibus multa produnt tam inutilia, vt
ne noxa quidem careant. quid enim bonæ rei potest expectari à tollentibus immor-
talitatem animorum, & diuinam prouidentiam? & hi ferè proponunt sibi celebra-
da quædam vasta verius quàm magna ingenia, Xerxes, Alexandros, Cæsares. Plus
bonæ frugis haurire licet ex accedentibus propius ad Academicos Stoicósue, qui res
laudatorum principum aut populi Romani, præsertim illius prisce, transmiserunt ad
posteror. huius generis sunt, Plutarchus, Dionysius, Xenophon, Polybius, & Latini
aliquot qui sibi grauitatem ceu peculiarem vindicant. Sed longe utilissima, nec inui-
cunda est sacra historia, olim propter excellentiam & claritatē, sed maxime propter
certissimam sincerissimamque veritatem, etiam profanis expectita regibus, patrum
priscorum mores, vitas, resque tam domi quàm foris gestas continens: quique eius
cōpendium scripsit, & vbi illa desit reliquam vsque ad suam ætatem attexuit, Iose-
phus vir patriarum literarum cognitione nemini suæ gentis secundus, externæ verò

literaturæ studiis vel cum Philone conferendus, facundia pollens quæ plus virum quàm fucorum habeat, nec minus philosophum quàm historicū deceat : quem non est opus prædicare prolixius, quando ipse satis ostendit qualis fuerit, modestissime vitam suam scribēs, quæ nunc primùm in præsentī operum eius editione legi potest à Latinis hominibus. huius scriptoris monumenta cum circumferantur, & pàssim ab omnibus suo merito teràtur, Rufino vt titulus pollicetur interprete, mihi nunquam persuaderi potuit antiquitates Iudaicas ab eo viro versas: vel quòd non referant peritum vtriusque linguæ hominem, qualis Rufinus fuit habitus suo seculo: vel quòd stilo belli Iudaici sint dissimiles. Id Antiquitatum opus non ita dudum ex officina Frobeniana prodiit, conflatum ex duobus exemplaribus mutilis, è diuersissimis petitis orbis tractibus: bono tamen quodam casu euenit vt vtrunque egregie suppleuerit lacunas alterius, ac mox non defuerunt qui Latinam versionem nouam requirerēt: effeceruntque amici vt suscepta prouincia tirocinium vertendi in eo scriptore ponerem: figlinæ (iuxta prouerbiū) in dolio. Inter vertendum deprehendi non solum deprauata multa in Latinis, sed etiā quibusdam locis deesse versūs non paucos, nam xvi. Antiquitatum libro, cap. iuxta vulgatas editiones septimo, iuxta Græcorū distinctionem quam nos sequimur xi. desiderabatur integra pagina, & in calce eiusdem libri non multo minus: id quod vel librariorum vel interpretis etiā culpa accidit, sed non in his tantum paginis. Itaque omnia meliore fide conatus sum reddere, stilo planiore, nec rudiore tamen opinor. Ausus igitur rem subiturā censuras varias, cœpi circūspicere de aliquo, cuius præiudicio tutus possem minus de cæteris criticis esse sollicitus. In eo delectu succurrebat mihi ante alios Io. Iacobus Fuggerus, nimirum ea familia natus, in quam singulari cælestis numinis virtus & fortuna tantum ornamentorum certatim contulerunt, vt per vniuersam Europam, atq; etiam longe extra eius limites, tam sit celebris, tam apud summos monarchas gratiosa, vt nihil sic quod hac parte vel principibus viris inuideat: & quod peculiariter ad meum desiderium attinebat, habeat in suo stemmate viros literatos literatorūq; patronos eximios, & vel hoc merito omni posteritatis memoria dignissimos, nuper Raimūdum, nunc Antonium eius fratrem familiæq; columnen, & insignem Des. Erasmi patroni quondam nostri amicum: te verò tertium (ne alios mihi minus notos commemorem) adeò expositum & candidum acrique iudicio hominem, vt tuæ censuræ non minus probari cupiam, quàm excellentissimorum in vtraque literatura professorum nostri huius haud ineruditi seculi. Et pulchre conuenire videbatur, vt scriptor qui in omnibus præsertim Christianorum regionibus etiam vulgo teritur, præferret in frōte ceu tutelare nomen viri apud omnes eas gentes non solum notissimi, verum etiam laudatissimi. Deterrebat hoc vnum quòd ignotus essem tanto Mœcenati: sed contra cogitabam multos similibus occasionibus innotuisse feliciter, itaq; sic nutantem, vt tamen propensior essem ad demerendam tuam gratiam, impulit non inuitum noster vetus amicus & liberorum tuorum ad imitandam paternam excellentiam incensor adiutorque Ludouicus Carinus, vir magnatibus merito carus, integer, pius, eruditus, cordatus: qui talibus coloribus te mihi depinxit, verissimis quidem illis vt est ipse sincerus, quales in hāc tabulam conferre, nec sine modestiæ tuæ vexatione possem, nec sine adulationis suspitione. Accipies igitur vir præclarissime opus hoc per otium inspiciendum: quod si tibi tale videbitur vt ferri possit à lectore non fastidioso, erit mihi incitamentum ad aggrediendos etiam autores alios: accipies & Gelenium tuum in clientelam, quam nemo non expetit: ipse vehementer opto vt ea dignus sim. Deus te perpetuò seruet patrone (iam enim hāc salutandi formulam mihi tua pace permitto) obseruandissime, vñà cum liberorum suauissima cohorte totaque familia, cui me commendatum cupio, si non de officiolo, saltem de studio addictissimo. Basileæ, calendis Augusti, anno à natiuitate Christi seruatoris humani generis M D X L V I I I.

T E S T I

D. HIERONYMI DE

IOSEPHO TESTI-

MONIUM.



IOSEPHVS *Matthathia filius, ex Hierosolymis sacerdos, à Vespasiano captus, cum Tito filio eius relictus est. Hic Romam veniens, septem libros Iudaica captiuitatis Imperatoribus patri filioque obtulit, qui & bibliotheca publica traditi sunt. Et ob ingenij gloriam statuam quoque meruit Roma. Scripsit autem alios viginti Antiquitatum libros, ab exordio mundi, usque ad decimumquartum annum Domitiani Caesaris, & duos ἀρχαϊότατος aduersum Apionem grammaticum Alexandrinum: qui sub Caligula legatus missus ex parte gentilium, contra Philonem etiam librum vituperationem gentis Iudaica continentem scripserat. Alius quoque liber eius, qui inscribitur περὶ αὐτοκράτορος λογισμῶν, valde elegans habetur, in quo & Machabaeorum sunt digesta martyria. Hic in decimo octauo Antiquitatum libro manifestissime confitetur, propter magnitudinem signorum Christum à Phariseis interfectum, & Ioannem Baptistam vere prophetam fuisse, & propter interfectionem Iacobi Apostoli dirutam Hierosolymam. Scripsit autem de Domino in hunc modum: Eodem tempore fuit Iesus vir sapiens, si tamen virum eum oportet dicere. Erat enim mirabilem patrator operum, & doctor eorum quilibet vera suscipiunt: plurimos quoque tam de Iudeis quàm de gentibus sui habuit sectatores, & credebatur esse Christus. Cùmque inuidia nostrorum principum cruci eum Pilatus addixisset, nihilominus qui eum dilexerant perseuerauerunt. Apparuit enim eis tertia die viuus, multa & hac & alia mirabilia, carminibus prophetarum de eo vaticinantibus: & usque hodie Christianorum gens, ab hoc sortita vocabulum, non defecit.*

CANDIDO LECTORI S.

Quum noua hæc Iosephi Antiquitarum Latina cōuersio, quæ iuxta Græcum exēplar est dissecta, antiquæ translationi capitū distinctione nō consonaret, visum nobis est, vetustam diuisionem in studiosorum gratiā margini annotare, quo loci inde à scriptoribus ante hæc nostrā æditionem citati, facilius inueniri possint: quod quidem more nostro fecimus, quo quicquid literis deditorum vsui iudicamus conducibile, vsq; in mediū proferre studeamus. Vale bene, & industriā nostram fauore mutuo amplectere.

† 3 ELENCIIVS

ELENCHVS RE- RVM OMNIVM, QVAE IN VTRAQVE IOSEPHI HISTO- RIA, TAM ANTIQVITATVM IVDAI-

carum,quàm Belli Iudaici continentur,per argumēta
quibuscuis singulorum librorum capitibus(vt
in Græco exemplari habentur) præ-
missa,descriptus.

ANTIQVITATVM LIBER I.

P Roemium	Cap.1
Mundi creatio, & elementorum disposi- tio	Cap.2
De posteritate Adami, & decem etatibus usque diluuium	Cap.3
De diluuiio, & quomodo Noë in arca cum familia ser- uatus habitauit in campo Senaar	Cap.4
De turri Babylonica, deq; linguarum mutatione	Cap.5
Quomodo Noë posteri per totum terrarum orbem sca- des sibi occupauerint	Cap.6
Quòd gentes singulæ à suis autoribus nomina traxe- rint	Cap.7
Quomodo Abraham generis nostri autor è Chaldeorum terra profectus habitauit regionem quondam Chana- neam, quæ nunc Iudea dicitur	Cap.8
Quòd sane Chananeam premente Abrahamus in Aegyptum est profectus: & ibi aliquantisper commo- ratus, retro unde uenerat est reuersus	Cap.9
Sodomitarum clades ab Assyriis accepta	Cap.10
Quomodo Abrahamus Assyrios aggressus tam captiuos quàm reliquam prædam uictor reduxit	Cap.11
Quomodo Deus Sodomitarum gentem excidit, flagitiis eorum offensus	Cap.12
De Ismahele Abrahami filio, eiùsque posteris Arabi- bus	Cap.13
De Isaco legitimo Abrahami filio	Cap.14
Saræ obitus Abrahami coniugis	Cap.15
Quomodo è Chetura, Abrahamo nupta, Troglodytarum gens prouenit	Cap.16
De obitu Abrahami	Cap.17
De Isaci filius Esau & Iacobo, & natiuitate eorum ac educatione	Cap.18
De Iacobo metu fratris in Mesopotamiã profugo	Cap.19
Mors Isaci, & sepultura in Hebrone	Cap.20

ANTIQVITATVM LIBER II.

Q uomodo Esau & Iacobus Isaci filij diuiserunt ha- bitationē, & quòd Esau Idumæa, Iacobo Cha- nanæa contigit	Cap.1
Quomodo Iosephus Iacobi filiorum natu minimus pro- pter somnia future sue felicitatis prænuucia in fratrum inuidiam incurrit	Cap.2
Quomodo Iosephus in Aegyptum uenditus à fratribus illustris ibi factus est, & fratres tandem in sua pote- state habuit	Cap.3

Quomodo Iacobus cum tota progenie ad filium migræ- uit	Cap.4
De afflictionibus Hebræorum in Aegypto per annos CCCC.	Cap.5
Quomodo Moyse duce Aegyptum reliquerunt	Cap.6
Quomodo mare scissum Hebræis Aegyptios fugientibus uiam aperuit	Cap.7

ANTIQVITATVM LIBER III.

Q uomodo Moyse populum ex Aegypto in Sina montem eduxit	Cap.1
De Amalecitarum & sociorum clade, & præda quæ Israëlitis inde obtigit	Cap.2
Raguelis consilium quod genero suo Moyse dedit	Cap.3
Moyse cōsensu Sina mōte acceptas à Deo decem præ- ceptorum tabulas ad populum reportat	Cap.4
De tabernaculo per Moysem in terra deserta factio, quod similitudinem templi portatilis referebat	Cap.5
De arca in qua tabulas legis Moyse collocauit	Cap.6
De mensa & candelabro aureis, deq; altaribus taberna- culi	Cap.7
De pontificali ac sacerdotali ornatu	Cap.8
De Aaronis sacerdotio, & leges quæ ad festa ac sacrificia spectant	Cap.9
Leges de sacrificiis & purificationibus	Cap.10
Leges belli, & consuetudines	Cap.11
Seditio contra Moysem propter egestatem, & seditioso- rum pœna	Cap.12
De speculatoribus, qui explorata Chananeorum regione reuerfi Israëlitis terrorem hostium incusserunt	Cap.13

ANTIQVITATVM LIBER IIII.

H ebræorum infcio Moyse cum Chananeis pugna & clades	Cap.1
Seditio per Corem aduersus Moysem, & fratrem pro- pter sacerdotium excitata	Cap.2
Quomodo seditionis concitatoribus diuina ultione ex- tinctis, sacerdotium Aaroni & filiis est confirmæ- tum	Cap.3
Quæ Hebræis in deserto per annos XXXVIII. obue- nerunt	Cap.4
Quomodo Moyse deuicit Schonē & Ogem Amoreo- rum reges, deleuitque eorum copias	Cap.5
De Balamo uate	Cap.6
Hebræorum de Madianitis uictoria, & Amoritis regio quomodo à Moyse duabus cum dimidiata tribubus cō- cessa	

IN IOSEPHVM

cessa
Moyſis leges, & quomodo ex hominibus eſt ſubla-
tus

Cap. 7
Cap. 8

ANTIQUITATVM LIBER V.

Quomodo Ieſus Hebræorum imperator debellatis ac-
ceſſis Chanaanis terram eorum ſorte diuiſit
tribubus Cap. 1
Quomodo poſt mortem imperatoris Iſraëliæ neglectis
patriſ religionibus in extremas calamitates incide-
runt, & exorto ciuili bello ex uniuerſis Beniamitis
d c. tantum ſuere ſuperſtites Cap. 2
Quomodo propter impietatem in Aſſyriorum ſeruitutē
à Deo populus Iſraëliſtarum eſt traditus Cap. 3
Libertas per Cenizum reddita Cap. 4
Quomodo populus ruruſum à Moabitis eſt ſubiugatus, &
per lodem e ſeruitute exemptus Cap. 5
Quomodo ſub Chanaanæorum imperium reducti, & per
Baracum in libertatem ſint repoſiti Cap. 6
Quomodo Amalecitis deuictis Iſraëliſtis regionem eorū
per ſeptem annos uſtauerunt Cap. 7
Quomodo Gedcon populum liberauit Cap. 8
Quomodo aliquot ſucceſſores Gedconis cum gentibus
circumquaque finitimis bella geſſerunt Cap. 9
De Sampſonis fortitudine, & quanta mala Paleſtinis fe-
ccrit Cap. 10
Quomodo filij ſacerdotis Elis à Paleſtinis in prælio ſuni-
caſi Cap. 11
Quomodo Elis audita filiorum cæde, & arcæ amiſſione,
proſtratus de throno exſpirauit Cap. 12

ANTIQUITATVM LIBER VI.

Quomodo Paleſtini peſte, & fame coacti arcam He-
bræis remiſerunt Cap. 1
Victoria Hebræorum duſtu Samuelis Cap. 2
Quomodo Samuel deficientibus per etatem uiribus, re-
rum adminiſtrationem filiis ſuis commiſit Cap. 3
Quod populus offenſus Samuelis filiorum moribus, regē
ſibi dari poſtulauit Cap. 4
Saulus iubente Deo rex declaratur Cap. 5
Sauli uictoria contra Ammanitis Cap. 6
Paleſtini Hebræos bello aggreſſi uincuntur Cap. 7
Victoria Sauli contra Amalecitis Cap. 8
Samuel ad Dauidem regiam poteſtatem tranſfert Cap. 9
Expeditione noua Paleſtinorum contra Hebræos Cap. 10
Singulare certamen Dauidis & Goliathi, ſequutæque
Paleſtinorum clades. Cap. 11
Saulus Dauidis fortitudinem admiratus, filiam ei in ma-
trimonium collocat Cap. 12
Quod Saulus rex Dauidi necem ſit molitus Cap. 13
Quomodo Dauid aliquoties inſidias regis egre elapſus,
bis tamen eum in poteſtatem ſuam reductum interſi-
cere non iuſtinuit Cap. 14
Hebræi à Paleſtinis magno prælio uincuntur, in quo Saul-
lus rex una cū filiis fortiter pugnās occubuit Cap. 15

ANTIQUITATVM LIBER VII.

Dauid apud Hebronē unius tribus rex creatur, in re-
liquis Sauli filius paternū regnum obtinet Cap. 1
Iebosai amicorū inſidiis interfecto, uniuerſum regnum
ad Dauidem deuenit Cap. 2

Dauid ui captis Hieroſolymis Chanaanæos inde populari-
ter eiicit, urbemque Iudeis uictoribus inhabiandam
tradit Cap. 3
Dauid Paleſtinorum bello impetitus apud Hieroſolyma
uictoriam illuſtrem conſequitur Cap. 4
Dauid ſubactis finitimis gētibus tributa illis imponit Cap. 5
Damaſceni à Dauide uincuntur Cap. 6
Quomodo Dauid Meſopotamios deuicit Cap. 7
Quomodo per inſtinum ſamiiæ diſſidium Dauid à filio
regno pulſus eſt Cap. 8
Abeſalomus contra patrem proſectus cum exercitu pe-
riit Cap. 9
Quomodo Dauid regno reſtitutus feliciter uiuit Cap. 10
Dauid ſe uiuente Solomonem filium ſuum regnum au-
ſpicari uoluit Cap. 11
Mors Dauidis, & quantum filio ad ſtructuram templi
reliquerit Cap. 12

ANTIQUITATVM LIBER VIII.

Quomodo Solomon regnum adeptus inimicos ex-
puliſit Cap. 1
De Ja, ieniz Solomonis & prudentia & diuitiis, quod-
que prius Hieroſolymis templum ædificauit Cap. 2
Solomone deſuncto populus à Roboamo eius filio deſi-
ciens Hieroboamum decem tribuū regem fecit Cap. 3
Suſacus Aegyptiorum rex captis Hieroſolymis diuitias
eius urbis in Aegyptum tranſportauit Cap. 4
Hieroboami contra Abiam filium Roboami expeditio
& clades, & quod Baſanes Hieroboami generis ex-
ſtirpator, ipſe regnum occupauerit Cap. 5
Aethiopum irruptio in Hieroſolymitanum agrum ſub
Aſano, & exercitus eorum interitus Cap. 6
Baſane ſtirpe ſublata apud Iſraëliſas, Zamares, & poſt
hūc Amarinus & Achabius filius, regnū obtinet Cap. 7
Adadus Damaſci & Syriæ rex bis contra Achabum du-
cto exercitu proſtigatur Cap. 8
De Iofaphato rege Hieroſolymorum Cap. 9
Achabius à Syris bello laceſſitis in prælio uictus occidi-
tur Cap. 10

ANTIQUITATVM LIBER IX.

Ioramus Achabi filius Moabitæ bello petitos ſuperat
Cap. 1
Ioramus Hieroſolymorum rex principatum adeptus fra-
tres & paternos amicos interfecit Cap. 2
Exercitus Iorami deletur ab hoſtibus, & filij perimun-
tur, unico excepto, poſtremo ipſe miſera morte tolli-
tur Cap. 3
Damaſcenorū rex Iſraëliſarū regē bello impetit Cap. 4
Ioramus à Ieu magiſtro equitū cum tota ſtirpe occiditur,
& cum eo Hieroſolymitanus rex Ochozias Cap. 5
Ieus inter Iſraëliſas regnat apud Samariam, & poſt eum
uſque quartam generationem eius progenies Cap. 6
Gotholia per ſumum neſas Hieroſolymis regnū occu-
pat, qua poſt ſextum annum caſa pontifex Ochozie
filium regem conſtituit Cap. 7
Azacis Damaſcenorum regis contra Iſraëliſas, ac mox
contra Hieroſolymitas expeditiones Cap. 8
Amiſſus rex Hieroſolymitanus exercitu contra Idumæos
& Amalecitis duſto, uictor euadit Cap. 9
Amalie uictoria de Iſraëliſis & Ioræ rege eorum reſor-
tata Cap. 10

† 4 Quomodo

ELENCHVS ARGVMENTORVM

Quomodo Ozias uicinas gentes subegerit Cap. 11
 Rase Damascenorum rege Hierosolymitas bello uexante
 Achaz corum rex coactus est Assyriorum regem
 in Damascenos immittere Cap. 12
 Assyriorum rex ui expugnata Danaſco, & occiſo rege,
 populum traducit in Mediam, aliis gentibus Damasceni
 in coloniam deductis Cap. 13
 Salmanaſar capto Iſraelitarum rege, & decem tribubus
 translatis in Mediam, Luthcos in eorum regionem
 migrare iubet Cap. 14

ANTIQUITATVM LIBER X.

Senacheribi Assyriorum regis expeditio Hierosoly-
 mitana, & Ezechie regis oppugnatio Cap. 1
 Quod Assyriorum exercitus una nocte peſte abſumptus
 eſt, & quod rex eorum domum reuerſus filiorum in-
 ſidiis periit Cap. 2
 Ezeccias ab infeſtatione Assyriorum liberatus cum ali-
 quando uixiſſet in pace, decedens Manaſſe filio re-
 gnum reliquit Cap. 3
 Manaſſes à Chaldeorum ac Babyloniorum rege captus,
 poſt aliquantum temporis ab eo rurfum in regnum
 ſuum reſtituitur Cap. 4
 De Ioſia rege Cap. 5
 Nechao rege Aegypti contra Babylonios per Iudeam
 exercitum ducere uolente, Ioſias uetare conatus præ-
 lio uictus occiditur Cap. 6
 Nabuchodonoforus inuadens Syriam Ioachimum ad ami-
 citiam & ſocietatem ſuam pertrahit Cap. 7
 Nabuchodonoforus Ioachimum rurfum Aegyptiorum re-
 bus ſtudentem interficit, & Ioachimum eius filium pro
 eo regem conſtituit Cap. 8
 Babylonius mutata ſententia Ioachimum obſidet, deducit
 que ultro captiuum Babyloniam abducit Cap. 9
 Sedecias Hierosolymorum rex à Babylonio conſtituitur
 Cap. 10
 Captis Hierosolymis Nabuchodonoforus populum tra-
 ducit in Babyloniam Cap. 11
 De ſucceſſoribus Nabuchodonofori, & quod Cyrus eo-
 rum imperium in Perſas tranſtulit, & quomodo ſe tum
 res Iudeorum apud Babylonios habuerint Cap. 12

ANTIQUITATVM LIBER XI.

Cyrus Perſarum rex Iudeos Babylone dimiſſos pri-
 ſtinas ſedes permittit repetere, collata eis in ædi-
 ficationem templi pecunia Cap. 1
 Regij duces & ſatrapæ Iudeos ab ædificatione templi
 prohibent Cap. 2
 Cambyſes Iudeos ab ædificando templo omnino prohi-
 bet Cap. 3
 Darius Hyſtaſpis filius templum Iudeis ædificat Cap. 4
 Xerxis Darij filij in Iudeorum gentem beneficia Cap. 5
 Quomodo Artaxerxes regnante parum abſuit quin tota
 Iudeorum gens Amani dolo extingueretur Cap. 6
 Bagoſes, penes quem Artaxerxis iunioris exercitus fuit
 imperium, multis iniuriis Iudeos afficit Cap. 7
 Quanta Alexander Macedonum rex in Iudeos beneficia
 contulerit Cap. 8

ANTIQUITATVM LIBER XII.

Ptolemæus Lagi dolo occupatis Hierosolymis cum
 reliqua Iudea, multos inde in Aegyptum tradu-

xit Cap. 1
 Ptolemæus Philadelphus Iudeorum legem in Græcam
 linguam uertit, & multis eius gentis captiuis dimiſſis,
 donaria multa Deo in templo eius dedicat Cap. 2
 Honor à regibus Aſiæ Iudeorum genti habitus, & quod in
 ciuitatibus à ſe conditis ius ciuium ei conceſſerint Cap. 3
 Iosephus Tobie filius imminentem Iudeis calamitatem
 depellit, amicus Ptolemæo regi factus Cap. 4
 Amicitia & ſocietas Lacedæmoniorum cum Onia Iudeo-
 rum pontifice Cap. 5
 Iudei ſeditionibus agitati Antiochi opem inuocant Cap. 6
 Quomodo Antiochus ducto Hierosolyma exerci-
 tu, occupatōque eius urbis dominio, templum etiam
 ſpoliauit Cap. 7
 Antiocho uetante Iudeos uti patriis legibus, ſolus Aſſa-
 monæi filius Matthias regem contempſit, proſtigatis
 etiam eius ducibus Cap. 8
 Matthiæ deſuncto Iudas filius ſuccedit Cap. 9
 Apollonius Antiochi dux in Iudea prælio uictus occidi-
 tur Cap. 10
 Lyſie & Gorgiæ contra Iudeos expeditiones & clades
 Cap. 11
 Quomodo diuiſis copiis, Simon Tyrios & Ptolemæiden-
 ſes, Iudas Ammanitis ſuperat Cap. 12
 Antiochi Epiphanis apud Perſas interitus Cap. 13
 Antiochus Eupator proſtigato Iudeorum exercitu Iudæ
 in templo obſidet Cap. 14
 Antiochus omiſſa oppugnatione cum Iudæ ſœdus facit
 & amicitiam Cap. 15
 Bacchides Demetrii dux cū exercitu contra Iudeos miſ-
 ſus, infeſto negotio ad ſuum regem reuertitur Cap. 16
 Nicanor poſt Bacchidem dux contra Iudæ miſſus unā
 cum uniuerſo exercitu interneccione periit Cap. 17
 Bacchidis denuo miſi in Iudæam uictoria Cap. 18
 Quomodo Iudas prælio uictus occubuit Cap. 19

ANTIQUITATVM LIBER XIII.

Ionathas deſuncto fratri ſuo Iudæ in principatu ſuc-
 cedit Cap. 1
 Ionathas feſſum bello Bacchidem compellit inito cum Iu-
 deis ſœdere exercitum abducere Cap. 2
 Alexander filius Antiochi Epiphanis regem Demetrium
 bello aggreditur Cap. 3
 Demetrius miſſa legatione ad Ionatham, multis muni-
 bus eum ad amicitiam ſuam pertrahit Cap. 4
 Alexander maioribus quàm Demetrius pollicitationibus,
 & delato pontificatu Ionatham in partes ſuas tradu-
 cit Cap. 5
 De templo Dei ab Onia ædificato Cap. 6
 Quod Alexander poſt mortem Demetrii Ionatham in
 ſummo honore habuit Cap. 7
 Demetrius Demetrii filius deuictus Alexandro, & oc-
 pato regno in ſœdus & amicitiam Ionatham recipit
 Cap. 8
 Tryphon Apamæus poſt deuictum Demetrium Antio-
 cho Alexandri filio regnum aſſerit, recepto in amici-
 tiam Ionatha Cap. 9
 Demetrio à Parthis capto Tryphon ſœdus uiolat, & Io-
 natha dolo capto atque interfecto Simoni eius fratri
 bellum infert Cap. 10
 Quod Simoni Iudeorum gens & pontificatum ſimul &
 copiarum imperium detulit Cap. 11
 Simon Tryphonem in Doræ compulſum oppugnat, inito
 cum

IN IOSEPHVM

clū Antiocho cui Pius cognomen erat, fœdere	Cap. 12
Bello inter Antiochum & Simonem orto Cendebeus dux regius e iudea profligatur	Cap. 13
Quod Simon à genero suo Ptolemæo in conuiuio per dolum occisus est	Cap. 14
Quomodo frustratis Ptolemæi conatibus Hyrcanus principatu potitus est	Cap. 15
Quod Antiochus cognomento Pius ducto contra Hyrcanum exercitū, placatus c. c. c. talentis fœdus cum eo iniit	Cap. 16
Hyrcani expeditio in Syriam	Cap. 17
Quod Antiochus Cyzicenus Samaritis auxilium ferens uictus aufugit	Cap. 18
Aristobulus primus diadema sibi imposuit	Cap. 19
Alexandri Iudeorum regis res gestæ	Cap. 20
Ptolemæi Lathuri de Alexandro uictoria	Cap. 21
Demetrius Eucerus Alexandrū fratrio superat	Cap. 22
Antiochi Dionysij in Iudeam expeditio	Cap. 23
Alexandro mortuo uxor Alexandra in regnum succedit	Cap. 24

ANTIQUITATVM LIBER XIII.

P ost contentionem de regno inter fratres cōuentum est ut Aristobulus regnaret, Hyrcanus priuatam uitam degeret	Cap. 1
Antipatri genus, & quomodo claritatem ac potentiam sibi & suis liberis parauit, & fuga Hyrcani ad Aretam regem Arabum	Cap. 2
Aristobulus prelio uictus cōpellitur Hierosolyma caput 3	Cap. 3
Hyrcani & Aristobuli legationes à Scauro petentes auxilium	Cap. 4
Quomodo Aristobulus & Hyrcanus apud Pompeium de regno disceptauerunt	Cap. 5
Quo stratagemate castella occupauit	Cap. 6
Hierosol., mitani portas Romanis claudunt	Cap. 7
Pompeius templum cum inferiore urbis parte ui expugnat	Cap. 8
Scaurus bello aggressus Aretam, fœdus Antipatri suscipit cum eo feriit	Cap. 9
Alexander à Gabinio uictus, in quodam castello oppugnatur	Cap. 10
Aristobulus Rome uinculis elapsus, rursum in Iudea captus à Gabinio Roman remittitur	Cap. 11
Craffi contra Parthos ducentis per Iudeam iter, & sacrilegium	Cap. 12
Pompeij fuga in Epirum, & Scipionis aduentus in Syriam	Cap. 13
Cæsaris in Aegyptum expeditio, & quā fidelis Iudeorum opera adiutus sit	Cap. 14
Antipatri res gestæ & cum Cæsare amicitia	Cap. 15
Cæsaris literæ & senatusconsulta de Iudeorum amicitia	Cap. 16
Antipater ex filiis suis Herodi Galilææ, Phasaelo Hierosolymorum regimen cōmittit, & quod Sex. Cæsar Herodem magnum ac illustrem reddidit	Cap. 17
Cassius afflictis Iudeis insuper ostringentia talenta ab eis exigit	Cap. 18
Malichus per insidias Antipatrū ueneno tollit	Cap. 19
Herodes iussu Cassij Malichum dolo interficit	Cap. 20
Antigonum Aristobuli filium auxilio Tyrionum tyranni paternum regnum repentem Herodes profligatum e Iudea pellit	Cap. 21

Herodes in Bithynia occidens Antonio pecuniis eum sibi conciliat, quo factum est ut ille accusatores eius non admiserit	Cap. 22
Antonius in Syriam prouinciā ueniens Herodem cum Phasaelo tetrarchas constituit	Cap. 23
Parthi Antigonum Aristobuli filium in regnum reducunt	Cap. 24
Parthi Hyrcanū & Phasaelū captiuos abducunt	Cap. 25
Herodes Rome à senatu Iudeæ rex declaratur	Cap. 26
Herodis ex Italia nauigatio & pugna aduersum Antigonum	Cap. 27
Antigonus à Sosio & Herode opprimitur	Cap. 28

ANTIQUITATVM LIBER XV.

E x pugnat à Sosio & Herode Hierosolymis, Antigonus ab Antonio securi percutitur, Herodes uero præcipuum quemque ex amicorum eius cohortes interimunt	Cap. 1
Quomodo Hyrcanus à Parthis dimissus ad Herodem reuersus est	Cap. 2
Herodes Aristobulum coniugis sue Mariannæ fratrem Pontificem declaratum non multo post necandum curauit	Cap. 3
Cleopatra Iudeorum & Arabum regnis inhians, partem eorum ab Antonio impetrare conatur	Cap. 4
Cleopatræ reginæ in Iudeam aduentus	Cap. 5
Herodes bellum Arctæ infert, quo tempore Antonius à Cæsare Asiatico prelio uictus est	Cap. 6
De tremotu qui Iudeam concussit	Cap. 7
Herodis concio ad exercitum	Cap. 8
Herodes ad Cæsarem profecturus necessario Hyrcanum interfecit	Cap. 9
Quomodo Herodes etiam regnum à Cæsare obtinuit	Cap. 10
Herodes Mariannæ calūniis oppressa interfecit	Cap. 11
De fame que in Iudeam terram incubuit	Cap. 12
Cæsarca conditur	Cap. 13
Herodes nouum templū Hierosolymis edificat	Cap. 14

ANTIQUITATVM LIBER XVI.

A lexander & Aristobulus ad patrē reuersi, Salomones ac Pheroræ calūniis appetuntur	Cap. 1
Herodes dat Alexandro, & Aristobulo coniuges	Cap. 2
Herodes ad Agrippam nauigat	Cap. 3
Ionici Iudei gentiles apud Agrippā accusant, conatos sibi adimere priuilegia per Romanos concessa	Cap. 4
Herodes in Iudeam reuertitur	Cap. 5
Domesticum disidiū inter Herodem & filios	Cap. 6
Antipatro Rome degente Herodes Alexandrū & fratrem adductos ad Cæsarem accusat	Cap. 7
Alexandri defensio, & cum parente recōciliatio	Cap. 8
Herodes quinquennale certamen ob absolutam Cæsaream celebrat	Cap. 9
Iudeorum Cyrenensium & Asiaticorum ad Cæsarem legatio	Cap. 10
Herodes opus habens pecunia, sepulchrū Davidis subit	Cap. 11
Archelaus Cappadocum rex Alexandrum patri reconciliat	Cap. 12
Trachonitarum defectio	Cap. 13
Expeditio Herodis in Arabiam	Cap. 14
Syllæus Herodem accusat apud Cæsarem	Cap. 15
Euryclæ	

ELENCHVS ARGVMENTORVM

Eurycles calumniæ contra Herodis filios Cap. 16
Herodis filij dānantur apud Berytum in concilio Cap. 17

ANTIQUITATVM

LIBER XVII.

DE Antipatri Herodis filis malicia Cap. 1
De Zanari Iudeo Babylónico Cap. 2
Antipatri contra Herodem insidia Cap. 3
Herodes Antipatrum mittit ad Cæsarem Cap. 4
Pheroræ obitus Cap. 5
Pheroræ uxor accusatur ueneficij, & Herodes cognoscit Antipatri insidias Cap. 6
Antipater capitis damnatus in uincula conuicitur Cap. 7
Herodis morbus, & Iudeorum seditio Cap. 8
Antipatri exitium Cap. 9
Herodis mors, testamentum & funeratio Cap. 10
Populus seditionem mouet contra Archelaum Cap. 11
Seditio Iudeorum contra Sabinum, & quomodo Varus autores eius punit Cap. 12
Cæsar Herodis testamentum confirmat Cap. 13
De Pseudalexandro Cap. 14
Archelaus iterum accusatus Viennā relegatus est Cap. 15

ANTIQUITATVM

LIBER XVIII.

Quirinius ad censendam Syriam & Iudeam mittitur à Cæsare, & procurator eiusdem Cæsaris in Iudeam uenit Coponius: & quomodo Iudas Galileus res nouas molitus est Cap. 1
Quæ & quot sectæ fuerint apud Iudeos Cap. 2
Urbes ab Herode & Philippo tetrarchis in honore Cæsaris conditæ Cap. 3
Iudeorum contra Pontium Pilatum seditio Cap. 4
Quid Iudeis Romæ degentibus acciderit, & de Pilato Cap. 5
Vitellij aduentus Hierosolyma, & quomodo à Tiberio mandata accepit, ut impetratis ab Artabano obsidibus bellum contra Aretam susceperet Cap. 6
Herodis bellum quo ab Areta superatus Cap. 7
Nauigatio Agrippæ ad Tiberium, & quomodo accusatus uinctus sit, utque post excessum Tiberij à Caio eius successore solutus sit Cap. 8
Quomodo Herodes tetrarcha in exiliū missus est Cap. 9
Iudeorum & Græcorum apud Alexandriam seditio Cap. 10
Caius in Syriam mittit Petronium iussu Iudeis bellum inferre, nisi malint recipere ipsius statum Cap. 11
Quo in statum Iudeorum apud Babylonem fuerint, & de Asineo ac Anileo fratribus Cap. 12

ANTIQUITATVM

LIBER XIX.

Quomodo Caius à Cherea cæsus est Cap. 1
Quomodo Claudius principatum adeptus sit Cap. 2
Disidium inter senatum & plebem Cap. 3
Quomodo Claudius Agrippæ paternum regnum reddidit, & edicta eius in Iudeorum gratiam Cap. 4
Agrippæ in Iudeam reditus Cap. 5
Epistola Petronij ad Doritæ pro Iudeis scripta Cap. 6
Gesta Agrippæ usque ipsius obitum Cap. 7

ANTIQUITATVM

LIBER XX.

Philadelphensium & Iudeorum disidium, deq; stola sacerdotali Cap. 1

Quomodo Helena Adiabænorum regina & eius filij regionem Iudicam cõplexi sint Cap. 1
Quomodo Tiberius Alexander procurator filios Iude Galilæi punit Cap. 3
Quomodo plurimi Iudeorum circa templum oppressi sunt Cap. 4
Seditio Samaritas inter & Iudeos orta Cap. 5
Gesta Felicis Iudeæ præsidis Cap. 6
De procuratore Portio Festo, & de fœdatis Cap. 4
De procuratore Albino Cap. 8
Quomodo Florus Albini successor tantis Iudeos affecerit iniuriis, ut coacti sint arma sumere Cap. 9

DE BELLO IYDAICO.

LIBER I.

DE uastatione Hierosolymæ ab Antiocho Cap. 1
De successione principum à Ionatha usque ad Aristobulum Cap. 2
De Aristobulo, Antigono, Iuda Essæo, Alexandro, Theodoro & Demetrio Cap. 3
De bello Alexandri cum Antiocho, & Areta: deq; Alexandra & Hyrcano. Cap. 4
De bello Hyrcani cum Arabibus, & expugnatione Hierosolymæ Cap. 5
De bello Alexandri cum Hyrcano & Aristobulo Cap. 6
De Aristobuli morte, & bello Antipatri contra Mithridatem Cap. 7
De accusatione Antipatri apud Cæs. de pontificatu Hyrcani, & Herode bellum mouente Cap. 8
De Romanorum dissidiis post mortem Cæsaris & insidiis Maliehi Cap. 9
De Herode accusato, & uindicato Cap. 10
De bello Parthorum contra Iudeos, & fuga Herodis ac fortuna Cap. 11
De bello Herodis à Roma redeuntis pro Hierosolyma & contra latrones Cap. 12
De morte Iosephi, & obsidione Hierosolymæ per Herodem, & Antigono occiso Cap. 13
De incidiis Cleopatæ in Herodem, & Herodis prælio contra Arabes, & ingenti terræ motu Cap. 14
Herodes exaltatus in regnum Cap. 15
De urbibus & edificiis instauratis & conditis ab Herode, deq; munificentia qua usus est erga exteris gentes, eiusque felicitate Cap. 16
De dissidio Herodis cum filiis Alexandro & Aristobulo Cap. 17
De conspiratione Antipatri contra patrem Cap. 18
De ueneno Herodi parato, & quomodo compertum sit Cap. 19
De Antipatri in Herodem malignis studiis deprehensis & ultis Cap. 20
De aquila aurea, morteq; Antipatri & Herodis Cap. 21

DE BELLO IYDAICO

LIBER II.

DE successoribus Herodis, & ultione direptæ auræ aquilæ Cap. 1
De pugna & strage Hierosolymis inter Iudeos & Sabinianos Cap. 2
De Vari gestis circa Iudeos crucifixos Cap. 3
De ethnarcha Iudeorum instituto Cap. 4
De subditio falsog; Alexandro, eoq; deprehenso Cap. 5
De Archelai exitio Cap. 6
De Simone Galileo, de tribus sectis apud Iudeos Cap. 7
De Pilati

IN IOSEPHVM.

De Pilati regimine	Cap.8
De superbia Caij, & Petrenio præsede	Cap.9
De Imperio Claudij, & regno Agrippæ, ac morte Caput 10	
De uariis tumultibus in Iudæa & Samaria	Cap.11
De tumultibus in Iudæa sub Felice	Cap.12
De præsidiis Iudææ Albino & Floro	Cap.13
De Floro seuiente in Iudeos Casarienses & Hierosolymitas	Cap.14
De alia oppressione Hierosolymorum dolo Flori Caput 15	
De Politiano tribuno, & oratione Agrippæ ad Iudeos ad obediendum Romanis hortantis	Cap.16
De capta rebellionem Iudeorum contra Romanos Caput 17	
De cæde Ananæ pontificis, Manahemi & militum Romanorum	Cap.13
De Iudeorum maxima strage Cæsareæ & in omni Syria	Cap.19
De Iudeorum alia graui cæde	Cap.20
Iudei Alexandriæ occisi	Cap.21
De clade Iudeorum autore Cestio	Cap.22
De pugna Cestij contra Hierosolymam	Cap.23
De obsidione Hierosolymæ à Cestio, & strage Caput 24	
De Damascenorum seuitia in Iudeos, deque Iosephi studiis in Galilea	Cap.25
De Iosephi periculis & euasione, & Ioannis Giscalæ malitia	Cap.26
Tiberias à Iosepho recuperatur & Sepphoris Caput 27	
Quomodo Hierosolymita bello se preparauerint, deque Simonis Gioræ tyrannide	Cap.28

DE BELLO IYDAICO LIBER III.

De Vespasiani ductu aduentu, & clade duplici Iudeorum	Cap.1
Descriptio Galilææ, Samariæ & Iudææ	Cap.2
De auxilio Sepphoritis misso, & Rom. disciplina militari	Cap.3
Impetus Placidi contra Iotapatam	Cap.4
Galilæa à Vespasiano inuaditur	Cap.5
Gadare expugnatio	Cap.6
Iotapatæ obsidio	Cap.7
Obsidio Iotapatæ à Vespasiano, & diligentia Iosephi, deque Iudeorum excursionem in Romanos	Cap.8
De oppugnatione Vespasiani contra Iotapatam arietibus, aliis tormentis bellicis	Cap.9
De iterata impugnatione Iotapatæ	Cap.10
Iaphæ expugnatio à Traiano & Tito	Cap.11
De Samariis à Cereale deuictis	Cap.12
Iotapatæ excidium	Cap.13
Quomodo Iosephus captus uita suam redemerit facto & uerbis	Cap.14
Ioppe denuo capitur	Cap.15
Deditio Tiberiadis	Cap.16
Tarichearum obsidio	Cap.17
De lacu Genesar, & fontibus Iordanis	Cap.18
Tarichearum excidium	Cap.19

DE BELLO IYDAICO LIBER IIII.

Obsidio Gamalensium	Cap.1
Itaburius mons occupatur à Placido	Cap.2
Excidium Gamalæ	Cap.3
Giscala à Tito capitur	Cap.4
Hierosolymitanum excidij initium	Cap.5
Iudeorum aduentus pro Hierosolymitanis & acta	Cap.6
De clade Iudeorum ab Iudæis facta	Cap.7

DE BELLO IYDAICO LIBER V.

De altera strage & reditu Iudeorum, Zelotarumque crudelitate	Cap.1
De intestina discordia Hierosolymorum	Cap.2
De Gadarensium deditione & strage	Cap.3
De captis oppidis quibusdam, descriptioque ciuitatis Hiericunthinæ	Cap.4
Lacus Asphaltites	Cap.5
Gerasæ deuastatio, simul de Neronis morte, Galbæ & Othonis	Cap.6
De Simone Geraseno, nouæ conspirationis principe	Cap.7
De Galba, Othone, Vitellio & Vespasiano	Cap.8
De Simonis gestis contra Zelotas	Cap.9
De Vespasiano in Imperatorem electo	Cap.10
Aegypti descriptio, & Phari	Cap.11
Vespasianus Iosephum captiuitate liberat	Cap.12
De Vitellij morte & moribus	Cap.13
Titus mittitur contra Iudeos à patre	Cap.14

DE BELLO IYDAICO LIBER VI.

De triplici seditione apud Hierosolymam	Cap.1
Titus explorator Hierosolymæ periclitatur	Cap.2
De eruptionibus Iudeorum contra Romanos castrametantes	Cap.3
De intestina pugna Iudeorum diebus	Cap.4
De Iudeorum dolo in Romanorum milites	Cap.5
Descriptio Hierosolymorum	Cap.6
Deditionem Iudei recusant, & Romanos adoriuntur	Cap.7
De casu turris & duorum murorum obtentu	Cap.8
De Castore Iudeo Romanis illudente	Cap.9
De secundo muro his obtento à Romanis	Cap.10
De aggeribus in tertium murum & oratione proluxa Iosephi pro deditione faciendâ, & fame obsessorum	Cap.11
De Iudeis crucifixis & aggeribus combustis	Cap.12
De muro extructo ab exercitu Romano circum Hierosolymam triduo	Cap.13
De fame Hierosolymorum & secundo aggerem extructo	Cap.14
De cæde Iudeorum intra & extra Hierosolymam	Cap.15
De sacrilegio circa templum, & relictis ex urbe cadaueribus & fame	Cap.16

De

ELENCH. ARGV. IN IOSEPHVM

DE BELLO IYDAICO LIBER VII.

DE suffosione murorum, succensione aggerum, & Sabino oppugnantemurum	Cap. 1
Romani Antoniam inuadunt, & à Iudeis repelluntur	Cap. 2
De Iuliano Romano milite insigni fortitudine	Cap. 3
Iosephi oratio pro deditione Iudeorum, & profugium eorum	Cap. 4
De iterata pugna, extructis aggeribus, & excursionibus Iudeorum	Cap. 5
Romani flammis pereunt dolo Iudaico, & de Artorio quodam	Cap. 6
De fame Iudeorum	Cap. 7
De muliere quæ per famem filium coxerat	Cap. 8
De expugnatione muri, & incendio templi	Cap. 9
Quemadmodum templum incensum est inuito Tito	Cap. 10
De sacerdotibus, gazophylaciis, & porticu	Cap. 11
De prodigiis excidium Hierosolymæ præcedentibus & presagiis	Cap. 12
De imperio Giti, & sacerdotum interfectione	Cap. 13
De præda seditionum & succensione interioris ciuitatis	Cap. 14
Superior pars ciuitatis oppugnatur, confugiunt aliqui Iudeorum ad vitum	Cap. 15
De occupata reliqua parte ciuitatis	Cap. 16
De numero captiuorum & peremptorum	Cap. 17
Hierosolymæ urbis historia breuis	Cap. 18

De præmio militum	Cap. 19
De nauigatione Vespasiani, deq; comprehenso Simone, & spectaculo die natalitio exhibito	Cap. 20
De calamitate Iudeorum apud Antiochenes	Cap. 21
Quomodo Vespasianus rediens à Romanis exceptus est	Cap. 22
Domitiani gesta contra Germanos & Gallos	Cap. 23
De anne sabbatico, & triumpho Vespasiani ac Giti celeberrimo	Cap. 24
Herodium & Macherus à Basso capta	Cap. 25
De Iudeis à Basso interemptis & Iudea diuendita	Cap. 26
De clade Antiochi regis & eruptione Alanorum in Armeniam	Cap. 27
Exidium Massade castelli munitissimi	Cap. 28
Interitus sicariorum, qui in Alexandriam & Thebas profugerant	Cap. 29
Oniz templum clausum apud Alexandriam	Cap. 30
De interfectione Iudeorum apud Cyrenem	Cap. 31

DE ANTIQVITATE IYDAEORVM

contra Apionem libri II. Fol. 672.

De Imperio Rationis, siue de Machabeis lib. unus Fol. 690

Iosephi uita, ab ipso conscripta Fol. 437

FINIS



FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IYDAICARVM LIBER

PRIMVS,

Sigismundo Gelenio interprete.

PROOEMIUM. Cap. I.



QVI ad scribendas historias se conferunt, non unam neque eadem sui propositi causam habere mihi videntur, sed plures, easque multum inter se differentes. quidam enim ostentandę eloquentię causa, glorię quę ex ea captandę, ad hoc studiorum genus se applicant. alij quo gratiam illis referrent, quorum res gestas scribendas sibi sumpserunt, nulli labori quantum in se fuit, pepercerunt. Sunt quos res ipsa compulit, ut quibus gerendis interfuerant, ea scripto complexa in vulgum proderent. nec defuerunt, qui res insignes cognitęque dignas in obscuro latere non ferrent, atque ideo narrationem earum in communem utilitatem proferrent. Ex iam dictis causis postremę duę me quoque ad idem permouerunt. Bellum enim quod cum Romanis habuimus, & res utrinque gestas, ac demum euentum, quę omnia pręsens ipse meo periculo didici, narrare coactus sum propter quosdam qui scriptis suis veritatem deprauarunt. Pręsens verò opus aggressus sum, ratus Gręcis omnibus cognitu non iniucundum fore. Complectetur enim vniuersam nostrę gentis antiquitatem, formamque reipublicę, ex Hebraicis literis translata. Cogitaueram equidem & antea, iam tum cum historiam de bello scriberem, docere, vnde primum oriundi Iudęi, quām varia fortuna vsi, sub quali legistore ad pietatem ceterasque virtutes instituti, quibus bellis per tot secula gestis, inuiti ad postremum contra Romanos bellum sint pertracti: sed quoniam prolixius erat hoc argumentum, seorsim illud proprię dicato opere exorsus vsque ad finem suum perduxi. Procedente dein tēpore, sicut vsu venit his qui res arduas aggrediuntur, cunctatio quędam ac segnicies mihi incesit, tantam materiam in alienam ac peregrinam linguam traducturo: sed fuerunt qui cupiditate cognoscendi ad opus me adhortabantur, & prę cunctis Epaphroditus, vir cum omnis generis disciplinarum, tum verò rerum gestarum peritię cum primis audius, ut qui ipse in maximis negociis & variis fortune casibus versatus, in omnibus eximiam naturę indolem prę se tulisset, inconcussumque virtutis studium perpetuò retinisset. Huic igitur morem gerens, assiduo cunctorum vtile aliquid ac honestum molientium fautori, cum me mei iam suppuderet, si viderer ignauiam speciosissimo labori antepone, vires animũque resumpsi: simul hac quoque reputatione non leuiter permotus, quod & maiores olim nostri exteris sua benigne communicauerunt, & Gręcorum nonnulli vehementi res nostras cognoscendi studio flagrauerunt. Itaque inuenio literis proditum, quod Ptolemęus secundus eius nominis rex, totius disciplinis colligendisque libris deditus, magnopere contenderit legem nostram, eiusque instituta, & viuendi formam pręscriptam, in Gręcum eloquium transferri. Eleazarus autem pontificum nostrorum nemini secundus, regi hanc utilitatem non inuidit, reclamaturus omnino, nisi consuetudinem haberemus a maioribus acceptam, res bonas & honestas celare neminem. Proinde mihi quoque conuenire duxi, ut & pontifici nostri imitarer magnanimitatem: & hodie quoque regis illius multos persimiles

putarem, duntaxat quod ad discendi cupiditatem attinet. neque enim totam scripturam occupauit ille, sed legem solam ei tradiderunt interpretes, qui ob hoc Alexandriam missi fuerant. Sunt autem innumera sacris literis prodita, ut quæ quinque milium annorum historiam in se complectantur, in qua diuersi sunt inopinati casus, varia belli fortuna, multa imperatorum præclara facinora, multæ rerum publicarum mutationes. In uniuersum autem ex huius potissimum historie lectione cognoscere licet, quod his qui Dei voluntati obsequuntur, & leges bene latas transgredi verentur, omnia prospere succedunt supra quam credi possit, & felicitas illis premium à Deo proponitur. quod scilicet illarum diligenti obseruatione discedant, neque consilia eorum exitum inueniunt, & boni ipsorum opinione conatus in calamitates inmedicabiles desinunt. Quapropter iam nunc lecturos hæc volumina adhortor, ut Deo mentem adhibeant, & legislatorem nostrum probent, si naturam, ut dignum est, considerauit, & virtuti eius convenientes semper operationes assignauit, puramque suam narrationem ab omni, qualis apud alios est, fabularum vanitate conseruauit: tamen quantum ad longitudinem temporis, rerumque vetustatem attinet, impune poterat quolibet mendacia confingere. Natus enim est ante annos bis mille, cum ad tot retro secula etiam poetæ ne Deorum quidem suorum natales, nedum mortalium leges aut res gestas referre ausi fuerint. Sed hæc omnia procedens oratio accuratè suo quæque ordine docebit, ita ut nos facturos sumus polliceri, neque subtrahendo quicquam, nec addendo. Ceterum quoniam ferme omnia pendent à Mosis legislatoris sapientia, necesse habeo paucis de illo præfari, ne quem fortè cogitatio subeat quid factum sit, ut quum operis inscriptio res gestas polliceatur, tam multa ad nature cognitionem spectantia scriptis nostris inseruerimus. Scire igitur oportet, quod vir ille ante omnia necessarium existimauit, vel vitam suam recte disposituro, vel alius leges posituro, ut in primis nature Dei cognitionem habeat, atque ita consideratis eius operibus, egregium illud exemplar imitari, quantum in suis viribus est, & sectari conetur. alioquin absque hac contemplatione neque legislatorem ipsum unquam bonam mentem sibi paraturum, neque scripta eius ullum momentum ad virtutem auditorum allatura, nisi ante omnia discerent, quod Deus cum sit parens omnium ac Dominus, omniaque contueatur, eis quidem qui se sectantur, felicem vitam donat: qui autem à virtutis tramite digrediuntur, illos maximis calamitatibus inuoluit. Hanc doctrinam ciues suos docere volens, non à patris aut conuentis & mutuo circa hæc iure leges est auspicatus, quemadmodum alij solent: sed ad Deum & mundum ab eo conditum erectos mente, & persuasos quod in terris pulcherrimum Dei opus simus homines, cum iam ad pietatem haberet obsequentes, facile deinceps de reliquis omnibus edocuit. Itaque alij leges præfatas priscas fabulas sequuti, pudenda hominum peccata in deos suos verbis transtulerunt, atque hoc pacto hominibus malis magnum incitamentum ad maliciam addiderunt. at noster legislator posteaquam puram putam virtutem habere Deum docuisset, censuit pro se quenque adniti oportere, ut in partem eius aliquam peruenire possit: in eosque qui neque sapiunt hæc neque credunt, seuerè admodum animaduertit. Ad hoc igitur præscriptum volo lectorem hæc nostra examinare. nanque sic considerantibus nihil vel absurdum, vel Dei magnificentiam indignum esse videbitur. omnia enim summa concinnitate iuxta uniuersi naturam sunt disposita, partim ita ut dignum erat à legislatore subindicata, partim decentissimis allegoriis conuoluta: partim etiam diserte expressa, nimirum quæcunque absque ambagibus erant proferenda: quorum causas si quis singillatim considerare vellet, sublimis inde & valde philosophica speculatio exoriretur, in aliud tempus differenda. Quod si Deus longiorem ætatem concesserit, absolutis quæ nunc tractamus, ut illa quoque perscribantur operam dabimus;

nunc ad verum seriem vertemus stylum, præmissis
quæ Moyses narrat de mundo condito:
ea è sacris codicibus ita ut inuenimus transsumpta, in hunc
ferme modum se
habent.

10



Mundi creatio, & elementorum dispositio.

C A P V T I L

02



IN principio creauit Deus cœlum & terram. Hæc cum in conspectum non veniret, alta caligine tecta, spiritusque eam superne permearet, lucē Deus fieri iussit: quæ cum effulisset, considerata tota materia, discreuit lucem à renebris: & his nomen imposuit noctem, illam verò diem appellauit, vespere & mane vocabulo exordiis lucis & quietis indito. Atque hæc quidē prima dies extitit, Moyses autem vnā eam dixit. Cuius causam possem equidem & nunc reddere: sed quoniā promisi me omnium causas proprio volumine conscriptas editurum, in illud tempus hanc quoque rationem differam. Post hæc secunda die cœlum vniuersitati rerum superimposuit, discretum à cæteris, & in sublimi per se collocatum, glacięque circumcompactum, & humida ac pluvia natura ob terram irrotatione iuuandam cōpetenter temperatum. Tertia verò terram statuit, mari vndequaque circumfusam: eadēque die continuò plantæ simul & semina è terra sunt exorta. Quarta verò cœlum Sole ac Luna aliisque sideribus exornauit, mandato eis dato, vt suo motu & meatu tēporum anni reuolutionem manifeste indicarent. Quinta verò die animantia, tum natatilia, tum per sublime volantia, per altum perque aërem dimisit, copulata prius & ad congressus genituræ causa comparata, quo genus eorum cresceret simul ac multiplicaretur. Sexta autem die quadrupedum genus condidit, masculo & fœmineo sexu distinctum: in hac verò hominem etiam finxit, atque ita mundum sex diebus vniuersum, & omnia quæ mundo continentur, Moyses facta esse dicit: septima autem requieuisse Deum, & ab operibus cessauisse. quamobrem etiam nos vacationem à laboribus per hanc diem celebramus, appellantes eam sabbatum: quæ vox requiem Hebræorū lingua significat. Quin etiam naturam interpretari post septimam diem Moyses incepit, de hominis fabricatione in hūc modum differens: *Finxit Deus hominem humo telluris sumpta, iminisitque in eum spiritum & animam: homo autem hic vocatus est Adamus. significat autem hoc Hebræorum lingua rufum: quandoquidem è rufa humo fermentata est factus. talis enim est intacta terra & vera. Statuit autem Deus corā Adamo diuersa animalium genera tam masculina quàm*

50



fœminina ei ostendens: qui eis nomina indidit, quibus hodie quoque nominantur. Videns autem Adamum carentem societate & conuictu fœminæ (nondum enim erat) mirantēque quod reliquæ animantes ita se haberent: sopito illi costa vna exem-

a 2 pra,

11.

Genesis 2.

pta, mulierem ex ea formauit: moxq; vt est adducta, ex se productam Adamus agno-
uit. Issa autem Hebræorum lingua vocatur mulier. huius autem nomen erat Eua, id
 significat matrem omnium viuientium. Narrat præterea Deum hortum ad Orientem
 plantasse omni virenti planta: & in his fuisse arborem vitæ, & aliam scientiæ, per
 quam dignosceretur bonum à malo. in hunc hortum cum introduxisset Deus Ada-
 mum cum vxore, iussit eos plantarum curam habere. Rigatur autem hic hortus ab
 vno amne, vniuersam in circuitu terram lustrante, qui in quatuor diuersos alucos fin-
 ditur. Horum qui Phison nominatur (ea vox multitudinem significat) ad terram In-
 diam delatus, in illud se pelagus exonerat, Græcis Ganges appellatus. Euphrates au-
 tem & Tigris in rubrum mare exeunt: quorum Euphrates vocatur Phora, id signifi-
 cat vel dispersionem vel florem. Tigris autem Diglath, quod interpretatur angustus
 simul & velox. Geon autem Ægyptum mediam secatur: id nobis ab Oriente exortum
 signat, quem Græci Nilum appellare solent. Porro Deus Adamum & vxorem de

III.
 Genesis 3.

verso 98



cæteris plantis gustare iussit, vna ar-
 bore scientiæ solum illis interdixit,
 præmonitis si attigerint, confestim
exitium eis affuturum. Cum autem
 per id tempus nullū esset inter ani-
 malia dissidium, & serpens familiari-
 ter cū Adamore degeret, in-
 uidebat eis felicitatem venturam, si
 iussis Dei parere perseverarēt: & ra-
 tus in calamitatem casuros, si māda-
 ta neglexissent, maliciose persuadet

mulieri vt de arbore sciētīę gustaret, asseuerans inesse ei vim dignoscendi boni ac ma-
 li: de qua si gustassent, beatam nihilōque deteriorē quàm Deum vitam acturos. atq;
 hoc pacto mulierem subuerit, vt mandatum Domini contēneret: quæ gustato arbo-
 ris fructu, cibōque hoc delectata, etiam Adamo vsum eius persuasit. iamq; se nudos
 esse sentiebant, & de tegmento sibi dispiciebant. arbori enim acuminis & cogitandi
 vis inerat. Folijs igitur ficulneis sese texerunt, atque ita conuelatis pudendis, videban-
tur sibi feliciores, qui inuenissent quo prius carebant. Mox cum Deus in hortum ve-
 nisset, Adamus antea familiariter cum Deo colloqui solitus, conscius sibi iniusticiæ
 secedebat. Deus autem miratus causam scitabatur, quid ita prius delectatus sua con-
 suetudine, nunc fugitaret ac latitaret. Illo verò tacente præ conscientia non seruari
 præcepti, Deus ita inquit: Equidem prospexeram vobis, quomodo vitam felicē omnis-
 que mali expertem viueretis, nulla noua cura in animo sollicitati, omnibus quæcunq;
 ad vsum ac voluptatem conferunt, sua sponte vobis prouenientibus, mea vnus pro-
 uidentia citra omnem vestrum laborem aut sollicitudinem: quibus fruenter vos neq;
 senectus celeriter opprimeret, & vita diuturna quàm longissime proferretur. tu verò
 hanc meam sententiam ludibrio habuisti, mandato meo contempto. non enim pro-
 pter bonum aliquod taces, sed propter malam conscientiam. quare & senectus ocyor
 superueniat, & vita vestra minus sit diuturna. Adamus autem excusabat peccatum, &
 iram Dei deprecabatur, culpam in vxorem referēs, & dicens, ab illa deceptum se pec-
 cauisse: at illa serpentem accusabat. Tum Deus multauit eum, quòd muliebri consi-
 lio cecidisset: terramque nullos posthac fructus sponte proferre iussit: laborantibus au-
 tem & opere attritis alia dare, alia negare. Euam autem parturitionibus & hoc genus
 doloribus castigauit, eo quòd ipsa à serpente decepta Adamum eisdem dolis illectum
 in calamitates coniecisset. quā & serpenti vocem ademit, iratus ob maliciam qua erga
 Adamum est vsum: venenūque linguæ eius indidit, & hostem eorum declarauit: ad-
 monuitque, caput eius plagis impetendum esse, tum quòd in hoc pernicies homi-
 nis sita sit, tum quòd ipsa bestia hoc pacto facillime opprimatur: ad hæc pe-
 nibus priuatum trahi per terram, ac volui fecit. His pœnis impo-
 sitis Deus Adamum & Euam ex horto in aliam
 regionem transtulit.

De



AT I sunt autem eis & filij inares duo, horum prior appellatus est Cain, quod interpretatur acquisitio: Abel autem secundus, ea vox luctum significat. Natæ sunt eis etiam filiæ. Hi fratres suis quisque studiis intenti erant. Abel iusticiam colebat, & omnibus actionibus suis Deum præsentem ratus, virtuti operam dabat. pastoralis autem eius erat vita. Cain vero quum alioquin etiam

10 primus excogitauit: ac postremo fratrem etiam interemit tali de causa. Quum visum eis esset sacrificare Deo, Cain agri & arborum fructus obtulit, Abel lac & primogenita pecorum. Huius sacrificium Deo fuit acceptius, quod sponte naturæ genitis constaret, quàm ea quæ homo avarus & industrius per vim quandam à natura extorserat: ideo Cain ægrè ferens prælatum sibi à Deo Abelem, interfecit fratrem, & cadauere



eius abdito, rem clàm fore putabat. Quo cognito Deus venit ad Cain, rogans de fratre, vbi nam esset. multis enim diebus se non vidisse eum, quem reliquo omni tempore cum ipso versari animaduertisset. Tum Cain anxius, nec habens quod responderet Deo, primum se quoque demirari ait, quí factum sit, quòd frater nusquam compareat. Instante vero Deo, & accuratius inquirente,

iam commotior negauit se pædagogum fratris, aut rerum eius obseruatorem esse. Tum Deus coarguit Cain parricidij, mirari se dicens, quòd negaret se quicquam de fratre scire, quem ipse interemisset. & supplicium quidem quod cæde commeruerat ei remittit, sacrificio placatus ne grauius in supplicem sæuiret: sed male ominatus ei & 30 posteris ipsius, vsque septimam progeniem puniturum se est comminatus: & ex illa regione extorem vnà cum vxore fecit. Illo autem timente, ne oberrans in feras incideret, atque ita periret, securum esse iussit quod ad hoc periculum attinet, & impauide terras peragrarè: & signo ei indito quo nosci posset, abire procul iussit. Cain autem multas regiones vnà cum vxore emensus tandem Naida condidit: id loci nomen est: atque illic sedem optauit, vbi etiam liberos procreauit. Cæterum tantum abfuit vt hac castigatione in melius vitam mutauerit, vt peior etiam sit factus, suis voluptatibus vel cum aliorum iniuria indulgens: & facultates domesticas per vim ac rapinas accumulans, accitis vndecunque latrociniorum & nequitia sociis, magister illis ad facinorosa vitam est effectus. Adhæc simplicem hætenus viuendi rationē, excogitatis men- 40 suris & ponderibus immutauit, pristinamq; sinceritatem & generositatem ignaram talium artium in nouam quandam versutiam deprauauit. Primus agrorum terminos fixit, vrbemque extructam & communitam coactis in vnum domesticis & clientibus inhabitandam tradidit. E nosæ nomine imposito ab Enosō liberorum nati maximo. Is Iaredū genuit, ex quo Malalehel, & ex eo deinceps Mathusula est progenitus. huic Lamechus fuit filius, qui liberos habuit septuaginta & septem, ex duabus susceptos vxoribus, Sella & Adā. Ex his Iobel ex Adā natus, tabernaculis cœstructis pastorali cultu ac victu fuit contentus. Iubal verò germanus eius musicæ operam dedit, psalteriumque & citharam inuenit. Thobel autem vnus ex altera vxore prognatorum viribus excellens rem militarem egregie tractauit, cuius artibus & opes ampliores, & victum lautiorē sibi comparauit. quin & arariam primus est commentus, & filia factus est pater vnus, nomine Naamæ. Porro Lamechus diuini iuris non imperitus, videns pœnas se exoluturum parricidij à Caino perpetrati, vxoribus suis hoc indicauit. Cæterum superstitē etiam tum Adamo, Caini soboles sceleratissima euasit, dum posterior quisq; sit deterior, nec solum imitatur priorum vitia, sed & superat, interim nec

a 3 à bellis,

à bellis, nec à latrociniis temperando : & qui à cædibus abstinebant, alioquin auare & superbe inter suos viuebāt. Adamus autem qui primus è terra factus, vt ad illum oratio nostra recurrat, posteaquàm Abel esset mactatus, & Cain propter cædem solum vertisset, procreandis liberis operam dedit, quòd magno prolis desiderio teneretur, annos iam natus triginta supra ducentos : quibus cum accessissent septingenti, tandem vita defunctus est. ex huius liberis quos complures habuit, fuit etiam Sethus. sed quia de aliis longum esset narrare, de solo Setho mentionem faciam. hic à patre educatus, vbi eò ætatis venit, vt iam quod rectum est discernere valeret, virtutis studiis se totum dedit : & cum ipse vir optimus euassisset, etià nepotes sui similes post se reliquit. qui quoniam erant omnes bona indole præditi, & patriam absq; seditione incolebant, in perpetua felicitate vitam exegerunt : & sideralem scientiam ac cœlestium rerum cognitionem excogitauerunt. ne autem inuenta sua ex hominum noticia dilaberentur, & prius perirent quàm pernoscerentur, scientes Adamum vniuersalem rerum interitum præcecinisse, vnum incendio, diluuiò alterum, excitatis duabus columnis vtrique sua inuenta inscripserunt : vt si lateritiam diluuiò deleri contingeret, lapidea superstes hominibus discendi copiam faceret, & quæ inscripta continebat, spectanda exhiberet. aiunt enim lapideam illam ab ipsis dedicatam, quæ & nostris temporibus extat in terra Syria.

De diluuiò. & quomodo Noë in arca cum familia seruatus habitavit in campo Senaar.

Caput

IIII.

20

V.

Gene. 5. 6.



In hunc modum per septem generationes perseuerauerunt vnum Deum colentes omnium rerum Dominū. semperq; virtutis respectum habentes. Proecedente dein tempore à patris institutis degenerarunt, neq; humana iura seruantes, neq; Deo cōsuetos honores persoluentes. & qui prius certatim virtutem exercuerāt, postea duplo maiore studio maliciam cōsectabantur : atq; ita Deum insensum sibi reddiderunt, nam multi angeli Dei cum mulieribus congressi progeniē procreauerunt insolentem, & fiducia robotis omne ius & fās contemnētem : quorum facinora non absimilia his quæ de gigantibus Græci memorant, posteritati sunt tradita. Noë autem facta eorum moleste & indigne ferens, suadebat vt in melius voluntates ac opera sua transmutarent : verum cum videret illos sibi non parere, totosq; viciorum dulcedini succumbere, veritus ne & se & familiam suam interimerent, secedens cum suis in aliam regionem migravit. tum Deus viri iusticia delectatus, non eius solum seculi homines extremæ maliciæ damnauit : sed cū decreuisset vniuersum humanum genus extinguere, aliudque nouum & à viciis purum instaurare, primum vitam eorum breuiore spatio circūscripsit, & abrogata longæuitate intra centum & viginti annos cœorcuīt, dein continentem terram in pelagi faciem transmutauit, atq; ita genus illud aboleuit vniuersum. Noë autem solus est seruatus, diuinò oraculo viam euadēdi & rationem edoctus talem.



Arca quatuor cōtignationum exstruxit longitudine cubitorum ccc. latitudine l. patentem in altum cubitos xxx. in eam cum matre liberorum suorum, eorumque coniugibus cōscendit : impositis prius quæ ad vitam sustentandam forent vsui, & omne genus animantibus ad seminarium cōseruandum iugatim proexus ratione introductis, & quibusdam ex his septenarium vsq; numerum, erat autem arca tam tecto quàm lateribus firmis contra omnem vim tempestatum, & vndarum insultum. In hunc modum seruatus est Noë cum familia, gentis successione ab Adamo decimus. nam Lamecho est genitus, cui pater fuit Mathusala, hic autem Enochi fuit filij Jaredi, Malahelo geniti, qui

qui cum pluribus fratribus ex Cainane prognatus fuerat Enos filio. Enos verò Sethi filius erat, Adami nepos. contigit autem hæc vastitas anno ætatis Noë sexcentesimo, mense secundo, qui Dius à Macedonibus vocatur, ab Hebræis Marsonane. sic enim Ægyptij distinxerunt annum. Moyses autem Nisan qui est Xanthicus, mensem primum in suis fastis ordinavit, quod per hunc Hebræos ex Ægypto eduxisset. eundem etiam omnium quæ ad rem diuinam pertinerent, exordium fecit: alioqui quod ad nundinationes rerum venalium reliquàmque dispensationem anni attinet, nihil de pristino ritu innouavit. Vim autem imbrium cœpisse ait vigesima septima iam dicti mensis, post annum ab Adamo primo homine bis millesimum sexcentesium quinquagesimum sextum. hoc spatium temporis relatum est in sacros codices, diligenter annotantibus priscis illustrium virorum tam natales quàm obitus. Adæ siquidem, qui nongentos & triginta vixit annos, cū esset triginta & ducentorum annorum, Sethus filius natus est. Sethus autem ducentesimo & quinto anno genuit Enosum, qui dum quinque & nongentis vixisset annis, Cainano filio suo rerum curam tradidit, quem genuerat anno centesimo nonagesimo. hic vixit annis decem & nongentis. Cainan cum vixisset decem & nongentis annis, Malalehelem filium dereliquit, quem genuit anno ætatis centesimo septuagesimo. Iste Malalehel cum vixisset quinq; ac nonaginta & octingentis annis, defunctus est, Jaredū filium derelinquens, quem genuit quum sexaginta duorum & centum esset annorū. cui nouem & sexaginta & nongentis annis viuenti, Enochus filius successit, natus cum sexaginta duorū & centum annorum pater eius existeret, qui exactis trecentis sexaginta quinque annis, discessit ad Deum: unde finis eius non inuenitur esse conscriptus. Matufala autem Enochi filius, quinto ei & centesimo natus anno, Lamechum filium habuit quum esset annorum octoginta septem & centum: cui tradidit principatum, quem ipse tenuerat annis nongentis sexaginta & nouem. Lamechus autem cum habuisset principatum annis nongentis & septem, Noë filium suum rebus præfecit: qui de Lamecho natus est viginti annorum ætatis secundum & octogesimum supra centesimum. quique quinquaginta & nongentis annis rerum administrationi præfuit. Hi anni in vnam summam contracti superscriptum tempus conficiunt. Non sunt autem disquirendi obitus virorum illorum: cum liberis enim suis agebant vitam eamque usq; ad ipsorum nepotes extendebant: sed natales tantum eorum in hac ratione sunt spectandi. Cæterum Deus signo dato imbres emisit: qui cum nonaginta continuis diebus ruerent, ad quindecim cubitos aqua super terram extitit: quæ causa omnem salutem ademit, non habentibus quò se in tutum reciperent. centesima autem & quinquagesima die postquàm plueredesiit, tandem cœperunt aquæ fidere, mense septimo, vicesimo septimo die mensis. destituta deinceps arca in vertice montis cuiusdam in Armenia, sentiens hoc Noë, aperuit eam: & videns circa ipsam aliquantulum terræ, meliore spe concepra paulisper quieuit. mox post paucos dies magis recedente aqua, emisit coruū, cupiens cognoscere si qua alia parte terrarum aqua decelsissent, vt tutò exscendere posset. at ille comperito totum adhuc stagnare, ad Noë est reuersus. is post septem dies columbam ad explorandum terræ statum emisit. quæ cum lutata & frondem oliuæ ferens redisset, intellecto terram à diluuiio iam esse liberatā, postquàm alios septem dies expectasset, animantes ex arca emisit: & ipse quoque cum liberis egressus, iactatis Deo victimis, epulabatur vnà cum familia. Apobaterion, id est egressorium loco nomē Armeni fecerunt. Huius autem diluuij & arcæ meminerunt omnes barbaricæ historiæ scriptores, & in his Berofus Chaldaeus. narrans enim de hoc diluuiio, sic fermè scribit: Fertur autem & nauigij huius pars in Armenia apud mōtem Cordyæorū superesse, & quosdam bitumen inde abrasum secum reportare: quo vice amuleti loci eius homines vti solent. Meminit horum & Hieronymus Ægyptius, qui antiquitates Phœnicum scripsit, & Mnaseas, & alij plures. quin & Nicolaus Damascenus lib. xcvi. de his rebus narrat in hæc verba: Est super regionem Minyarum magnus mons in Armenia, nomine Baris, in quo multos profugos diluuij tempore seruatos ferunt, & quendam arca vetustum in huius vertice hæsisse, ac reliquias lignorū eius longo tempore durauisse. qui fortassis is fuit, de quo etiam Moyses scribit Iudæorum legislator.

Genes. 7. 8

Berofus C

Hieronymus

VI.
Genesis 8.



Noë autem veritus ne Deus damnatis ad interitum hominibus, per singulos annos terram inundaret, victimis incensis precabatur ut in posterum pristinus rerum ordo maneret, & nulla tanta incideret calamitas, per quam vniuersum animalium genus in salutis periculū adduceretur: utq; affectis merito supplicio scelestis, parceret innocentibus, quos ipse superstitites esse voluerit, & sua sententia ab-

soluerit. alioqui miseriore conditione ipsos fore & grauius damnatos, si non in vniuersum incolumes alteri diluuiο reseruarentur, & prioris pauorem ac spectaculum perpeffi, & posterioris exitio destinati. orabat igitur, acciperet sacrificium propitius, neue vllam posthac tantam iram contra terram conciperet: ut operibus suis eam excolerent, & vrbibus exstructis feliciter vitam degerent, nullis commodis carentes quibus ante caraclysmum fruebantur, & ad extremam senectutem longæuitatēq; qualis maiorū suorum fuerat, peruenientes.

VII. His precibus finitis, Deus iusticia viri delectatus, votis eius annuit, negans se deletis interitus autorem fuisse: sed ipsos sibi suapte malicia debitas pœnas acciuisse. Si enim deletos cuperet, nunquā in hæc vitam eos introducturum fuisse. Potius enim esse ne dare quidem vitam, quā eos quibus dederis perdere. sed continuis, inquit, angelis quibus pietatem mihi debitam violabant, coegerunt me vindictam deus non sum autem posthac tam iracunde pœnas peccatorum exacturus, præsertim peccatore. quod si quando maiores tempestates concitauero, caute expauesce. vobis vim imbrum. nunquā enim in posterum aquæ terram sunt inundaturæ. Iubeat tamen ab humana cæde puras manus abstineatis, & qui contra fecerit, seuerè puniatis aliorū animalū vsum ad voluntatem ac libitum vestrū permitto. Dominos enim vos feci omniū tam terrestriū quā natatiliū & eorū quæ per sublime feruntur, absq; sanguine: nam in hoc inest anima. Arcus cœlestis signū vobis erit cessaturæ meæ iaculationis. nam iris arcus Dei apud illos habetur. His mādatis & promissis Deus abiit.

Genesis 9.

VIII.

Noë autē cum post diluuiū superuixisset cccl. annos, totūq; hoc tempus feliciter exegisset, defunctus est expletis annis in vniuersum Dccccl. Nec est cur aliquis præsentē vitam, annorūq; eius paucitatē cum priscorum rebus conferendo fidē nobis abroget, aut quia nunc eā non peræq; prorogari videt, coniecturā hinc de illorum longæuitate faciat. Illi enim Deo chari quū essent, ipsiūsq; recens etiā tū opificium, & cōmodiore victu ad diuturnitatem vterentur, merito per tam multos annos vivebant. Præterea tū propter studiū virtutis, tum propter vtilitatē inuentarū artium, ut Astronomiæ, ac Geometriæ, Deus illis prolixiorē largitus est vitam: quarum certitudinem assequi non poterant, si min⁹ dc. annis vixissent. ex tot enim magnus annus constar. Attestantur autem mihi omnes qui Græcas barbaricæ sue antiquitates literis prodiderunt. Namque & Manetho Ægyptiarum rerū scriptor, & Berosus Chaldaicarum, adhæc Mochus, Hestius, Hieronymus Ægyptius, qui Phœnicū res prosequuti sunt, nobiscum consonant. Hesiodus quoque cum Hecatæo, Hellanicus & Acusilaus, Ephorus & Nicolaus, narrant priscos illos ad mille annos vitam produxisse. De his igitur quisque ut sibi visum fuerit, accipiat.

De turri Babylonica, deque linguarum mutatione. Cap. V.

Genesis 10.



RES vero Noë filij, Semas, Iaphetus, & Chamas, centū annis ante diluuium nati, primi relictis montibus planiciē habitare cœperunt & aliis recenti etiam tum cladis memoria pauidis, nec audentibus à celsiore loco descendere, idem faciendi autores & exemplū fuere. Campo quē primum colere sunt aggressi, nomen est Senaar. Ceterum Deo iubente ut propagandi multiplicandiq; generis gratia colonias deducerent, homines rudes non paruerunt: quāobrem calamitatibus implicati, offen-

ti, offensum illum errore suo sunt experti. Cùm enim florerent iuuentutis multitudine, deus rursus de colonia deducenda admonerat. Illi verò obliti se ipsius benignitate presentibus commodis perfrui, totamque illam felicitatem suis viribus acceptam ferentes, dicto eius non fuerunt obedientes. Et quod peius erat, consiliū de



coloniis non fauorē numinis, sed insidias interpretabatur, videlicet quo facilius dispersi possent opprimi.

Hanc superbiam deique contem- IX
ptum excitauit in eis Nabrodes, ne-
pos Chamæ, filij Noë, vir audax &
manu promptus, subinde iactans, nō
deo, sed propriæ virtuti presentem
felicitatem eos debere: atque ita pau-
latim rem ad tyrannidem trahebat,
ratus fore vt homines ad se defice-

rent à deo, si se illis ducem præberet, opem suam offerens contra nouum aliud dilu-
uium intentantem. Turrim enim se exædificaturum, excelsiorem quàm quò aqua
ascendere posset: & insuper maiorum suorum interitum vlturum. Vulgus autem fa- Gene. II
cile Nabrodis placitis obtemperabat, ignauum ratus deo cedere: atque ita struetu-
ram turris occæperunt, nulli labori parcentes, nihilque sibi ad summam industriam
reliquum facientes. Cùmque ingens esset operarum numerus, surgebat opus suprà
quàm sperauerant. Crafsitudo enim erat tanta, vt proceritatem obscuraret. Strue-
bant autem lateribus coctis, ad firmitatem bitumine ferruminatis. Hanc eorum vā-
saniam videns deus, delere quidem omnes noluit, quando ne priore quidem clade
ad meliorem mentem profecerunt: sed dissidium in eos immisit, linguis eorum va-
riatis, ita vt ob diuersitatem sermonis mutuò se non intelligerent. Locus verò turris
nunc Babylon vocatur, propter cōfusam linguam quæ prius omnibus ex æquo cla-
ra fuerat. Nam Hebræi confusionem nominant Babel. De turri autem hac, deque
linguis hominū mutatis, meminit & Sibylla his verbis: Cùm vniuersi homines vno
eloquio vterentur, turrim ædificauerunt excelsimā, quasi ad cælum per eam ascen-
suri. Dij verò procellis immisis turrim subuerterunt, & suam cuique linguam dede-
runt: quæ causa fuit vt vrbs ea Babylonis vocabulum acceperit. De loco autem qui
Senaar in Babylonia nominatur, meminit Hestius hoc modo: Aiunt sacerdo-
tes cladis eius superstites, Enyelij Iouis sacra ferentes, in Senaar Babyloniæ per-
uenisse.

Quomodo Noë posteri per totum terrarum orbem sedes sibi occupauerint.

Caput VI.



40 **L** O extempore dispersi sunt passim, propter diuersitatem lin- X
guarum coloniis nusquam non deductis, & quo quenque fors &
deus tulit, eam terram cum suis occupauit, vt tam maritima quàm
mediterranea cultoribus repletur. Nec defuerunt qui cōscensis
nauibus ad insulas habitandas traicerent. Porro gentim quædam
adhuc seruant deriuatam à suis conditoribus appellationem, quæ-
dam etiam mutauerunt, nonnullæ in familiarem accolis & notio-
rem vocem sunt
versæ, Græcis potissimum talis nomenclaturæ autoribus. Hi enim posterioribus se-
culis veterem locorum gloriam sibi vsurpauerunt, dum gentes nominibus sibi notis
insignunt, dùmque tanquam ad suum ius attinerent, mores quoque proprios in
illas inuehunt.

Quòd gentes singule à suis autoribus nomina traxerint. Caput VII.



50 **R** ANT autem Noë filiorum liberi, in quorum honorem gentibus no- XI
mina imponebant, vt quisque terram aliquam occupauerat. Siqui- Genes. 10
dem Iaphero Noë filio filij fuerunt septem. Horum sedes à Tauro &
Amano montibus incipientes, pertinebant in Asia ad amnem vsque
Tanim, in Europa vsque Gades, in terris hætenus vacuis occupatæ: quo factum

a 5 est,

est, ut ipsorum nomina gentibus imponerentur. Quos enim nunc Græci Galatas vocitant, Gomarense olim dictos, Gomor condidit. Magoges verò Magogarum à se denominatorum fuit autor, qui ab ipsis vocantur Scythæ. Ex aliis Iapheti filii Iauane & Mado, ab hoc Madæi descendunt, Græcis Medi nominati: à Iauane verò Ionia, totumque Græcorum genus. Quin & Thobelus Thobelis sedem dedit, qui nunc sunt Iberi: & Meschini à Mescho autore appellantur. Cappadocum enim appellatio noua est, veteris autem vestigium adhuc superest. Vrbs enim est apud eos hodie quoque Mazaca, satis indicans intelligere volenti, hoc priscum fuisse genti nomen. Thires autem Thiras de se vocauit, quorum fuit princeps: eos Græci Thracas dicere maluerunt. Et tot gentes à Iapheti filiis sunt institutæ. Gomaris autem, trium liberorum parentis, vnus filius Aschanaxes Originem Aschanaxis dedit, qui nunc Rhegines à Græcis nominantur: Rhiphates verò Rhiphatæis, nunc Paphlagonibus: & Thygrammes Thygrammæis, quos Phrygas Græcis libuit vocare. Iauanis item trium filiorum vnus Alifas Alifæis ut originem ita nomen dedit, qui hodie sunt Æoles: parique modo Tharsensibus Tharsus. Sic enim olim appellabatur Cilicia: cuius rei signum est Tarsus urbium eius celeberrima cæterarumque princeps, prima nominis litera in tau mutata. Porro Chethimus insulam occupauit, tunc Chethimam, nunc Cyprum: quo factum est ut tum insulas omnes, tum pleraque loca maritima Hebræi gentili voce Chethim significant. attestatur mihi vna è Cypriis urbibus, quæ adhuc nomen retinet. Citium enim vocatur ab his qui in Græcum sonum vocabula detorquent, ne sic quidem abludens à Chethimi nomine. Tot gentium fuere principes Iapheti filij nepotisque. Cæterum quod Græci fortassis ignorant prius dicam, deinde cœptam narrationem prosequar. Nomina ista decoris causa in Græcam formam mutari ad aurium voluptatē. nostrates enim huiusmodi forma non vtuntur: sed eandem apud nos perpetuo speciem obtinent, nec terminationem variant. Adamus certe nobis Adam vocatur, & Noë qui Græcis Nochos diceretur; eaque forma nullam variationem admittit.

XII Chamæ verò filij Syriam & regionem Amano Libanóque montibus hærentem obtinuerunt, quicquid eius ad mare vergit occupando, & Oceanum vsque ditioris terminos proferendo. vocabula tamen partim omnino euanuerunt, partim ita deprauata sunt in diuersum, ut haud facile agnoscantur. ex quatuor enim Chamæ liberis Chuso nihil detrimenti tempus attulit. Æthiopes enim quibus præfuit, nunc quoque tam à seipsis, quam ab Asianis omnibus Chusæi nominantur. Mesæis etiam sua mansit appellatio. Aegyptum enim Mesren, & Mesæos Aegyptios vocamus quotquot eam regionem incolimus. Quin & Libyæ colonos dedit Phutes, de suoque nomine Phutos dici voluit. extat & flumen in Mauritania hoc nomine: & complures apud Græcos historici eius mentionem faciunt, sicut adiacentis etiam regionis, quæ Phute dicitur. mutauit autem præsens nomen ab vno filiorum Mesæi qui vocabatur Libys. cur autem Africa sit dicta, paulo post docebimus. Quartus Chamæ filius Chanaanæus Iudæam nunc vocatam habitauit, gentemque suam Chanaan nominauit. Hi quoque liberos genuerunt, & in his Chusus filios sex. quorum è numero Sabas Sabæorum author fuit, & Euilas Euilæorum, qui nunc Getuli appellantur. Sabathes verò Sabathenos, qui Græcis dicuntur Astabari: Sabaetas quoque Sabaclenos instituit. Romus item Romæos condidit, & duos filios habuit. alter Iudas genti Iudæorum inter Occidentales Æthiopes originem dedit & nomen, Sabæus alter Sabæis. Nabrodes autem manens apud Babylonios tyrannidem arripuit, sicut iam ante diximus. Mesæi verò filij numero octo quantum terrarum à Gaza Aegyptum vsque patet possederunt, sed solius Philistini nomen ipsius regio seruauit. Palæstinā enim Græci eius portionem vocant. reliquorum, Lumæi, Enamiæ, Labimi, qui solus colonis in Libyam ductis regionem à se denominauit, tum Nethemi, Phæthrosimi, Cheslæmi, Chephthomi, tam res quam nomina sunt in obscuro. Bello enim Æthiopico, de quo suo loco dicetur, vrbes eorum sunt euerse. Chanaanæo quoque filij fuerunt hi: Sidonius, qui & urbem sibi cognominem condidit in Phœnice, Sidonem à Græcis vocatam. Amathus verò Amathen habitauit, quæ adhuc extat, & ab accolis Amathic

Amathe vocitatur: tametsi hanc Macedones Epiphaniam ab vno è regum successoribus denominauerunt. Arudæus Aradum insulam obtinuit, Arucæus Arcen urbem in Libano sitam. cæterorum septem, Euæi, Chettæi, Iebusæi, Eudæi, Sinæi, Samaræi, Gergesæi, præter nomina nihil in sacris codicibus superest. nam Hebræi vrbes eorum exciderunt, quæ clades causam habuit hanc.



Postquam terra finito diluuiò in *XIII.*
pristinam naturam est restituta, Noë *Genesis 9.*

cœpit eam colere: quam cum vitibus conseruisset, suoque tempore vindemiasset, inuento vini usu, sacris prius operatus epulabatur: ebrîusque factus ac sapore grauatus, parum decore nudatus iacuit, id conspicatus filiorum natu minimus, per ludibrium fratribus indicauit: illi reueriti parentem operuerunt. Sensit hoc

Noë: & precatus aliis filiis felicitatem, ne Chamam quidem diris deuouit, respectu sui sanguinis, sed tantum eius posteros: quas cum cæteri euasisent, Chananæi liberos ultio diuina est consecuta. sed de his rebus dicemus postea.

- 20 Semæ verò tertio Noë filij fuerunt quinque, qui Asiam vsque ad Indicū Occi- *XIIII.*
num incoluerunt, ab Euphrate propagandæ ditionis initio facto. Nam Elymus poste- *Genesis 11.*
ros reliquit Elymos, à quibus Persæ originem traxerunt. Assuras urbem Ninum condidit, & subditos de se Assyrios denominauit, quorum opes præ cæteris efflouerunt. Arphazades eos qui nunc Chaldæi sunt Arphaxadæos nominauit, imperio gentis potitus. Aramæos Aramus tenuit, quos Græci Syros appellare malunt. qui verò Lydi nunc vocantur, olim Ludi dicti, Ludam autorem generis habuerunt. Ex Arami verò quatuor liberis Vses habitator Trachonitidis fuit, Damasciq; conditor. ea sita est Palestina inter & Syriam cognomine Coelen. Armeniam Otrus tenuit, Getheris Bactrianos: Mesas verò Mesanæos: nunc Pasini castrū vocatur. Ex Arphaxade prognatus
- 30 est Sales, ex hoc Heberus, à quo Iudæi Hebræi quōdam appellabantur. Porro Heberus Iuctam & Phalegum genuit, qui natus est dum habitationes distribuerentur. nam hæc vox Phalec partitionem Hebræis sonat. Iuctæ verò Heberi filio liberi fuerunt, Elmodadus, Salephus, Azermothus, Israels, Edoramus, Vzalis, Dacles, Ebalus, Ebe-maelus, Saphas, Ophires, Euilas, Iobelus. Hi à Cophene flumine Indiæ ad Assyriā vsq; habitant. Hactenus de Semæ progenie sit dictum: nunc de Hebræis erit narratio. Ex Phalego enim Heberi filio prognatus est Ragaus: ex hoc Serugus, ex quo Nachores est genitus, & ex hoc Tharrus, hic Abrahami fuit pater, qui fuit decimus à Noë, & natus est post diluuium anno secūdo supra ducentessimū & nonagesimum. siquidem Tharrus septuagesimo anno genuit Abrahamū. Nachores cū esset viginti & octo an-
- 40 norum genuit Tharrū. de Serugo autē Nachores nascitur circa annū trigessimū secundum. Ragaus factus est Serugi pater cū esset annorum triginta duorū. totidē verò annorū Phalegus genuit Ragaū. Heberus autē quarto & tricesimo ætatis anno genuit Phalegum, ipse de Sale prognatus annum nato tricesimū: quem Arphazades genuit quinto & tricesimo ætatis anno. Semæ filius Arphaxades natus est post annos duos à diluuiò. Abrahamus autē fratres habuit Nachorem & Aranen. Ex his Aranes relicto filio Loto, & filiab. Sara & Melcha, in regione Chaldæorum est mortuus, in vrbe quæ Vra Chaldæorū vocatur, & sepulchrum eius nunc vsq; ostenditur. neptes verò ex fra-tre duxerunt coniuges, Melchan Nachores, Sarā Abrahamus. Cæterum cū Tharrus exosam haberet Chaldæam propter luctum Aranis, omnes simul migrauerunt
- 50 Carras Mesopotamiæ, vbi etiā Tharrum defunctum sepelierūt, anno exactæ vitæ du-centesimo quinto. Iā enim paulatim subtrahebatur de vitæ spatiis, vsq; ad Moyseis ætatem: post quē cxx. annorum terminus Deo finitore est statutus, quantum temporis & Moyseis ipse vixit. Itaque Nachores è Melcha octo filios suscepit, Vxum, Bauxum, Manhelem, Zachamum, Azamum, Pheldam, Iadelpham, Bathuelē. atque hi legitimi Nachoris

Nachoris filij fuere. nam Thabæum, Gadamum, Tauaum & Macham è Ruma concubina genuit. Porro Bathueli vni è legitimis Nachoris filiis nati sunt, Rebecca filia, & filius nomine Labanus.

Quomodo Abraham generis nostri autor è Chaldæorum terra profectus habitauit regionem quondam Chananæam, quæ nunc Iudea dicitur. Caput VIII.

XV
Gene. II. 12



ABRAHAMVS verò Lotum Aranis fratris sui filium, Saræ coniugis suæ fratrē, adoptauit, quòd germano filio careret: & cùm iam esset annorum lxxv. monitus oráculo Chaldæam terram mutauit Chananæa: quam & ipse habitauit, & posteris reliquit: vir sapiens ex æquo & eloquens, & in coniectando sagax. Cùmque ob virtutem eximiā sapiens esset præ cunctis habitus, ausus est vulgo receptam de Deo pertuationē conuellere, & in melius vertere. Ergo primus omnium clara voce prædicauit, vnum esse Deum rerum vniuersitatis conditorē: de cætero si quid ad felicitatem conferat, non nostris nobis viribus, sed illius voluntate contingere. Hoc verò ex terræ ac maris obseruatione colligebat, tum eorum quæ circa solem ac lunā & reliqua sidera videbat accidere: esse nimirum potentiam quandam quæ horum curam gerat, & omnia decenter administret, qua cessante nihil nostris vtilitatibus seruiturum, cùm nihil suapte virtute polleat, sed vniuersa omnipotenti ipsius voluntati obsecundent. quapropter huic vni honorem deberi, huic gratias agi oportere. Quamobrem cùm Chaldæi Mesopotamitæq; cæteri contra se insurgerent, cōsiliū migrandi cœpit, & voluntate ac fauore Dei fretus terram Chananæam tenuit: vbi sedibus positus Deo struxit aram, & hostias mactauit. Meminit autem patris nostri Abrahami Berosus quoque, non tamen cum nominans, his verbis: Post diluuiū autem decima ætate apud Chaldæos erat quidam iusticiæ cultor, vir magnus, & sideralis scientiæ peritus. Hecataeus verò non meminit tantum obiter, sed libro in hoc conscripto res eius posteritati tradidit. Nicolaus autem Damascenus in quarto historiæ sic scribit: Abrahamus regnavit apud Damascum aduena, vt qui cum exercitu venerat è regione supra Babylonem sita, quæ Chaldæorum dicitur. nec ita multo post hinc quoque migrans cum suo populo, sedē transtulit in terram tunc Chananæam, nunc verò Iudæam nominatam: cuiusque posteritas ibi creuit in ingentem numerum, quorum res alibi sum narraturus. Abrahami verò nomen etiam nunc est apud Damascenos celebre, & vicus ostēditur, quem vocant Abrahami domicilium.

Quòd fame Chananæam premente, Abrahamus in Ægyptum est profectus: & ibi aliquantisper commoratus, retro vnde venerat est reuersus. Caput IX.

XVI
Gene. 12. 13



AME deinde Chananæam terram inuadente, Abrahamus audita Ægypti vbertate, proficisci illuc decreuit, tum vt copiis eorum frueretur, tum vt sententiam sacerdotum de diuinitate cognosceret: aut secuturus illorum opinionem si modo melior esset, aut ipse rectiora eis commonstraturus. Cæterum cùm & Saram secum duceret, veritus Ægyptiorum libidinem, ne fortè ob excellentem vxoris formam à rege interimeretur, artem commentus est talem. Fratrem eius se finxit, monita prius, vt ob præsentem necessitatem simulationi suæ subseruiat. Vt autem ventum est in Ægyptum, id quod suspicatus fuerat evenit: iam enim coniugis pulchritudinem fama diulgauerat. quamobrem Pharaotes gentis rex audita oculis suis cognoscere, ac muliere etiam potiri concupiuit. Huic malæ libidini Deus obstitit, pestilentia & seditione res regis infestans: cōsultique de remedio sacerdotes, quòve modo placandum esset numen, hanc mali causam responderunt, quòd hospitis matrimonio iniuriam inferre parauisset. Rex territus primū scitatur, quænam sit quisve eius comes. cognita deinde rei veritate, Abrahamo satisfacit: sororem se putasse non vxorem, & affinitatem contrahere, non iniuriam inferre, voluisse: donatōque magna pecunia, potestātē fecit congregandi cum præstantissimo quoque Ægyptiorū ac doctissimo: quo factum est vt virtutis nomine in maximam existimationē veniret. nam cùm ea gens in diuersos ritus & opiniones scinderetur, & per

& per mutuum contemptum atque infestationem infensis inter se animis agerent, collisos inter se eorum de religione sermones & à seipsis confutatos vanissimos esse nihilque prorsus veritatis habere declarauit. ob has dissertationes in precio habitus, vt qui magnam tam intelligendi, quàm eloquendi docendique facultatem præ se ferret, & numerorum scientiam & de siderum benigne illis communicauit. nam ante Abrahami ad se aduentum Ægyptij rudes erant huiusmodi disciplinarum: quæ à Chaldæis ad Ægyptios profectæ, hinc ad Græcos tandem perueniunt. Reuersus inde in Chananæam, agros cum Loto diuisit. orta verò inter opiliones contentione de iure ac terminis pascuorum, arbitrium & optionem Loto permisit: ipse cōtentus relicta sibi por-
 10 tione agri submontani, domicilium elegit in oppido Hebrone. id septem annis est antiquius quàm vrbs Ægypti Tanis. Loto verò campi cesserūt, & planicies Iordani fluuio contigua, non longe à Sodomorum vrbe: quæ tunc bona & magna, nunc diuina ultione ac ira, vt ne vestigium quidem superfit, est deleta: cuius rei causa mox suo loco dicitur.

Sodomitarum clades ab Assyrijs accepta.

Caput X.

XVII.

Genes. 14.

EODEM tempore cum Imperium Asia penes Assyrios esset, & Sodomitarum res tam opibus quàm numerosa iuuentute florebat, vt à quinque regibus administrarentur. hi erant Ballas, Barcas, Senabarus, Symoborus & Balin, suo quisque regno præpositus. Hos Assyrij bello petierunt, diuisq; quadrifariam copiis sub quatuor Imperatoribus, regionem illorum
 20 oppugnabant, commisso tandem prælio victores Assyrij Sodomitarum regibus tributum imperauerunt. cūque per duodecim annos imperata fecissent, & tributa soluis-
 sent, decimotertio defecerunt: quo factum est vt noua in eos Assyriorum expeditio fieret, ductu & auspiciis Marphedis, Ariochi, Chodollogomori, & Thargali. Hi & Syriam vniuersam rapinis vastauerunt & gigantum posteros perdomuerunt. cūque in agrum Sodomorum esset vêtum, castrametati sunt in valle puteorum bituminis. tunc enim putei fuerant in eo loco: mox vero Sodomis deletis, lacus ibi, quem à scatenti bitumine Asphaltitem dixerunt, repente extitit. eo de lacu paulo post dicemus. ceterum Sodomita cum Assyriis congressi, post egregiam pugnam editam, partim in acie ce-
 30 ciderunt, partim deditionem fecerunt, cum quibus & Lotus captiuus est abductus, qui Sodomitis in auxilium venerat.

Quomodo Abrahamus Assyrios aggressus tam captiuos quàm reliquam prædam victor reduxit.

Caput XI.

XVIII.

Genes. 14.

IS auditis Abrahamus, tum Loti cognati, tum Sodomitarum amicorum ac vicinorum clade commotus, nil cunctatus in succursum eorum cum suis properauit: & quinta nocte hostem assecutus circa Danum (hoc alteri Iordanis fontium est nomen) oppressum ex improviso facile superauit. Securi enim & incauti partim in cubilib. inermes sunt cæsi, partim præ temulentia pugnae inutiles in fugam se conuerterunt, quos Abrahamus acriter à
 40 tergo sequenti quoque luce perurgens ad Soba Damascenorum compulit. Quo facto nemini dubium reliquit, victoriam non in multitudine militum, sed in bellatorum alacritate consistere, & virtutem nulli numero succumbere, vt qui cum domestica tricenaria cohorte, & insuper decemocto vernaculis, triūmque amicorum auxiliis tantum exercitum profligauerit. quotquot autem ex hac clade euadere contigit, cum ignominia domū se receperūt. Abrahamus verò captiuos incolumibus reductis, parta pace victor ad suos rediit. redeunti rex Sodomitarum vsque in locum quem Campum regiam vocant, gratulabundus occurrit: vbi à Solymæ vrbs rege Melchisedeco est exceptus. id nomen interpretatur, rex iustus. erat enim reuera talis, omnium consensu sacerdotio summi Dei ob iusticiam dignus habitus. Sed Solyma posterior ætas vocauit Hierosolyma. Hic Melchisedecus milites Abrahami hospitaliter habuit, nihil eis ad victum deesse passus: simulque ipsum adhibuit mense meritis laudibus extulit, & Deo cuius fauore victoria contigerat, debitos hymnos vt sua pietate dignum erat cecinit. Abrahamus contra de manubiis decimas ei dono dedit. Rex verò Sodomorum Abrahamo prædam omnem cedens solos captiuos suæ regionis reposcebat. hanc
 50
 b condit

conditionem ille non accepit; negans ad se quicquam inde rediturum, exceptis alimentis militum: amicis tantum in prædæ partem admissis. hi erant Eschol, Elnerus, 15. & Mambres. Hac viri virtute delectatus Deus: Non carebis, inquit, præmio quod pro tot rebus egregie gestis tibi debetur. Quo respondente, Et quam voluptatem ista præmia mihi afferre poterunt, cum hæredem daream, (nondum enim pater factus erat) tum Deus & filium illi est pollicitus; & posteritatem ex eo tantam, quæ stellas cæli posset æquare numero. His auditis lætus sacrificium Deo iussu ipse obrulit. Porro sacrificij ritus erat hic: mactata iuuenca trienni, capra trienni, ariete item trienni, cæteras victimas ut iussus fuerat diuisit, solis autibus exceptis: deinde priusquam erigeretur ara aduolantibus alitibus ad victimarum cruorem, oraçulum redditur, prænuncians progeniem eius malos vicinos per annos cccc. in Ægypto habituram: quo tempore gra- 10 uiter afflictos, victoriam tamen de inimicis reportaturos, deuictisque Chananæis regionem eorum & vrbes occupaturos. Habebat tum Abrahamus circa quercum quæ vocabatur Ogis, id agri nomen erat non longe ab vrbe Hebrone. Caterum ægre ferens coniugis sterilitatem, supplex à Deo petit ut prolem sibi masculam largiretur. Tum Deus de cætero quoque bene sperare illum iussit, ut qui non temere Mesopotamiam reliquisset, atque insuper liberos ei non defuturos promisit. ibi Sara Dei mo- 20 nitu in thalamum eius adducit vnam famularum nomine Agaren, Ægyptiam genere, quò liberos sibi ex ea quæreret. & cum vterum se gerere sensisset famula, cepit contemptim habere Saram, ad principatum aspirans, quasi ad prolem suam dominatio peruentura esset. quapropter cum Abrahamus vxori eam ad pœnam dedidisset, decreuit fugere non ferens afflictionem: Deumque rogabat ut sui miseretur. Itaque per desertum abeûti occurrit angelus iubens ut ad dominos reuerteretur, fore enim eam meliorem conditione, modò se modeste gerat. nunc enim ingratitudinis ac arrogantiae pœnam luere. quòd si contemptis Dei iussis ulterius pergeret, præsens exitium eam manere aiebat. sin retro rediret, matrem futuram pueri, qui tandem regno eius regionis esset positurus. Paruit famula, & reuersa ad dominos, veniam est consecuta: nec ita multo post Ismahelem peperit, ac si dicas exoratum, eò quòd Deus preces matris exaudierit. hinc Abrahamus sextum supra octogesium annum natus genuit: cum autem nonagesimum nonum attigisset, apparuit ei Deus, nuncians quòd e Sara suscepturus 30 esset filium. cum iussit vocari Isacum, addens prodituras ex eo gentes magnas & reges: easque iure belli occupaturas vniuersam Chananæam à Sidone vsque Ægyptum. Iussit etiam genus ipsius, quod nolebat cum aliis permixtum, pudenda circūcidi, idque octaua die natiuitatis, causam verò nostræ circuncisionis dicam alibi. Consulente vero Abrahamo & de Ismaele, an esset victurus, responsum est, fore longæuum simul & multarum gentium parentem. Tum Abrahamus posteaquam Deo gratias egisset, euestigio circuncisus est cum tota familia, similiter & Ismahel, annum tunc agens decimum tertium: ipse verò pater nonum iam agebat supra nonagesimum.

Quomodo Deus Sodomitarum gentem excidit flagitijs eorum offensus. Cap. XII.

XIX.
Gen. 18. 19.



ER idem tempus Sodomitæ diuitiis & abundantia pecuniarum elati tam in homines contumeliosi erant, quàm erga Deum impij: quippe qui neque beneficiorum eius meminerant, & hospites auerfabantur: denique mutuis etiam libidinibus sese incestabant. His rebus offensus Deus decreuit superbiæ pœnas de illis sumere, & regionem eorum adeo vastam reddere, ut posthac nec plantas nec fructum vllum produceret. His ita decretis de Sodomis; Abrahamus cōspicatus tres angelos (sedebat enim ad quercum Mambræ pro foribus domicilij sui) ratus esse hospites, assurgens salutauit eos, rogauitque ut ad se diuertentes fruerentur hospitio. illis verò annuentibus iubet panes & similia fieri, & mactatum vitulum ac assatū sub quercu discumbentibus apposuit. at illi visi sunt ei comedere, & de vxore quærebant, vbinam esset Sara. quo referente, intus eam esse: aiuit se aliquanto post reuersuros, eamque inuenturos iam matrem. muliere autem arridente, & negante fieri posse ut liberos gigneret ipsa nonagenaria, e marito centesimum annum agente: non sustinuerunt amplius simulare: sed fassi sunt se Dei esse angelos: & quòd 50 missi



missi essent, vnus nunciatum de filio, duo verò ad delendos Sodomitas. Quo audito Abrahamus indoluit propter Sodomitas, & surgens deprecatus est Deum ne promiscue iustos cum iniustis perderet. Deo verò negante quenquam Sodomitarum esse bonum, alioqui si vel decem inter eos essent, omnibus remissurum fuisse peccatum, Abrahamus destitit, angeli verò perueniunt Sodoma. ciues autem

cum vidissent adolescentes forma præstantes ad Lotum diuertisse, ad illudendum per vim ætati eorum sunt versi. Loto verò suadente continerent se, ne in probrum hospitum ruerent, sed hospitio suo non nihil honoris haberent: aut si temperare sibi non quirent, filias se pro illis eorum libidini exhibiturum: ne sic quidem parere voluerunt. Deus autem illorum audacia commotus ad iram, ipsos quidem excæcavit, ne in ædes introitum inuenire possent. cæterum Sodomitarum populum vniuersum ad supplicium adiudicauit. Lotus autem ab ipso præmonitus de futuro excidio, discessit inde, assumpta etiam vxore & duabus filiabus etiamtum innuptis. sponsi enim earum momentem de excundo contempserant vt delirum quicquid diceret. Tum Deus iaculatur telum in urbem, eamque cum ipsis incolis exurit, & agrum quoque pari deuastat incendio, quemadmodum mihi iam dictum est in commentariis quos de bello Iudaico prodidi. Cæterum Loti vxor inter abeundum subinde ad urbem respiciens, & curiosius cladem hanc contra mandatum Dei spectans, in statuam salis est versa. dictum est mihi iam & de illa: nam extat hodie quoque: ipse verò cum filiabus in paruum quoddam rus euasit, cui soli ignis omnia circumquaque vastans pepercit. id Zoor nunc vsque vocatur, sic paruum Hebræorum lingua significante. In hac solitudine vitam inopem aliquantisper tolerauit. puellæ verò vniuersum genus humanum extinctum ratæ, astu circumuento parente, cum inscio sunt congressæ, curantes ne totum genus deficeret. ex hoc congressu nati sunt filij: maiori Moabus, ac si dicas è patre: iuniori Ammanus, quod nomen significat filium generis. Horum alter Moabitarum fuit autor, magnæ gentis etiam nostra ætate. alter verò Ammonitarum, vtrique Syriam Cœlen incolunt. Et in hunc modum Lotus reliquit Sodoma.

Abrahamus autem migravit in Gerara Palestinæ, Saram ac si sororem secum ducens, eadem arte qua quondam, nimirum insidiarum metu. timebat enim Abimelechum eius loci regem: qui & ipse amore Saræ captus, ea potiri cupiebat. eam cupidinem morbus grauis impediuit diuinitus immixtus: atque ita medicorum ope destitutus, in somnis admonetur, abstinere se ab iniuria coniugis hospitis. mox cum meliuscule habere cœpisset, indicat amicis, quod Deus sibi hunc morbum immisisset vindicans ius hospitis, & vxori eius ab iniuria cauens. non enim sororem esse, sed vxorem legitimam. Hæc locutus Abrahamum de consilio amicorum accersitum, securum esse de pudicitia coniugis iubet. Deum enim eius curam habere, cuius auxilio nihil turpe passam se illi restituere. idque ita esse Deum testabatur, & mulieris conscientiam, ac ne expetiturum quidem eam fuisse, si nuptam esse sciuisset. ad hæc rogabat, vt æquo animo in se esset, Deumque propitium redderet. Et siue apud se maneret, nihil ei defore: siue abire mallet, deductores est pollicitus, & omnia quorum causa ad ipsum venisset. Hæc locuto Abrahamus nec omnino fictam consanguinitatem aiebat: esse enim fratris filiam: & sine hac simulatione parum tutam peregrinationem credidisse. ac ne morbi quidem causam ei se fuisse excusabat. Quin & salutem regis sibi curæ futuram, & mansurum quoque cum illo libenter. tum rex tam agri quam pecuniarum partem ei cessit: & conditiones pacis bona fide vtrinque seruandas dixit, fœdere cum eo super puteo quodam icto, qui Bersube vocatur. ea vox iuramenti puteum significat: & id nomen & hodie locus seruat. Nec ita multo post Abrahamus filium è Sara suscepit, iuxta promissa Dei, quem Isaacum nominauit. Sic risus Hebræis significatur. siquidem risus Saræ, dum pro-

XX.
Genes. 20.

Genes. 21.

b 2 les ei

les ei iam natu grandi præter expectationem promittitur, in causa fuit huius appellationis. ipsa enim erat nonagenaria, Abrahamus verò annorum centum, ipso anno quo Isacus est natus. eum octaua mox die circumcidunt, qui mos adhuc Iudæis durat, vt post totidem dies circumcisionem celebrent.

De Ismaele Abrahami filio, eiusque posteris Arabibus. Cap. XXIII.

XXI.
Genesis 21.



RABES verò post decimūtertium annum id faciunt. Ismahel enim gentis eorum autor Abrahamo è concubina natus, post tantum temporis est circumciscus, de quo iam dicendum. Amabat Sara Ismahielem ab initio, è famula Agare natum, nō secus ac si ex se esset genitus. alebatur enim in spem successionis. verum postquā ipsa Isacum peperit, non amplius æ-



quum censebat Ismahem cum hoc educari: quippe qui natu maior, defuncto communi patre iniuriam ei facile inferre potuisset. Suasit igitur Abrahamo vt eum vnā cū matre aliquò ablegaret. Ille verò primum non aduertebat mentem ad Saræ consilium, rem atrocem ratus, puerū nondum adultum & mulierem egenam ablegare. tandem verò approbante



Deo, Saræ voluntati paruit: puerūq; matri commisit, nondum per se peregrinationi aptum: & dato eis vtre aquæ ac panibus iussit nē quò eos necessitas duceret. & cū defecisset commecatus, in anxietate erat mater. cūque nihil aquæ superesset, deposito sub abiete puero animam agente, ne spectatrix esset expirantis vltius pergebat. cui occurrens angelus Dei, & fontem in propinquo indicauit, & curam educandi pueri habere iussit. sperandam enim illi eximiam felicitatem è salute Ismahelis. tum verò mulier meliori spe concepta, cū incidisset in pastores, eorum benignitate miseriam euasit.

Postquam autem ad virilem ætatem peruenit, vxorem ei coniunxit Ægyptiam genere, vnde & ipsa erat oriunda: ex qua Ismahel duodecim suscepit liberos. hi erant, Nabæoth, Cedarus, Abdeel, Edumas, Massamus, Mæmassus, Masmesus, Chodamus, Themanus, Ieturus, Naphesus, Calmasus. hi quicquid terrarum est Euphratem inter & rubrum mare habitant, Nabatææ nomine regioni indito. Sunt autem hi à quibus Arabes gentem suam eiusque tribus denominauerunt, tum propter ipsorum virtutem, tum propter Abrahami auctoritatem.

De Isaco legitimo Abrahami filio. Cap. XXIII.

XXII.
Genesis 22.



SACVM autem Abrahamus supramodum amabat vt vnigenitū, & quem in senectute Dei dono susceperat. hunc affectum & beneuolentiam parentum puer ipse magis ac magis accēdebat, omni virtuti deditus, & tam parentes quā Deum colens: quo successore omnium fortunarum relicto Abrahamus haud grauatim vita excessurus videbatur: id quod ipsi

Dei benignitate contigit. Volens tamen pietatis eius periculum facere Deus, apparuit ei: enumeratūque omnibus beneficiis in eum collatis, vt victoriam illi de hostibus olim concesserit, vtq; præsentī felicitate suo fauore frueretur, filium Isacum poposcit vt sacrificium & victimam sibi offerret. iubebat autem vt in montem Morium subductum holocaustum faceret. sic enim pietatem eius illustriorem fore, si vel filij salutem voluntati diuinæ posthaberet. Abrahamus verò nefas ducēs quauis in re Deo morem non gerere, quin potius per omnia parendum ei per quem omnes viuerent, celans

vxorem

vxorem tam Dei mandatum, quàm suam de pueri cæde sententiam, ac ne famulorum quidem ulli rem indicās, ne fortè aliquis sibi obstaculo esset, assumpto Isāco cum duobus seruis, impositisque in asinum rebus ad sacrificium necessariis, proficiscebatur ad montem. ac biduum quidem comitati sunt cum serui. tertia verò die cum iam in prospectu esset mons, relictis aliis in campo cum solo puero ascendit in montem, in quo post Dauid templum constituit: ferebantque secum quicquid ad sacrificium pertinet, absque victima. Isāco verò qui tum vigesimum quintum annum agebat, arma apparante, percontantēq; quidnā mactaturus esset nullam habens hostiam: tum ille Deum daturum aiebat, qui potens esset hominibus & quæ non habeant largiri, & quæ habeant adimere, si in illis fiduciam collocent. daturum ergo sibi quoque victimam, si quidem propitius esset his sacris interuenturus. postquam autem structa ara ligna imposuerat, omnibus apparatis sic inquit, Fili, mille votis te expetitur, postquam in hanc vitam venisti, summa cura ac sollicitudine educaui, nihil beatius existimans quàm si te virum videre daretur, & tãdem hæredem meæ ditionis relinquere. Sed quoniam Deo visum est vt te susciperem, ac nunc rursus vt te amittā, fer generosè hoc sacrificium. Cedo enim Deo, qui à nobis hunc honorem reposcit, pro perpetuo fauore quo nos belli ac pacis tempore est profecutus. Nunc lege naturæ natus cum sis vt moriaris, non vulgarem habebis vitæ exitum, sed à proprio patre patri vniuersorū Deo sacrificio ritu oblatum, ipso vt credere par est indignū te censente qui aut morbo, aut bello, aut alia quam

20 *p*iam humana calamitate de vita decedas: sed inter præcamina & sacra animam tuam exceptam apud se collocabit: vbi memor cur te potissimum educauerim senectutem meam sustentabis, non quidē per teipsum, sed Deum mihi curatorem tuo loco relinquens. tum Isācus haudquaquam à tanto parēte degener, libenter hæc verba accepit, negans se dignum qui vnquam natus esset, si tam Dei quàm patris decreto reluctans, non alacriter se præberet vtriusque placitis: quandoquidem etiam si pater solus ita vellet, nefas esset non obsequi. iamq; minimū aberat quin perpetraretur facinus, ni Deus obstitisset. Inclamat enim nomine Abrahamum, neci pueri intercedēs. non enim cupidine sanguinis humani, pueri cædē imperasse, neq; vt quem patrem ipse fecerat, liberis per impietatem orbarer, sed vt probaret eius animum, an etiam talibus iussis pariturus esset. nūc cognita eius prōptitudine ac præcellenti pietate, ratū se habere quicquid illi hætenus concesserat. non defuturā autem nec in posterū suam prouidentiam,

30 *t*am ipsi quàm eius generi. hunc quoq; filium longissimo tempore victurum, vitæque feliciter exacta filii Germanis & probis magnum principatum relicturum. prædixit etiam fore vt genus eorum in multas gētes cresceret, nec minus opibus quàm numero augeretur: ipsorum etiam autorum eius generis memoriam fore sempiternam. regione quoque Chananæa bello quæsitā, vsque ad inuidiam omnium exterarum gentium fortunatos fore. Hoc oraculo reddito, Deus illis arietem ad victimam ex improviso præsto esse voluit. At illi ex insperato sibi redditi, auditæque tantæ felicitatis promissione, mutuo se complectebantur: mactata deinde victima incolumes ad Saram se receperunt: vixeruntque beati, omnes eorum conatus Deo prosperante.

40

*Saræ obitus Abrahami coniugis.**Cap. XV.*

*S*ARA autem non multo post moritur, cum vixisset annos vigintiseptem *Genes. 23.* supra centum. Sepulta est in Hebrone, Chananæis publice ius sepulchri offerentibus. Abrahamus tamen maluit sepulturæ locum quadringentis siclis emere de Ephremo quodam Hebronensi ciue: vbi monumenta eius & posterorum sunt exædificata.

Quomodo è Chetura Abrahamo nupta Troglodytarum gens prouenit. Cap. XVI.

*P*OST hæc duxit Chæturam, ex qua nati sunt ei filij sex, viri prudentes & *XXIII.* industrii, Zembranes, Iazares, Madanes, Madianes, Lufubacus, Suus: qui *Ge. 24. 25.* & ipsi filios habuerunt, Suo Sabacanes natus est & Dadanes. huic Latufimus, Asurus, Luures. Madianis verò fuerūt, Ephra, Ophres, Anochus, Ebibidas, Eldas. His omnibus filiis ac nepotibus Abrahamus deducendi colonias fuit autor, occupaueruntque Troglodyticam regionem, & Arabiæ Felicis quicquid ad rubrum

b 3 brum

brum mare pertinet. Fertur etiam quòd hic Ophires cum exercitu profectus occupauit Libyam, quam postea nepotes eius tenuerunt, Aphricam ab ipso denominatā. Attestatur huic opinioni & Alexander Polyhistor sic scribens: Cleodemus, inquit, propheta, cognomine Malchus, qui ad imitationem Moſis legislatoris Iudæorū historiam contexuit, narrat Abrahamum è Chatura aliquot filios ſuſcepisse, tres nominatim recensens, Aphram, Surim, Iaphram. à Suri appellatam Aſſyriam. Ab Aphra verò & Iaphra urbem Aphrem & regionem Aphricam nominatas. hos enim ductu Herculis in Libya militasse contra Antæum. Herculem etiam ex Aphræ filia genuisse filium Dedorum, ex hoc Sophonem progenitum, à quo Sophaces barbari habent nomen.

XXIII. Isaac autem iam ferme quadragenario Abrahamus pater coniungere volens uxorem Rebecca Nachoris fratris sui neptē, mittit maximū natu famulorum ad sponsalia, prius accepta fide obligatum, modus verò deuinciēdi fuit talis: Subditis alter alteri manibus sub femora, Deum ita testem inuocabant eorum quæ destinauerant. Miſit etiam dona ad illos, vel rara illic vel nunquam antè viſa. Profectus autem famulus diuturnum iter faciens, eo quòd difficilis eſſet transitus per Meſopotamiam, hyeme propter cœni altitudinem, æſtate ob aquarum inopiam, ad hæc propter latrocinia quæ vitari non poterant niſi à cautis, tandem peruenit ad urbem Carras. & cū veniſſet in suburbium, incidit in complures puellas euntes aquatum: mōxque intra ſe precatur, ſi Deo græ forent hæc nuptiæ, vt inter illas inueniretur Rebecca, ad quam filio deſponſandam Abrahamus cum miſerat: & hoc ſigno dignoſceretur, quòd 20 cæteris negantibus ipſa potum roganti præberet. hæc ſecum volutans accedit ad puteum, poſcens ab eis potum, illis verò cauſantibus aquam ſe non ſine labore acquirere, quam domum deferant, non aliis præbeant: vna omnium obiurgatis reliquis, negando eas vnquam inter homines verſatas, quæ ne aquam quidam impartirent, benigne hoſpiti potum offert. at ille certa iam ſpe de euentu concepta, volens tamen verum cognoscere, collaudata prius virginis indole & benignitate, quæ vel cum ſua fatigatione roganti ſubminiſtrare non grauaretur, ſciſcitatur ex quibus nam eſſet parentibus: gratulatus eis talem filiam, & imprecatus vt eam ex animi ſententia viro probo elocarent, ex quo germanos ac legitimos liberos pareret. puella in hoc quoq; ei gratificatura genus ſuū indicat. Rebecca, inquit, mihi nomen eſt, pater vero 30 fuit Bathuel, quo deſuncto Labanus frater meus & domum curat & matrem, meæ quoque virginittis tutor. His cognitis homo gaudebat ob ea quæ ſibi acciderent, quæq; audiuiſſet: manifeſto cernens Deum hoc iter proſperare. prolato deinde monili & aliis quibuſdam ornamentis quibus ætas ea delectatur, obtulit puellæ, dicens hanc eſſe gratiam & honorem pro communicato potu; ipſamque dignam quæ accipiat, cū inter tot virgines bonitas eius emineat: rogabat etiam vt ad domesticos ipſius diuertere liceat, quandoquidem nocte iam appetēte vltius progredi non detur, ferre ſe mundum muliebre magni precij, qui nuſquam tutior eſſe poſſit quàm apud eos quorum probitatem iam eſſet expertus. coniecturam enim ſe facere ex ipſius moribus, matrem quoque & fratrem pari humanitate eſſe præditos, 40 neque grauati hoſpitē admiſſuros, præſertim ipſis nec oneri nec ſumptui futurum. ad hæc illa, bene eum de parentum humanitate coniectare, ſed non recte facere quòd tam illiberales ſuſpicetur. omnia enim ſine precio habiturum, indicaturam tamen prius Labano fratri, cuius permiſſu ipſum adducturam. quo facto poſtquàm adduxit hoſpitē, ſerui Labani camelos curandos acceperunt, ipſe verò ad cœnam eum ſecum duxit. quæ peracta ſic eum & matrem puellæ eſt allocutus: Abrahamus filius eſt Tharri, veſter autem cognatus. Nachores enim tuorum matrona liberorum auus, Abrahami erat frater, eodem patre eadēque matre prognatus. is nunc mittit me ad vos, poſtulans hanc virginem filio ſuo coniugem dari, quem legitimum 50 habet & vnicū, ad omnium ſuarum facultatum hæreditatem educatum. cui cū poſſet opulentiffimam quamvis ex eius regionis fœminis deligere, non eſt ita viſum: ſed malens hunc honorem cognationis ſuæ habere, procurat has nuptias. cuius voluntatem nolite cōtemnere, diuino enim fauore præter alia quæ mihi feliciter in hoc itinere ſucceſſerūt, & puellam hanc & veſtras ædes inueni, propinquus enim iam oppido, conſp

do, conspicatus multas virgines puteum petentes, optaui ut in hac inciderem: quod & factum est. has igitur nuptias auspice Deo conciliatas, vos quoque vestra autoritate ratas habetote: & Abrahamum qui me tam accurate huc misit, vestro annuuntio honore. illi verò tum quòd rem tam optabilem approbarent, tum quòd Dei sententiam accedere cognoscerent, mittunt eam quibus postulabatur conditionibus: duxitque illam Isacus, facultatum paternarum iam dominus:

De obitu Abrahami.

Caput XVII.

DE FVNCTVS est autem Abrahamus non ita multo post. vir in omni vir-
tute eximius, & pro sua insigni pietate Deo egregie carus. Vixit annos
10 clxxv. sepultus est in Hebrone iuxta uxorem Saram, communi cura fi-
liorum suorum, Isaci & Ismahelis.

De Isaci filijs Esau & Iacobo, & natiuitate eorum.

Caput XVII.



DEFUNCTO autem Abrahamo, vxor Isaci gerebat vterum: cuius
mole crescente in dies, anxius consuluit oraculū. Responsum est,
gemellos ei parituram Rebeccam, & ab utroque descēsuram gen-
tem auctori suo cognominem: & quæ minor videbitur, eam fore po-
torem. nec multo post, sicut prædictum erat, nascuntur ei gemini,
quorum grandior à capite ad pedes erat hispidus. minor verò ex-
euntis ante se calcaneum retinebat. pater autem amabat seniorem Esauum ex re co-
gnomen habentē. nam Hebræi pilos vocant Seir. Iacobus verò iunior à matre ama-
batur. Fame autem in ea terra grassante, Isacus volens ire in Ægyptum propter vber-
tatē regionis, peruenit Gerara, Deo sic iubente. rex autē Abimelechus excepit eum,
quia hospitij & amicitia ius inter eum & Abrahamum intercesserat. cūque homi-
nem initio magna beneuolētia prosequeretur, motus inuidia non potuit in eo affe-
ctu permanere. videns enim Deum Isaco propitiū, suūmq; fauorē declarantem, ex-
pulit illum. at ille expertus mutatum præ inuidia, secessit non longe à Geraris in lo-
cum qui vocatur Fauces. ibi dum foderet puteum, pastores irruentes aggressi sunt
armis opus impedire: sed illo ultro cedente, visi sunt vicisse. mox cū alio loco fo-
dere cœpisset, rursus vi prohibentibus alijs Abimelechi pastoribus, hunc quoque
30 puteum imperfectum reliquit, prudenti consilio meliorem occasionem expectans.
qua deinde oblata, rege sponte fodiendi potestatem faciente, puteo Rooboth no-
men imposuit, quod significat amplum. è prioribus verò alterum vocauit Escon,
hoc est pugnam: alterum Syennam, hoc est inimicitiam. Itaque Isaci potentia cum
opibus in dies magis ac magis crescebat. Abimelech autem ratus contra se fortunas
Isaci augeri, cum quo parū sincere consuetudinem habuerat, & qui ob simultaris su-
spicionem aliquantisper secesserat, veritus nequando apud eum plus recens offensa
quàm pristinae amicitia memoria valeret, néve iniuriam acceptā vlceretur, pro-
fectus ad illū amicitiam cum eo renouat, vno è suis amicis arbitro adhibito. cūque
Isacus pro naturæ bonitate iniurias suas paternæ amicitia libenter donaret, voti
40 compos domum est reuersus. Alter autem filiorum Isaci, in quem pater erat, pro-
pensior, quadraginta annos natus, duxit Adam Helonis, & alibamen Esebeonis, dy-
nastarum inter Chananæos filias, idque autoritate propria, ne patre quidem con-
sulto. neque enim ille permissurus erat, si filius sententiam ipsius expectasset, quip-
pe qui non delectabatur affinitate eius regionis hominum: nolens tamen molestus
esse filio, iubendo eum ut mulieres missas faceret, decreuit rem totam silentio trans-
mittere. Sed cū esset senex, & visu orbatus, accito filio, præfatusque ætatem, per
quam etiam si cæcitas calamitas non accessisset, non liceret sibi amplius Deum so-
lito cultu venerari, iussit eum venatum ire. Cura, inquit, ut quod poteris capias, &
para mihi cœnam: qua sumpta precabor Deum, ut tibi dignetur esse auxiliator &
50 adiutor per omnem vitam tuam. nam meæ finis quàm longe absit incertus sum: qui
prius quàm me opprimat, æquum est ut meis precibus Deum tibi faciam propitiū.
Vadit Esau venatum: interim Rebecca malens Iacobo Deum propitiū, etiam
præter Isaci mentem, iubet eum hædis iugulatis cœnam instruere. ille obsequitur
matri, iussu ipsius omnia faciens, cœna verò parata, circumuolutis hædino exuuiis

brachiis, vt contactis pilis Eſaus crederetur; nam cætera omnino ſimilis vt gemellus, hoc ſolo differebat: ſolicitus ne mature in malo dolo deprehenſus pro fauſtis precaminibus diras imprecationes reportaret, apponebat cœnam patri. at Iſacus ſentiens in voce non nihil peculiare, aduocat filium. illo verò protendente brachium hædina pelle amictum: voce, inquit, propior es Iacobo, attamen ob pilofitatem Eſaus mihi videris. nec quidquam doli ſuſpicans, iam cœnatus ad Deum precibus inuocandum ſe vertit. Domine, inquit, omnium ſeculorum, & conditor omnium creaturarum, tu patri meo maxima bona pollicitus, etiam mihi præſentem felicitatem es largitus, meis quoque poſteris propitiū te fore, & maioribus beneficiis eos cumulaturum promiſiſti, hic tuus fauor perpetuus ſit precor, neve me propter hanc debilitatem deſpicias, quæ facit vt magis etiam ope tua egeam. Serua puerum hunc propitiū, & ab omni calamitate illæſum cuſtodi, da ei vitam felicem, & poſſeſſionem honorum quæ in tua ſunt poteſtate. fac eum formidabilem inimicis, apud amicos gratioſum. Sic ille Deum inuocabat, putans ſe Eſau bene precari. vix abſoluerat preces, cum Eſaus à venatu reuertit, & Iſacus intellecto errore nihil tamen eſt commotus. Eſaus verò poſtulabat vt ſibi quoque ſicut fratri, faceret. denegante id patre, eo quòd omnes preces in Iacobum abſumpſiſſet, lugebat, quòd voti cõpoſ non eſſet. quin & pater mœrore eius motus, ſtudiis quidem venandi, & robore corporis armorumque præſtantia celebrem fore prædicit, eamque gloriam tum ipſi tum eius poſteris manſuram ſenepiternam: ſeruiturum tamen fratri.

20

XXVII Cæterum cum Iacobus timeret fratrem, ne pœnas à ſe exigeret ob circumuentum in votis faciendis patrem, mater cum huic periculo eximit: perſuadet enim marito, vt Iacobo Meſopotamenam vxorem daret, propinquam genere. iam enim etiam Eſaus duxerat Baſemmathen Iſmaelis filiam. Male enim Chananæis volebant Iſacus cum ſuis, priori affinitate offenſi, in quorum gratiam filius Baſemmathen duxit, quam poſtea magis quàm cæteras dilexit.

De Iacobo metu fratris in Meſopotamiam profugo.

Caput. XIX.

Gene. 28



UACOBVS autem in Meſopotamiam miſſus à matre, ducturus auunculi ſui Labani filiam, conſentiente etiã patre iter faciebat per Chananæam: cumque ſimulatatem haberet cum ea gente, nolēbat ad quenquam diuertere: ſed ſub dio quieſcebat, lapide vice puluini capiti ſubiecto. cui dormienti viſio talis eſt oblata. Videre videbatur ſcalam à terra ad cœlum pertinentem, & per eam ſpecies ſcendentes, ſupra humanam naturam augetas: & in



ſumma ſcala Deū manifeſte apparentē, & nominatim ſe his verbis cõpellantem: Iacobe, cū ſis patre bono, & auo ob ſuã virtutē celebri prognatus, nō debes præſenti neceſſitati ſuccūbere, ſed meliora potius ſperare. Meo præſidio magna te manet felicitas. nam & Abrahamū ego è Meſopotamia huc adduxi pulſum à cognatis, & patrē tuū beatū reddidi, nec tua cõditio de-

terior eſt futura. quare bono animo hanc viam perge, fretus me deductore. eueniet ex tua ſententia coniugium ad quod properas, accedent inde & liberi. eorū numerus erit magnus, & ipſi rurfus maiorē prolem poſt ſe relinquent. his ego terræ huius imperium dabo, & eorū poſteris, qui repleturi ſunt terram omnem & mare quā late ſol aſpicit. tu ne cede vlli vel labori vel periculo, tui curam mihi cõmittens & nunc, & magis etiã in poſterū. hoc oraculum Deus Iacobo reddidit: quo lætus vngit lapidē in quo dormienti tanta ſpes aſfulſit, & votum Deo facit ſacrificaturum ſe illic, ſi incolumi & facultatibus aucto reditus contingeret: quod poſt reuertens ſoluit, omniū bonorum ſuorum decimis oblatiſ. honorem etiam loco addidit, Berhel nominato: quod Græcis domicilium Dei ſignificat. Pergens deinde cœptum iter in Meſopotamiam,

Gene. 29

miam, tandem peruenit Carras. & cū pastores offendisset in suburbio, & adolescentes ac puellas ad puteū quendam sedentes, poposcit potum. hinc orto sermone percontatus est an nossent quendam Labanum suum popularem, si fortè adhuc sit superstes. aiunt omnibus sibi notum. neq; enim talē esse vt ignotus esse possit. quin & filiam eius vnā pascere, demirariq; se quòd nondum adsit. ex ea facile quæ cupe-
 ret cogniturū. vix hæc verba finierunt, cū puella accedit comitantibus suis pastori-
 bus. ei Iacobum ostendunt, dicentes hospitem de ipsius patre sciscitari. quæ puella-
 riter gauisa Iacobi aduentu, rogabat quisnam & vnde ad eos veniret, & cuius rei cau-
 sa: addens optare se vt possent illi gratificari, quacūque re opus haberet. Iacobus ve-
 10 rō nō tam cognatione aut huius affectu quā insigni puellæ forma captus, obstupuit,
 vt qui perpaucas viderat pulchritudine huic conferendas. Mihi, inquit, tecū & cum
 tuo patre, siquidem Labani es filia, antiquior intercedit necessitudo, quā sit vel tua
 ætas vel mea. Tharros enim Abrahamus, Aranes, & Nachores fuere filij, ex his Ba-
 thuelus tuus auus Nachoris fuit filius: Abrahami verò & Saræ Aranis filiæ Isaacus,
 meus pater. est & propinquior ac recetior necessitudo, qua sumus mutuò deuinēti.



Rebecca enim mater mea, Labani
 patris tui soror est eodem patre ac
 matre genita. itaque consobrini su-
 mus ego & tu. & nunc venio saluta-
 turus vos, cognationisq; officia, ita
 vt par est, renouaturus. At illa me-
 mor eorū quæ de Rebecca ex patre,
 vt sit, audierat, sciēsq; pārentes de-
 siderare aliquid de ea cognoscere,
 præ amore patris lachrymabūda ruit
 in collum eius, complexq; iuvene:
 optatissimam, inquit, & maximam voluptatem affers patri cū tota familia, qui nun-
 quam matris tuæ obliuiscitur, crebram illius mentionē faciens: eūq; nunciū cum
 quantavis felicitate non permutaret. tum iubet vt è vestigio se ad patrem sequatur,
 30 néve diutius eum hac voluptate fraudet. His dictis adduxit eum ad Labanū: & agni-
 tus ab auunculo, tum ipse fuit securus iam apud suos. tum illis inexpectato aduentu
 magnam voluptatē attulit. Post aliquot autem dies Labanus gaudere se quidem eius
 præsētia magis quā verbis exprimere posset aiebat: rogabat tamen quamobrē ve-
 nisset relictis parentibus ætate confectis, & qui ipsius obsequiis ægrè carerent. polli-
 cebatur etiam benignitatem & operam suam in quacunque re opus haberet. Iaco-
 bus verò totam ei causam recensuit. Isaco esse filios geminos, se & Esau. eum quia
 fraudatus sit patris fausta imprecatione per matris artem in se translata, cupere se in-
 terimere, quasi raptorem principatus à Deo destinati, & reliquorum votorum pa-
 ternorum. hanc esse causam sui aduētus, & mandata matris, præsertim cū omnes
 40 sint inter se consanguinei, sed propiore gradu mater. Sperare se in rebus angustis
 post Deum præsidium maximū in auunculo reperturum. Labanus contrā omnem
 illi humanitatē pollicetur, tum propter cōmunes auos, tum etiam vt affectum sorori
 absenti debitum erga ipsum præsentem declararet. velle se eum gregum suorū ma-
 gistris præficere: & quando ad suos reuerti libuerit, nec in donatū nec inhonoratū
 abiturum, quemadmodum tam propinque cognatum deceat. ad hæc Iacobus, se ve-
 rō libenter accipere conditionē quantumuis laboriosā, sed æquum esse mercedis
 loco sibi dari Rachelis coniugium, quā & ipsius virtutis causa diligeret, & quia eius
 opera in tale hospitium sit introductus, amor enim puellæ cogebat eum hanc mentio-
 nem iniicere. ibi Labanus ipso vultu laticia præferens, eius petitioni annuit, negās
 50 sibi opatiore generum potuisse contingere: sed opus esse vt aliquandiu secum ma-
 neat. In Chananæam enim non missurum filiam: quin & sororis in tam longinquam
 regionē nuptum datæ propemodum pœnitere. His assentiente Iacobo, de septem
 annis est conuentum. tot enim voluit seruire mercede apud socerum, vt dato virtu-
 tis specimine, magis cognosceretur quisnam vir esset. cæterū elapso præstituto tem-

pore Labanus epulum nuptiale apparat. noctu verò non sentiente Iacobo inducit in thalamum alteram filiam Rachele maiorem natu, facièque non admodum liberali. at ille vino & tenebris fallentibus, congressus est cum ea. luce deinde cognito errore exposculavit cum Labano. illè veniam petebat necessitati, qua cõpulsus hoc fecerit. non maliciose, inquit, Liam supposui, sed consuetudine regionis huius cogente. nihil tamen hoc oberit Rachelis coniugio, sed dabo eam tibi videnti ac scienti post alterũ septennium. Passus est hoc sibi persuaderi Iacobus: nec enim aliter facere poterat amore puellæ deuinctus: & exacto altero septennio Rachelem duxit. Erant autem ambabus famulæ additæ à patre, Zelpha Liæ, Racheli Bala, nequaquã ancillæ, subditæ tamen. sed Liam male habebat amor mariti, quo sororẽ prosequabatur, ex-
 10 pectabátq; post partum se fore in pretio: idq; assiduis precibus à Deo contendebat. cùmq; puer masculus natus esset, & maritus ob hoc propensior in eam factus, Rubelum nominavit, qui sibi miseratione diuina cõtigisset. Sic enim interpretatur hæc vox. Aliquanto pòst nascuntur ei tres alij: Simcon, quod significat exorabilè ei fuisse Deũ: Leui, quod est firmator societatis: Iudas, quod est gratiarũ actio. Rachel autem verita ne propter fœcunditatẽ sororis deteriore apud maritũ cõditione esset, iubet famulã suam Balam cum Iacobo cubare. ex ea nascitur puer nomine Dan, quasi dicas, Dei iudicium: & aliquanto pòst alter nomine Nephthalm, ac si dicas artificiosum: quòd mater arte certauerit cum sororis fœcunditate. Idem mox & Lia facit, sororis arte cõtra eam ipsam vsa. dẽducit suam famulam in sui mariti accubitu. ex ea
 20 quoq; nascitur filius Gadas, fortuitum significante nomine: & post eum Aser, quod sonat beatificum, quòd mactam fœcunditate se Lia duceret. Porro cum Rubelus filiorum Liæ maximus mandragoræ mala matri afferret, Rachel hoc viso concupiuit hunc cibum, partemq; à sorore precario petiit. Illa verò denegante, iubentẽq; contentam esse quòd honoris prærogatiuam apud communẽ maritũ haberet: Rachel mitigatura indignationem sororis, ait se illi virum cessuram in sequentem noctem.



quam gratiam altera libenter accipiente, Iacobus cum Lia cubauit in Rachelis gratiam. Rursum igitur ei filij nascuntur: Issachares, quod no-
 30 men significat ex mercede natum: & Zabulon, quod significat pignus beneuolentiæ: prætẽrq; filia Dina. Tandem etiã Rachel peperit Iosephum filiũ: ea vox significat additamentũ. Hoc toto tempore, quod fuit annorum viginti, pascuis foci & gregi-

Genes. 31

bus præsuit. quo exacto, æquum esse aiebat, vt cum vxoribus ad suos reuerteretur. Socero verò non permittente, clàm hoc facere cogitabat: pertentabátque animum vxorum, quomodo laturæ essent peregrinationem. quibus cũ gratum hoc esset, Ra-
 40 chel sigillis etiã deorum patriæ religionis sublati, vnã cum sorore fugiebat: simulq; vtriusq; liberi & famulæ cum suis filiis, asportatis etiam totis quantæ erant facultatibus. Adducebat etiam Iacob dimidium pecorum, priusquam Laban rescire posset. sigilla verò deorum secum ferebat Rachel: non quòd deos coleret, quorũ contemptum à marito didicerat: sed vt si fortè pater fugiẽtes assequeretur, haberet quo confugeret veniã impetratura. Labanus autem post vnã diem cognito Iacobi & filiarum discessu, indignatus persequabatur eum cum valida manu, & septima demum die deprehendit eos in quodam colle quiescentes: quũq; esset diei serum, ab omni vi se continuit. per noctem verò Deus in somnis illi visus vetuit ne quid in deprehen-
 50 sum in fuga generum cum filiabus durius præ ira consuleret: sed potius fœdus cum eo feriret: nè paucitatem fugientium contemneret, alioqui se illis propugnatorẽ futurum. Sequenti verò luce Labanus Iacobum ad colloquium euocat, nõ dissimulans oraculum: quũq; ille fidei eius se cõmisisset, cœpit hominẽ accusare, exprobrãs quòd pauperem omniumq; egenum suscepisset, & de suis facultatibus abunde
 ipsi

ipsi supeditasset. Propterea filias, inquit, tibi coniunxi, putans hoc pacto beneuolentiam erga nos tuam fore firmiorem. tu verò neq; matrem tuam & communem sanguinem, neq; uxores apud nos ductas, neque liberos quorum ego auus sum, reueritus non aliter quam hostem me tractasti. rapuisti mea bona, filiabus ut parentem fugerent autor fuisti: sacra patria domum tecum portasti, & apud maiores meos, & apud me in summa veneratione habita. & quæ vix hostis hosti faceret, tu cognatus, è sorore nepos, gener, hospes ac domesticus conuietor mihi fecisti. Iacobus contra pro se afferebat, non sibi soli, sed omnibus esse innatum patriæ desiderium, æquumq; ut post tanti temporis moras tandem ad eam reuertatur. Quod verò prædæ, inquit, abactæ crimen obliis,

10: ipse iniusticiæ sub alio iudice damnareris. Cum enim gratiam mihi pro facultatibus tuis conseruatis & auctis debeas, an non iniquum est ægreferre, quod partem earum modicam vsurpauimus? certe quod ad filias attinet, scito non hoc lædendi animo à me factum, sed caritatis coniugalis hoc esse officium: sequuntur igitur non tam me



quàm suos liberos. Hæc pro se retorquebat deinde accusationem in ipsum, quod auunculus ac socer duris mandatis eum per annos xx. vexauerit. & illa quidem quæ nuptiarum spe tulerit, quamuis per se grauior, sibi tamē leuiorā fuisse: quæ verò postea secuta sunt, multo grauiora, quæ nemo nisi beneuolus perferret. Etenim Labanus valde inique Iacobum tractauerat. videns enim eum in omnibus re-

bus à Deo adiuuari, pollicebatur ei daturum se futuros fœtus, modo quicquid album nasceretur, modo quicquid nigrum. cum verò magno numero nascerentur quæ Iacobo destinata essent, non seruabat fidem in præsens, sed in proxime sequentem annum promittebat, quod esset ad rem attentior; promittens quidem, eo quod non speraret tantum prouentum, ac mox ubi prouenerat fallens. sacras tamen effigies permissum

30: est inquirere. Rachel autem cognito patris permissa potestate uti velle, deponit sigillum in sarcinam camelli qua ipsa vectabatur: sedebatq; desuper dicens menstruis laborare: & Laban destitit amplius inquirere, credens filiam sic affectam non fuisse sacris propitiis accessuram. Post hæc offensæ veniam pollicetur, vicissim alter amorē filiarum, idque iureiurando sancit. Hoc fœdus ictum est super monte quodā, ubi columinam crexerunt aræ speciei: unde Galades colli nomen factum, à quo Galadena terra est dicta. Post fœdus conuiuio celebrato, Laban ad sua rediit. Iacobo autem in Chananaeam iter cœptum prosequenti visiones obueniebant, bonā spem in posterum faciētes: cui loco Dei castra nomen indidit. Volens autem scire animū fratris erga se, præmisit diligenter cuncta exploraturos, timens eum propter veterem suspicionē:

Gene. 32

Gene. 33

sent, Iacobus aliquātum ab agmine relictus incidit in luctam cum spectro, ipse prior lacepsitus, eratq; superior. exclamat igitur maētū virtute qui non quēuis aduersariū, sed angelū Dei vicerit: idq; illi esse magnę felicitatis pręsagiū: genūque eius nunquā deforce, nec vllis vnquā humanis viribus posse opprimi. iussitque illum posthac vocari Israhēlem, quod Hebræis angelo reluctantem significat. Hęc sunt prędicta Iacobo, id ipsum roganti. Cū enim sensisset angelum esse Dei, precatus est vt ex eo fatum suum cognoscere liceret. His dictis spectrum euanuit. Iacobus verò lætus auditis, imposuit loco nomē Phanuel. id significat Dei faciem. sed quia latum neruum inter luctandum læsit, & ipse post eo cibo abstinuit, & nobis illo propter eum vesci non licet. Cognito verò fratrem iam non longe abesse, iubet vxores procedere per se. quanque cum pedisequis, vt è longinquo spectarent pugnam virorum, si eam frater mallet. ipse propior factus adorauit fratrem, non male de se cogitantem. at Esaus eo salutato, interrogabat de turba mulierum ac puerorum: & cū didicisset omnia, volebat eos deducere ad patrem. Iacobo verò excusante lassitudinem iumētorum, reuersus est in Seiram. illic enim habitabat, vernacula lingua loco ab hirsutie sua denominato. Iacobus autē peruenit ad Scenas quas vocant, vetus nomen adhuc retinentes. inde profectus est Sicima, quę est vrbs Chananæorum. & cū esset celebritas apud Sicimitas, Dina vnica Iacobi filia venit in vrbe ad visendū cultum mulierum eius regionis. qua visā Sychemis Emmoris regis filius, raptę stuprum obtulit: & correptus amore patrem suum rogauit, vt puellam vxorē habere liceret. Ille morem ei gerens, venit ad Iacobum, rogās vt filio suo Dina in matrimoniū collocaret. Iacobus verò qui neque negare poterat propter maiestatem rogantis, neque fas putabat alienigenę filiam nuptum tradere, deliberandi spatium poposcit. Rex sperans Iacobum assensurū, abiit. Ille verò indicata filii iniuria sororis, & Emmoris petitione, iussit eos cōsultare quid facto opus esset. maior pars hærebat incerti quid esset agendum. Simeon verò & Leuis vterini puellę fratres tale consilium inter se capiunt. Obseruato festo die quo Sicimitę voluptati & conuiuuii operam dabant, inuasit noctu custodibus sopitos contrucidant: atque ita facile vrbe potiti, mares vniuersos interimunt vnā cum rege ac filio, solis parentes fœminis. quo facinore citra consensum patris perpetrato, sororem reducunt. Iacobum autem obstupefactum audacia tanta filiorū, indignęq; ferentē, Deus per visum bono animo esse iussū, lustrare tentoria, sacrificiūque quod olim post somnium illud in profectiōe Mesopotamena vouerat, persolvere imperat. itaque dum lustrat, incidit in Labani Deos: nesciuerat, enim Rachelem eos furatam. his apud Sicima defosis in terram sub quadā quercu, profectus inde sacrificauit apud Bethela, vbi somnium illud diuinum viderat iter faciens in Mesopotamiam. Progressus deinde in agrum Ephratanum, Rachelem ibi ex partu mortuam sepelit, solam monumento cognatorū in Hebrone non illatam. Quam quum mirum in modum lugeret, infantulum nominauit Benjamin, eo quòd doloris causā matri fuerit. Atque hic est filiorum Iacobi numerus, mares duodecim, femina vna. ex his octo legitimi, è Lia sex, duo è Rachele: quatuor verò è pedisequis, è singulis duo: quorum nomina iam dixi.

XXVIII Inde venit Hebronem in Chananæa sitam, vbi Isācus habitabat. Nec diuturnus fuit eorum conuiētus.

Mors Isaci, & sepultura in Hebrone.

Cap. XX.

Gene. 35



REBECCA enim iam antè defuncta, Isācus quoque eam sequitur, non multo post filij reditum: & sepultus est à filiis iuxta vxorem in Hebrone, in monumento parentum suorum. Fuit autem Isācus vir Deo charus, & magna prouidentia dignus ab eo habitus, post Abrahamum patrem. valde longo etiam tempore vixit. Mortuus est enim exactis cum virtute annis octoginta quinque supra centum.

FLAVII

27

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IVDAICARVM LIBER

SECVNDVS.

Quomodo Esaus & Iacobus Isaci filij diuiserunt habitationem, & quòd Esau Idumæa, Iacobo Chananaea contigit. Caput I.

10



EFVNCTO autem Isaco, filij partiti sunt inter se habitationem, nec ambo paternam retinuerunt: sed Esaus Hebrone fratri cōcessa habitauit in Saira, & Idumææ dominatus est à seipso denominatę. Adomus enim cognominabatur ob causam talem. Olim adolescens etiam tum reuersus à venatu famelicus offendit fratrem coquētem sibi ipsi in prandium lenticulam rubentē colore, quo magis etiam excitatus, rogauit vt expetitur sibi cibum traderet. at ille adiuuante fratris fame ius primogeniti pro cibo dare eum compulit: coactus enim inedia, celsit ei suum ius, interposito iureiurando. Ob eius cibi colorem à collusorib. adolescentib.

Genesis 35.

20



Adomus est per ludibriū cognominatus. Adoma enim Hebræis significat rubens. id nomen p̄st in regionem ipsius ditionis est deriuatum, quod Græci in mollius deflexerunt, Idumæam dicendo. Genuit autem filios numero quinque. ex his Iaus, Iolamus, & Coreus eadem matre Alibama nati: ex reliquis duobus Aliphazem Asa, Raguelem Mosametha ei peperit. Hos filios habuit Esaus.

Genesis 36.

30

Aliphazæ item quinque legitimi filij fuere, Themanus, Omerus, Ophus, Iothamus, Ocanasus. Nā Amalecus erat nothus, è Thamna concubina genitus. Hi habitauerunt Idumææ regionē quæ Gobolitis dicitur, & eā quæ de Amaleci nomine Amalecitis est appellata. Quondā enim late patentē terrā Idumææ nomē cōplectebatur, cuius partes à primis colonorū inductoribus denominatę appellationes eas postea retinuerūt.

Quomodo Iosephus Iacobi filiorum natu minimus propter somnia futurę suę felicitatis prænuncia in fratrum inuidiam incurrit. Cap. II.

40



ACOBVS autem ad tantam felicitatem peruenit, ad quantam vix alius quisquam. nam & opibus excellebat inter eius regionis homines, & propter filiorum virtutes beatus erat ac conspicuus. nihil enim eis deerat, sed industrij fuere omnes, & generosa quadam fortitudine simul ac prudētia præditi. Tantam autem ipsius felicitatis curam gerebat cœleste numen, vt etiam ex rebus, sicut tum videbantur, aduersis maximorum bonorum occasionem præberet, & per ipsum eiusque liberos parentibus nostris viam ad exitum ex Egypto præstrueret ac præmuniret. Iosephum è Rachele sibi natum pater tum ob corporis præstantiam, tum ob animi virtutē (erat enim prudētissimus) præ cæteris liberis amabat. is parentis affectus odium & inuidiam fratrum in eum prouocauit. accesserunt eò somnia, quæ sibi visa patri ac illis indicauit magnæ felicitatis prænuncia, quæ res etiam cōiunctissimos ad æmulationem facile concitat. Visiones autem Iosephi fuere tales. Missus cum fratribus à patre ad colligendas fruges messis tēpore, visionem vidit, quæ non poterat existimari vna ex istis vulgaribus quales in somnis obuersari solent: eam experrectus fratribus interpretādā narrauit, dicens visum sibi præterita nocte suum

Genesis 37.

11.

c tritici

tritici manipulum stare loco, illorum verò manipulos accurrentes adorare eum: quod videbatur & amplam fortunam ipsi prænunciare, & fratres quoque in eius potestate futuros. At illi nihil tale Iosepho sunt interpretati, dissimulantes se intelligere: sed taciti precabantur irritum fieri præsagium, ipsumque maiore etiam odio prosequerantur. Deus autem aduersus eorum inuidiam contendens, alteram visionem Iosepho immittit, priore magis mirabilem. Vidit enim solem cum luna & vndecim stellis descendere in terram, & adorare ipsum. Hoc somnium in præsentia fratrum, nihil mali de illis suspicatus, patri indicauit, rogans vt interpretari dignaretur: quod ei non mediocri fuit voluptati. Præsagium enim somnij colligēs, & sapienter euentum coniiciens, gau-



debat, eo quòd ingens filio felicitas 10 portendi videretur: euentum olim tempus quādo tam à parētibus quàm à fratribus adoratione dignus haberetur. Intelligebat per solē ac lunam patrem & matrem, quòd altera auget omnia & aleret, alter formam rebus & vim inderet. Porro stellarum nomine fratres accipiebat, tum quòd numerus non discreparet, tum quia vim à sole & luna habeāt. Et Iacobus 20

quidem talem interpretationem non imprudenter attulit. Fratres autem Iosephi valde contristauit id præsagium, haud aliter quàm si alieno cuius hęc felicitas portenderetur, ac non fratri, cum quo pariter omnibus fortune frui possent, tam felicitatis quàm generis socij: decreueruntque adolescentem tollere: & hoc consilio comprobato, frumentis iam collectis, contulerunt se cum pecoribus in Sicima agrum pascuis percommodum, non præmonito patre: atque ibi pastoricias curas obibant. At ille nemine à gregibus veniente, nec certi quicquam nunciante, de filiis sollicitus ac mœrens, mittit Iosephum ad greges cogniturum res fratrum, & quid agant renunciaturum.

Quomodo Iosephus in Aegyptum venditus à fratribus illustris ibi factus est, & fratres tandem in sua potestate habuit. Caput III.

30

Genes. 37.



ILLI autem viso fratre aduentante gauisi sunt, non ob abuētum germani à patre missi, sed tanquam inimico in manus suas à Deo tradito: volebantque confestim eum interimere, neque præsentem occasionem elabi sinere. Rubelus autem inter hos natu maximus vidēs eos conspirasse, conabatur impetum eorum remorari, docens quantum facinus molirentur, & quantam inuidiam pariturum. Nefariam rem 40 haberi tam Dei quàm hominum iudicio cædem hominis vel non cognati, sed longe sceleratius esse necis fraternæ reos deprehēdi, quo sublato etiam in patrem eam iniuriam redundaturam, & matrem quoque in luctum ac diram orbitatem coniecturos. hos respicerent, reputantesque quātam eis calamitatem allatura sit mors filij tum probi tum 40 natu minimi, abstinere à tam nefario scelere. Deum quinetiam vererentur spectatorem ac testem consilij contra fratrem iniri. hunc si à cœpto desistant, accepturum eorum pœnitentiam atque resipiscentiam: sin pergāt, fieri nō posse quin exigit ab eis par- 50 ricidij pœnas, cum nihil ipsius prouideriam latere possit, siue in solitudine admittatur, siue in ciuitate. Vbicunq; enim sint homines, existimādum ibi Deū quoque adesse. Sed & propriam conscientiam post tantum scelus illis aduersariam fore, quam nunquam abire, siue bona sit, siue talis qualis ipsorum foret si fratrem interfecerint. Addebat, ne laeso quidem fas esse germanum occidere. Satiū esse dare veniam amicis, sicubi non fecisse officium videantur, Iosephum verò ne peccasse quidem in illos, cuius ætas mi- 50 serationem potius mereatur, & illos ipsos tutores ac protectores. Causam etiā cædis 50 facinus eorum grauaturam, si videātur ob inuidiam futuræ felicitatis ei vitā ademisse, qua felicitate propter cognationē ipsis quoque frui licebat. Debere enim ita existimare, ipsorum esse quicquid Deus Iosepho largitus fuerit. proinde cogitandum eo grauiorem fore indignationem Dei, si eum quem ipse omni bona fortuna dignum iudicasset

casset interimendo, materiam diuinæ beneficentiæ subtraxerint. Hæc Rubelus & his plura cōmemorans conabatur eos abstertere à paricidio. Postquam autē nihil se proficere vidit, sed omnino ad eadē accēsos, consulebat vt saltem modum necis mitiorem eligerent. Dissuasisse quidem se primum pro virili, sed quādoquidem semel decretum sit fratrem tolli, minus mali futurum si suo consilio pareant. Sic enim voluntatē eorum habituram effectum, leuiorem tamen ac minus malum, si ad eadē conferatur. Satiū esse tēperare à manibus, & proiectū in proximū puteū illic extingui sinere, vt saltem manus puras seruari. In hanc sententiam itum est, abductūque adolescētem Rubelus fune religatum demisit sensim in puteum: erat enim satis siccus. Quo factō abiit

10 pascua quæsiturus. Iudas autē vnus ē Iacobi filiis, conspiciatus negociatores Arabas Isinaclitici generis, aromata & Syriacas merces deferētes in Ægyptū ē Galadēna, profecto iam Rubelo consiliū dedit fratribus vt extractum Iosephum venderent Arabibus. & illum enim hōc pacto ablegatum apud exteros moriturū, & se impollutos permanfuros: quo approbato, eximunt eum, & negotiatoribus vendunt viginti minis annos septemdecim natum. Rubelus autem noctu ad puteum veniens insciis fratribus seruare Iosephum voluit. quo frustra in clamato suspicatus per suā absentiam interemptum, fratres inculabat: cognitōq; quid accidisset, lugere desit. his perpetratis fratres consultare cōeperunt, quomodo patris suspicionem à se alienarēt. placuit tandem tunicam qua indutus Iosephus ad eos venerat, quāque demittendo in puteum detra-

20 xerant, laceratam prius sanguine hircino inficere, atque ita patri allatam ostēdere, vt à feris deuoratum putaret. quo factō venerunt ad senem, non ignarū de infortunio filij. aiebant autem Iosephum quidē neq; vidisse se, neq; scire quid illi acciderit: tunicam tamen hāc inuenisse lacerā & cruentatam. quamobrem suspicari beluarum incurfu perisse, si tamen eam indutus domo exiuerit. Iacobus autem qui hactenus leuius malum sperauerat, captiuū aliquō abductum puerum, opinionē hanc iam abiecit, euidentis argumentum necis tunicā ratus: agnoscebat enim eam esse qua indutum miserat: iamq; haud aliter quā extincto se afflictans, lugebat tanquam vnicū, aliorum cōsolationem non admittens, quod nihil dubitaret in itinere à feris deuoratum. Sedebat ergo sacco amictus, & neq; filij consolando quicquam proficiebant, nec ipse luctum satietate remittebat.

30 Iosephū autem de negotiatoribus emptū Petephres vir Ægyptius, qui Pharaothis coquis præerat, habuit liberaliter, quem & disciplinis ingenuorum erudiendū curauit, & victu cōmodiore quā pro seruili conditione vt præcepit: denique totius domus curæ præposuit. ille verò fruebatur concessis, nec tamen innatam virtutē propter hanc sui status mutationem amisit: docuitque prudētiā aduersanti fortunæ non succumbere, si quis ea legitime, & non secundis tantum in rebus vtatur. Herilis enim vxor tum dexteritate eius tum forma in amorem illecta, ratāq; si rem aperiret se facilius eo potituram, & in parte felicitatis habituram si contingeret ab hera se rogari, æstimans cum magis ex præsentī conditione quā ex immutabili morum generositate, concupiscentia detecta mentionem de concubitu facit. at ille preces eius repulit, ne-

40 fas ducens talem ei gratiam referre, quæ cum tam benigni Domini contumelia & iniuria coniuncta esset. quin & ipsam hortabatur vt morbo suo repugnaret, negans vnquam se in hac re illi obsequuturum. Desineret sperare, quo potiri non liceat: sic enim fore vt mala cupiditas facile sedetur. se quiduis potius perpeffurum, quā vt huic eius voluntati pareat. quamuis enim aduersari heræ seruum non deceat, ipsam tamen rei fœditatem reclamare ne quid tale admittatur. Illam verò repulsā magis etiam accendebat, quod non putaret Iosephum pernegaturum: & non cessante morbo, secundas illi machinas ad mouere cogitat. Ergo publico festo instante, cuius celebritatem fœminas quoque frequentare mos erat, fingit morbum apud maritum, captans solitudinem, & ad Iosephum sollicitandum opportunitatem. quam nacta supplex blanditiis

50 talibus eum adoritur. Satiū quidem erat primis precibus non repugnantem cedere, idque vel dignitati precantis deferre, vel amoris vehementiæ, qua cogente oblita me dominam ad tam abiecta verba descendi: sapiēs tamen si vel nunc cedes, & prius erratum corriges. siue enim iterum rogari expectabas, iam facio accuratius etiam quā antè. nam & ægritudinem ad hoc finxi, & festi lætitiā tuæ consuetudini posthabui.

siue prius diffidebas, non tentari te maliciose certo argumento colligere potes, quia in eadem voluntate persto. quare aut præsentem voluptatem elige, & amanti obsequere, maiora etiam commoda expectans: aut odium meum & vindictam, si meæ gratiæ castitatis opinionem præferes. Nihil ea te iuuabit, mihi crede si ad maritum te deferam, & de stupro me appellatam dicam. quantumlibet tua veriora fuerint, meis verbis maiorem fidem habiturus est Petephres, quàm tuis. ad hæc verba lacrymâsq; verborum testes, nec miseratione induci, nec terrore cogi potuit, quo minus perstaret in suo pudiciæ proposito: constantérque restitit intentanti iniustam afflictionē, malens acerbissima quæq; sufferre, quàm oblati perfrui: non ignarus iusto se dignum supplicio, si quicquam tale in mulieris gratiam admitteret. Ipsam quoque officij sui monuit, iō iurisque coniugalis ac consuetudinis, iubens huius maiorem habere rationem, quàm momentaneæ libidinis. huic enim præsto esse pœnitentiam, quæ factum quidem doleat, infectum tamen reddere non possit: adesse & timorē continuum, qui pro magno habeat non prodi suum dedecus: at coniugalem consuetudinem & voluptatē habere securam, & conscientiæ fiduciam tam apud Deum quàm apud homines. quin & conducibilis esse, si impolluta manēs habeat se herili iure subditum, potius quàm flagitij communis conscium, satius enim esse conscientia recte factorū, quàm peccati latebris fidere. his & aliis similibus verbis mulieris impetum retundere conabatur, eamque à praua affectione ad rationis arbitriū reuocare. at illa vehemētius instabat, & cum verbis nihil proficeret, iniectis manib. hominē ad obsequium cogere nitebatur. Ibi verò 20 Iosephus intemperias mulieris vltius non ferens, relicta etiam interula ex qua retinebatur, profilit è cubiculo. Illa partim repulsæ dolore, partim metu ne suam petulantiam maritus cognosceret, decreuit prior Iosephum falso deferre, & hoc pacto vindictam de eo sumere, dignum muliebri astutia rata, si accusationem preoccuparet. itaq; sedebat mœrens & perturbata, qui erat dolor ob frustratam libidinē, esse indignationem tentatæ pudiciæ simulans. Marito autem reuerso, & ad hunc aspectum turbato, causamq; scitante, Ne viuas, inquit, marite, ni scelestū seruum, cubile tuum violare conatum, digna pœna multaueris, oblitū & qualis in ædes nostras venerit, & quāta beneuolētia sit à te complexus: qui ingratiſſimus habendus ni omnib. modis frugi se approbaret, ne à coniugio quidem tuo iniuriā abstinuit: idq; die festo obseruata absentia 30 tua, vt facile apparet, modestiā quam prius præ se ferebat, ab herili metu, non ab indole recta profectā. Quod vt auderet, à te præter spē ac meritum indulgente corruptus est. videns enim omnia tua bona fidei ac dispensationi suæ credita, grādiōribusq; conseruis se præpositum, æquū putauit vxorem quoq; tuam attrectare. & vt verbis fidem astrueret, protulit tunicam, quasi in colluctatione relicta. Petephres autem victus oratione ac lacrymis mulieris, & coniugis amoris plus æquo tribuēs, ommissa ampliore veritatis inquisitione, collaudata prius vxoris fide, audacis facinoris Iosephum dānatum in maleficorum carcerem cōiecit: ob vxorisque pudicitiam magis sibi placebat, testis iam compertæ ipsius honestatis. Iosephus autem innocētiam suam Deo commit-

IIII. tens, neq; se defendere curauit, neque rem ita vt gesta erat indicare: sed vinculorum necessitatem tacitus ferens, vna spe consolabatur, nimirum potentiorē esse Deum 40 his qui se vincerant, cuius prouidentiam confestim est expertus. Custos enim carceris tum fidem eius ac diligentiam in absoluendis operum pensis considerās, tum formæ dignitatē, soluit eum à vinculis, eamq; miseriam aliquanto leuiorē reddidit: victu etiam commodiore quàm reliquos vinctos vt permisit. Cæterum his qui in eodem erant ergastulo, quoties labor intermitteretur, confabulantibus ita vt solent miseriarū socij, & inter se causam damnationis percontantibus, pincerna quidā regi charus, per iram ab illo ad cōpedes damnatus: familiaritatem cum Iosepho cōtraxit: & quia prudentem existimauit, visum somnium ei exposuit, orans indicaret si quod subesset præ-

Genes. 40. sagium, deplorās suum infortunium, cui non satis erat regis indignatio, nisi per quie- 50 tem etiam somniis diuinitus turbaretur. Aiebat enim se in somnis vidisse trium palmitum vitis vuas è singulis enatas pendere grandes iam & vindemiæ tempestiuas: easque se exprimere, subdente rege phialam. Colatum deinde mustum se obtulisse regi, illūque libenter bibisse. Narrato hoc somnio rogabat vt si quid scientiæ datum à Deo

à Deo haberet, interpretis visionis esse dignaretur. Ille verò bono animo hominem esse iubet, & expectare intra triduum solutionem à vinculis, rege ipsius ministerium requirente, ad quod ei denuo sit redeundum. Interpretabatur enim vitem fructum mortalibus in bonum vsum afferre, quandoquidem eo conciliante fides ac amicitia inter ipsos sancitur, & inimicitia dissoluantur, adhuc molestia mororésque vfu eius discutiantur, pro quibus letitia succedat. Hunc ais, inquit, manibus tuis expressum accepisse regem. Scito igitur bonum tibi somnium oblatum, & significare miseriae huius remissionem intra tot dies, ex quot palmitibus fructum vindemiasti in somniis. Tu verò memento mei postquam euentus hanc faustam praedictionem non falsam ap-
10 probauerit: & iam liber ne despexeris nos in hac miseria, in qua relinquimur te ad praenunciatam hanc felicitatem discedente. neque enim fontes in hac vincula sumus compulsi, sed ob virtutem ac modestiam quasi malefici punimur, quod potiore habuerimus honorem domus in qua versabamur, & eius qui nos huc contrusit, quam propriam voluptatem. Atque ita pincerna, ut par erat, laetus hoc interpretamento euentum expectabat. Alius verò quidam seruus pistoribus regiis praepositus, in eisdem vinculis degens cum pincerna, ex tam fausta Iosephi interpretatione spe concepta, quia & ipse somnium viderat, rogat cum quidnam sibi quoque praeteritae noctis visio portenderet: erat autem huiusmodi. Tria canistra, inquit, supra caput baiulare mihi videbar. ex his duo panibus erant plena, tertium carnibus & variis eduliis, qualia regibus
20 apparari solent. Deuolantes autem alites absumpsisse omnia, ipso licet arcente nihil deterritas. His dictis simile priori praesagium expectabat. Tum Iosephus coniectura somnij facta, praefatusque quod mallet ei laetiora praenunciare, quam quae somnium portenderet, dicit duos omnino dies vitae ipsi superesse. Hoc enim significare canistra. tertia verò cruci suffixum ab alitibus deuorandum, quas à se arcere non posset. Nec aliter euenit utrisque, quam ut Iosephus praedixerat. Ad praescriptam enim in somniis diem rex natalitium epulum celebrans, praepositum pistorum in crucem egit: pincernam vinculis exemptum ministerio pristino restituit. Iosephum autem post biennij tempus in miseria carceris exactum, nihil interim ab ingrato pincerna adiutum, Deus eripuit tali via ad libertatem praestruata. Pharaotes rex cum eadem
30 nocte in somnis duas visiones vidisset, pariterque interpretationem earum: hanc oblitus, sola somnia retinuit, nihil laetum ut conicere poterat significantia: conuocatisque prima luce doctissimis Aegyptiorum, interpretationem requirebat. Illis verò nihil explicantibus tanto magis rex turbabatur. Quo viso pincernam subit recordatio Iosephi, eiusque in hoc genus coniecturis prudentiae: & adito rege, indicauit ei de Iosepho, & de visione in carcere agenti sibi oblata, eiusque euentu iuxta illius interpretationem: quodque eadem die pistorum praepositus cruci suffixus tanto magis fidem praedictionibus eius astruxerit. vinctum autem à Petephre coquorum praefecto, cuius esset seruus. ipsum autem dicere, apud Hebraeos se genere ac parentibus cum primis claris natum. Hunc, inquit, euocari iubeto, neve contempseris hominem propter praesen-
40 tem miseriam: clare enim significata somniorum ex eo discere poteris. Confestim igitur accersitum rex, manumque apprehensum comiter his verbis alloquitur: Bone iuuenis, quandoquidem te prudentem indicio famuli mei cognoui, enarra somniorum meorum praesagia, quemadmodum & illi enarraisti, rem gratissimam mihi facturum, caue autem vel metu quicquam supprimas, vel ad gratiam ac voluptatem loquaris, sed vera omnia, etiam si fortasse non admodum laeta. Visus sum mihi secundum flumen inambulare, viderique boues bene pastas & bene magnas numero septem à fluētis ad paludes progredi: & alias totidem à paludibus obuiam eis factas, vehementer extenuatas macie ac visu foedas, quae cum deuorassent septem illas saginatas & magnas, nihil tamen profecerunt, misere à fame vexatae. Post hanc visionem expectatus è somno
50 turbatusque dum mecum agito quidnam sibi velint species per somnum obuersatae, obrepente sensim sopore grauatus iterum obdormiui: iterumque somnium vidi priore prodigiosius, quod me magis etiam turbat ac terret. Spicas septem videbam ab vna radice enatas, fruge grauatas & vertice pronas, messisque iam maturas: iuxta quas totidem alias spicas languidas & praeroris inopia deficientibus similes: quae

cùm illas alteras ingentes ac pulchras absumpſiſſent, attonitum miraculo me reddiderunt. Ad hæc Iosephus, Somnium hoc Rex, duplici licet specie viſum, vnum tamen & eundem euentum ſignificat. Nanque & boues animal aratro & labori natum, viſæ ab exilioribus deuorari, & ſpicæ à deterioribus abſumptæ, famem Ægypto & ſterilitatem ad totidem prænunciant annos, ad quod prius vbertatis felicitatem: horumque fertilitatem à totidem ſequentium ſterilitate abſumendam. huic inopiæ non facile videtur proſpicere & occurrere: id quod inde coniicio, quia macræ boues deuoratis pinguibus, ſatiari non potuerunt. Sed iſta Deus, non vt terreat & contriſtet, prænunciat hominibus: ſed vt præmoniti ſibi prouideant, quo leuius imminenti malo premantur. tu ergo ſi vberioris temporis prouentus repoſueris ac diſpenſaueris, 10 inſequentem penuriam Ægyptus non ſentiet. Cùmque rex admiratus Iosephi prudentiam & ſapientiam percontaretur quonam modo eſſet in futurum proſpiciendum vbertatis tempore, quo tolerabilior fieret ventura ſterilitas: monuit & conſuluit Ægyptiis vrendum parſimonia, & quod præſenti vſui ſuper-eſſet ad futuram neceſſitatem reſeruandum. ſuaſit etiam vt indiſta profeſſione frumenti, aratores iuberet id in horrea condere, & quantum ſat eſſet, & non amplius, populo diſtribueret. ibi rex tam conſilio quàm interpretatione Iosephi collaudatis, ipſum huic diſpenſationi præſcit, iubetque prouidere quæcunque putaret in rem eſſe vel ipſius regis vel populi: præſatus neminem ſibi videri magis idoneum ad hoc conſilium exequendum, quàm ipſum eius authorem. qua poteſtate à rege auctus, accepto 20 etiam anulo regis ſignatorio, & iure purpuræ geſtandæ, in ſella curuli ſublimis per Ægyptum circumuectabatur, frumentumque comportabat, tantum inde aratoribus demetiens, quantum in alimenta & ſementem ſufficeret, nemine ſciente cauſam cur hoc faceret. Trigefimum iam ætatis annum exegerat, in ſummo apud regem honore habitus, & ob incredibilem prudentiam Pſonthomphanechus ab eo cognominatus, quod occultorum inuentorem ſignificat: ſed & coniugium nactus eſt honoratiſſimum. Duxit enim rege connubium hoc procurante virginem Petephæ Heliopolitani ſacerdotis filiam, cui nomen erat Aſanthe: ex qua & liberos genuit ante agrorum ſterilitatem. ex his maior dictus eſt Manafſes, quo nomine ſignificatur obliuio, quia meliorem fortunam nactus venit in prioris obliuionem: 30 iunior verò Ephraïmes, quod redditum ſignificat, eo quod maiorum ſuorum libertati reſtitutus eſſet. Ægyptum autem iuxta Iosephi interpretationem ſeptennio per diuitem affluentiam exacto, octauus annus fame infeſtabat, & quia malum improuiſum erat, promiſcua multitudo grauiſſe laborans ad fores regiæ conſuebat. Rex Iosephum accerſit, qui mox frumenta diuidendo ſeruator populi contra controuerſiam extitit. nec ſolum eius regionis hominibus forum aperuit, ſed etiam exteris, exiſtimans vniuerſum genus hominum inter ſe cognatum, & in rebus anguſtis fortunatorum ope ſubleuari dignum. Et quoniam eadem calamitas & Chananæam & reliquas orbis regiones premebat, Iacobus quoque omnes filios in Ægyptum frumentatum mittit, cum cognouiſſet quod & exteris eo foro 40 uti liceret, ſolo Beniamine retento, quem è Rachele ſuſceperat, vterinum Iosephi fratrem. Qui poſtquam in Ægyptum peruenere, Iosephum accedunt, mercatum ſibi permitti rogantes. nihil enim niſi ex ipſius ſententia gerebatur. nam tum demum regem coluiſſe proderat, ſi ne Iosephi quidem gratia negligereſſet. Ille agnitis fratribus nihil tum minus quàm de ſe cogitantibus, quod adoleſcens ab eis diſtractus iam per ætatem faciei lineamenta mutauerat, ac de tanta dignitate ne ſuſpicari quidem poterant, tentare eos decreuit quali mente eſſent præditi. nam & frumenti emendi poteſtatem eis negauit, & pro ſpeculatoribus comprehendere voluit, dicens conueniſſe è diuerſis regionibus, & cognationem ſimulare. quæ enim fieri poſſe ut vir priuatus tot tam inſignes filios educauerit, quæ felicitas vel regibus raro contingeret. Id faciebat ut de patre cognosceret, quòve in ſtatu per ſuam abſentiam res eius interim fuerint, quidve de Beniamine ſit factum. ſolicitus enim erat ne & eum quemadmodum ſe de medio ſuſtulerint. at illos magnus pavor occupat. imminens periculū reputantes, & fruſtra ſe tantū iter emenſos exiſtimantes: cùm- 50 que

que crimen amoliendum viderent, Rubelus natu maximus sic communem causam agere cœpit. Nos neque speculatum huc venimus, neque regi damnum aliquod allaturi: sed dira fames cuius effugium querimus, venire huc compulit fretos vestra humanitate, quos non ciuibus solis, sed exteris quoque salutem vobis debitoris frumentum venale proposuisse audiuius. Quod autem fratres simus & ex eodem sanguine, vel facies nostræ argumento sunt, non admodum inter se variantes. Pater nobis est Iacobus vir Hebræus, qui nos duodecim è quatuor mulieribus suscepit, qui donec omnes essent incolumes, res nostræ satis prosperæ fuerunt. Cæterum vno, cui Iosepho fuit nomen, absumpto, domesticæ fortunæ in peius labi cœperunt.

10 Pater in perpetuo luctu est, cuius lamentatio non minus nos afficit, quàm olim suauissimi fratris immaturus interitus. nunc frumentatum venimus, patris cura Beniamini natu minimo commissa. Hæc ita esse, potes aliquo ad nostram domum misso cognoscere. Hæc Rubelus pro se ac fratribus, quo falsam Iosepho suspicionem eximeret, qui cognito patrem ac fratrem esse incolumes, iubet eos includi in carcerem, quasi per otium quæstioni admoturus. Post triduum deinde productis, quoniã, inquit, asseueratis vos in detrimentum regis ac regni non venisse, fratresq; esse ex patre quem nominastis, facietis mihi fidem hæc ita se habere, si relicto interim vno ex vobis apud me nihil durius passuro, cum frumento ad patrem profecti, rursus ad me reuertamini, adducetes vobiscum fratrem quem aiebatis illic relictum esse. hoc enim

20 erit argumentum vos nihil fingere. His verbis perculsi, ratique iam extremam calamitatem instare, lamentabantur fortunam suam, crebro iactantes, adesse diras ultrices fratris per summam immanitatem oppressi. Rubelus insuper increpabat feram & inutilem eorum pœnitentiam, fortiter ferenda mala dictitans quæ Deus innocentiae vindex in impios fratres immitteret. Talibus se inuicem alloquebantur, credentes linguæ Hebrææ gnarum interesse neminem: mœrebantq; omnes tacti verbis Rubeli, & scelus perpetratum damnabant, ac si non ipsi essent autores facinoris, cui tum iustissimam pœnam à Deo iudicabant infligendam. In hac anxietate constitutos videns Iosephus, dissimulare fratrem ulterius non valens, quod lacrymæ iam prorumperent, quas etiam tum cœlari volebat, subdixit se de medio. Nec multo post reuersus, retento Simeone qui interim obses esset dum fratres ad se redirent, frumentum

30 emere permisos abire iussit, quum prius vni è suis mandasset, ut pecunia quam pro frumento attulerant, clam in sarcinas indita, potestatem abeundi eis faceret. peregit mandata famulus. Iacobi verò filij reuersi in Chananæam, renuntiauerunt patri quicquid eis in Ægypto acciderat, & quod pro speculatoribus regni fuerint comprehensi: quumque dicerent fratres se esse, & vndecimum domi relictum apud patrem, noluisse illos credere. relictum etiã Simeonem apud præsidem, donec Beniamin illuc profectus, verbis eorum fidem astrueret: postulabantq; ut pater nihil sollicitus iuuenem cum eis mitteret. Iacobo verò filiorum factum displicuit, & cum ne Simeonem quidem illic relictum probaret, morte durius putabat etiam Beniamine priuari. ac ne

40 Rubelo quidē rogante, filiosque suos dedente, ut si quid Beniamini accidisset in itinere, in illos auus saeuiret, Iacobo ut assentiret persuaderi potuit. at illos quid agendum incertos magis etiam terruit pecunia reperta in saccis frumentariis. Cæterum

Gene. 43



deficiente iam tritico, urgente fame compulsus Iacobus deliberavit Beniaminem vnà cum reliquis mittere. non enim licebat eis in Ægyptum reuertere, nisi seruato pacto. Cumq; indies maior necessitas incumberet, & filij rogare non desinerent, adhuc tamen hæsitabat. Tandem Iudas vir natura vehemens cœpit liberior arguere patrem, quod nimis de fratre sollicitus esset, cui nihil præter voluntatem Dei posset accidere siue foris siue domi. se verò in certam pernitiem tradi, dum

ob inanem de puero curam vnicum à Pharaothe præsidium adimitur . habendam etiam rationem Simeonis incolumitatis, ne dum Beniaminem peregrinationi committere cunctantur , interim ille ab Ægyptiis occidatur . crederet Deo salutem filij: se certe aut eum saluum reduturum, aut illic vnà periturum . ac tum demum Iacobus cedens tradit eis puerum, & duplex frumenti pretiū: addit & dona ferenda Iosepho ex prouentu Chananzæ, balaninum vnguentum, staçten, terebinthum & mel: atque ita multis vtrinque fufis lacrymis à patre digrediuntur, sene misere timente salutis filiorum, illis contrà sollicitis ne per suam absentiam mœrori pater succumberet. in hoc dolore integrum diem exegerunt . mox pater afflicto se domi subsistit, illi in Ægyptum tendentes præsentem tristitiã spe melioris fortunæ leniebant . quò 10 postquam est peruentum, apud Iosephum diuertunt, non parum solliciti, ne calumnia sibi intenderetur, quasi dolo malo prioris frumenti pretium secum abstulerint: quod mox apud Iosephi dispensatorem diligenter excusauerunt, dicentes pecuniã domi repertam in frumento dum saccos exinaniunt, quam nunc bona fide reportarent. illo verò negante se vnquã eam pecuniam desiderasse, liberati hoc metu securiores esse cœperunt. mœxq; Simeon iam liber inter fratres versari est permissus. Interea Iosepho ab officio reuerso, dona ei offerunt, & scitanti de patre, bene valere aiunt. tum ille cõgnito Beniaminem superesse quẽ inter eos videbat, percontatur an is esset frater natu minimus: & audito quòd is esset, hoc tantum effatus, Deum vniuersis rebus providere, secessit nolens ab eis aduerti lachrymas, quas vltius continere non poterat. Acceptos deinde conuiuio iussit ordine, quo apud patrem solebant discere: cùmque omnes comiter haberet, duplicibus partibus Bemiaminem honorabat.

V I
Gene. 44



Post cœnam autẽ illis iam cubatibus iubet dispensatorem frumentum admitti quod asportaturi erant, & precium rursus in saccis abscondere: in Beniaminis verò sarcinam cyphum argenteum, quo ipse præcipue delectabatur, immittere. id faciebat volẽs 30 experiri fratrum animum, essentne adfuturi Beniamini reo furti, an illo relicto, ac si maleficio hoc nihil ad se attineret, ad patrem reuerteretur.

quæ vbi facta sunt vt imperatum erat, prima luce omnium ignari filij Iacobi proficiscuntur assumpto Simeone, læti tam huius restitutione, quàm Bemiaminis reditu, quem patri se reduturos fidem dederant: & ecce agmen equitum repente illos circumuenit, inter quos erat famulus qui cyphum in sarcinã indiderat. illis verò turbatis inopinato incurfu, & rogantibus cur irruerent in viros quos paulo ante honore hospitij dignati fuerint: Ægyptij contrà sceleratos inclamabant, qui huius ipsius beneficii, Iosephi que comitatis immemores, ausi sint pro talibus meritis iniuriam reponere. daturóque furti pœnas, minitabantur. non sefellisse enim eos Deum, licet ad tempus ministrũ mentis sefellerint. & nunc rogitare satis ne sani essent, quasi verò nesciant statim se ad pœnam rapiendos. his & similibus verbis famulus præ cæteris insultabat. at illi vt qui nihil de dolo composito sciebant, conuiciabantur ei, demirari se hominis intemperias temere obiiicientis furti crimen eis viris, qui ne frumenti quidem pretium in saccis inuentũ retinuerint, sed secum reportauerint, cùm nullus de ea pecunia præter ipsos sciret: tantum ab esse vt data opera damnũ inferre vellet: certiozem tamen rati inquisitionem quàm negationem, iubent eos scrutari sarcinas: nec recusabant vniuersi pœnas dare, si vnus aliquis ex ipsis in furto depre- 50 henderetur. tanta erat securitas & innocentis fiducia. acceperunt illi conditionem inquisitionis, suppliciũ tamen solius fore penes quem furtũ inuentum fuerit. Inquisitione deinde aggressi, omniumq; ordine sarcinas scrutati, postremo ad Beniaminẽ veniunt, non quòd nescirent in eius sacco latere cyphum, sed vt accurate officium facere

facere viderentur. itaque ceteri iam securi de se, de vno Beniamine adhuc non nihil erant solliciti. sperabant tamen ne ipsum quidem in maleficio deprehendendum, adeo ut iam liberius indignaretur persecutoribus, per quorum importunitatem stetit ne bonam partem itineris iam confectam haberent: ut verò Beniaminis sarcinam scrutati cyphum protulerunt, ad lamenta & ploratus continuo versi, tum fratrem deflebant mox furti supplicium daturum, tum suam ipsorum vicem, qui fidem de Beniaminis salute parenti datam presenti casu fallere cogerentur. augebat etiam dolorem eorum, quod cum maxime euasisse omnia pericula videbantur, fortunę inuidia peruenerint in tantam calamitatem. atque huius tam fratris quam parentis infortunij se autores fatebantur, qui inuitum ac reluctante ad puerum simul mittendum precibus importunis compulissent. Et equites quidem comprehensum Beniaminem ducebant secum ad Iosephum, sequentibus & reliquis fratribus. Tum ille videns fratrem in carcerem contruso ceteros lugubri habitu adstare, Itane, inquit, scelestissimi omnium vel meam humanitatem vel Dei prouidentiam contempsistis, ut tam nefarium facinus contra hospitem ac benefactorem vestrum auderetis? at illi vicarios se pro Beniamine ad supplicium offerebant: rursusque Iosephi crebra mentio, felicem eum qui morte à vitæ calamitatibus sit exemptus, si tamen esset mortuus: quod si viuat, qui dignus sit habitus ob cuius iniuriam Deus tam seuerè in ipsos vindicaret. patris quoque se pestem esse & infortunium maximum, cui ad veterem luctum recentem hunc afferrent. nec desinebat

20 Rubelus denuo illis scelus eorum exprobrare. Iosephus verò negabat se alios morari, quorum innocentiam compertam haberet, contentus vnius pueri supplicio. nam neque hunc dimitti in gratiam infantium æquum esse, neque illos alieni peccati penas persolvere. abirent quod vellent, se curaturum ut tutum iter facere liceat. his ver-



30 bis grauius ictos, ceteros præ dolore vox defecit: Iudas verò qui patri adolescentem mittere persuaserat, vir alioquin etiam strenuus, decreuit se pro fratris salute periculo obicere. Fate-mur, inquit, Præses, grauius à nobis peccatum, suppliciumque committimus, quod parati sumus omnes luere, licet non omnium sit culpa, sed vnius natu-
 40 mini. sed quamuis salutem eius penè pro deplorata habeamus, vnica tamen effugij spes in clementia tua bonitateque superest. quamobrem oramus ut non tam nostri commissi rationem habeas, quam tuæ naturæ, & in hac causa non indignationem iustam, sed naturam tuam bonitatem in consilium adhibeas: iramque magno animo comprimas, cui vulgares homines in magnis iuxta ac paruis rebus succumbere solent. dispice quæso num ex tua dignitate sit eos occidere, qui ipsi se dedunt ad pe-
 50 nam, & salutem non nisi precario tibi debere cupiunt, quam non nunc primum tuæ benignitati sunt acceptam laturos. ne committas ut illud beneficium tibi pereat, dum fami creptis, & frumento liberaliter adiutis, etiam ad familiam eodem periculo laborantem domum alimentum perferendi potestatem fecisti. Eiusdem enim bonitatis est, seruare fame de vita periclitantes, & mortem meritis culpam condonare, quibus fortuna tuam beneficentiam inuidisse visa est. eadem planè gratia est, diuerso modo collata. Seruabis enim quos pauidisti, & vitam quam præ fame deficere non es passus, denuo donabis, quo commendabilior sit tua clementia, dum & vitam donas, & per quam vita retinetur. Quin etiam Deum ipsum existimo tibi hanc virtutis exerendæ materiam suppeditare: ut appareat te proprias quoque offensas benefaciendi voluntati
 posthabere, & non in solos innoxios egenos liberalem esse. Quantumuis enim magna laus est opem ferre in rebus angustis, non minus tamen principem ornat clementia, præsertim in causa quæ ad ipsius iniuriam priuatim attinet. Si enim parua peccata remittentes merita laus sequitur, quid in capitali crimine iram cohibuisse, an non diuinæ clementiæ proximum videri debet? Quod nisi Iosephi interitu com-

c 5 per

pertum haberem quàm moleste ferat pater orbari filiis, non adco pro salute nostra laborarem, nisi quatenus tibi clementiæ laudem conciliatura videtur: & si non haberemus quibus mors nostra luctum ac mœrorem sit allatura, æquo animo supplicium perferremus. Nunc verò quando non tam nostri nos miseret, tametsi iuvenes adhuc non multum fructū aut voluptatē vitæ percepimus: quā parentis miseri, ærate curisq; confecti, has tibi preces illius quoque nomine offerimus, & vitā nobis donari oramus, supplicio per hodiernum malefactum obnoxiam. ille certe vir bonus est, nōsque vt similes essemus genuit, dignus qui nunquā talem calamitatem experiat, qui nunc ob nostram absentiam curis ac mœrore discruciat. quòd si talem nostri interitus nunciū acceperit, simulq; eius causam, non sustinebit amplius viuere: 10 nostræ mortis infamia illius mortem approperabit, hoc ipso infeliciorem, quia ne nostri dedecoris rumorē sentiret, è viuis excessisse videbitur. His igitur perpensis tametsi ad iustam indignationem hoc scelere permotus, patri tamen vindictæ gratiam facito: & plus illius miseratio apud te valeat, quàm nostra iniquitas. Defer hoc honoris senectuti eius, quæ si nobis orbetur superstes durare nec volet nec poterit, defer tui parentis memoriæ, defer ipsi patris vocabulo quod tibi iam contigit, ita tibi Deus omnium pater hoc felix faxit ac perpetuum. quem & ipsum honorabis hac pietate propter commune nomen, si te calamitatis senis patris miseret, quam orbatum manere est credibile. Nunc tuum est, quæ nobis Deus dedit, cum iure possis non auferendo iterum dare, & hoc pacto Dei benignitatem imitari, & hac parte si- 20 milem ei fieri. Cùm enim tantundem ad vtrumlibet valeas, præstat bene facere quā male, & potestate contentum sui iuris non meminisse, sed tantum ad seruandos homines potentiā tibi datam existimare, & quo pluribus salutem dederis, hoc te ipsum illustriorem fore. potes autem fratri erroris venia data nos omnes seruare. neque incolumes esse possumus nisi hoc incolumi, neque domum absque hoc ad patrem redire licet, sed hic ferendum est quicquid frater tulerit. neque enim aliam gratiam à te Præses petimus, si hanc non impetramus, quàm vt nos eodem afficias supplicio, non secus ac sceleris socios. hoc enim satius fuerit, quàm si præ mœrore nobis ipsi manus inferamus. Non addam iuuenem esse & per ætatem nondum satis sapere, & talibus non grauati veniam dari solere: sed hic finem dicendi faciam, vt siue dam- 30 nemur, mihi imputetur non satis diligēter huic causæ patrocinato: siue absoluiamur, in solidum hanc gratiam tuæ clementiæ ac bonitati debeamus, cuius laudi hoc quoque accedet, quòd non solum nos seruaueris, sed plura etiam quàm nos ipsi in causa nostra quæ pro nobis faciāt videris. Siue igitur plectere vis hunc, me vicario ad supplicium accepto, patri eum remittito. Siue ad seruitium addicere mauis, ego tuis ministeriis magis sum idoneus, & ad vtrumuis vt vides magis paratus. His dictis Iudas promptus ad quiduis pro fratris salute libenter subeundum, accidens Iosepho ad pedes, quantum in se erat mollire ac placare iram conatur: pariq; modo & cæteri prosternuntur, pro Beniamine sese offerentes. Iosephus autem pietate victus & iam

Gene. 45



ægre personam irati sustinens, ablegat alios qui tum aderant, vt sine arbitris à fratribus agnosceretur, cūmq; soli essent, aperit seipsum & inquit: Pietatem vestram & amorē quo fratrem prosequimini non laudare non possum, quem maiore comperio, quàm expectaram, coniecturam faciens ex his quæ mihi olim acciderunt: in hoc enim hæc omnia feci vt fraternæ beneuolentiæ caperem experimētum. 50 cuius quoniam egregium specimen edidistis, ne illud quidē in me cōmissum vestræ naturæ imputare libet, sed Dei potius voluntati totum ascribo, qui vobis in præsentia cōmoda procurauit, & maiora est largiturus, si nobis propitius fauorē suum non subtraxerit. quando igitur & patris incolumitatē optatam magis quàm speratā cognoui,

gnoui, & vos tales quales cupiebam erga fratrem comperi, libēter iniuriæ olim mihi factæ obliuiscor, malens vobis vt ministris diuinæ prouidentia in hoc tempus communi nostræ vtilitati prospicientis gratiam habere, quàm vestræ, vt tum videri poterat, maliciæ meminisse. Vos quoque temporis illius immemores iubeo bono animo esse, & mali consilij bonum euentum libenter ferre, neque pudore præteriti errati quicquam contristari. quid est enim cur vos malè habeat iniquæ quondam vestræ sententiæ pœnitentia, quam frustratam esse iam videtis? Læti igitur hac diuina dispensatione ite felices patri hæc renuntiaturi, ne forte illo consumpto immodica de vobis sollicitudine, præcipuus felicitatis meæ fructus intercadat, priusquam ille in
 10 conspectum meum veniat, & horum bonorum fiat particeps. quamobrē & ipsum & vxores ac liberos vestros totamq; cognationem assumentes migrare vos huc volo. Non enim decet mihi charissimos ab hac mea felicitate abesse, præsertim fame quinque adhuc annis duratura. Hæc locutus complectitur fratres. illi verò in lachrymis erant ac mœrore, tanto maiore pœnitentia quòd in tam bonum fratrem peccauissent. mox conuiuium est secutū. Rex autem cognito fratrum Iosephi aduentu, quasi sibi ipsi aliquid boni accidisset, lætatus est, donauitq; eis currus onustos frumento & aurū ac argentū, munera ad patrē deferenda. qui pluribus etiā à fratre acceptis, partim patri, partim in singulos donatis, sed præcipuis Beniamini, reuersi sunt ad suos.

Iacobus autem postquam ex filiis statum Iosephi cognouit, quòd non solū mor- VII
 20 tem effugit, quam tandiu luxerat, sed etiam in splendida fortuna viuit cum rege administrans Ægyptum, & penè totam illius regionis gubernationē commissam habens, facile ista credidit, cogitans tum magnificentiam Dei, tum erga se fauorem, tamen si aliquantisper vt videbatur intermissum: nec diu moratus iter aggressus est ad Iosephum properans.

Quomodo Iacobus cum tota progenie ad filium migravit. Cap. II II.



30 **V** T VERO ventum est ad puteum iuramēti, oblato Deo sacrificio, cum timeret ne filiis propter vbertatem Ægypti cupiditate habitandæ regionis captis, posteritas sua non rediret in Chananam occupatura eam iuxta promissa Dei: néve inconsulto Deo migratione præsentī facta genus ipsius clade aliqua feriretur: ad hæc ne fortè ipse antequam Iosephum aspicere contingat, ex hac vita eximatur: talia volutanti in animo & somno grauato Deus per visionem astitit, cumque bis nominatim inelamauit. Quo rogante quisnam esset, an non agnoscis, inquit, Iacobe Deum perpetuum tam tuum quàm tuorum maiorum protectorem simul & auxiliatorem? qui contra patris tui propositum principem familiæ te constitui, & cum solus in Mesopotamiam profectus esses, effeci vt coniugium nactus fortunatum redires & liberis multis & facultatibus auctus: incolumem etiam progeniem tuam seruaui, & quem amisisse videbaris Iosephum, ad tam sublime dignitatis fastigium euexi, vt non multum à rege Ægypti differat. Nunc quoque in hoc veni vt me ducem huius itineris habeas, vtq; tibi prænunciem inter manus Iosephi te è vita exiturum, & posteritatem tuam per multa secula potentem fore simul & illustrem, occupaturamque terram cuius ditionem ei sum pollicitus. Hoc somnio fretus eo libentius in Ægyptum cū filiis ac nepotibus properabat, qui erant in vniuersum LXX. Eorum nomina cum sint duriora, non eram adscripturus, nisi propter quosdam qui nos Ægyptios contendunt esse non Mesopotamēnos. Ergo Iacobi filij fuere duodecim, ex quibus Iosephus iam antea venerat. recensendi sunt nunc reliqui, cum sua quisque progenie. Rubeli fuerunt quatuor filij, Anoches, Phalles, Esaron, Charmisus. Simeonis sex, Iumilus, Iaminus, Puthodus, Iachenus, Zoar, Saar. Leuis quoque
 40 tres fuerunt, Gelsemis, Caathus, Mararis. Iudæ item tres, Sala, Phares, Zara, & duo
 50 filij Pharæ Efron & Amyrus. Issacharæ quatuor, Thulas, Phruras, Iobus, Samaron. Zabulonis tres, Saradus, Elon, Ianel. & hoc quidem genus è Lia, quæ secum ducebat filiam Dinam, quorum numerus trigintatres. Rachelis autem filij fuerunt duo, quorum alter Iosephus filios habuit Manassem & Ephraēmen. alteri verò Beniamini

Gene. 46

iamini fuerunt decem, Bolossus, Baccharis, Asabel, Gela, Nemanes, Ises, Aros, Nompthis, Optais, Sarodus. isti quatuordecim superioribus additi, sunt numero quadraginta septem. & legitimum quidem Iacobi genus hoc fuit. è Bala verò famula Rachelis fuerunt Danus & Nephtholim, quem quatuor sequebantur filij, Eleinus, Gunes, Sares, Hellimus: Dano verò vnicus erat filius nomine Vlis. his ad iam dictos additis, quinquaginta quatuor numerus expletur. Gades autem & Asserus nati fuerunt è Zelpha Liæ famula. ex his Gadem sequebantur filij septem, Zophonias, Vgis, Sunis, Zabros, Ærines, Erodes, Ariel. Asserum verò vna filia, & mares numero sex, quorum nomina Iomnes, Essus, Iubes, Baris, Abarus, Melmiel. his quindecim adiectis ad prædictos quinquaginta quatuor supradictus numerus completur, annunciatum etiam Iacobo. Iosephus autem cognito patrem aduentare (etenim Iudas præcurrens id significauerat) profectus obuiam ad Heroum oppidum illi occurrit: qui præ nimia læticia minimum abfuit quin expiraret. sed Iosephus eum refouit, quamuis & ipse præ gaudio periclitaretur, non tamen æquè ac pater. deinde iussu eo paulatim progredi, ipse assumptis quinque fratribus properauit ad regem, nunciaturus adesse cum familia Iacobum. quo audito lætus ille percontatus est Iosephum quibusnam studiis potissimum delectarentur. ait, pastorem artem callere, & nihil aliud exercere: idque eo consilio respondit, ne fortè distraherentur, sed vt vnà degentes curam patris haberent: tum ne qua æmulatio cum Ægyptiis interueniret si circa eadem cum illis studia versarentur. Nam ei genti non erat licitum greges

Gene. 47



aut pascua curare. Iacobo autem salutatum ad regem perducto, post faustas ominations acceptas, rogauit eum Pharaon quantum temporis vixisset. & cum audisset triginta supra centum annos natum, admiratus est hominem tam longæuum. cumque ille adiecisset maiores suos longioris ætatis fuisse, iussit eum cum filiis degere in Heliopoli, vbi etiam regij pastores habebant pascua. Fames autē crescebat in Ægypto, nec aderat remedium, neque flumine agris rigante, nō enim ascendebat, neque vllis de cælo pluuiis: ad hæc grauius erat malum, quia vulgo improvisum, qui nihil parati habebat, neque Iosephus frumentum dabat nisi numerata pecunia. quæ postquam defecit, pecudes ac mancipia pro frumento permuebant. quibus verò agri fuere, partem aliquam in precium alimentorum regi decidebant. cumque ad hunc modum omnes eorum possessiones in ius regis deuenissent, alius aliò migrabant, quo certius esset regium dominiū. soli sacerdotes immunitatem & agros retinuerunt. postremò hæc necessitas adeò non corpora solum, sed & animos gentis in seruitutem redegit, vt nihil turpe putarent quo victus vtcunque parari posset. postquam autem cessauit fames, & rigante flumine terra ad pristinam fertilitatem rediit, Iosephus regionis vrbes obeundo, conuocata per singulas multitudinem, agrorum, quos regi cesserant, vsum fructū illis restituit, & adhortatus vt non secus quàm proprios colerent, iussit quintam partem fructuum regi pendere, quæ ei iure dominij deberetur. qui læti insperata restitutione agrorum culturam strenue aggrediebantur. atq; hoc pacto tum Iosephi autoritas, tum gentis erga regem beneuolentia non mediocriter creuit: & ius quintæ partis frugum etiam penes regum posteros ac successores permansit.

VIII Iacobus autem cum decimum septimum annum in Ægypto exegisset, inter manus filiorum vitam finiuit, precatus eis prius prosperitatem & abundantiam, & vaticinatus quòd singulorum posterius in partem possessionis Chanaanæ terræ essent peruenturi, id quod factum est aliquanto post tempore. præterea collaudatō Iosepho quòd oblitus iniuriarum plura fratribus bona contulerit, quàm vel benefactoribus deberentur, mandauit suis filiis vt Iosephi filios Ephræmen & Manassen in suum



10

ce sepeliuit. cæterum fratribus recusantibus cum eo reuerti, quòd timerent ne de-



20

viis: quibus artibus factum est vt neque externum genus, neque calamitas de qua diximus, quicquam offecerit quo minus ad summam dignitatem eueheretur. Reliqui



30

suum numerum admitterent diuisuri sorte Chananæam, quemadmodum postea dicetur. postremò rogauit vt in Hebrone sepeliretur. Mortuus est autem cum vixisset annos centumquingenta minus tribus, ex maioribus suis nulli pietate secundus, cuius digna præmia Dei benignitate est consecutus. Iosephus verò permittente rege deportatum patris corpus in Hebronem magnifice sepeliuit. cæterum fratribus recusantibus cum eo reuerti, quòd timerent ne defuncto patre in se vindicaret, cum non amplius esset in cuius gratiam daturum veniam sperarent, iussit eos posito metu nihil mali suspicari: & reductis secum magnas possessiones largitus est, nec vnquam eos summa beneuolentia prosequi destitit. Moritur autem & ipse centesimo & decimo vitæ anno exacto, vir admirabili virtute præditus, in omnibus negotiis prudens, & potestate bene etiam fratres vita feliciter exacta in Ægypto sunt mortui, quorum corpora filij & nepotes in Hebronem relata sepeliuerunt. Iosephi autem ossa postea translata sunt in Chananæam per Hebræos, dum ex Ægypto populariter migrarent. hoc enim ipse adiuratis prius mandauerat. Sed & hoc & alia huius populi gesta narraturi, dicemus prius causam propter quam ex Ægypto exiuerunt.

De afflictionibus Hebræorum in Ægypto per annos cccc.

Caput V.

40



EGYPTII gens delicata & ad laborem segnis, voluptatibus solum & captandis vndecunque lucris dedita, male volebat Hebræis, quòd per inuidiam ferre æquo animo illorum felicitatem non poterat. videntes enim genus Israelitarum florere, & opibus labore atque industria quæsitis abundare, non satis tuta sibi eorum incrementa existimauerunt: & cum iam Iosephi beneficiorum memoriam tempus oblitterasset, regnùmque Ægypti in aliam familiam demigrasset, inhumane tractabant Israelitas & variis laboribus atterebant. nam & flumen in multas fossas diducere sunt iussi & mœnia exedificare; & aggeres exstruere, quibus inundationes fluminis arcerentur. pyramidum etiam insanis substructionibus vexabant gentem nostram, cogendo varias artes ediscere, & laboribus ferendis asuefcere. atque in hunc modum per cccc. annos fuit laboratum, Ægyptiis id agentibus vt Israelitas nimio labore perderent, nostris contra omnes difficultates eluctari conantibus. Exortum est deinde aliud quiddam, cur genus nostrum magis

IX.
Exod. I.

d etiam



etiam cuperent extinctum. Quidam ex eo genere hominum quos gens illa vocat sacrorum scribas, quorumque prædictionibus multum tribuit, prænunciat regi nasciturum per id tempus apud Israelitas quendam res Ægyptiorum olim grauer afflicturn, Israelitas contra euecturum, si modo ad ætatem adultam perueniret. nam & virtute fore præ-¹⁰ cellentissimum, & gloria per omne

Exod. 2.

æuum celebrem. Quo terrore percitus rex, edicit ex ipsius monitoris sententia, quicquid masculini sexus inter Israelitas nasceretur, in flumen proiectum necari: obstetrices etiam Ægyptias diligenter obseruare partus Hebræarum ac parturitiones. Sic enim cautum putabat ne obstetrices ob cognationem edictum regium contemnerent. proposuit etiam pœnam si quis clàm seruare fœtus auderet, vt cum tota familia tolleretur. Grauis fuit hæc calamitas non eo solum quia liberis orbabantur, & quia parentes ipsi ministri eorum interitus esse cogebantur: sed futurum quoque tempus prospicientes inconsolabiliter tristabantur, certum generis exitium expectantes, quandoquidem & proles necabantur, & ipsis parentibus non ²⁰ multo post erat moriendum: atque ita in extremo infortunio constituti sibi videbantur. Sed nemo potest Dei voluntati resistere etiamsi infinitas artes in hoc comminiscatur. nam & puer de quo sacrorum scriba prædixerat, elusis regiis obseruatoribus clàm fuit educatus, & vatem non fuisse vanum euentus rei comprobauit. Amarames Hebræus vir inter suos nobilis, sollicitus tum publico periculo ne gens defectu iuventutis ad nihilum redigeretur, tum priuatim quòd domi prægnantem vxorem haberet, inopia consilij laborabat: & ad implorandum diuinum præsidium conuersus, orabat vt tandem miseraretur homines à quibus vnus perpetuo cultus fuerit: darétque finem præsentis afflictionis quæ toti generi perniciem minaretur. Deus autem præcibus supplicis ad misericordiam flexus, astitit ei per ³⁰ somnum, iussitque in futurum bene sperare. Memorem se esse pietatis eorum à maioribus acceptæ, nec ipsis defutura præmia, sicut nec progenitoribus defuisse. Se enim illorum progeniem ad tam numerosam multitudinem auxisse: suo fauore Abrahamum solum è Mesopotamia in Chananæam profectum præter reliquas felicitates ex vxore antea sterili liberos suscepisse, & successoribus amplas regiones reliquisse, Ismaheli Arabiam, Chæturæ filiis Troglodytidem, Isaco Chananæam. Res etiam bello meis auspiciis feliciter ab eo gestas nunquam sine impietatis & ingratitude nota non meminisse potestis. Iacobi verò nomen etiam apud exterarum gentes celebre est, tum ob eam felicitatem in qua ipse vixit, tum ob eam quæ posteris eius quasi hæreditario iure obtigit: qui à septuaginta vitis patrem in ⁴⁰ Ægyptum comitatis oriundi iam ad sexcentorum milium numerum creuerunt. nunc quoque scito mihi cordi esse & publicam vestram incolumitatem, & priuatim tuam gloriam. puer enim iste cuius natiuitatis metu Ægyptij fœtus vestros ad necem damnauerunt, tibi nascetur. hic neque deprehendetur ab obseruatoribus, & postquam euaserit præter opinionem educatores nactus, suo tempore Hebræos ex Ægyptia seruitute liberauit, memoriámque sempiternam hoc præclaro facinore consequetur non apud suos tantum, sed & apud externos, me istud beneficium in te tuosque posteros conferente. fratrem quoque talem habebit, qui dignus sit meo sacerdotio ipse & posteri eius in omne æuum. His per visionem cognitis Amarames expectatus narrauit hoc Iochabeli vxori, quæ res vtrisque sollicitudinem auxit. iam enim non puero tantum timebant, sed ne quo pacto promissa felicitas intercideret. sed mox oraculo fidem fecit mulieris partus, quæ tam facile est enixa vt obseruatores fefellerit, nihil sentientes eorum quæ in vulgaribus puerperiis sentiri solent. hunc infantulum per tres menses clàm nutrierunt. deinde Amarames

Amarames veritus ne re deprehensa iram regis incurreret, ac mox & ipse vnà cum puerò sublatuſ è medio promiſſionem Dei faceret irritam, maluit ſalutem filij totam ipſius prouidentię committere: ratus etiãſi puer lateret, quod tamen perdifficile erat, moleſtum tamen in continuo periculo viuere, non eiꝯ tantum, ſed & ſuo. De Deo verò certam ſpem habebat, prouiſurum vt oraculi veritatem euentuſ indica- ret. Hoc conſilium poſtquam ſatis placuit, excogitauerunt tale quiddam: lectulo è papyro contexto, quantuſ infantulum commode capere poterat, bituminèque illito, ne aqua penetrare poſſet, indiderunt puerum: atque ira in flumen proieciti ſalutem diuinę prouidentię commiſerunt. in hunc modum cùm à flumine deferretur, Ma-
10 riamę infantuli ſoror iuſſu matris ex aduerſo per ripam deſcendebat, obſeruatura quò tandem papyraceum illud vaſ deportaretur à flumine. Hic verò maniſeſtiſſime Deus declarauit, nihil humana ſapientia, ſed omnia bonitate illiuſ omnipotenti confici: eòſque qui propter vtilitatem ſuam aut ſecuritatem aliis perniciem moliun- tur, quantalibet vtantur diligentia, ſape tamen voti compoteſ non fieri: ruſſum qui ſuam ſalutem Deo committunt, præter opinionem è mediis periculis emergere: quod & in hoc puerò videre licet. Erat filia regi nomine Thermuthiſ. hæc dum ludit ad ripaſ fluminis conſpicata vaſ fluitaſ, miſſiſ natatorib. iubet lectulum ad ſe in ripam extrahi. quo vt iuſſum erat allato, mire placuit puer, quòd eſſet magnuſ ac pulcher. Tanto enim fauore Deus Moylem proſecutuſ eſt, vt cum fecerit ab illiſ ipſiſ nutrir
20 & educari, qui propter eiꝯ natiuitatem reliquos quoque Hebræoſ perdendoſ de- creuerant. Itaque iubet Thermuthiſ mulierem àlicunde adduci, quę puerò mam- mam præbeat. quo non admittente mammam, ſed aduerſante, idque cum alia poſt aliam adduceretur: Mariamę quaſi non data opera, ſed fortuito ad ſpectandum interueniſſet, Nihil agiſ, inquit, regina dum nutriceſ infantì adhibeſ alièni gene- riſ muliereſ. quòd ſi Hebræam aliquam accerſereſ, tum fortè populariſ mammam admitteret. cùmque recte monere videretur puella, iuſſa eſt ipſa hoc negotium exe- qui & lactantem quampiam adducere: ac mox uſa permiſſa poteſtate, rediit addu- ceneſ communem matrem, ignotam omniſ qui tum aderant. tum infanſ perquam libenter inhætere mamillę viſuſ eſt: & rogante regina mulier commiſſi infantis cu-
30 ram ſuſcepit. & quia proiecituſ fuerat in profluentem, ab hoc caſu nomen eſt forti- tuſ. aquam Ægyptij vocant Mc, yſeſ verò ſeruatoſ. quare compoſita voce ex vtriſ- que nomen infantì fuit indituſ, qui deinde citra controuerſiam prudentiſſimuſ He- bræorum euasiſ, ita vt Deus iam antè prædixerat. erat enim ab Abrahamo ſeptimuſ. nam ipſe Amaramę filiꝯ fuit, ſicut pater eiꝯ Cathi, hic verò Leuiſ, & Leuiſ Iacobi, qui ex Iſaco erat prognatuſ. hic autem Abrahami erat filiꝯ. puer autem non pro æta- te proficiebat intellectu, ſed inter ludendum præ cæteriſ æqualibuſ ſapere videbatur. & quicquid ageret, noua quadam indole reſ magnas olim gerendaſ præ ſe ferebat. poſt tertiuſ verò annuſ ætatiſ admirandam gratiam ei Deus addidit. nemo enim erat adeò tetricuſ, vt viſa Moyleſ pulchritudine non obſtupeſceret: & perſape acci-
40 debat vt dum geſtatur ac circumfertur, obuioſ quoſque in ſe conuerteret, ita vt re- liſtiſ ſeriſ negotiſ mallent præcellenti eiꝯ forma oculoſ paſcere. Tanta erat pue- rilis gratia, vt inuiti homineſ ab hoc ſpectaculo diſcederent. quo factuſ eſt vt Ther- muthiſ hunc ſibi filiꝯ adoptauerit, cùm alioquin germaniſ liberiſ careret: allatuſq; patri oſtentabat, diceneſ de ſucceſſore ſe cogitare, etiã ſi Deus illi nulluſ filiꝯ gi- gnere dederit. Hunc puerum, inquit, ego educaui non minus indole quàm pulchri- tudine diuina excellentem, quem Niluſ ipſe in ſinuſ meum tradidiſſe videri poſeſt, quem decreui adoptare mihi filiꝯ, tibi verò in principatu ac imperio ſucceſſorem. & cum dicto patri infantem in manuſ impoſuit. at ille poſtquam acceptuſ ad pe- ctuſ appreſſiſſet, filiæ gratificaturuſ comiter diadema ſuꝯ eiꝯ capiti impoſuit.
50 Moyleſ verò capiti pueriliter detractuſ prolabi in humuſ paſſuſ, pedibuſ etiã calcauit, id quod mox ominoſuſ eſt viſuſ, & regno nihil boni portendere. mox- que ille ſacroruſ ſcriba qui natiuitatem eiꝯ Ægypto cladem allaturam prædixe- rat, occidere puerum volebat, vociferanſ: Rex, puer iſte per cuiꝯ necem nobiſ ſe- curitatem Deus pollicetur, vaticiniuſ iam confirmauit, inſultando tuo regno &

diadema calcando. Hoc interempto tam Ægyptiis metum quàm Hebræis spem & fiduciam adime. Thermutis verò confestim cum eripit, rege quoque non inuito, cui Deus talem animum indiderat, Moyſis ſaluti providens. itaque educabatur quàm accuratiſſime. Quamobrem Hebræi quidem felicitatem ſuo generi ſperabant, Ægyptiis verò ſuſpecta erat hæc educatio. ſed cùm nemo extaret vel è cognatis regiis vel ex aliis optimatibus, qui etiamſi Moyſes ſublatus eſſet, magnopere videretur procuraturus Ægyptiorum commoda, abſtinuerunt ab eius cæde.

X. Itaque ſic natus, & ſic educatus, poſtquam adoleuit, breui ſuæ virtutis ſpecimen edidit, & quantum momenti vel ſuis vel Ægyptiis eſſet allaturus, occaſionem naſtus talem. Æthiopes qui ſupra Ægyptum incolunt, agebant & ferebant facultates Ægyptiorum. illi moti indignatione ducunt in eos exercitum, contumeliam cum iniuria coniunctam ulturi: mox prælio commiſſo, partim in acie ceciderunt, partim in fugam turpiter compulſi retro ad ſuos ſe receperunt. quo ſucceſſu elati Æthiopes fugientibus inſtabant, & ignavum rati ſi fortuna non vterentur, concepta ſpe ſubiugandæ Ægypti, late eam populabantur: deguſtatæque prædæ dulcedine, non temperantes ſibi ad maiora audenda accendebantur. cùmque vicinas regiones peruagantibus nemo cum armis obuiam iret, pergebant ulterius Memphim uſque & mare, nulla ciuitate reſiſtere valente. Quibus calamitatibus Ægyptij preſſi, mittunt qui remedium ab oraculis petant. cùmque reſponſum eſſet, Hebræum in auxilium aduocandum, rex à filia poſtulat Moyſen qui vniuerſis copiis cum imperio præſit. paruit illa, ſed prius rege iurciurando obſtriſto, nihil in perniciem iuuenis machinaturum, pro magno hoc auxilium imputans, & ſacerdotibus probro dans quòd non puderet nunc eius opem implorare, quem prius vt hoſtem occidendum eſſe monuerint ac iuſſerint. Moyſes verò Thermutidis ſimul ac regis rogatu libenter hoc negotium ſuſcipit. quod factum gentis vtriuſque vatibus læticiam attulit. Ægyptij poſt partem eius virtute de Æthiopib. victoriam, occaſionem ſibi per dolum tollendi non deſore ſperabant: contra Hebræi, Moyſe copiis præpoſito, adfore ſibi facultatem euadendi ex Ægyptia ſeruitute. Ille verò volens hoſtem opprimere priuſquam de aduentu ſuo cognosceret, non per fluminis ripam, ſed per interiora terræ expeditionem fecit. qua in re ſatis declarauit quantum ingenio polleret ac prudentia. cùm enim hoc iter difficile eſſet præ multitudinem ſerpentum (nam hic tractus plurimos gignit, aliquot etiam genera quæ nuſquam alibi reperiuntur, noxios omnes & ipſo aſpectu horrendos, & in his quosdam volucres, vt non ſolum humi latentes inſidientur, ſed & ſublimes ex improuiſo noceant) commentus eſt ad ſecurum iter exercitus ſtratagema dignum admiratione. vaſa enim plexilia non pauca è papyro in arcæ formam fieri curauit, quæ completa ibibus ſecum defererebat. eſt autem hoc animal infeſtiſſimum ſerpentum generi. quapropter fugitant earum inſectationem, & inter fugiendum ſicut à ceruis retracti deuorantur. ſunt autem manſuetæ alites, & contra ſoloſ ſerpentes feroces. de quibus nunc deſino plura, vtpote apud Græcos non incognitis. poſtquam igitur ventum eſt in terram venenofiſ beſtioliſ ſcatentem, ibes illis immiſit, quarum bona opera uſus, itinere impune peracto nec opinos Æthiopes inuaſit: commiſſoque prælio ſuſos ac fugatos, & ſpe occupandæ Ægypti fruſtratos retro in ſuam regionem compulſit. nec hoc contentus oppida illorum euertebat, & vbique magna cædes hoſtium patrabatur. quo factum eſt vt poſt hæc auſpiciis Moyſis feliciter geſta tantam alacritatem exercitus præ ſe ferret, vt nihil non laboris toleraturus videretur, iamque aut excidium aut captiuitas Æthiopibus immineret. ad vltimum compulſi in Saba regiam eius gentis, quam poſtea Cambyſes Perſarum rex de ſororis ſuæ nomine Meroen appellauit, obſidione ſunt cinſti. erat autem penè inexpugnabilis, vtpote Nilo circumquaque cinſta, accedentibus ad eius munitiōnem & aliis fluuiis Aſtapo & Aſtoborra, qui obiectu ſuo difficiliorem traieſtum facerent. itaque ſita in inſula, & muro valido incluſa, non fluminibus tantum arcebat hoſtem, ſed aggeribus, qui mœnia inter & flumina ad eorum inundationes prohibendas inſtructi, ad hoc quoque tum præderant quòd hoſti etiam poſt ſuperata flumina adiſtum ad urbem oppugnandam negabant. Hic cùm Moyſes deſidere exercitum

tum ociosum ægre ferret, hoste non audente manus conferere, interim tale quiddam accidit. erat Aethiopum regi filia nomine Tharbis. hæc Moysen mœnibus exercitum admouentem & egregie dimicantem conspicata, virtutemque viri admirata, qui & Aegyptiorum fortunam labantem in integrum restituisset, & Aethiopas modo victores in extremum periculum adduxisset, vehementi eius amore est correpta: quo in dies crescente, mittit ad eum è seruis fidissimos coniugium suum offerens. assensit ille hac conditione iureiurando firmata, post urbem sibi traditam ducturum se eam uxorem: ac mox dicta factum sequitur. Sæuitum est nihilominus in hostem, & actis Deo gratis nuptiisque celebratis, Aegyptiorum exercitus victor domum est reductus. illi verò accepta salute odium pro gratia Moyfi reposuerunt, & maioribus studiis insidias contra eum machinabantur: suspicatique ne reb. feliciter gestis elatus res novas in Aegypto moliretur, apud regem eum cædis accusauerunt. iam enim & ipse suspectum hominem habere cœperat, partim inuidia motus ob bellum fortiter ac prudenter administratum, partim etiam metu alicuius cladis, sollicitantibus huc & irritantibus indefinenter scribis ac sacrificis:



Vt iam Moyses minimo minus abesset à pernicie, opprimendus dubio procul, nisi rem olfaciens in ipso temporis articulo se clàm subduxisset. & cum vias obseruari intelligeret, per solitudines fugam arripuit, quæ eufurum inimici minime suspicabantur: & quamuis alimenta nusquam inueniret, in ediam patientia superabat. cùmque ad urbem Madienam peruenisset, in rubri maris litore sitam, denominatam ab vno ex Abrahami & Chaturæ filiis, sedens ad quendam puteum lassitudinem ex laborioso itinere contractam recreabat. Erat enim tempus meridianum, & urbem iam in prospectu habebat. Hoc loco ei negotium incidit natum ex incolarum viuendi ratione, per quod & virtutem suam declarauit, & melioris fortunæ occasionem inuenit. cùm enim ea regio laboret aquarum inopia, pastores operam dabant vt primi puteos occuparent, ne fortè exhausta aqua ab aliis, ipsorum pecora potu carere cogerentur. Veniunt igitur ad puteum septem virgines sorores, Raguelis sacerdotis filiæ, qui in magno honore ab eius loci habitatoribus habebantur: quæ patris gregum curam gerentes, id quod etiam per fœminas apud Troglodytas



ex more sit, hausta aqua quantum fatis videbatur, gregibus eam potandam in lacunas ad hunc vsum factas diffundunt. cùmque pastores superuenissent, & repellendo puellas aquam sibi vsurparent, Moyses iniquum ratus non ferre opem iniuriis patientibus virginibus, & se inspectante vim virorum plus pollere quàm ius puellarum, abactis vsurpatoribus auxilium eis ita vt decebat præbuit. at illæ accepto beneficio postquã ad patrē venerunt, & pastorum iniuriam, & quomodo ab hospite adiutæ fuerint, ei retulerunt: rogabantque ne illi hoc beneficiū periret. tū ille collaudata puellarum erga benefactorem gratitudine, iussit vt Moysen adduceret meritam gratiam recepturum. Qui vbi venit, indicauit ei quomodo ex filiabus cognouisset de auxilio quod eis tulerat, & virtutē eius admiratus, in non ingratos hoc beneficiū collocatum aiebat. relaturum enim se gratiam, nō modo parem, sed aliquanto maiorem. deinde adoptato in filium vnā ex filiabus nuptum tradit: ad hæc pecorum, ex quibus olim vniuersa barbarorum possessio cōstabat, curatorem eum ac dominū constituit.

XII.
Exod.3.

Hanc fortunam Moyses nactus apud Ietheglaurum, quod Raguelis cognomen erat, degebat apud socerum pascens pecora. aliquanto verò post, egit pastum greges in montem, qui dicitur Sina, omnium in ea regione celsissimum, & pascuis valde commodum, abundabat enim herba, eo quòd vulgato rumore nūmen illic habitare, pastoribus hætenus inaccessus ob religionem loci fuerat. in eò monte mirabile vidit prodigium. ignis enim rubi fruticem depascere visus, nec frondes, nec flores, nec ramos quicquam læsit, cum tamen inde maxima & flagrantissima flamma emicuisset. ille tam inopinato spectaculo non mediocriter attonitus magis etiam obstupuit postquam vocem ex igne emissam & nominatim sibi vocato verba facientem audiuit: quibus & audaciam eius taxauit, qui non sit veritus locum hætenus ob religionem hominibus inaccessum calcare, & consuluit insuper vt quàm longissime à flammis ab-



scederet: & contentus quidem sit hac visione, nō indignus ea propter suam ac maiorum suorum virtutem habitus, cæterum ulterius nihil curiose inquirat. prædixit etiam quântum honorem ac gloriam consecuturus esset apud hominēs diuino fauore assistente: iussitque confidenter in Aegyptum proficisci, futurū illic ducem ac ductorem Hebræorum multitudinis, & liberaturum cognatum populum ab iniqua eius gentis dominatione. Etenim habitaturi sunt, inquit, terram illam quam Abrahamus generis vestri princeps tenuit, & omnia bona eius percepturi, tua prudentia ad hanc felicitatem illos perducere. Sed fac memineris, vt eduētis Hebræis ex Aegypto in hoc loco sacrificium gratiarum actionis ob felicem successum offeras. & oraculum quidem tale ex igne prodiit. Moyses verò tam visis quàm auditis territus infit, Potentiæ quidem tuæ Domine quem & ego veneror & maiores mei coluerunt, non sum tam insanus vt parere dubitem: attamen non intelligo quomodo vir priuatus & nullis viribus præditus, vel meis persuadere potero vt relicta terra quam nunc habitant me ducem sequantur: vel etiamsi persuasero, quomodo Pharaohes sit cogens vt illos exire permittat, quorum opera & labore constat Aegyptiorum felicitas.




Deus autem iussit illum securum esse de toto hoc negotio, se illi nunquam non adfuturū pollicitus, & siue verbis opus fuerit, vim persuadendi largiturum, siue operibus, virium satis additurum. mox iussit vt virga in terram proiecta fidem promissorum acciperet. quo factò, draco humi repebat, & in spiras se conuoluēs caput erigebat quasi repugnaturus si quis insequeretur: ac mox denuo in virgā est mutatus. post hoc manum in sinum mittere iussus cum paruisset, albam & colore calci similem exemit, quæ mox in pristinum colorē rediit. iussus deinde aquam è propinquo hauritam humi effundere, vidit in colorem sanguineum versam. Ad hæc stupentem vt confidat hortatur, cum sciat maximum sibi adiutorē affore. vtq; apud omnes his prodigiis vtendo fidē illis faciat à Deo se missum, eiúsque iussu omnia facere. iret sine cunctatione, & festinus in Aegyptum properaret, neq; die neq; nocte iter intermittendo, neue diu tempus terendo longiorem Hebræis seruitutem & afflictionem redderet. Moyses autem nihil amplius dubitans de promissionibus, quarū certitudinem tot argumentis auditis & visis satis colligebat, precatus vt eandē potētiā in Aegypto, cum exerta opus fuerit, experiretur: supplex illud etiam rogabat vt quem conspectu ac colloquio suo dignatus fuerat, ei nomen quoque suum volens ac libēs indicaret, vt rem diuinam

diuinam illi aliquando facturum nominatim eum ad sacrificium inuocare posset. tum Deus aperit ei suum nomen, nunquam antea hominum ulli auditum aut cognitum, quod mihi eloqui nec ius nec fas esse arbitror. Moyse verò nō tunc tantum, sed quotiescūq; opus esset talium prodigiorum facultas aderat, atque ita nihil dubitans de oraculi ex igne redditi veritate, deque Dei adiutoris fauore, magnam spem concepit fore ut tandem & sui liberarentur, & Ægyptij insigni aliqua clade afficerentur.

Cūmq; cognouisset Pharaothem Ægyptiorum regem sub quo ipse fugerat, esse *XIII* defunctum, à Raguele com meatum rogat, ut salua eius pace ac gratia liceat sibi in Ægyptum ob publicam cognatorum ac tribulium suorum vtilitatem proficisci, quo
 10 impetrato & assumpta quam ibi duxerat Raguelis filia, liberisq; cōmunibus, Gerſo & Eleazaro, iter in Ægyptum arripuit: quorū nominum prius peregrinū significat, posterius, Dei auxilium, quòd diuina ope insidias Ægyptiorum euasisset. cūmq; iam non longe à limitibus abessent, Aaron frater venit obuiam Deo sic iubente: cui mox indicauit quicquid in monte viderat, & omnia mandata quæ diuinitus illic acceperat. mox vltius progressus obuio inuenit præstantissimos quosq; Hebræorū, qui aduentum eius præfenserant: & mox ne quid amplius de fide Moyſis dubitarent, prodigia diuinæ voluntati attestantia sunt eis ob oculos exhibita: quibus præter omnem opinionem visis attoniti, sperare iam cœperunt providentiam Dei securitati illorum & incolumitati non defuturam. Atque ita obsequentiores nactus He-
 20 bræos, & in potestate ipsius se futuros pollicentes, accensos nimirum libertatis amore, ad nouum regem se confert. Ibi posteaquam cōmemorasset operam suam pro *Exod. 5. 7* Ægyptiis contra Æthiopas contemptim agros eorum vastantes nauatam, laborisq; exhaustos dum non aliter quā pro suis popularibus bellum administraret adiicit malam gratiam pro tot beneficiis sibi redditam. oraculum deinde in Sina monte acceptum regi aperit. nec non prodigia quibus de voluntate Dei confirmatus omnem hæſitationem posuerit, singillatim enumerat. addit deinde preces ne per incredulitatem Dei decretis obstaculo esse velit, cæterum cū à rege contemptim audiri se animaduerneret, exhibet illi specimen prodigiorum quæ in Sina viderat. Rex verò iratus sceleratum eum appellat, qui Ægyptiorum olim fugitiuus, nunc magicis præ-
 30 ſtigiis instructus ad reliquos decipiendos venerit. Habere se quoq; sacerdotes qui eadem ostenta repræsentare nossent, non minus peritos huiusmodi artium: nec esse cur se Moyſes iactare debeat, quasi solus diuina præ cæteris virtute polleat, atque ita apud rudem multitudinem quasi supra mortalem conditionem positus se venditet: confestimq; cū & ipsi suas virgas proieciſſent, in dracones sunt verſæ. Tum Moyſes nihil his motus, ne ipse quidem, inquit, ignoro aut contemno artes Ægyptiorū, attamen quæ ego operor, tanto præstantiora esse aio, quā istorum magiam, quanto interuallo res diuinæ humanas post se relinquunt. iamq; manifeste declarabo non esse hæc præſtigias veritatis specie parum cautis imponentes, sed ipsissimā Dei virtutem, argumentum omnipotentis illius volūtatís apud incredulos futuram: & cum
 40 dicto virgam in terram mittit, iubens ut fiat draco, quæ mox dicto parens Ægyptiorum virgas quæ draconum specie reptabant, vnam post aliam aggressa omnes ad vnam deuorauit. ac mox in pristinam speciem reuerſam Moyſes rurſum ſuſtulit. Rex autē ad indignationem magis quā admirationem hoc facto commotus, cum nihil acturum reſpondiſſet, neque quicquam Ægyptiacis artibus profecturū, mādāt operarum exactori qui Hebræis erat præpositus, ut de labore nihil eis remittat, sed grauioribus etiam quā ante operum difficultatibus premat. at ille prius paleas eis ad lateres fingendos præbere solitus, posthac id facere deſiit: sed interdū detentos in opere noctu ad comportandas paleas dimittebat, pristini laboris onus conduplicaturus. Moyſes autem neque minis regis à proposito deterrebat, neque assiduis *Exod. 6*
 50 suorum querelis ut à cepto deſiſteret vel minimum fleſcebatur: sed obfirmato contra vtrunq; animo, in hoc totus erat, ut suos in optatissimam libertatem restitueret. Itaque denuo regem accedit, suadens ut dimittat Hebræos in Sina montem, illic Deo sacrificaturos. hoc enim ipsum iuſſiſſe, nec poſſe quenquam eius voluntati reſiſtere. quapropter dandam operam ne fauorem eius contemnere videatur,

utq; populo potestatem exeundi faciat, ne fortè contrà moliendo posthac culpam in se transferat, si quid ipsi tale acciderit, qualia Dei voluntati resistentibus euenire solent. Nam necessario calamitates eos comprehendere, qui diuinam iram in se prouocauerint: & tum terram tum aërem illis infestū existere, tum procreationem filiorum parum feliciter procedere, elementis etiam ad vindicandum in eos concitatis: atque hæc mala non posse euitare Ægyptios, etiam si Hebræos regionem eorum exire contingat, nisi hæc profectiōem bona pace ipsorum impetrauerint. Rege verò nihili faciente verba Moysis, neque vel tantillum ad eius preces aduertente, grauissima mala in Ægyptios incubuerunt: quæ singulatim recensere tum propter eorum nouitatem, tum ut eo magis appareat non vanas fuisse vatis nostri prædictio-
Exod. 7 nes: postremò quia hominum interest talia cognoscere, quo magis ea caueant, quibus iratus Deus ad infligendas pœnas commoueri solet. Primum amnis sanguineis fluentis prolabens, ad potus inopiam eos redegit, cum præterea nullum fontem habeant. nec coloris tantum id erat vitium, sed si quis siti coactus gustaret, confestim acri dolore corripiebatur: eratque talis Aegyptiis solis, Hebræis verò dulcis ac potabilis, & omnino pristinā naturam retinens. quo miraculo rex inops consilij, timens incolumitati gentis, permisit Hebræos abire. cumq; malum cessasset, rursum ad pristinam mentē rediit, sententiā suam reuocans. Deus autē motus hominis ingratitude, qui nec à periculo liberatus vellet sapere, aliā plagam Aegypto infligit.
Exod. 8.9 Ranarum vis immensa terram eorū populabatur, refertus erat & fluuius, ut aqua inde non nisi sanie harum viciata hauriri posset, immorientibus earū plerisque & imputrescentibus. plena erat & terra turpi limo ex quo enascebantur, rursusq; in eundem resoluebantur: quin & domesticum victum fœdabant in esculentis atque poculentis nusquā non repertæ: & in cubilibus quoque passim oberrantes: ita ut omnia fœtererent putore è ranis mortuis exhalante infecta. His malis cum exagitarentur Ægyptij, rex iubet Moysen cū Hebræis abire quò velit: & quamprimum hoc dixit euauerunt ranæ, terraq; simul & flumen in pristinam naturam sunt restituta. vix dum hoc malum cessauerat, cum Pharaotes denuo mutatus, priorum oblitus retinere populum cœpit: & quasi aliarum etiam afflictionū naturas experiri vellet, negabat exitum quem prius concesserat timore magis compulsus quā ex animi sui sententia. Rursum igitur Deus alia clade in hominem fraudulentū vindicat. pedunculorum enim magna vis è corporibus Ægyptiorum scatebat, à quibus mali male perdebantur, neque lauacris neque medicamentorum inunctionibus extinguere eos valentes. Qua noua peste turbatus rex, & non magis ipso periculo quā eius fœditate ac turpitudine territus, nequam cum esset, ægre dimidiata ex parte respuit. Hebræis enim exire permissis, ac mox malo cessante, liberos & vxores relictos obsides ab eis exigebat. quo facto magis etiam Deum exasperat, putans se prouidentiam eius circumuenire posse, quasi Moyses & non potius Deus pœnas de Ægyptiis Hebræorum oppressoribus sumeret. Varias ergo & multiformes bestiolarum species immittit, quales nemo ante eam diem vnquā viderat, tanta copia, ut tota regio malo hoc repleretur: præ
Exod. 10 quarum frequentia & homines plurimi exinguebantur, & terra nullo pacto coli poterat: & qui præsentaneum exitum euadebant, infecti tamen earum veneno à morbis corripiebantur. Rege verò ne tum quidem resipiscente ut voluntati diuinæ cederet, sed mulieres quidem cum viris dimittente, pueros verò retinere volente, non defuerunt Deo variæ prioribus etiam grauiores pœnæ, quibus ob regis maliciam in vniuersam gentem seuerè animaduerteteret: sed exulceratis intus in cute corporibus miserabilem in modum non mediocris numerus absumebatur. Et cum ne sic quidem rex resipisceret, grando nunquam antè in Ægyptio cælo visa, tunc verò maior quā apud alios hiberno tempore, aut in septentrionali regione, vere iam adulto superne ruens omnes eorum fructus contriuit: & si quid intactum grando reliquit, nubes locustarum superuenientes ita absumpserunt, ut fructuum colligendorū spes Aegyptiis omnibus omnino sit adempta. Quod si rex stultus tantum, & non etiam malus fuisset, poterat vel iam dictis cladibus admonitus resipiscere, ut tandē de aliquo tot malorum remedio cogitare inciperet. at Pharaotes tamen nō ita insaniebat

bat vt causam non intelligeret, tamen tanta malicia pectus eius obsederat, vt adduci nullo modo posset quin Deo quasi per contentionem repugnare, & in publica com-
 • moda sciens volensq; peccare pergeret. itaque tandē Hebræis pueros etiā vnā cum



mulieribus concedit, sed iussis vt bona sua Aegyptiis tanquā prædam relinquerent, eo quod ex ipsorū bonis nihil post tot calamitates superesse conquerebātur. Moyse verò negāte æquum postulari, alioqui nō habituros vnde sacrificarent, atq; hac controuersia diutius durante, tam densæ tenebræ omnisq; luminis expertes Aegyptiis sunt circūfusæ, vt prospectu in vniuersum priuati alij alio casu ab-

sumerentur, illo quoque metu imminente, ne fortē penitus ab ea caligine absorberentur. deinde his discussis post tres dies ac totidem noctes, cum nondū flecteretur Pharaotes vt liberū exitū permitteret, his verbis eum Moyses aggreditur, Quous-

Exod. 10

11.12

que repugnabis Dei voluntati, qui omnino vult ac iubet Hebræos dimitti, nec est aliud præter hoc remediū aduersus mala quibus affligimini. Rex verò irate ferens
 20 hanc dicendi libertatē, minatus est eum capite plectendum, si posthac de hac re molestus esse pergeret. Respondit Moyses, se non amplius hac de causa verba facturū, sed ipsum cum optimatibus Aegyptiis vltro Hebræos rogaturū vt quamprimū inde profiscantur. atq; his dictis abiit. Deus autē cum decreuisset adhuc vna plaga ictos Aegyptios cogere ad dimittendos Hebræos, iussit Moysen edicere populū vt paratum habeāt sacrificiū, præparatū tertiadecima Xanthici mensis in quartadecimam, qui apud Aegyptios Pharmuthi vocatur, idē Hebræis Nisan, & Macedonibus Xanthicus: vtq; ipse Hebræos educat omnia sua secū portantes. ille verò instructos prius ad profectiōem, & per sodalitia distributos in vno loco continebat. illuſcente verò quartadecima omnes ad exitum animati sacrificabant, & sanguine domos lustrabant, asperſas hyſſopo: & peracta cœna reliquias carniū exusserunt, tanquā exituri.
 30 vnde nunc quoq; solēne manet nobis idē sacrificiū, quā festiuitatē vocamus pascha. id transitū significat, eo quod Deus illa die præteritis illæsis Hebræis, Aegyptios morbo percussit. nā pestis illa nocte absumpsit primogenita Aegyptiorum, vt agminatim ad regiā concurreretur à proximis vociferantibus nō amplius detinendos Hebræos. tum rex accito Moyse mādāt vt abeant, ratus post eorū exitū regionem cessantibus calamitatibus subleuandā. donis etiā Hebræos honorabāt, alij quo celerius discederent, alij propter vicinitatis consuetudinē. atq; hoc pacto exitū est, flentibus Aegyptiis & pœnitentibus ob præteritā malā tractationē. Iter autē faciebāt per Latopolim tunc desertā: Babylon enim post eo loco est cōdita, Cambyſe Aegyptum vastante.
 40 cūmq; abeuntes iter strenue cōtinuarent, tertia die peruenerūt Beelsephontē ad rubrum mare sitā. cūmq; nihil per viā inuenirent propter solitudinem, macerata farina & modico calore in panis speciem solidata se sustentabāt: quo victu per triginta dies sunt vsi. neq; enim plus cōmeatus Agypto extulerāt, atq; cum ipsum parce dispensabant ad necessitatē magis quā ad satietatem. quapropter in memoriam eius inopiæ festa per octo dies celebramus, quos vocamus azymorum. cæterum multitudo migrantium vnā cum liberis & vxoribus vix erat numerabilis, qui verò militarem ætatem habebant, sexcentorum millium numerum explebant.

Quomodo Moyſe duce Aegyptum reliquerunt.

Cap. VI.

50 **R**ELIQUERVNT autem Aegyptum mense Xanthico, luna quintadecima, anno quadringentesimo trigesimo postquā Abraham pater noster in Chananæum venit: & post Iacobi migrationē in Aegyptum anno ducentesimo decimoquinto. Moyses verò annū tunc agebat octuagesimū, & frater eius Aaron triennio erat maior. deferebant etiam secum ossa Iosephi, ita vt filiis suis mandauerat.

Exod. 12

XIIII Ægyptios autem pœnituit quòd Hebræos dimisissent: cùmque rex præ cæteris hanc rem ægre ferret, totū præstigiis Moysis imputans, decretum est vt in eos irruerent. & correptis armis reliquòq; apparatu, persequerentur, retracturi si possent assequi. non enim timendum ne Deus offendatur, cū iam semel exitus illis sit concessus. sperabant etiā facile se in potestatem redacturos inermes & de via lassos. itaq; obuium quemq; rogantes quā tenderent, raptim insequerentur, tametsi per viam difficilem non solū exercitibus, sed expeditis quoq; viatoribus. Moyses autē hac Hebræos ideo duxit, vt si Ægyptij mutata sententia persequi eos vellent, pœnas maliciæ violatiquē pacti persoluerent: néve Palestini, quos ob veterē similitudinē infensos habebat, de hac profectioe certiores fieri possent. est enim illorum regio Aegypto cōtermina. 10 quapropter ommissa via quæ in Palestinam ducit, per desertū via dispendiosa ac difficili voluit Chananæam inuadere: obiterq; iuxta Dei mandata in montē Sina populum sacrificaturum adducere. sed vbi ad rubrū mare peruentum est, ecce Aegyptiorum multitudo circumfusa in arctū eos cōpellit. aderant enim septingenti currus cum equitū quinquaginta milibus, & ducēta milia scutatorū peditum. hi vias omnes obsederant, quibus effugiū Hebræis patere poterat, inter rupes & mare conclusis, quo loco mons præ aspretis inuius ad littus vsque procurrit. atque ita ne fugæ quidē spe relicta Hebræos mare inter & montem obsidione premebāt, oppositis armatis quā exitus in campos aperiebatur. in hac locorum iniquitate cōclusi, cū nec obsidionē præ inopia tolerare, nec exitū ad fugam inuenire possent, nec arma adessent etiam si 20 maxime pugnare cuperēt, nihil superesse videbant nisi vt turpi deditioe salutem confulerent: quo factum est vt Moysen incusarent, obliti prodigiorū quibus libertatē eis Deus significauerat: minimūq; aberat quin propheta lapidato, cōtemptisq; per incredulitatē pollicitationibus, deditioe in pristinā seruitutē redirēt. nam & lamentis mulierum ac puerorum exasperabantur, nihil nisi perniciē expectantiū, cū essent rupibus & mari & armatis circūcirca cincti, nec vlla spes effugij relinqueretur. Moyses autē efferata licet contra se turba nulli succumbens difficultati non cessabat eis prospicere, Deo fretus, quē post tot libertatis præfagia probabile nō erat permisurū vt aut deleretur, aut in potestatem inimicorū relaberentur. cūq; medius in concione cōstitisset, sic ad eos verba fecit. Si homo aliquis res vestras bene ac prudenter 30 hætenus administrasset, oportebat & in posterū similem eius curam & diligentiam expectare: nunc postquā Deus ipse gubernandos vos suscepit, quantæ insanię fuerit eius opem nō sperare, qui per me ultro vobis præstitit quicquid ad vestram salutē ac libertatē conferre videbatur, imò hæc ipsa difficultas & angustia magis vos ad sperandū accendere debuerat. ipse enim vos in arctum hunc locum concludi voluit, vt ex tanta necessitate præter vestram æque ac hostium opinionē seruaret, atq; in hunc modum declararet, non solum potentiam suam, sed fauorem etiam quo vos perpetuo prosequitur. non enim in paruis rebus Deus propitius auxilium afferre solet, sed tum potissimum quando spei superest minimum. ergo huius ope freti, qui potest & ex paruis magna facere, & horum potentiam debilem reddere, ne terreamini Aegy- 40 ptiorum apparatu, neque propter fugam mari & montibus impeditam animum despondete. potest enim Deus & hos in planiciem & mare in terram vertere.

Quomodo mare scissum Hebræis Aegyptios fugientibus viam aperuit. Cap. VII.



Moses effatus ad mare eos Aegyptiis spectantibus ducebat. Habentes enim eos sub oculis, quòd essent persequēdo defatigati, pugnam in sequentem diem differre consultius putabant. vt verò ad extremum littus ventum est, tum Moyses sumpta virga Deum in auxilium supplex inuocat, dicens, Tu domine scis ipse quòd nec viribus nec artibus humanis vllum hinc nobis patet effugium: superest 50 vt ipse salutem huic populo expedias, qui Aegypto relicta huc est delatus, tuam voluntatem tuamque fidem secutus. ad te solum omni alia spe, omni consilio, destituti confugimus: ad tuam tantum prouidentiam respicimus, quæ sola nos iratis Aegyptiis eripere potest. succurre igitur properè, & potentiam tuam exere, & populum iam

iam conclamata salutis ad fiduciam & spem excita, in difficultatibus constituti sumus, sed nostris non tuis. tuum est Domine hoc mare, tuus & mons qui nos claudit: & hic potest te iubente aperiri, & illud in terram verti. possumus & per aërem sublimes effugere, si ita nos seruari tibi placeat. hæc precatus, mare virga percutit: quo ictu repente scissum, & retrorsum se recipiens, nudum solum Hebræis ad fugam cape-



pellendā relinquit. Moyses autem videns adesse Deū, & mare de suo solo cessisse, primus progreditur, hortatur Hebræos vt alacriter sequātur per viam diuinitus datā, & læti præterito periculo gratias agant ob tā incredibilem salutis rationē tam subito exortam. illis verò impigre subsequētibus nimirum diuina ope fretis, Aegyptij primū insanire eos putabant in manifestam perniciem

ruentes. postquam verò viderunt eos longe processisse, & impune absque omni impedimento iter facere, impetu facto persequi eos cœperunt, quasi & ipsi tutum per mare iter habituri: & præmissis equitibus à littore descendebant: iāmque in aduersum littus euaserant Hebræi, hostibus à tergo relictis, quos armis graues ipsa etiam miraculi nouitas non nihil est remorata: sed cū incolumes illos terram tenere viderent, sibi quoque eundem euentum pollicebantur. Verum sefellit eos hæc opinio, nescientes non quorumuis talem viam esse, sed Hebræorum tantum, & fugientibus tantum ad salutem patere, non hostibus qui eos perdendi animo insciantur. ergo cū iam vniuersus exercitus introgressus esset, refunditur iterum mare, & Aegyptios fluctibus inuoluit, ventis etiam eodem impellentibus: accesserunt & imbres de cælo, & aspera tonitrua fulguribus simul intermicantibus: fulmina quoque deferrebantur, & nihil omnino deerat eorum quæ ab irato Deo hominibus ad perniciem immitti solent: nam & nox eos caliginosa nimis ac tenebrosa comprehendit. atque ita totus ille exercitus est deletus, vt ne nuncius quidem cladis domum reuerteretur. Hebræi verò vix sui compotes erant præ gaudio ex tam inopinata salute concepto, accedente huc etiam hostium interitu, quo maior esset libertatis securitas, nemine superstitite qui eos in seruitutem vindicare cuperet, & Deo ex professo illis auxilium submittente. quapropter tum sua salute, tum inimicorum supplicio læti magis quàm vlli antehac homines in hymnis & hilaritate totam noctem exegerunt: & Moyses carmen laudes Dei & ob præsentem fauorem gratiarum actiones continens hexametro versu composuit. Hæc ego vt in sacris codicibus inueni, ita sigillatim conscripsi. Nemo autem mirari debet tanquam incredibilia, si priscis hominibus & ad maliciam etiam tum rudibus, de salute periclitantibus via per mare patuit, siue Dei voluntate, siue naturæ sponte: quandoquidem heri & nudiustertius Alexandri ductu Macedonibus Pamphylum mare cessit, & aliam viam non habentibus illac iter aperuit, cū Deus eius opera ad destruendum Persarum imperium vt decreuisset: id quod omnes testantur qui res gestas illius regis scripto prodiderunt. Sed de his vt cuique libet ita sentiat. Postera verò die cū æstus & ventus arma Ægyptiorum in littus expulisset, in quo tum Hebræi castra posuerant, Moyses id quoque diuina prouidentia factum interpretatus, ne posthac inermes essent, collecta viritim distribuit: atque ita iam probe munitos ad Sina montem duxit, sacrificaturus ibi Deo, & munera pro salute populi oblaturus, quemadmodum iussum esse iam antè dictum est.

Exod. 15

Exod. 8.9

FLA

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IVDAICARVM LIBER

TERTIVS.

Quomodo Moyses populum ex Aegypto in Sina montem eduxit. Cap. I.



RE CENTEM hanc læticiam ex inſperato acceptæ ſalu-¹⁰
tis offuſcavit nonnihil itineris moleſtia, quo per deſerta
in Sina montem ducebantur: quòd emetienda eſſet re-
gio difficilis propter ciborum & aquarum extremã ino-
piam, & ne brutis quidem alendis, nedum hominibus,
idonea. erat enim tota ſqualida, & nihil omnino humo-
ris habens, vnde fructus prouenire ſolent. talem autem
viam neceſſario ſunt ingreſſi, cùm aliã non poſſent: de-
ferebãtq; ſecum aquam priuſquam deſertũ intrarent
hauſtam, duce ita præmonente. qua abſumpta puteos

Exod. 15 magno labore propter duriciem terre fodientes aquabantur: ac ne ſic quidem vel ſa-²⁰
tis bonam, vel quantum ſufficeret inueniebant. in hunc modũ iter facientes perue-
niunt prima vesp̄ra in locum quendã, cui propter aquas vicioſas nomen fecerunt
Mar, amarorem vocabulo ſignificante: ibiq; laſſis de via & cõmeatu quoq; iam ab-
ſumpto inopiam ſentire incipientibus, diuertere placuit. inuitabat ad manendũ pu-
teus fortè repertus, qui tamenſi tantis copiis non poſſet ſufficere, nonnihil tamen ſo-
latij propter naturam regionis præbebat. audiebant enim nihil aquæ in progreſſu ſe



inuenturos, hæc ipſa quoque amara
fuit & nulli potabilis, nõ homini ſo-
lum, ſed ne iumento quidẽ. Moyses
autẽ videns eis animũ cecidiſſe, nec³⁰
habens quod diceret, nõ enim erat
res cum hoſte quẽ virtute repellere
poſſet, ſed & viri & imbellis mulierũ
ac puerorũ multitudo ex æquo peri-
clitabantur, ægre expediebat confi-
lium pòpuli miſeriã ad propriũ infor-
tunium referens. ad hunc vnũ enim

cõcurrebãt, mulierculę infantibus opẽ implorantes, viri verò mulieribus, ne ſe deſpi-
ceret, vtq; ſalutis remediũ aliquod quæreretur. ad præces igitur verſus orat vt Deus mu-
rata aqua ex vtioſa potabilẽ reddat: quo annuẽte hanc gratiã, arripit fruſtũ ligni fortè⁴⁰
ibi iacẽs, & mediũ per longitudinẽ ſciſſum in aquã mittens, docet Hebræos Deum
exauditis precibus pollicitũ daturũ ſe aquã deſiderantibus, ſi gnauiter iuſſa perage-
rent. quibus rogantibus quid faãto opus ſit vt aqua mutetur, iubet robuſtiſſimum
quẽq; certatim puteũ exhaurire, dicens, maiore parte euacuata reliquũ potabile fo-
re. quo faãto aqua agitatione cõtina purior reddita, potũ iam nõ aſpernãdũ multi-
tudini exhibuit. Hinc caſtris motis peruenerũt Ilym, agrũ, vt primo aſpectu è lōgin-
quo videbatur, nõ malum, ferebat enim palmas. vt verò propius eſt ventum, ſefellit
omniũ expectationẽ. palmę enim nõ plures erant quã ſeptuaginta, eãq; nõ admodũ
proceræ propter loci ariditatẽ. nam ne à fontibus quidẽ rigabãtur, qui duodecim eo
loco erãt, ſed nõ ita largi vt emiſſis riuulis humiditatẽ terræ ſubminiſtrarent. quare⁵⁰
ad egerendã harenã verſi in nullas venas incidere poterãt, & ſi quid modicũ diſtilla-
ret, foſſione turbatũ inutile ad potũ reddebatur. arbores quoq; non multũ fruãtũ fe-
rebãt propter eandẽ aquarũ inopiã. quamobrẽ exortũ eſt murmur multitudinis cõ-
Exod. 16 tra ductorem, omnem miſerię ſuę cauſam in vnũ illum conferentis. triginta enim
dierum

dierum itinere confecto, comæatum omnem quem secum extulerant iam absumptum desiderabant, & cum nihil alimentorum in terra deserta inuenirent, minimum à desperatione aberant: atque ita præsentem egestatem præteritorum tam Dei quam Moysis beneficiorum memoriam excutiente, in iram concitati videbantur iamiam correptis saxa in imperatorem suum inuasuri, autorem interitus sibi clamitantes. at ille irritatam multitudinem & tam acriter in se concitatam animaduertens, fretus Deo & conscientia rei bona fide administratæ, prodit in medios vociferantes & saxa intentantes. cumque singularem quædam gratiam in vultu præferret, popularique facundia cum primis polleret, exorsus est iram eorum mitigare, obsecrans ne in præsentem necessitatem intenti omnium præteritorum beneficiorum memoriam abiicerent: utque à difficultate tunc premente animum ad Dei gratiam ac dona verterent, quibus toties præter opinionem cumulati fuissent, nunc quoque expectarent eum bonum exitum procuraturum, quem verisimile sit ad probandam eorum fortitudinem, patientiâ & gratitudinem, utque appareat præterita ne an præsentia plus apud eos possint, hanc rerum angustiam immisisse. cauendum igitur ne ob intolerantiam atque ingratitude diuino fauore indigni deprehendantur, qui & voluntatem ipsius quam secuti Ægyptum reliquissent, contemnant, & se ministrum eius iniquis odiis persequantur, præsertim cum hæcenus in nullo eorum quæ Dei iussu gerenda suscepit, deceptos se queri possint. Enumerat deinde singillatim, quomodo afflicti fuerint Egyptij dum eos contra

20 Dei voluntatem detinere conarentur: quomodo idem flumen illis quidem crucentum & ad potum inutile, ipsis verò dulce fuerit ac potabile. quomodo ita refluxo mari locum eis & viam ad effugium cedente, ipsi quidem per eam euadentes salutem sint consecuti, inimicos verò internecione deletos inspectauerint: & quomodo in eam usque diem inermes, Deo præbente armorum quoque copiam sibi comparauerint: tum quoties ex ipsis interitus faucibus eos præter omnium opinionem incolumes Deus eriperit, qui cum semper sit omnipotens, ne tum quidem de ipsius providentia desperandum. quamobrem æquo animo ferenda omnia, cogitandumque non esse serum auxilium quantumuis differatur, quod rebus adhuc integris accipitur. & sic existimandum, non contemni à Deo sua pericula, sed fortitudinem explorari ac libertatis amorem, ut videat utrum eius cupidine & ciborum & aquarum inopiam sustinere valeant, an potius more pecudum dominis in suum usum pascentibus seruire malint. Se quidem non tam sibi priuatim timere, cui cæso iniuste nihil mali accidere possit: quam ipso- rum incolumitati, si per istam lapidationem facta & consilia Dei damnare videantur. His verbis furentes ad sanio- rem mentem reduxit, & iam ad facinus armatis saxa de manibus excussit. sed quoniam intelligebat non de nihilo concitados, ad preces & supplicationes confugit: & consensa quadam specula, opem Dei rebus per inopiam afflictis deposcebat, in cuius solius manibus salus populi reposita esset: utque propitius veniam daret populo duris rebus exasperato, & propter hoc more humano ab officio decedenti. Deus verò curæ sibi populum fore pollicetur, & opem quam peterent

40 iamiam affuturam. His impetratis Moyses descendit ad multitudinem: illi verò animaduertentes promissionibus diuinis lætum, & ipsi posito mœrore vultus hilares sumpserunt. tum ille stans in medio concionis, ait se præsentem necessitati à Deo remedium afferre, nec ita multo post magna vis conturnicum, quod genus auium præ cæteris Arabicus sinus alit, superato interiacente mari longo volatu fessarum, qui alioquin etiam non est sublimis, in Hebræos defertur. illi verò cibos diuinitus oblatos certatim comprehendentes, remedium inopiæ quærebant: & Moyses rursus ad supplicationes vertitur, ob auxilium à Deo promissum simul atque exhibitum: qui ad hunc modum pascitis, alia mox alimenta demisit. nam interim dum Moyses precabundus palmas attollit, ros de cælo delabatur: qui cum manibus eius hærens concre-

50 uisset, suspicatus ille hanc quoque alimoniam à Deo demitti, degustat: lætusque re comperta, turbam ignaram & purantem hiberna tempestate ningere, monet opinione falli, nec vulgarem rorem de cælo descendere, sed alimoniam, quæ ope alia destitutos periculo famis eximeret: ac mox prægustatum offert, ut experti crederent. illi verò ad eius exemplum nouo cibo læti fruebantur, qui suauitate ad mellis dulcedinem

dinem accedebat, aspectu verò ad aromatis similitudinem quod bdellium dicitur, magnitudine coriandri semine similis: eumque pro se quisque certatim colligebant. sed mox edicto admonentur, ut ex æquo asaronis mensuram quotidie colligerent: non enim defore hoc cibi genus. quod eò factum est ne infirmioribus deesset, dum robustiores per auaritiam plus satis colligunt. quod si quis contempto edicto ultra præscriptum modum collegisset, plus defatigatus nihilo plus habebat quam ceteri. quicquid enim ultra asaronem sequenti die supererat, inutile reddebatur, amaritudine ac vermibus corruptum: adeò diuinus & incredibilis erat hic cibus: cuius hæc natura est, ut qui hunc habet, alium non desideret. Quin & nostris temporibus tota ea regio genere hoc compluitur, quemadmodum olim in Moyse gratiam Deus id
 10 alimentum demisit. hoc Hebræi manna vocant. nam hæc vox man in nostra vernacula est percontatiua, quid hoc est interrogans. atque ita perpetuum gaudium ac securitatem per hunc cibum sunt adepti, quo per annos xl. deinceps sunt sustentati: tantum enim temporis in deserto hæserunt. Sed ex loco in quo hæc primum contigerunt castis motis, postquam in Raphidim peruenerunt extrema iam siti laborabatur: eo quod & præcedentibus diebus raros fontes inuenire datum est, & tunc in regionem omnino aquis carentem inciderunt. Rursum igitur Moyse irascebantur. ille verò declinato aliquantisper turbæ furore, ad deprecandum vertitur, rogans ut qui cibum in egestate dederat, nunc potum quoque in extrema necessitate largiretur tantum non siti deficientibus, quandoquidem solus cibus in hoc rerum statu nihil proderat. Deus verò nihil
 20 eunctatus promittit Moyse daturum se fontem & aquarum abundantiam unde minime sperarent: iubetque ut virga feriens petram in conspectu sitam, inde peteret ea quæ desiderabant. velle se ut per otium & absque labore potum adipiscantur. His acceptis à Deo Moyse reuertitur ad populum præstolantem & intentis oculis se spectantem. iam enim videbant à specula descendentem. qui postquam reuersus est, ait Deum eos ex hac etiam necessitate liberaturum, & insperato modo salutem largiturum, fluuiio de petra illa prorumpente. quo audito territis, si lassitudine ac siti cunctis petra esset excidenda, Moyse ferit eam virga, quæ euestigio deliiscens aquam euomit copiosissimam simul ac limpidissimam. illi verò inopinato spectaculo attoniti, vel aspectu ipso recreabantur: moxque magna cum voluptate bibebant, quod esset dulcis & qua-
 30 lem diuinitus datam esse conueniebat. quapropter & Moyse plurimi faciebant, quem Deo tam carum viderent, & Deo pro accepto beneficio quas poterant per sacrificia gratias referebant. Testantur autem sacræ literæ in templo dedicatæ, quod Deus Moyse prædixerit petram ex se aquam profluentem esse edituram.

De Amalecitarum & sociorum clade, & præda quæ Israelitis inde obigit. Cap. II.

II.
 Exod. 17.



EBRÆORVM autem fama longe latèque diuulgata, rumoribusque de his per omnes gentes circūquaque sparsis, non mediocris metus accolæ eius regionis occupauit: & missis ultro citroque legationibus. adhortabantur se inuicem, ut aut arcerent, aut delerent etiā si modo possent, aduentantem multitudinē. præcipui verò huius expeditionis instigatores erant qui Gobolitidem regionem & urbem Petram incolunt, vocanturque Amalecites, inter eas gentes pugnacissimi. horum reges & se inuicem & finitimos ad Hebræicum bellum concitabant, externum exercitū Ægyptiorum fugitiuos pernitiē sibi struere dictitantes: quos non oportere contemni, sed priusquam vires eorum augeantur vberem aliquam regionē adeptæ, & fiducia ex ipsorum cessatione concepta priores bellū aggrediantur, tutò posse opprimi, consultiusque esse in deserto eorum conatus vicisci, quam expectare dum urbibus bonis ac opulentis potiantur. Hoc enim esse prudentiū, iniitiis aduersariorū potentia quam primum obstare, nec expectare dum quotidianis successibus in maius augeatur, & potius curare ne in discrimē veniāt, quam ut periculo eximantur. Post huiusmodi legationes decretū est communi consilio, ut Hebræos adorti
 50 prælio repellere conentur. Nihil tum minus expectabat Moyse quam motū aliquem indigenarum: ergo cum videret trepidare ac tumultuari populum, cui de improviso & imparato cum instructissimo hoste confligendū erat: hortatur ut Dei sentētia freti, cuius

cuius auspiciis libertatem seruituti prætulissent, nihil aliud quàm victoriam cogitarent: nève reputarent quòd armis, pecuniis, commeatu & aliis huiusmodi præfidiis sint inferiores: sed cùm Deum pro se cõtra hostes stantem habeant, tales animos conciperent ac si humanis etiam opibus essent longe superiores. nec ignorare illos quantus sit adiutor, toties in grauioribus malis expertos. hunc & hostibus esse infensum, & Hebræis propitium: eumque fauorem satis declaratum dum famem ac sitim prodigiose ab eis depellit, dum mari & monte inclusis insperatum effugium expedit. adhæc tanto magis ad victoriam aspirandum, quòd post hanc nihil sint desideraturi eorum quæ ad humaniorem victum pertinere videntur. Talibus dictis animato populo, conuocatisque tribunis & optimatibus, vniuersos & singulos hortatur, iuniores quidem vt grandiorum dicto audiant, hos verò vt omnes imperatoris sui nutus obseruent. at illi periculum contemnentes & conflictus cupidi, sperabant hanc pugnam miseræ finem allaturam, & vltro Moysen rogabāt vt se confestim in hostem duceret, nève intempestiua cunctatione alacritatem militum hebetaret. tum ille selectus è reliqua multitudo ad pugnam idoneis Iesum præficit Naueci filium è tribu Ephræmitide, virum manu ac consilio iuxta promptum, & pietate insignem & à Moysè præceptore hac parte non degenerantem. aliquot etiam cohortes ita disponit ne ab aquatione intercludi possit, plures etiam ad præsidium castrorum & imbellis multitudinis relinquit. Per noctem deinde ad prælium se expediunt, & armis simul ac corporibus curatis, in-



20 tenti signum classico per Moysen dari expectant: qui & ipse pernox cum Iesu consultabat, eumque de instruendis ordinibus admonebat. appetente verò iam die, hortatur ducem vt spei de se conceptæ respondere studeat, & re feliciter gesta existimationem sibi apud milites comparare. similiter Hebræorum optimum quenque priuatim, ac mox omnes armatos verbis ad fortitudinem accendit. atque ita instructos & animatos Iesu & Deo committit, ipse montem ascendit. iamque ad manus ventum erat, pugnabaturque strenue, nec adhortationes mutux deerant: & quandiu Moyses cre-

30

etæas manus tendebat, Amalecitæ deteriori cõditione præliabatur. Moyses verò extensione manuum lassatus, cum obseruasset quotiescunque manus dmitteret, roties suos non ferentes hostis impressionem cedere, iubet fratrem Aaronem, & sororis Mariam maritum Vronem, vtrinque astantes, manus sibi indefinenter sustinere, neque permittere vt per lassitudinẽ deferrentur. quo facto egregie vicerunt Hebræi, fuissentque internecione deleti Amalecitæ, nisi interueniente nocte fuga & latebris quidam eorum salutem sibi quæsisent. qua victoria non alia vel

40

magnificentior vel magis opportuna maiorib. nostris contigit. nam & occurrentem exercitum fuderunt ac fugauerunt, & omnibus circumquaq; degentibus magnum terrorem incusserunt, & laboris præmium prædam opimam reportauerunt. nanque castris etiam hostilibus expugnatis publicè & priuatim sunt ditati, qui ad eam diem vix quotidianum victum sibi parare poterant. nec in præsens tantum ea victoria profuit, sed in futurum etiam. non solum enim corpora aduersariorum, sed animi quoque eo prælio sunt fracti: & omnibus circumquaq; gentibus ex illo tempore facti sunt formidolosi. ipsis verò opulentia non mediocris accessio est facta. multum enim auri & argenti in castris fuit repertum, multa aramenta vel escaria vel coquinaria, magnus etiam pecuniæ signatæ numerus: ad hæc textilia & armorum ornatus, aliæque supellex

50

castrensis; & varia præda iumentorum & impedimentorum quæ exercitum sequi solent. quin & audaciores multo successus hic Hebræos reddidit, & fortitudinis ac industriæ magis studiosos, nihil non sibi pollicentes si virtutem strenue colerent. Et hoc quidem prælium talem exitum est sortitum. Sequenti verò die Moyses cæsorum cadauera spoliavit, arma quæ fugientes abiecerant collegit, & illis quorum opera insignior

fuerat præmia distribuit, Iesumque ducem pro concione collaudauit, milite per acclamationes laudem viri comprobante. adeoque incruenta fuit hæc victoria vt ne vnus quidem ex Hebræis desideraretur, cum hostiliū cadauerum numerus præ multitudine incompertus manserit. Mactatis deinde pro gratiarum actione victimis, aram DEO VICTORI posuit: prædixitque internecione delendos Amalecitas, vt ne vnus quidem eius generis relinquatur, quod Hebræos ultro armis aggressi essent, idque in deserto & inopia laborantes. postremò ducem exercitus victorali epulo excepit. hoc fuit primum prælium post exitum de Ægypto, quo hostem lacescentem fortiter reiectum magna clade affecerunt: post quod per dies aliquot festis epiniciis celebratis, & quiete viribus reparatis, instructo agmine iter continuabant. iam enim creuerat armorum numerus, & ad hunc modum paulatim procedentes, tertio mense postquam ex Ægypto mouerant, ad montem Sina peruenerunt, in quo Moyses visionem ardentis rubi viderat, vt iam antè commemorauimus.

Raguelis consilium quod genero suo Moysi dedit.

Caput III.

III.
Exod. 18.



VM autem rei feliciter gestæ fama ad Raguelem quoque peruenisset, gratulabundus occurrit Moysen & Sepphoram & eorum liberos salutaturus. Is latus soceri aduentu sacrificium instaurat, & populo epulum præbet prope rubum qui flagrationem illæsus euaserat. dum verò multitudo per suas quisque cognationes epulatur, Aaron cum suis assumpto & Raguele 20 laudes diuinas concinebant, autorem salutis ac libertatis celebrantes: ducem quoque



suum faustis carminibus prosequabantur, cuius virtute omnia sibi ex sententia successissent. Raguel quoque priuatim multa in populi laudem, multa in Moysis eius seruatoris cecinit, cuius auspiciis tot viri boni ac fortes regerentur.

IIII.

Sequēti autem die Raguel videns Moysen multitudinis negotiorum 30 obrui (finiebat enim lites quorum opus erat, omnibus ad ipsum defe-

rentibus, & alio arbitro ius suum tenere se posse non existimantibus, & his etiam qui causam sub tali iudice perdebant æquo animo sententiam ferentibus) tunc quidem siluit, neminem volens impedire quo minus iustitia viri frueretur. vbi verò tandem à negotiorum tumultu absolutum vidit, seductū seorsum quid facto opus esset docuit: consuluitque, vt minores causas aliis cognoscendas cederet, ipse verò tantum reipublicæ negotia tractaret. non deesse enim Hebræis & alios diiudicandis litibus idoneos: curam verò tot milium salutis sustinere posse neminem, nisi Moysi similem: itaque cum non ignores, inquit, tuas dotes, quæ toties populo periclitanti fuerunt vsui, tibi 40 ipse parcens, permitte aliis vt ipsi inter se lites ex iure dirimant: tu verò diuino tantum cultui deditus esto, quo facilius populum è præsentī necessitate eximas. Quin & illud pro virili consuluerim, vt lustratis ac recensitis copiis eas in dena milia distribuas singulis huiusmodi legionib. suos duces præficiendo: easque rursū in cohortes millenarias, quingenarias, centenarias & quinquagenarias partiaris: itēque in manipulos triginta & viginti & decem commilitonum: tum deinde ita distinctis præfectos imponas, singulis appellatione à numero subditorum militum indita. Iudices autem viros virtute ac iustitia præstantes populi suffragiis creabis, qui de controuersiis eorum decernant, & si forte quid grauius inciderit, eius cognitionem ad te relegent. atquo hoc pacto neq. Hebræorum quisquā suo iure fraudabitur, & tu sine interpellatione Deum 50 colens fauorem eius propensorem exercitui conciliabis. Hoc Raguelis consilium. Moyses libenter admisit, fecitque quicquid ille monuerat, non sibi hoc commentum vsurpans, neque autorem eius celans, sed pro concione populo indicans cuius hoc inuentum fuerit. Quin & in libris suis Ragueli ascribit inuentionem ordinum militarium

rium ac iudiciorum, malens dignos sua laude non fraudare, quàm sibi alienum decus usurpare, ut hinc quoque virtutem ipsius conicere liceat: de qua suis locis sæpe nobis dicendum erit. Interea dum his locis populus hæret; Moyses pro concione ait se ire in montem Sina collocuturum cum Deo & aliquid utile eis inde reportaturum: iubetque ut ipsi interim in propinquo castra metentur, viciniore Deo futuri.

Moyses conscenso Sina monte acceptas à Deo decem præceptorum tabulas ad populum reportat. Caput IIII.



10 **H**is dictis ascendit Sina montem omnium regionis eius celsissimum, VI.
& ob nimiam altitudinem cautèsq; præruptas non ascensus tantum hominum, sed aspectus quoque ipsos defatigantem, ut non immerito propter numen incolens religiosus haberetur. Hebræi verò iuxta mandatum prophetæ motis castris radices montis occupant, suspensi animis quidnam boni ita ut promiserat, esset à Deo repor-



20 taturus: atque interim dum ductorem suum expectant, festos dies agebant, castitatem seruantes tum in catetis, tum abstinendo à congressu mulierum per triduum, sicut iussi fuerant, & assiduis precibus Deum sollicitantes, ut propitius Moysen excipies, donum sibi per eum aliquod mitteret, quod ad vitam bene ac feliciter degendam conducibile foret. interim & victu sumptuosiore utebantur, & ornatu splendidiore una cum vxoribus ac liberis excolebantur: atque in hunc

modum duabus diebus inter epulas exactis, appetente iam tertia nubes primum præter solitum supra tota castra Hebræorum sublimis pependit, tentoria quàm late patebant contegens, reliquum cælum circumquaque clara serenitate obtinente: procellæ
30 deinde cum imbre vehementi ruebant, & fulgura simul crebro micantia terrebant, fulminaque elisa significabant Moysen ex sententia cum Deo propitio conuenisse. Hæc lecturi ut cuique placuerit accipiant, mihi certe fas non fuit discedere ab illis quæ in sacra historia conscripta habentur. Cæterum Hebræi visa insolita tempestate, eiusque horrendo strepitu aures feriente, supra modum turbabantur. nam & rei nouitas terrebat, & rumor vulgatus de monte, quod crebro Deus eum inuiseret. quamobrem continebant se intra tabernacula mœsti, putantes actum de salute Moyse, & illo per iram Dei sublato, se quoque simile exitium manere. In tali rerum statu ecce tibi Moyses exultans læticia, vultuque ipso animum gaudio gestientem præferens. quo conspecto repente metus omnis abiit, inque locum eius spes magni alicuius boni
40 successit: nam & aer ad eius aduentum pristinam serenitatem recepit. Mox igitur concionem aduocat, audituram quæ mandata à Deo referat. quam ubi conuenisse animaduertit, è superiore loco, ut ab vniuersis audiretur, in hunc modum est affatus: Viri Hebræi, Deus optimus maximus, quemadmodum nunquam antea vota nostra est aspernatus, ita hoc quoque tempore me legatum vestrum benignissime excepit, & iam in castra vestra præsens ac propitius adest, præscripturus vobis viuendi rationem, qua nulla beatiore cogitari quidem potest. quare per ipsum perque eius magnifica opera vos obsecro, ne contemnatis quæ vobis dicturus sum, meam mediocritatem intuentes, quodque humanam linguam audituri estis: sed expedientes mandatorum bonitatem ac vtilitatem, agnoscite eius maiestatem, qui ut vestra commo-
50 da prouehat, me internuncio ad vos uti non est dedignatus. Non enim Moyses Amaram & lochabelis filius, sed is qui pro vestra salute Nilum sanguineis fluentis labi fecit, & Ægyptiorum contumaciam tam variis calamitatibus fregit, qui per mare viam vobis muniuit, qui omnium egenis cibos cælitus excogitauit, qui potum desiderantibus è petra scatere iussit, à quo Adamus terræ ac maris vsum fructum acce-

pit, per quem Noë diluuium effugit, per quem Abrahamus nostri generis autor ex errore possessor Chananæ terræ est tactus, per quem Isaac confectis senio parentibus est natus, per quem Iacobus duodecim honestissimis filiis est ornatus, per quem Iosephus in Ægyptiorum præsidem euasit: is inquam vobis hæc præcepta largitur, ego nihil aliud sum quam tanti numinis interpres. ea vobis sacrosancta erunt, & coniugibus ac liberis antiquiora. illis enim parendo beatam vitam agetis, fruentes terra fertili, mari tranquillo, progenie iuxta naturæ leges felici, eritisque hostibus vestris semper formidolosi. ego enim cum Deo coram collocutus, immortalem eius vocem audiui, adeo illi cordi estis vos & generis vestri incolumitas. His dictis adducit populum cum liberis & coniugibus vt Deum loquentem eis audiant, & quid agendum doceant, ne dictaminis auctoritatis haberent, si per humanam linguam in animos eorum illaberentur. itaque omnes audiebant vocem è sublimi descendentem, vt nemo non intelligeret. Præcepta autem quæ Moyses duabus tabulis inscripta reliquit, nō est fas toridem verbis euulgare, sententias tantum eorum indicabimus. Docet enim nos

Exod. 20. Primum præceptum, Deum esse vnum; & hunc solum colendum.

Secundum, Nullius animalis simulacrum adorandum.

Tertium, Non temere iurandum.

Quartum, Septimi dici ferias nullo opere profanandas,

Quintum, Parentes honorandos,

Sextum, A carne abstinendum.

Septimum, Non adulterandum.

Octauum, Non committendum furtum.

Nonum, Non deponendum falsum testimonium.

Decimum, Nihil alienum concupiscendum.

Exod. 21. Hæc vbi multitudo læta ex ipso Deo sicut Moyses prædixerat audiuit, dimissa est concio. Sequentibus autem diebus sæpius ad ducis tentorium ventitantes postulabant vt etiam leges eis à Deo deportaret. ille & in hoc eis gratificatus leges tulit, & quid quōve modo agendum esset per idem tempus præscripsit, sicut suo loco dicitur. sed maiorem legum partem in aliud tempus differo, priuatim de his commentaturus.

Exod. 24. Eodem ferè tēpore Moyses rursus in Sina montem ascēdit, præmonito antè populo: nam & spectare eos ascensionē suam voluit. cumque diutius moraretur, per x l. enim dies absuit, coeperunt solliciti esse, ne quid grauius illi accidisset. neque in tot ærumnis aliud quicquam eos sic contristauit, vt interitus Moysis opinio. variabant enim rumores, dum alij deuoratum à bestiis iactant, maxime qui minus eum amabant: alij rap-
tum à Deo videri malunt: qui verò prudentiores erant, inter vtranque sententiam ancipites, quòd alterum ab humanis casibus non alienum, alterum viri illius virtuti conuenientius videbant, ipsius sortem satis æquo animo ferebant: suam autem vicem dolebāt, quòd tali præside ac patrono essent orbati, qualem alium inueniri credebant impossibile: & neque sollicitudo sperare eos sinebat, neque spe adempta non dolere poterant, ac ne castra mouere quidem audebant, reditum expectare iussi. tandem
x l. diebus totidemque noctibus elapsis reuertitur, nullo interim humano alimento degustato: aduentūque suo tota castra ingenti gaudio repleuit, diuinam prouidentiam illis adesse significans, & rationem bene ac beate viuendi se per eos dies didicif-

Exod. 36. se. postularēque Deum vt tabernaculum ei faciant, quò descenderet quoties placeret, quod etiam migrantes secum circumferre possent, vt non sit opus amplius in Sina ascendere, sed interuisitans crebro & tantum non cohabitans præsto sit votis eorum ac deprecationibus. mensuram quoque & formam tabernaculi sibi præmonstraram, nihilque superesse nisi vt ad eius fabricam quàm primum se accingerent. His dictis profert duas tabulas continentes decem præcepta inscripta, in singulis quina. erat

Exod. 35. autem Dei manus ea scriptura. Illi verò præsentia sermonēque Moysis læti pro se quisque certatim ad structuram tabernaculi conferebant, aurum, argentum, cuprum, materiem ligneam elegantem & contra cariem firmam, pilos caprarum, & ouium pelles partim hyacinthina partim punicea tinctura, quasdam etiam cādidas colore, & alias purpuræ flore infectas. adhæc lanas eisdem coloribus tinctas, & linū byssinum. lapillos

pillos quoque pretiosos, qui ad ornatum auro includi solent, atque insuper vim magtiam odoramentorum. nam huiusmodi erat materia tabernaculi, quod nihil ab ambulatorio templo & portatili differebat. ergo posteaquā ista species ambitiose sunt collata, viritum contribuentibus, nonnullis etiā plura quā pro domesticis facultatibus, architectos operi propheta præficit ex mandato Dei, sed tales ut non alij deligendi fuerint, etiam si populi suffragiis res cōmissa fuisset. Eorum nomina etiā nunc in sacris codicibus extant: Beselel ex tribu Iudæ, Vronis filius & Mariammes, quæ erat ducis soror: & Eliabus Isamachi, tribus Danidis. plebs autē tanta alacritatē ope-
 10 ram & impensam offerebat, ut edicto coercendi fuerint, & præconis voce admonendi non esse opus pluribus. ita enim fabricatoribus est visum. atque ita structuram tabernaculi aggrediuntur, Moyse & mensuram & magnitudinem designante, sicut in monte ex Dei colloquio didicerat, tum quantum instrumentum capere deberet ad
 vsum sacrificorum & sacrorum ministerium, rite ac ordinate præscribente. nec minor fuit largitio mulierū circa vestes sacerdotales, & cætera quæ vel ad tabernaculi ornamentum, vel ad diuinum cultum attinere videbantur.

Exod. 36

*De tabernaculo per Moysen in terra deserta factō, quod similitudinem
 templi portatilis referebat.*

Cap. V.



20

20 MNIBVS autem paratis, & vasis aureis & æramētis ac textilibus, Exod. 36
 Moyses indicto festo & sacrificio pro cuiusque opibus, tabernaculum erigit hoc modo.

Atrium primo dimensus latitudine L. cubitorum longitudine c. VII
 vallos æreos statuit altos quinque cubita per longiora latera vicenos, & in postico latere x. In vno quoque inerant anuli, & capitella
 argentea, bales verò auratæ mucronatæ, imæ hastæ similes, ex ære factæ & in terram
 defixæ. anulis innectebantur funes, qui ab altero capite clavis æreis cubitalibus, hu-
 mi confixi singulos vallos firmabant, & contra ventorum vim tabernaculum munie-
 bant. Linteum deinde byssinum mollissimū circumtendebatur à capitellis ad bases
 30 dependens, totūmq; eum locū sepiens, ut nihil à pariete differre videretur. atq; hoc
 modo se habebant septi tria latera. quarū verò latus L. item cubitorum totius operis
 erat frons, cuius ianua viginti cubita patebat, vtrinque habens geminatos vallos instar
 postium. ex argento hi quoque constabant præter bases, quæ erant æneæ. ab utroque
 autem latere stabant tres valli bene firmati. erant autem & illi linteo è bysso cōtexto
 circumducti. ad ianuam verò pendeat velum viginti cubita longū, & quinque altū,
 ex purpura byssōque & hyacintho contextū, varie picturatum exceptis animantiū
 formis. intra ianuas autē erat aspersorium ænū, basi ex eadē materia superpositum,
 vnde sacerdotes manus abluerent, & pedes perfunderent. Hunc in modum septum
 atrij se habuit. Tabernaculum autem statuit in eius medio versum ad Orientē, ut sol
 surgens radios in illud mitteret: eratque longum cubita triginta, & latum duode-
 40 cim. alter parietum erat australis, alter ad septem triones obuersus. tergum ad occi-
 dentem spectabat, attollebatūque tantum, quātum in latitudinem patebat. Erantque
 tabulæ lignæ vicinæ ex utroque latere, quadrangulæ, crassitudine quatuor digito-
 rum, latitudine vnus & dimidij cubiti, intus & extra laminis aureis contextæ: & sin-
 gulis tabulis inerant cardines bini immixsi per duas bases quæ erant argenteæ, & in
 suis foraminibus tabularum cardines suscipiebant. Parietis verò Occidentalis tabulæ
 sex erāt, intus & extra deauratæ, inter se omnes ita compaginatæ, ut vnus paries esse
 videretur. Ex lateribus autem tabulæ erant vicinæ, quarum latitudo habebat mēsu-
 ram vnus & dimidij cubiti, crassitudo tertiam partem palmæ, & ita triginta cubita
 adimplebant. posterioris verò parietis nouē cubitos sex tabulæ faciebant: quibus
 50 coniunctæ sunt aliæ duæ tabulæ, ex medio cubito sectæ, quas angulares posuerunt
 ad instar maiorum tabularum. Singulæ verò tabulæ anulos habebant aureos, per ex-
 teriores frontes eminentes, velut quibusdam radicibus confixos per ordinem, ad in-
 uicem per circuitum respicientes: & per eos deaurati vectes immixsi, singuli cubito-
 rum quinque, tabulas coniungebant: intrabātque caput vectis vniuscuiusque in alio
 capite,

c 4

capite, in modum pyxidis: & post tergum parietum in longitudine positorum, vnus erat ordo, per tabulas omnes vadens, quo per vncinos vtriusque parietis latera continebantur; incastrationibus factis & immixtis ad inuicem. atque ita cautum est tabernaculo contra ventorum vim aliisque impetus, vt securum & immobile consisteret. Intus autem diuisa in tres partes longitudine, post decem cubita intima, statutæ sunt columnæ quatuor eodem opere & ex eadem materia factæ, similibus basibus impositæ, partibus interuallis per transuersum distitæ: vltra has fuit adytum, reliquum verò tabernaculi sacerdotibus patebat. atque hæc tabernaculi trifariam diuisio, vniuersitatis naturam referebat: nam tertia pars quæ intra quatuor columnas continebatur, sacerdotibus inaccessa cælum Dei quodammodo repræsentabat: viginti verò 10 cubitorum spatiū, tanquam mare & terra hominibus inaccessibilis, solis sacerdotibus concedebatur. à fronte verò quæ aditus patebat, columnas statuerunt quinque æreis basibus innixas. post hæc vela sunt per tabernaculū expansa, è bysso contexta, & purpureo, hyacinthino, puniceo, coloribus distincta. horū primū cubita decē quaque versum patebat: quod per columnas est distentum, quæ adytum à reliquo spatio disparabant, & à conspectu hominū excludebant. totūq; hoc fanū vocabatur sanctum, adytum verò vltra 1111. columnas situm dicebatur sanctum sanctorū. fuitque hoc linteum omnis generis floribus quæ terra fert aliisque ornamentis picturatum, exceptis tantum animantiū figuris. alterum autem velū magnitudine, colore, textura, priori par, circa ingressum sitas quinque columnas tegebat: quod à summo ad di- 20 midium columnarū pendens ibi anulis sustinebatur, & accessum sacerdotibus subintrantibus præbebat. huic penè contiguum erat aliud velū magnitudine par, sed è lino contextum, anulis à funiculo per transuersum pendens: quod aliquando adducebatur, aliquando festis præcipue diebus reductū populi prospectū admittebat. reliquis diebus, & maximè parū serenis obiectu suo picturatū illud velum à tempestatibus protegebat. vnde mos mansit etiam post templū exædificatum, vt velum huic simile in aditu prætenderetur. erant præterea decē aulae quaternorū cubitorum latitudinis, longitudinis vicenum octonū cum vncinis aureis qui contiguorum anulis ita inferebantur, vt coaptata vnū viderentur: quæ extensa fanū superne obtegebant, & parietes à lateribus & à tergo, minus vno pede ad terram pertingentia. erant & 30 alia peripetasmata vndecim æquæ lata, sed longiora, videlicet triginta cubitorū singula, è pilis eadē subtilitate qua illa è lana contexta: quæ tegmine suo vsque terram fusa instar thalami exhibebant, vno à fronte prominente, quod in hunc vsum supra denarium numerū erat adnexum. hæc rursus ab aliis è pellibus confutis contra ætus ac pluuiarū iniuriam protegebantur. quapropter è longinquo spectantibus res erat miraculo dignissima: colores enim tabernaculi non aliter micabant, quàm si cælum quis contueretur. cæterum cilicia & pellicea vela ita pendebant, sicut illud circa fani introitum, ad arcendas tempestates obiecta.

De arca in qua tabulas legis Moyses collocauit.

Cap.

VI.

40

Exod. 37
VIII



Abernaculo autem hunc in modum constituto, etiam arcam Deo sacram inferunt, è materie natura valida & ab omni carie inuiolabili. hæc vernacula nostra lingua dicitur Heoron, figura tali. longitudo eius erat quinque palmorum: altitudo verò & latitudo trinūm palmorum: eratque intus & extra tota laminis aureis incrustata: & habebat tegmen aureis cardinibus coaptatum, nulla ex parte prominens, ex utroque autē longiore latere inerant anuli aurei duo, totū lignū penetrantes, & per eos vectes aurati vtrinque traiectioni, vt quoties opus esset quocunque transportari posset. neque enim à iumentis vehabatur, sed sacerdotū humeris transferabatur. oper 50 culo autē eius impositæ erant effigies duæ, quas Hebræi Cherubes appellant, ea sunt animantia volucra, noua specie nec vnquā cuiquā hominū visa: quæ Moyles in Dei solo viderat figurata. in hanc arcā reposuit tabulas decē præcepta continentes, in vtraque quina, & in singulis paginis duo cum dimidio: ipsamque arcam intra adytū recondidit.

De



IN fano autem mentam collocavit Delphicis non abfimilem, longi- IX
titudine duum cubitorum, latitudine vnus, altitudine palmorum
trium. eam sustinebat pedes dimidia sui parte inferiore per omnia
pedibus similes, quales lectis Dorientes addere solent: sed superne
quadrangulares erant. habebatq; circumquaque labrum quatuor di-
gitis tam inferne quam superne prominens. & per singulos pedes
inerant anuli ferè circa summum pedem: adhibebanturq; vtrinque duo ceu manu-
10 bria è ligno firmissimo deaurata, quæ non per circulum vtrunque vt vectes traicie-
bantur, sed fibulato morfu mensæ labrum superne, inferne pedis anulum comprehen-
dendo, facultatem transferendi quocunq; opus esset præbebant. hæc solebat depo-
ni in fano versus Septentrionalē parietem non longe ab adyto, & in ea disponeban-
tur duodecim panes non fermētati, seni è regione sibi duobus ordinibus oppositi,
mundissimi confecti è farina duorum assaronū, quæ mensura Hebræorū septem cō-
tylas Atticas cōtinet. super panes autem ponebantur duæ phialæ aureæ thure plenæ.
post septē verò dies alij panes inferebantur, festo quod nos vocamus sabbatum: cū-
ius ritus causa aliàs est à nobis indicanda. Ex aduerso mensæ propius meridianum X
parietē situm erat candelabrum ex auro fusile sed nō solido, pondo minarū centum.
20 hoc pondus Hebræi cinchares, Græci talentum sua lingua nominant: eratq; distin-
ctum globulis, liliis, malis punicis, craterculis ab vna basi in altū assurgentibus, in se-
ptem ramos diffisis iuxta numerū solis & reliquorū planetarum. exhibat autem in se-
ptem capita ordine inter sese respondentia: quibus imponebantur septē lucernæ se-
cundū totidē planetarū numerū: respiciuntq; ad Orientē & Meridiē, cādelabro obli-
que posito. inter hoc & mensam vt dixi sita erat arula suffumigatoria, & ipsa è ligno
imputribili, sed solida lamina circumquaq; contacta, cubitali in quadrū latitudine, al-
titudine verò dupla. super qua stabat focus coronā aurea circumquaque cinctus.
cui anuli inerant cum suis vestibus quo per viam à sacerdotibus deportari posset.
Sed & pro foribus tabernaculi erat ara alia hæc quoque lignea, laminis æreis intecta,
30 in quadrum quinque cubita patens, altitudine trium cubitorum, inaurata, eratq; pro
foculo superpositam habens. excipiebat enim terra quicquid ignitum superne deci-
debat, quod basis nulla subesset: ad aram verò præsto erant infundibula & phialæ,
thuribulæque & crateres cum instrumento alio rei diuinæ peragendæ accommodo,
nihil non ex auro purissimo. Exod. 38



IN tabernaculum quidē cum paratu suo sic se habebat. nunc testat XI
dicendū de vestitu tam reliquorū sacerdotū quos illi chancas vo- Exod. 39
cant, quàm pontificis, quē anabarchen nominant, sic summū sacer-
dotē significantes: ac primū de vulgo sacerdotum. Sacerdos sacris
40 operaturus purus iuxta legē & castus accedens ante omnia mana-
chæq; quē vocant induitur: quasi dicas constrictoriū. est autē sub-
ligat circa verenda, cōsūtū è bysso: retortor in quod pedibus insertis subducunt velut
50 dimidiatas bracas, atq; ita circum ilia
constringunt. super hoc induit linteā
interulā bysinam: è duplicata tela cō-
fectā, chetomene nostris vocatur, si-
gnificatq; ea vox lineā. linū enim vo-
camus chethon. id indumentū est. tūā
nica talaris corpori astricta, habēs mā-
nicas circa brachia & ipsas strictas,
quæ accingitur: circa pectus paulo
axillis inferius zona lata digitos qua-
tuor intus inani, ita cōtexa vt serpen-
tis exuuiū videri possit. floribus etiā picturatur puniceis, purpureis, hyacinthis &
e 5 byssi



byssinis: stamen verò è sola bysso constat: quæ semel atque iterum circa pectus reuoluta ad talos vsque defluit, tantisper dum sacerdotes à sacris feriantur: idq; ad ornatum conferre videtur. cum verò sacris est ministrandum, ne ventilata sit impedimèto, super humerū leuū recicitur. hanc zonam Moyses nominauit abaneth, nos vocabulo à Babyloniis mutuato emian dicimus. sic enim illi nominant. sed tunica nusquam sinuatur, habetque circa collū amplam aperturā, cuius oræ vncinis à pectore & à tergo cōmittuntur: massabazanem vocant. super caput autē gestat pileū non fastigiatum, neque totum caput comprehendentem, sed paulo plus quàm medium. hic vocatur masnaemphthes. est autem tali paratu, vt videatur vitta linea sæpe in orbem replicata & confuta, quam superne alia tela integit vsque ad frontem descendens, & per superficiem verticis suturarum deformitatem occultās. hic adaptatur accurate, ne inter sacrificandum delabatur. Et sacerdotum quidem ornatus in genere est talis. Pontifex verò vtitur quidē etiam hoc, nihil eorū quæ enumerauimus omittens, sed superinduitur hyacinthinā tunicam talarem, quam nostrates methir nomināt: astringitq; eam zona coloribus supradictæ simili, nisi quòd auro intertexta. cæterum ima vestis ornabatur limbo effigie malorū puniceorum distincto, à quo tintinabula aurea sic dependebant, vt mediū esset quodq; malū punicum inter duo tintinabula situm, & tintinabulū inter duo mala punica. hæc tunica non constat è duobus segmentis, vt suturas habeat in humeris ac lateribus: sed vnica tela in longū contexta aperturam in summo habet non transuersam, sed in longum descendentem à tergo & ante vsque ad medium pectus: cui decoris causā assuta est fimbria ne scissura appareat. eodem modo quā manus exeruntur est scissa. Super hanc tertiā etiamnum induit vocatam ephoden, græcanicæ epomidi similem, ea fit hoc modo: ex variis coloribus auro intermixto ita contextitur, vt circa medium pectus lacuna quædā relinquatur, maniculis quoque ita extantibus vt planè tunica appareat. lacunæ verò inferitur frustū amplitudine palmi auro eisdemq; coloribus quibus ephodes variegatum. id vocatur essen, ac si dicas rationale: quod ita quadrat, vt adamussim spatiū illud circa pectus à texente relictum expleat. id cōmittitur cum tunica anulis aureis per singulos angulos ex oris tunicæ, ac essenis extantibus, intercurrente tænia hyacinthina: & nequid inter circulos hiet filo hyacinthino suturam explente. in utroq; autem humero singuli sardoniches, auro inclusi fibularum vice epomidē adnectūt: his insculpta sunt iacobi filiorum nomina literis vernaculis lingue nostratis, in utroq; lapide sena, ita vt seniores dextrum humerū obtineant. quin & essenē ipsum duodecim gemmæ distinguunt, eximia vel magnitudine vel pulchritudine, ornatus hominibus propter enorme precium incomparabilis: cui ternæ per ordines quatuor inerant, cōsertæ coronulis aureis ita vt excidere nō possent: in primo ordine, sardonix, topazus, smaragdus: in secundo carbunculus, iaspis, sapphirus: in tertio lyncurios, amethystus, achates: in quarto chrysolithus, onyx, beryllus. his erant insculpta filiorū iacobi nomina, quos tribuum autores habemus, ordine quo olim singuli nati fuerant. cum autē per se illi quos diximus anuli sint infirmi, nec possint pondus gemmarum sustinere: alios duos maiores in extremitate rationalis quæ respicit ad collum, eminentes è textura fecerunt: qui suscipiant catenas aureas, opere plexili, venientes per fistulas quædā ad extremitates humerorū: quarū catenarum summitas ascendēs reducitur post tergum, & circulo qui est à tergo in epomidis fimbria cōnectitur: id quod præcipue sustinet ephodem ne quo pacto defluere possit. essenī autem assuta erat zona iam dictis coloribus & auro distincta, quæ totum cōplexa rursumq; supra suturā nodata, deorsum propendere sinebatur. omnes autē fimbriæ quibusdam oris fistulosis vtrinq; includebātur. Porro pileo quali cæteri sacerdotes utebatur: super quē extabat alius cōsutilis ex hyacinthio variatus: hunc aurea corona triplici ordine circūdabat, in qua spectabātur calyculi aurei, quales videmus in herba quæ apud nos vocatur daccharus, apud Græcorū herbarios hyoscyamus. quòd si quis aut visam aliquando non satis animaduertit, aut nomine tenus auditam de facie non nouit, huic etiam describere eam non grauabor. herba est tres palmos sæpe in altitudinem excedens, napō similē radicē habens: vix enim hac parte est alia similior: folia verò apio.

hæc

hæc è ramiis emittit calyculum ipsis inhærentem. vestitûrque tunica quadam, quam exiit fructu ad maturitatē tendente. calyculus autē est quātus articulus minimi digiti, circumferentiā habens crateri similem. quod ipsum clariss. faciam propter ignorantēs. ima sui parte circa fundū dimidiato globo est rotunditate similis, mox in processu paulatim coarctatur, donec in extremitate rursū dilatatus in labrū exeat mali punici umbilico incisuris simile, cui operculum orbiculare inhæret, quasi de industria tornatum, eminentes habens incisuras quas dixi ut in malo punico, aculeatas & in acutos mucrones desinētes. cōtinet autē sub opereulo fructū per totū calyculum, herbæ sideritidis semini simile. florē verò fert qui papaueris videri possit. eiusmodi
 10 corona ab occipitio circū tempora vtraq; procedebat: nam frontē isti calyculi non ambiebant: sed ceulorū quoddā latū aureum, quod sacris characteribus Dei nomē incisum habebat. atq; hic erat pontificis ornatus. Proinde mirari succurrit, quomodo homines odio nos prosequantur propter perpetuā opinionē de nobis conceptam, quasi per impietate numen cōtemnamus quod ipsi assiduo cultu venerentur. Nam si quis tabernaculi fabricā cōtempletur, & sacerdotis ornātū, & vasa quibus intet sacrificandū utimur, cōperiet legislatorē nostrū diuinum quendā virum fuisse & falso nobis impietatis calumniā impingi. in his enim omnibus repræsentant quodāmodo
 20 vniuersitatis rerū naturā inuenire licet, si quis non ociose sed prudēter singula consideret. Nam & tabernaculum longitudine x x x. cubitorum tertiā partitus, & duabus partibus sacerdotibus permixtis, quasi profano loco, terrā & mare significat. hæc enim ab omnibus promiscue calcatur, tertiā verò partē soli Deo adsignauit, eo quod cælū hominibus sit inaccessibile. itidē per duodecim panes in mēsa dispositos, annū significauit in duodecim menses diuisum. & cū candelabrū è septuaginta partibus cōposuit, duodecim signa per quæ planetæ feruntur subindicauit: & per septē lucernas impositas totidē planetarum cursum. vela quoque è quatuor coloribus cōtexta elementorum naturā designant. nam byssus terrā referre videtur, ex qua lini hoc genus prouenit: purpura verò mare, eo quod cōchylj cruore sit fucata. aērē verò hyacinthus repræsentare videtur: sicut puniceus color ignē. quin & pontificis tunica cū sit lintea, terrā similiter significat: hyacinthus verò polum, per mala punica fulgetra
 30 referens, sicut tonitrua per tintinabulorū strepitū: epomis etiam vniuersi huius naturam indicat è quatuor coloribus contexta, quibus aurum accessit, sicut ego interpretor, propter adiunctam rebus omnibus lucem. essen quoque in eius medio est insertus, nō aliter quā terra medium mundi locum obtinet. Zona itē qua cingitur, Oceani similitudinē habet, qui vniuersa circumplectitur. duo præterea sardoniches in vestitu pontificis pro fibulis additi, solis & lunæ significationem habent. gemmarum etiam duodenarium siue ad menses retuleris, siue ad parem partium numerum eius circuli quem Græci zodiacum vocant, nequaquam à vera coniectura aberraueris. pileus item cæli significatio videtur esse, cum sit ex hyacintho confectus: alioqui non sustineret Dei nomen: & corona illustratur aurea propter splendorem quo
 40 maxime Deus delectatur. atque hæc in hunc modum interpretati sumus per occasionem, ne latentem in his legislatoris sapientiam vltro dissimulare videremur.

De Aaronis sacerdotio, & leges quæ ad festa ac sacrificia spectant. Cap. IX.

His ita peractis, priusquā dedicarentur apparuit Deus Moyfi, iussitque ut
 sacerdotium Aaroni fratri suo cōferret, ea virtute prædito ut merito præ
 cæteris eius ratio habenda videretur. qui aduocata concione, recensuit
 virtutes illius, & quā studiosus esset publicorum cōmodorū, pro quibus
 toties in salutis etiā discrimen venire nō dubitasset. Cūmq; omnes dicta eius cōpro-
 barent, & fauorem Aaronis vultibus ipsis præ se ferrent, Viri, inquit, Israhelitæ, opera
 iam sunt absoluta, qualia vel Deus poposcit, vel nostræ facultates præstare valuerunt:
 50 & quoniā scitis eum in hoc tabernaculo excipiendū, ante omnia prospiciendum est
 quis sit idoneus sacerdotio, qui sacra curet, & pro vobis vota faciat. quod si res arbitrij
 mei fuisset, mihi ipsi honorem hunc adiudicassem, tum quod ita natura comparatum sit ut quisque sibi optime velit, tum quod mihi conscius sim laborum pro re-
 publi

XII
 Exod. 28
 29.30.40

publica susceptorum, quibus tale premium iure meo reponere possem. Nunc Deus ipse cuius est sacerdotiū; Aaroni hunc honorē deferendum decreuit, eiq; sui calculi prerogatiuā contulit, ut qui iustitia in toto populo præmineat: cui iam ante vestē sacratā & curam sacrorū altarūq; sui destinauit. is pro vobis vota faciet apud Deū, eo libentius exauditurū, quod & iam antē in vos est propentus, & propitiatorē habituri estis quem ipse in hoc elegit. Grata fuit hæc oratio populo, & suo quoque suffragio Dei cōprobauit electionē. Erat enim Aaron propter genus & prophetiam & virtutē fratris honore hoc longe dignissimus, cui fuerunt eo tempore filij 1111. Nabadus, Abius, Eleazarus, Ithamarus. Quicquid autē ex collatis ad fabricā tabernaculi super-
Exod. 37 fuit, totū iussi sunt in vela tectoria: tabernaculi & candelabri, & aræ in qua suffitus 10 fieret, aliorūq; vasorum impendere, ut hæc dum in itinere transportantur, neque puluere neq; pluuia aut alia quacunque iniuria lædi possent. Post hæc conuocato populo, imperauit ut rursū cōtribuerent viritim dimidiū siclū. siclus autē nummi genus est apud Hebræos, quales sunt tetradrachmi Attici. at illi sine mora paruerunt. quorum numerus fuit sexies centena milia, & insuper quinq; milia quingenti quinquaginta: conferbāntq; id argentum soli ingenui ætatis annorū viginti & supra vsq; ad annum quinquagesimum: quod mox in vñs tabernaculi est insumptū. deinde & tabernaculum & sacerdotes lustrauit in hunc modum. myrræ electę siclos quingentos, treos tantūdem, cinnamomi & calami (est & hæc odoramēti species) dimidiū dicti ponderis, concesa ac cōtusa iussit macerari in olei oliuarū hin: mensuræ nomen 20 est quæ capit duos choas atticos: quibus permixtis, & arte vnguentariorum decoctis factum est vnguētum suauissimū; quo & sacerdotes, & totum tabernaculum vngens purificauit. Offerebantur deinde multa & varia super altare aureum adolenda preciosa valde, quorū naturā, ne sim prolixitate lectori molestus, recensere superse deo. oportebat autē bis in die suffitum facere ante ortū & circa occasum solis: & oleū purificatū ad lucernas seruare, quarū tres in sacro cādelabro per totā diē Deo lucebāt, reliquæ sub vespērā accendebantur. Porro omnibus iam absolutis, palmā artis fabrilis tulerunt Beselel & Eliabus. nam & aliorum inuenta excoluerunt, & ipsi multa de nouo inuenerūt: ex his tamē duobus præcellebat Beselel. insumptūmq; est huic fabricæ tēpus mensium septē: quo transacto primus annus ab exitu ex Ægypto est exple 30
Exod. 45 tus. Initio verō sequentis anni mense Xanthico Macedonum, Hebræorū Nisan, no uilunio tabernaculū dedicatū est, & quicquid vasorū in eo fuerat. Statimq; Deus indicauit gratū sibi esse & nō superuacaneū laborē Hebræorū præsentē se sano suo hūc in modū declarans. cū calū esset aliās serenū, super solū tabernaculū caligo descēdit, non quidē tanta quantæ solent esse hibernæ nebulæ, nec tamen tam tenuis ut aspectum humanum transmitteret: iucundūq; ros distillabat ab ea, præsentis Dei fidem populo astruēs. Moyses autē distributis prius in fabricatores tanti operis pro cuiusq; merito premiis, victimas mactabat in atrio tabernaculi iuxta præscriptū, taurū & arietem, hædūmq; pro peccatis. Sed quo ritu hæc fieri soleant, dicā dum de sacrificiis tractabo, & quæ victimæ solide tradātur cōflagrationi, & quæ iuxta legē in epulas cedāt. 40
Leuit. 8 Deinde sanguine victimarū ornatum Aaronis & filiorum eius aspersit, purificās eos fontanis aquis ac vnguēto, ut Dei fierent sacerdotes. atque hoc modo per septē dies ipsos & vestes eorum curabat: tabernaculum item & eius vasa vnguēto sicut iam dixi confecto, & sanguine taurorum & arietum alternis diebus iuxta genus suum mactatorum. octaua autem die festum indixit, & sacrificare vnūquenque pro facultatibus imperauit. at illi dicto parentes certatim & ambitiose victimas offerebāt. quibus super aram impositis subito sponte sua ex illis ignis fulguris in morem emicuit, & inspectante populo omnia flamma absumpsit. Per idem tempus accidit Aaroni quēdam calamitas, paterno animo grauis, quam tamen generose pertulit. erat enim vir fortis, & intelligebat hoc non sine Dei voluntate factum. Ex quatuor filiis quos 50
Leuit. 10 dixi, seniores duo Nabadus & Abius, cū in aram intulissent victimas non iuxta præscriptum Moyse, sed quales antea solebant, combusti sunt flamma in eos cōuersa, & vultus ac pectora eorum depascente: nec succurri potuit quin ita occumberent. Moyses autem iussit patrem eorum ac fratres sublata cadauera extra castra deferre,

ferre, atque ibi honorifice sepelire: totusque populus inopinatam hanc eorum mortem luxit: solos fratres ac patrem Moyses voluit à mœrore abstinere, & potiorem Dei honorem quam suam tristitiam habere. iam enim sacrum amictum Aaron gestabat. Cæterum Moyses recusatis omnibus honoribus à populo sibi oblatis, totus cultui diuino erat deditus: & in Sina quidem non amplius ascendebat, sed in tabernaculū ventitans oracula quoties opus erat à Deo referebat, & cultu habitu priuati hominis vti perseuerans, neque quicquam præter reip. curam præ aliis sibi vindicans. Leges præterea scribebat & viuendi rationē, quam seruantes & Deo placere possent, & ipsi inter se socialiter pacatēque viuere: atque hæc omnia Dei monitu faciebat. Dicam autem & de illis legibus suo loco, nunc illud succurrit, quod in mentione sacerdotalis ornatus 10 omissum non oportuit. nam ea vestis omnem sub prophetiæ prætextu imposturarum occasionem ademit his qui illa utebatur: liberumque Deo vel adesse sacerdotibus vel non, omnibus & popularibus demonstrauit, & exteris, si qui fortè huic spectaculo interuenirent. Ex lapillis enim quos pontifex in humeris gestabat (sardoniches erant, quorum naturam nulli non notam narrare superuacuum puto) micabat alter quoties litatum esset, is qui dextrū humerum occupabat: tātūmq; fulgorē emittebat vt procul etiam intuentibus conspiceretur. idq; præter naturam suam & consuetudinem: quod certe admirationem meretur apud omnes, nisi si qui ex contemptu religionis sapientiæ opinionē aucupantur. Sed mirabilius est quod nunc dicturus sum. per duodecim gem 20 mas, quas in pectore pontifex insutas esseni gestat, in bello victoriā prænunciare Deus solebat. nā prius quàm exercitus se moueret, tantus fulgor ex eis micabat, vt toti populo facile innotesceret, adesse Deū, opemq; & auxilium suum inuocantibus esse allaturum. quapropter Græci quotquot à nostra religione non abhorrent cum hoc miraculum pro compertissimo habeant, ita vt negari nō possit, essena vocant *ἀσπρ*, hoc est oraculum. Desiit tam esseni quàm sardonix fulgorē emittere annis ducētis ante quàm hæc commentaremur, irato Deo propter legum suarum præuaricationē: de quo aliàs opportunius dicetur. nunc cœptam narrationem deinceps prosequar. Tabernaculo 30 dedicato, & omnibus quęcunq; ad sacerdotalem ordinē pertinebant rite peractis, populus Deo in castrorū contubernium recepto lætus ad hymnos & sacrificia se cōuertit, nō aliter quàm omnibus iam malis aueruncatis, & omnia prospera in posterū sperantes. donāq; Deo tam priuatim quàm publice per singulas tribus offerebant. Principes enim tribuū bini de suo cōferentes plaustrum cum duobus bubus contributebant, vt sex plaustra tabernaculo per viā deuchendo inseruirent: & præter hoc vnusquisque eorum obtulit phialā & trulleum & acerrā. hæc decem daricos valebat, eratq; odoramentis referta. trulleum verò & phiala, vtraq; simul ducentos siclos pendebant, sed phiala seorsim tantū septuaginta. hæc farina erat plena, oleo subacta, quali ad altare in sacrificiis utebatur. præterea vitulum & arietem cū agno anniculo in holocaustum, & hircum pro peccatis. adhæc obtulit vnusquisq; principum alias victimas quæ salutes vocabantur, per singulos dies boues duos & quinq; arietes cum agnis anniculis & hędis. atque ita per duodecim continuos dies sacrificauerunt, qualibet die vnus. Moyses autem non amplius in Sina monte, sed tabernaculum introgressus, consulebat Deum de rebus agendis, & de ferendis legibus: quas meliores quàm vt ad hominem autorem referri debeant, posteritas multis sæculis seruauit, diuinitus datas credens: adeo vt eas nec in pace ob voluptatem, nec in bello ob necessitatem violare fas putarent. sed de his nunc desino, proprium volumen aliquando huic tractationi dicaturus.

Leges de sacrificijs & purificationibus.

Caput X.

Nunc pauca tantum commemorabo, quæ ad purificationes & sacrificia pertinent: quandoquidem in sacrificiorum mentionem incidimus. Duo sunt sacrificiorū genera, priuatum & publicum, horum vtrunq; duobus fit modis. Aut enim tota victima igni absumitur, quod ideo vocatur holocaustoma. aut pro gratiarum actione persoluitur, & in epulum sacrum facientium vertitur. De priore prius sum dicturus. Vir priuatus holocaustoma factur 50 us, mactat bouem, agnum & hædum: & hos quidē anniculos, bouē verò licet mactare etiam grandiore. Sed opus est vt sint omnia mascula quæ solida cōcremantur. his f iugulatis

Leuit. 1.

- iugulatis sacerdotes aram circumquaque sanguine horum tingunt: deinde mundata membratim dissecant, & sale consperſa in aram imponunt, ſtrues lignorum iam ardentes: deinde pedes & intestina omnia diligenter primum repurgata ad reliquū acerū addiſcunt: tergo vero ſacerdotibus cedunt. & holocausta quidem ad hunc modum ſunt. Quum verò pro gratiarum actione ſacrificant, confundem generum animalia maſtant, ſed quæ vitio careant, & anniculis ſunt maiora, & maſcula fœminis copulata. his iugulatis primum ſanguine aram imbuunt, deinde renes & omentum & omniū pinguedinem cum fibra iecoris, & in ſuper caudam agni aræ inferunt. pectore verò ac dextero crure ſacerdotibus conſeſſo, reliquis cœnibus per biduum epulum inſtruant, & quæ ſuperſuerint igni comburunt. idem ritus ſeruetur & in ſacrificio pro peccatis. Sed qui victimas maiores non habent, par columbarum aut turturum offerunt, quarum altera ſit holocausta, altera ſacerdotibus in cibum datur. Accuratiſ autem de his in libro de ſacrificiis diſſeremus. Nā qui per ignorantiā peccauit, agnum & hædum fœminam eiſdem ætatis offert: ſacerdoſque ſanguine nō vt ante aram, ſed cornua eiſ ſola imbuunt: renesque & reliquam pinguedinem cum fibra iecoris in aram inferunt. Sacerdotes verò tollunt ſibi & pelles & carnes eadem die abſumendas in fano: nam lex vetat quicquam in poſteram diem reliquum facere. Qui autē ſciens peccauit, nemine conſeſſo arietem offert lege ita iubente: cuius carnes in fano ſimiliter ſacerdotes eadem die conſumunt. Principes quoque cum pro peccato ſacrificant, eadem quæ plebei offerunt, hac tantum differentiā, quod victimas adducunt taurum & hædum maſculum. Iubet etiam lex vt tam in priuatis quā in publicis ſacrificiis farina afferatur puriſſima, cum agno aſſaronis menſura, cum ariete duorum, cum tauro trium: hæc conſecrant in altari oleo ſubactam. nam & oleum ſacrificantes afferunt, cum boue huiſ dimidium, cum ariete tertiā partem, cum agno quartam. ea eſt menſura priſca Hebræorum, duos choas Atticos continens, qua oleum ac vinum meriuntur. nam vinum circa altare libant. Si quis autem nō ſacrificans ex voto ſimilam offert, eiſ primitias pugillum vnum in aram coniicit. reliquum eiſ ſacerdotes in cibum ſumunt, aut coctum: nam oleo ſubigitur, aut panibus inde conſectis. quantumcunque autem ſacerdos offert, totum comburi oportet. Vetat etiam lex offerri eadem die natum animal vnā cum genitrice, & aliās quoque non niſi octauo à partu die admittit. Fiunt & alia ſacrificia pro recuperanda valetudine, aut alia de cauſa, in quibus liba cum victimis inſumuntur, ex quibus nihil in poſteram diem relinqui fas eſt, ſacerdotibus quoque partem ſuam inde ſumētib. Publicis verò impenſis lex iubet quotidie agnum anniculum maſtari mane ac vespere. ſeptima autem quaque die duos iugulant, eodem modo ſacrificantes: & nouilunio præter quotidianas victimas duos boues cum agnis anniculis ſeptem, & arietem: hædum verò pro peccato, ſi quid fortē per obliuiſſonem omiſſum fuerit. Septimo item mēſe, quem Macedones hyperberetæum vocant, præter iam dictā taurum & arietem & ſeptem agnos maſtant, & hædum pro peccatis. decima deinde luna eiſdem mēſis ieiunant vſque ad vesp̄am: ſacrificantque eadem die taurum & arietes duos & agnos ſeptem: & pro peccato hædum. adducunt autem duos præter hunc hædos: quorum alter viuus extra fines in deſertum emittitur, in quem ſi quid mali propter peccata populo imminet auertatur. alterum verò in ſuburbanum in locum puriſſimum eductum cum ipſa pelle exurunt nihil omnino purgantes. & cum eo ſimul exuritur taurus, non à populo adductus, ſed ſumptu pontificis. quo maſtato, & ſanguine eiſ ſimul & hædi in fanum illato, aſpergit digito rectum ſepties, totiſque pauimentum, ruſuſque totiſ interiora fani circum altare: reliquum deinde circum altare maius, quod eſt ſub diuo in atrio. deinde extremitates & renes & adipeſ cum fibra iecoris inferunt altari: pontifexque adiicit arietem de ſuo, ſolidum Deo conſagraturum. Eiſdem mēſis decima quinta tempore iam in hibernū vergente tabernacula cōpingere iubentur per ſingulas familias contra ventura frigora quæ annus ſenſcens afferre ſolet. quin & in patria tandem cōſtituti, accedere in eam urbem quam propter tēplum caput regionis ſint habituri, & octo dies feſtos ducere, victimasque Deo ſolidas incendere, & ſimul pro gratiarū actione ſacrificare, manibus interim geſtātes ramos myrti, ſalicis & palmæ, ex quibus mala perſeæ dependeāt.

prima

prima die sacrificium debet esse holocaustoma ex tredecim bubus, & agnis vno pluribus, & arietibus duobus, addito hædo pro peccato. Sequentibus diebus idem numerus agnorum & arietum vnà cum hædo maçtatur, sed per singulos dies vnum de numero bouum detrahunt, donec ad septenarium perueniatur. Octauo die feriantur ab omni opere, maçtântque sicut diximus vitulum & arietē & agnos septem, & pro peccatis hædum. Atque hæ sunt Hebræis cærimonix tabernaculorum, à maioribus acceptæ. Mense autem Xanthico, qui nostris Nisan vocatur, & annū exorditur, luna quartadecima, sole arietem obtinente, quandoquidem hoc mense ab Ægyptiaca seruitute liberati sumus, sacrificium quod tunc exeuntes fecisse diximus pascha nominatum, *Exod. 12. 13. 23.*

¹⁰ quotannis instaurare lege iubemur: celebramûsque id per sodalicia, nihil è victimis insequentem diem relinquētes, quæ est quintadecima & azymorum festiuitatis prima. *Leuit. 23. Num. 9. Deut. 16.*

nam hoc festum priori continenter succedit, durâtque dies septem, per quos panibus non fermentatis vescuntur: & per singulos dies tauri iugulantur duo, aries vnus, agni septem. hæc holocaustoma fiunt, additûrque hædus pro peccatis in quotidianum epulum sacerdotibus. Secunda azymorum die, quæ est mensis huius decimasexta, frugibus demessis & hætenus intactis incipiunt frui: æquûmque rati Deum huius vbertatis autorem per gratitudinem honorari, hordei primitias offerunt in hunc modum. Spicarum manipulum igni torrent, hordeum deinde pinsunt, atque ita in alicæ modum fracti assaronem ad aram offerunt: inde pugillo vno in eam inieçto reliquum sacerdotum vsui cedit: & ex eo licitum fit publicas ac priuatas messes metere. primitiarum tempore agnus in holocaustum Deo maçtatur. Post paschale sacrum elapsis septem septimanis, hoc est, quadraginta nouem diebus, quinquagesima quàm à numero asartha Hebræi vocant, offerunt Deo panem è farinæ triticeæ duobus assaronibus cum fermento confectum, maçtântque agnos duos: hæc oblata mox in cœnam sacerdotibus apponuntur, & eadem die sic vt nihil supersit absumuntur. cæterum holocaustoma faciunt è tribus vitulis, arietibus duobus, agnis quatuordecim, hædisque pro peccato duobus. Nullum autem festum ducitur absque holocaustomate & laborum vacatione, sed in omnibus omnino hæc duo lex obseruari iubet: & post sacrificium in epulis degunt. ex publico præbetur panis non fermentatus ex farinæ assaronibus vigintiquatuor. coquuntur autem bini pridie sabbati: & sabbato mâne proponuntur in sacra mensa duobus ordinibus seni ex aduerso sese respicientes: atque ita cum duabus lancibus thure plenis permanent vsque in proxime sequens sabbatum. tunc demum alij pro illis recentes supponuntur, & hi priores sacerdotibus in cibum dantur: thus item igne adoletur, quo ad holocaustomata vti solent, & pro eo quoque aliud cum panibus proponitur. Sacerdos autem de suo quotidie bis offert Deo farinam oleo maceratam, & modica coçtura duratam: éstque demensum eius farinæ assaron vnus, huius dimidium mane, tantundem vespere, in ignem infert. Sed de his hætenus, quorum rationem aliàs diligentius explicabimus. Cæterum Moyse tribum Leuiticam à cætero populo exemptam, vt Deo sacrandam, fontanis aquis perennibus & solenni *Leuit. 8. Num. 3.*

⁴⁰ sacrificio purgauit: eique tabernaculum cum sacris vasis factum tectum curandum commisit, iubens vt ad præscripta sacerdotum sacrum ministerium capesserent: atque eo tempore sacri & Deo dicati sunt habiti. Post hæc animalia discreuit, quæ ad cibum essent pura, & quibus vesci non liceret: de quibus aliquando per occasionem differemus, quam ob causam aliorum esum permiserit, aliorum interdixerit. Sanguinis certè ideo vetuit, quòd hunc animam & spiritum putaret: neq; animalis non occisi carnem ad cibum concessit. ad hæc reticuli & adipis caprini, ouilli & bubuli abstinentiam indixit. Eiecit etiam è cœtu & consuetudine hominum leprosos, & seminis profluuio laborantes: mulieres etiam quæ naturaliter purgantur versari inter homines vetuit, nec nisi post septimam diem puras haberi voluit. cum quoque qui cadauer curasset, per totidem dies à cœtu arcuit. si quis autem vltra hunc dierum numerum diuturniore pollutione teneatur, sacrificare iubetur agnas duas: quarum alteram sanctificare oportet, alteram sacerdotes accipiunt, eodē modo & pro gonoroico sacrificari mos est. qui verò per somnū genituram emisit, si se mergat in aquā frigidam, vt solet fieri post legitimæ vxoris congressum, pro puro habetur. Leprosos autem in perpetuum relegauit, *Leui. 7. 17. Leui. 12. 13. 14. 15.*

f 2 tanquam

tanquam nihil à cadauere differentes, quòd si quis pristinam valetudinem à Deo precibus impetrauerit, & in cutem sanitatis color redierit, hic variis sacrificiis Deo gratitudinem suam attestatur, de quibus aliàs dicemus. Quo magis ridenda est illorum fabula, qui dicunt, Moysen propter lepram ex Ægypto profugum, turbam eodem morbo laborantium in Chananæam duxisse. Nisi enim vanus ille rumor esset, nunquam Moyses in suam ignominiam talem legem tulisset, qualem etiam alio ferente, probabile erat ipsum reclamaturum: præsertim quum inter multas gentes leprosi versentur, & in pretio sint: & adeò nec relegentur, nec contemptim habeantur, vt & in expeditionibus militares dignitates, & in administratione reipublicæ ciuiles illis committantur, ac ne à templis quidem & fanis arceantur. Quid igitur vetabat, si tali vitio fuit in- 10fectus, quo minus apud multitudinem sibi parentem eas leges statueret, quæ ipsi honorem potius quàm detrimentum afferrent? Quare manifestum fit quòd hæc per inuidiam de nobis fingantur. Moyses enim purus ipse & inter puros degens, ad honorem Dei talium legum autor esse voluit. Sed hæc quisque ita vt libitum fuerit accipiat.

XIII.

Num. 5.

Cæterum puerperas fanum introgredi vetuit, aut sacris interesse vsque in quadragessimum diem si foetus sit masculus: quòd si foemina sit, duplum eius temporis præscribitur. Ac ne post præstitutum quidem terminum intrant absque victimis, quæ partim Deo, partim sacerdotibus cedunt. Quòd si quis adulterij suspicionem de vxore habuerit, offert hordeaceæ farinæ asserum nem, & immisso ex ea pugillo super altare, quod reliquum est, sacerdotibus vescendum datur. Deinde aliquis sacerdotum statuit 20 mulierem ad portam, quæ est obuersa ad fanum: & inscripto primum Dei nomine in membrana, defert ei iusiurandum cum imprecatione, vt si pudicitiam læsisset, luxato crure dextro & ventre disrupto misere moriatur: sin autem præ amore nimio, & præ zelotypia maritus ad iniquam suspicionem sit commotus, decimo mense infantem masculum pariat. peracto iuramento de membrana deletum nomen in phialam exprimit, & sumpto è fano puluere humi collecto, atque in poculum asperso, ebibendum porrigit. mulier verò si iniuste est delata, prægnans facta mature & feliciter enitur. quòd si & coniugalem fidem & Deum iurisiurandi testem fefellit, turpiter moritur, crure luxato, & ventrem aqua intercute inuadente. Hæc sunt quæ Moyses genti suæ de sacrificiis ac purificationibus præscripsit. Leges autem tulit tales. Adulterium 30 in vniuersum prohibuit, ratus cõiugum summam felicitatem, si fides ac pudicitia seruetur, & reipub. quoque interesse, vt liberi legitimi proueniant. Item incestum cum

Exod. 22.

Deut. 17.

Leuit. 18.

20. 21. 29

Leuit. 21.

matre, aut nouerca, cum amita aut matertera, cum sorore nurve, omnesque tales coitus vt nefarios damnauit. vetuit & cum muliere menstruum fluxum patiente con- gredi & cum brutis: dānauit etiam eos qui ex formosis maribus turpem voluptatem 40 captarent: & qui contrā fecisset, capitalem pœnam inflixit. Sacerdotes autem duplo castiores esse voluit. hos enim non solum prædictis legibus sicut reliquos teneri iussit, sed etiam non quamuis foeminam in coniugalem thorum admittere, non quæ corpore quæstum fecisset, non seruam aut captiuam, neque cauponariam aut stabulariam, neque à priore marito quacunque de causa repudiatam. Pontifici verò ne viduā qui- 40 dem permisit, quod tamen cæteris sacerdotibus liberum reliquit: sed solum virginem ducere concessit, eamque seruare. Idem nec ad mortuum finitur accedere, quod tamen cæteris est licitum, ad fratres & parentes ac liberos mortuos accedere. Idem iubentur simplices esse, omnique fuco carere. Quicumque è sacerdotibus integer corpore non esset, partem quidem suam cum cæteris accipere sinitur, sed ad altare ascendere, & fanum intrare prohibetur. Nec solum in sacris obeundis puros esse oportet, sed vitam etiam irreprehensibilem præstare. quapropter qui sacrum amictum gestant, tantisper dum eo vtuntur, præter aliam castitatem, puritatem & sobrietatem à vino quoque interim arcantur. Victimæ etiam integri corporis mactantur, omnique vitio carentes. Hæc sunt quæ Moyses iam tunc vitæ suæ tempore ob- 50 seruanda tradidit: quædam etiam in futurum, ipse licet in deserto degens, Chananæam terram tandem adeptis prospexit. Septimo quoque anno remissionem agris dedit, intactosque aratro & plantatione esse iussit, quemadmodum iam antè populo septima quaque die remissionem à laboribus dederat. quæ verò per hunc annum sponte sua

sua terra protulerit, publica esse, & promiscui vsus iussit, & neque indigenam neque aduenam ab eis fructibus colligendis arceri: idemque obseruari post septimam annorum septimanam, qui numerus quinquaginta conficit: vocaturque Hebreis quinquagesimus quisque annus Iobelus: in quo & debitoribus scenus remittitur, & serui manu mittuntur, qui contribules cum essent, legem aliquam violauerint, & supplicij vice in seruitutem vindicati fuerint. Agri quoque ad pristinos dominos ex hac lege redeunt hunc in modum. Instante Iobelo, quæ vox libertatem significat, conueniunt venditor agri & emptor, computatisque fructibus ac expensis in agrum factis, si fructus maiores fuisse comperiantur, recipit agrum venditor. quod si expensæ maiores fuerint, hoc quod deest recipiens emptor possessionem alteri cedit. sin vtraque paria fuerint, possessio ad veteres dominos reuertitur. idem ius est in domos quæ in vicis non munitis venduntur: diuersum verò de illis quæ intra oppidorum moenia venduntur. Licet enim ante annum elapsum reddita pecunia domum recipere: quod si integer annus interim abiuerit, emptori possessionis ius confirmatur. Has leges Moyses in castris in Sina populo tradendas accepit à Deo, móxque literis mandatas ad posteros etiam obseruandas transmisit.

*Leges belli, & consuetudines.**Cap. XI.*

20 **L** E G I B V S ad hunc modum digestis, ad rei militaris curam animum *X V.*
aduertit, de bellis futuris iam tum cogitans. indicit igitur censum *Num. I.*
tribuum excepta Leuitica: eiusque cura principibus demandata, nu-
merum eorum qui militari ætate essent, ad se referri iubet. Leuitæ
enim sacri erant & immunes à militia. Censa sunt capita sexcenta
millia eorum qui arma ferre valerent, ætatis ab anno vigesimo vsq;
quinquagesimum, & super hunc numerum mmm dcl. Pro Leui autem allegit inter
autores tribuum Manassen Iosephi filium, & Ephræmen pro Iosepho. Hos enim Ia-
cobus in adoptionem à Iosepho impetrauerat, sicut supra diximus. *Num. 2. 3. 4*
tabernaculo in medium castrorum illud receperunt, tribus tribubus per latera singula
30 tendentibus, inter quas viæ intercedebant. Forum quoque rerum venalium est pro-
positum, & merces suo quæque loco dispositæ: aderantque opifices omnium artium
in suis officinis, vt planè ciuitas videretur, huc atque illud commeans. Loca autem ta-
bernaculo proxima sacerdotes occupabant, ac deinceps Leuitæ. Eorum (nam & hi
seorsum sunt recensiti) numerus erat viginti tria millia, octingenti octoginta, mari-
bus tantum, & qui trigessimus à natiuitate diem excederët, in hunc censum venien-
tibus. Et quamdiu nubes super tabernaculum perseverabat, tantisper velut præsentem *Num. 9.*
Deo castra eodem loco manebant: quoties verò se aliò mouebat, tum etiam ipsi mi-
grabant. Inuenit autem & buccinæ speciem ex argento factæ talem. Canna erat tibia *Num. 10.*
paulo crassior, longitudine paulo minus cubitali, cuius os tantum patebat, quantum
40 ad inflandum sufficeret, desinebatque in extremitatem campanulæ similem, quem-
admodum tuba. Alosra vocatur hoc genus apud Hebræos. Duas tales fecit, quarum
vna plebs ad concionem vocabatur, altera principes ad consultandum de republica
exciebantur: vtrisque verò clangentibus vniuersus populus conuocabatur. Quoties
verò tabernaculum moueretur, hic modus seruabatur. Primo signo canente qui in
Orientali parte castrorum tendebant excitabantur: secundo verò, qui à tergo taber-
naculi tentoria sua fixerant: deinde tabernaculum dissolutum medium portabatur in-
ter sex tribus præcedentes, & alias sex ponè sequentes. Leuitæ verò tabernaculum
circumdabant. Ad tertium autem signum pars castrorum meridionalis mouebatur, &
ad quartum septentrionalis. His buccinis utebantur etiam in sacrificiis, in quibus vi-
ctimas cædi mos est, tam sabbatis quàm cæteris diebus. Tunc etiam primum pascha
50 solennibus victimis est celebratum ex eò tempore quo in libertatem vindicati, Ægy-
ptiorum dominationem effugerant.

XVI.
Nume. II.

NON multo post à Sina monte castra mouentur: & post aliquot mansiones, de quibus dicemus, vētū est ad locum qui dicitur Iseremoth: vbi de-
nuo populus seditionibus agitari cepit, & laboriose peregrinationis cul-
pam in Moysen conferre. Illius suāse se reliquisse regionem fertilissimam,
& nunc non solum eius vbertate carere, verumetiam pro sperata felicitate in extremis
miseriis hūc & illuc oberrare, aquarum inopia laborantes: & si manna quoque aliquo
casu deficiat, proculdubio fame interituros. His addebant multa cōuitia, quæ in virum
optime meritum passim iactabantur. exortus est interim vnus ē populo, qui admoni-
tos prætitorum Moysi beneficiorum, bonam spem habere hortabatur, ne tū qui-
dem opem diuinam frustra requisituros. Vulgus autem his verbis vehementius con-
citatum, magis ac magis contra prophetam tumultuabatur. Qui videns ita despera-
tos, iubet æquo animo esse, pollicendo se quamuis grauibus contumeliis immeritò
petitum, copias tamen carniū eis exhibiturum, non in vnum tantum diem, sed in
plures etiam. Illis verò credere nolentibus, quodam etiam rogante, vnde tot homi-
num milibus providere possit: Deus, inquit, & ego, quantumuis male apud vos au-
dientes, nunquam tamen desinemus vestri curam gerere: idque breui estis visuri. Vix
hæc dixerat, cū tota castra coturnicibus complentur, quas acervatim venabantur.
Deus tamen non multo post in Hebræorum insolentiam ac maledicta animaduertit,
non paucis ē populo desideratis. Nam & hodie locus ille nomen ex eo casu inditum
retinet, vocaturque Cabrothaba, quasi dicas concupiscentiæ monumenta.

*De speculatoribus, qui explorata Chananæorum regione reuersi Israëlitis terrorem hostium
incusserunt. Caput XIII.*

XVII.
Nume. 13. 14

MOYSES autem posteaquam abductos inde adduxisset in locum humanæ
habitationi parum aptum, non longè à finibus Chananæorum situm, qui
dicitur Fauces, in concionem populum aduocat. Cūque in mediis con-
stitisset, Duo bona, inquit, Deus vobis dare decreuit, libertatem & felici-
tatem terræ possessionem: quorū alterum ex ipsius munificentia iam habetis, alterum quoq;
mox habituri. Sumus enim in Chananæorum finibus, à quibus adeò nulla ciuitas, nul-
lusve rex nos arcebit, vt ne vniuersa quidem gens collaris in vnū viribus efficere hoc
valeat. Ergo parati sumus ad rem fortiter gerendam, neque enim sine pralio regione
sua nobis sunt cessuri, sed post magna certamina victoriæ præmium erit. ante omnia
mittendi sunt speculatores, qui & terræ vbertatem, & habitatorum potentiam ex-
plorent. Nos verò in primis concordia studere oportet, & Deum adiutorem ac au-
xilium nostrum debito cultu prosequi. Hæc vbi locutus est, populus collaudato
Moysi consilio, exploratores eligit, duodecim nobilissimos, ex vnaquaque tribu
vnum: qui exorsi à partibus ad Ægyptum vergentibus, totam Chananæorum regio-
nem perlustrauerant, donec ad Amathem urbem & Libanum montem perueni-
rent: exploratæque terræ simul & incolarum natura, reuersi sunt ad suos, quadraginta
diebus in hoc negotium insumptis. Et fructuum quidem pulchritudo quorum spe-
cimen erat allatum, vbertatque regionis quam audiebant, animos multitudinis ad
bellum suscipiendum erigebat. contrā deterrebantur narrantibus difficilem fore
eius acquisitionem, quòd flumina superanda essent magna ac profunda, & mon-
tes ardui transcendendi, & vrbes mœnibus firmissimis cingantur. Apud Hebro-
nem verò etiam gigantum progeniem se reperisse aiebant, atque ita explorato-
res cū omnia maiora apud Chananæos inuenissent, quàm quæ hætenus post
exitum ex Ægypto viderant, suo timore reliquam etiam multitudinem data opera
impleuerunt. Qui ex eorum narratione impossibile rati talem terram acquirere,
soluta concione domum reuersi cum vxoribus & liberis lamentabantur, dicen-
tes Deum verbis tantum multa polliceri, re autem omnino nihil auxiliij præstare.
rursūque Moysen incusantes, in eum simul & fratrem eius Aaronem pontifi-
cem vociferabantur: atque ita totam noctem inquieti exegerunt, in vtrunque con-
iugia iactando. mane verò ad concionem concurrunt hoc animo, vt lapidatis Moysē ac
fratre, in Ægyptū retro vnde venerant reuicerentur. Quem euentū metuentes duo
ē spe

è speculatoribus, Iesus Nauechi filius ex tribu Ephraimitide, & Chaleb ex tribu Iude, procedunt in medium, & populum cōpescunt, orantes vt bona sp̄s sint, neve Deum insimulent mendacij, temere fidem habentes quibusdam, qui vanis sermonibus de rebus Chananæorum vulgaris multitudinem credulam terrarent: quin potius eos sequerentur, qui illis regionem tam felicem acquirendi autores ac duces se præberent. neque enim montium magnitudinem, neque amnium profunditatem obstaturā viris fortiter rem gerere paratis, præsertim auspice Deo, & pro illis in acie præliaturo. Ite, inquiunt, posito omni timore alacres, Deoq; freti, quā vos ducemus sequimini. Talibus verbis conabantur sedare tumultuantem populum: Moyses inter-
 10 rim & Aaron procidentes in faciem supplicabant Deo, non pro sua salute, sed vt infanientem multitudinem ad sanam mentem reduceret, tot præsentibus & instantibus necessitatibus turbatam: cum subito nubes super tabernaculum exorta, adesse præsentem Deum significat.

Quo viso Moyses animatus infert se in turbam, & vltro pœnam eis à Deo tanta
 insolentia prouocato minatur, nō tamen quantā peccati enormitas merebatur, sed
 qualis esse solet paterna castigatio. Sibi enim tabernaculum ingresso, & interneciō-
 nem populi cum lachrymis deprecanti, cōmemorasse Deum, quot & quantis bene-
 ficiis affecti ingrati esse pergerent: & quod nunc speculatorū ignauia seducti, eorum
 verbis plus veritatis inesse putarent, quā suis promissionibus. quamobrem nō dele-
 20 turum quidē totum illud quod cæteris mortalibus omnibus prætulisset: attamen ter-
 ram Chananæam eiūsq; vbertatem illis non cōcessurum, sed sine lare & sine vrbe in
 deserto quadraginta annis erraturos, quo peccati pœnas exsoluant. Liberis tamen
 eorum terram illam daturum, cōsque cōmodorum quibus patres se per intempe-
 rantiam indignos redderēt, dominos esse cōstituturum. His denunciationibus vul-
 gus attonitum, totum se mœstitiæ dedit: Moysēmq; obsecrabant, vt deprecaretur
 Deum, quo reconciliatus peccatisq; condonatis, vrbes hostiles eis traderet. Ille ve-
 rò negabat Deum laturum talibus se tentari precibus. Non enim temere aut huma-
 no more ad hanc indignationem esse cōmotum, sed iustam hanc sententiā protu-
 lisse. Non est autem incredibile, Moysē vnicum virum innumera penē hominum
 30 milia concitata sedauisse, quandoquidem Deus illi præsens placabiliorem faciebat
 multitudinem, sæpe iam suo malo expertam, conducibilis esse non repugnare di-
 uinæ voluntati: & alioquin etiam vir ille dignissimus est admiratione, tum ob singu-
 larem virtutem, tum ob fidem non tantū à seculi sui hominibus, sed à posteris etiam
 impetratam: quandoquidem hodie quoq; nemo est Hebræorū, quin etiam si latere
 possit, quasi præsentē reueretur, & quasi pœnas exacturū, si quid præter decorum
 ab ipso præscriptum gesserit. Autoritatis eius plusquam humanæ argumenta sunt
 plurima, & in his illud non minimum, quod quidam ex regionibus vltra Euphratem
 fitis ad honorem nostri templi quatuor mēsum iter magno sumptu, nec sine peri-
 culo emensi, sacrificiōq; peracto, non potuerunt tamen partem aliquam de victima
 40 consequi, existente aliqua causā, cur per leges nostras id minus liceret. Et quidam
 ne sacro quidem facto, alij semiperfecto sacrificio relicto, nonnulli ne templum qui-
 dem adire permissi, re infecta rediuerunt, malentes Moysis legibus quā suo pro-
 posito obsequi: idq; nemine redarguente, nisi propria conscientia. Tātum valet se-
 mel concepta de hoc viro opinio, vt maior homine habeatur qui leges à Deo acce-
 ptas hominibus tradidisse creditur. Nuper etiam non longe ante Iudaicum bellum
 principatu Claudij, pontificatum apud nos Ismaele obtinente, cum tam valida fa-
 mes regionem nostram premeret, vt assaron quatuor drachmis veniret, & in festiui-
 tate azymorū allati essent cori septuaginta, hoc est medimni Siculi triginta & vnus,
 Attici verò quadraginta & vnus: nemo tamen sacerdotum ausus est micam vnā inde
 50 comedere, tanta egestate premente, legē tantum & irā diuinā veritus, quæ in occul-
 ta etiā peccata grauitè animaduertere solet. Quare nō est cur aliquis miretur quæ
 illo tempore sunt gesta: quandoquidem etiam scripta posteris ab illo relicta tantam
 vim & autoritatē obtinent, vt vel inimici nostri fateātur quod talē viuendi rationem
 Deus per Moysē instituerit. Sed de his quisque vt videbitur sentiat.

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IYDAICARVM LIBER

QVARTVS.

Hebræorum inscio Moysæ cum Chananeis pugna & clades.

Cap. I.

Num. 14.



EBRÆOS autem duram vitam in deserto agentes, & multis miseriis afflictos, nihil peius habuit, quàm quòd Deus non sinebat eos armis cum Chananeis experiri: nec iam amplius Moysen audire volebant quiescere iubentem; rati etiam sine illius auspiciis victoriam de hoste se posse obtinere: accusabantq; eum, quasi hoc tantum agentem, ut in magna inopia constituti, semper ab illius consiliis penderent: & omnino pugnare decreuerunt, auxilium Dei sibi pollicentes, non tam Moysis respectu, quàm quòd in eius tutela iam inde à maioribus

essent: & quos prius ob pietatem dignos libertate duxisset, eis nunc quoque si rem strenuè gerant, victoriā non negaturum. Satis sibi virium aduersus eas gentes, etiam si Moysen Deum ab ipsis alienare conerit: omninoq; expedire sibi ut arbitrato suo



porius rem gerāt, quàm pro excussa Ægyptiorum seruitute Moysis tyrannidem suscipiant, eiúsque libidini seducti pareant, iactantis diuina colloquia, quibus ut Deo præceteris carus de rebus gerendis præmoneatur: quasi verò non omnes ex æquo Abrahæ

essent posteri, ut vnus singulari gratia præscientiam futurorum diuinitus habere debeat. Prudentium esse, ut contempta vnus hominis arrogantia, Deo potius promissori credentes, ad acquirendam eam regionem se expediant, neque diutius sub Dei prætextu verba sibi dari sinant. Cogitandum de præsentī inopia, quàm loca deserta grauiorem in dies reddant, & ductore Deo manus cum Chananeis quamprimum conferendas, nec amplius assensum legislatoris expectandum. Comprobata deinde omnium calculis hac sententia, populariter in hostes vadunt: qui neque feroci eorum impetu, neq; immensa multitudo perterriti, irruentes in se excipiunt fortiter: & bona parte Hebræorum cæsa, reliquos turpiter vertere terga coactos insequēdo, trepidos in castra cōpellunt. Ea clades præter omnium opinionem oblata vehementer animos multitudinis deiecit, peiora metuentis, cogitantisq; ab irato numine immisam esse, eo quòd non expectato oraculo ad pugnam prorupissent. Moyses autem videns tum suos accepta clade consternatos, tum hostem victoria recenti elatum, veritus ne præsentī successu nō contentus maiora moliretur, decreuit copias retro in desertum reducere. Cūmq; populus posthac in duce potestate se fore polliceretur, malo admonitus nihil absque ipsius consilio prosperè cessurum, motis castris itum est in desertum hoc animo, ut non prius contra Chananeos pugnam capefferent, quàm signo diuinitus accepto. Sed quemadmodum in exercitu ingenti vsu venit, maxime rebus aduersis, ut difficiles se moderato-

Quapro

Quapropter tanta seditione est laboratum, quantam nec apud Græcos nec apud Barbaros vnquam fuisse accepimus. quæ res dubio procul in extremum iam periculum delatos perdidisset, ni Moyses oblitus acceptæ iniuriæ, quod minimum abfuit quin lapidaretur, rebus labantibus opem attulisset. Ac ne Deus quidem curam eorum prorsus abiicit, sed tametsi contumeliosos nō solum erga legis latorem, verum etiam in mandata diuina per Moysen accepta, liberauit tamen è perniciosissima seditione, cuius absque sua prouidentia non nisi tristissimus exitus expectari poterat. Hanc seditionem, & quemadmodum ea sedata Moyses rem administrauerit, nunc dicemus, causā eius primum expōita.

10

Seditio per Corem aduersus Moysen & fratrem propter sacerdotium excitata. Cap. II.



CORES vir genere & opibus inter Hebræos clarus, & populari quadam II
facundia præditus, videns Moysen in celso dignitatis cōstitutū, moleste Num. 16
ac inuidenter id ferebat. Cū enim esset ex eadem tribu & cognatione,
iniquum censebat se illi posthaberi, & diuitiis pollentiorē & genere ni-
hilo inferiorem: multaq; in illum apud contribules Leuitas & inter co-
gnatos concionabundus vociferabatur, rem indignam dictitans, nec diutius feren-
dam, Moysen ambitiosis artibus sub prætextu cuiusdam diuinitatis cum aliorum in-
iuria suæ tantum gloriæ studere: & nuper præter ius & fas sacerdotium absque popu-
20 li suffragio fratri Aaroni dedisse, & alias dignitates quasi tyrannide arrepta pro libidi-
ne distribuere. Grauem hanc esse iniuriam, quod ita latenter se in dominationē in-
sinuet, vt priusquā sentiri possit, populi libertas opprimatur. Qui enim principatu se
dignum sibi sit conscius, cum volente ac persuaso populo sine vi ad tale fastigiū aspi-
rare. Qui verò bonis artibus eò peruenire desperent, à vi quidem abstinere ne boni-
tatis ac honestatis opinionem amittant, sed technis maliciosis ad id consequendum
niti. Talium conatus in medium protractos puniri è republica esse, priusquā è clan-
culariis insidiatoribus aperti hostes euadant. Quam enim rationem Moysen asserre
posse, cur Aaroni potissimum & filiis sacerdotium dederit. Si enim ex Leuitica tribu
alicui honor is ex diuina voluntate deberetur, se merito fuisse præferendum, gene-
30 re Moyse parem, ætate atque opibus potiore. quod si antiquissimæ tribus ratio ha-
beretur, optimo iure viris Rubelididis tribus dignitatem eam deferendam, Datha-
mo, Abironi, & Phalao, diuitiis iuxta ac ætate inter contribules præminentibus. Hæc
Cores, videri volens reipublicæ curam habere, reuera hoc tantum agens, vt con-
citato populo pontificatum inuaderet. Nec diu se intra vnam tribum hæ crimina-
tiones cōtinuerunt, verū sparsus paulatim rumor, dum quisque auditis de suo ali-
quid addit, totis iam castris peruagabatur: breuīque eo res deuenit, vt ducenti quin-
quaginta è primatibus factionem Coræ sequerentur, qui omnes operam dabant, vt
sacerdotium fratri Moysi ademptum in illum transferretur. populus præterea tam
concitatus erat, vt ad lapides conclamaretur: concurrebātq; inēdita multitudo in
40 concionem, vbi stans ante Dei tabernaculum vociferabatur, tollendum tyrannum,
& populum è seruitute eximendum, cui sub religionis prætextu dura imperata im-
ponerentur. Deum enim si ipse esset sacerdotis elector, aliquem dignum fuisse ad
hunc honorem prouecturum, non eum qui multis esset merito posthabendus: vel si
Aaroni eum dare decreuisset, populi suffragio potius quàm fratris beneficio fuisse
daturum. Moyses autem qui Coræ calumnias non ignorabat, videns populum irri-
tatum nequaquam expauit: sed fretus conscientia rei bene administratæ, & sciens
fratrem electione Dei peruenisse ad sacerdotium, non sua gratia, prodiit in concio-
nem: & quoniam non erat imperitus artium quibus vulgus tractandum est, ad Co-
rem versus elata voce: Mihi, inquit, Cores, vel tu, vel vnus quiuis ex istis, intenta in
50 ducentos & quinquaginta viros manu, honore digni videmini: imò ne reliquam
quidem concionem contemno, etiam si vobis diuitiis & cæteris dotibus non sint
conferendi. Nam nec Aaron ideo sacerdotio potitur, quia ditior. Tu enim amplio-
res quàm vterque nostrum, facultates possides. neque quia nobilior. Commune
enim vniuersis genus nobis Deus voluit, cuius eundem cunctis auctorē dedit. neque

f 5 fra

fraterno affectu mortis quod aliis debebatur, fratri contuli. Nisi enim ius & fas prae oculis habuisssem, nequaquam oblitus mei, dedissem alteri: cum nemo sit mihi me ipso propinquior, & mihi non minus quam illi bene velim. & alioqui qualis erat prudentiae, me violati iuris reum facere, & huius facinoris praemium alteri cedere? Verum & à mea probitate absit tale scelus, neque Deus sustinuisset aut se contemni, aut vos ignorare quid illi gratissimum facturi essetis. Ipse sacerdotem sibi elegit, ipse ab hoc crimine immunem me reddidit. Attamen licet non meo beneficio, sed diuina electione hunc honorem adeptus, non dubitat in medium depositum vestris suffragiis committere, nullam prerogatiuam postulans ex eo quod haecenus eo sit legitime functus, ut qui omni ambitione posita, malit vos sine seditione videre, tamen si vestris etiam calculis ante iam comprobatus. neque enim Dei voluntatem in hoc laximus, quod vestrum etiam assensum accedere volumus. sed quod ille ultro detulit, salua pietate recusare non licuit: quemadmodum & illud aequum est, ut qui semel dedit, suum donum ratum ac perpetuum efficiat. Quamobrem iudicabit denuo quem velit pro vobis sacra facere, & pietatis vestrae antistitem esse. Iniquissimum enim fuerit, Cores per ambitionem obstare, quo minus liberam electionem sui sacerdotis habeat. Nihil est igitur quod seditionibus turbemini, quantum ad hanc causam attinet. Cras mane cum sua quisque acerra & igne ac odoramentis adesto. Tu vero Cores cede Deo, & calculum eius expecta, neque maiorem quam Deus habeat, auctoritatem tibi arroga: sed tu quoque inter ceteros huius honoris competitores iudicandus adesto. nec video cur vel Aaron à petitione debeat excludi, eodem genere natus, & qui iam in hac functione irreprehensibile sui specimen dedit. ubi vero conueneritis, coram toto populo suffitum facitote, & cuius sacrificium acceptius Deo fuerit, cum mea quoque auctoritate confirmabo, meque ab hac calumnia collatae per priuatam gratiam in fratrem summae dignitatis exoluam. His auditis turba & tumultuari simul, & male suspicari de Moyse desistit: & insuper consilium eius colaudauit tanquam è republica futurum: atque ita concio dimittitur.

*Quomodo seditionis concitatoribus diuina ultione extinctis sacerdotium Aaroni
& filijs est confirmatum.*

Cap. III.

30

Num. 10



OSTERA verò die reditur in concionem ut sacro facto interessent diuino iudicio, per quod competitorum certamen erat dirimendum: eratque nonnihil tumultus, multitudine suspensa ad euentus expectationem, quibusdam Moysen in ordinem redigi cupientibus: qui verò prudentiores erant, seditionum finem exoptantibus, timebant enim ne actum esset de republica si ulterius seditio procederet. multitudo quoque natura nouarum rerum cupida, & ad obloquendum magistratibus prona, omnibus rumoribus circumferebatur. Moyses autem missis ad Dathamum & Abironem viatoribus, iussit ut ad condictum venirent sacris interfuturi. postquam autem negauerunt se obtemperaturos, neque diutius passuros Moysi potentiam artibus malis quaesitam in populo augeri: his renuntiatis assumptisque aliquot praestantioribus non est dedignatus ad contumacem Dathami factionem venire, sequentibus se libenter quos iusserat. Tum Dathamus cum suis audito Moysen cum primatibus ad se aduentare, progressi cum liberis & vxoribus ante tabernacula, expectabant quidnam acturus esset. aderant etiam satellites qui arcerent eum si quid vi agere vellet. ille verò iam propior sublati in caelum manibus, & elata voce ut à tota multitudine exaudiri posset, Domine, inquit, caeli & terrae ac maris, ut qui mihi testis es fide dignissimus, quod quicquid haecenus feci, ex tua sententia feci, qui miseratus res Hebraeorum perpetuus adiutor mihi fuisti, exaudi hanc orationem. tu enim scis omnia, ipsas etiam cogitationes hominum: quapropter non dedignaberis rei veritatem atque istorum ingratitude in medium proferre. Nosti sane exacte & illa quae natiuitatem meam praecesserunt, visa nimirum non audita: nunc in illis rebus testimonio tuo me subleua, quas isti cum non ignorent, male suspicari tamen non veretur. Ego cum vitam agere quietam, id quod mea virtute & tua voluntate Raguelisque soceri benefici

beneficio consecutus eram, tamen relictis eius voluptatibus & commodis me ipsum totum dedi. ærumnis pro isto populo perferendis : & primū pro libertate eorum, nunc verò pro salute promptissimè magnos labores suscepi. Nunc ergo quoniam in suspitionē veni hominibus, qui mea cura ac providentia tot mala incolumes evaserunt; tu qui in igne illo ad montē Sina mihi apparuisti, & tua voce spectaculūq; illorum prodigiū me dignatus est, qui in Ægypto legatione tuo nomine fungi voluisti, qui Ægyptiorū opibus afflictis servitutē eorum effugere concessisti, & Pharaohis potentiā succumbere mihi fecisti, qui ignavis viæ per mare mediū iter aperuisti, cuius postea fluctibus Ægyptios inuoluisti, qui inermes armis muniuisti, qui ex vitiolis fontibus potabiles reddidisti, & porum nobis inopia laborantibus ē petra produxisti, cibūq; in terra non inuenientibus à mari attulisti, ē cælo deniq; nunquam antè auditum es largitus, qui legibus ac institutis rem nostram ornasti, adesto mihi Domine iudex omnium ac testis incorruptissimus, quod neq; munera à quoquam Hebræotum fauorem meum contra iustitiā captante admisi, neque pauperem bonam causam habentem propter aduersarium diuitem perdere litem sum passus; & nunc republica sincerissime administrata in suspicionem culpæ, à qua sum alienissimus, venio, quasi fratri ob priuatum affectum & non tua voluntate sacerdotiū tuū contulerim: ostende quod omnia tua providentia dispensantur, & nihil fortuitis casibus, sed tua volūtate ad effectum peruenit : & quod res Hebræorum cordi tibi sint, iusta in Dathamum & Abironem animaduersione declara; qui te stupidum faciunt meis imposturis circumueniri iactantes. facies autem manifestam aduersus infanos gloriæ tuæ detractores vindictam, si non communi more intereant, ne quis nihil nisi humanum possos existimet, sed terra quam indigni calcant dehiscens cum familiis & facultatibus eos absorbeat. hoc modo & tua potentia omnibus apparebit; & exemplum posteris statuetur, ne quis secus quàm piū est de tua maiestate sentire audeat : & meum ministerium ex tua sententia esse comprobabitur. Quod si vera sunt crimina quæ in me congerunt, tum in meum caput diræ vertant, illis quos execratus sum incolumibus. Atque ita exacta pœna à populi tui turbatoribus, reliquam multitudinem in pace, concordia, & mandatorum tuorum custodia serua intactam & expertam supplicij sceleratis hominibus debiti : quandoquidem alienum est à tua iustitia, illorum pœnas immeritam Israelitarum turbam dependere. Hæc cum lachrymis effato, terra horrendum repente contremuit, & vndante superficie, non secus quàm pelagus vento fluctuans, vniuersum populum terruit: immani mox sonitu eliso, quæ seditiosi tendebant, solum subsidit, & eodem momento omnes ad vnum absorbet: sublatiſque in hunc modum profanis, hiatus ille ita rursus clauditur, vt ne vestigium quidem eius superesset. Hic finis seditiosæ factionis, illustre argumentum diuinæ providentiæ simul & potentiæ, fuitq; hic casus eo miserabilior, quod adeo nemo ne propinquorum quidem aut cognatorum eos est miseratus, vt totus quantus erat populus, anteaſtorum oblitus, lætis acclamationibus Dei sententiam comprobaret, ac ne luctu quidem dignos, vt pestem ac perniciem popularium existimaret. Post Dathamum cum suis extinctum Moyſes pontificatus æmulos conuocat, Deo denuo commissurus electionem, vt ei sit ratum sacerdotium, cuius sacrificium Deo gratissimum apparuerit. Itaque conueniunt ducenti quinquaginta viri summo in precio semper apud populares habiti, tum quod à maioribus omni virtute præclaris oriundi essent, tum quod ipsi nequaquam degenerarēt: cūque his procedunt & Aaron & Cores: deinde stante ante Dei tabernaculum adolebant acerris odoramenta quæ secum attulerant: cū subito tantus ignis effulſit, quantum nec homines ipsi vnquam excitauerunt, nec in terris sponte ardentibus, nec in syluis per æstus austri flatu collis & attritis excitatum viderunt, sed qualis diuinitus accendi poterat fulgentissimus simul ac flagrantissimus: cuius vi ac impetu ducenti illi & quinquaginta vnà cum Core ita sunt absumpti, vt ne cadauerum quidem reliquæ comparerent: solus Aaron superſuit illæſus, vt manifestum esset, diuinitus coortum hoc incendium. His ita absumptis, Moyſes volens perpetuam eius supplicij memoriam ad posteros tradi, vt & illis non ignoraretur, iussit Eleazarum

Aaronis

Aaronis filium acerras eorum affixas altari æreo consecrare, vt hoc monumento omnes terrentur, qui cæleste numen humanis dolis putant circumueniri posse.

Quæ Hebræis in deserto per annos xxxviij. obuenerunt.

Cap. IIII.

Num. 17



OST tam euident argumentum cum iam satis constaret, non ambitu, aut fratris gratia, sed diuino iudicio sacerdotium ad Aaronē peruénisse, sine vlla controuersia posthac illud tenuit: nec tamen ob hoc diu cessatum est à seditione, imò penè grauior priore est infecuta. nam ex talibus causis ortum habuit, vt facile appareret longo tempore duraturam.

Cum enim semel animos hominum occupasset hæc persuasio, nihil sine Dei voluntate geri, arbitrabantur Deum in gratiam Moysis ista facere. huic igitur imputabant omnia, tanquam non peccatorum odio Deus frueret, sed à Moysè sollicitatus: ægrèq; ferebant quòd non solum impune tot optimatum morte populum multasset, sed præmium etiam auferret confirmatum iam fratris pontificatum: quando quidem nemo posthac eum affectaturus erat, cum aliis id male celsisse videret. adhuc cognati extinctorum agebant apud populum, rogantes vt superba & nimia Moysis potestati modum aliquem statueret. facile enim hoc illi esse. Tum illo maturè sentiens excitari turbas, veritus ne qui rursus res novas molirentur, vnde magnum aliquod malum accidere posset, concionem aduocari iubet. & auditis postulatis nihil respondens, ne magis irritarentur, hoc tantum principibus tribuum mandauit, vt 20

III

Num. 18. 35

Leuit. 14

18. & 26

uenit. Moyses autem posteaquã Leuiticam tribum diuino cultui dicatam, immunem à militia fecisset, ne forrè in parandis ad vitã necessariis occupati, negligentius sacra tractarent, mandauit vt post armis ac Dei fauore quæsitam Chananzam ex oppidis eius quadraginta octo bona & pulchra Leuitis distribuerentur, cum agro mœnibus eorum contiguo duum milium cubitorum, & insuper à toto populo decimas annui fructus exegit Leuitis simul ac sacerdotibus conferendas: atque hi posthac eius tribus solennes reditus fuere. Nunc dicendum quæ sint sacerdotum propria. ex quadraginta octo oppidis iussit vt Leuitæ concederent eis tredecim, & 40 decimarum à populo quotannis acceptarum decimas penderent: præterea vt populus Deo primitias omnium fructuum è terra prouenientium offerret, & ex quadrupedibus quæ mactare fas est, primogenitum si masculum fuerit, sacrificandum sacerdotibus adducat, vt eo cum familia vescantur in vrbe sacra. pro eis verò quibus patria lex vesci vetat, dominus fœtus siclum cum dimidio dependat, pro homine verò primogenito quinque siclos. deberi eis etiam primitias tonsuræ ouium: & qui panes coquant liba aliquot eis præbere. Qui verò ex voto se consecrant, 50

Num. 6 Nazaræi dicti, capillum alentes, & vinum non gustantes, cum capillum consecrant victimas eorum sacerdotibus cedere. Item qui Corban seipsos nominant, hoc est Dei donum, si velint à ministerio ad quod se ultro obligauerunt dimitti, sacerdotibus pecuniam numerare, mulierem triginta siclos, virum quinquaginta. qui verò tantum pecuniæ non habuerint, hos sacerdotum arbitrio relinquendos. quin & si quis domi mactet ad priuatum epulum, non ob cultum diuinum, offerendum tamen sacerdotibus pecoris pectus & brachium dextrum. Tantum est quod sacerdotibus

dotibus Moyſes attribuit, præterque quicquid pro peccatis populus offert, vt in proximè præcedente volumine diximus. Quicquid autem à populo ſacerdotum ordini contribuitur, ex eo tam vxores quàm filias & ſamulos etiam participes eſſe voluit, exceptis quæ pro peccatis offeruntur. hæc enim in ſano ſoli ſacerdotio fungentes mares eodem die abſumunt. His ita poſt ſeditionem diſpoſitis caſtra mouit, & cum omnibus *Num. 20.* copiis ad Idumææ fines peruenit. legatis primum ad regem præmiſſis. petebat ab eo tantum liberum tranſitum, paratus ipſius arbitrio fidem dare, ſine cuiuſquam iniuria iter ſe facturum: præterea forum rerum venalium ſuis exhiberi poſcebat, perſoluturus etiam aquæ precium, ſi rex ita iuberet. ille verò legatis re infecta dimiſſis, negatòque
10 tranſitu, armatus cum exercitu eſt obuiam profeſtus, prohibiturus Moyſem ſi vi viam aperire conaretur, at propheta conſulto prius oraculo, & Deo non permittente vt ipſe pugnæ principium faceret, retrorſum abduxit exercitum, per deſertum iter facturum. Eodem tempore ſorori eius Mariamæ vltimus vitæ dies aduenit, quadrageſimo anno ex quo Ægyptum reliquerat, menſis Xantici luna prima: ſepultaque eſt publico ſumptu magnificè, ſuper quodam monte qui appellatur Sein: & poſt menſtruum luſtum luſtrauit Moyſes populum hunc in modum: Iuuenecam laboris & aratri expertem, co- *Num. 19.* lore toto corpore ruſam, paulum ante caſtra produſtam pontifex in loco puriſſimo maſtauit, & ſanguinem ſepties digito aſperſit verſus Dei tabernaculum. deinde ſolida iuuenca ita vt procubuit cum pelle ac inteſtinis ardente, lignum cedrinum in medium
20 ignem iniiciunt, ſimulque hyſſopum & lanam cocco tinſtam. huius cinerem vniuerſum vir purus ac caſtus collectum reponit in locum puriſſimum: & quotquot poſthac ſuneſti purificatione opus habebant, paulum huius cineris in fontanam immittentes, & hyſſopi ramulum intingentes, aſpergebant ſe die tertia & ſeptima: quo facto pro puris poſthac habebantur. & hunc luſtrandi morem etiam in terra belli forte quaſita ſeruari præcepit. Cæterum ſuneſto exercitu ita vt dixi luſtrato, per deſertum cum *Num. 20.* eo pergens Arabiam petiit. Cùmque veniſſet in agrum vrbis Arabum primariæ, quæ olim Arce, nunc Petra nominatur, hoc loco montem excelſum, quo ager clauditur, Aaron conſcendit, præmonitus à Moyſe, quòd eſſet moriturus: & in conſpectu totius exercitus, ſtans in loco accliuui, exutam pontificiam ſtolam Eleazaro filio tradidit, ad
30 quem iure ætatis ſucceſſio pertinebat. atque ita ſpectante populo moritur, eodem ipſo anno quo ſororem amiſit, anno ætatis centeſimo vigelimo tertio. dies mortis eius incidit in primam lunam menſis qui Athenienſibus hecatombæon dicitur, Macedonibus Ious, Hebræis ſabba. Luxit eum populus diebus triginta, & luſtu finito, Moyſis ductu peruenit ad fluuium qui nominatur Arnon. is ex Arabiæ montibus exortus, *IIII. Num. 21.* deſertum mediū pererrans, in Asphaltirè lacum influit, Moabitis ab Amoræis diſterminans. eſtque hæc regio frugifera, & fructus quantum ſatis eſt incolis ſuppeditat. ad eius regem Schonem miſit legatos Moyſes, qui tranſitum per regnum peterent, fidem daturus, quòd ſine detrimento vel agrorum vel colonorum militem traduceret: ſed perſolutorum precium rerum venalium ex æquo & bono, etiam ſi potum aquæ ſine
40 precio dare grauarentur. Schon verò negato tranſitu, & armato ſuorum exercitu, vada Arnonis occupat, prohibiturus ſi Hebræi fluuium tranſire conarentur.

Quomodo Moyſes deuicit Schonem & Ogem Amoræorum reges, deleuitque eorum copias.

Caput V.



MOYSES autem poſtquam intellexit Amoræos hoſtilem in ſe animum *Num. 21.* gerere, haud ferendum cõtẽmpnum ratus, & videns Hebræos genus hominum intractabile, ocio ſimul & egeſtate facile adduci poſſe vt priſtinos tumultus ac ſeditiones renouarent, occaſionem eis adimere volens, conſuluit Deum, an bello viam aperire permetteret. Deo verò annuente, &
50 victoriam inſuper pollicente, magnopere hac ſpe animatus, militem quoque fiducia complet, clamitans adeſſe tẽpus quo pugnandi cupiditatem exſatiarent, auſpice Deo & quò ſponte iam propenderent autoritate ſua compellente. at illi permiſſa poteſtate læti, arma corripuiunt, & euſtigio inſtructa acie ad hoſtem properant. Amoræus cõtrà vt vidit aduentantes oblitus priſtinæ ferociæ, tum ipſe eſt territus, tum milites animos
g quos

quos ante visum hostem præ se ferebant, præ timore demiserunt. Itaque vix primo conflictu excepto terga vertunt, in sola fuga spem salutis reponentes. confidebant enim munitis urbibus, quæ tamen nihil prorsus eis profuerunt. Nam Hebræi ut primum animaduicerunt hostes cedere, acriter institerunt, turbatisque eorum ordinibus, in extremam formidinem illos coniecerunt. Iamque totis campis sparsi effuso cursu alij alias vrbes petebant. nec alteri persequendo fatigantur, imperfectam victoriam relinquere nolentes, sed cum essent funditores optimi, & eius pugnae generis, quod omni telorum genere eminus geritur in primis periti, & expeditiores quam ut armis grauarentur, aut pedibus fugatos assequerentur, aut glandibus & iaculis, si quos celeriores timor fecerat. Itaque magna strages editur: & si qui effugerant, cum vulneribus 10 & siti conflictabantur. erat enim æstas. Cumque desiderio potus ad fluuium agmine magno ferrentur, ab insequentibus circumuenti eminus sagittis ac iaculis sunt confixi: & inter cæteros Schon rex cecidit. Hebræi verò caesos spoliabant, prædas agebant, magna rerum copia fruebantur, quod fructus nondum ex agris collecti essent. & milites totam regionem percurrerant impunè diripiendo, captiuosque abducendo. nemo enim resistebat. robore eius regionis in pugna absumpto. Talis clades Amoræis accidit, qui nec consilio prudenter, nec armis fortiter sunt vsi. Hebræi verò terram eam occupauerunt, inter tres amnes insulae modo sitam. Nam Arnonis ripæ meridionale eius latus terminant, Iobacchus verò septentrionale, qui in Iordanem influens nomen amittit: Occidentalis tractus Iordane amne alluitur. In hoc rerum statu exoritur Israe- 20 litis nouus hostis Oges Galadinæ & Gaulanitidis regionum rex, in auxilium Schonis amici & socij veniens: cuius res quum iam perditas videret, nihilominus victoriam sperans, virtutis suorum ac hostium periculum facere decreuit. Qua spe frustratus & ipse in prælio perit, & exercitus ad vnum est deletus. Moyses verò Iobaccho fluuiio superato, regnum Ogis ingressus urbem vnam post aliam subuertebat, habitatores internecione vastans, qui omnes eius terræ homines diuitiis & agrorum fertilitate superabant. Oges etiam vir heroica specie corporis, ne viribus quidem ac virtute fuit inferior: cuius roboris & staturæ argumentum exstabat in expugnata regia vrbe Ammanitidis regionis, dicta Rabatha: lectus erat ferreus quatuor cubitorum latitudine, nouem longitudine. Huius viri casum non solum præsens Hebræorum felicitas est in- 30 secuta, sed in futurum etiam maiorum successuum illis causa est facta. Sexaginta enim oppida egregiè munita de eius ditione ceperunt, & ex præda tam priuatim quam publice sunt locupletati. Post hæc Moyses castra Iordanem versus mouet, & campum magnum è regione Hierichuntis. ea est vrbs copiosa, palmis abundans, & balsamum ferens. Iamque in tantum creuerant Israelitarum animi, ut nihil magis quam pugnas ac prælia cuperent: & Moyses vtendum hac promptitudine suorum ratus victimis Deo pro gratiarum actione mactatis, epulæque exercitui dato, partem eius armaram ad Madianitarum regionem vastandam misit, vrbesque gentis eius expugnandas, cuius belli origo talem causam habuit.

De Balamo vate.

Caput VI.

40

Num. 22.
23. 24.

BALACVS Moabitarum rex, habēs veterem amicitiam & societatem cum Madianitis, cum res Israelitarum in tantum crescere videret, cœpit etiam de suo regno esse sollicitus. Nesciebat enim Deū vetare, ne Hebræi quicquam vltius præter Chananæam vsurpare appetant: atque ita non satis consultè de rebus nouis cogitauit. & bello quidem aggredi elatos tot victoriarū successu non est ausus, obstare tamen volens ne vltius procederent, legatos de communibus commodis ad Madianitas mittit. Illi ad Balamum quendam vltra Euphratem, nobilem in eis locis vatem, & sibi amicum, cum Balaci legatis mittunt etiam de suis honoratissimum quenque, rogantes vt veniret ad se, & diris imprecationibus Is- 50 raelitas deuoueret. Vates legatis comiter exceptis, & hospitali mensæ adhibitis, consuluit Deum, quæ sit eius de Madianitarum postulatis sententia. qui cum vetaret illis obsequi, reuersus ad eos, ait sibi non deesse voluntatem illis gratificandi, sed obstare Deum, cuius beneficio debeat gloriam ex veris hætenus prædictionibus compara-
tam.

tam. nam exercitum illum quem ipsi execratum velint, esse Deo longè carissimum.
 deditque consilium vt ob hanc causam ad Israelitas profecti, pacem cum illis quibus-
 cunque conditionibus facerent. his dictis legationem dimisit. at Madianitæ Balaco
 maximis precibus vrgente, eadem de re denuo legatos mittunt ad Balamum: qui cu-
 piens hominibus obsequi, Deum consulit. Deus verò offensus iubet vt legatis assen-
 tiatur. is ratus Deum hæc seriò iubere, cum legatis proficiscitur. inter eundem autem
 cum ventum esset in viam quandam angustam inter duas macerias sitam, occurrit ei
 Angelus: quo animaduerso asina qua vehebatur declinans appressit eum ad alterum
 septum, nihilq; mouebatur verberibus sessoris pressuram molestè ferentis: cùmque
 10 nec angelus de via cederet, nec vates verberandi finem faceret, tandem procumbens
 Deo sic volente humana voce Balamum incusat, quòd nunquam antehac læsus læui-
 ret in se, nò intelligens Deum prohibere quo minus quibus cuperet obsequatur. Hoc
 prodigioso asinæ sermone dum ille turbaretur, apparuit ei angelus, obiurgans ver-
 beratorem, quòd iumentum non esset in culpa, sed ipse obstaret iter contra Dei vo-
 luntatem facienti. Tum vates territus volebat retro abire: sed Deus iussit eum perge-
 re quò instituerat, modo ne quid aliter agat quàm diuinitus admoneretur. His man-
 datis perceptis ad Balacum peruenit: exceptusque à rege honorificètissimè, voluit ad
 quendam montem deduci, vnde Hebræorum castra contemplari posset. Balacus ve-
 rò ipse cum regio comitatu deducit vatem in montem proximè imminens, qui à
 20 castris stadia sexaginta aberat. quibus consideratis iubet regem septem aras extruere,
 & totidem tauros ac arietes exhibere. Id vbi celeriter iussu regis est factum, mactat vi-
 ctimas, vt victoriam prælagire posset. deinde sic fatur: Feciles vos quibus Deus largam
 bonorum præbet copiam, & prouidentiam suam perpetuam ducem & auxiliatricem
 annuit. quoniam nullum est hominum genus, cui nò innocentia morum, virtutisque
 ac probitatis studio sitis anteferendi, liberos præstantiores etiam successores habituri,
 quandoquidem Deus vos solos hominum complectitur, & vt omnium sub sole feli-
 cissimi sitis prospicit. quamobrem obtinebitis terram ad quam vos misit, & posteris
 vestris in perpetuum possidendam relinquetis: & gloria vestri nominis implebitur
 vniuersa terra simul & mare, adeoque multiplicabitur gens vestra, vt nulla non orbis
 30 regio vestri sanguinis homines admixtos sit habitura. Beatus vos exercitus & mira-
 tione dignissimus, ex vno parente in tantum auctus. nunc vobis parum amplum pro
 dignitate ac numero domicilium Chanaanæ continger, sed totum olim terrarum or-
 bem habitationi vestræ destinatum scitote, vt tam in insulis quàm in cōtinente sit vo-
 bis degendum præ multitudine ipsis cæli stellis numero æquiparanda. Cùmque tam
 innumeri futuri sitis, nihilominus nihil vobis ad summam rerum copiam deesse patie-
 tur in pace, & in bello virtutem viris addet. inimicis nostris in mentem veniat, vt ho-
 stes vestri esse, & in vos arma sumere velint. non enim reuertetur è tali prælio victor,
 qui lætitiâ coniugibus ac liberis afferat. Tanta vobis fortitudo diuino fauore conti-
 git, qui solus potest & quod superest detrahare, & quod deest addere. Talia vates fati-
 40 dica voce canebat, extra se raptus, & numine totus correptus, rege indignè ferente, &
 pacta non seruare clamitante, licet magnis muneribus ab amicis conductum: venisse
 eum ad execrandum hostes, quos nunc mactos virtute ac pietate caneret. Ad quem
 vates: Putas, inquit, quoties fata sunt aperienda, in nobis situm esse quid dicamus aut
 taceamus afflati diuino spiritu? ipse voces quales vult profert & oracula, nobis nec
 scientibus nec cogitantibus. Equidem satis memini ad quid precibus Madianitarum
 sim adductus, eaque causa veni vt voluntati tuæ morem gererem. Sed potentior est
 Deus quàm mea voluntas, qui contra Dei voluntatem ad gratiam hominum loqui
 proposueram. quamprimum enim nostrum pectus subintrat, nihil amplius nostrum
 ibi remanet. ego certè nihil in horum laudem dicere in animo habui, nec quæ Deus
 50 eorum generi dare decreuit, commemorâda putavi: sed numen illis propiciam, quod
 gentis felicitati studet ac gloriæ, pro destinatis hæc verba mihi subdidit. Nunc age,
 quando animus est tibi atque Madianitis rem gratam facere, quorum preces me non
 decet non admittere, alias aras erigamus & sacra instauremus, si fortè Deum flectere
 possim, vt execrationibus hoc genus hominū deuouere liceat. Cùmq; Balacus id fieri
 g 2 permisisset,

Num. 25.

permisisset, ac ne iterato quidem sacro potestatem deuouendi impetrauisset, collapsus in faciem pronus prædicebat quicquid euenturum esset regibus & ciuitatibus clarissimis, quarum quædam nondum conditæ videntur: quæ verò extant earum res terra marique gestæ ita prædictionibus responderunt vsque ad nostram memoriam, vt facilis sit coniectura, reliquum etiam eius oraculi non vanum fuisse euentum aliquando comprobaturum. Balacus autem ægrè ferens expectationem frustratam, sine honore vatem ablegat. ille domum repetens, cum iam Euphratem attigisset, accito Balaco & principibus Madianitarum, Balace, inquit, vósque Madianitæ, quandoquidem necesse est vt vel præter Dei voluntatem vobis obsequar, Hebræorum quidem genus nunquam est interiturum, nec bello, aut pestilentia famèue, aut alio casu delebitur. 10 Deus enim curam habet eius gentis à malis seruandæ, nequando talis clades incidat qua vniuersi de medio tollantur. interdum tamen quædam vitari non poterunt, quibus ad tempus afflicti, mox magis quàm antè floreunt, castigatione tali ad sanitatem reuocati. quapropter si breuem victoriam de illis consequi quæritis, hoc consilio voti compotes efficiam. Filiarum formosissimas, quæ pulchritudine sua mentes eorū expugnare possint, quantū fieri potest cultas ac ornatas mittite, vt circum castra obuersentur, & iuuenibus cōplexus expetentibus faciles se præbeant: vbi verò cupidine captos viderint, subito se proripiant. cumque rogatæ fuerint vt maneat, non annuant, nisi persuasis, vt relictis patriis legibus & cultu Dei à quo illas acceperunt, Madianitarum & Moabitarum deos venerentur. sic enim Deum iratum sibi reddent. Post hæc 20 monita abiit. Madianitis autem ita vt moniti fuerant filias mittentibus, Hebræorum iuuenes pulchritudine puellarum capiuntur: & in colloquium venientes rogant ne sibi voluptatem ex earum pulchritudine capere inuideant, nèue cōsuetudinem eorum auerferentur. Illæ libenter & verba iuuenum & complexus admittunt: rānque blanditiis illectos, & cupidine feruentes relinquere parāt. tum illi tristes mulierum discessu, precibus instant ne se relinquunt, sed futuræ coniuges & omnium facultatum Dominæ apud illos mancant. hæc promissā iureiurando confirmabant Deum testem inuocādo, & lachrymas fundendo, quo magis eas ad miserationem flecterent. tum illæ postquā omnino captos & consuetudine sua deuinctos animaduertent, sic respondent: Optimi iuuenes, non desunt nobis domi nec amplæ facultates, nec parentum ac 30 domesticorum affectus: neque inopia talium rerum huc ad vos venimus, aut formam corporis nundinaturæ preces vestras admisimus: sed persuasæ viros esse bonos hac hospitali gratia non dedignatæ qua vos opus habere videbamus, faciles nos vobis præbuimus. Nunc quandoquidem amare vos & abitionem nostram molestè ferre asseueratis, ne has quidem preces auerfabimur. quare si beneuolentiæ coniugalī fidem dederitis, quæ sola nobis satisfacere potest, libenter vobiscum vt legitimæ nuptæ conuieturæ sumus. veremur enim ne libidine exsatiata, cum iniuria & contumelia nos retro ad parentes nostros ablegeris: cui nostræ sollicitudini veniam vos dare æquum postulamus. Illis verò quolibet modo fidem daturos se pollicentibus, & nihil præ amore nimio recusantibus: quandoquidem, inquit, ita vobis videtur, & mores habetis ab 40 omnibus aliis diuersissimos, vt cibus etiam propriis vestro more vtamini, nec potum cum aliis communē sustineatis, necesse est si vultis nobiscum vitam degere, deos nostros colatis: neq; enim alio argumento persuadebitis amorem istum vos non fingere, nisi eosdem nobiscum deos adoretis. Nec absurdum fuerit aut vitio vertendum, si terræ in quam venistis peculiare deos colere malitis: præsertim cum nostri per omnes regiones honorentur, vestrum nemo præter vos cultu dignetur aut ceremoniis. Aut igitur cæterorum more vobis est viuendum, aut alius orbis quarendus, vbi soli iuxta vestra instituta vitam agatis. At illi cupidine cæci dicta earum comprobāt, & quò trahebantur sequentes à religione patrum desciscunt: & plures deos credere inducti, sacra illis eius gentis ritu faciunt: cibus quoque indifferenter utebantur, & in mulierum gratiam nihil non contra legem faciebant: vt iam tota castra iuuenum impietas inuaderet, & seditio priore peior glisceret, & auita religio in extremum periculum deduceretur. iuuentus enim gustatis semel peregrinis moribus inexplēbiter in eos ferebatur: & si qui nobilitate à maioribus accepta præcellebant, vnā cum reliqua turba cor

ba corrumpebantur. Zambrias etiam Simeonidis tribus princeps ducta Chosbi Madianitide, Vri filia gentis eius dynastæ, iussus ab vxore, & contemptis in eius gratiam Moysis placitis, alieno ritu sacrificabat, & alienigena coniuge non dissimulanter se oblectabat. In hoc rerum statu Moyses veritus ne grauius aliquid sequeretur, aduocata concione, neminem quidem nominatim accusauit, nolens in desperationem adducere eos qui tantisper dum latere se putant, ad sanitatem reduci poterant: sed dicebat rem indignam, nec ipsis nec maioribus eorum decoram, quod voluptatem pluris, quàm Deum & religionem facerent. Expedire illis ut dum tempus est resipiscant, & non legum cōtemptu, sed compescendis prauis cupiditatibus fortes viros declarent.

10 absurdum præterea dicebat, quod cum in deserto modestè vixissent, nunc in bona regione ita baccharentur: & quæ per inopiam quæsiuerant, nunc per affluentiam perditum irent. Talibus dictis conabatur iuuentutem corrigere, & ad sanio rem mentem reducere. Tum Zambrias insurgēs: Tu, inquit, Moyses tuis legibus vttere, quibus iam longo vsu robur addidisti: quod ni fecisses, sæpe iam pœnas dedisses, & tuo malo non esse Hebræis imponendū didicisses. me certe nunquam ad tua tyrannica iussa obstrictum habebis. neque enim aliud hætenus, quàm sub legis ac religionis prætextu nobis seruitutem, tibi principatum malitiosis artibus adstruis, voluptatem nobis ac vitæ licentiam adimens, quæ liberorum sunt, & sub nullius imperio degentium. hoc enim vel Ægyptiaca seruitute fuerit grauius, in quemuis tuis legibus pro tuo libitu animadu-

20 uertere: cum ipse multo dignior sis qui puniaris, quando quidem abrogatis quæ omnium cōsensus approbat, plus tua quàm cæterorum mortalium placita valere postulas. ego quæ nunc facio, quia bene facta iudico, ne fateri quidem in hoc cœtu grauabor, mulierculam alienigenam me duxisse. audis à meipso mea facta, ut ab ingenuo. neque enim latere cupio. Sacra etiam diis facio præter cōsuetum, quia id æquum censeo, ex multis mihi veritatem quærere, & non sicut sub tyrannide viuere, de vnus tantum fiducia pendētem. nemo mihi rem gratam fecerit, qui in rebus meis meipso plus arbitrij habere voluerit. Hæc Zambria pro se & quibusdam sui similibus afferente, populus quietus expectabat quoniam audacia hæc esset euasura, maxime quod videret legislatorem amplius nolle contendere, ne hominem insolentem iritatio rem redder-

30 ret. verebatur enim ne plures talis in loquendo impudentiæ imitatores facti, turbas in populo excitarent. Atque ita tum concio dissoluitur. ac fortasse vltius malum hoc serpsisset, ni Zambrias maturè sublatus esset talem ob causam. Phinees tum aliis rebus, tum patris dignitate, iuuetutis faciles princeps, Eleazari pontificis filius, & Moysen magnum patrum habens, ægerrimè tulit Zambriæ contumaciam: cuius impunitate ne legum contemptus cresceret, vindicare in flagitiosos decreuit, non ignarus quod exempla primatum in vtramuis partem plurimum valeant. Cūque tanto esset animi & corporis robore, ut non temerè aliquid arduum aggrediretur, quod non etiam perficeret, ad Zambriæ tentorium vadit, & eodem ictu ipsum vnà cum Chosbi transfigit. quo exemplo iuuentus ad pulcherrimam virtutis æmulationem accensa,

40 certatim in eiudem criminis reos facit impetum, & bonam illorum partem ferro, conficiunt, reliquos infecuta pestis sustulit, per iram numinis inflicta, & ne illis quidem pepercit, qui cum iure cognationis talem suorum petulantiam cohibere deberent, aut dissimulare aut accendere etiam maluerunt: nec prius destitit, quàm quatuordecim millia virorum desiderarentur. Hanc ob rem Moyses in Madianitas concitus, ad gentem internecione delendam exercitum misit, de qua expeditione mox narrabimus, postquam quod omis sum antè non oportuit, dixerimus. Balamum illum, qui à Madianitis accitus ad execrandos Hebræos, quo minus hoc facere à Deo est prohibitus, nihilo secius tamen tale hostibus consilium dedit, quo effectum est, ut quibusdam infectis praua opinione, penè totius populi religio sit corrupta: hunc in-

50 quam Balamum tanto honore dignatus est Propheta, ut oracula eius suis literis inferrerit: cūque nihil vetaret quin ea pro suis ederet, nec vlllo teste id factum eius coargui posset, maluit eum debita apud posteros memoria non fraudare. Sed hæc quisque ut libuerit ita consideret. Moyses autem ut dicere cœperam, in Madianitas misit exercitum duodecim millium, singulis tribubus mille militibus imperatis: eisque copiis

Phineem præfecit, cuius opera leges vindicatas, & de Zambria violatore earum pœnas exactas paulo antè memorauimus.

Hebræorum de Madianitis victoria, & Amoritis regio quomodo à Moyse duabus cum dimidiata tribubus concessa. Cap. VII.



ADIANITÆ verò intellecto hostiū aduentu, & quòd iam non longè abessent, & ipsi copias in vnum contrahunt, & quā in regionem suam irrupturos putabant, munito pro tempore aditu, præsto erant, impetus eorum pro viribus propulsaturi. Sed mox primo cōgressu tanta multitudo Madianitarum est cæsa, vt numerus cadauerū iniri non posset, ne regibus quidem seruatis. Hi fuere Ochus, Sures, Robeas, Vbes, & quintus Recemus, à quo deductum nomen primaria vrbs Arabum & hodie retinet, Receme dicta, quam Græci Petram vocare malunt. Fusis hostibus, Hebræi regionem sunt populati, prædas abigendo, & incolas vnā cum mulieribus interimendo, solis parcentes virginibus: hoc enim Phinees à Moyse mandatum acceperat, qui reducto incolumi ac illæso exercitu, prædam quoq; memorabilem retulit, boum quinquaginta duo millia, & insuper sexaginta septem: asinorum sexaginta millia, vasorum aureorum & argenteorum magnum numerum, quibus in domestica supellectile utebantur. Etenim pro opibus lautiore victu delectabantur. Abductæ sunt etiam virgines circiter triginta duo millia. Moyses autem partitus prædam, quinquagesimam eius partē Eleazaro dedit & sacerdotibus, & Leuitis alterius quinquagesimam: reliquum verò populo distribuit. quo factum est vt deinde suauiter viuerent, opibus virtute quæsitis, otium quoque ad fruendum nacti. Moyses autem iam admodum senex Iesum designauit, qui sibi in Prophetæ & ducis (si opus foret) muniis succederet, Deo ita iubente vt hunc principatus successorem faceret. Erat enim totius diuini atq; humani iuris peritissimus, Moyse præceptore doctus. Per idem tempus duæ tribus, Gadæ & Rubeli, & dimidia Manassitis, numero pecudum & aliis rebus abundantes, de communi consilio rogant Moysen, vt sibi extra sortem traderet Amoritidem terram, quæ non multo antè bello capta fuerat. esse enim pascuis vberem. Ille verò suspicatus eos prælia cōtra Chananæos metu detrectare, & curam pecudum ignauix prætexere, conuitio viros excipit, meticulosos simulatores dictitans. Velle eos in otio luxūque terram communi Marte quæsitam possidere, & nolle arma cum cætero exercitu ferentes, terram vltra Iordanem à Deo promissam capere, deuictis gentibus quas ille pro hostibus haberi iusserat. Qui videntes eum iratum, ne meritò irasci videretur, respondent se neque per ignauiam pericula, neque per desidiam labores fugere, sed hoc tantum agere, vt præda in locis commodis relicta, expeditiores ad certamina fierent: paratōsque se aiebant, si oppida ad tutelam liberorum & coniugum ac facultatum ipso dante acciperent, reliquum exercitum armatos quocunque ducerentur sequi, & communibus militare auspiciis. Tum Moyses comprobata eorum voluntate, aduocatōque Eleazaro pontifice & Iesu, cæterisque magistratibus, concedit illis Amoritidem hac conditione, vt simul cum cognato populo aduersus communem hostem bellum gerant, donec omnia ex sententia confecta fuerint, atque hoc pacto accepto quod petierunt, & extructis munitis oppidis, liberos & vxores atque impedimenta in illis deponunt. Moyses quoque in eadem regione decem vrbes condidit, in illum quadraginta octo numerum computandas, in quarum tribus asyla fanciuit, illis tantum profutura, qui eade non sponte commissa cōfugissent. statuitque talibus exilij tempus, tantisper dum pontifex viueret sub quo cædes accidit. post cuius obitum redire in patriam permisit. Exilij verò tempore licere cuius è cognatis interempti homicidam impunè occidere, duntaxat extra urbem refugij deprehensum: idque ius solis cognatis esse voluit, aliis non item. Cæterum oppida refugij fuerunt hæc: ad fines Arabiæ Bosora, in Galadena regione Arimanum, in Bataneade Gaulademan. & post captam Chananæam totidem ex Leuiticis oppidis iussu Moysis destinata sunt, vt hoc genus exulibus refugium & habitationem præberent. Eodem tēpore cū defunctus esset quidam è primatibus

matibus Manassitidis tribus nomine Salpades, liberis deterioris tantū sexus relictis, *Nu. 27. 36*
 tribules eius viri insignes Moysem consulunt, an filiarū eius in diuisione & sortitione
 agrorum ratio haberi debeat. Is respondit, si in domum tribulis nuptum darentur,
 sortem dotalem fore: sin mallent in aliam tribum elocari, sortem in sua tribu relin-
 querent. atque hac occasione instituit, vt cuique tribui suæ sortes perpetuò mane-
 rent. Quūmq; iam de quadragesimo migrationis anno triginta tantum dies su-
 peressent, aduocata concione ad Iordanem eo loco vbi nunc oppidum Abila visi-
 tur, agrum habens palmetis confitum, vbi populum omnem præsto vidit, in hunc
 modum verba fecit.

VI
Deut. 4

10

Moyſis leges, & quomodo ex hominibus est sublatuſ.

Cap. VIII.



IRI commilitones, & longi laboris socij, quoniam Deus ita vult, &
 ætas cxx. annorum exacta postulat, vt ex hac vita discedam, & re-
 bus vltra Iordanē gerendis interesse me Deo nō est visum, æquum
 duxi, vt quantum ad vestram felicitatem attinet, ne nunc quidem
 officio desim: sed pro gratia mihi data prouideam, vt pro common-
 strata ad eam via, sempiterna apud vos memoria dignus habear.

Age igitur, vbi prius in quo tam vestra quàm posterorum beatitudo consistat indica-
 uerimus, & hoc pietatis erga vos nostræ perpetuum monumentum reliquerimus,
 20 libentes ex hac vita decedamus. Fidem enim, sat scio, mereor, vel quòd antehac ve-
 stris commodis indefinenter seruiens nunquam vos fefelli, vel quòd anima prope
 exitum constituta in omni virtute hac veritate seipsa melior redditur. Filij Israelis,
 vna omnibus hominibus felicitatis est causa Deus propitius: quam solus dignis dare,
 & peccatibus in se auferre potis est. cui si vos tales præstiteritis, quales ipse postulat,
 qualēsve ego ex ipsis sententia instituo, nunquam non mañti virtute, æmulandique
 omnibus eritis: sed & quæ iam contigerunt bona erunt perpetua, & quod deest bre-
 ui consequemini. Tantum voluntati diuinæ obsequimini, & mandatis eius parete:
 & neq; legibus per me latis alias præponite, neque in religione per contemptum
 quicquam nouate. Quod si feceritis, bello præstantissimi inter omnes gentes, &
 30 omnibus hostibus insuperabiles eritis. nam auxiliante Deo minæ omnes facile con-
 temnuntur. Cæterum virtutis præmia magna per omnem vitam sunt proposita, &
 ipsa sibi primum est ac potissimum præmium: deinde p̄ hanc cætera bona facile
 parantur: qua inter vos inuicem vtentes & vitam beatam ducetis, & gloriam tum
 apud externos tum apud posteros immortalem consequemini. Hæc vobis sunt spe-
 randa, si leges monitu Dei me perferente scriptas nec ipsi violetis, nec alios violare
 patiamini, & harum intellectum ac vsum nunquam non meditemini. Ego verò com-
 modis vestris lætus discedo, vósq; pietatis ac prudentiæ legibus, & virtuti ducum ac
 magistratuum commēdo, qui incolumitatis ac felicitatis vestræ posthac curam sunt
 habituri. Deus autem sub cuius ductu hætenus egistis, & cuius fauori debetis quic-
 40 quid utilitatis ex me percepistis, non desinet vobis prospicere, sed quàm diu ipsum
 & pietatē colueritis, tam diu sub eius præsidio tuti permanebitis. Nec deerunt qui
 vobis optima monita suggerant, quibus parentes beati eritis, nimirum pontifex
 Eleazarus & Iesus, & senatus ac primates tribuum, quibus caute vos difficiles præ-
 beatis, scientes quòd qui bene parere nouit, etiam bene imperaturus est vbi ad po-
 testatem peruenerit: néve in hoc libertatem sitam existimetis, si mādatis principum
 obmurmuraueritis. nam hætenus in contumacia contra benefactores libertatē re-
 ponebatis: à quo vitio si vos in posterum seruaueritis, res vestras in meliore statu
 videbitis. Absit autem vt ita in hos exasperemini, quemadmodum aliquoties in me
 incanduiſtis. memenistis enim quòd sæpius à vobis de salute periclitatus sum quàm
 50 ab hostibus. quod non exprobrandi causa dico: nolim enim vos hac commemora-
 tione in exitu vitæ contristatos relinquere, qui etiam tunc æquo animo vos tuli: sed
 vt admoniti in posterum sapiatis, id quod in vestram etiam rem futurum est. & ne in
 præpositos cōtumeliosi sitis elati opum affluentia, quibus traiecto Iordane & occu-
 pata Chananæa potiemi. alioqui si per has insolentiores facti in contumaciā & vir-

Deut. 7. 11

tutis cōtemptum prolabamini, Deum fautorem nequaquam estis habituri, quem si vestro merito inimicum vobis reddideritis, & terram virtute partam oppressi ab hostibus per summam ignominiam amittetis, & per totum quàm late patet orbem dispersi seruitute vestra terras ac maria replebitis. quò si ventum fuerit, iam frustra pœnitebit patrias leges non seruasse. quare quo minus periculi sit, ne illas violetis, post victoriam neminem hostium superesse patimini: idque rebus vestris conducibilius existimate, ne cum illis viuētes ad similia studia prolapsi patriam institutionem corrumpatis. Præterea lucos & aras & templa quotquot habent ad vnum tolli iubeo, ferroq; & flammis ita deleri, vt etiam memoria eorum omnis aboleatur. Sic enim bona vestra tutius conseruabitis. Verum ne per ignorantiam meliorum natura vestra in deterius deprauetur, Deo iubente & leges conscripsi, & formam administrationis rerum tam publicarum quàm priuatarū, à quibus si nusquam discedatis, mortalium omnium felicissimi eritis. Hæc loquutus tradit eis codicem, leges scriptas & instituta bene viuendi continentem. Illi verò soluebantur in lacrymas, & iam tum desiderio ducis mœrebant: memorēsq; quanta pericula pertulisset, quàmq; alacriter salutem ipsorum procurauisset: & de futuro solliciti, quòd non essent talem principem habituri, ac ne Deum quidem æque propitium Moyse non amplius deprecatore: tum pœnitentes eorum quæ in deserto per furorem contra illum commiserant, grauissime dolebant: ita vt totus populus lacrymans nullam cōsolationem admitteret, Moyses verò solabatur eos, & iubēs à lacrymis desistere, ad leges accipien- 20 das hortabatur. atque ita tum concio est dissoluta. Nunc priusquam ad reliqua transitum faciam, operæ precium duxi, leges talis latoris maiestate ac virtute dignas hic inferere, quo lector cognoscat, qualia sint nostra iam inde à priscis seculis instituta. Extant autem omnia quæ ille vir scripsit, vt nihil ornatus causa liceat affingere: seriem tantum nouauimus, & leges quas ille sparsim vt quamque à Deo retulerat, scripsit, nos generatim in suos ordines digessimus: qua de re lector admonendus erat, ne si quis fortè ex contribulibus in hæc nostra inciderit, calumniam temere struat, quali parum sincere scripta Mosaica tractantibus. Enumerabo autem eas potissimum leges quæ ad publicam institutionem, ritūsq; gentiles pertinent: quæ verò ad priuatam consuetudinem aut contractus vel cum exteris vel cum nostrati- 30 bus spectant, in eum commentarium distulimus, quem de moribus & sacrorū causis Deo fauente scribere est animus. Postquam acquisita Chananæa terra, vrbibusque cōditis, victoriæ fructus securi carpere cœperitis, hæc mandata obseruādo rem Deo gratam facietis, & partam felicitatem constabiletis. Vrbs sacra sit vna in regione Chananæa, in loco illustri & fertili, quam Deus per oraculum elegerit: & templum in ea sit vnum, & altare vnum ex lapidibus non politis, sed collectitiis constructum, qui inducti tectorio, decoram & mundā, speciem præ se ferant: ascensūsque sit ad illud non per gradus, sed terra leniter per accliuē aggesta: in alia verò vrbe nec altare sit vllum, neq; templum. Deus enim vnus est, & Hebræorum genus vnum. Qui con- 40 uitium Deo fecerit, lapidatus per diem pendeat, deinde ignominiose & obscure sepeliatur. In sacram urbem & templum ter in anno conuentus fiat Hebræorū ex vniuersa eorum ditione, vt Deo pro acceptis beneficiis grātiās agant, & in futurum precibus eum demereantur, & per conuersationes ac conuiuia mutuam beneuolentiam alant. Expedit enim vt inter se noscantur, quibus idem est genus, quique eisdē studiis delectantur. Id verò ex huiusmodi congressibus facile contingit, dū in aspectus & colloquia pertinaciter in animis hærent: sicut contrā qui nunquam conueniunt, eos alienissimos à se inuicem esse oportet. Sint præterea decimæ fructuum seorsum ab illis quæ sacerdotibus ac Leuitis debentur, quibus in patria venditis, pecunia inde redacta in sacra vrbe infumatur in sacrificia & conuiuia. Æquum enim est ex prouentu terræ à Deo datæ in ipsius honorem hilariter agere. Ex mercede 50 meretricis non est sacrificandum. neq; enim quicquam Deum delectat cum iniuria coniunctum: neque maior est turpitudine, quàm quæ corporibus infertur. Similiter si quis mercedē pro admissura canis, venatici aut pastoralis acceperit, nec inde quidē Deo sacrificare est licitum. Diis alienis nemo male loquatur. Fana externa nō sunt spolian da,

Leuit. 4

Deut. 16

Deut. 18

Exod. 21

spolianda, neque sacra donaria tollenda. Nemo veste è lino & lana contexta utatur. est enim solorum sacerdotum. Septimo quoque anno, quando per Scenope-
Deut giæ festa apud Sanctam urbem sacrorum causa conuenitur, pontifex à sublimi suggesto, vnde à tota multitudine exaudiri possit, legem pro concione legat: & neque mulieres neque pueri ab auscultando arceantur, imò ne mancipiâ quidem. Nam bonum est ut inscriptam in animis nunquam delendam memoria retineant. sic enim minus peccabunt, non ignari quid sit in lege decretum. Leges etiam vim maiorem obtinebunt in delinquentium conscientis, dum sua placita minis interpositis in auditorum animas infigunt: ita ut nunquam non legis voluntas intus obuerfetur, &
10 quantas pœnas contemptus eius incurrat. Pueri etiam ante omnia leges ediscant, *Deut. 6* qua disciplina nec honestior est alia, nec ad felicitatem conducibilior. Bis quotidie, incunte die, & cum itur cubitum, commemoranda summi Dei beneficia, quæ liberatis ex Ægypto præstitit. æquum enim est gratias agere quæ pro acceptis rependuntur, & in futurum tempus fauorem conciliant. Inscribenda sunt etiam foribus præcipua, & in brachiis ostentanda, & quæ potentiam eius ac beneficentiam indicant, circumferenda sunt inscripta in capite & brachio, ut vndiquaque conspicua sit Dei erga populum suum benignitas. Oppidatim præsent septem viri probatæ virtutis, & iustitiæ cultores. Singulis magistratibus attribuantur duo ministri de tribu Leuitica. Quibus iudicandi fors obtrigit in suis ciuitatibus summo in honore habeantur, ut præsentibus illis nec conuiciari liceat, nec asperius agere. Sic enim fu-
20 turum est, ut assueti homines reuereri, ad pietatem quoque assuefiant, & tanto lon-
gius à contemptu numinis absint. Iudicibus quicquid visum fuerit, illorum sententia valere debet, nisi constet pecuniis esse corruptos, aut manifestè coargui possint non rectè decreuisse. Oportet enim sine lucri & dignitatis respectu iudicare, & iustitiam omnibus aliis rebus antepondere. Hæc enim iniuria in Dei contumeliam recidit, quasi verò is infirmior sit habendus, quàm illi quorum potentia metu præter ius fertur calculus. nam Dei potentia est iustitia. Ergo qui in magnatum gratiam præuaricatur, potentiores illos quàm Deum facit. Quod si iudices nesciant de negotio ad se delato pronunciare, sicut interdum accidit, in sanctam urbem integram
30 causam relegent; tum verò pontifex & propheta vnâ cum senatu quod visum fuerit decernant. Vni testi fides non habeatur, sed tribus, aut ut minimum duobus, quo-
Deut. 19 rum testimonium vita ante acta faciat verisimile. Mulieribus autem testimoniū depingere non liceat, propter leuitatem ac temeritatem eius generis. Neque seruum hominem testem esse liceat, propter animos degeneres. probabile enim est aut lucri causa aut præ metu non verum testimonium deposituros. Quod si cui falso testi creditū fuerit, isq; postea falsi coarguatur, ei pœnæ sit obnoxius, quam reus daturus erat, si grauant hoc testimonio condemnatus fuisset. Homicidio in aliquo
Deut. 21 agro commissio, si autor nusquam compareat, neque suspicio sit à quopiâ per odium occisum hominem, inquisitio fiat summa cura propositis indici præmiis. quod si nullus existat index, magistratus oppidorum vicinorū agro in quo cædes est facta, & senatus conuenientes, metiantur à loco in quo iacet cadauer: & quod fuerit proximū oppidum, eius oppidani emptam iuuentam & adductam in tesqua nec sementi nec plantationi idonea neruis ceruicis abscissis cædant, & ablutis manibus supra caput iuuentæ sacerdotes & Leuitæ ac senatus illius oppidi, puras se manus ab ea cæde habere proclament, eamq; nec fecisse se, nec, dum neret interfuisse. inuocentq; Deum ut propitius factus nūquā posthac in ea regione tale malū accidere permittat. Optimum quidē est optimatum regimen, & in sic administrata republica viuere, nec est cur aliā eius speciem concupiscatis: sed præstat ut hac contenti in legū & vestra ipsorum potestate sitis. Satis enim est, Deum habere præsidem. Attamen si regis vos
Deut. 17
50 cupido cœperit, nemo sit nisi vestri generis & sanguinis, & cui iustitia sit cordi cum cæteris virtutibus. Is quisquis fuerit, plus legibus & Deo quàm suæ sapiētia tribuat, nihilq; præter pontificis ac senatus sententiā faciat: nec multas alat vxores, aut pecuniis equisve plurimis gaudeat: quarū rerum copia facile cōtemptor legū posset euadere. & si talibus studiis plus æquo fuerit deditus, obstandū est ne potētior fiat quàm
g 5 rebus

- Deut. 19* rebus vestris expedit. Terminos terræ mouere non est fas, nec propriæ, nec aliene, dummodo pacatæ: sed religiose cauendum, vt tanquam Dei calculus in æternum fixus maneat: quod hæc præcipua causa sit bellorum & seditionum, si auaritia certis terminis non circumscribatur. Facile enim legum præscripta transilit, qui terminis
- Leuit. 25* cupiditatem suam cohiberi non patitur. Qui terram plantauerit, si plantæ ante quartum annum fructum protulerint, nec Deo primitias inde offerre oportet, nec in propriū vsum conuertere. Intempestius enim est talis fructus. quicquid autem præmaturè à natura extorquetur, eius vsum nec Deo conuenit, nec Domino. quarto verò anno colligat quicquid iam tempestiuum, & in sanctam urbē deferat, & cum reliqui prouentus decimis in conuiuiis cum amicis consumat, & cum pupillis ac vi-¹⁰ duis. quinto demum anno arbitrato suo fructus colligat. Agrum vitibus consitum ne semines. sufficit enim quod hanc plantam nutriat, nec opus est vt & aratro vexetur. Bubus aranda est terra, nec aliud animal cum eis subiugandum, sed eiusdē semper generis sub idē iugum agenda. Semina quoque debent esse pura & impermixta, nec duū simul aut trium generū sunt seminanda. obhorret enim natura cōmunionem dissimilium. Neque diuersi generis iumentorum coitus sunt admittendi. verendum enim ne hoc exemplo & ad homines contemptus generis sui perueniat, vt solent à minimis principiis res in peius proficere. Cauendum est autem magnopere, ne quid eiusmodi permittatur, ex cuius imitatione mores publici deprauari possint. quapropter ne leuia quidē leges dissimulant, dum officio suo nusquā deesse cu-²⁰ plunt. Metentes & demessa colligentes ne spicilegium faciāt, quin & de manipulis non nihil egenis relinquant, vt hæc tanquam à fortuna obiecta in vsum suū cōuertant & alimoniam. De vindemia quoque racemuli relinquantur pauperibus: similiter de oliuetorū fructu non nihil, vt sit egenis quod colligant, quādoquidē de suo non possunt. non enim tantū ex negligentiori collectione decedit, quantū accedit è pauperum gratia. Deus etiā ad enutriēdos fructus terram alacriorē faciet, si non quisq; suis
- Deut. 25* tantum cōmodis prouideat, sed inopum quoq; rationē habeat. Nec bubus in area triturantibus os obligandum est: non enim æquum est vetare laboris socios quo minus & fructuum sint participes. Nec à pomis maturis viatores sunt arcendi, sed sinendi vt tanquā propriis se fatient: & siue indigenæ sint, siue exteri, libenter illis ad-³⁰ esum exhibenda sunt. auferre verò secum non liceat. Neque vindemiantes vetent obuios degustare ex his quæ ad torcular deferunt: iniquum enim fuerit de bonis à Deo concessis inuidere tantillum cōcupiscentibus, præsertim quum id anni tempus sit fertilissimū, & iuxta Dei ordinationē non diu duraturum. & si quis præ pudore cunctetur attingere, vt sumant hortentur, Israelitas quidem vt socios, & quibus propter cognationē liceat hoc facere: aduenas verò hospitalibus his munusculis dignentur, quæ ipsis Deus pro tempore præbuit. Non enim debet existimari detrimentum, quod liberali animo sumendū hominibus permittitur: quia non in hoc Deus abundantia bonarū rerum largitur, vt his soli fruamur, sed vt de nostro alios etiam honoremus: volens hoc modo singularem erga Israelitas fauorē ac liberalitatē suam gen-⁴⁰ tibus innotescere, dum id quod ipsis superest, benignè cum illis cōmunicant. Qui verò contrā fecerit, plagas vna minus quadraginta publica scutica accipiēs illiberalē hanc pœnā sustineat, eo quod cum esset ingenuus, lucro seruiens ipse suam dignitatē læserit. Rectum enim est vt cum ipsi multa in Ægypto & deserto sitis perpessi, aliorum miseras non negligatis: & Dei benignitate amplas facultates consecuti, ex his non nihil per compulsionem egenis decidatis. Ultra duas decimas quas quotannis pendere iam iussi, alteram Leuitis, alteram in sacras epulas, tertia tertio quoq; anno
- Deut. 26* est conferenda, quæ in egenas viduas & pupillos distribuatur. E fructibus primos prouentus in templum deferant, & pro accepta terra quæ eos tulit Deo gratis actis, & sacrificiis iuxta legē ritè peractis, primitias sacerdotibus offerant. Hæc omnia vbi⁵⁰ quis perfecerit, & vtrasque decimas tum quæ Leuitis debentur, tum quæ epulis attulerit, iter ingressurus cōsistat è regione rēpli, ante omnia Deo gratias agat, quod ab Ægyptiorū graui seruitute liberatis terrā vberem & amplam fruendā dederit: testatūq; decimas se iuxta Moysis legē soluisse, precetur Deum, vt tum sibi priuatim, tum
- Hebræis

Hebræis publice propitius & quæ bona hæcenus dedit, conferuet, & pro sua potentia ac benignitate augere etiã dignetur. Vbi ætas maturuerit, vxores ducant virgines ingenuas ex honestis parentibus prognatas. qui autẽ non ducit virginem, ne sibi cõiungat alteri maritatã, nève priorẽ eius virum contristet. Ancillas ne ducant ingenui, ne adamas quidẽ, decet enim cupiditatibus imperare, & ad retinẽdã dignitatem id magnopere conducit. Neq; meretrici sit ius nuptiarum, cuius propter iniuriam suo corpori factam, nuptiale sacrum Deus non admittit. atq; hæc ita obseruari valde interest, ad hoc vt proles nascatur ingenua, & ad studium virtutis erecta, si non è turpi aut illiberali matrimonio sint prognati. Si quis aliquã pro virgine de- *Deut. 24*
10 sponsam postea talem non inuenerit, in ius vocatã accuset, afferatq; argumenta quæ habet: puellæ verò causam agat pater, aut frater, aut qui post hos genere videtur proximus. Et si quidẽ puella fuerit absoluta, degat in accusatoris coniugio, isque nullum posthac dimittẽdi eam ius habeat, nisi talẽ ipsi causam præbuerit, quæ cõtradictionẽ non recipiat. cæterũ temeritatis & petulantix qua in fontẽ detulit, pœnas luat quadraginta vna minus plagis acceptis, & quinquaginta siclos puellæ patri multæ nomine numerare cogatur. Quod si vitiata fuisse coarguatur, si quidẽ plebeia fuerit, eo quod parum sollicitè pudicitia vsq; ad nuptiarũ tempus seruauerit, lapidibus obruatur. quod si ex sacerdotibus prognata fuerit, viuens exuratur. Si quis duarum *Deut. 21*
20 vxorũ maritus propter amorẽ, aut formã, aut aliam quãuis causam, alteri plus benevolentix honorisq; detulerit, alteri verò minus: si filius dilectæ iunior quàm ille ex altera natus, propterea quod sua mater in maiore gratia patris fuisset, postulet ius primogenituræ, vt duplicẽ facultatum paternarum partẽ iuxta meas leges auferat, non permittatur. iniquum enim est eum qui sit natu grãdior propter matrẽ negligentius à patre habitã suo priuilegio fraudari. Qui virgini alteri desponsatæ stuprum ob- *Deut. 22*
tulerit, si quidẽ persuasæ vt se præberet, simul cum ea capitalis esto. fontes enim sunt ambo: hic quia puellæ persuasit vt liberali coniugio rem turpissimã anteponeret: hæc verò quia lucro aut voluptati succubuit. quod si solitariã alicubi nactus, vi oppresserit, solus det supplicium. Qui virginẽ nondum desponsatã constuprauerit, ipse ducat. quod si pater puellæ nolit hanc ei nuptum tradere, quinquaginta siclos iniuriæ *Deut. 25*
30 preciũ numeret. Qui à coniuge quacunq; de causa, vt sæpe hominibus vsu venit, disiungi postulat, scripto ei securitatẽ faciat, quod eã nolit amplius repetere. sic enim habebit potestatem alterius coniugis quærendi: alioqui diuortium non permittitur. Quod si & alterum offenderit, aut post eius mortẽ prior reducere eam voluerit, non licet vt ad eum redeat. Si cuius maritus nondũ susceptis liberis defunctus fuerit, *Deut. 25*
frater mariti eam ducito: & filium ex ea natũ defuncti nomine vocatũ, sortis hæredẽ nutrito. nã hoc è republica erit, dum nec familiæ deficiunt, & possessiones apud cognatos remanent, mulieri quoque leuior fit calamitas, cum prioris mariti cõiunctissimo victuræ. quod si frater nolit eam ducere, mulier senatũ accedens testetur, quod volentem eam in familia manere, & ex ipso liberos gignere, cum iniuria defuncti re-
40 pulerit. Rogante verò senatu causam, siue magnã siue paruam afferat, huc tandẽ res euadet: vxor fratris soluto viri illius calceo, & cõspuata eius facie, merito hæc illũ pati dicet, qui fratris defuncti memoriæ iniuriã fecerit. atq; ita ille quidẽ è curia discedet, in omnẽ vitã notatus ignominia: mulier verò cui vult nubito. Si quis vel virginẽ vel *Deut. 25*
maritatã captiuã abduxerit, eiq; legitime coniungi voluerit, non antè ius esto cubile eius tangere, quàm raso capite sumptq; lugubri habitu cognatos & amicos in bello amissos deplorauerit, vt ita mœrore satiata tum demum ad nuptiale cõuiuiũ veniat. Bonũ enim & iustũ est, vt qui mulierẽ ex qua liberos gignat accipit, morẽ gerat eius affectibus, & non suæ tantũ voluptati indulgens, illius desideria negligat. Elapsis autẽ luctus triginta diebus, tot enim sapienti ad deplorãdos caros sufficiunt, tunc nuptiis
50 dare operã liceat. Quod si satiata cõcupiscentia pro coniuge eam habere dedignatus fuerit, nec pro serua quidẽ eam tractare ius habeat: sed quocũq; mulier abire maluerit, liberã hoc faciendi potestatem habeat. Quicunq; è iunioribus parentes suos *Deut. 21*
contempserint, & debitũ honorem præ pudore aut contumacia reddere eis neglexerint, & insuper cõtumaces ac propterui in eos fuerint, hos primũ verbis parentes moncant

moneant, nam hos natura fecit idoneos iudices. dicantq; nō voluptatis causā in matrimonio se cōuenisse, neq; vt collatis in cōmune facultatibus opulentiores fierēt; sed vt liberos acquirerent, qui se in senectute nutriant, & necessaria sibi suppeditēt. Acceptos autē à Deo cum gratiarū actione ac gaudio, summa cura educauisse, nulli rei parentes quæ ad eorū salutem & institutionē pertinere visā sit. nūc quoq; quando iuuetutis erratis ignoscendū est, satis sit quòd officij haftenus oblitus es. proinde resipisce & cogita, quòd etiā Deus lætis parentibus offenditur, qui & ipse humani parens est generis, & ad se pertinere iniuriā existimat, quæ infertur hominibus cū quibus illi cōmunis est appellatio. quin & lex talibus pœnam inclementer infligit, cuius absit vt tu facias periculum. His verbis si arrogantia iuuenū emendata fuerit, per inscitiam cōmissis debetur venia. hoc enim & ad legislatoris clementiæ laudem, & ad parentū felicitatem pertinet, si nec filiū nec filiam legibus dare pœnas videāt. quòd si hi sermones & prœcepta nihil profecerint, sed contumacibus in parētes ausis pergat leges sibi infestas reddere, ab ipsis extra urbē sequēte turba productus obruatur lapidibus, & per totum diem omnibus ad spectandū propositus, nocte demum sepeliatur. Similiter & qui quomodocunq; legibus dānati dant supplicium. Quin & hostes sepeliantur, nec mortuus quisquā expers terræ iaceat, vltra quā iustum est, pœnas exsoluens. Mutuum dare ad vsurā Hebræorum nemini liceat, neq; cibum neque potum. nō enim iustum est reditus captare ex fortunis tribulium, sed præstat opē ferre illorum necessitatibus, & ad lucrū imputare eorum gratiarum actionē, & Dei retributionē, quæ huiusmodi beneficentiā solet consequi. Qui verò acceperint mutuū siue pecuniā, siue fructum aliquē aridum aut liquidum, vbi Deo fauente ex sententia fruges ipsorum prouenerint, alacres restituant eis qui mutuauerunt, quasi sua reponētes, & vsuri denuō si opus fuerit. Quòd si nō pudeat eos nō reddere, nō sunt è domibus auferēda pignora, nisi iussu iudicū. & pignus foris est expectandū. is vero qui afferre debet, nihil cōtradicat ei qui cum legū auxilio ad se venit: & si quidem nō inops fuerit, qui oppignerauerit, retineatur pignus, donec reddatur mutuū. sin autē pauper, restituat id creditor priusquam sol occidat, maximè si vestimentum pignus fuerit: vt habeat iturus cubitum. quandoquidē Deus à natura erga pauperes est misericors. Molam & instrumentū quod ad hanc pertinet nō esto ius pignus capere: ne carentibus his si desit cibū parandi facultas, ob inopiā grauius aliquid accidat. Plagium qui cōmiserit, mulctator capite: qui verò aurū aut argentū subtraxerit, duplum restitutio. Qui in furtō deprehensum, aut parietē perfodientem occiderit, impune esto. Pecudem qui furatus fuerit, quadruplo mulctator, excepto boue. pro hoc enim quincuplū numerandū est. Qui vero mulctā soluere non valet, in seruitutem vindicetur. Qui tribuli in seruitutē est venditus, sexennio seruiat, septimo anno manumittatur. Quòd si in herili domo prolē è conserua suscepit, & propter suos affectus seruire maluerit, anno iubileo, is est quinquagesimus, liber esto, vnā cū filiis & vxore. Si quis aurū aut argentū in via inuenerit, quærat eum qui perdidit, per præconē indicato loco in quo inuenit: reddatq; sciens non esse bonū ex aliēno dāno lucrū facere. Sic & de pecudibus, in quas errātes in deserto inciderit, si ignoretur Dominus, statim apud se referuet, Deū testatus quòd aliena vsurpare nō cupiat. Lumentū per tempestatē in luto hærens præterire non licet, sed subleuandū est non se-cus quā propriū. Viam ignorantū cōmonstrare oportet, nō per ludibriū risum capiendo alienas vtilitates impedire. Absenti & surdo nemo male loquitur. Percussus in rixa absq; ferro, confestim vindicetur: idē patiente eo qui percussit, quòd fecit. quòd si domū relatus cōplures dies ægrotauerit, deinde moriatur, qui percussit à cæde insons esto. sin autē reualuerit, & multa in egritudine insumpserit, percussio quicquid interim dū decubuit impēsū est dissoluat, præterq; mercedē medici. Qui mulierē vterū gerentē calce percusserit, si quidē mulier abortiat, pecunia mulctetur à iudicibus, quòd corrupto fœtu populū vno ciue diminuerit: & aliā præterea pecuniā det marito mulieris: quòd si illa moriatur, & ipse det pœnas capite: quādo quidē vitā pro vita reponi iustū est. Venenū neq; letale, neq; alias noxiū quisquā Israëlitarū pœnes se habeat: quòd si habere deprehēsus sit, morte mulctetur, & patiatur id quòd facturus

cturus erat illis aduersus quos venenum parauerat. Qui excæcauerit quenquam, similia patiatur, priuatus quo priuauit aliū, nisi is malit pecuniam accipere. nam ipsi lex permittit arbitriū æstimandi suum casum, si nolit haberi seuerior. Bouem coru-
 ptam Dominus iugulet. quòd si in area quenquam percussum interfecerit, ipse quidem
 obruatur saxis, indignus qui vel in cibū veniat. quòd si & dominus coarguatur nouisse
 ingenium eius, nec tamen cauisse, & ipse morte mulctetur, vt qui à boue necato mor-
 tis causa fuerit. Quod si seruū aut ancillam bos interfecerit, ipse quidem lapidetur,
 dominus autē eius triginta siclos necati hero persoluat. Quòd si bos à boue alio ita
 percussus mortuus fuerit, vendatur tam mortuus quàm qui percussit, & preciū vtrius-
 10 que inter se domini partiantur. Qui puteū aut lacum fodiunt, diligenter curent, vt
 iniectis tabulis operiatur, non vt aquatio non sit libera, sed vt absit periculum ne quid
 incidat. quòd si in talem fossam nō clausam pecus alicuius illapsū moriatur, pretium
 eius domino restitui debet. testata quoq; circumsepienda sunt obicibus, qui non facili-
 prolabi sinant ac decidere. Depositum tanquā rem sacrā qui accepit, diligenter cu- *Deut. 24.*
 stodiat, & nemo eius cōmissorem fraudare sustineat, neq; vir, neq; mulier, etiam si ne-
 mine coarguente ingentē auri vim lucrifactor sit. in vniuersum enim danda est ope-
 ra vt sua cuiq; conscientia sana sit, & huic testi approbari satis est quicquid laudē mere-
 tur apud homines. Præcipuus autē Dei respectus habendus est, quē nemo malus vn-
 quam potest fallere, quòd si absq; dolo malo cui commissum est id perdiderit, accedēs
 20 ad septē illos iudices, iureiurando Deū testem faciat, quòd nihil sua voluntate aut ma-
 litia sit perditū, nec vsum se parte depositi, atq; ita absolutus abeat. quòd si vel minima
 commissorum parte vsum post perdiderit, ad redibendū quod accepit, in solidum con-
 demnetur. Idem ius esto de mercedibus quę parantur labore corporis. Cauendum *Ibidem.*
 ne quis virum pauperē mercede sua defraudet, memor quòd is vice agri & facultatum
 hoc à Deo sortitus sit. proinde non procrastinanda solutio, sed eadē die reddendum,
 cū constet Deum nolle vt operarius laboris sui fructu careat. Liberi ob parentum *Ibidem.*
 iniquitatem puniēdi non sunt, nimirū propter suam virtutem digniores miseratione,
 quòd è talibus nati sint, quàm odio propter illorū vicia. Neq; patribus peccata filiorū
 sunt imputanda, qui contēpta parentū disciplina multa sibi permittunt facere. Spa-
 30 dones abominare & auerfare, qui virilitate & genitura se ipsi priuauerunt, quam nobis
 Deus ad incrementum & multiplicationem addidit. Procul arcendum est hoc genus,
 quod non modò posteritatē quātum in se est, sed multo ante propriā innocentiam ac
 puritatem perdidit. Satis enim constat, quòd effœminato primum animo etiam cor-
 pora habent muliebria. similiter abhorrere oportet quicquid inter portenta ducitur.
 Castrare nec hominem licet, nec vllum aliud animal.
 Hæ pacis leges & instituta sunt, & Deus propitius inconcussam eam & imperturba-
 tam conseruabit. absit autē vt vllum tempus veniat quod hæc innouet & in cōtrariam
 formam transferat. Quoniam autem necesse est homines vel spōte vel inuitos in tur-
 belas ac pericula incidere, age etiam de his pauca præcipiamus, vt scientes quid opus
 40 factū sit, cum vsum erit in promptu habeatis salutaria consilia, nec sitis hac parte impa-
 rati in ipso tēporis articulo. Faxitq; Deus vt terrā quam vobis pro labore vestro ac vir-
 tute dedit, in pace & trāquillitate colētes possideatis, nec hostibus incursantibus, nec
 domestica seditione turbante, quæ abrogatis patrū legibus & institutis, in contrariam
 disciplinam vos inducat: vtq; in perpetua legum à Deo comprobaturū obseruationē
 permaneatis. Bella verò vel vobis vel vestris posteris gerēda, extra fines Deus auertat,
 Cæterum cum bellum instabit, caduceatores primū ad destinatos hostes sunt mit- *Deut. 20.*
 tendi. decet enim ante arma verbis ad eos vti, docendo quòd quamuis & copię vobis
 adsint numerosę, & equi, & arma, & super omnia Deus auxiliator propicius, mauultis
 tamen nō cogi ad bellū, neq; ex rebus illorū direptis ingrata lucra quærere. Et si quidē
 50 quod æquum est persuaderi sibi patiantur, præstat pacem inuiolatam seruare: quòd si
 plus suis viribus tribuentēs ius in armis reponant, exercitum contra eos educite, im-
 perium Deo committentēs, creato vno aliquo forti viro qui vicarius illi sit, & quasi
 proimpetator, multorum enim imperium non modo moram affert rebus strenuē ge-
 rendis, sed non rarò plus nocet quàm prodest. Delectus autem habendus est virorum
 h tantum

tantum robore tam animi quàm corporis præstantium: ignavi verò minimè admiscendi, ne dum res armis geritur, in fugam auersi hostium conditionem potiorem faciant. Immunes autè sint à militia, qui ædificata noua domo nondū integrum annum illa sunt vsi: tum qui plantata vinea nondū ex ea fructus perceperunt: & præter hos qui desponsata vxore nondū eam domū duxerunt: ne harum rerum desiderio sibi parcen-
tes, & seruantes se relictis voluptatibus, in gratiam vxorū parum fortiter rem gerant.

Castris, autem positis caute ne quid asperè ac crudeliter faciatis: & oppugnaturi urbem si desit materies ad machinarū fabricam, ne deglabretis terram frugiferas arbo-
res excidendo: sed parcite, non ignorātes in vsum hominū ista creata, & si vox eis da-
retur expostulatura vobiscū, quod cū ipsa belli causa non fuerint, iniuste affligantur, ¹⁰
mutatura domicilium si liceat, & aliò migratura, . . . Victores in prælio facti eos qui in
aduersa acie staterunt cædite, ceteros tributarios futuros seruate, excepta Chananzo-

Dent. 22. rum gente, Hi enim cū totis familiis sunt delendi. . . Cauete autem, maxime in bello,
^{+ 2. 10. 17} vt neq; mulier habitu virili vtatur, neque vir stola muliebri. Hæc sunt instituta quæ

Dent. 30. Moyses reliquit, Leges verò antè quadragesimo anno cōscriptas tradidit, de quibus in
aliis cōmentariis dicemus. . . Sequentibus deinceps diebus, nam cōtinenter concio-

31. 32. 33. nes aduocabat, faustis eos precationibus Deo cōmendauit, sicut cōtrà diris impreca-
34. tionibus eos deuouit, qui neglectis legibus aduersus earū præscriptum agerēt. deinde
carmen hexametrum eis recitauit, quod scriptum reliquit in sacro volumine, continens

prædictionē futurorum, iuxta quam omnia facta sunt, atq; fiunt, euentis nusquam non ²⁰
congruentibus, Hæc volumina & arcā sacerdotibus tradidit, in qua decem illa præce-
pta in duabus tabulis scripta reposuerat, & præter ea tabernaculum populo etiā man-
dauit, vt occupata terra & fixis sedibus, nō obliuisceretur iniuriæ ab Amalecitis acce-
pta: sed expeditione in eos suscepta pœnas reposceret pro dānis in deserto sibi illatis.

Dent. 27. Capta autem Chanaan, & plebe eius vt par est deleta, aram erigere iussit ad solem
28. Orientem obuersam, nō procul à Sicimis vrbe inter duos montes, dextrū Garizeum,

sinistrum Gibalem: diuisa q; copias in senas tribus super duobus montibus consistere,
& vnā cum illis Leuitas ac sacerdotes, & primū illos in Garizeo precari omnia fausta
leges Dei & religionē seruantibus, & Moysis constitutiones non violantibus, alteros
verò acclamationibus hoc approbare: & rursus his precātibus illos acclamare. dein ³⁰
de pari modo transgressoribus execrationes inferre, succinētes sibi inuicem, ab alteris
dicta comprobātes, & tam faustas ominationes quam deuotiones in literas retulit, vt
in perpetuum cuius eas discere liceat: quæ tandē huic aræ inscriptæ sunt ex vtroq; la-
tere, quæ populus iussus est stare, & holocausta offerre, & post eam diem hūquam
alias victimas imponere: neq; enim fas esse. Hæc sunt quæ Moyses præcepit, & quæ

Dent. 29. Hebræorum gens indefinenter obseruat. Postridie populo cum vxoribus & liberis in
concionem collecto, ne mancipiis quidem exclusis, iureiurando eos ad legum custo-
diam adstrinxit: vtq; Dei voluntatē diligenter expēdentes, neq; cognationis gratiam,
neq; periculorum metum, neq; yllam aliam causam tanti facerent, vt eam potiorē le-
gibus ducentes, ab earum præscriptis discederent: sed siue consanguineorū vnus ali- ⁴⁰

quis, siue vrbs quæpiā, circa eas turbare aliquid, aut statum earum labefactare conetur,
priuatim & publice illis periclitantibus auxiliū ferrent, quam si vicissent, à fundamen-
tis vt deserticem reuellerent, & ne solum quidem ipsius si fieri possit superesse pate-
rentur, sin verò id efficere non valerent, nec pœnas meritas exigere, saltem testaten-
tur se impietati alienæ non consentire, hæc populus in foro iureiurando firmavit. Post

⁴⁵ hæc docebat eos quomodo sacrificia Deo gratiora fierent: & quomodo expeditiones
suscipiendæ, captato signo ex lapillis de quibus iam diximus. Sed & Iesus superstitie
etiā tum & præsentē Moyse vaticinatus est, quicquid pro salute populi gesturus erat,
vel foris bello administando, vel domi ferēdis legibus: & ad viuendi rationem rocens
institutam eos præparans, diuino monitu se prælagere aiebat, quod si patriam religio- ⁵⁰
nem violarent, clades non effugerent, nā & regionem ipsorum armis exterorum op-
plēdam, & vrbes diruēdas, & replum incendēdum, & ipsos sub hasta victoris venun-
dandos, seruiturōsque gentibus quæ afflictorum nulla miseratione tangerētus ac tum-
demum seram atq; inutilem erratorum pœnitentiam acturos. Deum tamen ipsorum

condit

conditorem, & vrbes suis ciuibus & templum populo redditurum. Hæc autem fore, vt non semel tantū amittant, sed sæpius; Deinde Moyſes exhortatus Ieſum vt in Chananæos exercitum duceret, affuturūque cœptis eius Deū pollicitus, & populo omnia fauſta omīnatus: Quoniā, inquit, ad patres nostros abeo, & Deus hanc mihi diem *Deut. 31* abitus præſigniuīt, gratias illi viuēſ adhuc & vobis præſentibus agō pro cura ac prouidentia quam de rebus veſtris hætenus habuit, non ſolum depellendis aduerſis, ſed commodis etiam largiter exhibendis: & quia laborem meū ac ſolicitudinem dum veſtrum ſtatū in meliorem fortunā reducere conor, propicius ſemper adiuit: imō verō ipſe & exorſus eſt rem & abſoluit, me miniſtro uſus & vicario in obeundis quæ ad veſtram felicitatem pertinere viſa ſunt. Quapropter æquū eſt, vt priuſquam decedam, eius potentia, qui & in poſterum vobis non deerit, dignas laudes repēdam, mēque hoc debito exoluam, veſtræq; memoriæ commendem, quōd hūc ſolum colere & venerari conuenit: & leges eius habere in precio, vt quæ omnibus reliquis donis iam acceptis, aut in poſterum à propicio conferendis, longè ſint antepōnendæ. Grauis enim aduerſarius eſt vel homo legiſlator, ſi conſtitutionibus ſuis autoritatem adimi ſentiat. Dei verō indignationem abſit vt experiamini, quæ legibus ipſius contemptis excitari poſſet. Hæc poſtrema verba Moyſe loquente, & ſingulis tribubus ſua fata aperiente, vniuerſa multitudo in lachrymas erupuit, vt & mulieres plangentes dolorem ob futuram ipſius mortem conceptum declararent, quin & pueri præ mœroris impotentia plorantes præ ſe ferebant, quōd tanta eſſet viri virtus ac magnificentia, vt ne illam quidem ætatem latere poſſet. Itaque certamen quoddam erat inter minores & grandiores, vtros maior haberet mœſtitia. alteri enim intelligētes quali orbarētur antiſtite, futuram ſuam conditionem lamentabantur. alteri hoc ipſum lugebant, quōd priuſquam eius virtutem ſatis deguſtaſſent, iam carendum eo, ſeque deſtituendos videbant. Quantus autem fuerit populi ploratus & querimoniæ, coniecturam capere licet ex eo quōd tum prophetæ accidit. Quamuis enim perſuaſiſſimū ſemper habuit, non eſſe inſtante morte dolendum, vt quæ præter Dei voluntatem ac naturæ leges non veniat, viſo tamen affectu populi, à lachrymis temperare non valuit: dum verō eò proficiſcitur, vbi diſpariturus erat, omnes cum fletu ſequebātur. Tum Moyſes his qui longius aberant manu mota ſignificauit vt conſiſterent: propiores autem rogabat, ne exceſſum ſuum lachrymabilem facere pergerent, cum fletu proſequendo. Illi verō & hanc extremam gratiam ei referendam exiſtimantes, vt quēadmodum cupiebat ſcorſum ſecederet, continuerunt ſe inter ſe lachrymantes. Solus autem ſenatus eum deduxit, & pontifex Eleazarus, & imperator Ieſus. Vt verō in monte Abari vocato conſtitit, qui celſus eſt regione Hierichuntis attollitur, & conſcendentibus latè Chananæ terræ proſpectum exhibet, ſenatum dimiſit. Cūque poſt mutuos complexus Eleazaro ac Ieſu vltimum vale diceret, inter loquendum repentina nube circumdatus in vallem quandam eſt ablatus. In ſacris autem voluminibus ſcripſit ſe mortuum, veritus ne propter excellentem eius virtutem à Deo raptum prædicarent. Vitæ eius tempus *Deut. 33-34* vniuerſum centum viginti annorum fuit, cuius tertiam partem in imperio exegit, vno menſe minus. Mortuūſque eſt vltimo anni menſe, die prima menſis qui à Macedonibus Dyſtrus dicitur, à noſtris verō Adar: vir omnium quotquot vnquam fuere prudentiſſimus, & qui conſilia bona optime noſſet exequi: adhæc eloquentia & in tractando populo gratia & dexteritate incomparabilis: affectus quoque ita ſemper in poteſtate habuit, vt omnino illis carere videretur, & nomina tantum eorum ex his quæ in aliis hominibus conſpiceret, cognita habere. Imperator idem cum primis bonus, vates verō qualis nemo alius, vt omnia eius verba vim oraculorum obtinerent. Quapropter triginta diebus eum luxit populus, cui nunquam quicquam triſtius accidit, quàm tunc prophetæ mors. nec in præſens tantummodo ſui deſiderium reliquit, ſed maxime apud omnes exiſtimationem quotquot ſcripta eius euoluere contigit, dum eius virtutem ex illis æſtimant. Atque hæc ſunt quæ de Moyſis exitu dicenda habuimus.

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IYDAICARVM LIBER

QVINTVS.

*Quomodo Iesus Hebræorum imperator debellatis ac cæsis Chananæis terram eorum
sorte diuisit tribubus.*

Caput I.

10



O s t. Moysen, quemadmodum dixi, ex hominibus sublatum, officiumque memorie viri exhibitum, sedato luctu, Iesus iubet copias ad expeditionem instrui: mittitque exploratores in Hierichuntem, quo mentem eorum & vires cognosceret: castra deinde mouet maturè Iordanem traiecturus. mox conuocatis Rubelidis & Gadidis tribuum principibus, atque etiam Manassetidis: nam & huic tribui dimidiatæ Amoræam habitare permissum erat, quæ fuit Chananæa pars septima: reuocauit eis in mentem quid Moysi fuissent polliciti: rogauitque 20 vt in eius gratiam qui ne ultimo quidem vitæ tempore prospicere eis defatigatus est, & propter communem utilitatem, alacriter præstarent quæ promiserant. illis verò imperata laud grauatim faciendis armatis quinquaginta milibus, ab Abila ad Iordanem sexaginta stadia castra promouit: quæ postquàm metatus est, commodum speculatores aderant, omnibus apud Chananæos exploratis. ignoti enim à principio, totà illorum urbem per oculos considerauerunt, & mœnia qua parte magis aut minus erant munita, & portarum quænam assaultum minus ferre possint, & capi essent faciliores. nec quisquam obuiorum spectantibus singula fuit molestus, dum curiositatē hospitem consuetam interpretantur, nec hostile adhuc quicquàm suspicantur. vt verò sub vesperam secesserunt in quoddam diuersorium non longè à mœnibus, in quod primū fuerant de- 30 ducti, iamque cœna peracta de reditu consultabant, indicatum est regi cœnanti, venisse speculatum quosdam è castris Hebræorum, & nunc diuertentes apud Rachaben hoc tantum curare quomodo latenter se subducant. Ille verò confestim mittit qui eos comprehendant, quæstioni admouendos vt causam aduentus sui aperiant. quos ubi aduentare Rachabe cognouit, fortè enim lini manipulos siccabat in mœnibus, speculatores his contextit. missis autem à rege dixit, hospites quosdam ignotos paulo ante solis occasum apud se cœnatos discessisse, qui si suspecti essent regi, quasi detrimentum aliquod reipublicæ allaturi, paruo negotio posse ab insequētibus de via retrahi. Tum illi decepti à muliere, quàm seriò loqui putabant, ne perscrutati quidem diuersorium abierunt. & excurrētes per vias quibus verisimile erat eos discedere, & quæ ad flumen 40 ducebant, vestigio nullo inuento, frustra laborare destiterunt. Sedato autem tumultu Rachabe deductos de mœnibus, & admonitos quanto suo periculo salutem eorum consuluisset, vt quæ in dolo deprehensa pœnam capitis cum tota familia regi erat datura, rogatōque vt occupata terra Chananæa memores beneficii gratiam sibi repēderent pro accepta salute, iussit vt bono animo abirent: iureiurando prius delato, quod expugnata vrbe, & aliis iuxta ipsorum decretum internecioni traditis: mulieri salus manebit incolumis, hunc enim euentum sibi Deum iam antè significasse. illi & in præsens ei gratias agunt, & in futurum abunde relatueros iureiurando confirmant, & hoc consilium dant, vt cum præsenferit urbem expugnandam, contractis facultatibus & propinquis intra diuersorium, vestem coccineam pro foribus expandat. imperato- 50 rem enim edicto inhibiturum, ne quis eam domum lædere audeat, quo datæ sibi salutis gratiam recipiat. quod si aliquis ex eius propinquis in pugna caderet, ipsius culpam fore non suam: neque se ad eius incolumitatem præstandam iureiurando teneri velle. His cōditionibus discessum est, cū se fune de mœnibus demississent: reuersique ad suos rem

rem totam vt erat acta narrauerunt. Tum Iesus pontifici Eleazaro cum senatu indicat quid exploratores Rachabæ iurauerint: eorūq; autoritate iusiurandū ratum est habitum. Imperatore autē sollicito de traiectu: amnis enim auctus aquis fluebat, & cum pontem non haberet, ne fabricari quidem hostis passurus videbatur, nec naues vllæ præsto aderant: Deus se illis transitum procuraturum promisit, fluentis eius imminutis. Itaq; Iesus postquam duos dies expectasset, copias omnes ad hunc modum in vltiorem ripā traduxit. Sacerdotes cum arca agmen præcedebant, post eos ibant Leuitæ portantes tabernaculū & vasa sacrificiis destinata. Sequebatur deinde totū agmen in suas tribus distinctū, receptis in medium mulieribus ac pueris, quo tutiores essent ab impetu fluminis. Vt verò sacerdotibus primis ingressis vadabile est visum, quod & aqua decreuisset, & glarea non amplius vi vndarū volueretur, sed stabile solum exciperet vestigia, omnes iam intrepidè vadum transibant, talē redditum cernentes quale Deus promiserat: steteruntque in aluci medio. Sacerdotes, donec transiret multitudo, & in turbe consisteret. quod vbi factum est, & ipsi egressi fluium, liberum et solitum cursum reliquerunt: qui confestim apertis, ad pristinam aquarū molem rediit. Exercitus autem quinquaginta stadia progressus, ad decimū a Hierichunte stadium castrametatus est. Porro Iesus ara exstructa ē lapidibus: quos singuli tribuum principes ex aluco propheta iubente sustulerant, vt monumentum esset prodigiosi refræni fluminis, sacrum in ea Deo fecit: & paschæ sollemnitas eo loci celebrata est, omnibus rebus iam affluentibus, quarum penuria hætenus laboratum fuerat. nam & segetes Chananæorum maturas tum demetebant, & alias prædas abigebant. eodē enim tempore & manna eis defecerat, post annum ex quo ea primum vti acceperant quadragesimum. Cūque hæc omnia securè & impunè Israelitæ facerent, nusquam occurrentibus Chananæis, sed intra mœnia præ metu se continentibus, expugnare vrbes eorum Iesus decreuit. Itaque prima die festiuitatis, sacerdotes arcam gestantes, stipati armatorum custodia, accesserunt ad urbem septem cornubus clangendo, & ad virtutem suos adhortando circumambulabant mœnia senatu committante, nec aliud quicquam faciendo, quàm quod inflarent cornua, retro in castra reuertebantur. Cūque per sex continuos dies idem fecissent, septima Iesus contractis in vnum cōpiis, reliquo populo conuocato, lætum illis affert nuncium, urbē ea die sine labore capiendam, Deo hanc in potestatem ipsorum tradēte, & ruentibus suā sponte mœnibus facilem aditum aperiente. iussitq; omnes occidi quotquot in manus militum deuenirent, & neque lassitudine, neq; miseratione, neq; prædæ cupidine à cædibus auocari, aut effugium vllum hostibus permittere: sed quicquid spiritum vitalem habet extinguere, nihil in prædam aut proprium emolumentum cessurum reseruando. Quicquid autem auri ac argenti repertum fuerit, in vnum comportari voluit, vt primitiæ ob rem feliciter gestam spolia de primum capta vrbe Deo dedicarentur. solam autem Rachaben cum sua cognatione seruari, propter iusiurandum ab exploratoribus acceptum. Hæc locutus instructum exercitum ad muros admouet. urbem deinde rursū circumambulant, præcedentibus cum arca sacerdotibus, & cornuū classico militem ad aggytendum opus incitantibus. cūque septies lustrata paulisper constitissent, collapsa sunt mœnia, nec machinis admotis, nec vlla alia vi ab exercitu illata. Hebræi verò nullo negotio per ruinam irrumpentes in Hierichunte omnes promiscuè cædunt, inopinato mœnium casu consternatos, & subitaneo stupore ad pugnam inutiles: passimque cadaveribus viæ sternebantur, nullum nec præsidium nec effugium incolis inuenientibus, ita vt ne fœminis quidem parceretur ac pueris. repletaque trucidatis vrbs & postremo incensa rogum defunctis præbuit, in agros quoque pari seuiēte incendio. Rachaben verò cum domesticis qui in diuersorium confugerant, exploratores periculo exemerunt: ac mox ad Iesum adductæ, gratiæ sunt ob seruatos speculatores actæ, dicente se meritis illam præmiis remuneraturum. moxq; agris donatam, in honore postea semper habuit. Reliquias autem vrbs quæ incendio supererant, ferro diruit, diris execratus quisquis semel vastatam instaurare aggrediretur: nimirum vt prima fundamenta iaciens orbaretur filio primogenito, & absoluto opere nati minimum ē liberis amitteret. Nec irritam esse voluit Deus im-

precationem, sicut suo loco dicitur. E direptione autem ingens vis argenti ac auri, atque criminis in vnum aceruum est redacta, nemine edictum non obseruantē, aut sibi prædam ac lucrum inde quærente. Eas manubias Iesus sacerdotibus in thesauros reponendas tradidit. Ac Hierichuntis quidem excidium in hunc modum se habuit.

Iosue 7.8. Achar autem quidem Zebedæ filius ex tribu Iudæ, nactus paludamentum regium totum ex auro contextum, & massam auri trecentorum siclorum pondus, & iniquum ratus si nullum periculi precium ad se rediret, sed oblatum à fortuna lucrum Deo nihil talibus rebus opus habenti offerret, intra tentorium in cauum profundum defodit, putans sicut commilitones ita & Deum se posse fallere. Erant tunc castra in loco qui vocatur Galgala, voce libertatem significante. transgressi 10 enim fluvium, tandem se & ab Ægyptiis & ab ægyptinis in deserto exantlatis liberatos existimabant. Paucis autem post diebus quàm Hierichus est excisa, mittit Iesus tria millia militum ad urbem Ainam supra Hierichuntē sitam: qui cum Ainatis prælio congressi, & in fugam versi, triginta sex e suis desiderauerunt. Huius incommodi accepti, nuncius postquam in castra peruenit, maiorem quàm pro cæsorū numero incestitiam attulit: non tam propter amissos, tametsi omnes viri fortes & honore digni fuerant, quàm propter desperationem. Credentes enim se iam ea regione potitos, & illatum exercitum habituros vt Deus promiserat, nunc mirum in modum elatos hoc successu animos hostium videbant. Itaque saccos induti per totam diem hoc habitu in luctu ac lachrymis perseuerabant: nullaque interim corpo- 20 rum curandorum ratione habita, totos se dolori dediderant. Iesus autem videns exercitum sic affectum, & nihil læti amplius sperantem, cum fiducia Deum alloquitur: Nos, inquit, non nostra temeritate adducti sumus, vt terram hanc armis subigere conaremur, sed Moyse seruus tuus ad hoc nos exciuit, cui multis attestantibus prodigiis pollicitus es, traditurum te nobis hanc terram possidendam, & exercitum nostrum ope tua fretum semper in conflictu aduersariū fore superiorem, atque harum promissionum euentum non semel iam sumus experti. Nunc autem præter opinionem clade accepta, & militibus aliquot desideratis, hoc casu territi, & de promissis tuis ac Moyse hæsitantes, & à præliis abstinemus, & post talia belli exordia nihilo feliciotes progressus sperare possumus. Tū ergo Domine, pores enim, fer opem, & præ- 30 sentem in cærem victoriam largitus adime, desperationemque in futurum attonitis exime. Talibus exorabat Deum Iesus, in faciem humi prolapsus. Responsum deinde accipit, surgetet & lustraret exercitum pollutum sacrilegio & violata religione. hanc enim causam esse præsentis calamitatis: inquisitione autem facta & pœna à sacrilego exacta, Israëuitarum fore victoriam, hoc oraculum Iesus populo indicat, & vocato Eleazaro pontifice ac magistratibus sortem per singulas tribus mittebat. cumque fors in Iudæ tribum cecidisset, rursus per cognationes eius mittebatur. & cum in Zachariæ cognatione malefium esset inuentum, eam rursus viritim examinantes, Acharem deprehenderunt. qui videns non esse locum tergiuersandi contra diuinum indicium, furtum falsus res furtiuas in medium protulit: moxque affectus supplicio, noctu ignominiose sepulturæ traditur, quemadmodum solent damnati iudicio publico. 40 Iesus autem lustratum exercitum ad Ainam ducit, & noctu dispositis circa urbem insidiis, diluculo hostem ad certamen prolicit. illis verò audacter ob proximam victoriam irruentibus, simulata fuga procul eos ab oppido abstrahit, fusum hostem existimantes, & quasi victoria iam parta insolescentes. postquam autem subito conuersis copiis in faciem illis obstitit, & aliis qui in insidiis latebant ex composito signum datum est, coorti celeri cursu ad Ainam feruntur, & auersam eius portam occupant, plerisque ciuium e muris suorum vt tum putabant victoriam spectantibus: urbemque ingressi sine discrimine eadem ingentem edunt. Interim alia parte Iesus obuios in fugam vertit: qui urbem petentes integram adhuc rati, vbi hanc quo- 50 que ab hoste captam ac cum vxoribus ac liberis incensam animaduenterunt, per agros dispalati, cum sibi inuicē præsidio non possent esse, alij aliis in locis sunt oppressi. Post hanc Ainatarum cladem magna multitudo puerorū & mulierum atq; mancipiorum capta est, & supellex sine numero: pecudum item greges nō modici, & insuper signata

signata pecunia multa: erat enim ea regio prædiues atque hæc omnia Iesus, inter mi-
 lites partitus est in eis castris quæ habuit ad Galgalā. Cæterum Gabaonitæ qui nō II
 longē à Hierosolymis habitant, cognito Hierichuntiorū & Ainatarum casu, iamq; Ios. 9
 in se irurum hostem suspicati, Iesum quidem precibus flectere non tentauerunt, fru-
 stra eas fore putantes apud eum qui internecium bellum cum Chananæis gereret:
 sed maluerunt vicinos Cephertas & Cathieremitas in societate asciscere, dicentes
 nec ipsos posse euadere periculum nisi mature prouiderent quod si suum consilium
 sequantur, non deesse remedium. Quod ubi persuaferunt, mittunt legatos ad Iesum
 de fœdere, quos maxime credebant ad negotium conficiendū idoneos. Qui peri-
 10 culosum irati sunt se Chananæos faterentur, & multo tutius si nihil sibi cum illis cōmu-
 ne dicerent, sed longē diuersas sedes habere: aiunt se fama viri excitos multorū die-
 rum iter fecisse, & hoc esse verum ex habitu comprobabant. vestes enim quas viam
 ingressuri nouas induissent, longo itinere detritas, sumpserant enim tritas, data ope-
 ra, vt verisimilia dicere viderentur. Hoc habitu in concionem ingressi dicunt se mis-
 sos à Gabaonitis & vicinis vrbibus, vt saluis patriis institutis, in amicitia eorū veni-
 rent. comperto enim quod Deus gratuito munere Chananæorum terram illis con-
 celsisset, gratulari se eis, & ius ciuitatis petere, his dictis, & ostētis vestibus in signū
 longi itineris, orabant vt in fœdus & amicitia admitterentur. Iesus autem credens
 eorum verbis, quod Chananæi non essent, recipit eos in fidē & amicitia, & Eleaza-
 20 rus pontifex cum senatu iurauit, habituros se eos pro amicis ac sociis, & nihil contra
 eos iniustum molituros, approbante id fœdus vniuerso populo. hoc actu voti com-
 potes domū ad suos sunt reuersi. Iesus autē exercitu ducto in submontanū Chan-
 nææ tractum, cum audisset Gabaonitas non longē à Hierosolymis habitare, & esse
 Chananæorum generis, euocatis eorum honoratioribus, fraudē eorum incusabat.
 illis verò excusantibus non alium se modum salutis querendæ habuisse, & ideo ad-
 dolum versos necessitate cogente, Eleazarū pontificem & senatū conuocat, cumq;
 decretum esset non violandum fidem iureiurando sancitam, sed publicis ministeriis
 deputandos, in hac conditione postea sunt habiti: atque hoc pacto imminenti peri-
 culo se subtraxerunt. Cæterum cum rex Hierosolymitarum indignē ferret Gabao- Ios. 10
 30 nitas ad Iesum defecisse, & quatuor proximarū gentium reges ad bellum contra eos
 gerendum acciuisset, Gabaonitæ videntes se peti, & hostes castris circa quendā fon-
 tem non longē ab vrbe positis, ad oppugnationem expediri, Iesum in auxilium ad-
 uocant. nam eo tum res deuenerat, vt ab his perniciem expectarent, in illis verò qui
 ad excidium Chananæorum venerant, propter nouam amicitia, vnicam spem salu-
 tis reponerent. Tum Iesus cum toto exercitu in succursum properans, die & nocte
 itinere factō, diluculo parātes oppugnationem adoritur: cumq; terga vertissent, per
 decliue fugientes est persecutus. Bethora is locus dicitur. Interfuisse huic præliō di-
 uinum auxilium euidentibus prodigiis apparuit, cælo tonante & crebris fulminum
 ictibus, grandine insuper maiore solito ruente. accessit & illud nunquam antea vi-
 40 sum, quod dies factus est longior, ne interuentu noctis victori hostis eriperetur: quo
 factum est vt Iesus reges istos caperet in spelunca quadam latebras querentes iuxta
 Macchida, de omnibusq; supplicium sumeret. creuisse autem eam diem vltra con-
 suctum, extat relatum in sacra volumina quæ in templo sunt asseruata. Debellatis in Ios. 11
 hunc modū regibus qui Gabaonitas inuaserant, Iesus in Chananææ montana ducit
 exercitū: & magna in ea regione cæde edita, prædāq; abacta, exercitū reducit in Gal-
 gala. cumq; latē per circumquaq; sitas regiones rumor de rebus Hebræorum fortiter
 gestis spargeretur, deq; stupenda multitudo cæsorū, excitati sunt in eos reges Li-
 bani acolæ, & ipsi Chananæi generis: & quantum Chananæorum campestria colit
 adscitis Palæstinis castra posuerunt ad urbem Galilææ Berotham non longē à supe-
 50 riore Cædesa, quæ etiam in Galilæorum agro sita est, erantq; omnes hæ copię, pedi-
 tum trecenta milia, equitum decem milia, curruum viginti milia: quæ tanta hostium
 multitudo, adeo tam ipsum Iesum quàm cæteros Israelitas teruit, vt præ metu mini-
 mum à desperatione abessent. Sed cum Deus exprobrasset eis formidinē, & quod
 eius præsidio se non tam tutos putarēt, pollicitusq; victoriam, equos captiuos ener-

uari & currus incendi iussisset: concepta ex his promissis fiducia, ducit in hostem: quem die quinto adeptus pugnandi copiam fuit: sitq; conflictus validus, & strages maior quam ut facile credi possit est edita: in fugam quoq; plurimi ceciderunt, ut præter paucos totus hostilis exercitus interierit: reges etiam ad vnum omnes sunt cæsi: adeoq; scitum est in victos, ut hominibus sublatis in equos ferrum exercebant, & currus exurerent. Totam deinde regionem peragatus est, nemi neq; audente congregari, expugnabat oppida, & quotquot ad manus suas perueniret interfecit. Iamque quinto huius belli anno exacto Chanaanæorum nemo supererat, nisi si qui in loca munitissima confugerant: Iesus autem castris à Galgalis in montana transitus, sacrum tabernaculum in vrbe Siluntæ fixit: quod is locus propter pulchritudinem visus sit idoneus in quo tantisper maneret, dum maior commoditas ædificandi templi præberet. Inde cum omni populo profectus versus Sicima, altare ita ut Moyses præceperat statuit: & diuiso exercitu, in Garizzo monte dimidium eius collocauit, & in Giba alterum dimidium, in quo altare erat cum Leuitis ac sacerdotibus, ubi mactatis victimis, execrationibusq; peractis & in altari insculptis, in Siluntem sunt reuersi. Iesus autem iam senex, cum videret Chanaanæorum vrbes penè inexpugnabiles, tum propter situm natura tutum, tum propter munitiones ad frustrandos hostium conatus arte adhibitas: nam cognito Israelitarum ex Ægypto exitu, & quod ad suum excidium properarent, toto illo tempore in muniendis oppidis occupati fuerant: conuentu populi in Siluntem indicto concione aduocat, cumq; frequens concursus factus esset, res hæcenus fortiter ac feliciter gestas recensuit, quales par erat Dei auspiciis à populo religiosissimo geri: reges triginta & vnum ausos manus conferere deuictos, exercitusq; potentissimos prælio superatos, interneccione cæsos, ut ne reliquæ quidem generis superessent: ceterum quoniam ex vrbibus aliæ captæ essent, aliæ munitiores & ob hoc obstinatiores lingua oppugnatione opus haberent, censuit eos qui ex regione ultra Iordanem sita in communem expeditionem profecti fuerant, & propter cognationem socios periculorum se adiunxerant, gratiis prius actis ad proprias sedes remittendos: deinde ex singulis tribubus singulos testate probitatis viros eligendos, qui regionem totam perueniens bona fide & absq; dolo magnitudinem eius renunciarent. In eam sententiam itum est ab vniuerso populo: moxq; eos viros misit ad metiendam terram adiunctis ad eos quibusdā geometrice peritis, qui propter hanc scientiam errare ac falli non poterāt: hisque mandata dedit, ut æstimationem agrorum iuxta bonitatem terre facerent, nam Chananæa natura talis est, ut videre liceat campos magnos & frugum ac fructuum feracissimos, qui collati ad aliam terram admodum vberes videri possent: quod si iidem ad Hierichuntinum aut Hierosolymitanum agrum conferantur, iam non magni precij videbuntur: cum tamen hi agri parui sint & bona ex parte montani, sed quantum ad fertilitatem attinet, nullis aliis secundi. hanc ob rem voluit iuxta æstimationem potius quam iuxta mensuram sortitionem fieri, quod nonnunquam vnum iugerum pro mille aliis valeat. Decem viiri autem huic negotio destinati perlustrata regione & æstimatione terre peracta, septimo mense reuersi sunt ad eum in Siluntem, ubi tum tabernaculi sedes erat. Tum Iesus assumpto Eleazaro cum senatu ac tribuum principibus diuisit regionem nouem tribubus & Manassitarum dimidiæ parti cuiq; tribui pro eius magnitudine agrum admetiens. cumque ad sortes ventum esset, tribui Iudæ obuenit tota superior Iudæa pertinens vsque Hierosolyma: latitudo verò eius Sodomiticum lacum attingebat. in hac sorte vrbes erant Ascalon & Gaza. Secundo loco Simeonis sortita est Idumæa partem Ægypto & Arabiæ conterminam. Beniamita deinde regionem sortiti sunt, quæ à Iordane amne vsque mare protenditur. latitudo verò eius patet Hierosolyma inter & Bethela. angustissima autem hæc fors fuit, propter agri bonitatem. Hierosolyma enim & Hierichuntem acceperunt. Ephraim autem tribus terram à Iordane vsque Gadara in longum protensam sortita est, in latum patentem à Bethelis vsque magnū campum. Manassetidis item dimidia pars agrum à Iordane vsque Dora urbem, latitudine vsque Bethsana, quæ nunc Scythopolis vocatur. Post hos Isacharis in longum patentem à flumine vsque Carmelum montem,

tem, latitudinis verò mons Itabyrius fuit terminus. Zabulonitæ vsque Genesaritem lacum terram Carmelo & mari contiguam sunt sortiti. Quæ autem regio post Carmelum sita est conuallis ex re nomen habēs tota Aferitis cecit quā ad Sidonem est obuersa. In hac portione fuit vrbs Arce, alio nomine Actipus. Quæ verò ad Orientem spectant vsq; Damascum urbem, & superior Galilæa Nephthalitis obtigit, vsque Libani montem & Iordanis fontes qui ex hoc monte oriuntur, quā fines sunt Arces vrbs versus septentriones sitæ. Porro Danitæ adepti sunt quicquid vallis ad Occidentem solem vergit, Azoto & Doris terminati. horum est Iamnia & Gitta, & totus ager qui ab Acarone pertingit vsque montem à quo Iudæ tribus initium fecit.

10 Ad hunc modum sex gentium à filiis Chanaheï denominatarum regionem Iesus diuisit, & nouem cum dimidia tribubus habitandam dedit. Amoræam enim & ipsam ab vno ex filiis eius dictam Moyses iam ante duabus cum dimidia tribubus diuiserat, vt suprà diximus. Sidoniorum autem, Arucæorum, Amathæorum & Arithæo- Lib. 4
rum agri nihil ad hanc diuisionem pertinuerunt. Cæterum Iesus ætate iam defecta cap. 7
cum non valeret consilia sua per se exequi, & qui vicem eius gerebant, negligentius rem publicam administrarent, præcepit vnicuique tribui, vt ex sua sorte Chananæorum reliquias tollerent. In hoc enim consistere & ipsorum securitatem, & discipline ac religionis incolumitatem: idque eos non ex Moyse tantum monitis, sed suomet experimento didicisse: deinde vt Leuitis triginta octo destinatas vrbes redderent,

20 iam enim decem in Amoræa trans flumen acceperant. ex his in tribus profugis receptacula sunt instituta. nihil enim magis erat curæ, quàm vt nusquam à Moyse præscriptis recederetur. hæ fuerunt, in tribu Iudæ Hebron, in Ephreï Sicima, in Nephthalitide Cedesis, quæ est in superiore Galilæa. post hæc quod de præda reliquū erat diuisit: supererat enim permultum. vnde non mediocris diuitiarum accessio & publicè & priuatim facta est. tantum erat auri & vestimentorum ac reliquæ suppellectilis, tantum etiam iumentorum ac pecudum, vt numero comprehendi non possent. Post hæc aduocato in concionem exercitu, ad eos qui ex regione vltra Iordanem sita vnà militabant numero quinquaginta milia, in hanc sententiā locutus est: Quoniam Deus & pater qui est dominus Hebræorum generis, terram hanc & ac-

30 quirere dedit, & in perpetuum mansuram nobis promisit: vósque opeim vestram indigentibus ex mandato Dei alacriter & impigrè præstitistis, equum est cum iam nihil arduum super sit, missionē vobis dari & promptitudine vestra non abuti: quandoquidem certi sumus, si in posterum sit opus, nihilo segnius operam vestram nobis paratam fore. Itaque gratias vobis agimus quòd focii periculorum esse voluistis, rogamúsque vt in hac mutua beneuolentia perseueretis, memores amicorum & quòd vós quoque vestras possessiones nostris auxiliis parastis, sicut nos ad hanc felicitatem Deo fauente & vobis adnitentibus peruenimus, nec id sine vestræ operæ præmio: quandoquidem ex hac militia ditati estis, multumque prædæ, auri, & argenti referetis, & super omnia nostram beneuolentiam ad referendam vicem nun-

40 quam non promptam ac paratam. Nam & Moyse mandatis satis fecistis, non contempta autoritate mortui, & nihil vobis ad nostram gratiam promerendam reliquum fecistis. Latos igitur vos ad vestras possessiones dimittimus, hoc vnum rogatos, vt nullum terminum existimetis cognationem nostram dirimere: néve propter flumen medium alios nos putetis quàm Hebræos. Omnes enim Abrahæ stirps sumus, qui vel hanc vel illam ripam incolimus, vnus Deus ram nostros quàm vestros maiores in hanc lucem protulit: cuius leges ac religio per Moysen instituta diligenter obseruanda sunt. hoc enim pacto futurus est adiutor & propicius: sicut contrà si in alienos ritus degenerauerimus, & ipse nos auersabitur. Hæc locutus & singillatim primatibus populoque in commune dicto vale, ipse quidem eodem loco restitit: reliqua autem multitudo vniuersa cum lachrymis eos deducebat, & egrè à se inuicem IIII
diuellebantur. Itaque traiecto fluuio Rubelis tribus & Gadis & quotquot Ma- Ios. 12
nassitarum eos sunt secuti altare super ripam Iordanis erigunt, monumentum posteris & signum coniunctionis cum reliquis qui vltra Iordanem incolunt. Quo audito apud ceteros Israelitas, cum altare exstructum scirent, non etiam quo animo,

putabant eos nouata religione alienorum numinum cultum velle introducere: & temerè hac suspitione violatæ religionis moti, arma corripuerant vindicaturi patrios ritus, & pœnas à violatoribus exacturi. existimabant enim non tam cognationis ac dignitatis eorum qui in hoc erant crimine, quàm diuinæ voluntatis rationem habendam, atque ita irati ad expeditionem se accinxerunt. Iesus verò & pontifex Eleazarus cum senatu conhibebant eos, dicentes verbis prius quàm armis rem aggre-
 diendam, & scitandum qua mente id fecerint: & si fortè malo animo factum deprehensum sit, tum demum armis impetendos. mittunt igitur eò legatos, Phineesem filium Eleazari & cum eo decem honoratos in populo, qui cognoscant quid sibi volentes altare in ripa construxissent. Vt verò traiecto flumine, & conuentu aduoca-
 to Phineeses in concione constitit: Maius, inquit, vestrum delictum est quàm vt verbis tantum castigari debeat, attamen non culpæ magnitudine moti repente ad arma cõclamaui-
 mus vt pœnas sumeremus, sed respectu cognationis, & ea spe quòd fortasse admonitione ad sanitatem reduci possitis, legationem ad vos suscepimus, vt cognita causâ extructi altaris, non temerè armasse nos in vos videamur, si piis ratio-
 nibus adducti id fecistis: sin autem in culpa sitis, iustam ultionem violatæ pietatis inferamus. Vix enim credere potuimus, vos qui perspectam Dei sententiam habetis, & legum eius auditores estis, disiuictos à nobis & in vestram possessionem reuerfos, quam Deo ferre acceptam debetis, cuius prouidentia vobis contigit, beneficiorum ipsius oblitos, & relictis tabernaculo, arca, & altari patria, externos deos
 complecti, ac Chananæorum impietati accedere. Sed venia dabitur, si resipiscatis, & non ad maiorem insaniam prolabamini, ad domesticarum legum reuerentiam reducti. Quòd si in male cœptis obstinatè persistatis, nō grauabimur vllum laborem pro legum defensione suscipere, sed ad has simul & Dei honorem tuendum flumine traiecto, pro Chananæis habitos, non secus atq; illos exterminabimus. Cauete enim putetis quia extra limitem nostrum estis, extra potestatem etiam Dei vos euasisse. ybiubi estis, omnia sunt illius, nec licet ius eius ac iudicium effugere. Quòd si putatis locum vobis ad recte sapiendum esse obstaculo, præstat nouam agrorum diuisionem facere, & hanc regionem pecoribus compascuam relinquere. Sati-
 us est igitur vt resipiscatis, & à nouitatibus mutato proposito desistatis: rogamusq; vos per salutē
 liberorum ac coniugum, & quicquid habetis carissimum, ne nobis belli suscipiendi necessitatem imponatis, contra quos minime volumus. In hac enim concione & consultatione situm est, vtrum pace nostra & vestris affectibus perpetuò frui mali-
 tis, à nobis persuasi, an vos & vestra omnia belli periculis exponere. Postquam hæc Phineeses dicere desijt, qui concioni præerant, pro communis causæ defensione hæc attulerunt: Viri fratres, nos neque è cognatione deficere volumus, neque in religio-
 ne cuius nequaquam pœnitet, quicquā innouare. Vnum Deum nouimus Hebræis omnibus communem, & altare eius æreum quod est ante tabernaculum, nec aliud vnquam nostras excipiet victimas. Nam hoc quod nunc ereximus, quòdque vestrę
 suspitioni aniam præbuit, non ad Deum sacrificiis placandum extructum est, sed vt
 perpetuum argumētum exister nostræ necessitudinis, nōsque patrię religionis ad-
 moneat, non vt vos suspicamini, violandæ religionis sit initium. & hanc fuisse nobis extruendi causam, Deus ipse testis esto idoneus. quapropter meliorem posthac de nobis opinionem habetote, absitq; vt nos affines existimetis ei crimini, cui quisquis ex Abrahæ posteris se obnoxium fecerit, & à patriis moribus ac ritibus degenera-
 uerit, absque capitali pœna expiari non valeat. His auditis Phineeses, collaudatæque eorum constantia, reuersus ad Iesum, rem totam apud populum exposuit. qui lætus quòd nec delectu opus esset nec ciuili sanguine, gratias egit Deo per sacrificia: mōxque soluto conuentu, reuersis ad sua singulis, ipse apud Sicima elegit domici-
 lium. Anno autem pōst vigesimo iam decrepitis, accitis oppidatim honoratio-
 ribus, & cum senatu magistratibus, tum ex plebe quotquot erat cōmodum, vbi vidit omnes adesse: primum Dei beneficia in memoriam illis reuocat plurima, per quæ ex rebus afflictis in tantas opes tantamque gloriam peruenerant. hortatur deinde vt dent operam vt Deum in posterum æquè habeant propiciū, cū sciant eius be-
 neuo

Ios. 23. 24

nevolentiam non aliis retineri posse quàm pietatis artibus. Suum enim fuisse vt priusquam decederet, illos officij commonefaceret. postremò rogauit vt hanc admonitionem boni cosulerent, essentq; eius perpetuò memores. post hanc concionem naturæ debitum exoluit anno vitæ centesimodecimo: quorum x l. sub Moyse magistro minister ipsius exegit, & post eius obitum vigintiquinque reipublicæ præfuit, vir incomparabili tum prudentia tum eloquentia, adhuc in re imperatoria fortis & impiger, nec minus in pace bonus & utilis: denique in quauis virtute eximius. Sepultus est in oppido Thamna tribus Ephremitidis. per idem tempus moritur & Eleazarus pontifex, Phineesi hereditarium relinquens sacerdotium. sepulturæ & eius monumentum impositum extat in vrbe Gabatha. Post horum obitum consultus Phinees à populo de voluntate Dei, cuiusnam foret impertum in bello Chanaan, respondit iubere Deum vt Iudæ tribus ductu bellum gererent, quæ mox assumpta Simeonide, his conditionibus rem aggressa est, vt sublati è sua ditione hostium reliquiis, tum tributariis, in alterius tribus extirpantibus huius generis reliquiis vicem rependeret.

Quomodo post mortem Imperatoris Israelitæ neglectis patris religionibus in extremas calamitates inciderunt, & exorto civili bello ex vniuersis Beniamitis

De tantum fuere superstites.

Cap. II.



20 T Chananæi quorum res tum erant satis integræ, cum magno exercitu apud Bezecam urbem eos expectabant, ductu loci regis Adonibezcei. id nomen Bezecenorum dominum significat. Adoni enim Hebræorum lingua dominus dicitur. Hi spem victoriæ reponebāt in hoc, quòd Iesus Dux Israelitarum esset defunctus. aduersus hos quos dixi duæ tribus egregiè pugnaverunt, & cæsis decem millibus, dum reliquos fugientes insequuntur, Adonibezecum ceperunt, qui manibus ac pedibus truncatus, agnouit diuinam iustitiam, septuaginta & duos reges antea hunc in modum à se multatos confessus, sic affectum detulerunt non longè à Hierosolymis, vbi fato functum terræ mandauerunt, deinde circa oppida bellum circumferebant: quorum bona parte capta, Hierosolyma sunt adorti. Et capta inferiore eius parte, omnes habitatores terræ contrucidauerunt, at superior natūra loci & munitionibus est defensa, quare oppugnatione in Hebronem translata, urbemq; victa, in oppidanos omnes scuitū est. apud hos in eam diem superstites erant quidam 10f. 21
 30 è gigantum genere, statura & specie cæteris mortalibus dispares, visu simul & auditu horribiles: quorum ossa adhuc ostenduntur, qualia vix credant qui nō viderunt ipsi. Hoc oppidum Leuitis honoris gratia concessum est cum illis duobus cubitorū milibus: reliquum eius agrum Chalebo dono dederunt, iuxta mandatum Moylis. fuerat hic vnus è speculatoribus, quos Moyse in Chananæam præmiserat. Habita est
 40 ratio Iethræ quoque Madjanitæ, olim Moylis soceri, cuius posteris ager est attributus, quia relicta patria comites se adiunxerant, & in deserto arumnarū loci fuerant, expugnatis montanis oppidis, in campestris & maritima descendentes prædictæ duæ tribus Ascalonem & Azotum de Chananæis ceperunt. Euasit autē eos Gaza & Ascaron, quòd in planicie sitæ, & abundantes curribus, inuadentes se male multatos, facile reiciebant. Atq; ita hæ duæ tribus magnis opibus bello acquisitis domū se receperunt, & arma deposuerunt. Beniamitæ vero in quorū sorte erant Hierosolyma, tributo imposito habitatoribus eius pacē dederunt, & in posterum alteri à gradibus, alteri à periculis feriati, ad culturam agrorū vtriq; se contulerunt. Beniamitarum exemplo mote reliquæ tribus & ipsæ idem fecerunt, & tributis contenti pacē Chananæis dederunt. Ephraimi vero tribus cum assidendo Bethelis, multo tempore ac
 50 labore impensio nihil proficeret, inceptis tamen pertinaciter durauit, tandem comprehenso vno ciuium qui in urbem importabat necessaria, fide data & accepta, & iuramento firmata, intromissos clam ipsum cum familia seruaturus, proditione eius facti sunt voti copotes: cæsisq; reliquis omnibus præter hos quibus salus ex pacto debebatur, ipsi posthac urbis dominium habuerunt. Omissio deinde bello Israelitæ VI
 omnes

omnes agriculturæ tantum operam dabant : atque ita pace longa emolliti, voluptati magis quàm honestati studebant, disciplinæ ac legum diuinarum immemores . qua iniuria Deus cōmotus per vatem admonet eos non è sua sententia hosti Chananæo parcere, quamobrem fore vt aliquādo per occasionē pro intempestiua clemētia crudelitātē eis reponeret. at illis, tametsi territis oraculo, bellū tamen non libebat suscipere, tum quòd multa è Chananæo perciperent cōmoda, tum quòd ob luxum ad laborem non essent idonei: deprauata iam reipublicæ forma, & autoritate optimatum inualida, dum nec senatus vt antè legitur, nec magistratus solēnes creantur: dūmq; relicta cura status publici, omnes priuatis tantum lucris sunt dediti. In tanta licētia perturbatio grauis incidit, ex qua mox bellū ciuile exortū est, quod hanc causam ha-¹⁰

Iud. 19 buit. Vir è plebe Leuiticā, in Ephrāmitarum ditione habitans, duxit vxorē natam in oppido Bethlemis, quod ad tribuā Iudæ attinet. hanc cum vehementer ob formam amaret, parum respondere in amore ægrē ferebat. hinc orto dissidio, mulier continuas expostulationes nō ferens, relicto marito mense quarto ad parētes reuertitur. is coactus desiderio, & ipse venit ad foceros, quorū opera misis querelis cum vxore in gratiā reuertitur, eo loci quatuor dies exegit, cōmiser à puellę parentibus habitus. quinta cum decreuisset domū repetere, post meridiē iter ingreditur. cūctanter enim parentes filiam dimiserunt, nec nisi meliore diei parte transacta. comes erat vnus famulus, & mulier vehebatur asina. cūmq; emensū triginta stadia non longe abessent à Hierosolymis, famulus dabat consiliū vt aliquò diuerterent: ne si nox iter facientes opprimeret, in aliquod incōmodū inciderent, præsertim propinquis hostibus, cum serotina hora etiā amicorū loca suspecta facere soleat. marito non placuit alienigenarum vti hospitio. nam Chananæi tum urbem tenebant, malebātq; progressus viginti stadia ad sui generis homines diuertere. in hoc consentientibus omnibus, peruenit in Gabam tribus Beniamitidis sero admodū, cūmq; in foro inueniret neminem qui se inuicaret ad hospitium, senex quidā è rure domū repentes, Ephrāmita genere, sed Gabæ habitans, casu repertū interrogat, quisnam sit, & cur crepusculo demum cōnā è foro peteret. ille se Leuitam ait, & vxorem à parentibus domū reducere, & in Ephrāmitarum ditione se habere domiciliū. Tum senex respectu cognationis ac tribus, & quod fortè oblati hospes visus est, ad se deducit hominum. Gabæni verò quidam iuuenes qui mulierculā in foro viderant, mirati eius formā, postquam ad senē illum diuertisse cognouerunt, contempta imbecillitate & solitudine, venerunt ad ianuam: rogantēq; senē vt abirent, & vim abstinerent ac iniuriā, postulabant vt exhibita hospita quieti suæ consuleret. cūmq; ille contrā diceret cognatam esse, & Leuitidē, peccaturos eos grauitè, si propter voluptatē leges violarent, iuuenēsq; iura contemnerent ac deriderent, cædem minantes si obstare libidini eorum pergeret, senex ait se filiā eis permittere, vt saluo hospitali iure cupiditatē explerent, volens quantū in se erat tutos ab iniuriā præstare, quos exceperat. illis verò pertinaciter hospitā experentibus, & hanc omnino accipere volentibus, supplex orabat ne quid contra leges cōmitterent. at illi furentes vi raptam mulierē domum abducunt,²⁰ cūmq; ei per totā noctem ad satietatē illuissent, diluculo dimiserunt: quę ita misere affecta ad hospitium reuertitur: & præ nimio dolore ac verecūdia, non audēs in mariti cōspectū venire, quòd hunc indignissimè rem laturū putaret humi collapsa expirauit. Leuita ratus sopore oppressam, & nihil grauius suspicās, excitare conabatur, consolaturus eo quòd nō sponte se ad stuprū præbuisset, sed vi in alienas ædes abrepta. vt verò defunctā sensit, satis prudētèr pro calamitatis magnitudine se gerēs, cadauerum cōtō impositū domū reportat: & mēbratim diuisum in partes duodēcim, ad singulas tribus misit, mādans perferētibus, vt indicaret per tribus qui mulieri causa mortis fuerint, & de eorū violentiā. Tum verò illi nunquā tali antè viso vel audito spectaculo ad indignationē grauitè cōmoti, & iusto furorē perciti apud Siluntē conuentum³⁰ faciunt, & cōgregati ante tabernaculū, Gabaenos hostiliter armis impetere decernunt. Hunc impetū senatus cohibuit, suadens nō ita temere cognatis bellū inferendum, priusquā verbis agerent de criminibus: quādo ne in exteros quidē ob iniuriam acceptā armari leges permittunt, nisi legatis prius de satisfactiōne missis. rectū igitur esse ad

Iud. 20

esse ad Gabaenos mittere qui fontes ad supplicium deposcant. qui si dedantur, horum pœna contentos esse debere. sin contumaces fuerint, bello in eos vindicandum. Itaq; mittuntur ad Gabaenos accusaturi eos iuuenes qui vim pudicitiae mulieris intulerant, & postulaturi ut pro violatis legibus morte iustas pœnas dependerent. Gabaeni verò non dediderunt iuuenes, arbitrati sibi pudendum si alienis imperatis metu belli parent, cum multitudine ac virtute nulli se cedere videri vellent: eratq; magnus apparatus totius tribus, cum cæteri non defuturos se promitterent, si quis eos vi & armis aggredi vellet. Quæ postquam Israëlitis à Gabaenis renuntiata sunt, iureiurando sanc-
 10 ciunt, neminem ex suis viro Beniamitæ filiam traditurum in coniugem: & acriore bello persecuturos se eam tribum, quàm maiores eorum Chananæos persecuti sint. Et confestim eduxerunt contra eos exercitum quadringentorum millium armatorum. Beniamitæ verò habuerunt vigintiquinq; armatorum millia, & insuper sexcentos. ex eo numero fuere quingenti funditores peritissimi, qui læua manu feriebant. itaque commisso apud Gabam prælio, egregiè vicere Beniamitæ, cæsis ex aduersa acie viginti duobus millibus. & fortasse plures cecidissent, nisi nox prælium diremisset. atque ita Beniamitæ læti se intra mœnia receperunt, Israelitæ verò in castra insperata clade attoniti. Sequenti die prælium instauratur, & Beniamitis rursus vincentibus, decem-
 20 octo millia cadunt ex parte Israelitarum, quo factum est ut castra metu desererent. profectique Bethela, quæ vrbs nō longe aberat, postridie ieiunio peracto supplicauerunt Deo per Phineesem pontificem ut ab ira desisteret, & contentus duabus cladibus victoriam & robur contra hostem cōcederet. Deus verò precibus eorum annuit, & per eundem vatem fauorem est pollicitus. Ergo diuisis bifariam copiis, dimidiam partem noctu circa urbem in insidiis collocat, reliqua in aciem producta cum Beniamitis manus conferunt, moxque ut impares paulatim pedem referunt. eo magis Beniamitæ instant sponte cedentibus quo longius hostem ab vrbe abstraherent, ita ut etiam illi qui in vrbe propter ætatem imbellem relictæ fuerant, procurrerent quasi prædæ futuri socij. postquam autem satis longe à mœnibus discessum est, Hebræi reuersi in pugnam signum dant insidiatoribus: qui mox coorti cum clamore hostem à tergo inuadunt. Senferunt illi se deceptos, & cum consilium in ancipiti metu non suppeteret, in con-
 30 uallem quandam compulsi, circumdatis expeditioribus qui cminus pugnare assueuerant, talis ferarum in morem sunt confixi. Sexcenti tantum euaserunt incolumes: qui conglobati & facto cuneo, ferociter per medios hostes eruperent: & in montē quandam fuga delati natura loci se tutati sunt. reliqui omnes ceciderunt, numero circiter vigintiquinque millia. Israelitæ verò Gabam incenderunt, & mulieres atque impuberes contrucidauerunt. pari modo & in alias Beniamitarum vrbes sæuitum est: adeoq; indignatio iusta eos efferauerat, ut ad expugnandam etiam Iabim Galaditidis urbem, quæ auxilium contra Beniamitas negauerat, duodecim selecta millia mitterent. qui potiti vrbe occiderunt tam viros quàm mulieres & pueros, seruatis tantum quadringentis virginibus. Tantus erat dolor ac furor ob perpetratum in mulierem scelus, re-
 40 centibus etiam cladibus exasperatus. qui postquam resedit, subsecuta est pœnitentia, dum vna se tribu diminutos reputant. & quamuis iustis armis oppressos censerent, ut qui contra leges diuinas peccauerant, ieiunium tamen indixerunt ob eorum exitium. Sexcentos quoque illos qui effugerant, missis legatis reuocant. hi petrā quandam, quæ Rhoa dicitur, in deserto occupauerant. Legati verò apud illos tam ipsorum quàm suam cladem conquesti, quod infectum esse non poterat, suaserunt æquo ferrent animo, & ad sui generis reliquos aggregarentur, néve quantum in se esset, vniuersam tribum Beniamiticam irent perditū. Licere enim illis pace sua tribus totius agros recipere, & prædam insuper quantam possent abigere. At illi agnoscētes suam iniustitiam iusto Dei iudicio damnatam, reuersi sunt in suæ tribus ditionem, parentes suorum hortati-
 50 bus. Israelitæ verò dederunt eis in vxores quadringentas illas virgines Iabiticæ. de reliquis verò deliberabant vnde illis vxores ad sufficiendam prolem parari possent. cum enim ante initium belli iureiurando cautum esset ne quis filiam in Beniamiticam tribum elocaret, non deerant qui negligendum id sacramentum consulerent, quod ab ira profectum esset, nō à iudicio. Non ingratham rem Deo fore si quomodo prouideatur,

Jud. 21.

tur, ne integra tribus pereat: & periuria non quando necessario fiunt periculosa esse ac graua, sed cum ausu malitioso committuntur. Cùm verò senatus succlamatione periurij mentionem abominaretur, exiit quidam qui diceret habere se consiliũ, quomodo saluo iureiurando Beniamitis vxores possent contingere. Proferre deinde id à senatu iussus; Singulis, inquit, annis nobis mos est apud Siluntem ad celebritatem conuenire, in quo comitatu sequuntur & coniuges & filia. Harum quotquot potuerint rapere Beniamitis impune sit, vobis nec iubentibus nec prohibentibus. quod si patres earum ægre tulerint, & vindictam postulauerint, dicemus ipsos in culpa esse, qui filias negligenter custodiuerint; & quòd non oportet iræ in Beniamitas nimis indulgere, quã iam antè plus satis contra consanguineos sint vsi. In hanc sententiam concessum 10 est, decretumque vt liceat Beniamitis vxores rapto quærere. Instante autem festo ducenti illi bini triniue ante vrhem insidiabatur aduentantibus virginibus inter vineta & per alias latebras. ille verò nihil suspicantes lusitando securè iter faciebant. iuuenes autem coortu dispersas corripiebant: atque hoc pacto quæsitis nuptiis, agriculturæ insudantes, dederunt operam vt ad pristinam felicitatem aliquando redire possent. Quo factum est vt Beniamitarum tribus quæ minimum ab internecione absuit, prudèti hoc Israelitarum consilio seruarietur: moxq; magnis incrementis tam numero quàm opibus est aucta. Hic finis fuit belli Beniamitici. Nec felicior per idem tempus fuit Da-
VIII. niana tribus, tali fortuna vsa. Israelitis iam desuetis armorum exercitio, & in colendis
Iud. 18. agris tantum occupatis, Chananæi in contemptum gentis collegerunt copias: non 20 quòd sibi timerent, sed vt illata Hebræis aliqua memorabili clade, securius in posterum suas vrbes habitarent, & cõiuratione facta, magnòque numero peditum armato, adiunctis etiam curribus, Ascalonem & Accaronem in sorte Iudæ sitas in partes suas traxerunt, & alias plerasque campestres ciuitates: ita vt Danitæ in montana compellerentur, ne pedem quidem vbi ponerent in campestribus habentes. qui cùm nec bello essent pares, nec pro numero satis agrorum haberent, miserunt ex suis quinque viros in mediterranea, dispecturos nunquam locum inuenirent deducendis colonis idoneum. illi à campo magno Sidonis iter vnus diei progressi, non longè à Libano & minoris Iordanis fontibus inuento agro bono ac fertili, rem totam suis renuntiant. qui mox cum exercitu illo profecti condiderunt vrhem Dana, cognominem vni è Iacobi 30 filiis, & à sua tribu denominatam. Israelitarum autem res in deterius prolabebantur, quòd neque ad laborem se exercerent, neque pietatem colerent. luxato enim reip. statu, magna licentia pro suo quisque libito viuebat, vt domestica Chanæorum vitia iam totam gentem impunè inundarent.

Quomodo propter impietatem in Assyriorum seruitutem à Deo populus Israëlitarum est traditus. Cap. III.

Iud. 3.



ANc ob rem irato Deo, felicitas populi multis laboribus acquisita, per luxum ac voluptatem breui disperiit. Bello enim à Chusarthe rege Assyriorum petiti, & in acie multos amiserunt, & oppidatim infestati, aut vi aut deditione in potestatem eius venerunt. Tributis deinde iniquioribus 40 grauati, & alias varias iniurias ferre sunt coacti per annos octo, quibus exactis in hunc modum sunt libertati restituti,

Libertas per Cenizum reddita.

Cap. IIII.

Ibid.



RA T in tribu Iudæ Cenizus vir industrius & magnanimus, hic oraculo monitus ne pateretur Israelitas diutius tales miseras perferre, sed vt ad audendum pro libertate accenderetur, ascitis paucis quibusdam periculorum sociis, quos præsentis status tædebat, & mutatum cupiebant, primò præsidium suis à Chusarthe impositum interficit: tantumque primus successus valuit, vt indies crescente suorum numero, iam aperto Marte hosti pares viderentur. itaque congressi cum hoste vno prælio se in libertatem asserunt, reliquæ fusi & fugati exercitus vltra Euphratem se recipiunt. Cenizus verò egregie nauatæ operæ præmium principatum à populo accepit, nomine Iudicis: in quo postquam annos quadraginta exegit, vita defunctus est.

Quomodo

Quomodo populus rursus à Moabitis est subiugatus, & per Iodem è seruitute exemptus. Caput V.



POST cuius mortem vacante principatu res Israelitarum rursus in peius VII. ruere cœperunt, idque tanto magis quòd nec Deo debitum honorem, *Iud. 3.* nec legibus obedientiam exhiberēt: quæ res in causâ fuit, vt Eglon Moabitarum rex opportunos ad iniuriam ratus, bello adoriretur. exceperunt tamen eum aliquot præliis, sed omnibus victi ferocia posita iugum acceperunt, tributarij facti. Rex victor translato Hierichuntem domicilio, modis omnibus plebem vexauit, ita vt in summa miseria per annos xvij. degerent. Deus autem calamitatibus eorū & supplicationibus flexus, à dura dominatione eos liberauit in hunc modum. Iodes filius Geræ, tribus Beniamiticæ, iuuenis ad quoduis egregium facinus & animo & vtraq; manu ex æquo promptus, habitabat ipse quoque apud Hierichuntem. Is in familiaritatem Eglonis se insinuauit, crebris muneribus hominem sibi concilians, & eo nomine amicis etiam regiis gratus. accidit vt semel cum duobus famulis dona ferens, pugione prius subter sagum ad dextrum femur accinctus, ad regem introgrederetur. erat autem æstas & diei medium, quo remissius agebatur custodia, partim propter æstū, partim satellitibus occupatis circa prandium. iuuenis igitur oblatiis Egloni muneribus, qui tum in æstiuo quodâ cubiculo morabatur, confabulari cum



20 eo cœpit. erant autem soli, quia rex familiariter cum Iode collocuturus famulicium ablegauerat. sedebatque in sella, & Iodes verebatur ne fallente ictu plagam non satis lethalem inferret. Iubet igitur eum surgere, dicens habere se somnium, quod ex Dei mandato regi sit indicandum. cūque ille audiendi cupidus alacriter assurrexisset, Iodes inflicto in cor pugione, & relicto in vulnere, 30 exiuit clausis prius foribus. regij famuli interim quiescebant, dormire eum putantes. Iodes verò Hierichuntiis re clam indicata, autorem se illis libertatis vindicandæ præbuit. illi verò libenter hæc accipientes, & ipsi confestim arma capiebant, & cornicines per totam eam regionem dimittebant. Sic enim illic multitudinem conuocari mos erat: Eglonis autem domesticos diu latuit quod acciderat. sed cū iam aduersa sceret, veriti ne quid noui homini accidisset, ingressi sunt in cubiculum: cūque mortuū inuenissent, hærebant inopes consilij: & priusquam satellitium conglobaretur, Israelitarum turba superuenit, ex his pars in vestigio confodiuntur, pars alia, circiter millia decem, fuga Moabiticam regionem petunt. Eos Israelitæ præoccupato Iordanis transitu, in fuga intercipiebant, maxime circa ipsa vada, ita vt ne vnus quidem incolumis 40 euaderet. Atque ita Hebræi Moabitarum imperium excusserunt: Iodæ autem huius felicitatis autoris is honor consensu multitudinis est habitus, vt confestim princeps declaratus sit. eum principatum per annos octuaginta obtinuit, vir alioquin etiam laude dignissimus: post quem Sanagarus Anathi filius electus in imperium, vix toto vertente anno vitam finiit.

Quomodo sub Chananæorum imperium redacti, & per Baracum in libertatem sint repositi. Caput VI.



ISRAELITÆ verò, quos præteritæ calamitates nihilo castigatiores red- IX. diderant, in pristinam impietate atque inobedientiam relapsi, priusquam *Iud. 4.* satis à Moabita seruitute respirassent, imperio Iabini Chananæorum regis subiugati sunt. Is regiam habens apud Aforum, quæ vrbs sita est super Samachonitem lacum, peditum alebat millia trecenta, equitum decem, præterque currus bellicos habebat ter mille. His copiis præfectus Syfæres primus inter amicos regios, congressus cum Israelitis in tantam desperationem res illorum addu-

xit, vt libenter incolumitatem tributaria seruitute pacifcerentur: quam per viginti annos ferre sunt coacti, præ nimia seruitute caput non audentes attollere, etiam Deo sic volente, quo nimiam gentis contumaciam & ingratitude retunderet. Qui tandem resipiscences, & agnita calamitatum causa, nimirum quod à legum contemptu proficiscerentur, Deborah quandam prophetidem aduunt: nomen hoc apem Hebræis significat: rogantes vt precibus Deum ad miserationem flectat, ne ita patiatur eos à Chananæis opprimi. Deus autem exoratus salutem illis annuit, imperatore designato Baraco, viro tribus Nephthalitidis: eius nomen interpretatur fulgur. Debora autem accersito Baraco, iubet eum delectu habito, & conscripto decem millium virorum exercitu in hostem ducere. Satis enim esse tot ad victoriam, quam Deus oraculo promiserit. Baraco verò negante se accipere imperium, nisi & illa vnà secum administratura id esset: illa commotior, Tu, inquit, mulieri cedis honorem, quem Deus te habere voluit, ego verò non recuso. & conscriptis decem millibus, castra posuerunt ad montem Itabyrium. occurrit mox eodem Sysares, rege suo sic iubente, & non longe ab hoste cum exercitu consedit. Baracum autem & Israelitas multitudinem hostium territos, & in tutiora se recipere volentes, retinuit Debora, iussitque eadem die prælio decernere. Victoriâ enim penes ipsos fore, & Deum subsidium & opem allaturum. Itaque commissâ pugna vehemens imber mixtus grandine superuenit, quem ventus in aduersos Chananæorum vultus ingerens, & prospectum adimens, inutiles eorum iaculatores ac funditores reddidit: atque etiam scutati manibus rigentibus præ frigore gladios vix retinebant. Israelitas verò tempestas à tergo imminens non solum minus offendebar, sed alacriores etiam faciebat, manifestatio Dei præsentis ac fauentis signo accensos. itaque rupta aduersa acie, turbatisque ordinibus, ingentem hostium stragem ediderunt. atque ita pars talis Israeliticis cedebant, pars à suometipsorum equitatu ac curribus proterebantur. Sysares verò vt vidit suos terga vertere desiliens à curru, fuga delatus est ad quandam mulierem Cenetidem, nomine Ialen. quæ latebras petentem excepit, & potum poscenti lac acidum exhibuit: quod ille cum auidius ingurgitasset, in somnum est solutus. quem Iale aggressa, ferreum clauum sopito per tempora adegit malleo, moxque Baracianis superuenientibus, solo affixum ostendit. atque ita mulier iuxta Deborah præsagium autor fuit victoriæ. Baracus autem ducens ad Aforum, Iabinum obuiam factum interfecit: & cæso rege, ac vrbe solo æquata, quadraginta annis imperium Israelitarum tenuit.

Quomodo Amaleciti deuictis Israëlitis regionem eorum per septem annos vastauerunt. Cap. VII.

X.
Jud. 6.



EFUNCTIS autem Baraco & Debora eodē ferè tempore, paulo post Madianitæ fociis Amalecitis & Arabibus expeditionem contra Israelitas fecerunt: & congregati ausos magno prælio vicerunt: vastatisque frugibus prædam abegerunt. cumque idem per continuos septem annos facerent, Israelitas in montana compulsi campelstri solo cedere coegerunt. qui speluncis & subterraneis ædificiis excauatis, quicquid hostium violentiam euadere poterat, intrò receptum asseruabant. Nam Madianitæ per æstatem facientes expeditionem, hyeme agros colere Israelitas permittebant, vt possent denuò labores eorum vastare. Itaque in perpetua fame ac egestate vivebant, nec iam vllum supererat præsidium nisi in precibus ad Deum & supplicationibus.

Quomodo Gedeon populum liberauit. Cap. VIII.

Ibidem.



PER idem tempus Gedeon Iali filius, vnus ex primatibus tribus Manassetidis, manipulos frugum clam in torcular comportatos flagellabat, non enim ausus est propter hostem propalam hoc in area facere. cumque spectrum ei adolescentis specie se obtulisset, & felicem ac Deo charum appellauisset: respondens, Hoc, inquit, meæ felicitatis argumentum est maximum, quod torculari nunc vtor pro area. illo contra iubente vt bono esset animo, & de libertate vindicanda cogitaret, negabat fieri posse. nam & tribum suam cuius alteri cedere numero,

mero, & se iuuenē esse, & tam arduis negotiis imparem. Deus autem quicquid deesset se suppleturum pollicebatur, & victoriam Israelitis daturum, modò ipse imperium assumere non grauaretur. Hanc rem Gedeon cum quibusdam iuuenibus communicauit, qui libenter credentes oraculo, sine mora effecerunt, vt præstò essent decem millia militū, ad quiduis pro libertate audendum paratissima. Gedeoni autē Deus in *Iud. 7.* somnis apparens, dixit homines tali esse ingenio, vt sibi placentes nemini velint virtute cedere, & victoriam sibi potius quàm Deo tribuant, nimirum magnis copiis freti. vt igitur sciant rem totam pendere ab ipsius auxilio, iussit vt circa meridiem cum æstus feruet maximè, exercitum ducat ad fluuium: & quotquot procumbentes biberent, eos viros fortes crederet. quotquot autē trepidè ac tumultuariè potum sumerēt, sic existimaret, eos metu hostium hoc facere. quod posteaquam ita vt iussus est fecit, trecenti inuenti sunt cum perturbatione aquā sumere, cauis manibus ori admouēdo. imperauitq; Deus vt his assumptis hostē inuaderet. Gedeone verò sollicito, quia mandatum acceperat à Deo, noctū illos adoriri, volens ei metū omnem eximere, iussit vt assumpto vno milite, clām accederet ad Madianitarū tentoria. ab illis enim accepturum occasionem fiduciæ. vadit ille quò iussus est, vno tantū comitante famulo. cumq; ad quoddam tabernaculum adrepisset, offendit insomnes in eo milites, & quendam cōmilitoni narrantem somnium, ita vt à Gedeone quoq; exaudiri posset. erat autem tale. Visus erat sibi videre massam ordeaceam, præ vilitate homini fastidiendam, per
 20 castra prouolui, & primò regis tentorium, mox cæterorum omnium prosternere. qui respondit interitum exercitus significari, addēs vnde hoc ita colligeret. inter omnes inquit, fruges ordeū est sine controuersia vilissimum: & inter omnes Asiaticas gentes non facile reperias viliorē quàm hodie sunt Israelitæ, vt meritò conferri possint ordeo. hi nunc, autore Gedeone, cōtraxerunt copias, & res nouas moliuntur. ergo quia dicis te vidisse illam massam tentoria nostra subuertentem, vereor ne Deus Gedeoni triumphum de nobis cōcedat. Gedeon autē audito hoc somnio plenus bona spe & fiducia, edicit suis vt omnes in armis essent, edoctis de visione quam in castris hostium audiuerat. fecerunt illi quod imperatum est, accensi hoc signo ad quiduid laboris aut periculi subeundum. tum Gedeon circa quartam fermè vigiliam suos in hostem ducit



30 trifariam in tres cohortes diuisos. erāt autem centenariæ. gerebāntq; singuli amphoras vacuas, & in eis faces ardentes, vt clām possent hostem inuadere nihil tale expectātē: & in dextris cornu arietinū vice tubæ. hostium castra latè patebāt, eo quò camelorum magnum numerum haberent: & cum iuxta gentilitates distributi tenderēt, omnes tamē intra eundem ambitum continebantur. Hebræi verò à duce
 40 antè præmoniti, cum iam non longè ab hoste abessent, dato inter se signo cornibus sonantes, & contractis amphoris, sublatòq; militari clamore, certi Deum adesse Gedeoni, cum facibus in castra impetum faciunt. Qua arte, accedentibus diuinitus nocturnis terroribus, tanta inter semisomnes consternatio exoritur, vt incomparabiliter plures mutuis vulneribus, quàm hostili ferro caderent, quò diuersæ linguæ homines eadem castra haberent. semel enim pauore confusi, omnes obuios pro hostibus trucidabant. Tantæ cædis & Gedeonis victoriæ rumor vbi ad cæteros Israelitas peruenit, correptis armis fugientem hostem insequuntur: quem adepti circa loca torrentibus impedita hærentem circumueniunt, & quotquot ad manus venire occidunt, interque cæteros reges etiam duos, Oribum & Zibum. Qui verò superfuere *Iud. 8.*
 50 duces cum reliquiis exercitus fermè decem & octo millia hominum, quantum potuerunt procul ab hoste castris locum ceperunt. Nec Gedeon defessus cum totis copiis cò properat, & iterum congressus postremò hoc conflictu ad vnum omnes trucidat, & reliquos duos duces capit, Zebim & Hezarbunim. his præliis cæsa sunt
 i 3 Madia

Madianitarum & cæterorum Arabum qui eis auxilio venerant circiter centum viginti millia: præda etiam magna, auri, argenti, textilium, camelorum, & iumentorum Hebræi sunt potiti. Gedeon verò reuersus in patriam suam Ephram, supplicium sumpsit de Madianitarum regibus. Cæterum Ephræmi tribus iniquo animo ferens Gedeonis bonam fortunam, bello eum petere decreuit, eo quòd insciis ipsis hostem esset aggressus. Gedeon vir in omni virtute summus, modestè respondit, se non suo arbitrato hostem absq; illis aggressum, sed iussu diuino. Victoriæ tamen nihilo minus illorum esse, quàm suam ipsorum qui militassent: atque his verbis sedata eorum ira non minus profuit Hebræis quàm rebus prosperè gestis. obstitit enim ne ciuile bellum exoriretur. huius tamen superbiæ tribus hæc pœnas dedit, sicut suo loco dicemus: porrò Ge- 10
deon cùm vellet imperium deponere, compulsus est id retinere per annos quadraginta, dicendo ius & litibus finiendis occupatus, populo ratum habente quicquid ille in causis controuersis pronunciaret. in senectâ deinde mortuus, apud Ephram in patria sepelitur.

*Quomodo aliquot successores Gedeonis cum gentibus circumquaque finitimis
bella gesserunt. Cap. IX.*

XI.
Jud. 8. 9.



ABVIT autem filios legitimos quidem septuaginta, non ex vno matrimonio susceptos, nothum verò vnum ex concubina Druma, cui nomen 20
Abimelechus. is defuncto patre profectus Sicima, vnde mater fuit oriunda, adiutusq; à maternis cognatis pecunia, cùm videret malis artibus insignes, & ad quoduis facinus promptos, vnâ cum eis ad paternas ædes reuersus, omnes fratres interemit, excepto vno Iothane. hic enim fuga incolumitatem quæsiuit. Abimelechus autem occupata semel tyrannide omnia pro suo libitu, nihil iuxta legum præscripta gerere, omnibus iustitiæ defensoribus inuisus æquè ac infestus. Itaque dum quodam tempore publica in Sicimis festiuitas celebratur, ad quam plebs vniuersa conuenerat, frater eius Iothanes, quem fuga seruatum diximus, conscenso monte Garizeo qui Sicimis imminet, & sublata voce vt ab omnibus exaudiri posset, silentium ei populo præbente, rogauit vt pauca verba audire digna- 30
rentur. Cùmq; illi magis etiam silerent intenti, dixit quòd arbores olim humana voce vsæ, in conuentu ad id habito rogauerunt ficum, vt imperium in eas acciperet. Recusante autē illa, quòd contenta honore quem propter fructus suos percipiebat, nō requireret alium: arbores nō destiterunt principē querere: visumq; est, viti hunc honorem deferre. ea verò totidē verbis quot ficus recusauit, & simili modo etiā olea. itum est deinde cum eisdem postulatis ad rubū. cuius lignū ad ignaria valet. Is respondit: Si serio me regem poscitis, sub ymbra mea requiescite. sin autem insidias mihi struitis, egrediatur ignis ex me, & absumat vos. Hæc, inquit Iothanes, non risus mouendi causa vobis fabulor, sed quia maximis beneficiis à Gedeone affecti, sustinetis Abimelechum necatis fratribus principatum vsurpare, cuius ingenium nihil ab igne differt. 40
Hæc locutus recessit, & per triennium in latebris montium vixit, Abimelechi potentiam fugitans. Nec ita multo post, Sicimitæ pœnitentiæ ducti eorum quæ in filios Gedeonis patrauerant, Abimelechum ex vrbe & tota tribu expulerunt. Ille vero cogitabat quomodo ciuitatem aliqua clade afficeret. cùmque instaret vindemia, non audebant colligere fructus, metuentes ne quid incommodi ab Abimelecho acciperent. Forrè per eosdem dies contulerat se cò cum armatorum manu & cognatis quidam princeps nomine Gales. hunc exorauerunt Sicimitæ vt tantisper sui custodiam susciperet, dum vindemia peragitur: cœperuntque securè fructus conuehere, & per sodalitia cœnantes audebant apertè in Abimelechum conuitia iactare. & principis cognati dispositis circa urbem insidiis, multos ex Abimelechianis in eas præcipitatos interficiebant. Zebellus verò quidam è Sicimitarum primatibus, hospes Abimelechi, per nuncium ei significauit, quomodo Gales populum contra ipsum irritaret: hortatus etiam vt insidias ei ante urbem tenderet. se enim Galem illo adducturum; atque ita fore facile vt inimico gratiam qualem meretur referat

referat. quo factō curaturum se, vt cum populo reconciliet. cūmq; Abimeleclus locum insidiis aptum cepisset, & Gales cum Zebello in suburbanis negligentius ageret, conspectis repente armatis exclamat, Zebelle hostem video. illo respondente, vmbra esse cautum, iam propiores cernens, imò non vmbra sunt, inquit, sed virorum cohors. ad hæc Zebellus, nonne tu Abimelecho ignauiam obliis? quin igitur



ostendis qui vir sis, & armis hominē aggredieris? Gales verò turbatus excipit primum imperum: cūmq; suos inferiores animaduerneret, amissis aliquot, cæteros intra mœnia recipit. Zebellus arrepta occasione, calumniatus eum quasi volens male pugnasset, effecit vt vrbe pelleretur. cæterū Abimeleclus cognito quòd Sicimitæ ad vindemiæ reliquum exituri essent, insidias circa vrhem disponit. cūmq;

prodissent, tertiam suorum partem occupare portas iubet ne ciuibz reditus in vrbe pateret, cæteri verò dispersos circumueniunt. Itaque vbique plurima cædes patrabatur. & vrbe capta primo impetu ac solo æquata, salēq; in ruinis eius seminato, tum demum militem inde abduxit. atque ita Sicimitæ sunt deleti. Quotquot autē per regionē dispalati periculum euaserant, collecti denuo, petra quadā occupata, locū natura munitum muro insuper cingere volebant. Sed hoc consilium præuenit Abimeleclus, qui quā primū id cognouit, exercitum eò adduxit. & arrepto fæge arido, iussisq; cæteris idem facere, breui petram strue lignorum circumdedit: subiectoque igne, & fomentis ingestis flammam ingentem excitauit, ita vt nemo euaderet, sed vnā cum vxoribus & liberis absumeretur. numerus virorum fuit circiter mille quingentos, præter imbellem turbam satis magnam. Tale fuit Sicimitarum exitium, dolendū sanè, nisi quòd meritas pœnas dederunt ingratitude erga virum optime de se meritum. Abimeleclus autem Israelitis Sicimitarum internecione perterritis, videbatur non fore præsentī fortuna contentus, neque prius conquieturus quā vnīuersos perderet. mox enim exercitū ad Thebas duxit: & capto ex incurſu oppido, circa turrin quādam restitit, quæ quòd esset non mediocris, populo fuit receptaculum. hāc expugnaturus cum propius ianuam accessisset, mulier fragmine molæ demisso caput subeūtis ferit. ad quem iētum humi collapsus rogauit armigerū vt se occideret, ne mulieris manu periisse diceretur. quo factō fratribz debitas impietatis pœnas exsoluit simul & crudelitatis, qua in Sicimitas vsus est: quæ quidem clades iuxta Iothanis præſagium illis accidit. cæterū exercitus duce mortuo, miles in suas quisque domos reuersus est.

Israelitarum deinde gubernacula Iairus Galadenus de tribu Manassetide suscepit, vir tum rebus cæteris, tum numerosa prole felix. triginta enim filios habuit, equites egregios, & Galadenæ oppidorū principes. is cū viginti & duos annos in principatu vixisset, iam senex defunctus, in Camone vrbe Galadenæ est sepultus. Res autem Hebræorum rursum in peiore statu erant, legibus autoritatē suā nō amplius obtinentibus. qua occasione arrepta Ammanitæ & Palæstini cū valido exercitu regionem eorum ingressi, omnia rapinis vastabant: & occupatis locis ultra Iordanem, traicere flumen & reliquam regionem inuadere parabant. Hebræi verò calamitatibus castigati supplices opem diuinam implorāt: & victimis numen placare conati, rogabant vt irā finiret, aut certè moderatius exerceret. Deus autē iam propitius, auxiliū eis non negauit. Igitur Ammanitis Galadenā cum exercitu ingressis, incolæ eius regionis obuiam illis cum armis veniunt: sed imperatore carebant. Erat autē quidā Iaphthes, vir patris virtute celebris, qui proprios milites alebat: ad hunc missis nunciis rogabant vt in auxilium veniret, promittentes se perpetuum copiarū imperium ei tradituros. ille non admisit preces, causatus quòd nullam opem ei tulerint, dum à fratribz manifestā iniuriā pateretur. Cū enim non esset eadem

XII

Iud. 10

Iud. 11

matre natus, sed externa quam pater amore captus in ædes induxerat, contempta eius solitudine eiecerunt hominē. tunc autem in Galadēna degebat, omnibus quotquot ad se venirent stipendia soluens. Tandem exoratus, & iureiurando accepto imperium copiarum penes se fore, militem suum cum eis coniunxit. Et cum mature quicquid factū opus erat prouidisset, exercitū in vrbe Masphaca collocato, mittit legatos ad regem Ammanitarum, ex postulatū quod res alienas inuaderet. Qui missis aliis oratoribus respondit, ipsos potius iniquē agere, qui Ægyptiorum fugitiui alienis bonis incubarent: postulatque vt de regione Amoræa decederent, quæ ad maiorum suorum ditionem pertineat. Contrā Iaphthes negabat eum meritō queri de adepta quondam Amoræa, sed magis gratiam debere pro Ammanitide relicta. potuisse enim Moysen & illam occupare. Se verò agris nequaquam cessurū, quos annis iam trecentis Deo volente tenuissent, & potius litem hanc armis direpturum. His dictis legatos dimisit. ipse votum fecit, si victoria potiretur, sacrificaturū se quicquid domum reuerso primum occurrisset. congressus deinde cum hoste vicit egregiē: fugientēsq; persecutus est vsq; vrbe Maniathē. & ingressus regionē Ammanitidem multas vrbes deleuit, præda militi cōcessa: finēmq; seruituti imposuit, quam sua gens per annos decē & octo pertulerat, fortunatior militiæ quā domi. redeunti enim obuiam facta est filia virgo, præter quam nullos alios liberos habuit. Ingemuit pater, ictus dolore nimio: dein conquestus de importuno officio, indicauit victimam esse Deo destinatam. at illa non illibenter accepit, gratulatoriam se fore pro victoria patris & ciuium libertate hostiam. vnum rogauit, vt sibi liceret iuuentutē suam cum æqualibus per bimestre tempus deplorare, atq; ita voto patrem soluere. quo impetrato, ad præfinitum terminum pater mactatam holocaustoma obtulit, neque legitimum neque Deo gratum sacrum faciens, nec quicquam pensi habens quid fama de hoc factō locutura esset. Petitus post hæc bello ab Ephræmi tribu, quod sine illis in Ammanitas expeditionem fecisset, & nunc solus præda simul & gloria frueretur, primo excusauit, nec ignorasse eos quod consanguinei bello premerentur, nec auxilium attulisse, quod vel non vocatos ferre decebat. ultro deinde accusauit, quod iniquē facerent, qui non ausi hostem aggredi, nunc contra cognatos ferocirēt. postremō minatus est, pœnas sibi Deo volente duros, si insanire pergerent. vt verò nihil se verbis proficere sensit, accito ē Galadēna exercitū venientes excepit: plurimīsq; in confictu cæsis, & postquam in fugam versi sunt, præmissis qui vada Iordanis occuparent, intercluso effugio, circiter quadraginta duo millia hominum peremit. ipse expletis sex principatus annis defunctus sepelitur in patria sua Sebei, quæ sita est in regione Galadēna. Huic in principatu successit Apsanes, natus ē tribu Iudæ, ex Bethlemis oppido. huic liberi fuere l. x. mares x. x. totidem deterioris sexus, quos omnes superstites reliquit, has nuptas, illos vxoribus cura & opera sua coniunctos. cumq; nihil memorabile in principatu septenni gessisset, admodum senex diē obiit, in patria sua sepultus. Helon post hunc assumpsit principatū, tribu Zabulonita: quo per decennium functus, nec ipse quicquam gessit memoratu dignum. Qui deinde successit Abdon Elielis filius tribu Ephræmita, ex vrbe Pharathone, nihil præter numerosam prolem habet memorabile, alioqui per summam securitatem & pacē quæ sub eo floruit, nulla data est ei rerum fortiter & gloriose gerendarum occasio. Filios habuit quadraginta, nepotes triginta: atq; egregiis equitibus septuaginta comitatus circumuectabatur, quos omnes superstites reliquit. Mortuus est iam senex, & in Pharathone magnificē sepultus.

De Sampsonis fortitudine, & quanta mala Palesinis fecerit. Cap. X.

Iud. 13

XIII



OST huius mortem Palesini superauerunt Israelitas, & tributa ab eis exegerunt per annos quadraginta. Ab ea miseria liberati sunt in hunc modum: Monothes quidam vir inter Danitas optimus, patriæ suæ sine controuersia princeps, vxorem habuit eximia pulchritudine suspiciendam supra omnes eius ætatis fœminas: ex qua cum nihil liberorum susciperet, ægrè ferens orbitatem, in suburbanum

banum suum quod erat in campo magno cum vxore ventitans, crebris precibus sollicitabat Deum, vt daret sibi liberos. Insaniebat autem in vxorem præ amore, eratq; vehementer zelotypus. Cùmq; aliquando sola ageret mulier, spectrum se illius oculis obtulit angelus Dei specie iuuenis pulchri & magni, lætum nuncium afferens, fore vt fauore Dei nascatur eis filius, pulcher & insigni robore: qui vbi ad virilem ætatem peruenerit, compescendam esse ab eo Palæstinorum insolentiam. iussitq; ne capillitium ei detonderetur, vtq; Deo sic volente ab omni alio potu abstineret, sola aqua contentus. postremo addens à Deo se missum abiit. illa marito reuerso angeli verba indicat, mirè prædicans iuuenis staturam & pulchritudinem, ita vt vir tali laudatio
10 ne motus ad zelotypiam, non nihil de vxoris pudicitia male suspicari inciperet. quæ volens hunc mariti stultum mœrorē adimi, supplex Deum rogauit, vt iterum angelum mittere dignaretur. quò ille à coniuge etiā posset conspici: & impetrata hac gratia, rursum in suburbano versantibus apparuit angelus soli mulieri. illa rogat vt paulisper maneat dum virū adducit, quo permittete, cum Manochē mox ad eum reuertitur. quo viso, ne tū quidē suspicari desit: rogauitq; vt sibi quoq; eadē indicaret. illo respōdēte, satis esse quòd mulier sciat: iubet quisnā esset dicere: vt nato filio referre ei gratiā & munus aliquod donare possint. negauit ille sibi opus muneribus, nec enim horum causā de filio lætum se attulisse nunciū. cùmq; iterum rogaretur vt saltē hospitalem tractationem admitteret, non annuit. tandem exoratus vt paulisper maneret
20 dum aliquid affertur, cūm mactasset hædum Manoches, coquendūq; vxori dedisset, paratis omnibus iussit deponi in petra & panes & carnes absq; vasculis. quo facto virga quam gestabat carnes attrigit: confestimq; flamma emicante cum panibus absumptæ sunt, & angelus fumo tanquam vehiculo in cælum ascendere ab eis visus est. Manochē autem sollicito ne quid periculi immineret ex aspectu numinis, vxor bono iubet esse animo, affirmans magno suo bono Deum se vidisse: cūmq; concepisset, diligenter mandata retinuit. Nato deinde infanti Sampson est nomen inditū. quod robustum significat: qui mox egregia animi ac corporis indole præditus, promisso capillitio victusq; sobrietate diuinum nescio quid præ se ferebat. Cūmq; adoleuisset, comitatus parentes in Thamnam urbem Palæstinorum conuentus tempo-
30 re, implicitus amore puellæ indigenæ, rogauit suos parentes, vt id connubiū procurarent. quibus excusantibus quòd diuersi essent generis, quòdq; religio vetaret eius modi nuptias, vicit iuuenis pertinacia, effecitq; vt virgo sibi desponderetur. crebrò deinde sponfam interuisens, in itinere in leonem incidit, nec tamen eius occursum declinauit licet inermis, sed nudis manibus adortus beluæ fauces elisit, eiūsq; cadauer in dometū viæ vicinum abiecit. aliquot post diebus eandē viam ad puellam remetiēs, offendit exāmen apum mellificare in leonis pectore, & sumptis inde tribus fauis eos cum cæteris muneribus adamatæ obtulit. Ad nuptias deinde celebrandas Thamnitas conuocat, qui quòd vires eius haberent suspectas, honoris specie trīginta affectatores ex æqualium numero iuueni adhibent, iussos obseruare nequid
40 auderet. Conuiuiis deinde vt sit hilarescentibus, ait se quæstionem propositurū suis sodalibus, quam si intra sex dies soluerent, cuique sindonem se daturum & tunicam: qui tum quòd sagaces videri cuperent, tum quòd lucrum nō fastidirent, iubent eum proponere. Ille, Ex voraci, inquit, cibis prodiit, & ex immiti suauitas. in his explicandis cūm hæssissent triduo nec proficerent, puellam aggrediuntur minis simul & precibus, vt expiscata secretum è marito indicium sibi faceret. ille repulsis aliquandiu blanditiis, cum rogandi finem non faceret, & lachrymans gratam se illi negaret, tandem nihil suspicans rem totam de leone aperit, & vnde tres illos fauos nactus fuerit. illa iuuenibus prodit omnia. ergo cūm præfinita soluendæ quæstioni dies adesset, ante solis occasum conuenientes: Neque leone, inquit, quiaquam occurrēti immi-
50 tius, neque melle gustanti suauius. Ibi Sampson subiecit, neq; muliere dolosius, quæ vobis quæstionem nostram aperuit. Nihilominus illis persoluit quæ promiserat, spoliatis quibusdam Ascalonitis quos fortè per viam inuenit obuios: sed tratus mulieri remisso nuncio res suas sibi habere iussit ac gerere, at puella cōtempta vt vicissim illi moueret stomachum, nupsit eius sodali qui priores nuptias conciliauerat. Hæc contume

Jud. 14

Iud. 15 rumelia commotus Sampson, decreuit de tota gente pœnas sumere: & commodum maturis segetibus tempus iam messis aderat. ergo comprehensis trecentis vulpibus, & facibus ad caudas earum annexis, per arua Palæstinorum omnes dimisit, quibus passim discurrentibus totus frugum prouentus momento ferè temporis concrematus est. Quo cognito gentis principes, & quid Sampsonem ad perpetrandum facinus mouerit, missis in hoc Thamnam satellitibus, vxorem quondam eius cum cognatis, damni dati reos prius factos, viuos exusserunt publicè. Sampson autem in Palæstinos latè grassatus cædibus, ad habitandam Æram se contulit. ea est petra bene firma, in tribu Iudæ sita. At Palæstini totam tribum bello impetunt. quibus bellū deprecantibus, quod nec Sampsonis culpæ essent affines, nec de solenni tributo quicquam diminuerent, responsum est nō absoluedos ab hoc crimine ni Sampsonis dediti- 10
 onem facerent. Illi volentes hanc suspicionem à se amotam, armatis tribus milibus ad petram veniunt, & expostulantes quod suis facinoribus Palæstinos Hebræis infensos redderet, qui irritati facile possent toti genti magnam aliquam cladem re-
 pendere, dicentēq; in hoc se venisse vt comprehensum illis dederent, postulabant vt consensu ipsius facere hoc sibi liceat. qui iureiurando accepto nihil præterea molituros, sed hosti tantum deditiōnem faciendā, descendens de petra in cognatæ gentis potestatē se permisit: & illi vinctum prius duobus funibus, Palæstinis tradendum ducebant, cumq; ventum esset ad locum, qui obscurus antè, nunc ex Sampsonis fa-
 cinore inclaruit, Maxilla nominatus, nec procul abessent à castris hostium, procur- 20
 rentibus obuiam Palæstinis, & lætitiā re ex sententia gesta clamore testantibus: Sampson abruptis repente vinculis, arreptaque maxilla asini quæ fortè iacebat præ pedibus, in medios hostes irruit: qua feriens quotquot assequi potuit, circiter mille interfectis cæteros metu dare terga compulit. qua victoria plus satis elatus, & opis diuinæ immemor, cum totum sibi tribueret, quod maxilla tantum armatus fudisset ac fugasset hostiles copias: ingenti siti oborta, confessus nihil esse quantaslibet vires humanas, Deo victoriā acceptam retulit: supplēxq; rogauit vt arrogantē data venia, succurreret & periculo se eximeret. nec irritę fuere preces, sed copiosus fons subito è quadam petra prorupit. loco Maxillæ nomen Sampson imposuit, quod in hodiernum usque durat. Post hoc prælium iam Palæstinos contemnens venit Gazam, & in
Iud. 18 publico diuersorio egit. quo audito Gazæorum magistratus, ne clam abire posset, stationes pro portis collocant. Sampson verò qui insidias maturè senserat, circa mediam noctem surgens, portas cum ipsis claustris ac vestibus. cæterōq; paratu reuulsas, & humeris impositas, in mōtem qui est supra Hebronem perlatas deposuit. paulo verò post à patriis institutis desciscere, & in peregrinos mores degenerare incepit, quod ei omnium malorum fuit principium. cum enim meretricē quandam Palæstinam adamasset, nomine Dalalen, cōsuetudine eius delectabatur. Quamobrem qui apud Palæstinos rerum potiebantur accedunt eam, & magnis pollicitationibus inducunt vt eliciat è Sampsonē causam tanti roboris, propter quod inuictus haberetur ab hostibus. Assensit illa, & cum prima occasio data est, inter computationem & 40
 muliebres blandicias extollens eius res gestas, omni astu vtebatur vt cognosceret cur tātopere virtute excelleret. Sampson verò adhuc mētis compos eisdem artibus contra mulierem vtens: si septenis, inquit, viribus flexilibus reuinctus fuero, siam nihilo aliis fortior. Tacuit illa, rem ita se habere putans: communicatōq; super hoc cum magistratibus consilio, inclusaque in penitiorē domus parte manu militū, bene potum ac sopitum accuratè vt ab ipso didicerat vinxit. deinde excitato indicat adesse quosdam qui illū vellent aggredi, ille ruptis virgeis vinculis ad resistendū se expedit. Mulier tunc frustrata paulo post aliam opportunitatem nacta, grauibus querelis aggressa est virum, quod amanti non satis fidens, celaret eam id, quod maxime scire cuperet, ac si nesciat tacere, quicquid alios scire amasio suo nō expedit: rursum- 50
 que simili figmento elusa est, cum septem funibus alligatum perditurum se vires diceret. experta enim hoc quoque nihil effecit: cumq; vrgere non desisteret, tertio mulierem ludificatus est, dicens capillos suos oportere implecti licio, atque ita parari vincula, ac ne hoc quidem verum experta, postremò adhibitis omnibus artibus non

non prius rogādi finē fecit, quā fatali iam necessitate instāte, victus importunitate Sampson in gratiam mulierculæ suæ ipse secretū prodidit: Deus, inquit, mei curam habet. & eius providentia natus hanc comam alo, cuius tonsuram ipse mihi interminatus est. nam in eo capillitio totas sibi vires consistere. Hoc cognito, nescienti comam derafit, & hoc pacto imbecillum factum inimicis prodidit, repugnare amplius non valentem. illi orbatum oculis & vinctum abduxerunt. Procedēte deinde tempore cū iam capillus repullularet, cūq; solenne Palæstinis adesset epulum, confidentibus optimatibus in quodam fano cuius tectum duabus columnis sustinebatur, accitus est & Sampson ut misero inter comportandum illuderent. qui hoc extremum malum existimans, quod illusores vlcisci non quiret, iubet puerum à quo manu ducebatur, ut ad illas columnas se acclinet, iam, ut tum simulabat, defatigatū. quibus admotus sic eas concussit, ut subuersæ totius ædificij ruinam traherent, quæ tria millia hominum sunt oppressa, & inter cæteros ipse Sampson. Hic finis viri fuit, exacto principatus anno vigesimo, admirandi ob incomparabilem animi simul ac corporis fortitudinem, quæ in hostium perniciem vsque ad extremum halitum usus est. Nam quod à muliere deceptus est, humanæ infirmitati imputari conuenit, pronæ ad eiusmodi vitia. cætera dignus sempiterna memoria virtutis nomine. cognati verò eius cadauer in patriam reportatum, apud Sarasam oppidum monumento maiorum intulerunt.

20

Quomodo filij sacerdotis Elis à Palæstinis in prælio sunt cæsi. Cap. XI.

POST Sampsonis autem obitum præfuit Israelitis Elis pontifex, in cuius XIII principatu fames valida eam regionem inuasit, quā non ferens Abimelechus Bethlemorum ciuis, quod oppidum est tribus Iudæ, assumptæ uxore Naami, & filiis communibus Chellione & Mallone, in Moabiticam terram migravit. cūq; ibi prospera fortuna vteretur, filiis suis uxores dedit eius gentis fœminas, Chellioni Orpham, Ruthem Malloni. exacto autem decennio Abimelechus cum filiis breui tempore alius post alium obiit. quo casu Naamis in maximum mœrorem coniecta, desolata à charissimis quorum consuetudinē amori patriæ prætulerat, mutato pro re consilio reuerti ad sua decreuit. iam enim res patriæ in meliori statu esse perceperat. nurus autem eius non sustinebant ab ea diuelli, & velit nolit comitari eam volebant. at illa precata eis felicius coniugium, quā in quo cum filiis suis vixissent, & in reliquis rebus prosperitatem, & docēs quod in se nihil esset opis, rogabat ut manerent, néve relicta patria in euentum incertū sequi miseram socrum cuperent. His monitis Orpha paruit: Ruthem verò nolētem manere, cuiusuis fortunæ futuram sociam secum socrus abduxit. Quæ postquam vnā peruenerunt Bethlema, Bozus Abimelechi cognatus eas excepit hospitio. cūq; Naamis à ciuibus suo nomine appellaretur, iustius, inquit, vocaretis me Maram. significat autem

40



Hebræorum sermone Naamis felicitatem, Mara dolorem. Et cū esset Ruth. 2. messis tempus, Ruthe permissu socrus exhibat ad spicilegium, ut cibos sibi pararet, casūq; in Bozi rus deuenit. qui cum paulo post superuenisset, cōspicatus puellā, de ea villicum percontatur. is denarravit omnia domino, quæ paulo antè ex ipsa cognouerat. qui exosculatus in ea beneuolentiam erga socrum, & affectum erga defunctum maritum, noluit spicilegio contentam esse, sed permisit ut sibi ipsi metteret quantum posset, ac sumeret: mādauitq; villico ne eam prohiberet, & ut vnā cum messoribus prandium ac potū ei præberet. Ruthe verò acceptam ab eo polentā seruauit socroi, & vespere cum frugibus collectis simul attulit: sed & Naamis seruauerat sibi quasdam partes ciborum, quos ei vicini contulerant. narrat deinde socroi, quid

50

quid ei Bozus dixerit; auditoque ex ea quod cognatus esset; & propter pietatem
Ruth. 3 forsan curam earum habiturus, exiit etiam sequentibus diebus ad spicilegium cum
 Bozi ancillis, post aliquot dies iam hordei tritura peracta venit Bozus in suū rus, &
 cubabat in area. hoc cognito cogitavit Naamis in rem ambarum fore si Ruthe cum
 eo cubaret: misitq; eō Ruthem dormituram ad pedes eius. quē nefas rata non parere
 socrui, fecit quod iussa est. ac primò non sensit hoc Bozus altum dormiens: sed circa
 mediam noctem experrectus, sentiēsq; eam vnà cubare, quēsiuit quānam esset. edi-
 dit illa nomen; & famulam se in eius potestate dixit. Tacuit ille tum, sed mane sum-
 mo priusquam famuli ad opus surgerent, excitatam iussit hordei quantum ferre pos-
 set capere, & priusquā aliquis eam ibi dormisse videat, ad socrum redire, cauendos 10
 enim tales rumores, maximè si non de nihilo oriantur. Cæterum meum, inquit, con-
 siliū est hoc. rogabis eum qui tibi propinquior est quā ego, an te vxore opus ha-
Ruth. 4 beat. quod si aiat, sequeris eum: sin minus, mea legitima coniux eris. Hæc verba vbi
 renunciauit socrui, bonā spem habuerunt, Bozo res earum curæ futuras. circa me-
 ridiem verò reuersus ille in oppidum, senatum coire fecit: ac mox Ruthem & cognatum
 illum acciuit. Qui postquam venit, Abimelechi, inquit Bozus, & filiorum sortem
 possides. falsus est alter possidere se, idq; iure propinquitatis. Tum Bozus, ergo
 non ex parte tantum legum meminisse oportet, sed omnia iuxta præscriptum earum
 facere. ecce adest mulier, quā si vis possessionē agrorum retinere, lex te ducere iu-
 bet. at ille Bozo & sortem & mulierem cessit, quandoquidē & ipse defunctorū esset 20
 cognatus. Sibi enim iam & vxorem esse & liberos. Id Bozus apud senatum contesta-
 tus, iussit mulierem accedere illum, & iuxta legem calceum ei detractum in faciem
 incutere. quo factō Bozus duxit Ruthem, & anno elapso natus est illis infans mascu-
 lus. hunc Naamis nutricans Obedem de consilio mulierum nominauit, sibi in sene-
 ctute constitutæ inseruiturum. nam ea vox Hebræis inseruientē significat. ex Obede
 prognatus est Iesseus, ex hoc Dauid rex, qui posteris suis regnum reliquit per vigin-
 ti & vnā ætates duraturū. Hæc necesse habui de Ruthe narrare, volens Dei potentiā
 ostendere, cui facile est etiā vulgares homines ad amplissimam dignitatē perducere,
 sicut perduxit Dauidem ex mediocribus maioribus oriundum. Porro Hebræi
XV per hoc tempus rebus suis iam labantibus, bellum Palæstinis inferunt ob causam ta- 30
I. Reg. 2 lem: Eli pontifici duo duo filij fuerunt, Ophnes & Phineeses. hi contra omne ius &
 fas omnia sibi licere volebant: nec contenti honorariis muneribus, etiam à rapinis
 non obstinebant: mulierum insuper, religionis ergō cōfluentium ad sacrum locum,
 pudicitiam vel vi vel donis expugnabant, ita vt nihil à tyrannorum moribus differ-
 rent. hanc insolentiam iuuenum & pater ipse magnoperè detestabatur, diuinam vl-
 tionem nunquam non expectans, & populus iniquissimè ferebat. postquam autem
 illorum exitum Deus & patri & Samueli prophetæ etiamnum puero prædixit, tum
 verò nō aliter quā defunctos filios lugebat. Sed priusquā de clade in qua sunt absum-
 pti dicam, quædā de hoc propheta narranda sunt. Helcanes Leuita vir ingenuus Ra-
 matham vrbem in sorte Ephrēmitarū habitans duas vxores habuit, Annā & Phenan- 40
 nam: ex quarum posteriore liberos suscepit, nihilominus alteram quanquā sterilem
 diligens. is cū sacrificatum venisset in Siluntem, vbi tunc Dei tabernaculū fuisse di-
 ximus, & de epulo partes vxoribus ac liberis distribueret, Anna videns alterius libe-
 ros cum matre cōsidentes, in lachrymas prorupit, admonita orbitatis & solitudinis.
 cūmq; consolationem mariti non admitteret, abiit in tabernaculū supplicatura, vo-
 tūmq; factura, ablata sterilitate matrem factam primū filium se consecraturā, ad mi-
 nisteria Dei nō vulgari more educatum. In huiusmodi precibus longas moras pro-
 trahentē animaduertens Elis pontifex, qui ante tabernaculū sedebat, tanquā parum
 sobriam iussit abire. quæ cū respondisset, aquam se potare, sed mœstā quod liberis
 carcat, precibus à Deo sterilitatis remedium petere, bono animo eam esse iussit, pol- 50
 licitus habituram ex Dei munificentia filium. tum demum hilaris ad maritum reuer-
 sa, cibis antè præ mœrore fastiditis vsa est. in patriam deinde reuersa, breui vterū ge-
 rere cœpit, mox vbi pariendi tempus aduenit enixa filium, Samueli nomen indidit,
 quasi dicas exoptatū à Deo. cūmq; parētes gratias acturi Deo pro accepto filio, & sa-
 crificaturi

crificaturi redissent, simulq; decimas ex more afferentes, mulier voti rea puerum Eli tradidit, Deo consecratum, prophetamq; futurum. itaq; & comam alebat, & aqua tantum in potu utebatur, degebatq; circa fanum, cuius ministeriis educabatur. Helcana autem alij præterea filij ex Anna nati sunt, & filiarum tres. Porro Samuel exacto anno ætatis duodecimo prophetam agere cœpit. Quadam enim nocte dormientem Deus nomine vocauit. tum ille ratus à pontifice se vocari, accurrit ad eum. Quo negante à se vocatum, Deus idẽ tertio fecit. Tum Elis rem perspiciebat ait: Ego mi Samuel nunc quoq; ut antè filius, sed Deus te vocat. quapropter præsto esse te responde. Itaque rursum Deo vocante, rogauit quid iuberet, paratum se ad ministerium offerens. Tum
 10 Deus: Quando, inquit, præsto es, audi imminere Israelitis cladẽ maiorem quàm credibile est, & filios Elis ambos vna die perituros, & sacerdotium meum migraturum in familiam Eleazari. Elis enim pluris fecit suos filios quàm meum cultum, idq; ne cum ipsorum quidem cõmodo. hoc oraculum cùm ab adiurato extorsisset pontifex, alio qui se non contristaturo, certiorẽ iam expectationem exitij filiorum habuit. Samuelis autem gloria magis ac magis crescebat, omnes eius prædictiones veras euentu approbante. Per idem tempus Palæstini suscepta expeditione contra Israelitas, castrametati sunt apud urbem Amphecam: & nemine ibi occurrente ulterius processerunt. tandem congressi prælio, Hebræorum circiter quatuor milia peremerunt, reliquis trepidè in castra compulsis. Quamobrem Hebræi periculum extremum instare putantes,
 20 mittunt ad pontificem atque senatum qui postulent arcam in aciem proferri, ut eius præsentia freti hostem superent, ignari eum qui sententiam semel aduersum eos tulerat fore ut vincerentur, maiorem esse quàm arcam, quæ propter ipsum erat veneranda. Venit igitur arca in exercitum, & cum ea pontificis filij accepto à patre mandato, si amissa arca viuere sustineant, ne vnquam in conspectum sibi veniant. quorum Phinees iam sacerdotioungebatur, patre propter senium honorem concedente. Vehementer autem Hebræis arca animos addidit, victoriam in hac sitam existimantibus: contra hostes metuebant ne arca Israelitis esset præsidio. attamen utrorumq; expectationem euentus fefellit. Nam post conflictũ sperata Hebræis victoria, Palæstinis contigit: & quam cladem hi timuerant, eam Hebræi passi, cognouerunt frustra se in arca
 30 fiduciam collocauisse. nanque primo impetu in fugam sunt auersi, in qua triginta hominum milia sunt amissa, inter quos pontificis filij ceciderunt: & arca quoque in hostium potestatem deuenit.

1. Reg. 3.

XVI.

1. Reg. 4.

Quomodo Elis audita filiorum cæde, & arcæ amissione prouolutus de throno exspirauit.

Caput XII.

Ibid.

ELI A NC cladem & arcæ captiuitatẽ postquam in Siluntem Beniamita quidam iuuenis ægre seruatus è prælio renunciauit, tota vrbe repleta luctu, Elis pontifex, qui ad alteram portam sublimis in sella sedebat, audito eiulatu suspicatus id quod res erat, noui aliquid mali suis accidisse, iuuenẽ
 40 accersit. cùmq; audisset euentum prælij, tam militum quàm filiorum cladem satis æquo animo tulit, ut qui Deo prænunciante iam antè hæc præsciuerat. Solent enim longe grauius afficere quæ præter expectationem accidunt. Ut verò etiam arcam in hostium potestatem factam cognouit, insperato malo ictus, & doloris impatiens, prolapsus è throno exhalauit animam, vitæ anno nonagesimo octauo, principatus quadragesimo. Eadem die Phinees quoq; alterius è filiis vxor obiit, non valens superesse mariti infortunio. Peperit ea filium septimestrem quidem, vitalem tamen, cui ob acceptam ignominiam Ioachabes fuit nomen, quam ea vox apud Hebræos significat. Primus autem hic Elis ex Ichamari familia, qui fuit alter Aaronis filius, pontificatum obtinuit. nam antè in Eleazari familia fuit hoc sacerdotium, quod filius à patre per manus accipiebat. ille enim Phinees id tradidit: quod mox filius & successor eius Abiezeres filio suo Boccei reliquit: ab hoc Ozis filius eius accepit: post quem Elis sacerdotio potitus est, de quo nunc loquimur: quod mansit eius generi vsque ad Solomonis tempora, quando ad Eleazari familiam rursus rediit.

k

Flauij

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IYDAICARVM LIBER

SEXTVS.

Quomodo Palestini peste & fame coacti arcam Hebræis remiserunt.

Caput I.

10

1. Reg. 5.



ART A de Hebræis victoria, sacræque arca quemadmodum diximus capta, Palæstini cum cæteris spoliis Azotum eam referunt, & in fano dei sui Dagonis inter donaria collocant. Sequenti verò die mane venientes ut adorarent deum suum, inuenerunt eum è basi excidisse, & prorum prostratum ante arcam: quod ægre ferentes, in pristinum locum eum reponunt. cumque sæpius illuc accedentes, semper prostratum & adorabundum reperirent, stupor maximus ac perturbatio totum populum inuasit. postremò grauissima pestis Azotiorum vr-

20

bem arq; agrum adorta est. correpti enim dysenteria cruciabiliter moriebantur, nonnulli interanea viciata morboque corrosa euomebant. Ager vero totus scatebat muribus, qui omnia vastantes, nec segetibus parcebant, nec cæteris fructibus. His calamitatibus Azotij pressi, nec valentes amplius tolerare, intellexerunt arcam in causa esse, & victoriam cum eiusmodi spoliis luctuosam sibi cõtigisse. miserunt igitur ad Ascalonitas, postulantes ut arcam in ipsorum urbem transferrēt: qui non grauatim Azotiorum legationi annuentes, cupide arcam ad se receperunt, moxq; eisdem quibus illis malis laborauerunt: cum arca enim simul etiam calamitates sunt translata. Itaq; hinc quoq; ablegata est ad alios, sed ne apud illos quidem permanfura. agitati enim eisdem pestibus, ad vicinas vrbes eam trans mittebant. atq; in hunc modum quinque Palæstinorum vrbes peruagata est arca, veluti tributum per singulas pœnam violatæ religionis exigens. Quæ defessæ tot malis, & aliis exemplum factæ ne arcam reciperent talia hospitij præmia referentem, nihil superesse videbant, quàm ut bono aliquo modo à se eam ablegarent: & cum conuenissent quinque ciuitatum principes, Gittæ, Accaronis, Ascalonis, Gazæ & Azoti, dispiciebant quid facto opus esset. Ac primum visum est remittendam esse arcam ad suos, cuius captiuitatem Deus vlceretur, quum tot mala simul cum ea regionem ingressa homines & agros vastare non desinant. Nec defuerunt qui huic sententiæ contradicerent, negantes hæc imputanda captiui isti arcæ: cuius si tanta vis esset, aut si omnino Deo cara fuisset, nunquam illam in diuersæ religionis hominum manus deuenire permisisset: suadentēque ut hos casus æquo animo ferrent, & sic cogitarent, hæc omnia non aliunde quàm à natura prouenire: quæ & corporibus & terris & plantis & cæteris potentia suæ subditis per certas temporum vices huiusmodi mutationes ingenerare solet. Sed vicit sententia probatæ prudentiæ hominum, qui tunc aptiora ad propositum negotium censere videbantur. His neque remitti arcam placuit, neque retineri. sed pro quinque ciuitatibus quinque statuas aureas dedicari Deo in testimonium gratitudinis, quod eius fauore seruati essent ex ea peste quam humanis remediis euadere fuerit impossibile: & totidem mures aureos addi illis similes qui agris vastitatem intulerunt. His omnibus in loculum inclusis & super arcam impositis plaustrum ei nouum fabricari: vaccas deinde nuper enixas plaustro subiungi, inclusis domi earum vitulis, ne sint impedimento matribus, & ut foetuum desiderio magis properent. ipsas verò deduci in triuium arcam vehentes, atque ibi relinqui ut quamcunque velint viam ineant. Et si quidem ad Hebræorum regionem se verterint, ad eamque perrexerint, credere arcam fuisse calamitarum causam. sin aliò deflexerint, retrahendas ex itinere, indubitato argumento nihil

in hac

in hac inesse virium. hoc consilium omnibus calculis est approbatum, quod mox opere sunt exsecuti: & paratis quæ diximus, productoque in triuium plaustro ac ibi relicto ipsi retrorsum discesserunt.

Victoria Hebræorum ductu Samuelis.

Cap. II.



ACCIS autem veram viam ingressis, & rectà non aliter quàm si de- *Ibidem.*
ducerentur tendentibus, principes Palæstinorum sequebantur, cu-
pientes cognoscere quò peruenirent, & vbi plaustrum sisteret. Vi-
cus est quidam in tribu Iudæ, nomine Bethsama. huc postquam ve-
nerunt vacce, tametsi pulchram planitiem ante se haberent, vltius
tamen non sunt progressæ, sed ibi plaustrum statuerunt: ad quod
spectaculum à vicinis mox cum gratulatione est concursus. Cùm enim esset æstas,
& fruges ex aruis comportarentur: vt viderunt arcam, præ gaudio mittentes opus è
manibus, ad plaustrum illud properabant. demptam deinde arcam, & vas quod sta-
tuas illas ac mures continebat, in petra quadam quæ in campo exstabat, deposuerunt:
& accitis victimis peractoque sacrificio splendide epulati, plaustrum simul ac vaccas
holocaustoma Deo fecerunt. quo viso principes Palæstinorum retro ad suos sunt re-
uerfi. Cæterù indignatio Dei Bethsamitas inuasit, ex quibus septuaginta occidit, quòd
cùm non essent sacerdotes, profanis manibus contrectare arcam sint ausi. quæ res læ-
titiâ vicanorum nouo luctu nonnihil obscurauit, eo magis quòd suos non fatali mor-
te, sed diuina ultione extinctos desiderabant. quamobrem indignos se ducentes qui
hospitium arcæ præberent, mittunt nuncios ad vniuersos Hebræos, qui certiores
faciant de arca à Palæstinis reddita. illi re cognita transferunt eam in Cariathiarim, *1. Reg. 7.*
vrbem vicinam Bethsamitis, atque ibi apud Aminadabum quendam Leuitam, opi-
nionem religionis ac iustitiæ celebrem, in ædibus eius collocant, idoneum sacrario lo-
cum existimantes vbi vir iustus haberet domicilium, cura arcæ commissâ est eius fi-
liis, quam per viginti annos cum summa laude gesserunt. tot enim annos in Caria-
thiari mansit, quatuor solis mensibus apud Palæstinos detenta.

Cùmque populus toto hoc vicennio votis & sacrificiis operam daret, magnamq;
religionem & cultus diuini curam præ se ferret, propheta Samuel animaduersa eo-
rum promptitudine, putans se naçtum occasionem adhortandi ad libertatem, & bona
quæ illam sequuntur, orationem & tempori accommodans & negotio, verba in hanc
fermè sententiam ad eos fecit: Viri Israelitæ, quandoquidem nec hostis infestus esse
definit, & Deus vestris precibus flexus propitius esse incipit, oportet non votis tan-
tum libertatem expetere, sed eò totis viribus incumbere, vt vel nunc tandem illa po-
tiri contingat. Cauete ergo ne vestristmet moribus hac indigni reddamini, sed pro se
quisq; colat iustitiâ: expulsisq; omnibus vitiis ex animo, purgatas mentes ad Deum
conuertite, & in eius veneratione constanter perseuerate. hæc enim facientibus bre-
ui omnia bona venient, & in primis noua libertas & victoria de hostibus: quæ neque
armis, neque robore corporum, neque copiarum multitudine consequi licet. non
enim his rebus Deus præmia proposuit, sed probitati ac iustitiæ: qui vestram expecta-
tionem non fallit, mihi credite. Hanc adhortationem alacris populus faustis accla-
mationibus excepit, promptum se offerens ad omnia quæcunque Deus velit ac iu-
beat. Samuel autem edixit vt conuenirent in oppidum Masphatim, quæ vox conspi-
cium significat. ibi hausta aqua libauerunt Deo, & indicto vnius diei ieiunio publice
supplicatum est. Nec latuit Palæstinos Hebræos circa Masphatim congregari, sed con-
festim cum magno exercitu affuere, sperantes se illos nec opinos posse opprimere.
quapropter trepidi ad Samuelem concurrunt, consilium dubiis rebus petentes, nihil
dissimulantes non esse sibi satis vel virium vel animi ad cõfligendum cum tam poten-
te hoste, à quo toties victi discessissent: & libenter quieturos si liceat, ne vltro sibi per-
niciẽ accersere videantur. conuenisse se ad supplicationes & sacrificia, vtq; sacramen-
to ad militiam adigerentur: nunc imparatis & inermibus imminere hostem, vt nulla
spes salutis supersit, ni Deus à propheta exoratus periclitantes in tutelam accipiat. Ille
iubet eos securo animo esse, neq; enim auxilium Dei defore. & mactato agno læsten-
te, rogat

te, rogat Deum vt in se sperantes protegat, & à vi Palæstinorū tutos faciat: néve patiat-
 tur iam iterum ab eodem hoste cladem accipere. hac victima egregie litatum est, &
 Deus præsens ac propitius insignem victoriam annuit. Sed priusquam totam flammam
 absumeret, nondum sacro peracto, hostis in conspectu aciem explicat, rem factam se
 habere putans, interceptis Iudæis imparatis ad pugnam, & tantum non inermibus, vt
 qui non in hoc in eum locum conuenerant. At longè aliter accepti sunt quàm crede-
 rent, etiamsi quis prædixisset. Primum enim terra iubente Deo sub pedibus eorum
 intremuit, & vacillante vestigio nutabant, nonnulli etiam in improuisos hiatus prola-
 bebantur: deinde fulminibus crebris attoniti, & ignitis fulguribus oculos ac manus se-
 miustulati, vt ne arma quidem retinere possent, in fuga spem totam ponebāt. tum su-
 bito Samuel in perturbatos irruit, cæsisque plurimis, reliquos vsq; Corrhæos (id loco
 nomen est) persequi non destitit. & fixo ibi suæ victoriæ fugæq; hostium termino, qui
 trophæi vice esset, appellauit eum Fortem, in signum donatæ à Deo contra hostem
 fortitudinis: qui post hanc cladem nunquam bellum instaurare est ausus, sed cohiben-
 te metu & accepti incommodi memoria intra fines suos se continuerunt: & inuersis
 rerum vicibus, eorum ferocia in partes victoris transiit. Nec his contentus Samuel
 crebris expeditionibus & multis cædibus eos vastauit, donec omnino superbiam gen-
 tis perdomaret. agrum etiam quem prælio victis Iudæis abstulerant, quàm late inter
 Gittam & Accaronem patet, armis recepit, Reliqui verò Chananæi pacem eo tem-
 pore cum Israelitis habebant.

20

*Quomodo Samuel deficientibus per ætatem viribus, rerum administrationem filiis
 suis commisit. Cap. III.*

III.
 I. Reg. 8.



Amuel autem rebus populi compositis, & iuridicis conuentibus per
 certas vrbes institutis, ipse singulis annis bis eas obibat, & iura reddebat.
 multoq; tempore hæc præcipuam curam habuit, vt patriis legibus respub.
 administraretur. Deinde senio grauante, vt consuetis muniis sufficere
 non posset, filiis suis principatum & curam reip. tradidit: quorum seniori Iohel, iunio-
 ri Abia, nomen erat: mandauitq; vt alter in Bethelis, alter in Barsabe ius diceret, partito
 populo, & sua cuiq; iudici parte attribura. In his manifestū exēplum exhibitum est, nō
 semper patribus similes nasci filios, sed interdū ex malis bonos, sicut tunc cōtrā ex bo-
 no mali prognati sunt. Relictis enim paternis institutis diuersissimā viam ingressi, mu-
 neribus corrupti iustitiā opprimebant, & in iudicando non tā veritatis quàm lucri re-
 spectum habebant, solutiq; in luxum ac delicias, tum Dei volūtatē, tum patris con-
 temnebant, cui nihil magis erat cordi, quàm vt in populo iustitia vigeret quāmaxime.

*Quòd populus offensus Samuelis filiorum moribus, regem sibi dari postulauit.
 Caput IIII.*

IIII.



Opulus autem videns rempub. cura & diligentia prophetæ optime con-
 stitutam, labefactari per filiorum eius impotentiam, vehementer offensus
 ad patrem concursum fecit, qui tum habitabat in vrbe Ramatha: & com-
 memoratis filiorum eius iniquitatibus, quòdque ipse iam senio debilis,
 more solito præesse administrationi rerum non posset, obnixè precaba-
 tur vt regem aliquem declararet, qui toti genti cum imperio præsit, & à Palæstinis illa-
 tæ toties iniuriæ pœnas debitas exigit. Hæc populi voluntas vehementer Samue-
 lem contristauit, qui propter innatam iustitiā non amabat regiam potestatem vt ni-
 miam. Valde enim optimatum gubernatione delectabatur, non aliam ad felicitatem
 populi conducibiliorem existimans. adeoque res hæc hominem sollicitum habuit, vt
 nec cibum nec somnum præ cura caperet, sed per totam noctem se in lecto verfaret,
 multa interim animo volutans. Sic affecto Deus se vidēdum præbuit, consolatus eum
 ne postulata populi ægre ferat: dicēs non tam ad ipsam pertinere hanc contumeliā,
 quàm ad se, quem nolint sibi solum esse regem: idque moliri cœpisse iam inde ex quo
 primum ope sua ex Ægypto sunt eduoti, verum non multo pōst futurū est, inquit, vt
 eos consilij huius sero pœniteat: quando nec factum infectum esse poterit, & ipsi suam
 erga

erga me æque ac te ingratitudinem damnabūt. Nunc iubeo te eis creare regem quem ego designauro : idque prius quàm facias, præmonebis quantum malorum sibi ultro asciscant, protestaberisque eos te inuito ad mutationem status in deterius properare. His auditis Samuel, mane cōuocatis Iudæis, declaraturum se illis regem promisit, addens velle se prius indicare, quæ erunt sub regibus ferenda, & in quantis incommoditatibus erit viuendum. Scitote ergo primum quòd à vobis abstrahent vestros liberos, & alios aurigas sibi facient, alios equites & satellites & cursores, & tribunos ac centuriones : & alios item opifices, armorum suorum ac curruum aliorumq; instrumentorum fabros : præterea villicos agrorum suorum & aratores, & vinearum fossiores : & nihil est quod non cogentur facere more mancipiorum quæ pecunia parantur. Filias quoque vestras facient sibi vnguentarias, & culinarias, & panificas : & ad alia ministeria compellent, quæ ancillæ necessariò verberum formidine obeunt. possessiones etiam vestras vobis ablatas eunuchis suis & satellitibus donabunt, & pecorum greges unicuius è suis largientur. & vt compendio dicam, seruietis vnà cum omnibus vestris regi, non secus atq; domestici eius famuli. cùmque hæc omnia patiemini, veniet vobis in mentem huius meæ prædictionis, & pœnitentia tacti supplices Dei miserationem implorabitis, vt vos à regibus liberet. verùm ille non admittet eas preces, sed repulsos sinet dare pœnas inconsultæ temeritatis. His præmonitionibus multitudo erat surda, nec à proposito dimoueri poterat, contemptis omnibus, quæ Samuel in rem

eorum afferebat : sed vrgebat obstinare vt missa futuri cura regem crearet : quandoquidem nisi regis ductu vindicare se de inimicis gentibus non valerent : nec esse absurdum, si cùm finitimi omnes regnentur, & ipsi eandem reipub. formam accipiant. Samuel verò videns se prædictionibus suis parum proficere, sed pertinaciter eos in sententia manere : Nunc, inquit, abite domum quisque suam, & cùm tempus erit accersam vos, quàm primum cognouero, quem vobis regem Deus dare velit.

Saulus iubente Deo rex declaratur.

Caput V.



RA T quidam ex tribu Beniamitide, vir bene natus & laudatis moribus, nomine Cis. huic erat filius, nomine Saulus, egregia tum statura tum specie, quibus respondebat & animus. Hic Cis cùm eximias asinas, quibus præ cæteris iumentis delectabatur, à reliquo grege aberrantes amisisset, filium cum vno famulo ad eas quærendas misit. qui cùm perlustrata sua tribu eas non inuenisset, ad alias venit : & cùm nusquam comparerent, decreuit redire, ne patri solitudinis causa fieret. & dum non longè à Ramatha oppido iter faciunt, famulo admonente habitare ibi prophetam veridicum, cùmque omnino consulendum esse : sic enim scituros quid actum esset de asinis : respondit, nihil se habere quod mercedē diuinationis daret. iam enim viaticum esse consumptum. & dicente famulo, superesse quadrantē sicli, cùmque dari posse, nesciebant enim prophetam mercedes non accipere, itum est ad illum : inuentisque circa portam virginibus aequatum euntibus interrogant vbinam sit prophetæ domicilium. quæ indicatis ædibus, iubent properare prius quàm eat ad cœnā. præbere enim eum epulum, & nihil esse in mora nisi vt ille primus accumbat. Samuel autem hac ipsa de causa conuiuas vocauerat. nam pridie cum per totam diem precatus esset Deum, vt certiores se redderet quem creaturus esset regem, in crastinum se id facturum pollicitus est : circa eandē enim horam missurum se Beniamitam quendā iuuenem. quam ob rem sedebat in solario, expectans præfinitum tempus : quo peractō ad cœnam se conferebat. cùmque Saulum offendisset, Deus inspirauit ei, hūc esse futurum principem. Saulus verò accedens eum, salutatum prius rogat vbi propheta habitet, hospitē enim se hoc ignorare. cùmque ille respondisset, se eum esse, & ad cœnam duceret, dicens non asinas tantum quas quæreret saluas, sed omnium omnia bona in potestatem eius fore : supra spem, inquit, meam sunt ista Domine. neque enim ca est mea tribus, quæ reges proferat, & familia mea humilior est aliis familiis. tu verò ludis me, & maiora quàm pro mea conditione loqueris. Propheta autem deductum

1. Reg. 9.

ductum eum ad conuiuium accumbere fecit, & famulum supra alios vocatos. erant
 hi septuaginta numero. iussitque ministris vt Saulo portionem regiam apponerent.
 cumque iam hora dormiendi adesset, alij quidem surgentes domum quisque suam
 reuertebantur. Saulus verò apud prophetam cum famulo pernoctauit. & cum pri-
 mum dies illuxit, Samuel excitatum eum in viam deduxit. Postquam autem egressi
 sunt urbem, monuit vt famulo præcedere iusso, ipse paulisper subsisteret. esse enim
 1. Reg. 10. quod sine arbitris illi vellet dicere. tum Saulus famulū ablegat, & propheta deprom-
 pta lecytho caput iuuenis oleo perfundit, simulque regem salutatur, Deum ei hono-
 rem hunc ratum facere dicens, pro tutela Hebræorum, quorum iniurias bello Palæ-
 stinis illato vlcisci debeat. hæc ita fore hoc argumento cognoscere poteris. In hoc iti- 10
 nere offendes tres homines religionis ergo tendentes ad Bethela: quorum primum
 videbis ferre tres panes, secundum hædum. hos tertius sequetur utrem vini baiu-
 lans. hi tibi comiter salutato dabunt panes duos, & accipies. inde venies ad Rache-
 lis monumentum, vbi occurret tibi qui nunciet inuentas esse asinas. Inde progressus
 ad oppidum Gabatha, in cætum prophetarum incidet: & correptus diuino spiritu,
 vnà cum illis prophetabis, vt quotquot hæc viderint, attoniti miraculo dicant, vnde
 hæc felicitas Cisi filio? his signis visis certo scito Deum esse tecum: & saluta patrem
 tuum & cognatos. Venies autem Galgala, me accersente, vt pro his Deo pacificas
 hostias immolemus. His prædictis dimisit iuuenem: & quicquid prædictum est oc-
 currit ei in hoc itinere. Postquam autem domum rediit, percontante cognato suo 20
 Abenaro, quem præ cæteris diligebat, quomodo successisset peregrinatio, nihil il-
 lum celauit, ne hoc quidem quod apud prophetam fuisset, & ex eo cognouisset in-
 uentas esse asinas. de regno tantum tacuit, ne ea res vel credita inuidiam, vel non cre-
 dita variorum opinionem ei contraheret. quamuis enim & amicus esset & cognatus,
 tutius tamen ac consultius arbitratus est silentium, reputans credo humanæ naturæ
 infirmitatem, quod nemo constans in amore, sed etiam si manifesto diuino suffragio
 felicitas contingat, tamen alios sibi præferri inique & inuide ferunt. Porro Samuel po-
 pulum in oppidum Masphatim conuocat, & cum frequentes adesse videret, in hanc
 sententiam alloquitur, Hæc iussit me Dominus suo nomine ad vos perferre, Ego vos
 in libertatem vindicaui, primum Ægyptiorum seruos: deinde à vicinis regibus toties 30
 victos ac subiugatos, pro quibus beneficiis hanc mihi gratiam reponitis, quod abro-
 gato mihi quantum in vobis est imperio, quasi nesciatis vtilissimum esse homini
 à Deo regi, vnum è vestro numero digniorem existimatis, qui vobis præsit: qui
 subditis tanquam pecudibus pro sua libidine vtens, quidlibet in quemuis licere si-
 bi volet. non enim fieri potest, vt homo erga hominem sic affectus sit, quemad-
 modum ego erga à me ipso conditum. Eia quando plus apud vos potest temera-
 rius animi impetus quàm vel religio vel beneficiorum memoria, digeratur multitudo
 per tribus & familias, & fiat sortitio. Quo facto Beniamiticæ tribus fors exiit. dein
 familiarum nominibus in vnam coniectis, Metri familiæ fors obuinit, postremo
 cum viritim sortitio fieret Saulo Cisi filio regnum sortito obtigit. Iuuenis verò qui 40
 hoc præsciebat, abdiderat, se videri volens inuitus ad regnum accedere. Tanta
 fuit præditus modestia simul & temperantia, vt cum plerique vel modica felicitate
 potiti vix sui præ lætitia sint compotes, & omnibus se ob oculos ingerant: hic tot
 populorum rex declaratus ac dominus, non modo non ostentaret, sed verum etiam
 è subditorum conspectu subduceret, vt non absque negotio posset inueniri. cum-
 que nusquam comparente Saulo omnes essent solliciti, hæsitantes quidnam fieri
 oporteat, propheta precibus Deum appellat, vt latebras indicet, desideratūque
 iuuenem exhibere dignetur. quod vbi impetratum est, mittit qui eum adducant: &
 postquam venit, in medio populi iuuenem statuit vniuersis conspicuum, vt qui
 humeris tenus supra omnes excelleret, & ipsa statura maiestatem regiam præ se 50
 ferret. Tum propheta: Hunc vobis Deus dat regem. contemplamini quantum
 omnibus præminet, quàm sit hoc honore dignus. Cumque populus acclama-
 set, Viuat rex: propheta conscriptis in libro omnibus quæ illis sub regia domi-
 natione erant euentura, recitauit ea populo rege præsentem, & librum in taber-
 naculum

naculum Dei reposuit, vt esset apud posteros prædictionis suæ monumentum. His ita perfectis, dimissoque populo, ipse reuersus est Ramatha in patriam. Saulum verò in natale oppidum Gabatha redeuntem multi boni viri comitabantur, vt nouo regi debitum officiũ præstantes. Sed plures mali & factũ hoc eorum vitio vertebant, & ipsi contempto rege nullis vel muneribus vel obsequiis gratiã eius demereri conabantur. Mense autem post acceptum regnum elapso, exortum contra Naasen V Ammanitarum regẽ bellum apud omnes ex æquo auctoritatẽ illi parauit. Hic enim 1. Reg. 12 diu Iudæis vltra Iordanẽ habitatibus infestus, postremò cum magno & forti exercitu regionẽ ingressus vrbes eorum subiugare cœpit: nec contentus libertatẽ in præsens 10 abstulisse, vt omnẽ rebellandi materiã in futurũ adimeret, tam vltro deditis, quã vi subactis dextrum oculum eruebat: vt quoniã scutum sinistro prospectũ negat, omnino inutiles bello fierent. hoc modo tractatis trans amnẽ incolentibus in Galadenam exercitum duxit: & castrametatus ad primariã regionis vrbe, cui nomen est Iabes, oratores eò misit, qui cõditiones offerrent, vt aut deditione facta dextris oculis orbentur vt alij: aut internecionem hominũ & oppidorũ excidiũ expectent. eligerent ipsi vtrum mallent, paruã corporis particulã decidere, an in omnium facultatũ simul & vitæ discrimen venire. Tam ancipiti optione terrii Galadeni, nec hostile responsum dare ausi sunt, nec pacatum: sed inducias septem dierum petierunt, vt missis ad consanguineos nunciis postularẽt auxilium. & si impetratum fuerit, bellum gerant. 20 sin minus, promittebant se deditionem facturos quacunque conditione hostili liberet. Naases autem qui Galadenos contemnebat, non grauatim inducias dedit, permissis vndecunque suppetias implorare. qui euestigio per omnes Israelitarum vrbes nuncios dimiserunt, significantes se minis Naasis in extremã desperationem adductos. sed quocunq; illi venirent tantundem metus quantum mœroris afferebant, vt nemo se mouere auderet. cæterum cùm ad regiam quoque venissent, & ibi etiã populus sicut in aliis oppidis afficeretur, nil aliud quàm mœrens, Saulus rure domum reuertens, & animaduersa mœstitia populi, scitatus fatin' saluę res essent, & quæ noua causa tristitiæ: ex nunciis omnia cognouit. mox percitus diuino afflatu, ire eos iubet, & Iabesenis referre, se tertia die venturum auxilio; & ante solem exortum hostes profligaturũ, vt exoriens Ammanitas fusos ac fugatos, miseros verò ciues periculo exemptos inspiciat. atque his mandatis, aliquot ex eis retinuit, quibus itineris ducibus vti decreuerat. 30

Sauli victoria contra Ammanitas.

Cap. VI.



VOLENS autem pœnæ formidine populum ad Ammaniticum bellum 1. Reg. 12 excitare, quo celerius conueniret, boum qui fortẽ ab opere veniebant neruos succidit, idem passuros minatus qui postridie cum armis ad Iordanem nõ afforent, secuturi quocunque ipse ac propheta ducerent. Eo metu effectum est vt cùm omnes ad præfinitũ tempus præsto essent, recensitis apud 40 Balã oppidũ copiis, inuenirẽtur septingenta millia cõfluxisse, absq; tribu Iudæ: quæ sola armavit L x x. milia. Transgressus dein Iordanẽ & decẽ schœnorũ spatiũ nocte vna emensus, ante solis ortũ quò destinarat peruenit: & diuiso trifariã exercitu, vndiquaq; hostẽ nihil tale expectantẽ aggreditur: & acriter pugnando ingenti strage edita inter cæteros Naasen regẽ occidit. Hęc victoria Sauli nomẽ apud omnes Hebręos inclytũ reddidit, fama longe latẽq; fortitudinẽ viri celebrante. Si qui enim erant qui prius eum contẽnerent, tunc mutata in diuersum opinione nullo nõ honore dignũ prædicabant. nam nõ contẽtus Iabesenos seruasse, in Ammanitarum regionẽ irruptione facta totam vastauit, & ditato ex præda exercitu, gloriose domũ reuersus est. Populus verò nimio gaudio gestiẽs, placebat sibi quòd talẽ regem esset nactus, & il- 50 lis qui inutillẽ fore dixerant insultabat, rogians vbi nunc essent isti contemptores, & ad suppliciũ eos deposcens. & alia multa iactabat, vt solet multitudo, quoties in aliqua felicitate cõstituta contra autorũ eius aduersarios iritatur. Saulus interea studiũ quidem ac beneuolentiam eorum collaudabat, sed iureiurando affirmavit non passurum vt quisquã è consanguinea multitudine tam festo die rapiatur ad supplicium.

k 4

Perini

Periniquum enim esse victoriam à Deo datam civili sanguine polluerè: sed magis decere vt positis odiis diem epulis ac hilaritate transigant. Post hæc Samuele monente opus esse alteris comitiis per quæ Saulo rata fiat regni possessio, cõuentus fit apud oppidũ Galgalā. ibi rursũ inspectante tota multitudine propheta vnxit Saulum sacro oleo, atque iterũ regem consalutari fecit. Ita factum est vt mutato reipublice statu regia dominatio introduceretur. Sub Moyse enim & discipulo eius Iesũ, qui tum exercitui cum imperio præsuit, optimates rem administrabant. post cuius mortem octodecim annis populus sine summo magistratu vixit; deinde rursũ ad pristinam regiminis formã redierunt, qui belli gerendi scientia & fortitudine præcelleret, supremum iudicẽ constituendo. quam ob rem totum hoc tempus, quo talis status durauit, appellauerunt Iudicum. Samuel autem propheta priusquam comitia dissoluerentur sic est allocutus populum: Adiuro vos per maximũ Deum, qui vobis optimos illos fratres Moysen & Aaronẽ misit, & patres vestros ex Ægypto eduxit: vt absque pudore ac metu omnĩ affectu alio, libere dicatis, nunquid cõtra ius & æquum fecerim, vel proprij lucri cupiditate, vel in alterius cuiusquã gratiam. Coarguite me si cuius vitulum aut ouem, aut aliud quid tale accepi: cũ tamen huiusmodi munuscula quæ in quotidianũ victum cedunt, ab vltro dantibus sumere, vitio verti non soleat: aut si cuius iumẽto ad meas necessitates vsus sum. in his & similibus si quẽ offendi, nunc rege præsente dicite. Acclamatum est vno ore, nihil tale eum fecisse, sed sancte & iuste principatum gessisse. Tum ille, Gaudeo nullas esse vestras de me querelas, at ego habeo nonnihil quod cõquerar, si vera loqui licet: quæ tamen iniuria magis ad Deum attinet, quem certe hoc facto valde offendistis, quòd alium regem poposcistis. oportebat enim vos meminisse, quòd auus vester Iacobus, lxx. solis hominibus v̄stri generis comitatus, fame coactus in Ægyptũ deuenit. Cũq; ibi in multa milia propagata esset eius progenies, eaq; graui & contumeliosa seruitute ab Ægyptiis premeretur, inuocantibus vestris patribus, absque vllo rege Deus tantam multitudinem eripuit, misit in hoc Moyse & Aarone fratribus: qui vos in hanc terram induxerunt, quam nunc possidetis. & tamen post talia beneficia non semel prodidistis verã pietatẽ ac religionem. Nihilominus subiugatos ab hostibus liberauit, dum eius ope vicistis primũ Assyriorum potentia, deinde Ammanitarum ac Moabitarũ, & postremo Palestinos. atque hæc omnia confecistis non regũ auspiciis, sed ductu Iaphthæ & Gedeonis. Quæ igitur dementia vos impulit, vt detrectantes imperium Dei, sub rege esse malletis? Gessi tamen vobis morẽ, eo declarato, quẽ ipse elegit. Vt autem manifeste sciatis Deum vobis iratum, nec ei placere in regnũ versam vestram rempublicam, dabo euidens signum diuinitus. Qualem enim nunquã quisquã æstatis medio vidit in hac regione tempestatẽ, talem nunc impetrabo à Deo, quæ verbis meis fidem astruat. Vix ea fatus erat, cũ tanta vis tonitruum ac fulgurũ & grandinis ingruit, vt attoniti extremãq; timentes faterẽtur se peccasse, & per inscitiam in hunc errorem prolapsos, rogarẽtq; prophetam vt paterno affectu eos complexus, in gratiam Dei placati reponeret, & quemadmodũ aliorũ antea, huius quoque peccati veniam impetraret. pollicitus est ille rogaturũ se pro eis Deum, & exoraturum: simulq; consilium dedit, vt probi ac iusti esse perpetuo studerẽt, nec vnquam obliuiscerentur, in quantas clades & calamitates ob neglectum virtutis incidissent. meminissent præterea prodigiorum Dei legũque per Moysen latarum, si caram haberent vel suam ipsorum vel regis incolumitatem. quòd si hæc negligerent, prædixit grauem vltionem tam ipsis quã regi non defore. atque ita denuo confirmato in regno Saulo, conuentum missum fecit.

Palestini Hebræos bello aggressi vincuntur.

Cap. VII.

VI
1. Reg. 13



Ex autem delectu habito, conscriptisq; tribus milibus, duo milia sibi voluit esse satellitium, cum quibus ad habitandum Bethela se contulit: reliquos Ionathæ filij satellites esse iussit, quem misit in Gabam. ille vero expugnauit castrum quoddam Palestinorum nõ longe inde distans. Qui enim Gabam tenebant, perdomitis Iudæis arma ademerunt, & occupatis opportu

portunis locis præfidiis ea communiuerunt, & omni prorsus ferri vsu eis interdixerunt. quãobrem si quando agricolis opus esset aliquo ferramento, puta vomere aut ligone, aut alio ad colendum agrum necessario, à Palæstinis instrumentum erat petendum. Vt verò audiuerunt expugnatum castrum, indignati & non ferendam contumeliam dictitantes, armant contra Iudæos trecenta milia peditū, curruum triginta milia, equitum sex milia: & castrametati sunt ad oppidum Machmam. His cognitis rex Saulus profectus est Galgala: & dimissis præconibus per totam ditionem, edicit vt qui saluam vult libertatem populi, contra Palæstinos arma capiat: dissimulans interim eorum potentiam, & negans tales esse vt timeri debeant. sed vbi certo com-

10 pertum est maximū esse hostiū numerum, metus omnes Sauli subditos occupat: & pars in speluncas ac loca subterranea se abdunt, plures verò vltra Iordanem fugiunt, quæ regio à Gadis & Rubeli tribubus tenebatur. Saulus autē accersit prophetā, vt de cōmuni consilio res geratur. Ille renunciat, debere eum eodem loco manentē comparare victimas: se enim post septē dies venturū, vt immolatis sabbato victimis, cum hoste prælio decernatur. at ille expectauit quidem quantū propheta iusserat, sed non per omnia fuit obediens. Cū enim cunctari prophetam cerneret, & se paulatim à militibus deserui, victimas ad altare obtulit. Cūq; nunciatum esset prophetā aduentare, honoris causā obuiam ei prodiit. Ille male factū dixit, quòd neglectis suis mandatis, se absente præces & sacrificia quæ Dei voluntate facienda erant pro populo temere occupasset. Saulo verò excusante, expectasse se ad statutū dierum numerum:

20 sed cum milites audito hostem relicta Machma petere Galgala, metu se desererent, necessitate cogente properasse ad sacrificium: Consultius, inquit, propheta, fecisses, si mihi paruisses, & præ nimia festinatione Deum, cuius ego mentis interpres sum, non contempsisses. nam per obedientiam & tibi diuturnitatē regni, & posteris successiōnem parare poteras. Ita Samuel offensus regis facto domū est reuersus. Saulus autem cum sexcentis tantum militibus & Ionatha filio venit in urbem Gabaonem. horum maior pars non erat armis instructa, quòd ea regio nec ferrum haberet, nec armorum fabros: quod cura Palæstinorum cautum fuisse diximus. hi diuiso tritariam exercitu, per totidem vias regionē Hebræorum ingressi omnia populabantur, spectante Saulo rege cum filio, nec valente prohibere hostem, propter suorum paucitatem. Occupauerant enim collem quendam cum pontifice Achia, qui fuit vnus ex

30 Elis pontificis posteris, & videntes suorum res impune agi & ferri, grauiter angebantur quòd in se nihil esset præsidij. Filius verò Saulis cum armigero suo conspirat, vt 1. Reg. 14. clām ingressi castra hostium tumultum aliquem & trepidationem in eis excitarent: & famulo omnem operam in quemuis euentum pollicente, etiam si mori oporteat, soli à colle descendentes versus hostium castra iter faciunt. ea sita erant in loco prærupto, qui tribus angulis in longum excurrerat, rupe circumquaque cincta, ceu munimento contra insultus hostium. Quapropter negligentius custodiebantur, quia propter naturam loci non solum ascendere, sed ne accedere quidem tutum videbatur.

40 Ergo postquam eò accesserunt, Ionathas confortabat armigerum ad hostem aggrediendum. Si nos, inquit, viderint, iusserintq; ascendere, omen victoriæ accipiendum est. quod si tacuerint, neq; nos vocauerint, reuertamur. Cūq; propius ad hostilia castra accederent apparente iam die, Palæstini vbi hoc viderunt inter se dicebant: ex antris & cuniculis prorepunt Hebræi. deinde Ionathæ cum armigero inclamabant, Venite huc daturi pœnas audaciæ. Quam vocem Sauli filius cupide arripiens, vt indubitatū omen victoriæ, tunc quidem recessit è loco in quo cōspecti fuerant. sed ex alia parte ad rupem accedentes propter situm incustoditam, magno labore difficultate loci superata euaserunt ad hostem. aggressiq; sopitos viginti ex his interfecerunt. & totum exercitum stupore ac consternatione repleuerunt, vt abiectis armis in fugam se darent. plerique verò non noscitant inter se, quòd ex multis gentibus conflati essent, pro hostibus se inuicem inuadebant: & cū non putarent duos tantum Hebræos in castra penetrasse, mutuo Marte cadebant. quidam metu vulnerum in præcipitia aut ipsi ruebant, aut vt sit in turba tumultuante, alij ab aliis

50 protrudebantur. Cūque renunciatum esset regi per speculatores tumultum VII
k s esse

esse in castris Palæstinorum, interrogauit Saulus, num aliquis è suis abesset: & audito filium cum armigero abesse, iubet pontificem sumpto sacerdotali habitu de futuris vaticinari. Quo respondente victoriam Deum & hostium cladem promittere: ducit militem in Palæstinos, & perturbatos adoritur, iam ante ipsos inter se depugnantes. quo audito, qui antè in speluncas & subterranea se abdiderant, & ipsi prorumpentes militibus Sauli se agglomerant. iamq; ad decem millia creuerant, hostémq; tota ea regione palantem insectabantur. ibi rex siue nimio gaudio parum sui compos, quòd difficile sit eximiam felicitatē moderato animo ferre, siue per inscitiam, dignū quiddam reprehensione admisit. Volens enim meritas pœnas à Palæstinis ad satietatem repetere, diris deuouit eum, quicumque intermissa cæde ante noctem cibum capere 10 ret, nolens ante tenebras insequendi & cædendi finē facere. Paulo pòst cùm delati essent ad quandam syluam Ephræmiticæ tribus refertam apibus, filius Sauli qui non exaudiuerat patris imprecationes, easq; consensu populi ratas habitas, fauum fortè nactus expressum inde mel edebat: & monitus quòd pater additis execrationibus interdixisset ne quisquam cibum ante solis occasum sumeret, edere quidem destitit: negauit tamen recte id à patre factum. maiore enim vi & alacritate hostem persecuturos fuisse, si corpora cibo recurauissent, & longe plures affecuturos fuisse ac trucidaturos. Itaque cæsis Palæstinorum multis milibus, sub vesperam demum eorū castra diripiunt: & inter cæteram prædam magna pecudū copia reperta macant, carnibúsq; nondum à cruore purgatis vescuntur: quod è vestigio regi à scribis renūcia- 20 tum est, vulgus militum in Deum peccare, & carnes etiam tum cruentas coquere ac edere. Tum Saulus iubet saxum grande in medium prouolui: edicitque vt super illud pedes iugulent, néve carnes cum sanguine comedant: quia factum hoc Deo displicet. cui edicto cùm omnes parerent, statuit ibi altare, & impositis victimis holocaustoma Deo incēdit: idq; altare omnium primū à Saulo extructum est, cūmq; eadem nocte priusquā vires & animos resumerent, hostium reliquias vellet conficere, & miles haud grauatim imperata faceret, magnam præ se ferens alacritatem, accito pontifice iubet eum diuinam super hoc voluntatē quærere, an sibi reliquum hostilē exercitum delere permittatur. Pontifice verò negante Deum responsum velle reddere: Nō temere est, inquit rex, hoc Dei silentium, qui antehac vltro solebat quid fa- 30 cto esset opus consulere: sed oportet aliquod latens in nobis peccatum esse, quo offensus tacet. Sed iuro per eum ipsum, quòd etiā si filius meus Ionathas peccatum id commisisset, vt Deum placem, capitis pœnam ab eo exigam, non secus quàm si de quouis nihil ad cognationem meam pertinente supplicium sumendum sit: tum acclamāte multitudine vt hoc faciat, vniuersos cōfestim in vnum locum statuit: & ipse cum filio seorsum stans, sorte deprehensurus quis in culpa sit. cūmq; fors Ionatham indicaret, interrogat quid fecisset, & cuius peccati sibi esset conscius. tum ille, Equidem pater, nihil aliud scio, nisi quòd heri dum hostem persequor, edicti tui nescius de fauo degustauī. Saulus verò iurat se eum occisurum, pluris quàm genus aut naturam aut affectus, iusiurandum faciens. Ille ne præsentī quidem periculo territus, ma- 40 gno ac generoso animo se præbuit. Nihil, inquit, deprecor pater. Libèter enim hanc mortem fero, quæ te religione soluat, dum prius tam magnificam victoriam videre contigit. maximum enim mihi fuerit solatium, Palæstinorum insolentiam ab Hebræis esse perdomitam. Hæc iuuenis indole omnis multitudo ad dolorem & miserationem flexa est, iurantq; non laturus se vt occidatur Ionathas autor tam luculentæ victoriæ. atque ita iuuenem irato patri eripiunt, & vota Deo faciunt vt ipsum immunem à peccato faciat. Saulus victor domum reuertitur, cæsis circiter sexaginta milibus hostium. Feliciter deinde regnavit, & contra finitimos Ammanitas & Moabitas, Palæstinósque & Idumæos ac Amalecitas, & regem Obæ multas res gessit prospere. Habuit autem liberos mares tres, Ionatham, Iesum, Melchisum. Filix fuerunt 50 ei Merob & Michael. Copiarū imperium dedit patrueli Abenaro. Is Neri fuit filius. Nerus verò & Cis Sauli pater germani fuere Abelix filij. Abundabat autem & equitatu & curribus, & cum quocunque hoste congressus semper victor reuertebatur, ita vt Hebræorum res ad felicem statum perduxerit, & potentiam eorum intantum auxc

auxerit, vt omnibus finitimis essent formidabiles. ex iuuentutis vetò numero robore ac specie præstantissimum quenque in suum deligebat satellitum.

Victoria Sauli contra Amalecitas.

Cap. VIII.



AMVEL autem ad Saulum veniens, ait se ad illum missum à Deo, vt eum cōmonefaceret, electione Dei cæteris eum in regno prælatum, atque ideo par esse vt ei morē gerat in omnibus: quandoquidem ipse præsit populis, Deus autem & regibus & cæteris rebus omnibus. Hæc igitur, inquit, sunt mādāta Domini. Quoniam Amalecitz Hebræos in deserto multis affecerunt iniuriis, dum egressi ex

VIII
1. Reg. 15

10 Ægypto in eam quam nunc tenent regionem proficiscuntur, oportet iusto bello in eos vindicare, & deuictos internecione delere: scūiréque in omnem sexum ac ætatem, & has illis pro iniuriis patribus olim illatis pœnas rependere: ac ne iumentis quidem aliisq; pecudibus parcere, aut inde quicquā prædæ nomine vsurpare, sed omnia Deo sacra esse, vt iuxta Moysis præceptum Amalecitarum nomen e rerum natura deleatur. Pollicitus est Saulus facturum se omnia: & ratus obedientiam in hoc consistere, si non pareret tantum, sed etiam quā celerrime mādāta exsequeretur, confestim omnes vndique copias contrahit, & recensito apud Galgala milite, absque tribu Iuda circiter quadringenta milia comperit: quæ tribus ex suo tantū delectu præbuit triginta milia. Saulus autem Amalecitarum terram cum exercitu irrumpens, pluribus locis incidas circa torrentem disposuit, vt non solum Marte aperto eos infestaret, sed ex improviso etiam per vias circumuentos opprimeret. Postremò magno prælio in fugam versos non prius persequi destitit, quā ad vnum omnes ferro tolleret. Quod opus posteaquam ita vt diuinitus prædictum fuerat successisset, oppidatim bellum circumferre cœpit: quorum aliquot machinis, alia cuniculis & operibus, nonnulla fame, siti aliisq; modis cum expugnasset, vsque ad mulieres & pueros cædibus grassatus est, nec crudele nec inhumanum hoc ratus: primum quòd in hostem scūiret, deinde quòd iussu Dei, cui non parere periculosum est. Cepit etiam regem hostium Agagum, cuius magnitudinem ac pulchritudinem corporis miratus, 30 seruare cum decreuit, idq; non ex Dei sententia, sed victus affectu proprio, inconcessam miserendi licentiam suo periculo sibi vsurpans. Deus enim ita Amalecitas oderat, vt ne infantibus quidem parceret, quos natura ipsa miseratione cæteris digniores esse voluit. Saulus autem regem ipsum hostium, & malorum omnium Hebræis autorem seruauit, pluris eius formam quā Dei mandata faciens. Hoc eius peccatum imitatus est mox populus. & ipsi enim iumentis ac pecoribus pepercerunt, in prædam contra Dei mandatum abactis, pecunias etiam cæterasque opes diripuerunt, nihil perdentes nisi contemptibile. Itaque deuictis omnibus à Pelusio, quæ vrbs est in Ægypti finibus, vsque ad rubrum mare, totam eam regionem Saulus 40 vastauit, sola Sicimitarum gente intacta, qui in Madianæ terræ medullio habitant. Hos ante belli principium admonuit per nuncios, vt secederent, néve res suas cum Amalecitarum rebus miscerent, ne ex eo bello & ad ipsos cladis aliquid perueniret. Studere enim se eorum incolumitati, propter cognationem quæ illis cum Raguele Moysis socero intercedebat.

Atque ita Saulus ac si nihil esset prætermisum ex iis quæ propheta iuxta Dei voluntatem de bello gerendo mandauerat, sed omnia fuissent ad vnguem obseruata, lætus victoria domum reuertitur. Deus autem offensus est quòd regi erat parcitum, & quòd populus pecudes in prædam verterat, cum ipse neutrum permisisset. Iniquum erat cuius ope victoria contigisset, eius mandata contemni, etiam si is mortalis aliquis rex fuisset. Admonens igitur ea de re prophetam, ait se pœnitere Saulum elegisse, qui non curet iussa sua exequi, sed malit quicquid ipsi visum fuerit facere. 50 His auditis Samuel vehementer conturbatus, per totam noctem fufus precibus Deum Saulo conciliare conabatur. At ille quantumlibet à propheta rogatus veniam regi non annuit, quòd non placeret, peccata donari in gratiam deprecatoris: quæ non aliunde magis nascantur, quā ex nimia eorum in quos peccatur indulgentia:

IX

gentia: qui dum lenitatis gloriam aucupantur, imprudentes maiorem delinquendi ansam offerunt: Postquam igitur Deus preces prophetæ non admisit, & satis apparuit flecti eum non posse, prima luce Samuel ad regem, Galgalis tum agentem, proficiscitur. hunc quàm primum rex vidit, accurrens salutauit, dicens se gratias agere Deo pro victoria: omniâq; iuxta volutatem eius esse peracta. Tum Samuel: Quî fit igitur quod voces iumentorum & pecudum in castris audio? Respondit rex, populum hæc ad sacrificia referuasse, sed gentem Amalecitarum internecione iuxta mandatum deletam, nemine superstiti. Solum se captiuum adducere eorum regem, de quo ex prophetæ consilio se decreturum. Ad hæc propheta respondit, non sacrificiis delectari Deum, sed viris bonis ac iustis. hos autem esse qui voluntati & mandatis eius obsequuntur, nihilque à se recte fieri putant, nisi quod iuxta eius præcepta fiat. Contemptum enim eius consistere non in nō sacrificando, sed in non obediendo: & qui non obediunt, vnicumq; hoc & verum sacrificium non offerunt, ab his Deum nec multas saginatas victimas, nec donaria ex auro argentove fabricata vel postulare vel admittere: sed auersari hæc vt malitiæ magis quàm pietatis argumenta. Contra qui id solum meminerunt quod ab ipso iussu est, & mori mallēt quàm inde discere, his delectari, ac ne victimas quidem ab his requirere. quod si etiam sacrificare aliquid libuerit, pauperem honorem gratius ab his accipere, quàm à quocūque alio vel ditissimo. Tu igitur, inquit, scito te in iram Dei incurrisse: contempsisti enim & neglexisti mandata eius. Nam quibus oculis putas eum inspecturū sacrificium ex rebus perditioni destinatis, nisi fortè idem esse putas, perire, & immolari Deo? Quapropter expectabis amissionem regni & huius potestatis, qua elatus contra autorem tuæ felicitatis mandata eius neglexisti. Saulus autem falsus est se peccasse & male fecisse, quod verbis prophetæ non paruisset: metu tamen coactum se id fecisse, quod non auderet militem prædæ cupiditate accensum cohibere. Sed da veniam, inquit, & propitius esto, Cauebo enim in posterum, ne in simile peccatum incidam. Rogabaturque vt maneret tantisper, dum pacificas hostias pro se offerret. Ille verò qui præuidebat Deum nulla flectendum victima, abire incœpit.

Samuel ad Dauidem regiam potestatem transfert.

*Cap. IX. * 30*



IVDÆICARVM Saulus retinere eum volens iniecit manum in pallium: & quia Samuel properantius discedebat, scissura facta est in vestimento. cumq; propheta dixisset, sic scindendum eius regnum, & peruenturum ad virum iustum & bonum: Deum enim in proposito manere, neque similem esse homini natura mutabili: Saulus fatebatur Deum sibi merito infensum, sed factum infectum fieri non posse.

Rogabaturq; saltem hoc honoris sibi haberet, vt Deum simul in præsentia populi adoraret. Fecit ei hanc gratiam Samuel, & vnâ cum illo adoratum iuit. Post hæc adductus est ad eum Agagus rex Amalecitarum. qui cum ô mortem amaram exclamasset, audiuit à propheta: Quemadmodum tu multis Hebræorū matribus cæsis earum filiis lamenta & luctum attulisti, ita æquum est vt ipse matri tuæ mœstitiam afferas: iussitq; eum ibidem in Galgalis interfici: ipse verò reuersus est Ramatham.

X Rex verò tum demum sentiens in quæ mala offenso Deo peruenisset, ad Gabam regiam proficiscitur, quod nomen collem significat: nec post illam diem vnquam in prophetæ conspectum venit. Samueli verò vicem eius moleste ferenti, Deus hanc curam mittere iussit, & assumpto sacro oleo Bethlema proficisci ad Iessæum Obedæ filium, & ex eius filiis eum vngere, quem ipse indicasset sibi regno dignum videri. Cumque propheta diceret vereri se, ne si Saulus hoc senserit, vel per insidias vel etiam aperta vi perniciem sibi moliretur, iussus hac de re securus esse, ad dictum oppidum peruenit. Eo loci magno hominum concursu salutatus est, quærentibusque aduentus causam, sacrificatum se venisse dixit. Peracto sacro Iessæum ad epulas vnâ cum filiis conuocat: visoque natu maximo eximia statura ac forma iuuenem, coniciebat inde hunc esse regnaturum. Sed hac parte non est assequutus Dei prouidentiam. Percontanti enim an hunc iuuenem vngere deberet, quem ipse admiratus

miratus dignum regno ducebat, responsum est, non eadem spectare Deum quæ homines. Tu, inquit, visa iuuenis pulchritudine, iam satis dignum principatu existimas: apud me verò non eximæ corporis formæ præmium est regnum, sed animi virtuti: & cum requiro qui hac sit perfectè excultus, pietatèque ac iustitia, obedientia & fortitudine animum exornatus. His auditis propheta iubet Iessæum filios omnes ostendere: moxque & alij quinque adfuerunt. horum nomina iuxta ætatis ordinem sunt hæc: Eliabus, Aminadabus, Samma, Nathanael, Rael, Afamus. His quoque visis, qui nihilo deteriores forma erant, propheta rogat Deum, quisnam ex his eligendus esset. & audito quòd nullus, sciscitatur ex Iessæo, num quos præterea liberos habeat. Quo respondente, esse etiam vnum nomine Dauidem, qui curam gerat gregum, propheta iubet ut confestim vocetur: non enim licitum esse absque illo sacrum epulum celebrari. qui postquam accitus à patre venit, adolescens colore flauus, & martium quiddam tuens, alioqui liberali specie: tum propheta ad patrem versus submissa voce, Hic est, inquit, quem regnare Deo visum est, & cum dicto accubuit, & proximum sibi adolescentem collocat, ac deinceps patrem cum reliquis filiis. Depromit deinde sacrum oleum, quo delibutum Dauidem in aurem admonet, Deum ita velle ut regnum in populum obtineat: præcipitque ut iustitiam colat, & operam det ne vnquam à mandatis Dei discedat: Hoc enim pacto & regnum eius fore diuturnum, & familiam vniuersam illustre nomen consequutur: Palæstinos quoque ab illo subigendos, & cum quibuscunque gentibus congressus fuerit, semper victorem rediturum, insignemque inde gloriam tam sibi paraturum quàm posteris relicturum. Post hæc mandata Samuel domum proficiscitur, simulque numen deserto Saulo ad Dauidem commigrat. quo factum est ut hic concepto diuino spiritu prophetare inciperet, Saulus verò in morbum dæmoniacum incideret, ita ut præfocari ac strangulari videretur, nec aliam opem inuenirent medici, quàm si quis peritus excantator adhiberetur: monueruntque ubique inquirendum, qui quoties rex à dæmone agigaretur, stans ad caput eius voce ac fidibus sacros hymnos caneret. Cùmque rex sine mora quæri talem mandasset, quidam ex astantibus ait se apud Bethlema vidisse filium Iessæi, adolescentem liberali forma, & præter aliam honestam institutionem hymnos ad citharam canere doctum, ac ne militarium quidem exercitiorum rudem. Mittuntur ergo ad Iessæum abducturi Dauidem à gregibus: nunciantque patri, regem audita adolescentis tam formam quàm virtute, cupere ipsum videre. Paruit Iessæus, simulque munera per filium regi misit. Cùmque venisset, confestim à rege admodum læto in satellitium assumitur, in magno apud eum pretio habitus. Quoties enim à dæmone agigaretur, vnicum erat in excantatione remedium: & solus Dauid hymnos ad cinnynam accinens, regem ad sanam mentem reducebat. Impetratum est igitur à Iessæo, ut filium apud regem degere pateretur, quandoquidem tantopere eius præsentia delectabatur.

Expediio noua Palæstinorum contra Hebræos.

Cap. X.

40



LIQVANTO autem post Palæstini conscripto numeroso exercitu bellum Israelitis inferunt, & castra inter Sochum & Azecum oppida metantur. nec Saulus cūctatus ducto in hostem exercitu effecit, ut prioribus castris relictis in munitiorem quēdam collem è regione Israelitarum Palæstini se conferrent, valle quadam inter utrosque intercedente. In hanc è castris hostium descendit Gittæus Goliathus, vir prodigiosa statura: quatuor enim cubitos vno palmo superabat, vastos artus conuenienti armatura protectus. Thorax quinque milia siclorum pendebat, huic moli respondebat & galea & ocreæ. prægrandem etiam hastam non dextra gestabat, sed humero sustinebat, sexcentorum siclorum ferro cuspidatam, ponē sequebatur armatorum phalanx. Hic cū inter vtranque aciem constitisset, immani voce sublata: Quid opus est, inquit, Hebræi ancipitem Martis aleam vos subire? Date mihi aduersarium, & duorum periculo decernatur, penes utros futura sit victoria: ut quorum miles succubuerit, alterius partis iugum ex pacto suscipiāt. præstat enim vnum aliquem, quàm

XI.

1. Reg. 17.

1

quàm totum exercitum, in periculum adducere. Hæc locutus retro ad suos reuertitur. Sequenti die rursus procedens eisdem verbis est usus: atque ita per quadraginta dies prouocare hostem prædictis conditionibus non destitit, stupente Saulo cum vniuerso exercitu: qui prodibant quidem in aciem, sed à neutris initium pugnae fiebat. Ad hanc expeditionem profecturus Saulus Dauidem remisit patri, contentus tribus aliis eius filiis, qui tum signa regia sequebantur, isque ad gregum curam intermissam se receperat. Sed dum bellum ducitur magis quàm geritur, missus à patre venit in castra, visurus quo in statu res essent, & fratribus necessaria portaturus. Interim Goliathus ex more progreditur, & iam insolentior exprobrat, ne vnum quidem esse inter Hebræos qui in singulare certamen descendere audeat. Fortè tum Dauid cum 10 fratribus colloquebatur de patre & rebus domesticis, auditisque barbari conuiciis grauer comotus, se paratum dixit ut hostem excipiat. At Eliabus maximus fratrum obiurgat hominem, per imperitiam rerum supra quàm ætatem eius deceat ferocientem, addens satius esse ut ad patrem ac greges quàm primum reuertatur. reueritus est Dauid fratrem, nihilominus apud alios milites professus est sibi non deesse animum ad singularem pugnam, ita ut celeriter ad regem de hoc sit perlatum. quare accitus & iussus quid vellent dicere, Non est, inquit, rex cur abiiciamus animos aut formidemus. Ego congressus cum hoste insolentiam eius compescam, & elatum ac ferocientem prosternam, & ex terribili deridendum reddam: tantòque erit tua simul & tuorum illustrior gloria, quòd ab adolescente magis quàm viro hostis deuictus videbitur. Saulo verò laudante generosum eius animum, nec tamen audente rem tantam tam teneræ ætati committere: Non est, inquit, quod dubites: nam hæc Deo fretus polliceor, cuius fauorem iam non semel expertus sum. Quum enim paternos greges pascere, raptum agnum ex ore leonis recepi, ipsamque feram in me impetum vertentem cauda correptam, soloque afflictam occidi: neque mitius tractavi vrsus greges inuadentem: & hanc quoque beluam nihilo pluris facio, qui cum in Deum atque homines conuicia euomat, non patietur cæleste numen impune hoc illum auferre, sed meis eum manibus perdomabit. Effecit tam prompta audacia iuuenis, ut rex omnia fausta precatus ad pugnam eum mitteret, instructum prius thorace regio simulque ense ac galea. Tum Dauid qui armis gestandis non assueuerat, grauari se his magis quàm muniri sentiens: Tuus sit, inquit, hic ornatus, qui gestare eum es idoneus: mihi famulo tuo permitte meo arbitratu pugnam capessere. & cum dicto arma deponit, baculumque tantum assumit: & coniectis in peram quinque lapidibus de glareâ torrentis, funda dextram armatus in hostem properat. Hunc apparatus postquam vidit barbarus, adeò contempsit, ut per ludibrium percontaretur, num se canem putaret, qui armis ad canes arcendos aptis instructus ad pugnam prodiret. Imò cane vilior, respondit Dauid. quo dicto commotus Goliathus, fanda & infanda conuiciatus, minatus est se cadauer eius frustatim feris alitibusque pabulo sparsurum. Tum Dauid, Tu me inuadis hasta tua confusus ac thorace & gladio: mihi verò pro armatura Deus est, qui te ac tuum exercitum nostris manibus hodie deleturus est. auferam enim tuum caput, & 40 reliquum truncum canibus tui similibus laniandum relinquam: & discant omnes quòd Deus curam Hebræorum habet, eiusque prouidentia vires nobis simul atque arma suggerit: sicut contra ubi eius fauor deest, nullus apparatus proficit. Interim Palæstinus armis grauior quàm ut procurrare posset, magnis passibus in iuuenem ac inermem contemptum ferebatur.

Singulare certamen Davidis & Goliathi, sequutæque Palæstinorum clades.

Caput X I.



Hic Dauid impigre occurrit, occultum adiutorem Deum secum in certamen ducens: & promptum è pera in hoc selectum è torrente vnum 50 lapidem, funda rotatum tanta vi in aduersam hostis frontem infligit, ut ad cerebrum vsque penetrauerit: quo ictu sopitus Goliathus in faciem est prostratus. Accurrit victor alacris, & quòd ipse inermis esset, suo sibi gladio barbarum obtruncat: tantumque in eo momenti fuit, ut è vestigio Palæstini terga verterent.

verterent. Videntes enim præstantissimum ex suis iacere, nullam amplius spem superesse rati, turpi ac ignominiosa fuga periculo se eximere conabantur. Tum Saulus & vniuersus Hebræorum exercitus sublato militari clamore in trepidos irruunt, & quotquot assequi poterant cædentes, vsque ad Gittæ fines ac portas Ascalonis persequuntur. Cecideruntque Palæstinorum triginta milia, & duplo plures sunt vulnerati. Saulus verò à persequendo reuersus castra hostium diripit ac incendit. Caput autem Goliathi Dauid in suum tentorium reportauit, & gladium eius Deo consecrauit.

Motus deinde inuidia Saulus cœpit clàm Dauidem odisse, hac potissimum occasi- 1. Reg. 18.
sione. Cùm enim victor cum exercitu reuerteretur, honoris causa obuiam venerunt
10 ei mulierum ac puellarum chori ad cymbala ac tympana canentes. Mulierum cantio
fuit, Saulum millenos hostes profligasse: virginum item, Dauidem decies millenos sustulisse. Itaque audiens decuplo potiores victoriæ partes adolescenti tribui, & ratus post tam gloriosum testimonium nihil ei superesse sperandum nisi regnum, suspectum eum habere cœpit: & parum tutum putans armatum circa se versari, ex satellite tribu-
num fecit, non tam illius honori quàm suæ securitati consultum volens, vt sæpe hosti-
bus obiectum aliquis casus è medio tolleret. Dauid autem nusquam diuina ope desti-
tutus, quocunque mitteretur rem feliciter gerebat: vt ob eximiam fortitudinem non
solum apud populum gratosus fieret, sed etiam Sauli filia virgo amore eius caperetur,
ita vt ne patrem quidem latere id posset. Naçtum enim se ampliorem insidiarum ten-
20 dendarum occasione putans, renunciantibus puellæ amorem, libenter se illam ei tra-
diturum respondit, futuram periculis & exitij causam. Promitto, inquit, filia con-
iugium, si sexcenta hostium capita afferat. Scio illum honoris audum, & ex periculis 2. Reg. 17.
gloriam petere non recusaturum, sed fortiter Palæstinos inuasurum: id quod mihi ho-
num erit & commodum. sic enim sine mea infamia sublatus securitatem nobis affe-
ret. Mittit deinde domesticos qui Dauidis mentem pertentarent, quomodo erga puel-
læ coniugium sit affectus. Qui cùm indicassent ei, quòd ob gratiam qua cùm apud re-
gem tum apud populum polleret, Saulus generum sibi eum destinasset: Vobis, inquit,
fortassis mediocris res videtur generum regium fieri, mihi certe non item, qui con-
scius mihi sum quàm plebeiis ortus sim natalibus. Quo renunciato Saulus ad dome-
30 sticos: Dicite, inquit, nihil me morari pecunias aut dona quæ sponsæ offerat. hoc enim
vendere fuerit filiam magis quàm elocare. Sed cupere generum, fortitudine aliisq; vir-
tutibus præcellentem, quales in ipso iam cõperi. poscere autem pro nuptiis filia non
aurum aut argẽtum quod è paternis ædibus afferat, sed cladem Palæstinorum, & sex-
centa eius gentis virorum capita. Nam & mihi nullum aliud tali munere optabilius: &
filia fuerit honorificum non vulgaria dona ista accipere, sed in matrimonium viri spe-
ctatæ ac testatæ fortitudinis conuenire. Quibus auditis Dauid putans sincere à rege
affinitatem suam experiri, nihil cunctatus neq; expendens negocij difficultatem, cum
suo sodalicio ad imperata exequenda properat: & hinc quoque vt in cæteris propitium
numen expertus, rem ex sententia conficit. Cæsis enim plurimis hostium, sexcenta
40 capita abscisa signum victoriæ ad regem retulit, promissi eum admonens.

Saulus Dauidis fortitudinem admiratus, filiam ei in matrimonium collocat.

Caput X I I.



SAULVS autem non valens tergiuersari, quòd turpe duceret vel mentiri, 1. Reg. 19.
vel prætextu affinitatis insidias & perniciem per mandata tam periculo-
sa viro forti struxisse videri, collocat ei filiam nomine Melcham.

Nec tamen hæc necessitudo animum regis immutauit. Videns enim X I I.
fauorem Dauidis & apud Deum & apud populum augeri, parum tutum hoc existi-
mauit vel regno suo vel vitæ: & cùm durum esset vel de alterutro periclitari, tollere
50 hominem decreuit: eiúsque necis Ionatham filium cum domesticorum fidissimis mi-
nistros esse voluit. Qui demiratus patris inconstantiam, quòd non solum amare ta-
lem iuuenem desuerit, sed mortem etiam eius expeteret, tum propria beneuolentia,
tum virtute hominis motus, secretam patris voluntatem ei nunciat: simulque consu-
lit, vt salutis suæ mature fuga prospiciat, neu in sequentem diem vsquam in propinquo
appareat.

appareat. Interim, inquit, ego patrem salutabo, & nactus occasionem de te mentionem iniiciam, & cognita indignationis causa, refellere eam conabor. Nullam enim existere posse idoneam rationem, cur optime & de republica & de rege meritis opprimi debeat. Nam etiam si quid peccatum sit, oportere hoc pristinis eius meritis donari. post colloquium autem certiorum te de patris animo faciam. Paruit huic consilio Dauid, seque quàm primum è conspectu regis subtraxit.

Quòd rex Dauidi necem sit molitus.

Cap. XIII.



Equenti autem die Ionathas patrem accedens, cum hilarem ac lubentem eum offendisset, coepit de Dauide verba facere. Pater, inquit, quàm in re vel magna vel parua læsus iubes interfici virum, qui tantum momentum ad salutem nostram attulit, nec minus ad cladem Palæstinorū: quique quadraginta dierum ignominia populum Hebræum vindicauit, solus prouocato hosti opponere se ausus. idem postea relato præscripto capitum numero, honoris causa sororem meam in matrimonium accepit. quo magis lugubris fiat nobis eius mors, non solum ob virtutem, sed etiam ob necessitudinem. Iniuria enim hæc ad filiam quoque tuam pertinet, quæ prius viduitatem quàm coniugij fructus experietur. Hæc igitur reputans sine te flecti ad mitiora, nève sæuias in virum primum optime de familia nostra meritum, quando te dæmoniaco morbo misere vexatum pristinae sanitati restitutum seruauit: deinde qui in perpetuos nostros hostes tam egregie vindicauit. Indecorum enim fuerit horum omnium obliuisci. His persuasus Saulus, iurat filio, posthac omnem iniuriam à Dauide abstinere se velle. Vicit enim æquitas iram ac formidinem. Ionathas autem accito Dauidi indicat molitum patrem iam nihil magis quàm salutem ipsius cupere: reductumque in aulam patri reconciliat, ut solita officia circa eum quemadmodum antè obiret.

Quomodo Dauid aliquoties insidias regis egre elapsus, bis tamen cum in potestatem suam redactum interficere non sustinuit.

Cap. XIII.



Er idem tempus Palæstinis bellum redintegrantibus, Dauid cum exercitu contra illos mittitur: breuique victor magna eorum strage edita ad regem reuertitur. At non ita exceptus est ab eo ut sperabat, utque post rem feliciter administratam excipi oportebat: sed successu mœstus, eius felicitatem periculosam sibi fore existimabat. Cumque rursus intemperitiis ut ante ageretur, accitum in cubiculum in quo decumbebat spiculum manu tenens, iussit psalmos ac hymnos incantare: & illo iussa exequente, spiculum in eum iaculatus est. quod cum Dauid flexu corporis declinasset, domum refugit, ibique per totam eam diem mansit. Noctu verò misit rex qui usque mane ædes eius seruant, ne clam elaberetur, ut in iudicium euocatum capitali sententia dānaret. Melcha autē eius vxor & regis filia ubi patris voluntatem cognouit, accurrit ad maritum, quanto is in periculo esset, ipsaque vnā cum eo renunciās, quo sine viuere nec vellet nec posset. Caue, inquit, ne te sol hic deprehendar, aut nunquam posthac te videbit. sed fuge dum per nocturnas tenebras licet, quas Deus ad tuam salutē longiores faciat. alioqui scito quòd si te pater inuenerit, sine mora est interfectorus. His dictis sune per fenestrā demissum periculo exemit. deinde parato lecto tanquam agrotandi, stragulis iecur capræ recens exemptum subiecit: diluculoque venientibus, quos pater ad Dauidē miserat, ostendit lectū opertum, & quòd palpitatione iecoris stragula moueri viderent, maritum ægrum anhelare persuasit, addens totam noctem inquietā cum exegisse. Quod ubi renunciātū est regi, ea nocte in aduersam valetudinē incidisse, iubet sic ut erat cum afferri. omnino enim illi moriendum esse. qui cum reuersi ac recto cubili artem muliebrem tandē deprehendissent, rem totā ad regem deferunt. & cum pater expostularet quòd inimicū sibi eripuisset, excusationem verisimilem commenta est. Ait illum mortē sibi ni pareret ac adiutaret comminatum: itaque venia se dignam quæ hoc non sponte fecerit, sed necessitate compulsa. debere enim illi cariorē esse vitam filia, quàm inimici interitum. atque ita veniam consequitur. Dauid autem fuga elapsus peruenit ad prophetam Samuelem in Ramatha: eique rem omnē quo erga se animo rex esset indicat, & quàm minimum abfuerit quin

quin spiculo ab eo traiectus fuerit: idque cum neque regem vlla in re læsisset, neque in bello segniter aut improvide se gessisset, sed fauente Deo cuncta ex sententia concessisset. atque hoc ipsum esse quod Saulum ad inuidiam ac odium magis excitaret. Propheta verò cognita regis iniquitate, relicta Ramatha Dauidem ad quendam locum deducit, cui nomen Galbaath: ibique aliquandiu cum eo habitauit. Vt verò nūciatum est regi Dauidem apud prophetam agere, mittit armatos qui eum comprehensum ad se pertrahant. Qui postquam ad Samuelem venerunt, offendunt eum in cœtu prophetarum: móxque eodem spiritu afflati, & ipsi prophetare cœperunt. Hoc audito Saulus alios eò mittit, Dauidem comprehensuros. quibus cum idem quod prioribus accidisset, rursum alios mittit. cumque tertij quoque prophetico spiritu corripentur: tandem iræ impotens ipse eò properat. iamque non longe ab eo loco remotus, prius quàm in conspectum Samuelis veniret, eius opera & ipse prophetam agere incepit. Cumque ad destinatum locum peruenisset, alienatus à mente, abiectoque vestitu nudus per diem ac noctem in conspectu Dauidis & prophetæ iacuit. Paulò post ad Ionatham Dauid peruenit, multa de patris eius insidiis conquerens, quòd se nihil tale meritum totis viribus opprimere cuperet. Ille verò rogabat ne vel ipse hoc temere suspicaretur, vel aliis fortè suggerentibus talia facile crederet: sed sibi soli fideret, cui 1. Reg. 20. compertum sit nihil mali patrem contra ipsum moliri, alioqui indicaturum eum sibi fuisse, cum absque ipsius consilio nihil agere soleat. Contra Dauid iureiurando asseuerabat se vera dicere. obtestabaturque vt mallet credere ac saluti amici prospicere, quàm contemptis eius verbis tanquam vanis tum demum fidem habere, posteaquam extinctum vel viderit vel audiuerit. Nam patrem talia consilia ideo cum ipso nō communicare, quòd non ignoret mutuam beneuolentiam quæ inter ipsos intercedat. Quare tristis quòd iam persuasus esset, percontatus est quānam in re posset illi gratificari. Tum Dauid: Scio, inquit, quòd bene mihi velis, & gratificari cupias. Cras erit prima luna & solenne regis conuiuium, cui me quoque adhibere solet. quare si ita videretur extra urbem in agro clam te præstolabor. tu verò cum requisierit me, dic profectum in patriam Bethlema, vt intersim festo quod mea tribus celebrat: idque permissu tuo factum. Quòd si vt mos est de amicis, dixerit, feliciter profectus sit, scito illum nihil mali aduersum me in pectore coquere. Sin autem aliter responderit, hoc erit tibi iniqui in me animi argumentum. indicabisque mihi rem, ita vt præsentī mea calamitate mutuāque nostra amicitia dignum est, quam fide in hoc data & accepta dominus cum seruo tuo voluisti inire. qua si me indignum aut erga parentem tuum iniurium censes, nihil expectatis eius iussis iam nunc me tuo gladio confodito. Hæc vltima verba grauitè ferens Ionathas, facturum se postulata promisit: & si quid patrem male de ipso cogitare deprehenderit, indicaturum. & quo maiorem ei fidem faceret, educto sub diuum iureiurando confirmat, nihil se non tentaturum quod ad salutem ipsius pertineat. Deus, inquit, qui hanc vniuersitatem quàm late vides implet ac moderatur, quique priusquam eloquar mentem meam nouit, testis esto initi inter nos fœderis, quòdque non prius patris voluntatem scrutari desistam quàm compertum habuero ecquid latentis odij aduersum te conceperit: & quicquid deprehendero, siue amicum, siue infensum, cōfestim tibi significabo. Nouit Deus quòd ipsum tibi perpetuo propitium precor, vtque semper tuas res prosperet, quemadmodum & nunc facit, & posthac facturum est. & siue pater meus siue ego tibi aduerser, tu tamen ope illius nunquam non victor euades. Tu verò memor esto huius nostri affectus: & si me perire contingat, liberos meos serua, & mihi debitam gratiam in illos colloca. Post hoc iusiurandum Dauidem dimittit, iussu in certum agri locum secedere, in quo se exercere solebat. cognito enim patris animo vèturum se illuc vnà cum puero. & si, inquit, emissis tribus ad scopum iaculis, collecta puerum referre iussero: iacere enim ante ipsum: scito nihil triste à patre timendum. quòd si contrarium me dicere audieris, patrem quoque contrario modo affectum existima. vtcunq; tamen ceciderit, ego dabo operam ne quid tibi secus quàm velimus accidat. Tu cum lætiora tempora venerint, fac memor sis horū, & liberos meos commendatos habeto. His Ionathæ promissionibus confirmatus Dauid ad constitutū locū proficiscitur. Sequēti verò die qua fuit

nouilunium, rex de more caste ac pure ad cœnam venit. cùmq; filius Ionathas dexter illi accumberet, alterúmque latus Abenares exercitus imperator clauderet, videns Dauidis locum vacuum tacuit, suspicatus cum ideo abesse, quòd à congressu vxoris non esset purus. sed cùm ne postridie quidem adesset, sciscitatus est ex filio, qua de causa neq; tunc neq; hesternâ die adfuisset solennibus epulis Iessæi filius. Respōdit ille profectum in patriam ad solennē tribus eius festiuitatem, cōmeatu à se impetrato. Quinetiam me, inquit, ad hoc epulum inuitauit, & si tibi idē videtur, ibo. nosti enim quanta beneuolentia hominem prosequar. Hic iam non amplius odium suum Saulus apud filium dissimulare potuit, & euidenter patuit quàm infesto esset in Dauidem animo. iurgio enim adortus filium, desertorem eum patris ac hostem appellauit, sociúmque ¹⁰ & adiutorem Dauidis. Nec pudere eum quòd nullo parentum respectu cum inimicis conspiraret, & non possit induci vt credat nunquam secure regnatos incolumi Dauid. simulque iubet, vt hominem accersat, daturum debitum supplicium. cùmque filius quæreretur, ob quam culpam cum capite plectere vellet, non iam intra verba iram continens proripuit se, & nactus alicunde spiculum impetum in filium fecit: perpetrassetq; impium facinus, ni intercurfu amicorum fuisset cohibitus. atque ita manifeste malignum & infestum erga Dauidem animum apud filium prodidit, cùm minimum abfuerit quin suis ipsū manibus propter illum perimeret. Ac tum quidem regius filius è conuiuio profugus, oblitus epularum, tum suum periculum, tum amici iam neci destinati vicem dolens, in mœnore noctem exegit: & prima luce ante urbem in agrum ²⁰ prætextu exercendi se, sed re vera vt amico indicaret omnia, processit. peractisque in iaculatione his quæ promiserat, ablegatōque in urbem comite puero, solitudinem nactus ad colloquium Dauidis properat. qui vt primum in conspectum est datus, procumbens ad eius pedes seruatorem suum salutauit. ille erectum à terra completitur, atque ita æquales duo in muruis amplexibus hærentes iniquam sortem suam deplorabant, quæ illis suauissimam consuetudinem inuideret, & inuicissimos à se inuicem distraheret, quod illis morte nihilo mitius videbatur. ac vix tandem multis lamentis exatiati, obtestarique se inuicem vt mutæ fidei perpetuo meminissent, digrediuntur. Inde Dauid fugiens infestissimum regem, in oppidum Nobam ad Achimelechum sacerdotem peruenit: qui solum neque famulatio stipatum, neque ³⁰ amicis comitatum aduenisse vidēs, motus admiratione tantæ solitudinis causam percontatus est. tum ille secreta mandata à rege se habere dixit, ad quæ peragenda nullo comitatu opus esset. nam famulos in constituto loco sibi occurrere iussos. poposcit autem ab eo viaticum. sic enim & amici officium facturum, & ad præsens negotium opem collaturum. quo impetrato, armorum etiam aliquid petiit, aut hastam aut gladium. Fortè autem aderat quidam Sauli seruus natione Syrus, nomine Doecus, regiarum mularum curator. Pontifex verò negauit sibi esse quicquam armorum. esse tamen ibi Goliathi gladium, quem occiso Palæstino Deo consecrauerat. Hoc accepto Dauid extra ditionem Hebræorum aufugit in Gittam Palæstinorum, apud quam regnabat Anchus. vbi agnitus à regis ministris, & indicio ad regem perlato, hunc esse ⁴⁰ Dauidem qui tam multa Palæstinorum milia neci dederit: veritus ne ab eo perimeretur, & periculum quod apud Saulum effugerat, apud hunc incideret, furorem ac rabiem simulat, ita vt ore spumam emitteret, & alia signa insanix præ se ferret, quibus morbo fidem apud Gittensium regem altrueret. qui iratus famulis quòd mente

^{1. Reg. 22.} captum hominem ad se adduxissent, iussit vt quàm primum eiiceretur. Hoc pacto è Gitta cùm euassisset, in tribum Iudæ peruenit, & agens in spelunca quæ est in agro Adullamæ, misit ad fratres qui eos doceret, vbinam ipse moraretur. at illi cum tota cognatione se ad eum contulerunt, nec non & alij multi aut rerum nouarum cupidi, aut Saulum timentes, ad eum ultro confluxerunt, operam suam ad omnem eius nutum offerentes. quorum numerus ad quadringentos creuit. quorum multitudine ⁵⁰ ac ope fretus, relicto eo loco ad Moabitarum regem proficiscitur, rogātque hominem vt parentes ipsius intra regni sui fines tantisper reciperet, dum res eorum in meliore statu collocarentur. Quo impetrato, & parentibus in magno honore apud regem quandiu illic manserunt habitis, ipse iussu prophetæ relicto deserto in tribum Iudæ

Iudæ se cum suis transtulit, apud Sarim oppidum se continens. Quod postquam ad Saulum delatum est, Dauidem cum armatorum manu esse conspectum, in non mediocrem metū ac perturbationē regem coniecit. Sciens enim eius magnanimitatem ac fortitudinē, aliquid magnū moliturū suspicabatur, quod rebus regis aut periculū, aut certe difficultatis ac laboris plurimū afferret. conuocatisq; amicis & ducibus & vniuersis suis tribulibus ad regiam vrbē Gabam, sedens in loco cui nomen Aruum, adstante honoratissimo quoq; & toto satellitio, sic eos est affatus: Viri contribules, scio vos meminisse quantis à me affecti sitis beneficiis, & agris locupletati, & honoribus ac præfecturis aucti. Rogo igitur num plura & maiora munera à Iessæi filio expectetis. scio enim vos omnes in illum propensiores, initio factō à Ionatha filio, qui & vobis huius sententiæ autor est. non enim me latent clandestina inter illum & Dauidem ista fœdera: neque quod consilio & opibus aduersariorum partes contra me adiuuat. Vos autem nihil hæc cura tangit, sed quieti quò res euasura sit expectatis. Post hæc regis verba cæteris silentibus, solus Doecus Syrus mularum regiarum curator respondit, vidisse se Dauidem in Noab oppido, quò cū ad pontificem Achimelechum venisset, ab eo de euentu rerum oraculū accepisse, adiutūq; cōmeatu & gladio Goliathi armatū, quò volebat deductū esse. Accitus est mox cum tota cognatione pontifex: cui rex, Qua nostra iniuria prouocatus excepisti Iessæi filium, & regis insidiatorem armis atque comœatu instruxisti? aut cur etiam de futuris oracula ei reddidisti? Non enim ignorabas, quòd propter odium quo familiā meā prosequitur, hinc aufugerit. Pontifex autem nihil horum inficiatus, libere fassus est hæc se non tam Dauidi præstitisse quàm ipsi regi. Excepi, inquit, non vt inimicum tuum, sed vt fidissimum ministrum & tribunum, & quod maius est generum, ac pròpina necessitudine coniunctum. quis enim putaret eum qui hoc honore à te dignatus sit, inimicum esse, ac nō potius cum primis beneuolum? Consultus etiam de diuina voluntate, non nunc primum ei respondi, sed aliàs quoq; sæpenumero. Cūq; se diceret à te missum ad arduum negocium properare, non suppeditare quæ requirebat, ad tuam magis quàm ad illius iniuriam pertinere iudicabam. Quare non est quod de me male suspiceris, aut si quid noui nunc Dauidē moliri audiui, ob exhibitam à me humanitatem, fauere me illi aduersum te cogites. in amicū enim ac generum & tribunum tuum collatum volui, quicquid officij in illum contuli. His verbis Saulus fidem habere noluit, quòd plus apud eum metus periculi valeret quàm excusatio quantumuis iusta. itaq; circumdatum armatis cum tota familia iubet contrucidari. cūq; illis religio esset viros Deo sacros ferro violare, Doecum Syrū eam cædem perpetrare mandauit. qui assumptis ad hoc aliquot sui similibus facinorosis, pontificem cum tota cognatione interfecit: quorum numerus erat trecenti octuaginta quinque. mōxq; missi sunt à rege Nobam sacerdotum oppidum, qui contrucidatis ad vnum habitatoribus, nullo vel ætatis vel sexus respectu, postremò flammis eam deleuerunt: ex qua clade vnicus tantum Achimelechi filius, nomine Abiatharus seruatus est: idq; totum iuxta oraculum Dei Eli pontifici olim redditum contigit, quo prædictum erat, propter filiorum iniquitatem eius posteritatem aliquando interituram. Rex autem Saulus tam sæuo facinore perpetrato, stirpe pontificia interneccione delera, neque teneram ætatem miseratus, neque grandæuos reueritus, insupérq; ciuitate quam patriam ac alumnam sacerdotum & prophetarum singulari priuilegio Deus elegerat, solo æquata, satis declarauit quàm prauum sit hominum ingenium. Tantisper enim dum humiles sunt atque plebeij, quia non audent, neque liberum est naturæ obsequi, æqui ac boni viri esse videntur, mirūq; quoddam iustitiæ studium præ se ferunt: quin & pietatem interea colunt, Deūq; omnibus actionibus nostris interesse, omnes deniq; cogitationes intueri persuasum habēt. sed simul atq; ad potentiam & imperium prouecti sunt, exutis pristinis moribus, & tanquam in scena mutato habitu, nouaque personā assumpta, in omnem audaciam & insolentiam diuinarūque æque ac humanarum rerum contemptum prolabantur: & cū ad superandam inuidiam maxime illis opus est pietate & iustitia, cūque omnes eorum non actiones solum, verum etiam voluntates in conspicuo sint omnibus positæ,

positæ, tum maxime tanquā aut dissimulante Deo, aut & ipso potestate eorum formidante, in subditos debacchantur. & quicquid aut per inanē metum, aut odiū vel fauorē irrationabilem decernunt, id tum hominibus ratū, tum Deo quoq; ipsi probatum esse existimant: futurorum verò prorsus nullum nec respectum nec rationem habent. Quotquot enim in eorum gratiam plurimos labores exhauriunt, eos primum euehunt, deinde iam honoratos per inuidiam non solum dignitatibus priuant, sed per calumniam etiam sæpe opprimunt, non cōsiderantes quā meritò, tantūmq; temerariis delationibus absque vlla probatione fidem adhibentes: & sæuiunt non in quos oportet, sed in quos ipsis sæuire est facile. Hæc ita esse manifestū exemplum in Saulo Cisi filio nobis est exhibitum, qui primus post sublatam optimatum 10 administrationem ac iudicum supremum magistratum rex Hebræorū creatus, propter suspectum Achimelechum trecetos sacerdotes & prophetas interfecit: cæsosq; excidio vrbs obruit, & quantum in se fuit summi Dei sanum sacerdotibus sacrisque ministeriis orbauit, post tam numerosam cædem ne patriam quidem eorum & seminarium superesse passus. Abiatharus autē Achimelechi filius, qui solus generis sui superstes cædem sacerdotum euaserat, ad Dauidem fuga delatus, familiæ cladem & patris interitum ei renunciauit. at ille iam ante se hoc prælaguisse dicebat, cum illic Doecum videret: facileque suspicatus, calumniam pontifici apud regem struendam: ægerrimèque ferebat quòd ipse tanti mali occasionem præbuisset. simulque iussit, vt apud se maneret, quod nusquam tutiores latebras inuenire posset. Per idem 20 tempus cum indicatū esset Dauidi Palæstinos in Cillanorum agrum irrupisse, eūmq; quantus est populari, decreuit illos adoriri, consulto prius propheta, an Deus victoriam angueret: confirmatusque oraculo, & cum sua cohorte hostem aggressus magna cæde repulit, prædāsque ex hostico egit, & Cillanis præsidio fuit dum fruges ex areis conueherent. Rescivit hoc mature Saulus. nam rei feliciter gestæ fama contineri nō potuit quin late propagata ad regias quoq; aures permaneret, nō sine ipsius Dauidis laude. Quo nuncio lætus rex putauit se iam rem factam habere, audiens inimicum se intra vnius oppidi mœnia conclusisse, & diuinitus hanc occasionē opprimendi eius datam dictitans, edicit populo vt Cillam propere circumuētā tam diu premant obsidione, donec Dauidem in potestatem redactum interficiant. At ille 30 oraculo admonitus, nisi mature suis rebus consuleret, fore vt Cillani eius deditione ab ira regis se redimant, relicta vrbe in desertum se cum quadringentis armatis contulit, ibique collem quendam munitum insedit, nomine Engelain. Saulus autem cognito quòd Dauid non amplius apud Cillam esset, expeditionem eam omisit. Dauid verò ex deserto in Cānam locum agri Ziphēni secum suis transtulit: quòd etiam Ionathas regis filis præsto fuit salutaturus amicum, & de futuris collocuturus. Hortabaturq; eum vt bene speraret, neve præsentibus difficultatibus defatigatus cederet. omnino enim regnaturum eum, & vniuerso Hebræorum populo præfuturum. Tales autem felicitates non solere ociosis contingere. Renouatisque fœderibus & sancita sub Deo teste in omnem vitam amicitia, additisque diris execrationibus in 40 eum qui prior à pactis recederet, illum eo loci reliquit, metu nonnihil ac solitudine leuatum: ipse verò domum suam repetiit. Ziphēni verò gratiam regis captantes, certiores eum faciunt, Dauidem in agro suo morari: pollicebanturq; suam operam, vt in manus regis traderetur. occupatis enim quibusdam faucibus, nullum reliquum illi fore effugium. Saulus verò hominibus collaudatis, gratiisque actis quòd inimicum sibi indicassent, cumulate se illis beneficium repositurum, pollicitus, misit qui diligenter quærerent Dauidem, omnēque deserti latebras perscrutarentur: dicens se breui cum exercitu secuturū. Atque ita Ziphēni duces se regi ad perquirendum eum & comprehendendum obtulerunt, studium suum erga ipsum non indicio tantum declaraturi, sed omnibus viribus conando vt in potestatem redactum regi 50 traderent. Sed non habuit successum iniqua eorum cupiditas, quibus cum nullum periculum ex silentio immineret, per adulationem & avaritiam virum pium & præter ius ad mortē quæsitum, regi se tradituros erant polliciti. Dauid enim cognita eorum malicia, simulq; regis aduentu, relictis locorum angustiis in quibus tum versabatur,

batur, euasit ad magnam petram quæ sita est in deserto Simonis. Nec Saulus destitit illum insequi. cognito enim inter eundem quod superatis faucibus euasisset, ad alterum petræ latus peruenit: futurumque erat ut Dauid circumuentus comprehenderetur, nisi rex trepidis nunciis reuocatus esset, qui Palæstinos in ditionem eius hostiliter irrupuisse adcrebant. Satiùs enim iudicauit hos perpetuos ac germanos hostes vlcisci, agritque suis quo minus vastarentur opem afferre, quàm studio capiendi inimici, regionem illis populandam prodere, atque ita Dauid præter omnium opinionem seruatus ad fauces agri Engadeni se contulit. Saulo autè post reiectos Palæstinos nunciatum est, Dauidem intra fines Engadenorum morari: moxque assumptis tribus armatorum milibus ex omni exercitu selectis, properè eos ad locum indicatum duxit. I. Reg. 24

cùmque non longè abesset, offendit speluncam longo recessu opacam, & in penitiorè sinu latè patentem, in qua tum fortè Dauid cum sua cohorte delitescēbat: in eamque solus ad requisita naturæ se insinuauit. Animaduersum est id continuò ab vno è Dauidis comitibus, qui cùm eum moneret tempus ultionis offerre Deum, nec esse negligendam occasionē tot ærumnas finiendi abscisso infestissimi regis capite, laciniâ tantum regij pallij præcidit: indignum ratus in proprium dominum sæuire, quem Deus ipse ad imperij fastigium electione sua prouexerat. nec enim par esse iniuriis certare cum eo, qui immeritum extinguere cuperet. Egresso deinde è spelunca Saulo, Dauid quoque in apertum progressus regē inclamat, & cùm ad agnitam vocē se conuertisset, ex more prius adoratum sic alloquitur: Quàm iniquum est rex, te calumniatoribus patulas aures præbentem, & vanissimis hominibus fidem adhibentē, de amicis spectatis suspicari, quos ex ipsorum factis potius iudicare oportebat. verba enim vel falsa possunt esse vel vera: sed nullum apertius de animo quàm ex factis argumentum potest colligi, quemadmodum nunc quoque iudicare potes num temere illis credideris, qui eius criminis me apud te reum faciunt, quod ne in mentem quidem vnquam venit: & in tantum te exasperauerunt, ut nocte atque die nihil magis quàm de mea perniciē cogites. Annon vides vanissimam esse tuam opinionē, qua pertuasus es me familiæ vestræ inimicum, tuarq; in primis necis esse cupidum? Aut quibus oculis Deum putas immanitatem tuam aspicere, qui hominem ad eadē expetis, oblata vindictæ tali occasione tibi parcentem, quam ipse nactus nunquam elabi è manibus suis? Nihilo enim maiore negotio caput tibi præcidere poteram, quàm hanc vestis laciniam. Simulq; pannum protulit, qui verbis fidem astrueret. Ego certe ne iustæ quidem ultioni indulgi, & tu iniustas similtates contra me exercere non vereris. Sed horum Deus iudex erit, probabitque vter nostrum æquioribus moribus sit præditus. Tum Saulus demirans è quanto periculo esset seruatus, modestiæque iuuenis attonitus, ingemuit: similēque gemitum referente Dauide, rex se iustius gemere fassus est. Tu enim, inquit, multorum bonorum causa mihi fuisti, ego contrà tibi multarum calamitatum autor. Et nunc quoq; declarasti te à priscorum æquitate non degenerē, qui inimicos in solitudine ad iniuriam expositos nacti, incolumes dimittere maluerunt. Itaque hodie manifestè cerno regnum tibi à Deo repositum, & tibi tuum imperium vniuersam Hebræorum gentē concessuram. quam obrem postulo ut iureiurando fidem mihi facias, te rerum potitū obliuioni iniurias meas traditurū, & familiam meam saluam esse passurum. pollicitus est id Dauid interposito iureiurando, atque ita regem in regnum remisit. In idem tempus mors Samuelis prophetæ incidit, viri qui suo merito in maximo semper apud Hebræos precio fuerat: illustreque virtutis ipsius ac suæ obseruantię populus testimonium edidit, dum defuncti exequias & sepulturam magnifico sumptu concelebrat: & postquam iusta exoluit in Ramatha patria sepulto luctum in longum tempus prorogat, non quasi in publico mœrore, sed quasi ad vnum quemuis propriè hæc orbitas pertineret. fuerat enim vir ad omnē iustitiā ac bonitatē à natura cōpositus, & ob has virtutes Deo longè acceptissimus. Præfuit populo post Elis pontificis obitum primū solus annis duodecim, deinde Saule regnante annis decem & octo. cuius extremi dies in hæc ut dixi tempora inciderunt. In locis autè in quibus tum Dauid versabatur erat Ziphenus quidam in oppido Emma, vir locuples & multorum gregum dominus. habebat enim

in pascuis ouium tria milia, & capras mille: & ab his David omnem iniuriam absti-
 nuit, grauitè interminatus suis ne vel cupiditate vel egestate, vel latendi spe impulsi
 quicquam violarent, sed pluri iustitiā facerent, & Dei voluntatem, cui nunquā pla-
 cuerunt qui in alienas res manus auidè iniicerent. in hac disciplina suos continebat,
 putans se in hominem probum & sua beneuolētia dignum hoc officium collocare.
 Nabalus verò (hoc erat viro nomen) homo erat agrestis & malis moribus præditus,
 sed honestæ ac prudentis & elegantis mulieris maritus. Ad hunc David pecora ton-
 dentē decē è suis misit salutatum, qui illi in multos annos eam felicitatē ominaren-
 tur: simulq; rogarent vt è facultatibus suis aliquid cōmunicaret, cū è pastoribus in-
 telligere possit, quòd longo iam tempore in solitudine versati adeò nihil detrimenti ¹⁰
 attulerint gregibus, vt custodes eorum fuisse potius videri possint. Quicquid autem
 in Dauidem contulerit, in hominem gratum ac memorem collaturum. Ad hæc po-
 stulata homo suo more nimis durè dedit responsum. Percontatus enim quis esset
 David, vt audiuit esse Iesæi filium, Nunc, inquit, fugitiui relictis dominis insolenter
 ac superbè se gerunt. Quibus renunciatis David in iram accensus, quadringentis ar-
 matis assumptis, & ducentis ad custodiam impedimentorum relictis (iam enim sex-
 centorum manum coegerat) contra Nabalum proficiscebatur, iuratus quòd ea no-
 cte & familiam eius & omnes opes esset euersurus. Neque enim se tam ægrè ferre,
 quòd homo ingratus officij nihil rependeret, quàm quòd ultro conuiciis se impete-
 ret, nulla vnquā affectus iniuria. Interea quidam è seruis pastoribus ad heram suam, ²⁰
 illius vxorem venit, nuncians quòd David à marito eius modicum quiddā postulās
 non solum nihil impetrauerit sed conuiciis etiam non ferendis sit appetitus, cū ta-
 men in eam diem semper greges eius intactos præstitisset: eamq; insolentiā domini
 posse illi magnā aliquam calamitatem afferre. Hoc audito Abigæa (id nomen mulie-
 ri fuit) oneratis aliquam multis asinis, & variis xeniis in sarcinas congestis, incio ma-
 rito & per temulentiam sopito, ad Davidē properat: eique in vallis cuiusdam descensu
 contra Nabalum armatorū agmen ducenti sit obuiam. Quem postquam appropin-
 quare vidit, de iumento defiliit, & prona in faciem adorabūda deprecata est ne ver-
 bis Nabalis moueretur, qui reuera esset id quod vocabatur. Nabalus enim Hebræo-
 rum lingua vocatur insipiens. Excusabaturq; se neminem eorum vidisse, qui ad maritū ³⁰
 missi fuerant. Quare obsecro, inquit, da veniam, & age gratias Deo, qui per me tibi
 obstitit, quo minus humano sanguine manus polluas. Si enim incontaminatus à cæ-
 de permanseris, ipse pro te pœnas ab his qui te læserunt exacturus est. Quod enim
 Nabalum manet infortuniū, inimicorum tuorum cōtingat capitibus. Tu verò pro-
 picius hæc mea munuscula admitte, & iram qua merito in maritum meum es com-
 motus, in meam gratiam remitte. Decet enim clementia & humanitas cum cui fata
 regnum destinauerunt. Ille verò muneribus acceptis: Profectò, inquit, Dei volunta-
 te ad nos hodie venisti: alioqui crastinam diem non videres. iuraui enim me hac no-
 cte domum vestrā subuersurū, & neminē superstitem relicturum ex familia hominis
 ingrati, ac in me meosq; cōtumeliosi. nunc verò Deus tibi in mentē immisit, vt ma- ⁴⁰
 turè occurrens furorem meum delinires. Nabalus autem tametsi propter te veniam
 nunc consequitur, pœnā tamen nō euadet, sed sui mores per aliam occasionem per-
 dent hominem. Hæc locutus mulierem dimisit. Ea domum reuersa offendit mari-
 tum cum equalibus compotantem, iamq; vino grauem, idcōq; tum nihil eorum quæ
 gesserat indicauit. sequenti verò die posteaquam sobrio rem totam exposuisset, in
 tantum mœrorem eum coniecit, vt toto corpore sideratus decima post die mortem
 obiret. Quod vbi Dauidi relatum est, meritis pœnas Deo persoluisse cum dixit.
 suapte enim malicia perditum, & ultioni subiectum, idque incontaminatis eius ma-
 nibus qui iniuriam acceperat: Atque hoc quoq; exemplo didicit, neminē scelestum
 vindictam Dei posse euadere, nec humanas res à Deo neglectas ferri temerè: sed bo- ⁵⁰
 na bonis, & malis quod illis dignum est rependi. Moxque missis ad vxorē eius nun-
 ciis, acciuit eam in legitimum thorum coniugem sibi inducturus. quæ præfata prius
 se indignam vt vel pedes eius contingeret, cum omni tamen suo paratu venit: & vxo-
 ris loco posthac habitata est, hunc honorem ab eo consecuta tum propter modestiam
 bonosq;

bonoque mores, tum propter eximiam formæ gratiam. Habuerat autem Dauid & antè cōiugē, ex Abefaro oppido oriundā. Nam Melcham Sauli filiā prius Dauidi nuptam pater Liso Pheltiæ filio elocauit, in oppido Gethla habitari. Nec ita multo post Ziphenorum quidam renunciauit Saulo, Dauidem rursus in eorum regione esse, & si velit adiutare, posse eum comprehendi. at ille cum tribus milibus militum eò proficiscitur: & superueniente nocte castrametatus est in quodam loco, cui nomen Sicella. Dauid autē cognito quòd rex contra se cum armis veniret, speculatoribus missis iussit vt se certiorē facerent, quonam vsque processisset: cumq; audisset eum esse apud Sicellam, noctu ignaris suis omnibus, duobus tantū comitatus, Abisæo fororis suæ Saruiæ filio, & Achimelecho Chettæo, in castra hostiū penetrat. Dormienteq; Saulo & circū eum satellitio, simulq; imperatore copiarum Abenero, in tentoriū regium insinuatus, neq; regem agnito eius cubili ex spiculo interficere sustinuit, neque Abisæum accensum ad facinus permisit: sed cohibuit admonitum nefas esse regem diuino suffragio creatum interimere, quātumuis malum: eius enim esse in eum vindicare, qui regnum dedisset. vtq; aliquod signum esset, quòd nactus potestatem regis opprimendi, non esset ea vsus, ablato spiculo & lecytho aquali, quæ iuxta cubile sita erant, nemine sentiente castra exiuit, intrepidè & quasi per ocium inter sopitos versatus, partim nocturnis tenebris, partim audacia propria fretus. transgressusque torrentem, & cōscenso montis vertice vnde facile poterat exaudiri, in clamatis Sauli militibus & imperatore eorū Abenero è somno eos excitat. & cum imperator nominatim appellatus scitaretur quisnam esset qui se vocaret, sic respōdit: Dauid ego sum Iessæi filius, à vobis profugus. Sed quī factum est vt tu vir tantus & inter amicos regios maxime honoratus, tam negligenter domini corpus custodias, vt dormire malis quàm curā salutis eius gerere? Capitalem enim culpam admisistis, qui paulo antè quosdam è nostris clam in castra regia subrepentes nō sensistis. Vide igitur quonam deuenerit spiculū regium, & aquæ lecythus: & disce quantū flagitiū sit cōmissum. Saulus autem agnita Dauidis voce, & cognito quòd adeptus eum à somno & custodum negligentia proditum, non tamen interfecit, cum id iure suo facere potuisset, gratias se illi habere pro salute concessa professus est. hortabatūq; vt bono esset animo, nihilq; mali in posterū timens, ad proprias ædes reuerteretur. Cōpertum enim habere, non sibi ipsi salutem suam cariorem esse quàm Dauidi. Se enim seruatorem suum, hominem spectatū per multa officia beneuolentiæ, in exiliū actum, & sæpe in capitis discrimen adductū, amicorūq; consuetudine orbatū persequi nō desistere. illum verò pro hostili insectatione salutē sibi reponere. Tum Dauid iussit vt mitteret qui & spiculum & lecythum reportarent, hoc attestatus, quòd Deus futurus esset vtriusq; naturæ & morū ac gestorum iudex, cui notū esset, quòd ea quoque die percussisset inimico, quem in manu erat interficere. Atque hoc modo Saulus iam iterum clementia Dauidis incolumis è manibus emissus, retro in regiam se recepit. Cæterum Dauid veritus ne si diutius in eis locis hæreret tandē cōprehenderetur, cōsul-

40 tius putauit in Palæstinam transire, & illic degere: quod cum cæteris quoque visum esset, vnà cum sexcentorū manu ad Anchū se contulit regem Gittæ vnus è quinque eius gentis ciuitatibus: vbi domicilio accepto à rege cum duabus vxoribus Achima & Abigæa habitauit. Saulus autem cautior factus posthac destitit cōtra eum aut proficisci aut militem mittere, videns id sibi iam bis male cefsisse, minimūq; abfuisse quin captando caperetur. Dauidi autem non placuit in vrbe Gitta manere, sed petiit à rege vt ad pristinā erga se hospitalitatem hoc quoque adiiceret, & agri partē ad incolendū ei cum suis attribueret. Vereri enim se ne intra mœnia morando onerosus Gittensibus videatur. annuit eius precibus rex, & vicum quendā nomine Sicellam ei donauit, quam Dauid postea regnū adeptus ad eò dilexit, vt suam & posterorum priuatam possessionem in perpetuum esse voluerit: qua de re aliàs fufius dicturi sumus. totum autem tempus quo Dauid apud Sicellam vixit, fuerunt mēses quatuor, additis viginti diebus. ex eo loco clanculariis excursionibus Palæstinę gentis vicinos sibi Saritas & Amalecitas infestabat, magnas iumentorum & camelorum prædas abigens. mancipia enim non abstrahēbat, veritus ne horum indicio res ad Anchum regem

regem perferretur. De manubiis autem munera mittere ad regem solebat. quo percontante vnde eas prædas ageret, meridionalem Iudæorum regionem campestem incurfare se respondens, regi facile persuasit vt crederet quod verum esse vehementer cupiebat. sperabat enim Dauidem si hostiliter gentem propriam tractasset, præcluso reditu semper posthac obnoxium se habiturum. Et parabatur tum bellum
 XIII. in Hebræos communi Palæstinorum decreto, indicto omnibus eius nominis sociis
 I. Reg. 28 die ad conueniendum in Rengam, vbi collectum exercitum Anchus in hostem ducturus erat: & inter cætera auxilia Dauidem cum sexcentorum cohorte euocauerat. quo promptè operam pollicente, & dicente adesse tempus referendæ hospitalis gratiæ, rex contrà quo magis eum sibi deuinciret, promisit se cum re bene gesta in summo apud se honore habiturum, & satellitio suo præpositurum.

Hebræi à Paelstinis magnò prælio vincuntur, in quo Saulus rex vnà cum filijs fortiter pugnans occubuit. Cap. XV.



AVLVS autè è regno suo diuinos omnes & ventriloquos ac ariolos cæterosque similis vanitatis homines eiecerat, solis prophetis retētis: cūq; audisset Palæstinos Sonnā vsq; vrbē progressos castra ibi metatos, & ipse cū suis copiis illuc occurrit: & iuxta montē quendam Gelboe dictum castra è regione hostiū posuit. vbi non mediocris trepidatio illum incesit, reputantē hostilem exercitum viribus longè præcellere: qua de re sollicitus ad oraculū Dei cōfugit, euentū prælij sciscitans. Deo autem silente magis etiam territus prorsus animum despondit, prælagiēs cladē imminere, posteaquā Deus præter solitum auxiliatricē manū subtraheret. quæri nōhilominus imperat mulierculā quāpiā ventriloquā, & manes elicere callentem, quo vel sic rerū euentū prænosceret. nā ventriloquorum genus euocatis defunctorū animabus per eas futura sciscitantibus prædicūt. cūq; indicio cuiusdā familiaris sui cōperisset esse talē mulierculā in oppido Endoro, ignaris omnibus mutato regio habitu, assumptisq; duobus fidsimis famulis ad Endorū & mulierē fatidicā proficiscitur: rogātq; eam vt diuinet, educātq; ad superos animā viri cuius ipse voluerit. illa autē repugnāte & negante se edictū regis contempturā, qui hoc diuinaculorū genus à suo regno arceat: & obtestante ne nulla iniuria lacepsitus insidias sibi strueret, quo deprehēsa veritas artes attrēctare ad suppliciū raperetur: iurauit neminē hoc resciturū, neq; se responsū cū aliis communicaturū, sed fore eam extra omne periculum. Vt verò iureiurādo persuasā est nō timere, iussit eam Samuelis animā excitare. quæ cū nesciret quisnā fuisset Samuel, ab inferis hunc euocat. quo in conspectum veniēte, mulier speciei viri diuina & venerāda perterrita ac stupefacta, versā ad regē, nōnne, inquit, tu es Saulus rex? hoc enim ex Samuele didicerat. Quo annuente & rogante trepidationis causam, ait se videre ascendentē virum diuina quadam specie præditū, percontāte deinde qua effigie quōve habitu esset ac ætate, ait senē esse venerandū, habitu sacerdotali amictū. Agnouit rex Samuelē esse, & procidēs adoratione salutauit. anima autē Samuelis interrogāte quā ob causam elici ac suis moueri sedibus iusserit, necessitate se huc adactū conquestus est. imminere enim grauē hostiū exercitū, & se inopē esse consilij destitutū à Deo, neque per vates, neq; per somniorum visiones futuras præsignare dignāte. quapropter ad eū se confugisse, cui res suas semper curæ fuisse sit expertus. Samuel verò adesse iam regi extremū vitæ diē præuidēs, superuacaneū respōdit ex ipso futura scitari, cū à Deo destitutū se agnoscat. Audi tamen, inquit, in fatis esse vt Dauid assumpta regia dignitate bellū ex sententia cōficiat. te verò & principatū & vitam simul amittere, eo quòd in bellō quod cōtra Amalecitas gessisti obediēs Deo nō fueris, & quæ tibi per me etiā tum viuū mādauit neglexeris. Scito igitur & exercitū tuū ab hoste profligandū, & te vnā cū filiis in prælio cadentē cras mecū futurū. His auditis Saulus obmutuit præ mœstitia, & in humū collapsus est, siue ob subitanā tristitiā viribus deficientibus, siue ob inedia, quòd ea nocte ac præterita die corpus cibo recurare neglexisset, tandē cū ægrè ad se ipsum redisset, mulier vrgebat eū vt cibū sumeret, hāc gratiā ab ipso reposcēs officij, quod

quod per interdictas artes non sine suo periculo poscenti præstiterat, priusquam sciret hunc ipsum esse qui interdixit. pro quo beneficio hoc tantum reposcebat, ut mensa apposita vires refoueret, quo ad exercitum redire valeret. resistētem verò & cibum omnem præ desperatione auersari pergentem, tantum non adegit improbis precibus ut assentiretur. cumque vnicum haberet vitulum domi à se educatum mulier quotidianis operis victum sibi parans, & nihil præterea possidens, hoc mactato carnes coctas ipsi & famulis apposuit. Saulus verò eadem nocte in castra est reuersus. Mirari succurrit hoc loco mulieris huius comitatem ac liberalitatem, quæ tametsi à rege artem exercere vetita qua victum parare assueuerat, hominem nūquam antè visum, immemor totam alendi se rationem per hunc sibi ademptam, non auersata est ut hospitem & ignotum, sed commiserata & cōsolata ad fastiditum cibum sumendum adhortata est: & quod solum mulieri pauperi superfuit, promptè ac libenti animo apposuit, nec gratiam pro beneficio rependens, nec officio fauorem regis captans, quæ iam iam moriturum præsciebat: cum tamen homines natura ita comparati simus, ut tum demum officiosos esse libeat: quando aut pro meritis gratia est rependenda, aut ipsi demereri quempiam cupimus, quem cumulatè aliquando beneficium repositurum speramus. Egregium igitur exemplar beneficentiæ nobis exhibuit, ostendens nihil esse potius quàm in necessitate constitutos subleuare, nihil quod hominem magis deceat, nihil quod Deum æquè conciliet, & ad benefaciendum nobis prouocet. atque hæc de muliere illa dixisse sufficiat. Nunc aliam quandam admonitionem scriptis meis iuuat inferere, cum populis ac gentibus profuturam, tum præcipuè viris eximiis & ad gloriam natis incitamento futuram ad virtutem: quandoquidem hæc sola in sempiterna memoria sui cultores collocare valens, magnum calcar ad honesta studia tam regibus gentium, quàm ciuitatum magistratibus debet subdere, ut contemptis periculis atque etiam certa morte, nihil durum pro patria subire ac sustinere subterfugiant. Quod ut faciam opportunè Sauli Hebræorum regis illustre exemplum flagitat. Hic enim licet futuri gnatus, & de obitu suo præmonitus à propheta, noluit tamen eum vitare, & ob vitæ cupiditatem exercitum hosti prodere, atque hoc modo regiam maiestatem dehonēstare: sed cum liberis totaque familia periculo se obiciens, pulchrum existimauit in prælio pro suo subditis imperio pugnando cadere, & filios in eiusdem laudis societatem assumere, potius quàm superstites relinquere, incertum qualēnam futuros. Sic enim existimauit, loco posteritatis perpetuam laudem & immortalem memoriam sibi futuram. Quamobrem hic mihi verè iustus & fortis ac prudens fuisse videtur, & si quis huic similis fuit aut futurus est, huic virtutis testimoniū ab omnibus reddi æquum censeo. Nam illos qui cum certa victoriæ incolumitatisque spe bellum aggrediuntur, posteaquam magnificum aliquid gesserint, non censeo meritò fortitudinis titulis insigniri ab historicis aliisque scriptoribus. Sed quamuis & illis sua laus debeatur, soli tamen generosi ac fortes periculorumque contemptores iure dici possunt, qui Saulum æmulantur. Quid enim magni est communem martis aleam subire, & inter spem ac metum fluctuando, si fortuna affulserit fauore eius uti? contra nihil lætū sperantem, & præscium quod necesse sit in pugna cadere, & intrepidè tamen & imperculso animo fato minanti occurrere, id verò generosi & fortis viri facinus ego censeo. Hæc est Sauli nostri laus. qui exemplo est omnibus veræ gloriæ amatoribus, ut si honesti apud posteros nominis rationem habent, idem sibi si quando vsus veniat proponant: in primis autem regibus, quibus propter fortunæ sublimitatē adeò non licet esse ignauis, ut turpe sit etiam mediocritatem fortitudinis nō excedere. Possem quidem etiam plura in hoc argumento de Sauli generositate dicere: verum ne videar immodicus, eò vnde digressi sumus reuertar. Palæstinis copias vndique contrahentibus, delectūque per singulas gentes ac regna & satrapias habito, nouissimus venit cum suo milite rex Anchus, quem secutus est Dauid cum sexcentorum cohorte, quem vbi viderunt Palæstinorum duces, percontabantur regem vndēnam venirent Hebræi, aut à quo vocati. Is respondit Dauidem iram domini sui Sauli fugientem, à se exceptum, nunc ut gratiam hospiti referat, utq; de Saule vindictamumat, in auxilium venisse. at illis non probabatur, quod veterem hostem in auxilium acciuisset: suadebantq; ut eum retrò

m

remit

1. Reg. 19.

remitteret, ne fortè cladem aliquam ipsis afferat. facile enim habiturum occasionem reconciliandi se domino, si hostibus eius detrimentum aliquod attulerit. Quare prospiciendum esse in futurum, Davidemque cum sua cohorte ad agros à rege illi assignatos remittendum. Hunc enim esse illum Davidem virginibus cātatum quòd plurima Palæstinorum millia deleuisset. Visum est regi quoque Gittæ rectè illos monere: mōxque accito Dauide: Equidem, inquit, fidem tuam ac virtutem compertam habens socium huius expeditionis te assumpsi, sed cæteris ducibus hoc non probatur. quare confestim agrum quem tibi donavi repete, nihil de voluntate nostra dubitans: & illic esto præsidio meæ regioni, ne interim dum cum exercitu absūm, hostes aliqui eam per occasionem inuadant. hoc enim pactū non minus amici ac socij præstiteris 10 officium. Paruit David, & ad Sicellam se recepit. Sed interim dum Palæstinorum castra sequeretur, Amalecitarum gens expugnata & incensā Sicella, prædāq; tam inde quàm ex vicinis Palæstinorum agris abacta, in suam regionem reuertebatur. David autem vicum suum vastatum inucniēs, omnibūque direptis vtramque etiam vxorem abductam, & pari modo commilitonum vxores ac liberos cum cætera præda abactos, doloris impatiens scidit vestimenta sua: & adeo huic calamitati succubuit, vt non prius flere ac lamentari suam & suorum vicem desineret, quàm lacrymæ eum deficerent. nec multum aberat quin ab iratis ob iacturam coniugum & liberorum militibus saxis impeteretur, quòd in ipsum causam tanti mali reiicerent. Postquam autem à mœrore se recollegit, & animam ad Deum erexit, rogauit pontificem Abiatharum vt sumpto 20 sacerdotali amictu Deum consuleret, & oraculum referret, num Deus concessurus sit affecuto Amalecitas vxores ac liberos recipere, pœnāsque de hoste sumere. pontifice verò iubente persequi, assumptis sexcentis armatis quantum potuit per vestigia hostium p̄sp̄eravit. cūque ad torrentem quendam nomine Baselum peruénisset, incidit in quendam Ægyptium errantem, iamque inopia & fame deficientem, qui toto triduo per desertum impastus oberrauerat. hunc cibo & potu prius refocillatum, rogat cuius esset, & qua natione. is respondit se Ægyptium genere, à domino relictum in itinere, quòd propter languorem non posset agmen consequi eorum qui vastata Sicella finitimisque locis domum se recipiebant. Itaque hoc ductore David vsus ad persequendos Amalecitas, affecutusque eos in terram proiectos, & partim prandium 30 sumentes, partim iam temulentos, & rebus ex præda quæsitis se oblectantes, ex improviso irruens, magnam eorum stragem edidit. Inermes enim, & nihil tale expectantes, & epulis tantum ac computationibus intenti, facile ab armatis conficiebantur. alij enim instructis mensis accubantes, cruore appositos cibos inundabant, alij propinantes sibi inuicem opprimebantur, nonnulli verò somno iam ac vino sopiti: & si qui se interim armare potuerunt, non multo maiore negotio quàm cæteri cædebantur. durauit enim ea cædes à prandio vsq; ad vesp̄eram, vt ex omnibus Amalecitarum copiis ægre quadringenti celeritate camelorum ab internecione sint exempti. cæterū præda omnis est recepta, vxorēsque tam ipsius quàm Davidis cōmilitonum. Remetientes autem iter postquam ad eum locum peruenerunt, vbi ducentos minus expeditos ad 40 custodiam impedimentorum reliquerant, quadringenti illi nolebant eos in prædæ partem admittere, quòd per ignauia in persequendo hoste delassati fuissent, aiebantq; contentos esse oportere receptis vxoribus ac liberis. Hanc eorum voluntatem iniquam David pronunciauit. Par enim esse, vt victoria diuinitus concessa, receptisque ex hoste spoliis, vniuersi milites ex æquo fruerentur, maximè cū reliqui impedimenta interim asseruauerint. ex eo præiudicio mos in posterum obtinuit, vt tantundem ex præda cederet iis qui pugnæ interfuerunt, & iis qui interim circa impedimentorum custodiam sunt uersati. Reuersus deinde Sicellam David, per totam tribum Iudæ partes ex præda ad amicos & familiares misit. arque in hunc modum circa Si-

1. Reg. 13. cellā & in persequendis Amalecitis res gesta est. Interea Palæstini acri prælio cum ho- 50 ste congressi, & superiores facti, plurimos ex aduersa acie sternunt. ibi Saulus & filij contra hostem egregiè certantes, & hoc tantum agentes ne inulti caderent, vtrq; honestis vulneribus confecti luctuosam hosti victoriam relinquerent, totam vim hostium in se conuerterūt: & circumuenti multitudine, magna circa se strage Palæstinorum

rum edita postremo & ipsi hostium telis sunt obruti. fuerunt autem Sauli filij, Iona-
thas, Aminadabus & Melchisus. post quorum casum vniuersus Hebræorum exerci-
tus profligatur: dūmq̃ nullo ordine trepidi fugiunt, instantibus à tergo barbaris in-
gens cædes est perpetrata. Saulus quoque stipatus suorum caterua fugiebat: in quem
Palæstini immixtis sagittariis & iaculatoribus, omnes paucis exceptis confixerunt. ipse
verò post multa fortia facinora edita, grauatus vulneribus, vt iam nec subsistere, nec



sibi ipse manus inferre valeret, obse-
crauit armigerum vt se ferro transfi-
geret, priusquam viuus in hostium
potestatem fieret. quod cū amiger
ob maiestatis reuerentiam detrecta-
ret, ipse admoto ad pectus proprii
gladij mucrone in eum incubuit. &
cū deficiētibus viribus traicere se
non posset, circūspiciens iuuenem
proximum rogat, quisnam esset: au-
ditóque esse Amalecitam, orat vt se

iuuaret efficere, quod ipse suis manibus non quiret. qui postquam eius optata exsecu-
tus est, ademptis aureis armillis & corona insigni regio, quantum potuit festinus inde
20 se proripuit. armiger autem regius conspecta Sauli nece, ipse quoque se iugulauit. pa-
ri modo & vniuersum eius satellium vnā cum domino suo cecidit, circa montem qui
nominatur Gelboc. Qua clade audita ab Hebræis qui vallem vltra Iordanem sitam ha-
bitant, quique campestres vrbes tenent, quòd Saulus rex cum filiis & exercitu in præ-
lio cecidisset, relictis suis oppidis in munitissimas quasque vrbes confugerunt: quæ
Palæstini deserta nacti, facile occupata ipsi posthac incoluerunt. Die verò quæ præ-
lium proximè consecuta est, dum cæsorū cadauera spoliant, inciderunt in Sauli fi-
liorūque eius corpora, quibus exutis capita etiam præciderunt: & dimissis in hoc
per totam suam regionem certis hominibus, hostes cecidisse nunciauerunt: quorum
arma in templo Astartes dedicauerunt: porro corpora eorum circa mœnia vrbs
30 Bethsanæ, quæ nunc est Scythopolis, crucibus affixerunt. Quod posteaquam auditum
est in Iabissa vrbe regionis Galaditidis, truncata esse Sauli ac filiorum cadauera, rem
indignam rati eos extremo exsequiarum honore fraudari, aliquam multi fortissimi &
audacissimi egrediuntur (alit enim hæc vrbs homines robustos ac feroces) factóque
per totam noctem itinere, ad Bethsanæ mœnia peruenientes, demptis Sauli & filio-
rum corporibus Iabissam ea deportauerunt, nemine hostium arcere eos aut aggredi
propter virtutem ipsorum audente. Iabisseni autem populariter eos deploratos in ce-
leberrimo agri sui loco sepeliuerunt, & indicto ob regis & filiorum cædem luctu ac
ieiunio dierum septem in lamentis & planctu eos exegerunt. Hic finis fuit Sau-
li iuxta Samuelis vaticinium, propterea quòd mandata Dei de bello con-
40 tra Amalecitas gerendo non est exsecutus, & quia trucidato cum
tota cognatione Achimelecho pontifice, urbem quoque pon-
tificalem subuertit. Regnauitque viuente Samuele annis
decem & octo, & post mortem eius annis viginti:
quo tempore exacto, eum quem di-
ximus vitæ finem est
sortitus.

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IVDAICARVM LIBER

SEPTIMVS.

Dauid apud Hebronem vnus tribus rex creatur, in reliquis Sauli filius paternum regnum obtinet. Caput I.

10

2. Reg. 1.



O c praelium in eum diem incidit, quo Dauid de Amalecitis victor Sicellam est reuersus. tertio autem post eius reditum die, elapsus è prelio Sauli interfecto, scissa veste, caputque sparsus cinere, ad Dauidem peruenit: adoratoque eo, interrogatus vnde veniret, è conflictu Israelitarum ait se venire. id fuisse illorum partibus infortunatum, cæsis multis Hebræorum millibus, & insuper rege cum filiis post eam pugnam desiderato. atque se nunciare suis oculis visa, cum fortè in fugientem cum suis regem incidisset, quem à se rogatu ipsius cæsum fa- 20

tebatur, ne viuis in manus hostium veniret: cum enim in gladiū incubuisset, non potuisse seipsum præ multitudine vulnerū interficere. eius deinde cædis argumenta certissima ostendebat, armillas aurcas, & insigne regium, quæ ipse mortuo detraxerat, vt Dauidi offerret. At ille tam certis indiciis credere coactus, scidit vestimentum, & in fletu ac lamentis totam diem cū amicis exegit. accedebat ad mœroris cumulū Ionathas Sauli filius fidissimus eius amicus, & salutis ipsius non semel autor. Tanta autem fuit Dauidis virtus & erga Saulum beneuolentia, vt quāuis sæpius capitalibus eius insidiis appetitus, non solum ægerrimè tulerit eius interitū, verumetiam interfectore illius affici supplicio iusserit. Præfatus enim quod ipse sui accusator extiterit, regis cædē professus, & per hoc Amalecitæ filium se declarauerit, duci hominem mandauit. præterea 30 lamentationes & epitaphia in laudem Sauli & Ionathæ composuit, quæ in hodiernum vsque diem leguntur. His extremis officiis honorato rege, luctūque finito, consuluit Deum per prophetam, quānam ex vrbibus Iudæe tribus habitandam sibi cōcederet. cūque responsum esset Hebronem concedi, relicta Sicella eò commigravit, ambabus vxoribus illò adductis, & cohorte domestica: mōxque tota tribus ad eum locum confluens, regem cum communi suffragio declarauit. Audito deinde quod Saulum cum filiis Iabiseni in Galaditide regione sepelissent, misit illuc qui collaudato eorum facinore, gratiam illis referēdam suo nomine polliceretur, simulque nuntiarent, quod Iudæe tribus regem se consalutasset. Interea Sauli copiarum præfectus Abenerus filius Neri, vir strenuus, & ad magnas res obeūdas natus, quā primum cognouit cecidisse 40 regem & Ionatham, aliōsque duos eius filios, properè in castra delatus, reliquum ex omnibus filiis nomine Iebosthum periculo eripit, & superato vnà cum illo Iordane, totius populi regem eum constituit, excepta tribu Iudæe: regiāque ei elegit apud locum qui Hebraice Manalis dictus, interpretatur castrum. inde profectus est cum delectissimo milite, vt praelio cum Iudæe tribu decerneret, iratus quod Dauidem regem creauissent. Huic occurrit Ioabus Saruiæ Dauidis sororis filius, natus ex parte Suri, duos secum fratres, Abisæum & Asaelem, vniuersūque Dauidis exercitū ducens: & cū circa quēdam fonticulū apud urbem Gabao in eum incidisset, aciem ad praelium explicat. Cūq; Abenerus dixisset cupere se experiri vtrius partis præstantiores milites essent, ex pacto vtrinque duodeni ad certamen sunt destinati. qui progressi inter 50 vtramque aciem, emissis prius pilis, gladios stringunt: cōprehensiq; aduersariorū capitibus, latera & illa feriebant, donec mutuis vulneribus ad vnum se conficerent. quo facto exercitus etiā conflixerūt, & post acre certamen, partes Abeneri succubuerunt. Versos deinde in fugam Ioabus non destitit persequi, sed tergis eorum hærens hortabatur

batur suos vt ne defatigarentur: idémque etiam fratres eius faciebant, præcipuè iunior Afael ob eximiam pedum pernicitatem celebris, & non solum cum hominibus, sed cum equis etiam cursu contendere solitus. is tum Abenerum rectà insequabatur, nec in sinistram nec in dextram deflectens. Conuersus autem Abenerus, & impetum eius frustrari volens, primum vnus militis armatura cum eo depasci voluit, vt persequi desineret. deinde rogabat ne se in hanc necessitatem adduceret, vt illo interfecto, in fratris eius conspectum posthac venire non auderet. cùmque ille his verbis nihil moueretur, sed persequi pergeret, ita vt versa hasta fugiebat, imminenti letale vulnus infligit, vt in vestigio concideret. qui verò cum eo Abenerum insectabantur, postquam ad
10 locum in quo Afael iacebat peruenerūt, obliti amplioris persecutionis circū cadauer constiterunt. Ioabus autem & frater eius Abisæus, præter exanime corpus cursu prouecti, incitatiq; ira extincti fratris, mira pernicitate ac alacritate vsque ad solis occasum persecuti sunt Abenerum, & vsq; locum qui ab aquæ ductu nomē accepit. hic in loco eminentiore consistit, Abenerum cum Beniamitis fugientem prospiciens. qui cùm exclamasset, satis iam indignationi indultum, nec esse viros consanguineos improba insectatione cogendos omissa fuga in certamen redire: culpā enim penes fratrem eius Afaelem esse, quòd monitus ab insequèdo desistere noluisse, & ideo ictus cecidisset: visus est non male admonere: mōxque Ioabus dato receptui signo suos cohibuit: & in eo loco castris positis pernoctauit. Abenerus verò cōtinuato per totam noctem itinere
20 re trans Iordanem in Iebosthi regiam se contulit. sequenti die Ioabus recensitis cæsorū cadaueribus omnes sepultura dignatus est. ceciderant autem ex Abeneri exercitu trecenti sexaginta: ex Dauidis nouemdecim, præterque Afael: cuius cadauer Bethlema reportatum fratres cum patriis monumentis intulissent, ad regem suum in Hebronem sunt reuersi. Hoc fuit inter Hebræos ciuilis belli initium, quod aliquandiu durauit, sed ita vt Dauidis partes magis ac magis proficerent, contrā eorum qui sub Sauli filij degebant imperio, indies deteriores fierent. Interea Dauid sex filios è totidē vxoribus suscepit, quorum natu maximus è matre Achima natus, Ammon dictus est. Secundus ex vxore Abigæa Daniel. Tertius ex Machama filia Tholomæi natus regis Gessirorum, nomine Abesalō. Quartus Adonias ex vxore Angite susceptus. quintum
30 verò & sextum Gerthesam & Galam nominauit. Porro post conflatum ciuile bellum, & crebros partium conflictus, præcipuum monumentum fuit in Abenero, qui quòd esset vir prudens, & ad popularem gratiam factus, multitudinem in officio cōtinebat, vt longo tempore in fide Iebosthi permanerent. Deinde verò insimulatus apud eum quòd consuetudinem haberet cum cōcubina eius Ræsp̄a filia Sibathi, & ea de causā obiurgatus, dolore & indignatione motus quasi non bona gratia sibi pro fide studio redderetur: minatus est se regnū ad Dauidem translaturum, & declaraturum quòd Iebosthus non tam propria virtute aut prudētia regno trans Iordanem potiretur, quàm ipsius bellicis artibus & eximia in eam diē fide. mōxq; misit in Hebronē ad Dauidem, qui suo nomine fœdus cum eo ferirent, hac conditione vt inter præcipuos regis ami-
40 cos reciperetur, si populo ad defectionem à filio Sauli concitato, efficcret vt Dauid ab vniuersis Hebræis rex agnosceretur. Qui cùm vehementer hoc nuncio lætus conditionem accepisset, & quo magis ratum esset fœdus, postulasset vt Melcholen vxorem ad eum remitteret, quam magno suo periculo & annumeratis Saulo sexcentis Palæstinorum capitibus emerat: ante omnia remisit eam abstractam à Pheltiæ coniugio, adiuuante etiam Iebostho. nam & huic Dauid scripserat, æquum esse vxorem sibi restitui. deinde conuocatis senioribus populi, & præfectis militiæ in eam sententiam locutus est apud eos. remorartū se quidem illos quo minus relicto Iebostho ad Dauidem desciscerent: nunc autem libenter se hoc illis permissurum, quādoquidem certo comperisset hunc per Samuelem prophetam totius Hebræorum gentis regem diuino iudicio designatum esse. eundémque vatem præcecinisse, quòd huius ductu vindican-
50 dum sit in Palæstinos, nec alio rege sub iugum Israelitarum eos posse subigi. His auditis seniores & præfecti, certi iam in eorum sententiam Abenerum transisse, Dauidi in posterum apertè studuerunt. Supererat vt & Beniamitē in hanc sententiam concederent, quòd ex hac tribu esset Iebosthi satellitium. ad quos quum eadem verba fecisset,

ac ne illos quidem reniti animaduertisset, cum viginti ferme comitibus ad Dauidem proficiscitur, ut præsens fœdus initum confirmaret: tum quia quisque in rebus suis sibi magis quam alij fudit, tum quia volebat certiorum facere, quid in causa eius cum senioribus & ducibus egisset, & quod ipsam quoque Beniamiticam tribum in partes ipsius traduxisset. à quo comiter exceptus, & splendidis ac sumptuosis epulis per aliquot dies adhibitus, tandem petiit ut dimitteretur, traducturus ad eum exercitum, & quod promiserat re exhibiturus, & quasi in manum imperium gentis ei traditurus. Vix ad hæc promissa exsequenda missus à Dauide Hebronem exiuerat, cum Ioabus copiarum imperator peregre rediens illuc aduenit: cognitoque quod Abenerus iuncto cum Dauide fœdere paulo antè abisset regnum ei tradi curaturus: veritus ne is pri- 10 mum inter amicos locum obtineret, autor illi factus regij fastigij, & alioqui vir prudens in consiliis capiendis, & rerum momentis obseruandis: ipse verò deteriori conditione esse inciperet, & præfectura copiarum priuaretur, malum & iniquum consilium concipit. ac primum calumniis cum aggressus, persuadere conatur regi, ut caueat sibi, neque fidem illius verbis adhibeat. Nihil enim illum non tentare quo regnum Sauli filio constabiliat: & nunc structis dolis aduenisse, & optatis potitum, cum certa spe insidiis circumueniendi Dauidis abire. Postquam autem frustra se verba fundere animaduertit, ac ne tantillum quidem regem his moueri, mutato consilio facinus audax mente concipit, & certus hominem tollere, mittit confestim qui cursim per eius vestigia viam carperent, & assecuti eum Dauidis nomine reuocarent, quasi 20 per obliuionem quiddam maximè ad rem pertinens illi significare omisisset. Abenerus autem postquam hæc audiuit: ex nunciis in loco cui nomen Besira xx. stadiis ab Hebrone distito, nihil eorum quæ euentura erant suspicatus ad urbem reuertitur. Cui obuiam factus ante mœnia Ioabus, humanissimè exceptum summam beneuolentiam præ se ferens (ut sæpe fit cum ad obtexendas insidias malum aliquod facinus molientes summam bonitatem simulant) seorsum à cætero comitatu seducit, quasi secretius aliquid cum eo colloqui vellet: atque ita abductum in locum portæ solitarii, vno tantum fratre Abiseo præsesto stricto ferro per illic traiecit. Hunc exitum habuit vir egregius, insidiis à Ioabo interceptus, ut ipse videri volebat in ultionem fratris Asaelis, quem in prælio ad Hebronem commisso Abenerus pertinaciter se in- 30 sequentem interemerat, re autem vera quod miserè timeret, ne honore quem obtinebat priuaretur, Dauide imperium exercitus in Abenerum transferente. Hinc sanè videre licet, quàm nihil non audeant homines ambitioni & avariciæ dediti, dum nemini cedere volunt. Nam & dum cupitis potiri properant, non dubitant quoduis perpetrare facinus: & ne quod semel nacti sunt amittant, maiora etiam non reformidant: sic existimantes, leuius incommodum esse ad summum fastigium non peruenire, quàm ab assuetis iam bonis excidere. idcircoque plus illis semper audaciæ superest, dum timent ne pristina felicitate priuentur. Sed de his satis est paucis admonuisse. Porro Dauid audita Abeneri nece vehementer indoluit, sublatâque ad cælum dextera magna voce protestatus est: quod nec iubente se nec consilio cædes ea fuerit 40 commissa. ad hæc diris imprecationibus autorem necis huius execratus, & familiam eius & facinoris socios præiudicio suo damnauit. Valde enim sollicitus erat, ne videretur hoc contra fœdus cum Abenero iunctum fuisse admissum, edixitque ut totus populus defleret ac lugeret, virum & solennibus funeralibus ei parentaret, scissis vestibus & saccos indutus: atque hoc modo exequias frequentari voluit, quas & ipse vnâ cum honoratioribus ac præfectis deduxit, planctu & lachrymis satis indicans vel beneuolentiam erga viuum, vel mœrorem ob defunctum, quodque præter ipsius voluntatem interemptus fuerit, quin & magnificè apud Hebronem sepultum, ac epitaphio à se composito honoratum, stans super monumentum primus deplorauit, suoque exemplo cæteros ad idem faciendum prouocauit. adeoque grauitè 50 Abeneri morte affectus est, ut nullis amicorum precibus ad gustandum ea die cibum adduci potuerit, sed iuratus ieiunium vsq; ad solis occasum seruauerit. quod sanè non mediocrem ipsi gratiam apud multitudinem conciliauit. Nam quotquot erant Abeneri studiosi vehemèter hunc defuncti extremum honorem & seruatam ad vltimum fidem

fidem probauerunt, quòd omnia in eum contulisset quæ in amicos conferri solent, & non vt inimicum aliquando neglectæ & ignominiosæ sepulturæ tradidisset: tum considerantes pro se quisque egregiâ regis benignitatem, eadem sibi quoque ab illo pollicebantur. atque hoc modo optime Dauid famæ suæ consuluit, nemine amplius suspicante ipsius volûtate cæsum fuisse Abenerû. quin & priusquam multitudo quæ ad funus celebrandum conuenerat digrederetur, docuit eos quantum ipse in animo vulnus accepisset, quantumque totus populus detrimentû amisso viro in rebus bellicis tam consilio quàm manu præstantissimo. Sed Deus, inquit, qui vniuersa gubernat, necem huius inultam non sinet. Is mihi testis esto quòd in Ioabum & Abisæum
 10 animaduertere non valco, qui apud exercitû penè plus possunt quàm ego ipse. pœnam tamen diuinitus infligendam non effugient. Et Abenerus quidem in hunc modum vitam finiuit.

Iebostho amicorum insidijs interfecto, vniuersum regnum ad Dauidem deuenit. Cap. II.



E B O S T H V S autem Sauli filius morte eius audita grauiter hoc tu-
 lit, quòd priuatus esset viro consanguineo, qui præcipuus autor ei
 fuerat vt in paternum regnum succederet, mirumque in modum
 ob hanc causam se afflictauit. Nec ipse diu superstes fuit, sed à filiis
 Hieremmonis Banaotha & Thanno per insidias est oppressus. Hi
 20 enim cùm essent Beniamitæ genere, & inter præcipuos optimates,
 existimantes si Iebosthum interficerent, magna se munera à Dauide accepturos, &
 aut amplas præfecturas aut aliud quid honorificum apud eum per hoc factum se con-
 secuturos, nacti solum Iebosthum in cubiculo meridianem, videntésque nec satel-
 litum quenquam adesse, neque iantricem vigilare, sed & ipsam partim lassitudine,
 partim estu in somnum solutam, subintrogressi ad eum, dormientem interemerunt:
 præcisóque capite, & per totam noctem ac diem itinere continuato, tanquam à læsis
 properantes ad eum quem magno beneficio demeruissent, Hebronem peruene-
 runt: ostensóque Dauidi Iebosthi capite, commendabant ei suam operam ac bene-
 uolentiam, quòd regni æmulum de medio sustulissent. Sed multum eos spes sua fe-
 30 sellit: neque enim pro eorum opinione illos excepit rex. Sceleratissimi, inquit, &
 iamiam pœnas daturi, an nesciebatis quòd à me operæ præmium Sauli interfector
 retulerit, qui ad me coronâ eius auream apportauerat? & ille quidem rogatus hoc ei
 præstiterat, ne ab hostibus caperetur. Aut fortè alium me iam factum credebatis, vt
 mutatis moribus delectarer viris maleficis, & domini cædem tanquam beneficium
 oblatum complecterer: idque occiso à vobis in suo lecto viro iusto, qui neminè vn-
 quam læsit, vos verò maxima etiam beneuolentia, summúsque honoribus profecu-
 tus est. quapropter eadem opera & illi pœnas violatæ fidei dabitis, & mihi inique de
 me opinationis, quem putastis de tali Iebosthi cæde libenter auditurû. Neque enim
 alio modo grauius existimationem meam lædere potuistis. Hæc locutus iussit eos
 40 exquisitissimis tormentis excruciatos supplicio dedi: caputque Iebosthi cum omni
 honore funeratum in Abeneri monumentum intulit. His ita finitis vniuersi Hebræo-
 rum proceres Hebronem ad Dauidem conuenerunt, cum tribunis ac præfectis, seq;
 & sua omnia illi dediderunt, cōmemoratis prius veteribus officiis quæ in eum viuente
 etiam tum Saulo contulissent, & quòd tribunû tunc regiû in summo honore ha-
 buissent, & quòd diuino suffragio per Samuelem prophetam rex vnâ cum suis filiis
 declaratus esset: eique soli destinatum esset vt perdomitis Palæstinis Hebræorû re-
 bus perpetuam salutem ac securitatē afferret. At ille collaudato eorum studio, hor-
 tatúsque vt in cœptis permanerent, fore enim vt nunquâ eos pœniteat, conuiuio &
 omni comitate exceptos remisit ad populû in regiam adducendum. Conuenerunt
 50 itaque ex tribu Iudæ armatorum sex millia octingenti, scuta & lanceas gestantes, qui
 hæctenus Sauli filium secuti fuerant, & sine quibus hæc tribus Dauidi regnum decre-
 uerat. ex tribu Simeonis septem millia & centum eo amplius. ex tribu Leuitica qua-
 tuor millia septingenti cum principe suo Iodamo, cum his erat pontifex Sadoocus
 cum vigintiduobus cognatis principibus. ex tribu Beniamitide armati quater mille.

Hæc enim tribus adhuc sustinebat credens aliquem ex genere Sauli regnaturum. Ex tribu Ephraim viginti millia & octingenti, viri animis & viribus præstantes. Ex dimidia tribu Manassitide millia decem & octo. Ex tribu Issachar ducenti futurorum præscij, & armatorum viginti millia. Ex tribu Zabulon armatorum lectissimorum quinquaginta millia. Hæc enim tribus sola vniuersa ad Dauidem confluxit. hi omnes eadem armatura utebantur, qua tribus Gadi. Ex tribu Nephthalitide insigniores & ductores mille, scuto & hasta armati. quos sequebantur reliqui tribules eorum, multitudo penè innumerabilis. Ex tribu Dauitide selectorum viginti septem millia, ex tribu Aseri quadraginta millia, ex duabus autem tribubus trans Iordanem habitantibus & reliquo tribus Manassitidis armatorum scuto & hasta galeaque ac gladio vigintiduo millia.¹⁰ Reliquæ quoque tribus gladiis utebantur. Hæc fuerunt copiarum quæ in Hebronem ad Dauidem sunt collectæ cum magno comæatu frumenti & vini cæterorumque ad victum commodorum, omnesque comuni sententia regnum ei ratum ac firmum esse voluerunt. cumque triduo illic festa celebrassent, epulisque operati essent, Dauid cum omnibus
III his copiis Hierosolyma est profectus. Iebusæi verò qui tum urbem incolebant, Chananæorum & ipsi generis, clausis ad eius aduentum portis, & in mœnibus quotquot erant cæci vel claudi, aut alioqui multi in contemptum regis collocatis, dictitabant hos ad arcendum hostem sufficere, freti munitionum firmitate. Quo ludibrio ad iram concitatus, oppugnationem aggreditur: & cum strenua militum opera vteretur, omnibus adnitentibus ut vnius urbis expugnatione cæteris si qui similiter pertinaces essent metus incuteretur, vi inferiorem urbis partem occupat. Resistente autem sola arce, decreuit propositis honoribus ac præmiis militem ad rem alacriter gerendam excitare: promissumque ei qui per subiectam vallem in arcem euassisset, totius exercitus imperium se commissurum. & cum eò certatim omnes eniterentur, cupiditate summæ præfecturæ accensi, Saruiz filius Ioabus alios præuenit, & cōscensa arce clamore sublato à rege promissum copiarum imperium repoposcit.²⁰

Dauid vi captis Hierosolymis Chananæos inde populariter eiecit, urbemque Iudæis victoribus inhabitandam tradit. Cap. III.



IETIS deinde ex arce Iebusæis, & instauratis Hierosolymis, rex³⁰ ea, ciuitatem Dauidis appellauit, ac per omne regni sui tempus domicilium inibi habuit. cæterum tempus quo apud Hebronem solius tribus Iudæ rex fuit, septem anni fuere, & menses sex. postquam autem Hierosolymis regia sibi aptauit, in dies magis ac magis res ei ex voto succedebant, Deo prouidente ut ea urbs egregiis accessionibus quàm celeberrima redderetur. Per idem tempus Iramus legatione in hoc missa in amicitiam ac societatem Dauidis est receptus: misitque ei dono materiam cedrinam & architectos ac fabros qui regiam ei Hierosolymis exædificarent. Dauid autem superiorem urbis partem & arcem in ea conditam in vnum corpus redegit, cingendumque eisdem munitionibus Ioabo demandauit. Igitur primus Dauid Iebusæis inde eiectis, à se ciuitatem de-⁴⁰ nominauit. Nam tempore Abrahami generis nostri autoris Solyma vocabatur. nec desunt qui affirmant etiam apud Homerum Solymorum nomine hanc urbem intelligendam. templum enim iuxta Hebræorum linguam nominatum est hac voce, securitatem significante. Totum autem hoc tempus ex quo Iesus Hebræorum aduersus Chananæos imperator, deuictæ regionis agros suis diuisit, post quem Israelitæ nunquam barbaros ex Hierosolymis eiicere valuerunt, usque ad hanc Dauidis expugnationem anni fuere quingenti & quindecim. Nec prætermittendus est per silentium Orphonas vir inter Iebusæos opulentus, cui in expugnatione Hierosolymorum parci tum est à rege, tum propter perpetuam eius erga Hebræos beneuolentiam, tum quia priuato quodam officio demeritus est eum, ut paulo post magis opportuno loco indicabimus. Dauid deinde alias quoque⁵⁰ uxores duxit, & concubinas sibi adiunxit. filios etiam undecim suscepit, quorum nomina, Amnas, Ellus, Sebas, Nathan, Solomon, Iebar, Eliel, Phalna, Ennaphen, Iénas, Eliphal, & præterea filiam Thamaram. Horum nouem ex legitimis coniugibus nati sunt, duo verò postremi è concubinis. Thamara autem Abesalomi germana fuit.

Dauid

*Dauid Palestinorum bello impetitus apud Hierosolyma victoriam illustrem
consequitur.*

Cap. IIII.



ALÆSTINI autem cognito quòd Hebræi Dauidē regem creas- IIII
lent, collecto contra eos exercitu, & occupata conualle quæ dici-
tur Gigantum non procul Hierosolymis sita, castra ibi posuerunt.
Iudæorum verò rex nihil inconsulto Deo solitus agere, iussit pon-
tificem quid tunc quoq; de euentu belli polliceretur prædicere. à
quo postquā læta omnia didicit, incunctanter & ipse exercitū con-

- tra hostes eduxit: & cōmisso prælio, ipse à tergo eos ex improviso adortus, partim oc-
10 cidit, partim in fugā cōpulit. Nemo autē suspicetur modicū aut ignauū fuisse Palæsti-
norū exercitū qui tum Hebræos inuaserat, coniecturā inde faciens, quòd nō magno
negocio sit profligatus, nulla prius memorabili re gesta: sed sciat vniuersam Syriam
ac Phœnicen consociatis armis auxiliū illis tulisse: quæ causa fuit vt toties victi, tam
multis millibus desideratis, denuò bellum maioribus viribus redintegrarent: quādo-
quidem post præsentem quoq; cladem triplicato exercitu Dauidis ditionē inuase-
runt, & eodem quo prius loco castrametare sunt ausi. Rege verò iterum de euentu
oraculum consulente, respondit pontifex, in sylua quæ fletus cognominata nō lon-
gè ab hoste aberat, exercitum continendum, nec prius ad pugnam educendū quàm
sylua nullo perflante vento suapte sponte agitaretur. quod vbi primum obseruatum
20 est, & Deus mature præsentia suæ signū dedit, nihil moratus ad paratā iam & indu-
bitatam victoriam est progressus. nam ne primū quidē impetum hostilis acies susti-
nuit, sed mox vt ad manus ventū est terga vertit. nec segnius Hebræus institit, fodien-
dōque terga fugientium, & multos prosternendo, vsque Gezara, quod oppidum in 2. Reg. 6
vtrorumq; confinio situm erat, victos est insecutus. itum est deinde ad castra ex-
pugnanda, vbi non magno labore ingenti præda potiti, deos etiā eorum contractos
diripuerunt. Et quia iam iterum contra hostem res feliciter gesta erat, visum est regi
de cōmuni seniorum & optimatum ac tribunorum consilio omne suæ tribus robur
ex tota eorum ditione cōuocare, & itidem sacerdotes ac leuitas, atque ita profectos
vnā ad oppidum Cariathiarim, arcam Dei ex eo loco Hierosolyma transportare,
30 omnēmq; diuinū cultū cum sacrificiis & ceremoniis à maioribus acceptis, in poste-
rum in hac vrbe celebrari. Si enim sub Saulo sacra nō fuissent neglecta, nunquā talē
cladem populum accepturum fuisse. Conuentu igitur sicut decretum fuerat habito,
rex ad transferendam arcam accedit: quam sacerdotes ex ædibus Aminadabi elatā,
in plaustrūmq; nouum impositam, subiunctis bubus fratribus eius & liberis ducen-
dam permiserunt. Præcedebat rex, & cum eo multitudo, sacros hymnos canētes, &
omne genus patriorum carminū, & ad variorū instrumentorum musicorum pulsum
saltitantes, accedētib; & tubis & cymbalis, atque ita arcam Hierosolyma deducen-
tes. postquam autē ventum est ad locum cui nomen Chidonis area, manifesta nu-
minis ira Oza quidam exanimatus est. bubus enim exorbitantibus plaustrum & arca
40 inclinata, Oza cū non esset sacerdos ausus manum sustendandi causā admoliri, in
vestigio exspirauit, & loco nomen reliquit, qui inde vsq; hodiernū Ozę percussio vo-
catur Tum. Dauid territus & cogitans se fortē idē passurū quod Oza, si ad se in urbē
arcam reciperet, quandoquidē ille manu tantū in eam extensa morte mulctatus sit;
superfedit illam Hierosolyma inducere: diuertēsq; paulū in villam hominis cuiusdā
iusti nomine Obadami, genere Leuitæ, apud hunc eam deposuit. quæ per tres inte-
gros menses hoc hospitio vsa, rem Obadami familiarem auxit, ciúsque domum mul-
tis felicitatibus cumulauit. Rex autem cognito quòd Leuitas ex paupere & humili
repentē vsque ad inuidiam eorum qui incrementa eius viderunt felix extitisset, nihil
amplius mali veritus, arcam in urbem suam transtulit hac pompa, vt à sacerdotibus
50 deportaretur, deducereturq; à septem choris à se in hoc institutis & ordinatis, & re-
ge ipso interim cinnynam pulsante ac plaudente, ita vt Michole vxor eius, Sauli prio-
ris regis filia, factum hoc improbaret. quæ vbi intra urbem illata est, reposuerunt
eam in tabernaculum à Dauide in hunc vsum erectum. In ea festiuitate sumptuose
ac splendide sacrificatum est, & totus populus exceptus conuiuio, vt tam mulieri-
bus

bus quàm viris ac pueris in singulos distribueretur libum panis subcinericij, & lagnum frixum, & frustum de victima. atque his epulis populo pasto, ipse domū reuertitur. Huic occurrēs Michole vxor, filia Sauli, omnia precata est illi, quæcunq; Deus propitius largiri solet: reprehēdit tamen quòd præter decorum tantus rex saltasset, ita vt in conspectu seruorum suorum & ancillarum partes quasdam inter saltandum denudarit. at ille non pudere se huius facti respondit, quod sciret gratum esse Deo qui cum & patri ipsius mulieris & aliis omnibus prætulisset: cantaturūque se ei sæpius ac saltaturum, nihil curantem, quàm indecorum hoc aut ipsi aut ipsius ancillis videatur. Hæc Michole ex Dauidis coniugio nullos filios peperit, sed ex alio marito, cui pater à priore abstractam tradidit, quinque liberos genuit, vt suo loco dicitur. 2. Reg. 7. Cæterum rex videns res suas quotidianis successibus per Dei fauorem proficere, peccare se putauit, quòd cum ipse habitaret in alta regia cedrinis trabibus extructa, & omni exornata artificio, arcam pateretur in tabernaculo iacere: itaque decreuit exædificare Deo templum, quemadmodum Moyse prædixerat. communicatōque super ea re consilio cum Nathane propheta, cum is autor esset proposita exequendi, pollicereturque Deum opem ad hoc laturū, audior etiam struendi templi factus est. Sequenti verò nocte Deus Nathani per visionem apparuit, iubens vt Dauidi nuntiaret, gratam quidem sibi esse eius voluntatē, quòd primus omniū de ædificando templo cogitauerit: non tamen se permittere vt is qui multis bellis implicitus hostili sanguine manus polluerat, sacratissimum fanum cōstrueret. Verūtamen postquam longam vitam rex ad vltimam senectutem prouectus felici fine clauferit, extruendum esse templum à filio eius & successore, qui vocādus esset Solomon. cuius nō aliter quàm filij curam se habiturum pollicebatur, regnūque per posteros eius contineturum: quòd si quid peccauerit, pœnam non vltra morbos & terræ sterilitatem processuram. His ex propheta cognitis Dauid lætus, quòd iam sciret posteris suis imperium permanfurum, & familiam suam fore illustrem ac celebrem, ad arcam se contulit: procidensque in faciem adorauit Deum, gratias agens pro omnibus beneficiis acceptis, quòd se ex humili pastore ad tantum rerum fastigium tantāque gloriam euexisset: pròq; promissa posteris etiam suis felicitate, perpetuāque prouidentia qua res Hebræorum augere atque ornare non desineret: atque ita gratiis actis, hymnōque decantato à tabernaculo digressus est. 20 30

Dauid subactis finitimis gentibus tributa illis imponit.

Cap. V.

V
2. Reg. 8



ON multo deinde interiecto tempore expeditionem in Palæstinos decreuit, ablegato omni ocio & segnicie, vt quemadmodum Deus prædixerat, deuictis hostibus pacatum regnum successoribus relinqueret. Et indicta die militibus ad conueniendum, iussisq; omnibus vt quàm instructissimi ad bellum essent, vbi satis omnia parata existimauit, profectus Hierosolymis in Palæstinā peruenit: hostibūque magno prælio victis, & bona agrorum parte multatis, hisque agris Iudæorum terræ contributis, in Moabitas bellum traduxit. eorum copias ita concidit, vt tertia tantum pars superesset, quam in deditionem accepit. His quoque annuo tributo imposito contra Adrazarum Arachi filium mouit, Sophenorum regem: cum quo ad Euphratem cōgressus, viginti peditū millia, equites quinquies mille occidit. currus etiam mille cepit, ex quibus incensis reliquis, centum solos sibi referuauit. 40

Damasceni à Dauide vincuntur.

Cap. VI.



INTERIM Adadus Damasci & Syrorum rex audito quòd Dauid Adrazaro bellum intulisset, cum esset eius amicus ac socius, cum valido exercitu in auxilium eius properat, sperans se bellū ab eo depulsum. cumq; & ipse non procul Euphrate cum Dauide conflixisset, prælio victus magnam exercitus partem amisit. Desideratis enim ex eius acie viginti millibus, reliqui fuga salutis suæ consuluerunt. Huius Adadi etiam Nicolaus in quarto historiarum suarum libro, in hæc verba meminit. Longo deinde post tempore indigenarum quidam 50

dam nomine Adadus, cæteris potentior, Damasci & reliquæ Syriæ præter Phœnicen regnum obtinuit. Hic bello inter eum & Dauidem Iudæorum regē exorto, crebris præliis cum eo confictatus, in postremo, quo apud Euphratem victus est, multis editis facinoribus regem se & virium & animi robore præstantissimum declarauit. Idem de posteris quoq; eius narrat, quòd quasi per manus alius ab alio regnū simul & nomen acceperint. Illo, inquit, defuncto, posterius eius ad decimā vsque generationem regnum obtinuerunt, quisq; à suo patre cum imperio nomen accipiens, quemadmodum apud Ægyptios Ptolemæi. ex his potentissimus ordine tertius instaurato bello abolere volens ignominiam aui temporibus acceptam, expeditione contra Iudæos facta Samariā vastauit. Nec à vero aberrauit hac parte. hic est enim ille Adadus, qui Achabo apud Israelitas regnante, Samariam inuasit. de quo suo loco dicturi sumus. Porro Dauid peragrata cum victore exercitu Damasco & reliqua Syria, totam sub imperium redegit, dispositisq; opportunis in locis præsidiis, & tributo imposito, domum est reuersus: & ceu trophæum aureas satellitum Adadi pharetras reliquāque eorum armaturā Deo Hierosolymis consecrauit. has postea Susacus Ægyptiorū rex, victo Roboam huius nepote, spoliata vrbe cū multis aliis diuitiis exportauit. Sed hæc postquā ad ea tempora ventum fuerit dicentur. Hebræorum autē rex fauore numinis vtens, & fortunam belli sequens, præcipuas Adrazari vrbes aggressus est, Berræam & Machonem: cāsque vi expugnatas diripuit. in his magna vis auri & argenti reperta est: & præter hæc æris genus, quod auro preciosius est habitū: ex quo postea Solomon fecit magnum illud vas mare appellatum, & pulcherrima polubra, cū templum adornaret. Amathenorum autem rex audita Adrazari clade, quòdque exercitum amisisset, timens sibi, decreuit in fidem & amicitiam Dauidis ultro venire: misitque ad eum Adoram filium, qui victoriam de cōmuni inimico ei suo nomine gratularetur, & in societatem atque amicitiam recipi peteret, & munera offerret: antiqui operis vasa aurea & argentea & ærea. Dauid verò inita amicitia cum Thæno (sic Amathenus vocabatur) & acceptis muneribus, filium eius pro vtriusque dignitate tractatum dimisit. munera verò illa cum alio auro ex manubiis captarū vrbiūm redactō, auctori victoriæ Deo dedicauit. qui non solum quoties ipse rex bellum administraret rem prosperabat: verumetiam misso in Idumæam Abitæo Ioabi summi copiarum ducis fratre, illius ductu Idumæos perdomari concessit. Decem enim & octo ex illorum exercitu millia in acie ceciderunt: & occupata præsidiis recens capta regione, rex non ex agris tantum, sed viritim etiam tributa exegit. Erat autem natura iustus, & in reddendo iure verum tantum & æquum respiciebat. exercitui verò vniuerso Ioabum præfecerat, à commentariis habuit Iosaphatum Achili filium. Designauit etiā ex Phineesi familia Sadocum pontificem cum Abiatharo. amicus enim ei erat. Scribam verò Sisam constituit. Benaïam Ioiadæ filium satellitio suo præposuit: omnes regis seniores filij inter patris satellites versabantur. His ita ordinatis venit illi in mentem amici quondam Ionathæ, fœderisq; mutui quod inter eos inter-

40 cesserat. nam inter cæteras omnes virtutes hanc quoque habuit, quòd egregiè meminerat beneficiorum quæ vnquam acceperat. Igitur scitatus est num quis superesset ex amici genere, cui gratiam referre posset pro iucundissima olim cum Ionatha acta consuetudine. cūque adductus esset ad eum quidam è libertis Sauli, qui poterat superstitēs noscere, percontatus est num posset aliquem indicare ex Ionathæ genere viuum, cui pro beneficiis à veteri amico perceptis gratiam reponere quiret: quo respondente superesse filium eius Memphibosthum, pedibus claudum: eo quòd nutritrix audita clade in qua pater eius & auus ceciderant, dum rapto puero trepidè fugit prolapsū ex humeris læserat: diligenter peruestigauit, vbinam & apud quos educaretur. quo comperto misit in Labatham oppidum ad Machirum (id altoris nomen

50 fuit) qui eum adducerent. Memphibosthus verò postquam ad regem peruenit, proci-dens in faciem adorauit illum. mōxque iussus est bono animo esse, & omnia quæ cuperet de benignissimo rege sibi polliceri: & auitam domum cum prædiis ad illam pertinentibus accepit: iussusque est ad eandem cum rege mensam accumbere, & nulla die conuiuio non interesse. Cūque adolescens lætus promissionibus & muneribus

2. Reg. 9.

VI
1. Reg. 10

neribus regis gratias agens adorauisset, rex accito Siba, ait se adolescenti paternam domum cum omnibus auitis possessionibus donasse: iussitq; eum villicatione agrorum suscepta, omnes redditus Hierosolyma referre. Post hæc singulis diebus eum mensæ adhibuit: & Sibam cum quindecim filiis & viginti seruis Memphibostho largitus est. His ita ordinatis, Siba adorato rege, omnia se facturum pollicitus, discessit. Ionathæ verò filius posthac Hierosolymis habitauit, conuictor regis, nec aliter quàm si ipsius filius esset tractatus, filium etiam ex se genitum, Michanum nominauit. Atque hoc honore Ionathæ posterì à rege fuere affecti. Cæterum cum per idem tempus Ammanitarum rex Naasses, socius & amicus defunctus esset, filiúsq; in regnum paternum successisset, Dauid per legatos officiose eum consolatus est, hortatus vt æquo animo patris obitum ferret, eandemq; quam pater expertus fuerat, amicitiam à se expectaret. Priores verò Ammanitarum, secus quàm de Dauide suspicari par erat, malitiose hanc legationem missam interpretati sunt, concitaueruntq; regem, dicentes Dauide speculatores regionis & opum eius sub officij prætextu misisse. proinde cauendum ab illis, & verbis eorum non credendum, ne fortè deceptus in aliquã immedicabilem cladem sese coniiciat. At rex Ammanitarum Naasses ab optimatibus contra rei veritatem persuasus, cum iniuria legatos Dauidis reiecit. Rasis enim media ex parte eorū barbis, præcisóq; dimidio vestimentorū, factis non verbis animum suum declarauit. Quam rem Dauid indignissimè tulit, nihil dissimulans non neglecturum se iniuriam cum contumelia coniunctã, sed bello vindicaturum in Ammanitarum, & pœnas violatæ contra ius gentium legationis à rege eorum exacturum. Quod posteaquam perlatum est ad regis barbari necessarios, & copiarum eius præfectos, conscij sibi violati fœderis, ac debitam pœnam metuentes, & ipsi ad bellum se parabant. & missis legatis ad Syrum Mesopotamienorum regem cum mille talentis societatem eius hac mercede impetrauerunt, adducto in suas partes & Suba. Hi reges habebant peditum viginti millia. conduxerunt etiam regem Michæ regionis, & quartum nomine Istobum, qui & ipsi vigintiduo milia militum in armis habebant.

Quomodo Dauid Mesopotamios deuicit.

Cap. VII.



ON terruit tamen Dauidem Ammanitarum apparatus & inita cum 30 regibus societas, Deo fretum, & scientem quòd bonam causam haberet, iustisq; armis iniuriam sibi illatam vlcisceretur. Itaque Ioabo commissa belli administratione, cum lectissimo milite cum contra hostem misit: qui mox ad primariam eius gentis urbem castra admouit. Hostibus verò urbem egressis, & duas seorsim acies explicantibus: alteram quæ ex auxiliis constabat, in patenti campo: alteram verò quæ Ammanitarum gentis erat, pro portis quæ Hebræos spectabant: Ioabus hoc animaduerso & ipse ad militares artes confugit. & assumptis fortissimis militum, ipse Syro aliisque regibus se opposuit. reliquis Abisæo fratri traditis, iussit vt contra Ammanitas aciem dirigeret: admonito prius, vt si videret Syros sibi præualere, adducto properè suo milite succurreret. idem 40 se facturum si ipsum Ammanitas ægrè sustinere contingeret. cum his mandatis dimisso fratre, hortatusque vt generose & alacriter rem gereret, datetque operam ne quam ignominiam acciperet, ipse Syros aggreditur. qui cum aliquantisper magna vi restitissent, multis suorum cadentibus terga vertere sunt coacti. quo viso Ammanitæ terri, Abisæum cum suo milite aduentantem non expectauerunt, sed moti sociorum exemplo intra mœnia refugerunt. atque ita Ioabus male mulctatis hostibus victorem exercitum Hierosolyma reduxit. Nec tamen ea clades Ammanitarum effecit, vt experti se impares in posterum quiescerent. sed missis nunciis ad Chalamam Syrorum transcuphratenium regem, eius auxilia mercede conduxerunt. Huius vicem in exercitu gerebat Sabecus, qui constabat ex octoginta 50 peditum, equitum verò decem milibus. Tum Hebræorum rex intellecto quòd denuo tam magnas copias Ammanitæ contra se parauissent, nolens amplius per legatos cum eis bellum gerere, ipse cum vniuerso exercitu Iordanem transgressus illis occurrit: & commisso prælio victor euasit, cæsis peditum quadraginta, equitum verò

verò septem milibus. Sabecus quoque hostium imperator in eo prælio vulnus accepit à rege, ex quo postea curam non admittente mori eum contigit. Mesopotamitæ deinde cognito tam tristi pugnae euentu, sine mora legatione ad Dauidem cum muneribus missa, deditionem fecerunt. atque ita appetente iam hyeme Hierosolyma est reuersus. Vere autem ineunte, Ioabum ad bellum Ammaniticum misit. Is longe latèq; vastatis hostium agris, compulso eos in Rabatham gentis metropolim obsidione cinxit. Quo tempore Dauid tametsi vir iustus ac pius & patriarum legum obseruator diligens, in graue tamen peccatum incidit. Cùm enim vergente iam die in solario regiae more solito deambulet, prospexit in vicinis ædibus mulierem frigida lauantem, insigni forma præcellentem, cui nomen Bethsabe: victusque eius pulchritudine, & à concupita sibi temperare non valens, accitam ad se complexus est. Paulo post mulier grauidam se sentiēs, nunciat regi vt dispiciat quomodo factum hoc latere posset, alioqui publicis legibus adulterij damnatam supplicium daturam. Rex itaque accersitum ad se ex castris Ioabi armigerum maritum mulieris, Vriam nomine, de exercitu, & quomodo oppugnatio procedat, percontatur. quo referente omnia cedere ex sententia, partes ei de sua cœna obtulit, iussitque vt profectus ad vxorem apud illam pernoctaret. at ille non ita fecit, sed inibi in regia & inter satellites regis noctem eam exegit. quo cognito rex scitatus est ex eo, quamobrem tanto post tempore domum reuersus, ad vxorem non iuisset, idque præter communem omnium hominum morem, quicunque peregrè ad suos redeunt. respondit ille, non esse æquum vt interim dum imperator suus & commilitones in hostili solo in castris humi cubitant, ipse in vxoris amplexibus se oblectet. hæc locutum manere inibi ea quoq; die iussit, sequenti ad vicarium suum ducem dimissurus. vocatus deinde ad cœnam, & rege de industria crebrioribus propinationibus inuitante ad ebrietatem vsque progressus, nihilominus tum quoque pro foribus regij cubiculi pernoctauit, nullo vxoris desiderio tactus. hanc ob rem indignatus rex scripsit Ioabo vt in Vriam pœnam meritum animaduerneret: modumque puniendi indicauit, ne manifestum fieret suo iussu hoc factum. iussit enim vt quà primum periculi esset hosti opponeretur, moxque à sociis, quo facilius opprimi posset, destitueretur. his ita scriptis, & proprio sigillo obsignatis, epistolam Vriæ commisit ad Ioabum perferendam. qui receptis literis, & cognita regis voluntate. quem locum maxime ab hostibus infestari sciebat, in eo collocaturus Vriam, adiunctis illi lectissimis aliquot militibus, pollicitus est se cū toto exercitu affore, si qua parte muri suffossa aditum intra urbem patefecissent: hortatus eum vt exultationi quam tum apud regem, tum apud commilitones sibi parauerat respondens, libenter potius quàm grauati iussa capefferet. cūque Vrias magna alacritate demandatum munus suscepisset, manipulo illi adiungendo clam imperauit, vt cū primum occurrentibus hostibus virgeri hominem viderent, deserto illo in tutum se reciperent. Itaque cū Hebræi fecissent assultum ad mœnia, veriti Ammanitæ ne ab illa parte hostis murum occuparet, fortissimus quisque reclusa repente porta magno impetu erumpunt. quod vbi viderunt qui circa Vriam versabantur, memores Ioabi mandatorum, vno agmine sese retrorsum receperunt. Solus Vrias quòd puderet contra quàm promiserat assignatum locum non tueri, in se ruentes sustinuit, ferròque exceptos interemit non paucos, donec circumuentus cum aliquot aliis, quos ignaros consilij pudor idem in officio continuerat, non inultus occubuit. His ita gestis Ioabus regi per nuncium significat, quòd non ferens obsidionis moras, oppugnatione adortus mœnia, amissis aliquam multis infecta re in castra redire sit compulso. mandarat autem nuntio, si regem hoc factum ægrè ferre sentiret, vt de Vriæ quoque morte renuntiaret: id quod etiam euenit. Rex enim his cognitis male factum aiebat, quod aperta vi mœnia tentassent. oportuisse enim machinis ac cuniculis aditum moliri, maxime cū Abimelechus Gedeonis filius domesticum exemplum illis esse debuerit, qui Thebis turrim vi capere conatus, saxo ab anicula misso ictus turpiter vitam amisit, vir aliòqui fortissimus, quòd inconsultè difficillimum oppugnationis genus esset aggressus. Vtilissimum autem in re militari quid aliis bene aut secus cesserit considerando, cū simile periculum incidit, hæc sequi, illa fugere. postquam autem indignabundo de Vriæ

VII.
2. Reg. II.

quoque morte relatum est, irasci desiit: iussitque Ioabo renunciari, vulgare esse id incommodum, nec à natura belli alienum, cuius hæ sint vicissitudines. debere tamen eum in posterum cautius rem administrare, & aggeribus ac machinis expugnatam urbem solo æquare, & habitatores eius ad vnum neci dedere. Cum his mandatis nuncius ad Ioabum properè se recepit. cæterum Bethsabe audita mariti morte per aliquot dies cum luxit: vbi verò à mœrore ac lachrymis destitit, sine mora eam rex coniugem sibi asciuit: ex qua mox puer masculus ei natus est. Has nuptias Deus nequaquam æquis oculis inspexit, sed iratus Dauidi, cum propheta Nathani per visum nocturnum se obtulisset, regem grauitèr inculcauit. propheta verò qui esset vir festiuus ac prudens, reputans reges quoties suis affectibus rapiuntur, non magnum iuris respectum habere¹⁰ solere, comminatione numinis ad tempus dissimulata, maluit illum blanda oratione aggredi, in hunc modum sententiam eius exploraturus. Duo viri, inquit, eandem urbem incolebant: alter prædiues multorumque armentorum & gregum dominus: alter vnus tantum ouiculæ possessor. eam vnà cum pueris suis domi quotidianis cibis alebat, non alio affectu quàm si esset filia. cum verò hospes diuiti superuenisset, ille parcens suis pecoribus, nullum in amici gratiam mactare voluit: sed abstracta per vim ouicula pauperis, iugulatam & apparatam hospiti apposuit. His verbis rex grauitèr commotus, scelestum hominem illum facinus hoc ausum pronunciauit, iustumque esse vt quadruplum pro adempta ouicula restitatur, & ipse insuper capite plectatur. Tum Nathan incunctanter subiecit, ipsum esse qui hac pœna dignus sit, suo pte iudi-²⁰ cio nefarij sceleris damnatus. ac tum demum illi exposuit in quantam indignationem numinis incurrisset, cuius fauore vniuersæ gentis Hebræorum rex constitutus, circumquaque vicinarum etiam gentium earumque multarum & magnarum dominium consecutus esset: non semel antea liberatus è Sauli manibus. nunc cum eiusdem benignitate aliquot legitimas vxores habeat, contempto omni humano simul atque diuino iure, alienam eum duxisse vxorem, marito ipsius interfecto & hosti prodito. Igitur affore diuinam ultionem, & ipsius quoque mulieres ab vno è filiis per vim constuprandas, & ipsum insidiis ab eodem appetendum, vt pro clam admissio peccato, in propatulo pœnas persoluat. quin & puerum ex ea natum sine mora esse interiturum. ter-³⁰ rito autem per hanc denunciationem rege, vehementerque perturbato, & cum lachrymis fatente se peccasse in Deum: erat enim vir pius, & qui hoc vno excepto in tota vita nihil admiserat: placatus Deus recepto in gratiam promissit, & regnum & vitam ei seruaturum se esse. post pœnitentiam enim non amplius se irasci. Atq; ita Nathan postquam futura regi aperuisset, domum reuertitur. Porro infans ex vxore Vriæ natus Dauidi, immittente Deo graui morbo corripitur, cuius vicem mœstissimus pater dolenter ferens per septem dies à familiaribus induci non potuit vt vllum cibum degustaret: sed attratus & sacco amictus, humi prostratus iacebat, & à Deo salutem pueri precabatur. Nimis enim eius matrem diligebat. Septima verò die mortuo puero, familiares non audebant hoc regi indicare, veriti ne re cognita pertinacius etiam à cibo reliquaq; cura corporis abstineret desiderio defuncti infantis, cuius morbum tam⁴⁰ impotenter tulisset. qui cum turbatam familiam sentiret, & aliquid mali celari, facile intellexit extinctum puerum: accitòque vno è famulis postquam veritatem comperit, confestim surrexit: lotus deinde sumptaque veste candida, ad Dei tabernaculum properauit. posthac iussis famulis vt cœnam sibi apponerent præter omnem opinionem, admirationi fuit omnibus cognatis & domesticis, stupentibus quòd cum nihil horum ægrotante puero fecisset, nunc post eius obitum omnia simul faceret: impetratæque prius licentia, causam sciscitabantur. Tum ille: Non intelligitis, inquit, quòd dum puer viueret, de salute eius sperans, nihil non faciebam quo Deum flecterem? nunc postquam is obiit, superuacaneum sit inaniter mœrore confici. His auditis omnes sapientiam eius laudauerunt. nec ita multo post Bethsabe grauida exactis legitimis naturæ⁵⁰ mensibus filium ei peperit, quem Nathanis monitu Salomonem nominauit. Interea Ioabus Ammanitas acri obsidione premebat, præcis aquæductibus, & com meatibus interceptis, ita vt fame simul & siti laboraretur, ab vnico enim puteo spes eorum pendebat, ac ne hoc quidem ad satietatem utebantur, parcè aquam dispensantes, ne fortè in totum deficeret. Hæc Ioabus per literas regi significauit, hortans vt ad exci-
dium

dium vrbs ipse veniret, & hunc quoque titulum victoriis suis apponeret. qui collaudato ducis officio fidéque, assumpto secum exercitu ad deuastandam Rabatham proficiscitur: eamque mox vi captam militi diripiendam permisit. ipse verò ex præda nactus est Ammanitarum regis auream coronam talentum pendentem, & precioso sardoniche insignem: quam postea capite gestare solitus est. necnon & alia multa ac magni precij præda in ea vrbe potitus est. viros verò eius excruciatos prius ad vnum interemit: nec mitius alias Ammanitarum vrbes tractauit, pari modo expugnat. Post hanc victoriam domum reuerso graue quiddam accidit ex tali causa: VIII.
2. Reg. 13.
 10 centem: Thamaram nomine, ex eadem qua Abesalomus genitrice natam. huius amore correptus Amnon filiorum Dauidis natu maximus, cum propter virginitatem ipsius & asseruationem potiri ea non posset, adeo passione hac conflitabatur, vt non aliter quam ex morbo lentam tabem ac pallorem sibi contraheret, id malum deprehendit Ionathas quidam eius cognatus & amicus, vir prudens & magni consilij. videns enim Amnonem à natiua corporis habitudine indies magis ac magis deficere, accessit illum rogans vt causam sibi indicaret. Suspiciari enim se amatoriam quandam esse hanc passionem. quo farente sororem germanam sibi adamatam, consilium dat quomodo optatis potiri valeat. suadet enim vt simulata ægitudine, simulatque pater visendi causa illum accessisset, roget vt sororem ad se mittat, cuius ministerijs rele-
 20 uatus eo citius conualescere possit. Paruit Amnon, & cum nihil cunctatus decubisset, simulare morbum coepit. Dein cum pater officiose inuisens percontaretur de valetudine, petiit sororem ad se mitti. ea postquam iussu patris accita venit, postulauit vt suis manibus colyphia frixa afferret. Sic enim libentius se comesturum. quæ in conspectu fratris farina subacta, formatisque colyphiis ac frixis, iuueni obtulit. at ille non ea gustauit, sed famulis mandauit, vt quotquot pro foribus cubiculi obuersarentur, submouerent, dicens se absque strepitu quiescere cupere. quo facto iussit sororem in intimum conclaue paratam coenam inferre. quod cum puella fecisset, apprehensa suadere coepit vt sui copiam faceret. At puella exclamat: Abstine vim frater, abstine, nefas est te rem tam turpem perpetrare. Desine à tam flagitiosa concupiscentia, quæ nihil præter dedecus & infamiam toti familiæ nostræ afferre potest, aut si resistere ei non vales, à patre tibi hoc impetrandum est, non per vim extorquendum. at ille amore feruens non paruit, sed libidinis æstro percitus reluctantem per vim opprimit: atque post oblatum vitium, in contrarium mox affectum vertitur, & exosam ac fastiditam conuiciis aggressus iubet vt è vestigio se inde facessat. quæ cum hanc iniuriam priore grauiorem diceret, quod constupratam vel vsque noctem illic manere non patiatur, sed confestim extrudat clara adhuc luce, vt turpitudinis suæ testibus occurrat: mandauit famulo vt eam eiiceret. illa verò scissa talari tunica, qualibus tum regiae puellæ ex more velabantur, & cinere caput sparsa, per mediam vrbem discedebat, vim sibi illatam quiritando. in quam sic affectam cum
 40 Abesalomus frater incidisset, sciscitatus est quid mali haberet quod ita sese affligeret. cumque illa de stupro rem totam ei denarrasset, solatus eam hortabatur vt æquo animo factum hoc ferret, nec ad iniuriam suam pertinere putaret, cum à fratre sit vitiata: quibus verbis placata puella vociferari ac quiritari desiit: & deinde aliquam multo tempore in coelibatu apud Abesalomum fratrem perseuerauit. His cognitis Dauid pater vehementer indoluit, sed quia diligebat Amnonem vt filiorum natu maximum, non sustinuit illi molestus esse. Porro Abesalomus graue odium eius in pectore celabat, opportunitatem vindictæ expectans: iamque alter annus abierat, ex quo pudicitiae sororis eius illusum est: & cum esset iturus in Belsephon, quod est oppidum tribus Ephremiticæ, ad tondendos suos greges, inuitauit patrem ac fratres ad solenne conuiuium. quo excusante quod nollet eum gra-
 50 uare, rogauit vt pace eius liceret filiis proficisci. quo impetrato suis iniunxit, vt quamprimum animaduertissent Amnonem temeto grauatum, neminem veriti ad nutum suum illum trucidarent.

Quomodo per intestinum familie dissidium Dauid à filio regno pulsus est.

Caput

VIII.



T verò perpetratum est quod mandauerat, stupor & trepidatio fratres occupat: & sibi quisque timens, correptis equis cursu ad patrem ferebantur. Interim quidam præueniens, omnes ab Abesalomo cæsos nunciat, qui non aliter quàm par erat amissis simul tot filiis, idq; fratris scelere, graui dolore ictus, ne causam quidem rogauit: neque expectato nuncio in re propter facinoris magnitudinẽ incredibile, totum se luctui tradens, conscissa veste humi prostratus iacebat, deplorans non magis quos peremptos acceperat, quàm ipsũ interfectorem. Ionathas verò Samnæ fratris 10 eius filius hortabatur vt moderatius doleret, negans se de morte cæterorum credere: nec enim causam facti inuenire posse: de solo Amnone dicens diligentius perquirendum. nã de hoc probabile esse, quòd memor iniuriæ sororis frater in eum tale aliquid ausus sit. interea sonitus aduentantium equorum, & quorundam eos præcurrentium, omnes in se cõuertit. hi fuere filij regis, qui relicto conuiuiο profugerant. ibi pater occurrit flens flentibus, ex insperato videns quos paulo antè extinctos acceperat. denuòq; gemitus ac lacrymæ instaurantur, his fratrem, rege filium fœde trucidatum deplorantibus. At Abesalomus in Gesura ad maternum auum fugit, eius regionis dynastam, ibique toto triennio permansit. Cũ autem Dauidi animus esset Abesalomum 2. Reg. 14. ad se reuocare, non ad supplicium, sed vt eum apud se haberet: iam enim ira resederat: 20 yltro huc propensum Ioabus imperator suis artibus impulit. mulierculam enim quandam grandi natu subornat, quæ lugubri cultu ad regem accedens, aiebat inter duos suos filios ruri agentes rixam exortam adeò incruduisse, vt cũ soli essent, ac nemo adesset qui dirimeret, alter ab altero ictus exspirauerit: rogabátq; hæc gratiam, vt quoniam cognati eius qui interfectus est alterum ad eadem expeterent, salutem eius confu- leret, ne reliqua spe suæ senectutis orbaretur. neq; enim aliud remedium superesse, si nullum apud regem inueniret. nam nihil esse quod illos cõpescere queat, præter maiestatis regiæ reuerentiam. Cũque rex postulatis eius annuisset, hæc verba subiecit: Tuæ quidem benignitati rex gratias ago, quòd senectutem meam & tantum non or- bitatem miseraris: sed quo certior sum de tua clementia, tuum ipsius filium prius in 30 gratiam recipe, & indignationem contra eum deponere: alioqui quomodo possem de concessa hac mihi gratia non dubitare, cũ ipse adhuc ob similem iniuriam filio in- fensus esse pergat? At cuius est prudentiæ, vno cõtra voluntatem amisso, yltro necem alterius addere? Tetigit mox regis animum suspitio, personam à Ioabo esse suborna- tam: & cognito ex anicula rem ita se habere, accersit Ioabum, dicens eum affecutum quod cupiebat, licetẽque vt Abesalomum reducat. Non enim amplius se in eum sto- machari, sed totam indignationem præterisse. At ille adorato rege, & verbis eius li- benter acceptis, euestigio Gesura properauit, & assumptum secum Abesalomũ Hierosolyma reduxit. Rex verò audiens filium aduentare, misit qui ei denunciaret, ne ad ipsum accederet. nõdum enim ita se affectum, vt reuersum videre statim sustineat. Ille 40 ita vt iussus est deuitato patris conspectu, intra domesticos parietes cum suo famuli- tio se continebat. nec tamen aliquid eius pulchritudini decessit, vel propter mæro- rem, vel quòd non ea tractatione vteretur, qua vti regium iuuenem par erat: sed tam forma quàm statura quosuis in maximis deliciis agentes superabat. Tanta autem fuit eius cæsaries, vt intra octauum quemq; mensem ad ducentos siclos, hoc est ad quin- 50 pondo accresceret. Ad hunc modum priuato cultu per biennium Hierosolymis habi- tauit: natique sunt ei filij tres, & vna filia formosissima, quæ Solomonis filio Roboamo postea nupsit, & filium ei nomine Abiam peperit. Deinde misit ad Ioabum rogans vt se penitus in paternam gratiam reducat, & impetret vt sibi liceat patrem inuisere & alloqui, quod quum Ioabus facere cunctaretur, agrum eius vicinum per quosdam è 50 suis incendio vastari iussit. Is quum re cognita ad Abesalomum venisset, expostulanti quo suo merito damnum ab eo accepisset: respondit se hoc stratagemate illum ad se clicere voluisse, quandoquidem mandata de conciliando sibi patre negligeret. quam ob rem, inquit, nunc te præsentem obsecro, vt placatum mihi reddas genitorem, quando

quandoquidem molestior est mihi reditus in patriam quàm exilium fuerat, si ille indignatione sit pertinax. Tum Ioab his verbis inductus, & vicem eius miseratus, deprecatus est regem pro illo, & tam accurate & feliciter eius causam egit, vt flexus ad pietatem comeditum eum acciri iuberet. Qui cum supplex illi ad genua veniam peccatipetens procidisset, sua manu erecto obuium omnium anteaكتورum est pollicitus. Porro Abesalomus in integram gratiam patris receptus breui magnum equitatum & multos currus sibi comparauit, & satellitum armatorum quinquaginta: & per singulos dies manè regiam frequentans, eos qui ius illuc petentes causa cadebant, comiter appellabat: dictitantque malos adesse patri continuarios, aut etiam ipsum in ferenda sententia lapsum, popularem auram ita captabat. His artibus conciliatis sibi populi studiis, certus iam de eius fauore, quarto post reconciliationem anno orauit patrem, vt cum bona eius gratia Hebronem ad vota quæ in exilio conceperat persoluenda abire sibi liceat: permissuque eius profectus, mox vndique plurimos ad se acciuit, ita vt cateruatim illò confluerent. Inter cæteros affuit etiam Dauidis consiliarius Achitophel Gelmonæus, & ducenti Hierosolymitæ, non quidem consilij conpirationis, sed quasi ad sacrificium euocati: nec mora stratagemate succedente, rex ab vniuersis conialutatur. Cæterum Dauid audita ex insperato filij tyrannide, impia hominis audacia perculsus, qui immemor condonata prioris noxæ, multo scelera tiora consilia cepisset, primum vsurpandi regni quod patri diuinitus datum sciret, deinde ipsius genitoris tollendi, decreuit vltra Iordanem in loca tutiora se recipere: conuocatisque amicorum intimis, & collocutus cum eis de insolentia filij, totum negotium iudici Deo committens, reliquit regis custodiam decem pellicibus, & Hierosolymis excessit, cum alia multitudine magna alacritate prosequente, tum præcipuè sexcentorum cohorte, quæ etiam regnante Saulo à latere rugitantis nunquam discesserat. Abiatharum vero & Sadocum pontifices & quicquid Leuitici generis aderat simul abire cupientes, arcamque asportare, bonis rationibus manere persuasit, dicens sine arcæ præsidio diuina ope è periculis se seruandum: simulque mandauit vt de omnibus quæ inciderent per clancularios nuncios se certiores tacerent. fidelem enim operam in talibus negotiis præstiterunt filij pontificum, Sadochi Achimæ & Abiathari Ionathas. Ethæo quoque Gittæus nullis regis monitis adduci potuit vt maneret, quo magis illustris fuit eius erga regem fides ac beneuolentia. Ascendenti autem per cliuum oliueti montis, omnibus circa eum lacrymanibus renunciatum est etiam Achitophelem mutatis studiis in partes Abesalomi concessisse: quo vix aliud tristius ei in hac calamitate accidit, quamobrem precatus est Deum, vt Abesalomi animum ab Achitophеле alienaret. verebatur enim ne eius consiliis contra se vteretur, viri prudentissimi & oculatissimi in dispiciendo quid facto opus esset. Quumq; in verticem montis peruenisset, respiciebat ciuitatem, & cum multis lacrymis non aliter quàm regno eiectus Deum precabatur, ibi ostendit virum in amicitia constantem, nomine Chusim, hunc conspiciens scisso amictu & caput cineribus oppletum, & mutabilitatem rerum deplorantem, solatus est pro tempore iustum æquo animo præsentem statum ferre: ac postremo obnixè precatus est, vt simulato Abesalomi partium studio, diligenter secreta eius perscrutaretur, & Achitophelis consilii semper se opponeret: sic enim eum magis partibus profuturum, quàm si vnà maneret. atq; ita persuasus à Dauide, eo relicto Hierosolyma se contulit: quò paulò post etiam Abesalomus peruenit. Interim Dauid paulum progressus obuiam habuit Sibam Memphibostni seruum, quem ipse ad curam prædiorum amici filio donatorum miserat, agentem præ se duos alinos necessarios ad victum onustos. Is obtulit ei vt quicquid vellet sibi ac suis acciperet, simulque rogatus vbinam Memphibosthum reliquisset, Hierosolymis relictum respondit. sperare enim eum rebus turbatis, fore vt ob Sauli meritorum memoriam ipse suffragus populi rex crearetur. quamobrem indignatus, omnia quæ prius domino eius concesserat, Sibæ est largitus: dicens hunc digniorem quàm illum vt talibus possessionibus fruatur. Hac liberalitate Sibæ gauisus est. Dauidi verò iuxta locum Bachoram superuenit cognatus Sauli nomine Semais, filius Geræ, saxis eum simul & conuiitiis impetens: cumque amici eum prote-

IX.

2. Reg. 15.

2. Reg. 16.

gerent, magis etiam exasperatus ad conuitia, sanguinarium & multorum malorum causam appellabat, iubens ut impurus ac execrabilis regione excederet: gratiasque agebat Deo, quod per proprium filium poenam peccatorum ab illo exigeret, & eorum quæ olim in dominum suum commiserat. Hac tam sæua petulantia concitatis omnibus ad indignationem, Abisæo verò etiam interficere Semeim volente, Dauid eos cohibuit, negans addendam ad præsentia mala noui alicuius motus occasionem. Nihil, inquit, moror hunc rabidum canem, & Deo cedo, qui eum in nos immisit. Mirum verò si hæc ab isto patimur, quando etiam filius pietatis est oblitus. Sed hæc misericordie Deo curæ erunt, cuius fauore tandem inimici nobis succumbent. His dictis continuabat iter, contempto Semei parte alia montis cursim cum conuiitiis asse- 10
ctante. Delatus deinde ad Iordanem, suos ex itinere fatigatos ibi recolligebat ac reficiebat. Interim Abesalomo cum Achitophèle consiliario Hierosolyma ingressus, concursu populi salutantis ad eos facto, inter ceteros etiam Dauidis amicus ad eos venit, & adorato nouo rege, precatus est illi perpetuum hoc imperium. Rogatus deinde ab eo, quid ita cum hætenus inter præcipuos ac fidissimos patris amicos esset habitus, nunc deserto illo ad se transiret: cordate respondit, non esse Dei voluntati & populi consensui repugnandum. Hos, inquit, tibi studentes, ego quoque meritò sequor. à Deo enim regnum hoc accepisti. quod si in tuorum numerum recipere dignatus fueris, quam fidem & beneuolentiam patri tuo me præstitisse nosti, eandem tibi præstabo. Nemo enim præsentem statum iniquè ferre debet, quando non in aliam fami- 20
liam regnum translatum est, sed in eadem manet, filio succedente. His verbis iuueni omnem suspicionem exemit. Aduocato deinde Achitophèle consultabatur quidnam esset agendum. Is suasisit ut cum paternis pellicibus congredereetur. Sic enim populum constantius in partibus perseueraturum, sublata reconciliationis spe: & promptè contra patrem militaturum. Nam hætenus non libenter eos inimicos se illi profiteri, veritos ne pax inter patrem & filium coeat. Paruit iuuenis, iussitque famulis, ut in regia tentorium sibi erigerent, inspectante populo, in quod ingressus cum pellicibus patris concubuit. Idque totum iuxta Nathanis prophetæ vaticinium euenit, quod Dauidi futurum, ut ab yno è filiis oppugnaretur prædixerat.

Abesalomus contra patrem profectus cum exercitu perit.

30

Cap. I X.

1. Reg. 17.



O c Achitophelis consilium executus, iterum postulat quid de bel-
li ratione censeat. Respondit ille, oportere sibi attribui decem mi-
lia lectorum militum. Cum his se profectum interfecturum pa-
trem, atque ita partibus suis incolumitatem, & ipsi securum impe-
rium eadem opera Dauid sublatò pariturum. Hac sententia dele-
ctatus accersit Chusim Dauidis amicorum principè: sic enim cum
ille vocabat: & exposito Achitophelis consilio, quid ipsi videretur quærebat. At ille
intelligens quod hoc modo Dauid in potestatem redactus facile occidi posset, con- 40
trariam sententiam attulit. Scis, inquit, rex virtutem patris & eorum qui illum se-
quuntur, quod in multis conflictibus semper victor euasit. Profectò veteranus bella-
tor artibus contra nos utetur, & intellecto nostrorum aduentu, noctu vallem ali-
quam cum parte militum insidebit, aut post rupem aliquam delitescet. Deinde no-
stris exercitum eius inuadentibus paulatim illi pedem referent, expectantes occa-
sionem dum regi propiores facti totis viribus in pugnam redeant, interim ille ex im-
proviso superueniens, suis animum addet, nostris verò metum ac consternationem af-
feret. Expende igitur meum quoque consilium, sanè melius, & Achitophelis opinionem
missam fac. ac potius edicto per totam Hebræorum regionem copias contra patrem
collige: quæ ubi in vnum conuenerint, imperium earum tu ipse assume, nè alterius 50
fidei committas. Facile enim illum deuinces si in aperto campo assequaris, quod ille
paucos circa se habeat, tu verò tam multa millia virorum, qui dari sibi occasionem cu-
piunt declarandi quam sint tui nominis studiosi. quod si pater intra mœnia cuiuspiam
oppidi se concluserit, machinis ac cuniculis id expugnabimus. In huius sententiam
itum

itum est, Abesalomo autore consilio Achitophelis prælatam: sed hoc ipsum Deus
 effecit, vt Chulis consultor magis placeret. qui propere ad pontifices Sadocum &
 Abiatharum veniens, suum & Achitophelis consilium eis exposuit: quodque ipsius
 comprobatum sit: petiit deinde vt hæc Dauidi per nuncios significarent, adhorta-
 renturque eum, vt sine mora Iordanem transiret: ne fortè filius mutata sententia per-
 sequatur eum, & priusquam in tutum se recipiat, comprehendat. Pontifices autem
 iam antè curauerant, vt extra urbem laterent filij, renunciaturi Dauidi quid in vrbe
 agatur. ad hos igitur fidam famulam miserunt, afferentem quid Abesalomo decre-
 tum sit: mandaruntq; vt quantum possent properarent Dauidi hæc indicaturi. qui
 10 euestigio cum patrum mandatis, vt pios ac fidos ministros decebat, nihil sibi ad sum-
 mam celeritatem reliquum facientes, ad Dauidem properabāt. Vix duo stadia pro-
 mouerant, quum à quibusdam equitibus conspecti, apud Abesalomum deferuntur:
 qui mox ad capiendum eos misit. Senferunt hoc maturè pontificum filij, & diuer-
 tentes à via publica in propinquum vicum agri Hierosolymitani nomine Bocchu-
 ram se dederunt, ibiq; mulierem quandam rogauerunt vt se absconderet. ea mox
 demissis per funem in puteum, os eius velleribus contexit: rogatq; à superuenien-
 tibus persecutoribus num eos vidisset, conspectos sibi non negauit. accepto enim
 à se potu statim abiuisse dicebat: & si modo alacriter persequantur, fore vt eos com-
 prehendant. Illi diu frustra persequuti, retro sunt reuersi. Mulier verò vbi hoc ani-
 20 maduertit, & non esse amplius periculum iuuenibus ne capiantur, per funem rur-
 sum extractos cœptum iter continuare iussit. Illi quanta potuerunt festinatione ad
 Dauidem peruenerunt, & omnes Abesalomi conatus illi renuntiauerunt: qui suos
 cœstis Iordanem transire edicit, quamuis nox esset, nihil cunctari passus. Porro
 Achitophel vbi suum alterius consilio posthabitu vidit, consensu iumento Gel-
 monem patriam petiit. Ibi conuocatis omnibus domesticis, exposuit eis quæ Abe-
 salomo cōsuluerat, addens quoniam non persuasisset, certo se breui periturum. Da-
 uidem enim omnino superiorem hoc bello fore, & amissum regnum recepturum
 esse. Præstat igitur, inquit, magno animo, vt virum ingenuū decet, è vira exire, quàm
 Dauidi ob filio nauatam cōtra eum operam, excarnificandū se præbere. His dictis in
 30 penitissimas ædes digressus, seipse suspendit. atque ita Achitophelem, suo præiudi-
 cio tali morti addictum, cognati eius laqueo demptum funerauerūt. Cæterū Dauid
 superato vt diximus Iordane, peruenit Castrū, pulcherrimam ac munitissimam eius
 tractus urbem, Ibi cum summa beneuolentia ab omnibus eius regionis optimatibus
 exceptus est, partim præsentis hominis necessitate motis, partim reuerentia pristinae
 felicitatis, fuerunt autem hi Berzellæus Galadita, & Siphar Ammanitidis dynastes,
 & Machirus Galaditidis regionis primas. Hi quicquid ad victum pertinebat, largiter
 regi cum suis præbebant, vt nec lecti strati eis deessent, nec panis ac vinum, quin &
 carnum copia semper aderat, & quicquid vel ad alimoniam, vel ad lassitudinis refe-
 ctionem opus esset. Interim Abesalomus coacto grandi contra patrem exerci-
 40 tu, & traiecto Iordane amne, constitit non longe à Castro oppido Galaditidis, loco
 Ioabi præposito exercitui cognato eius Amasa. prognatis enim erat patre Iotharsa,
 & matre Abigæa. hæc verò & Saruia Ioabi mater, sorores erant Dauidis. Rex autem
 recensitis qui circa se erant, comparatq; numero circiter quatuor millium, decre-
 uit non expectare dum Abesalomus prior ipsum aggrediatur, sed creatis tribunis, di-
 uisoq; in tres partes exercitu, vnam Ioabo imperatori attribuit, alteram fratri eius
 Abisæo: tertiam tradidit Ethæo, amico quidem & familiari, sed è Gitta oriundo.
 Ipsum autem volentem adesse in exercitu amici prohibuerunt, idq; prudentissima
 ratione. Si enim eo præsentem vincerentur, nihil spei reliquum fore. quod si vna par-
 te exercitus victi, cum cæteri ad ipsum refugissent, reparandarum virium facultatem
 non defore. alioquin etiam hostem suspicaturum, aliū exercitum circa regem esse.
 50 Placuit hoc consilium: itaque persuasus apud Castrum mansit. Sed dum amicos ad
 pugnam dimitteret, obtestabatur vt memores omnium acceptorum beneficiorum
 strenuam ac fidelem operam sibi nauarent: & vt post victoriam filio parcerent, ne
 occiso illo, aliquid mali in seipsum statueret: atq; ita præcatus illis victoriam, exer-
 citum

citum, emisit. Cæterum cùm Ioabus ex aduerso hostium aciem suam explicuisset in planicie syluam à tergo habente, Abesalomus quoque suos contrà eduxit: & congressi, acriterque pugnantes multa vtrinque præclara facinora edebāt: his dummodo Dauid regnū recipiat, quiduis periculi magno animo cōtemnētibus: illis contrà ne Abesalomus & hoc priuetur, & patri insuper audaciæ pœnas det, nihil nō vel facere vel pati paratis. Idem cùm numero longe præstarent, ignominiosum ducebant tanto paucioribus Ioabi militibus succumbere: contrà regij vt tot millia profli-garent omni ope connixi, tandem vt erat dignum veteranis & rei militaris peritissimis hostem terga vertere coegerunt. fugiētes deinde per saltus & abrupta insequendo, alios captiuabant, alios trucidabant, ita vt multo plures in fuga caderent quàm in 10 prælio. Interfecta sunt enim ea die fermè viginti millia. Plurimi autem in Abesalomum ferebantur, insignem tam pulchritudine quàm statura corporis. Is veritus ne viuus caperetur, conscensā mula regia effuso cursu fugiebat. Cūmq; per agitationem ventilaretur capillitium, asperæ arboris prominenti ramo inopinate implicitū iuuenem suspendit. lumentum enim vehementi impetu ferebatur, non aliter quàm fessorem gerens. at ille sublimis in ramo retinebatur, ne hostem effugeret. Quod animaduersum quidam è militibus Dauidis indicauit Ioabo: eoque quinquaginta siclos promittente si illum confoderet, respondit, Nec si duo millia daturus esses, facerem hoc domini mei filio, maxime cùm omnibus nobis audientibus parci iuueni sit precatus. At ille iussit vt indicaret vbīnam pendentem viderit, mōxque defixo in 20 cor telo eum interemit. Armigeri verò Ioabi circumstantes ab arbore eum detra-xerunt, & proiectum in hiatum profundum ac obscurum congestis saxi obruerunt, ita vt tumuli forma extaret. Deinde quum receptui cecinisset Ioabus, suos à perse-quendo cohibuit, parcendum ciuili sanguini ratus. Porro Abesalomus erexerat sibi in valle regis columnam marmoream cum inscriptione, duobus stadiis à Hierosoly-mis distitam, quam voluit vocari Manum Abesalomi, dicens quòd etiam si liberos eius petire contingat, in hac tamen nomen ipsius esset mansurum. Habuit enim tres mares, & vnam filiam Thamaram, quemadmodum iam antè diximus: quæ Dauidis nepoti Roboamo nupta, Abiam eius successorem peperit: sicut pòst loco suo co-piosius dicetur. 30

Quomodo Dauid regno restitutus feliciter vixit.

Cap. X.



EFVNCTO Abesalomo populus eius domum quisque suam dilap-sus est. Achimas verò Sadoci pontificis filius adito Ioabo, roga-uit vt sibi permitteret ad Dauidem ire, nunciaturo læta omnia, quòdque diuina ope ac prouidentia victoriam sit consequutus. Negauit hoc imperator, dicens non conuenire vt antehac afferre læta solitus, nunc de morte filij regem certiolem faceret: iussitq; eum ibi manere. sed vocato Chusi illi mandauit, vt omnia quæ sciret ad regem per-ferret. Achima verò denuo rogante, vt ipse mitteretur, victoriam tantum nunciatu- 40 rus, non etiam Abesalomi mortem, passus est eum hoc facere. Is viam compendio-sam ingressus soli sibi notam, Chusi anteuertit. Sedente autem rege in porta, & ex-pectante aliquem de prælio nuncium, speculatorum vnus conspecto Achima cur-rente, necdum valens eum agnoscere, ait ad regem, videre se quempiam accurren-tem. Cūque rex bonum esse nuncium ominaretur: paulo pòst sequi illum alte-rum quendam indicauit. Respondente rege, hunc quoque bonum fore nuncium, speculator iam propiorem Achimam noscians, Sadoci pontificis filium ait curri-culo aduentare. Tum Dauid, profecto hunc bonum & optatum nuncium afferre de prælio. Vix hæc verba finierat, dum Achimas regem adoratum salutat: & scitan-te de pugna, lætam victoriā annunciat. rogatus deinde quid filio factum sit, ait se 50. versis in fugam hostibus confestim iter arripuisse, audisse tamen clamorem militum Abesalomum persequentium: nec præterea quicquam comperti habere, quòd iu-bente Ioabo properè discedendum fuerit, vt victoriam renuntiaret. iamq; & Chusis aderat regem adorans, & victoriam annuncians. qui similiter de filio rogatus: Ini-micis,

micis, inquit, tuis eueniat idem quod Abesalomo. Hæc verba in causa fuerunt, vt nullam ex ea victoria voluptatem nec rex perciperet, nec milites. Ipse enim conscensa editissima vrbis parte deflebat filium, plangēs pectus, & capillitium lacerans, & modis omnibus sese afflicans, ac vociferans: Fili mi, vtinam mihi tecum mortem oppetere cōtingeret. Cum enim esset natura suorum amantissimus, præ ceteris hunc maiore affectione prosequabatur. Exercitum autem & Ioabum, audito quòd rex filium ita lugeat, puduit triumphabundos in oppidum ingredi: sed demisso capite lacrymantes, non aliter quàm clade accepta veniebant. Cæterū cum rex operto capite gemere desiderio filij perseueraret, Ioabus consolandi causa ad eum ingressus: **10** Quid facis, inquit, ô rex? an nescis quòd hoc pacto tibi ipse calumniam struis, quasi amicos pro tua salute periculis se exponentes, atque adeò teipsum & familiam tuam oderis: ames verò tibi infestissimos, & iustissima pœna absumptos desiderare non desinas? Nam si Abesalomus vicisset, & regnum suum constabilisset, nihil ex nobis omnibus reliquum fecisset: sed à te ac tuis liberis initio factò, ad vnum miserabilem in modum perdidisset, non desistentibus nos inimicis, sed gaudentibus, & grauitè punientibus eos qui nostram vicem miserarentur. Te verò non pudet hæc facere propter hominem inimicissimum, qui quum esset tuus filius, tantopere in te fuit impius? Desine igitur ab iniusto luctu, & da te in conspectum tuorum militum, & gratias illis age quòd sua virtute hanc victoriam nobis pepererunt: alioqui si quā **20** cœpisti pergas, hodie regnum ac exercitum alteri tradam, efficiamq; vt iam grauius ac verius quàm antè lugeas. Talibus verbis Ioabus regi mœsticiam excussit, eumq; ad curam reipublicæ adduxit. Sumpto enim habitu alio, quo grator esset militi eius conspectus, pro foribus portæ confedit, ita vt hoc audito vniuersus populus, ad salutandum eum concurreret. Dum hæc ita geruntur, qui ex Abesalomi exercitu cladi superfuerunt, domum reuersi nuncios oppidatim dimiserunt, admonentes quantum beneficiorum à Dauide acceperant, & quomodo post multa ac magna bella in libertatem ab eo vindicati fuissent: & quàm inique hoc eiecto alteri regnum commisissent. Itaque debere eos, extincto quem elegerant, Dauidem rogare, vt ommissa ira in gratiam populum suum recipiat, & quemadmodum antea curam reipublicæ **30** suscipiat. De hac re crebri nuncij veniebant ad regem: isq; mox Sadoc & Abiatharo pontificibus per literas mandauit, vt principes tribus Iudæ compellent, turpe illis esse, alias tribus ante eos in regnum Dauidem reponere, maxime cum is tribulis sit ac consanguineus. pari modo Amasam imperatorem eos alloqui iussit, qui fieret quòd cum esset ipsius ex sorore nepos, exercitui nō persuaderet, vt Dauidi regnum in manus reddat. Sperandam autem illi non solum veniam, quæ iam contigisset, verum etiam vniuersarum copiarum præfecturam, quam Abesalomus ei concesserat. Pontifices verò tum principes dictæ tribus sunt alloquuti, tum Amasam ostenta regis pollicitatione in partes ipsius traduxerunt. Ac primum contribules Dauidis incunctanter per legatos eum in regnum reuocant: quorum exemplo simul & Amasæ **40** auctoritate moti cæteri Israelitæ & ipsi idem faciunt, atque hæc legationes ad eum Hierosolymis excipiendum confluebant. Sed singulare Iudæ tribus officium extitit, quæ vsque Iordanem amnem illi occurrit. eodem præsto fuit Semeis filius Geræ, sequentibus mille viris è tribu Beniamitica: necnon Siba libertus Sauli comitatus quindecim filiis & seruis viginti. Hi vnà cum tribu Iudæ ponte ripas fluminis iunxerunt, vt rex cum suis absque negotio transire posset. Vt verò ad Iordanem peruenit, salutatus est à tribu Iudæ: & Semeis in pontem progressus, accidensque ad regis pedes, rogabat veniam commissorum, vtq; insensus sibi esse desineret, nève recepta potestate in se primum animaduerneret: reputaretque id quoque, quòd erroris pœnitentia ductus, primus ipse reuerenti occurrisset. In hunc modum supplicanti ac misericordiam imploranti Abisæus Ioabi frater: **50** Satin hoc, inquit, putas ad effugendum supplicium, quod maledico in regem diuinitus electum ore es commeritus? Tum rex ad eum versus: Desinite Saruix filij, nève nouas turbas ac seditiones excitare. Sic enim vos existimare volo, hanc esse mihi aditalem regni diem, quam obrem iuro me omnibus omnem pœnam remittere, qui quocunque modo in ma-

ieſtatem meam peccauerunt, neq; in quenquam ea de cauſa animaduерſurum eſſe. tu quoque Semei bono animo eſto, nihil de ſupplicio ſollicitus. At ille adorato rege, cœpit cum præcedere. Poſt hæc Memphiboſthus Sauli nepos ei venit obuiam, ſordidatus & promiſſo ac neglecto capillitio. ex quo enim rex profugerat, neque comam totondit, neque veſtem purgauit, calamitatem eius non ſecus quàm propriam ferens: ad hæc à ſuo procuratore apud regem falſo delatus fuerat. Is poſt ſalutatum & adoratum regem interrogatus ab eo, qua de cauſa non ſimul exiſſet, ſocius fugæ futurus: reſpondit Sibam eſſe in culpa. Hunc iuſſum parare ad proſectionem neceſſaria, verba ſua non aliter quàm alicuius mancipij contempſiſſe. alioquin, inquit, ſi pedibus integris fuiſſem, & ad proſectionem his vti potuiſſem, nunquam ¹⁰ abs te relinqui paſſus fuiſſem. Nec contentus meam erga te domine pietatem impediriſſe, inſuper malicioſe ac mendaciter me detulit. Sed bene noui quòd tua prudentia tales calumnias non admittat: quum ſis iuſtus, & Deum ac veritatem cui tantopere ſtudes diligas. Cùm enim in grauiffimis periculis aui mei temporibus verſatus ſis, liceretq; tibi de tota familia noſtra eo nomine pœnas ſumere, quæ tua bonitas eſt ac modeſtia, omnes acceptas iniurias obliuioni tradidiſti, recenti etiam tum earum memoria ſummam poteſtatem aſſecutus. præterea in amicorum ordinem allectum, & menſæ tuæ quotidianum conuiuium adhibitum, nihilo deteriore conditione quàm vnum quemuis è maxime neceſſariis apud te eſſe voluiſti. his auditis neque Memphiboſthum punire libuit, neque an Siba calumniator fuerit ²⁰ cognoscere. ſed præſatus cuncta ſe eius bona Sibæ largitum, veniam tamen illi & dimidię partis reſtitutionem promiſit. Tum Memphiboſthus: Habeat ſibi totum Siba, mihi ſatis eſt te in tuum regnum reſtitutum eſſe. Berzellæum deinde Galaditam virum magnum ac bonum, cuius benignitate belli tempore adiutus fuerat, deducen- tem ſe Iordanem uſque, rex rogauit vt ſimul Hieroſolyma proficiſceretur: pollicitus eum parentis loco ſe habiturum, nihilq; illi deſore quo extremæ eius ætati refo- uendæ ſit opus. at ille excuſauit, rem domeſticam conuietui regio præferens: dicens ſe iam octuagenarium non poſſe regiæ voluptatibus perfrui, iam de abſoluendo extremo vitæ actu & ſepultura ſollicitum: rogansq; vt ſibi cum bona regis gratia liceat ſuo more domi viuere: quandoquidem iam per ætatem non amplius vllam è po- ³⁰ tu, aut cibo voluptatem capiat, & aures obturatas habeat ad ſonos tibiærum cætero- rumq; instrumentorum, quibus aulici regij ſe oblectare ſolent. Quo ita inſtanter rogante: Te, inquit, dimitto: hunc verò Achimanum filium mecum abire ſinito. Omnium enim bonorum meorum particeps erit. Tum Berzellæus relicto filio, & adorato rege, omniâque fauſta illi precatus, domum eſt reuerſus. Dauid autem Gal- gala peruenit, iam dimidium totius populi circa ſe habens, & Iudę tribum integram. Eò venerunt ad illum primores eius regionis, ſequentem magna hominum multitu- dine: incuſabantque Iudæ tribum, quòd inſciis cæteris ad regem ſe contuliſſet, cui omnes ſimul vnanimiter occurrere debuerint. Principes verò tribus Iudæ ro- gabant vt æquo animo ferrent quòd præuenti eſſent. Exhibitum enim hoc offi- ⁴⁰ cium propter cognationem, qua deuinctum ſibi feruentioribus ſtudiis proſeque- rentur, neque enim ſe hac de cauſa vlla munera accepiſſe, vt meritò ægrè ferre de- beant, ſeruis ſe ad illum perueniſſe. Non tulerunt hoc dictum cæterarum tribuum principes: Demiramur, inquiunt, fratres, quòd regem vobis propriè cognatum vin- dicatis, ac ſi non omnium noſtrum cognatus ſit habendus, quem omnibus nobis ex æquo Deus præeſſe voluit. ergo cùm totus populus vndecim partes habeat, vos vnica, tantòque potiores ſimus, præter æquum feciſtis, quòd nobis neſcienti- bus ad regem veniſtis. In hac principum altercatione exortus eſt vir quidam ma- ^{2. Reg. 20} lus ac ſeditioſus, Sabæus filius Bochoriæ, tribus Beniamitidis: qui ſublata voce in medio multitudinis exclamauit: Non eſt nobis pars apud Dauidem, nec hæreditas ⁵⁰ apud Ieſſæi filium: Simulque cornicine iuſſo canere bellicum, omnes relicto Da- uide illum ſunt ſecuti, ſola Iudæ tribu circa eum manente, à qua mox in regiam Hieroſolymorum eſt deductus. Vbi concubinis cum quibus filius Abecſalonus congreſſus fuerat, in alias ædes traduētis omnia benignè vt antè adminiſtrari iuſſit, ipſe

ipse verò posthac non amplius eis est vsus. Amasam deinde exercitui præposuit, dignitate in hunc collata, quæ prius Ioabi fuerat: iussitq; vt collectis quantis posset è tribu Iudæ copiis post triduum ad se veniret, vt eum tradito exercitu cum imperio contra Bochoriæ filium mitteret. Quo ad colligendum militem profecto, quum in ea re occupatior maturè non rediret: tertia die rex Ioabo dixit, non esse in rem publicam dilationem Sabæo concedi: ne fortè instructior factus plus damni det, plûsq; exhibeat negocij, quàm modo Abesalomus exhibuisset. Non est, inquit, vltèrius expectandum, sed cum his quæ nunc ad manum sunt copiis, & sexcentorum cohorte, cum Abisæo fratre hostem persequere: & vbicunque illum adeptus fueris, da operam vt prælio decernatur: & caue ne occupatis munitis vrbibus multorum nobis certaminum & laborum materiam præbeat. Ioabus nihil cunctatus paruit, & assumpto fratre ac cohorte, reliquisque qui tum Hierosolymis aderant militibus, contra Sabæum raptim exercitum ducit. Cùmque Gabaonem, qui vicus quadraginta stadiis à Hierosolymis abest, peruenisset, obuiam ei factus est Amasa magnum exercitum adducens. Ibi Ioabus thorace munitus, accintusque gladio, accedente ad complectendum Amasæ, de industria gladium sibi è vagina elabi passus est: eoque mox à terra sublato, & altera manu barba Amasæ ceu de osculandi prehensâ, improuiso ictu ventrem ei perfodit, hominè quem confecit: facinus sanè impium, quod bonum & cognatum iuuenè immerentem propter emulationem summe præfecturæ & regiæ gratiæ sustulit. Hac enim de causâ iam ante Abeneri quoque eandem perpetraverat. Sed illud facinus propter honestum prætextum fraternæ vltionis dignius venia videbatur: in Amasæ verò cede nihil tale habuit quod prætenderet. Cæso autem imperatore pergebat ad Sabæum debellandum, vno relicto apud cadauer. hunc iussit proclamare ad exercitum, Amasam iure cæsum meritis pœnas dedisse: qui verò partes regis fouerent, Ioabum & fratrem Abisæum eius duces sequi debere. Iacente verò in via corpore, & tota multitudine ad id confluente, & vt fieri solet cum admiratione circumstante, custos translatum illud in villam quâdam longe à via remotam deposuit, & veste contextit: quo facto omnes Ioabum sunt secuti. Is quum per totam Israeliticam regionem Sabæum esset persecutus, indicio cuiusdam cognouit eum esse in munita quadam vrbe, nomine Abelmachæ. qua obsessâ & circumuallata, iubet militem muros eius suffodere & euertere: valde enim irascebatur quod portas ei clausissent. Mulier autem quædam honesta & prudens, videns patriam extremo periculo, consensu mœnibus Ioabum per milites ad colloquium euocat. qui postquam processit: Deus, inquit, reges & imperatores creat, vt



deletis Hebræorum hostibus in pace Israelitas contineant: tu verò nulla in re læsus, primariam Israelitarum urbem expugnatam venisti. Tum ille abominatus eius verba, & meliorem sibi mentem precatus, negauit se vel vnum è plebe occisum cupere, tantum abesse vt urbem tam egregiam excisam velit: & si ad supplicium dedatur Sabæus Bochoriæ filius, regi rebellis, omiſſa oppugnatione contestim se deinde exercitum abducturum. His auditis mulier Ioabum rogat vt paulisper sustineat, pollicita illi caput hostis statim. è mœnibus deiiciendum: moxque ad ciues reuerſa: Vultis, inquit, mali malle perire cum liberis ac coniugibus propter hominem malum & ignotum, eumque pro Dauide, cuius tanta in vos extant beneficia, regnare, & vnam hanc urbem tam valido exercitui resistere? Quibus rebus persuasi, præciso capite Sabæi, ad milites Ioabi hoc deiiciunt: contestimque signo receptui dato dux obsidionem soluit: & Hierosolyma reuerſus denuo vniuersis copiis imperator præficitur. Banaias quoque satellitibus & sexcentorum cohorti à rege præponitur. Adoramus quæstor tribus

tis recipiendis constituitur. Sabathes & Achilaus Commentariensium sunt principes. Sufa scribis præpositus, pontificatus quoque Sadoco & Abiatharo mansit.

- XII. Post hæc fame regionem premente, rex supplex à Deo petiit, ut populum miseris causam atque remedium tanti mali ostendere dignaretur. Responsum est per prophetas, postulare Deum ut Gabaonitæ vindicentur, quos Saulus rex deceptos præter ius & fas interfecerat, & iusiurandum quod illis olim Iesus imperator & senatus iurauerat, violauerat. Quamobrem si Gabaonitis pro cæsis ciuibus pœnas quas ipsi voluerint exigere permittat rex, fore ut placatus Deus populum è præsentī calamitate eximat. quod posteaquam ex prophetarum relatione compertum est, accitis Gabaonitis percontatus est quid à se peterent: qui cum septem è Sauli progenie deposcerent ad supplicium, rex perquisitos eis tradidit, Memphibostho tamen Ionathæ filio parcens. his acceptis Gabaonitæ, ut libitum est in eos animaduenerunt: confestimque plente Deo terra posito squalore ad pristinam felicitatem rediit, populūque copia rerum ut antè fruebatur. Aliquanto post rex bello Palæstinos adortus, & prælio cum eis congressus, dum victos auidius persequitur, ultra cæteros solus est longius prouectus. hunc iam lassulum conspiciit Acmon filius Araphi, vnus è gigantum sobole, indutus lorica circulis consertam, & lanceam gerens trecentos siclos pendentem, accinctusque gladio: & conuersus è fuga haud dubiè confecisset regem, ni Abisæus Ioabi frater repenti superueniens cum 20 protexisset iam prostratum, & hostem trucidasset. quo regis periculo grauiter commotus est exercitus, & duces iureiurando eum deuinxerunt, ne in posterum cum aliis interesset prælio, ne si propter fortitudinem & audaciam humanam aliquid ei contingeret, populus ea felicitate quam ex ipsius administratione percipiebat orbaretur. Cumque post hanc pugnam Palæstini ad Gazam urbem conuenissent, rex quamprimum hoc cognouit, exercitum contra eos confestim ire iussit. in hac expeditione egregiam laudem ob præclara facinora edita meruit Sobacchis Chertæus, vnus è fortissimis Dauidis militibus. complures enim qui se de gigantum genere iactabant, & viribus eximiis insolecebant, orco tradidit, præcipuus autor victoriæ quam tunc Hebræus de hoste reportauit. Redintegrantibusque bellum 30 Palæstinis, & nouo exercitu in eos misso à rege, optimè se gessit Nephanus cognatus ipsius. singulari enim certamine cum fortissimo Palæstinorum congressus, occiso illo effecit ut reliqui terga verterent: multique hostium in ea pugna sunt considerati. Nec ita multo post rursus castramentati sunt ad quoddam oppidum non procul Hebræorum finibus: fuitque in eo exercitu vir statura cubitorum sex: cui seni digiti erant in manibus ac pedibus. Huic ex regis exercitu Ionathas Samæ filius solus se opposuit, stratōque aduersario maximum momentum ad victoriam attulit, & ipse fortissimi viri laudem retulit. nam & hic barbarus oriundum se à gigantibus iactabat. Hoc prælium cum gente fuit vltimum, non ausa postea se contra Israelitas mouere. Cæterum Dauid perfunctus iam bellis ac periculis, & in al- 40 tissima pace degens, vario genere carminum odas & hymnos in honorem Dei composuit, partim trimetro versu, partim pentametro: instrumentisque musicis comparatis docuit Leuitas ad pulsum eorum laudes Dei decantare, tam sabbatis diebus, quàm in cæteris festiuitatibus. species autem instrumentorum hæc fuere: cinnira decem chordis intenditur, & pleetro pulsatur: nabla duodecim sonos continet, sed digitis carpitur: cumque his aderant & cymbala ærea, bene magna atque lata: quod quo sanè de prædictorum instrumentorum natura, ne prorsus ignorentur, dixisse 2. Reg. 23 sufficit. Porro rex fortissimos viros circa se habuit, sed maxime insignes præclaris facinoribus. x x x v i i. quorum quinque tantum virtutem commemorabo, facili ex his de reliquis coniectura. tales enim erant hi qui possent vel regiones subigere, vel 50 magnas gentes debellare. Primus Issamus filius Achemæi, qui non semel in aciem hostium irruens non prius à cæde abstitit, quàm nongentos occiderunt. Post hunc Eleazarus filius Dodeiæ, qui fuit cum rege in Arasamo. hic in quodam prælio Israelitis multitudine hostium territis & in fugam versis, solus locum suum non deseruit: & con

& congressus cum hostibus multos interfecit, adeò vt cruore gladius eius ad dexteram adglutinetur: quo viso reuersi in prælium Israëlitarum cedentem iam hostem vrgendo admirandam ac celebratam victoriam retulerunt, Eleazaro sternente, vulgo verò militum prostrato spoliante. Tertius erat Ili filius Sebas. hic quoque cum bello Palæstino in loco qui Maxilla dicitur, acies ex aduerso constitissent, Hebræique rursum territi loco cederent, solus in aciei vicem hosti se opposuit: & non paucis letho datis, reliquos impressionem eius non sustinentes, & in fugam effusos insectatus est. Hæc fuerunt facinora quæ hi tres in præliis ediderunt. Eo verò tempore, quo rege Hierosolymis agente Palæstinorum exercitus vsque ad urbem accessit, & dum ille

10 consilurus Deum de bello, arcem ascendit, in ea valle castra metatus est, quæ xx. stadiorum spacio vsque Bethlema pertinet: dicente ad amicos: O quàm bonam aquam habemus in patria mea, maxime in cisterna portæ vicina: ô si quis eam mihi afferret, id certe mallet quàm multum argenti accipere: tres isti his auditis euestigio excurrerunt, & cum per media hostium castra Bethlema peruenissent, hausta aqua per eandem viam ad regem sunt reuersi, attonitis audacia tanta barbaris, nec ausis paucitatem eorum cõtemnere. eam aquam rex bibere noluit, dicens periculo sanguinis emptam, & ob hoc sibi non conuenire: sed Deo inde libauit, gratias agens pro virorum incolumitate. Post hos erat Ioabi frater Abisæus, qui vna die o. c. hostes interemit.

20 Quintus Banaias, genere sacerdos, hic prouocatus à duobus fratribus virtute inter Moabitas illustribus, vtrumque confecit. Rursum ex prouocatione cum miræ staturæ Ægyptio certans, inermis cum armato, hasta ex ipsius manibus extorta hominẽ confodit: quo insignior fuit victoria, quòd adhuc viuenti ademptis armis, prius eum spoliavit, mox propriis armis occidit. Est & aliud eius facinus, quod iam dictis, quantum ad animositatem vel præferri potest, vel certe conferri. Quum enim ningeret, leo in quendam puteum illapsus est: cuius os quòd angustum esset, videbat breui fore vt id niuib. oppleret: atque ita desperato exitu, & salute rugire occœpit. Banaias autem fortè fortuna iter faciens, accurrit ad rugitum bestię: & cum descendisset in puteum, repugnantem ictu baculi quem gerebat exanimavit. nec deteriores virtute fuerunt reliqui triginta tres. Cæterum Dauid volens cognoscere quantus millium nume-

30 rus recenseri posset in populo, oblitus præceptorum Moyſis, qui prædixerat quoties censeretur populus in singula eius capita pendendum Deo semisiclum, iussit Ioabum imperatorem vt iret ad censum peragendum. quo excusante nihil opus esse, nihil motus coegit sine mora ad imperata exequenda proficisci. Ioabus autem assumptis ad hoc negocium principibus tribuum & scribis, obita tota Israelitarum regione, & cognito quanta esset populi multitudo, post nouem menses & viginti dies Hierosolyma reuersus ad regem numerum ei populi reddidit, absque tribu Beniamitica: quàm nondum ad censum vocauerat, sicut nec Leuiticã. Rex enim interim pœnituit, agnoscens in Deum se peccasse. Erat autem reliquorum Israelitarum numerus nongenta milia, duntaxat eorum qui ad militiam essent idonei. In Iudæ verò tribu quadringenta

40 milia censebantur. Prophetis deinde referentibus ad Dauidem quòd Deum offenderet, supplex orare cœpit, vt propitius redditus facti huius daret veniam: Qui exoratus Gadum prophetam ad eum misit, tres optiones offerentem, vt ex his quam mallet eligeret, aut famem per septennium duraturam, aut bellum per tres menses iniquo Marte cum hoste gerendum, aut pestilentiam per triduum inter Hebræos sequituram. Illo verò hærente ac turbato propter difficile inter hæc mala electionem, & propheta vrgente ad celerem responsionem, vt Deo renunciare posset: rex cogitans quòd si famem peteret, sui magis quàm aliorum rationem habuisse videri posset: quando quidem ipsi nihil periculi esset multum frumenti in horreis habenti, illis non item: quòd si per tres menses ab hoste vinci elegisset, sic quoque sibi consuluisse, qui arces

50 & fortissimam circa se cohortem haberet: optauit malum regnantibus æque ac regnantis commune, in quo omnibus par metus imminet: præfatus melius esse incidere in manus Dei, quàm in manus hostium. Hæc ita vt audiuit propheta Deo renunciente, pestilentia in Hebræos ingruit, ita vt variis modis absumerentur, nec facile esset mortuum cognoscere. Mors enim vna erat, sed plurimis & incomptis causis homines

XIII.
2. Reg. 24.
o rapiebat.

rapiebat. alius enim post alium efferebatur, & clanculum obrepens malum celeriter exitium afferebat. quidam enim repente cum vehementi dolore, & amaro cruciatu animam exhalabant. alij paulo lentiore vexati malo ne curationem quidem ferre poterant, sed inter officia medicorum expirabant. alij subito tenebris ob oculos obortis, ceu praefocati exanimabantur. nonnulli interim dum aliquem domesticorum funerant, sepultura nondum absoluta commoriebantur. quo factum est ut à matutina hora usque ad prandium hac peste septuaginta milia hominum sint absumpta. iamque genius à Deo missus Hierosolyma petebat, eam quoque urbem simili malo afflicturus. Tum rex saccum indutus & humi prostratus, supplex orabat Deum ut pestem sedaret, & iam mortuis contentus de cætero quiesceret. inter has preces sublati oculis, 10 cernens genium per aerem stricto gladio Hierosolyma petentem, exclamat ad Deum: se esse pastorem poena dignum, cæterum greges nihil commeruisset. Effunderet iram in se ac suam familiam, & innocenti populo parceret. Deus autem admissa supplicatione pestem repulit: missusque ad eum Gado propheta, mandauit ut confestim ascenderet in aream Oronna Iebusæi, & extructo altari, inibi sacrificaret: qui mandatum hoc non neglexit, sed mox ad destinatum locum se contulit. Oronna verò circa triturrum frugum occupatus, ut regem unà cum omnibus filiis peraccidentem vidit, occurrens adorauit eum. Erat autem genere quidem Iebusæus, sed inter præcipuos amicos Dauidis: quæ causa fuit ut capta vrbe nihil illi molestum acciderit, quemadmodum superius diximus. Hoc percontante, quamobrem herus ad seruum accederet, 20 ait se velle aream eius emere, ut in ea domino altare construeret, & sacra faceret. at ille & aream & aratra & boues & holocaustomata gratis largiri se dixit, precarique ut Deus libens ac propitius hoc sacrificium admittat. Rex verò gratiam sibi eius simplicitatem ac magnanimitatem professus, voluit ut precium acciperet. Iniquum enim esse de gratuitis offerre sacrificium. Oronna verò dicente facturum se quicquid rex vellet, aream hanc de eo quinquaginta siclis emit: extructoque ibi altari, sacrificia & holocaustomata super eo perfecit, & hostias pacificas obtulit. quo festo Deus placatus, propitius, ut antè, est redditus. Erat autem is locus in quem olim Abrahamus filium ut holocaustoma faceret adduxerat, & cum iam iam iugulandus esset puer, arces repente astans altari apparuerat: qui pueri vice fuerat mactatus, ut iam antè scripsimus. Dauid autè cum 30 animaduertisset se exauditum, & gratum fuisse sacrificium, decreuit totum illum locum altare vniuersi populi appellare, & Deo templum ibi exædificari: quam eius vocem Deus in futurum ratam esse voluit. mox enim propheta ad eum missus, illic templum extruendum prædixit à filio, quem regni successorem esset relicturus.

XIII. Post hanc prophetiam iussit rex numerari inquilinos, & inuenta sunt eorum centum octoginta milia. ex his constituit lapididarum octoginta milia: reliquos ad conuehendos lapides deputauit, ex quibus tria milia & quingentos operariis præfecit. magnam quoque vim ferri ac æris ad horum operum usum congeffit: materiemque cedrinam multam & prægrandem, Tyriis & Sidoniis hanc suppeditantibus, à quibus huius copiam impetrauerat. dicebatque suis amicis, hæc ideo se apparare, ut filio successuro materiam ad ædificandum relinqueret, & non tum demum eam comportare necesse habeat, adhuc per ætatem rudis talium negotiorum, sed omnibus in promptu sitis facile opus persoluat. 40

Dauid se viuentē Solomonem filium suum regnum auspiciari voluit. Cap. XI.



Cum ito deinde Solomoni filio mandauit, ut quāprimum regnum adeptus esset, templum Deo construeret, dicens se id voluisse quidem, sed oraculo prohibitum, quod propter crebra bella cruentus haberetur: prædictumque sibi id ædificium à fati destinatum filiorum natu minimo, qui Solomon esset appellandus: quem non aliter quàm filium patri, ipsi Deo curæ futurum: atque etiam totam Hebræorum regionem hoc principe felicem fore, & inter cætera bona id quod omnium est potissimum, pacem habituram, utpote alienam non tantum ab externis bellis, verum etiam ab intestinis seditionibus. Ergo, inquit, quandoquidem à Deo designatus es rex

es rex, antequam natus, da operam vt alioquin etiam dignus sis eius protidentia, pietatem colens & iustitiam atque fortitudinem, & præcepta eius legesque per Moysen traditas obseruans, & ab aliis eas violari non permittens: & insuper templum quod te regnante strui sibi voluit, cura vt sicut debes ei reddas, nihil deterritus operis magnitudine. omnia enim ante obitum parata tibi relinquam. Scito sanè auri quidem collecta decem milia, argenti verò talentorum centum milia: æris item ac ferri tantum congesti, quantum vix numero comprehendere possit: & adhæc lapidum ac lignorum materiam copiosissimam. Habes præterea multa milia fabrorum lignariorum & cæmentariorum: & si quid his de fuerit, tu supplebis. Quapropter hoc opère absoluto carus
¹⁰eris Deo, cumque perpetuum protectorem habebis. Post hæc adhortatus est princeps populi, vt in ea structura filium adiutarent, & securi de omnibus aduersantibus, cultui tantum diuino vacarent, percepturos enim pro hoc pacem & bonum ac legitimum reipublicæ statum, quæ præmia piis ac iustis Deus solet reddere. Postquam autem absolutum fuerit templum, iussit arcam in eo reponi, cæteramque sacram supellectilem, cuius receptaculo iam pridem templum debuerat extrui, nisi patres mandatum Dei neglexissent, qui præceperat vt quamprimum hostilem terram occupassent, templum illi exedificarent. Hæ fuerunt Dauidis adhortationes, tam ad filium, quam
²⁰ad principes. Prægrauante autem iam senio, & corpore per ætatem frigefcente, aliosus factus est, vt ne iniectis quidem multis stragulis calefieret: cumque ex communi
³⁰ni medicorum consilio decretum esset, vt lectissima e formosis totius regionis virginibus cum rege cubaret: hoc enim fore contra frigus remedium, fouente eum puella: inuenta est in vrbe vna fœmina omnium eius ætatis pulcherrima, Abisacc nomine, quæ cum rege cubitans, nihil aliud quàm recalcificabat eum: iam enim præ senio ad venereas res elanguerat. sed de hac virgine paulo post incidet mētio. Cæterum quartus filius Dauidis iuuenis pulcher & magnus, ex vxore Ægistha ei natus, nomine Adonias, Abesalomo quod ad ambitionē attinet similis, de occupando regno cogitare cœpit, & cum amicis egit vt sibi principatum deferrent: parauitque sibi currus multos & equos, & quinquaginta viros stipatores: id quod pater vidēs, nec obiurgauit eum, nec compescuit, ac ne scitatus quidem est, quid sibi vellent talis apparatus. Adiutores autem
⁴⁰habebat Adonias Ioabum imperatorem & pontificem Abiatharum. Soli autem conatibus eius resistebant, pontifex Sadocus & propheta Nathan, & Banaïas præfectus satellitum, & Semeis Dauidis amicus, & manus fortissimorum. Porro Adonias paratis in suburbano epulis, ad fontem qui est in hortis regiis, & inuitatis illuc omnibus fratribus excepto Solomone, assumpsit secum & imperatorem Ioabum & Abiatharum & principes tribus Iudæ. Eos verò qui pontificis & Nathanis prophetæ & Banaïæ satellitum præfecti partium erant, ad hoc conuiuium non vocauit. Hoc Solomonis matri Bethsabæ propheta Nathan indicauit, Adoniam regnare insciente Dauid: suasitque vt tam propriæ salutis, quàm filij regno consulere: ingressaque ad
⁵⁰Dauidem sola diceret ei, quod ipse quidem iurasset post se regnaturum Solomonem, & interim Adonias regnum occupasset. Hęc loquenti cum rege se quoque superuenturum propheta pollicitus est, & verbis eius testem futurum. Paruit Bethsabe, & regem adiit. Quo adorato impetrataque dicendi cōpia, omnia sicut propheta submonuerat indicauit, exposuitque ordine quemadmodum Adonias epulum adornauerit, & Abiatharum pontificem Ioabumque principem exercitus vocauerit, & filios regios absque Solomone ac eius necessariis amicis. addebat etiam totum populum suspensum expectare, quemnam esset successorem declaraturus: vt cogitet rogans, quod se defuncto mori necesse esset tam ipsam quàm Solomonem filium. Adhuc ea loquente cubicularij nunciant Nathanem venisse vt regem visceret: statimque
⁶⁰admissus percontabatur, num hodie regem declararet Adoniam, & principatum suum in illum transferat. Parato enim splendido conuiuiō, vocatos ab eo filios eius omnes excepto Solomone, & præter hos Ioabum imperatorem: hos omnes suauiter epulantes cum plausu & alacritate faustis acclamationibus perpetuum imperium nouo regi ominari. Sed neque me, inquit, vocauit, neque Sadocum pontificem aut Banaïam satellitio tuo præpositū, quare æquū est vt ab omnibus sciatur, num hæc gerantur ex tua
sententia.

XV.

3. Reg. I.

sententia. His auditis rex iubet acciri Bethsaben, exceſſerat enim cubiculo propheta veniente. qua introgreſſa: Iuro, inquit, tibi maximum Deum, regnaturum tuum filium, vt iam antè iuravi, eumque in folio meo ſeſſurum, idque hac ipſa die. Ad quæ verba cum mulier adorato rege longam ei vitam eſſet precata, Sadocum accerſit pontificem, & Banaïam præfectum ſatellitum: quibus mox venientibus iubet vt aſſumpto Nathane propheta & cohorte regia, impositoque filio ipſius Solomone in mulam regiam, extra urbem illum deducerent ad fontem qui vocatur Gion: vinctumque ſacro oleo regem declararent. hoc autem munus Sadoco pontifici & Nathani prophetæ iniunxit: mandauitque vt inueſto per mediam urbem præcinente tubicine proſequentium multitudo acclamaret: In æternum Solomon rex in folio regio ſedeat: vt notum ¹⁰ fiat vniuerſo populo, regem eum à patre declaratum, Solomoni verò præcepta imperandi dedit, vt iuſtè ac piè præſit tum Iudæ tribui, tum vniuerſo Hebræorum populo. Poſt hæc Banaïas Deum Solomoni propitium fieri precatus, cum cæteris ſine mora eum in regiam mulam imponit: & deductum extra urbem ad fontem, oleoque vinctum, ruſum in eam cum fauſtis acclamationibus introducunt, vt multos annos in hoc principatu feliciter exigat: moxque adductum in regiam in folio paterno collocant. quo facto populus totus ad conuiuia feſtiuitatemque animum aduertit, choris & tibiis ſeſe oblectatus, vt præ concentu instrumentorum terra ſimul ac aer reſonaret. Vt verò has voces Adonias & eius conuiuæ audiuerit, vehementer ſunt perturbati: & Ioabus imperator negauit ſibi placere vel ſonitum illum vel tubam. Cumque nemo ²⁰ frueretur appoſitis, ſed omnes cogitabundi accumberent, accurrit ad eos pontificis Abiathari filius Ionathas: & cum Adonias libenter viſum iuuenem bonum nuncium ominatus eſſet, ordine illis rem totam de Solomone & regis volūtatē expoſuit. quo audito proripiunt ſe omnes è conuiuiō, & ſuam quiſque domum diffugiunt. Adonias autem veritus ne rex factum eius iniquo animo ferret, ſupplex ad altare confugit, & hoc apprehenſo ſe tutabatur. quod ubi ad Solomonem eſt perlatum, quodque rogaret fidem ſibi dari de obliuione huius iniuriæ, & ſecuritate impunitatis: clementer ſimul ac prudenter præteriti quidem errati veniam ei conceſſit, ſed præmonito vt cau- ³⁰ eret in poſterum: alioqui ſi amplius aliquid nouare deprehēderetur, ipſum ſibi cauſam exitij futurum. miſit deinde qui illum ex aſylo educerent. qui cum veniſſet, nouumque regem adorafſet: iuſſit eum domum ſuam abire nihil ſolicitū, ac in reliquum curare vt vir bonus ſit, quandoquidem hoc ipſi maxime expediat. Dauid autem volens eum totius populi regem declarare, conuocat principes Hieroſolyma, vnà cum ſacerdotibus ac Leuitis. quibus recensitis inuenit eorum qui trigefimum annum excederent xxxviii. milia: ex quibus designauit curatores ædificij templi ter mille ſupra viginti milia: iudices verò populi & ſcribas eorum ſex milia: ianitorum verò domus Dei quatuor milia: tantundemque eorum qui hymnos Deo canerent, & instrumentis muſicis à Dauide vt diximus in hoc præparatis vterentur. Hos diuiſit in cognationes, & ſeparatis à reliqua tribu ſacerdotibus, vigintiquatuor eorum cognationes inuenit: ex Eleazari familia ſexdecim, ex Ithamari octo. inſtituitque vt vna cognatio ⁴⁰ miniſtraret Deo per dies octo, à ſabbato uſque ſabbatum: atque ita ſortitio facta eſt omnium cognationum in præſentia Dauidis & Sadoci ac Abiathari pontificum & omnium principū. & cuius prima ſors exiit, deſcripta eſt cognatio prima, & poſt hanc ſecunda, deincepsque uſque vigefimamquartam: quæ quidem diuiſio durat uſque in hodiernum diem. Leuiticam quoque tribum in partes vigintiquatuor diuiſit: & ſortitione facta, & illis quemadmodum ſacerdotibus octoni miniſterij dies obuenerunt. Præcipuus autem honos Moyſis poſteris eſt habitus. Conſtituit enim eos cuſtodes theſaurorum Dei, & donariorum quæ reges ſolent dedicare. inſtituitque vt vniuerſa Leuitarum tribus & ſacerdotes per ſuas quiſque vices interdiu noctūque circa cultum diuini numinis verſarentur, ſicut olim à Moyſe præſcriptum fuerat. Poſt hæc totas co- ⁵⁰ pias in duodecim partes digeſſit, eiſque tribunos, centuriones & præfectos aſſignauit. continebar quæque pars milia vigintiquatuor: voluitque vt ſingulæ ſingulis menſibus ſtationem agerent circa regiam Solomonis, vnà cum tribunis ſuis ac centurionibus: & cuique ſuum ducem præfecit, virum iuſtum & ſpectatæ bonitatis. quin & theſauris & vicis

viciis & agris, eorumque cultoribus, & armentis cum suis pastoribus præfectos attribuit, quos nominatim recensere necesse non habeo. Postquam autem omnia sicut diximus ordinavit, aduocatis in concionem magistratibus Hebræorum & tribuum principibus, & ducibus quos singulis exercitus sui partibus præposuerat, adhuc omnibus qui negotij & facultatibus regiis præerant, è suggestu celsiore in hunc modum multitudinem est allocutus: Fratres & populares, notum vobis esse volo, quod cum voluissem templum extruere, multum auri eum in vsum & argenti centum milia talentorum comparavi. sed Deus ipse per prophetam Nathanem me vetuit, eo quod bellis quæ pro libertate vestra gessi, dextram hostili cruore contaminauerim: & filium meum regni que successorem templum sibi iussit extruere. Nunc igitur quandoquidem scitis quod etiam maiores nostri Iacobi filij cum duodecim essent, Iudas tamen consensu omnium principatum obtinuit, & mihi cum sex fratres essent, posthabitis illis Deum ad me regnum detulisse, nec eorum quenkum id factum inique tulisse: ita ego quoque postulo, vt Solomone imperium consecuto, cæteri mei filij nec contra illum nec inter se inuicem seditiones agitent, sed scientes hunc diuinitus electum, libenter eius dominio sint subiecti. Cum enim æquum sit si Deus ita velit vel externos ferre dominos, quanto magis gratulari & fauere decet fratri, non secus quam eiusdem honoris participes: Ego sanè nihil magis in votis habeo quam vt promissiones Dei deducantur ad effectum, & felicitas quæ hanc regionem sub Solomonis regno manet, quamprimum totam eam occupet, & in perpetuum in ea duret. Quod quidem dubio procul ita futurum est, & omnia recte euenient, si tu fili mi pietatis & iustitiæ, patriarumque legum custodem geras: alioquin si hæ non seruentur, nihil nisi triste est expectandum. Hoc sermone finito inspectantibus omnibus Solomoni templi descriptionem ac formam dedit, in qua fundamenta & cellæ tam inferiores quam superiores, earumque numerus & quantitas ac capacitas designabatur: tum quo pondere quæque vasa tam aurea quam argentea fieri deberent præfinit, hortatusque est eum vt summam diligentiam ad hoc opus adhiberet: simulque principes & tribum Leuiticam, vt cum adiuuarent, tum propter ætatem nondum sat maturam, tum quia diuinitus & ad regnum esset electus, & ad templum ædificandum, quam quidem fabricam nequaquam fore difficilem, præparata per se iam antè materia, multis auri talentis, plurimis item argenti, & trabibus fabrorumque ac cæmentatorum multitudine, & smaragdis aliisque omnis generis gemmis. Postremò nunc se in hunc vsum ex proprio fisco erogare alia tria milia talentorum auri purissimi, ad exornandum adytum & currum Dei cherubinos, quos oporteret supra arcam stare eamque protegere. Postquam autem Dauid finem loquendi fecit, secuta est magna alacritas principum & sacerdotum, & tribus Leuiticæ, de suo quoque conferentium, & multa liberaliter ac magnificè pollicentium. obtulerunt enim se contributuros talentorum auri quinq; milia, & stateres decem mille. argenti verò cētum milia, ferri quoque talentorum multa milia. & si cui lapillus aliquis erat preciosus, afferebat & tradebat in thesauros reponendum: quorum curæ præpositus erat vnus è Moysis posteris nomine Ialus. Ea res magna voluptate affecit totum populum, & maxime Dauid visa principum ac sacerdotum reliquorumque omnium promptitudine, elata voce Deum laudauit, patrem ac conditorem huius vniuersitatis appellitans, fabricatoremque rerum tam humanarum quam diuinarum, & præsidem ac gubernatorem generis Hebræorum, eorumque felicitatis & regni ab ipso sibi commissi. Post hæc precatus omni populo bona omnia, priuatimque filio meam bonam & iustam, omni que virtute præditam: iussit vt populus quoque Deo laudes persolueret. Illi verò prostrati humi Deum adorauerunt: versi deinde ad Dauidem, pro omnibus ei bonis, quæ ipso regnante perceperant, gratias egerunt. Sequenti verò die sacrificia sunt instaurata, mille vitulis, mille arietibus, mille agnis in holocaustoma oblati: ad pacifica quoque sacrificia multis milibus victimarum mactatis: & tota ea die rex vnà cum omni populo festiuitati operam dedit: Solomónque denuo est inunctus & legitimus rex declaratus: simulque Sadocus pontifex totius multitudinis designatus. Deducto deinde in regiam Solomone, & in folio paterno collocato, ex ea die in posterum obediens ei fuerunt.

Mors Davidis, & quantum filio ad structuram templi reliquerit. Cap. XII.

XVI.
3. Reg. 2.



AVLO autem post David accedente ad senium morbo, videns iam instare sibi mortem, accito Solomone sic illum est affatus: Ego, fili, fato vocante ad patres meos abeo, & viam omnibus qui nunc sunt; quive post erunt communem ingredior: quam remetiri non licebit, nec quid in hac vita geratur reuiscere. Quapropter vivens adhuc & morti vicinus iterum atque iterum te moneo quæ & antè consului, ut iustus sis erga subditos, & pius erga Deum qui te hoc regno cohonestavit: utq; custodias præcepta eius & leges, quas nobis per Moysem demisit: & caue ne vel gratia vel assentatione aut cupiditate aliave affectione ad neglectum earum desleetas. Nequaquam enim Dei favorem poteris retinere, nisi servatis eius legibus, alioqui suam providentiam à te auertet. Quòd si talem erga te cum exhibueris, qualem deceat, & qualem optamus, efficies ut regnum in familia nostra maneat, & nulla vnquam alia domus præter nostram in Hebræos dominationem obtineat. Memento etiam iniquitatis Ioabi, qui propter æmulationem duos duces iustos ac bonos interemit, Abenerum Neri filium, & Amasam filium Iethranis, in eum tuo arbitratu animadvertes, quando quidem hætenus pœnam euasit, quòd meipso esset potentior. Commendo tibi etiam Berzellæi Galaditæ filios, quos mea causa omni honore ac studio prosequeris, non conferens in eos beneficium, sed referens, pro officiis quæ pater illorum in me exulem liberaliter congescit, & per quæ nos sibi debitores effecit. præterea Geræ filium Semeim Beniamitam, qui me pulsum multis affecit conuitiis quando Castrum petebam, moxque ad Iordanem occurrens fidem incolumitatis tunc à me impetrauit, nunc occasionem rationabilem nactus punito. His mandatis filio de Repub. & amicis, & eis quos punitos volebat, expiravit, exactis septuaginta vitæ annis, postquam regnasset apud Hebronem tribui Iudæ imperitans annos septem, & menses sex, Hierosolymis verò vniuersæ regionis rex annos triginta tres, vir optimus, & omnibus virtutibus præditus, quas regem tot gentium incolumitati prospicientem habere oportebat. Nam fortis erat ut nemo alius, & in certaminibus pro subiectorum tutela susceptis primus se periculis obiciebat, exemplo suo militem ad præclara facinorosa excitans & non tanquam dominus pro imperio ad officium cogens. Idem in consiliis prudentissimus, & egregiè callens quid in præsens, quidve in futurum conduceret. adhuc sobrius, mitis, benignus erga calamitosos, iustus, humanus, quæ quidem præcipuæ sunt regum virtutes. nec in tanta potestate vnquam ab æquitate deflexit, nisi quod ad Viræ uxorem attinet. Tantas præterea diuitias hæredi reliquit, quantas nullus alius rex vel Hebræorum vel aliarum gentium. Sepeliuit autem eum filius Solomon Hierosolymis magnifice, præter solennia illa in regum funeribus, inlatis etiam in monumentum eius maximis diuitiis, quarum magnitudinem facile sit coniectare ex hoc quod dicemus. Nam post annos M C C. Hyrcanus pontifex oppugnatus ab Antiocho, cognomine Pio, Demetrij filio, volens pecuniam ei dare, ut abducto exercitu obsidionem solueret, nec valens aliunde sumere, aperta cella monumenti Davidis, & prolatis inde tribus talentorum millibus, eorumque parte Antiocho numerata, oppugnationis periculo se exemit, sicut & alibi indicauimus. Ac rursus post multos annos elapsos Herodes rex alia cella aperta magnam pecuniam sustulit. ad loculos tamen qui regum cineres continent, neuter eorum peruenit. singulari enim arte ita erant sub terram conditi, ut ab ingredientibus monumentum inueniri nequirent. Sed de his hætenus dixisse sufficit.

FLAVII

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IYDAICARVM LIBER

OCTAVVS.

Quomodo Solomon regnum adeptus inimicos expulit.

Cap. I.



10 **D**E Dauide igitur & eius virtute, quantorumque bono-
rum suæ genti autor fuerit, & quantis bellis feliciter ge- 3. Reg. 2
stis senio confectus decesserit, in proximo volumine
docuimus. Cæterum posteaquam Solomon eius filius,
ætate etiam tum iuuenis, regnum adeptus ex sententia
patris & decreto diuini numinis in solio consedit, popu-
lus quidem totus, vt nouis regibus solet, faustis accla-
mationibus precatus est ei perpetuam rerum felicita-
tem, & post regnum bene administratū diuturnam se-
necutem. Adonias verò qui etiam viuentē patre occu-
20 pare conatus est regnum, accessit ad regis matrem, eamque blande salutauit. Qua-
quærente nunquid venisset quòd opera sua opus haberet, omniāque benigne polli-
cente, orsus est dicere, ipsam quoque nosse, quòd tam ætatis prærogatiua, quàm po-
puli consensu regnum sibi deberetur. sed quoniam Deo visum sit id transferre in fi-
lium eius Solomonem, se quoque libenter ferre illius dominationem, & contentū esse
præsenti conditione. rogauit deinde vt apud fratrem pro se intercederet, ciq; persua-
deret vt bona eius pace liceat sibi ducere Abisacen cum patre cubare soliram. Esse
enim adhuc virginem, quòd pater præ senio congregi cum ea nō valuisset. Bethsabe
verò promisit operam suam in hoc negotio, & de hoc coniugio bene eum sperare
voluit, tum quòd rex ultro fratri gratificari cuperet, tum quòd eò preces matris ef-
30 sent accessuræ: atque ita plenum spe hominem dimisit: mōxq; ipsa ad filium propera-
uit, colloquutura de eo quod Adoniæ petenti promiserat. cui cum rex occurrisset,
complexūq; eam excepisset, deducta in cubiculum in quo tum erat regia sella, sedit,
iussitq; alteram matri à dextris poni. Quæ postquam consedit, Vnam, inquit, gratiam
fili petenti mihi annue, neque tuo renutu tristiore facias. Respondit ille, iuberet,
quicquid vellet, pium enim esse, matri quidlibet concedere: nec oportuisse eam sic
præfari, ac si negaturum suspicaretur, sed certam impetrandi spem habere. tum illa
rogat, vt virginem Abisacen Adoniæ fratri nuptum tradat. At rex iratus dimisit ma-
trem, dicens Adoniam maiora moliri, mirarique se quòd non eadem opera postu-
laret, vt regnum ei tanquam natu grandiori cederet, quando Abisacæ cōiugium ex-
40 petat, habens amicos potentes, Ioabum imperatorem copiarum & Abiatharum sa-
cerdotem. Mōxque accito Banaia præfecto satellitum, mandauit ei vt Adoniam fra-
trem interficeret. Vocato deinde Abiatharo sacerdote, Te, inquit, supplicio exi-
munt tum alij labores acti cum meo patre, tum illud præcipuè, quòd vnà cum eo
arcam transtulisti. Hæc autem pœna tibi erit Adoniæ partes sequuto, vt neque hic
maneas, neque in conspectum meum venias: sed abi in patriam tuam, & illic ruri
viue, atque ibi vsque ad mortem dege, quandoquidem talia commisisti propter quæ
indignus es vt honoribus fruaris. Ob hanc itaque causam ablatus est sacerdotalis ho-
nor à domo Ithamari, sicut Deus Eli prædixerat auo Abiathari, & translatus est in ge-
nus Phineefis ad Sadocum. Cæterum eo tempore quo pontificatus in Ithamari do-
50 mo fuit, post Elim primum ex ea familia pontificem, ex Phineefis gente priuatam
vitam egerunt hi: filius Iosephi pontificis Boccias, & huius Ioathamus, Ioathami ve-
rò Maræothus, & Maræothi Arophæus, Arophæi Achitobus, cuius fuit Sadocus, qui
primus Dauide regnante pontifex est creatus. Porrò Ioabus imperator audita nece
Adoniæ, valde extimuit. eius enim amicitiam magis quàm regis coluerat, & ideo

non immeritò male suspicans ad altare confugit, impunitatem se inde quæsiturum existimans, propter notam regis erga Deum pietatem. Qui posteaquam de Ioabo renuntiatum est, misit Banaïam qui citaret eum ad suum tribunal causam dicturum. Ioabus autem negabat se sanum relicturum, sed ibi potius quàm aliàs moriturum. Hoc eius responso per Banaïam accepto, rex iussit ut inibi caput eius ita ut vellet abscideretur, & hanc pœnam lueret pro duobus imperatoribus, quos contra omne fas ac nefas peremerat. Corpus verò sepeliri, ut peccata eius apud posteros manerent, ipse verò ac pater innocentes essent quod ad Ioabi mortem attinet. Banaïas verò exequutus mandatum, ipse in imperium copiarum ei successit. Post hæc abrogato Abiatharo pontificatu, rex solum Sadocum id sacerdotium obtinere voluit. Semei 10 deinde imperavit, domo Hierosolymis extructa inibi apud se manere, interdicto Cedronis torrentis transitu: aut si secus fecerit esse capite mulctandum. nec contentus interminatione, iureiurando hominem ad id mandatum seruandum adegit. Semeis verò professus sibi gratissimum hoc regium mandatum, & iuratus facturum se imperata, patria relicta Hierosolymis domicilium habuit. Triennio dein exacto, cum audisset duos fugitivos suos apud Gittam agere, retracturus eos illuc proficiscitur. Rex autem posteaquam intellexit eum vnâ cum illis reuersum, ægre tulit non præscriptum modò suum contemptum habitum, sed sacramentum etiam Dei violatum. Accitòque mox, Nonne tu, inquit, iurasti te nunquam me derelicturum, neque ex hac vrbe in aliam commeaturum? non euades pœnam periurij, vir pessime, sed lues 20 etiam illa, quæ olim per petulantiam in patrem meum eiectum es debacchatus: ut scias quòd nihil lucrentur nocentes etiam si non statim post peccatum puniantur, sed per omne tempus quo propter impunitatem securi sibi videntur, crescit illorum pœna quam iam dudù sunt promeriti. atq; ita Semeim iussu regis Banaïas interfecit.

II
3. Reg. 3

Solomon autem sublatis iam inimicis, regnòque constabilito, Pharaonis Ægyptiorum regis filiam duxit uxorem: instauratisq; Hierosolymorum mœnibus maioribus multo & munitioribus, in tranquillissima pace Rempublicam deinde administravit, nihil impeditus iuuenili ætate, quo minus vel iustitiam coleret, & leges custodiret, vel mandata, quæ à patre morituro acceperat, exequeretur: sed non secus ac si grandis natu esset, maturæq; iam prudentiæ, omnibus rebus diligentissimè prospiciebat.

*De sapientia Solomonis & prudentia & diuitiis, quòdque primus
Hierosolymis templum edificauit. Cap. II.*



IS VM est autem ei Hebronē petere, & super altare æreum à Moyse fabricatum sacrificare, mille victimarum holocaustatis cælesti numini oblati: qui honor Deo fuit acceptissimus. illa ipsa enim nocte cum in somnis ei cōspiciendum se præbuisset, iussit eum postulare quicquid donorum pro hac pietate rependi sibi cuperet. Solomon verò pulcherrimum quiddam ac maximum petiit, quod & 40 Deus libentissimè largitur, & homini est utilissimū. Non enim aurum aut argentum aut alias id genus diuitias ut homo iuuenis petiit. nam hæc sola vulgo hominum videntur expetenda, hæc sola diuina munificentia digna. Sed da mihi, inquit, Domine mentem sanam, & intellectum bonum, ut his acceptis populum hunc vere ac iustè iudicare valeam. Hac postulatione delectatus Deus, pollicius est se etiam alia quæ non petierat, additurum, diuitias & gloriam, sed ante omnia talem intellectum ac sapientiam, qualem antehac nemo habuerit vel regum vel priuatorum. Adhæc conseruaturum regnū in eius familia per multas ætates, modo iustus esse pergat, Deoq; per omnia parere, & paternis vestigiis incedere, præcipuas eius virtutes imitando. His diuinitus auditis Solomon è stratis se proripit. & adorato Deo Hierosolyma est 50 reuersus: & mactatis ante tabernaculum plurimis victimis, epulum omnibus suis exhibuit. Per eòdem dies iudicium ad eum delatum est arduum, cuius exitum inuenire fuit difficile. Rem autem controuersam de qua lis erat, necessarium duxi indicare, ut qui hæc legent, difficultatem decernendi intelligant: & si quando tale quippiam

piam inciderit, ad exemplar solertiæ regiæ difficultatem disquirendi sibi comparent. Duæ mulieres quæstus meretricij venerunt ad eum, quarum altera quæ iniuriam patî videbatur, sic est exorsa: Ego, Rex, & mulier hæc habitamus in eodem cubiculo. Accidit autem vt ambæ eadem die, eadēque hora infantes mascululos parceremus. Post triduum ista iuxta cubantem suum infantem per somnum oppressit, & sublato è meo gremio infante meo, mortuum illum dormienti mihi in sinum imposuit. Illucescente die mammam præbere volens infanti, meum non inueni, sed istius mortuum vidi iuxta me iacentem: id quod certissimis indiciis deprehendi. & quia repetens meum filium nihil profeci, ad tuum auxilium domine confugi. nam
 10 quia propter solitudinem nemo est qui coarguat, pertinaciter quod meum est abnegat. Tum rex interrogat alteram, ecquid habeat quod accusationi huius opponat. Illa negante se hoc fecisse, & asseuerante suum esse superstitem infantem, alterius verò mortuum: neminēque inueniente quid decerni posset, sed omnibus vt in re obscurissima cæcutientibus, solus Rex tale quiddam excogitauit.



infantibus, tam viuo quàm mortuo, vocat quendam è satellitibus, imperatq; vt stricto gladio puerū vtrumque secet in duas partes: quo vtraq; dimidium accipiat tam viui quàm mortui. Hanc sententiam totus populus tacite damnabat vt puerilem: sed interim cū vera mater exclamasset, non ita faciendum, sed potius alteri addicendum infantem: sibi enim fat esse si viuum videat, etiam si alienus

existimetur: altera verò parata esset, ex alieno dolore crudelem voluptatem capere: animaduertens rex has postremas voces non fingi, ei quæ exclamauerat infantem adiudicauit, quòd hæc reuera mater esset: alterius verò malitiam damnauit, quòd & suum perdidisset, & amicæ infantem perdere conaretur. Visum est hoc populo in-

30 signe argumentum regiæ prudentiæ simul & sapientiæ, & ex illa die non secus quàm diuina mente prædito obtemperabant. In tota autem sua ditione præfectos & duces
 3. Reg. 4 habuit hos: Toparchiæ Bethlemis, quæ sortem Ephræmi complectabatur, præerat Vres. Ea verò in qua Dora sunt & regio maritima, parebat Aminadabo. Solomonis genero. Magnus campus erat sub Banaia filio Achili, cuius præfecturæ contributa erat & ea regio quæ vsque Iordanem pertinet. Galaditicam & Gaulaniticam vsque montem Libanum, vrbesque in eis sexaginta magnas ac bene munitas Gabaris administrabat. Achinadabus Galilææ toti Sidonem vsque præerat, habēs & ipse in matrimonio Solomonis filiam nomine Basimam. Maritimam verò quæ est circa Arcen Banacates obtinebat: Saphates Itabyrium montem & Carmelum, totamque inferiore
 40 Galilæam. Subeæ Beniamitica ditio fuit commissa. Tabares regionem trans Iordanem sitam sub se habuit. & rursus his omnibus vnus præerat princeps. Mirandum autem in modum per id tempus auctæ sunt res Hebræorum, & tribus Iudæ, populo ad agrorum colendorum studium conuerso. Pace enim potiti, & nullis bellicis tumultibus distracti, ad hæc optatissima libertate auidè perfruentes, in hoc potissimum erant intenti, vt suas quisque facultates augeret, & maioris precij faceret. Erant præterea regi alij præfecti, qui Syrorum cæterorumque barbarorum Euphratem inter & Ægyptum incolentium gubernabant regiones, tributa ex eis colligendo. Hi barbari conferebant in quotidianos regiæ mensæ sumptus similæ coros tri-
 50 ginta, farinæ sexaginta, saginatos boues decem, & pascuales viginti, & saginatos agnos centum. præter capturas venationum, quæ constabant ceruis ac bubalis, præterque aues & pisces. Tantam etiam curruum multitudinem habebat, vt quadraginta millia præsepium numerarentur, in quibus equi iugales alebantur. & absq; his equitatus ei fuit duodecim millium, quorum media pars Hierosolymis circa regem versabatur, reliqui verò sparsim per villas regias debebant. & qui regiis im-

penſis præerat, idem etiam equis neceſſaria ſuppeditabat, eò conuehendo vbicun-
 que rex habitaret. Tanta autem fuit ſapientia & prudentia quam Solomon diuini-
 tus acceperat, vt omnes priſcos ſuperaret, atque etiam Ægyptios, qui omnium ſa-
 pientiſſimi habentur, longè poſt ſe relinqueret. præcellebat etiam eos qui per idem
 tempus in maxima opinione ſapientiæ fuerunt apud Hebræos, quorum nomina
 non tacebo. Fuerunt autem hi: Athanus, Æmanus, Chalceus, Dodanus, filij He-
 maonis. Compoſuit etiam libros Odarum & Carminum quinque ſupra mille,
 & parabolarum ac ſimilitudinum libros ter mille. cuilibet enim ſpeciei planta-
 rum ſuam adhibuit parabolam, ab hyſſopo vſque cedrum: idem fecit de pecori-
 bus & cæteris terreſtribus animantibus, natalibꝫque & quę per aërem feruntur. 10
 nullius enim horum naturam ignorauit, aut inſcrutatam reliquit: ſed circa omnes
 philoſophatus eſt, & ſcientiam proprietatum earum ſummam præ ſe tulit. quin &
 eam rem diuinitus conſecutus eſt ad vtilitatem & medelam hominum, quæ aduer-
 ſus dæmones eſt effiçax. Incantationes enim compoſuit, quibus morbi pelluntur:
 & coniurationum modos ſcriptos reliquit, quibus cedentes dæmones ita fugan-
 tur, vt in poſterum nunquam reuerti audeant: atque hoc ſanationis genus nunc
 vſque plurimum apud noſtrates pollet. Vidi enim ex popularibus meis quendam
 Eleazarum, in præſentia Veſpaſiani & filiorum & tribunorum reliquorꝫque mili-
 tum, multos arrepticios percurantem. Modus verò curationis erat hic. Admoto
 naribus dæmoniæ anulo, ſub cuius ſigillo incluſa erat radicis ſpecies à Solomone 20
 indicatę, ad eius olfactũ per naſum extrahebatur dæmoniũ: & collapſo mox homine,
 adlurabat id ne amplius rediret, Solomonis interim mentionem faciens, & incan-
 tationes ab illo inuentas recitans. Volens dein Eleazatus his qui aderant oſtendere
 ſuæ artiſ effiçaciam, non longe inde ponebat poculum aut polubrum aqua plenum:
 imperabátque dæmonio hominem exeunti vt his ſubuerſis ſignum daret ſpectanti-
 bus quòd reliquiſſet hominem. quo factò nemini dubium erat quanta fuiſſet Solo-
 monis ſcientia & ſapientia: quamobrem libuit hoc quoque narrare, vt omnibus no-
 ta ſit eximia regis huius natura: quàmque charus Deo fuerit, & in omni genere vir-
 tutum excellentiſſimus. Porro Tyrionum rex Iromus audito quòd Solomon patri
 in regnum ſucceſſiſſet, vehementer eſt gauiſus: nam Dauidis amicus fuerat, & per 30
 legatos ſalutato gratulatus eſt præſentem felicitatem. per quos Solomon ſcripſit ad
 eum in hunc ferè modum. Solomon Iromo regi. Scito patrem meum cum vo-
 luiſſet ædificare templum Deo, bellis aſſiduis impeditum. neque enim prius à ſub-
 iugandis hoſtibus deſtitit, quàm omnes ſibi tributarios redderet. Ego verò gratias
 habeo pro pace qua nunc fruimur, & præſenti otio decreui vt ad extruendum cœ-
 leſti numini domicilium. id enim à me fabricandum, iam antè patri meo Deus præ-
 dixit: quamobrem rogo vt aliquos vnà cum meis mittas in montem Libanum ad
 materiem cædendam: quandoquidem hanc artem Sidonij melius callent quàm no-
 ſtrates. mercedis autem quanta huiuſmodi operariis perſoluenda ſit, te arbitrum
 facio. Eam epiſtolam Iromus libenter legit, Solomonique in hunc modum reſcri- 40
 pſit. Rex Iromus regi Solomoni. Gratia Deo quòd tibi paternum principatum
 tradidit, viro ſapienti & omni virtutum genere prædito. Quare cum nihil mihi gra-
 tius accidere potuerit, voluntati tuæ libens obſequar. Excifis enim multis & ma-
 gnis trabibus cedrinis atque cypariſſinis, per meos ad mare deducendas curabo:
 eoſdẽque iubebo vt compaëtis ratibus ad quemcunque volueris tuæ regionis lo-
 cum eas appellant, vnde poſt per tuos Hieroſolyma deportentur. Tu verò hanc
 nobis gratiam repones, vt exportandi ad nos frumenti poteſtatem facias, quo vtpo-
 te inſulares maximè indigemus. Harum literarum exemplaria hodiẽque durant,
 tam in noſtris quàm Tyrionum annalibus: & ſi cui libuerit hæc certius cognosce-
 re; impetrata à publicorum commentariorum conſeruatoribus viſendi copia, com- 50
 periet eorum ſcripta conſonare cum his quæ à nobis produntur. quod ideo ad-
 monui, vt qui hæc legunt, ſciant nos nihil veris affingere, neque verſimilia quæ-
 dam & ad delectationem accommoda narrationi noſtræ interſerere, atque deinde
 poſtulare, vt lector nihil amplius diſquirendo fidem nobis habeat: quandoquidem
 in hac

- in hac commentatione à decoro discedere absque nefario scelere non licet. quapropter non recusamus quin scripta nostra reiciantur, nisi talia sunt ut eorum veritas validissimis argumentis approbari possit. Cæterum Solomon rex acceptis regis Tyriorum literis, & facilitatem eius & benevolentiam collaudavit, & insuper quibus ipsum cupere intellexit, præmiis eum est remuneratus, frumēti annuos bis mille coros mittendo, & totidem olei bados. badus autem capit sextarios LXXII. parem quoque vini modum illi exhibuit. Et ab his initiis amicitia regum horum exorta, maioribusque incrementis aucta, in tantum adoleuit, ut in perpetuum firma duraverit. Solomon autem à populo suo milia xxx. operariorum exegit, prudenter inter eos operas partitus, quo minus labor sentiretur. Decem enim milia iussit
¹⁰ in Libano syluam per mensem intergrum cædere, ac deinde per duos alios domi interquiescere, dum reliqua viginti milia suum opus absoluunt, ita ut quarto demum mense labor ad primos illos decies mille rediret. His omnibus Adoramus est præpositus. Præter hos erant in opere inquilini illi quos Dauid eò destinauerat, conuectores saxorum cæteræque materiæ LXXM. & cémentarij LXXXM. magistrisque horum ter mille & c. iis mandatum fuerat ut saxa prægrandia exciderent in vsum fundamentorum templi, cæque in monte prius in quadrum dedolata, ita demum in urbem conueherent: idque non modo indigenis, sed & missis ab Iromo opificibus erat iniunctum.
- ²⁰ Exorsusque est Solomon fabricam hanc anno regni sui quarto, secundo mense, IIII quem Macedones Artemisium vocant, Iar verò Hebræi, annis DXC. duobus postquam Israelitæ Ægypto excesserant: mille & xx. annis post Abrahami ex Mesopotamena regione in Chananæam migrationē: post diluuium verò annis MCCCXL. quod si ab Adamo creato vsque templi ædificationem temporum ratio subducatur, comperientur anni MMMCII. Initium veræ fabricandi templi in annum Vndecimum regni Iromi incidit, apud Tyrum regnantis, quæ condita est CCXL. annis antequam templum extrueretur. Iecit igitur rex in altissimam terræ profunditatem fundamenta templi è saxis validissimis, quæ contra omnem temporum iniuriam resistere possent, ita ut cum contigua terra coalita solum ac firmamentum imponendis substructionibus præberent, & propter inconcussam soliditatem facile molem
³⁰ ædificij cum paratu ornamentorum sumptuosissimo perferrent, non minorem admirationem habitura, quàm quæ supernè ad amplitudinem, pulchritudinem & magnificentiam operis per artifices allaborata sunt. extruxeruntque illud vsque lacunar ex albo lapide. Huius ædificij altitudo fuit cubitorum sexaginta, & totidem longitudo, latitudo verò viginti. Super hoc autem erat aliud ædificium pari mensura, ita ut tota altitudo templi centum viginti cubitis constaret. versum autem erat ad Orientem. Et porticus in aditu eius erat viginti cubitorum longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi, lata cubitos decem, surgens in altum cubitis centum viginti. In circuitu deinde templi construxit triginta cellas, quæ inter se constipatæ
⁴⁰ externe parietes templi fulciebant. erantque inter se peruia, & patebant singulæ in longum vigintiquinque cubitos, ac totidem in latum, & viginti cubitis attollebantur. Super has alia series cellarum erat extructa, super quam rursus alia, omnes inter se numero & amplitudine pares, ita ut coniunctæ inferius ædificium æquarent altitudine. Nam superius non erat circumædificatum. fuerunt autem omnia cædro contexta. Et cellæ quidem suum quæque tectum habebant, non proximo contiguum. reliquum ex longissimis trabibus erat confertum, ad vtrunque latus pertingentibus, ita ut ipsi parietes hoc pacto confibulati firmiores redderentur. His trabibus subnexa erant laquearia politissima, cælaturis & bracteis aureis ornata. Parietes etiam cedrinis tabulis auro illitis erant incrustati, ita ut omnia reniterent.
⁵⁰ auro, & intrantium oculos fulgor vndique occurrens perstringeret. Tota verò structura ex lapidibus politissimis constabat, ita ad vnguem inter se quadrantibus, & commissuris oculos fallentibus, ut intuentibus nullum vsquam mallei aut cuiuslibet fabrilis instrumenti vestigium appareret, sed connata potius omnia quàm arte congesta viderentur. Porro ascensum in superiorem templi partem sic commentus est rex,

rex, ut cochleam in hunc usum crassitudini parietis includeret. Hæc enim pars non habebat ab Oriente magnam ianuam ut inferior, sed à lateribus inerant parua hostiola. nec parum ad firmitatem conferebant tabulæ cedrinæ se inuicem complectentes, & crassis catenis inter se constrictæ. Diuiso deinde in duas partes sano, penetrabile eius viginti cubitorum nulli fecit accessibile, reliquum quadraginta cubitorum spacium in usum sacerdotum consecrauit: & in pariete adytum à reliquo corpore separante fores apposuit cedrinæ, has quoque celatas & inauratas. eas prætexuit velis picturatis, hyacinto, purpura, cocco, byssôque splendidissimo ac mollissimo distinctis. Post hæc in adyto viginti cubitos quaquaversum patente dedicauit duos cherubinos ex auro solido, vtrumque quinque cubitorum altitudine. vterque duas 10 alas habebat ad quinque cubitos protensas: quapropter non longo seiunctos intervallo statuit, ut vna ala australem parietem attingeret, altera septentrionalem: reliquæ duæ sese contingentes in medio sitam arcam protegerent. Hæ cherubicæ effigies quânam specie fuerint, nemo vel coniecere potest vel eloqui. Pauimentum etiam templi construit laminis aureis. Ianuæ demum fores altitudini parietis proportionem conuenientes addidit, latas cubitos viginti, & auro illitas. Atque ut compendio dicam, nihil tam intus quàm foris omisit, quod non inauraret. Oppansum est præterea aulæum & huic ianuæ, simile illi quod interior ianua habuit. Cæterum 3. Reg. 7 porticus nihil tale habebat. Post hæc Solomon accersit Tyro ab Iremo artificem nomine Chiramum, filium mulieris Nephthalitidis, patre Tyrio ab Israelitis 20 oriundo, operarium insignem in quauis materia, sed præcipuè in auro & argento ac ære. Huius opera usus est in omnibus quæ artificiose in templo fieri voluit. Is fecit duas columnas æreas crassitudine quatuor digitorum, altas decem & octo cubitos, quarum circumferentia duodecim cubitos complectebatur. his imposita erant capitella fusilia liliata, proceritate quinque cubitorum: quibus circumdata erant retiacula ærea quæ operiebant lilia, dependebantque inde duæ series malorum punicorum ducentorum numero. Has columnas posuit in aditu vestibuli, alteram à dextris nominatam iachin, alteram à sinistris nominatam boz. Fecit etiam vas aheneum fusile semiorbis specie, quod propter capacitatem appellatum est mare. Erat enim labrum patens per dimetientem lineam in cubitos decem, crassitudine 30 palmari. eius meditullium sustinebatur spira decies replicata, cuius dimetiens linea fuit cubitalis. Id labrum circumstabant duodecim iuueni ad tractus quatuor ventorum obuersi terni, quorum postica subsidebant ut eis orbiculare illud vas incumberet, in medio sui depressius. Capiebat autem hoc mare congiorum tria millia. Fecit præterea labrorum decem bases æreas quadrangulas. harum quæque longitudine fuit cubitorum quinque, latitudine quatuor, altitudine trium. huius operis partes seorsim fabricatæ sic compingebantur. Quatuor erant columellæ per totidem angulos dispositæ quadrangulæ, quibus latera basium vtrinque inferebantur. erant autem hæc tripartita, & inter iuncturas cælaturis distincta, alibi leonis effigie, tauri alibi aut aquilæ. Columellæ quoque eisdem cælaturis erant 40 ornatae. Totum verò opus quatuor rotis suspendebatur, quæ fusiles erant, habebantque modiolos & radios, scsque cubitali inter vtramque extremitatem interuallo. eratque mirum videre rotarum circumferentias, quomodo lateribus basium coaptatæ cantibus suis insistebant. Angulos autem superne continebant fusiles humeruli manuum extensarum. his imposita erat spira, cui labrum inferebatur, ita ut manibus sustineri videretur: qua parte effigies leonum & aquilarum sic erant adaptatæ, ut connatas putares, interuenientibus inter eas palmarum artubusculis. Atque hæc fuit decem basium structura. Deinde ex eodem ære fecit decem labra rotunda conchæ specie, quorum quodque capiebat congios quadraginta. erat enim altitudo quatuor cubitorum, & tantundem spatij patebat 50 inter margines. Ea labra decem illis basibus imposuit, quas mechenoth sua lingua appellabant: horum quinque ad sinistrum latus templi septentrionale collocavit totidem, ad dextrum australe, ita ut Orientem spectarent: quo loco etiam mare illud dedicauit. Omnibus deinde aqua repletis, mare quidem in eum usum

vsum assignavit, vt inde sacerdotes templum ingredientiſſes manus ac pedes ablue-
 rent, ad altare aſcenſuri: labra autem vt eorum aqua purgarentur inteſtina ac pedes
 animantium ad holocaustoma deſtinatorum. Fabricauit etiam altare æreum viginti
 cubitorum longitudine, totidem latitudine, altitudine decem, in quo holocaustomata
 incenderentur. Fecit item vaſa eius ex ære omnia, lebetes & amulas, tenacula &
 harpagones & reliqua, auri fulgorem referentia. Menſas quoque multas dedicauit
 rex, & in his vnā magnā aureā, in qua proponebantur ſacri panes: reliquæ non
 multo deteriores diuerſo modo factæ ſuſtinebant phialas & pateras, aureas vigefies
 mille, argentearum quadraginta millia. Candelabrorum item fecit decem millia,
 10 iuxta præceptum Moyſis: ex quibus vnum in templo dedicauit, vt interdium luceret
 iuxta legem: & menſam vnā impositos panes habentem, ſitam ad ſeptentrionale
 templi latus ex aduerſo candelabri. id enim ad australe latus collocauerat. medium
 autem inter vtrumque locum obtinebat altare illud aureum. Hæc omnia continebat
 anterior illa templi pars quadraginta cubitos longa, & velo diſparata ab adyto. illò
 enim arca erat inferenda. Cantharorum autem vinariorum octoginta millia rex
 comparauit, & phialarum aurearum millia decem, argentearum verò alterum tan-
 tum. Lancium item aurearum, ad offerendam in eis ſimilam maceratam ad altare,
 octoginta millia, duplum verò argentearum. Craterarum quoque in quibus ſimi-
 lam oleo ſubigebant, ſexaginta millia aurearum, & alterum tantum argentearum.
 20 Menſurarum verò quales Moyſi hin vocantur, & aſſaron, aurearum erant viginti
 millia, & duplicatus numerus argentearum. Acerræ quoque aureæ quibus odora-
 menta in templum inferri ſolent, erant numero viginti millia: & aliæ quibus deſere-
 batur ignis à magno altari in paruum intra templum ſitum quinquaginta millia. Pa-
 rata erant & ſacerdotales veſtes in vsum pontificum, annumeratis talaribus & epo-
 midibus atque logio cum ſuis gemmis in vniuerſum mille. Corona verò in qua Moy-
 ſes Dei nomen inſcripſit, vnica fuit, & vſque in hodiernum permansiſſet. Stolas autem
 ſacerdotales è byſſo fieri curauit, cum decies mille zonis purpureis, & tubarum qua-
 les Moyſes præſcripſit c c m. Item alias ſtolas byſſinas Leuitis hymnorum cantori-
 bus, numero ducenta millia. Inſtrumentorum præterea muſicorum, quæ naula &
 30 cinnyræ vocantur, in vsum hymnodiarum ex electo confecit quadringenta millia.
 Quæ omnia Solomon ad honorem Dei magnificè parauit, nullis parcens ſumpti-
 bus: ſed omni liberalitate vſus hæc in theſauris Dei condidit. Circumdedit deinde
 templo ſeptem quoddam trium cubitorum altitudine, quod noſtra lingua giſon vo-
 camus, excluſurum profanam multitudinem, & ſolos ſacerdotes admiſſurum. ex-
 tra hoc ſeptem erat fanum, porticibus magnis ac latis cinctum, & portis altis patens:
 quarum ſingulæ ſingulos ventos ſpectabant, & foribus auratis claudebantur. in hoc
 fanum cuiſlibet è populo, puro, modò ac caſto, & præſcriptorum legis obſervanti,
 acceſſus patebat. Dici autem non poteſt, ac vix etiam oculis credi, quàm mirandum
 fuerit illud exterius fanum. vallibus enim expletis, tam profundis, vt ad proſpectum
 40 oculi caligarent, & aggeſta ad quadringentos cubitos terra, eam vertici montis in
 quo templum extructum eſt æquauit: atque hoc modo factum eſt vt arca fani cum
 ſolo templi æquaretur. hanc cinxit duplicibus porticibus, quas columnæ è natiuo
 ſaxo ſuſtentabant, & laquearia cedro expolita tegebant. Fores verò habebant omnes
 ex argento fabricatas. Hiſtam magnis ac pulchris operibus & donariis ſeptem-
 50 nio perfectis, non ad opulentiæ modo, ſed & celeritatis oſtentationem: quæ enim
 ætatem integram hominis poſcere videbantur, tam breui ſi ad magnitudinem con-
 feratur tempore erant abſoluta: Solomon rex per litteras iuſſit magiſtratus ac ſenio-
 res Hebræorum totum populum Hieroſolyma congregare, ad ſpectandum tem-
 plum, & ad transferendam illuc arcam Deo ſacratam: denuntiataque omnibus
 60 profeſſione Hieroſolymitana, ſeptimo demum menſe conuenerunt, qui noſtrati-
 bus eſt thuri, Macedonibus hyperberetæus: inciditque in idem tempus ſcenope-
 gia, feſtum apud Hebræos ſanctiſſimum & maximum. Tollentes igitur arcam,
 & tabernaculum quod Moyſes conſtruxerat, & omnia vaſa ad miniſterium ſacri-
 ficiorum Dei parata, tranſportauerunt in templum: acceſſeruntque illò cum vi-
 ctimis

etimis tam rex quàm vniuersus populus ac Leuitæ , libaminibus & multo hostia-
 rum sanguine viam perfundentes , & infinitam vim odoramentorum adolentes , vt
 circumquaque totus aër suauitate repletus etiam longè remotis sentiretur , constanti
 omnium opinione , aduentare Deum ad inhabitandum recens extructum ac de-
 dicatum sibi locum. nam neque hymnos canentibus , neque choreas ducentibus,
 lassitudo est oborta , dum ad templum peruenirent. atque in hunc modum arca est
 translata. Quum verò iam in adytum inferri deberet , reliqua quidem multitudo
 abcessit , soli verò baiulantes sacerdotes inter duos cherubinos eam deposuerunt:
 quæ effigies coniunctis alarum extremitatibus (sic enim artifex eas fecerat) arcam
 velut sub vmbella aut tholo protexerunt , continebat hæc nihil aliud quàm duas ¹⁰
 tabulas lapideas , quæ decem præcepta , Dei ore in monte Sina prodita , insculpta
 eis conseruabant. Candelabrum autem & mensam & altare aureum statuerunt in
 templo ante adytum , eisdem locis in quibus in tabernaculo prius sita fuerant : vbi
 quotidianas hostias offerebant. Cæterum altare æreum pro foribus templi est posi-
 tum , vt apertis illis in conspectu esset sacrificiorum magnificentia. reliquum verò
 vasorum instrumentum omne in vnum congestum , intra templum est repositum.
 Postquam autem omnibus quæ ad arcam attinebant rite peractis sacerdotes sanctua-
 rium exiuerunt , repente globus nebulæ , non asper , nec qualis hiberno tempore
 grauidus pluuia condensatur , sed diffusus ac temperatus in templum influxit : &
 primò sacerdotum visum vt vix se inuicem cernerent obscurauit , deinde in omni- ²⁰
 bus eam cogitationem excitauit , quòd Deus in templum descendens , præsens ac
 libens hoc domicilium sibi optaret. His talia voluentibus animo , rex qui tum forte
 sedebat , assurrexit : verbisque & se & Deo dignis cæleste numen est allocutus. Tu
 quiden? , inquit , sempiternam domum habes Domine , nec ignoramus te tibiipsi
 hanc vniuersi molem condidisse , quæ cælo , aëre , terra & mari constat : quam to-
 tam imples , nec tamen ab ea caperis. hoc verò templum ideo tuo nomini ador-
 nauimus , vt in hoc sacrificiis ac precibus in cælum missis tibi propitio litaremus , cer-
 to persuasi quòd & hic ades & nusquam interim abes. Cùm enim omnia videas , au-
 dias omnia , nihil obstat hæc ædes quo minus vbicunque te dignum est habites , à
 nemine alienus , & omnibus proximus , procipue his qui te desiderant nocte dièque ³⁰
 præsens ac propitius. His vocibus Deum precatus , vertit orationem ad populum ,
 docens eos de potentia Dei simul & prouidentia. Hunc Dauidi suo patri futura ,
 quæq; iam euenerint , quæq; euentura sint prædixisse : hunc ipsi nondum natò no-
 men imposuisse , quo vocandus esset : quòdque paterni regni successor templum ei
 ædificaturus esset prænunciassse. ergo cùm vaticinium magna ex parte euentu sit
 comprobatum , debere eos Deo laudes afferre cum gratiarum actione , & de pro-
 missionibus futuræ felicitatis nihil dubitare , quibus iam nunc fidem adstrui con-
 spicerent. His affatus multitudinem rex , rursum ad templum vertit oculos , & ex-
 tensa ad multitudinem dextera : Operibus quidem , inquit , impossibile est homi-
 nibus gratiam Deo pro acceptis beneficiis reddere. Nullius enim rei diuinum nu- ⁴⁰
 men indiget , nimirum maius quàm cui tales retributiones conueniant. sed hoc
 vno quo nos cæteris animantibus præstantiores voluisti , laudare nos maiestatem
 tuam decet , & pro his quibus familiam meam atque Hebræorum populum digna-
 tus es , necesse est gratias agere. Quia enim re magis vel parum propitius placan-
 dus , vel in fauore es retinendus , quàm voce , quam ex aëre haurimus , & per hunc
 rursum ascendere nouimus ? Quapropter gratias tibi ago , primum quòd patrem
 meum ex obscuro loco ad tantam gloriam euexisti : deinde quòd mihiipsi in præ-
 sentem diem omnia quæcunque promiseras præstitisti : precorque vt in posterum
 largiaris quæ Deus hominibus caris largiri potest , & familiam nostram in semp-
 ternum augeas : quemadmodum patri meo & viuo & mortuo es pollicitus , quòd ⁵⁰
 apud nos regnum sit permansurum , & per innumeras successiones propagan-
 dum. Hæc igitur nobis concede , simulque meis omnibus virtutem qua potissi-
 mum delectaris. Ad hæc supplex oro , vt aliquid de tuo spiritu ad hoc templum
 incolendum deducas , vt nobis appareat , in terris quoque te degere. Alioquin tibi
 paruum

paruum est domicilium vniuersum hoc cæli conuexum, nedum hoc qualecunque templum. Tu tamen hoc vt proprium integrum seruato à vi hostium, oro & tantam possessionis tuæ curam gerito. Et si quando populus in peccatum prolapsus, ob hoc te affligente aut sterilitate terræ, aut pestilentia, simulve malo multatus fuerit, qualibus in pietatis præuicacatores soles animaduertere: ac deinde affluens ad tuum templum supplex confugerit, salutem votis experens: exaudi tantam præsens, & miseratus eos è calamitatibus eripe. Nec solis Hebræis errantibus hanc opem à te precor: sed etiam si ab extremis orbis finibus aliqui venerint, aut vndeunque profecti in hoc loco boni quippiam impetrare à te voluerint, exoratus illis largire. Sic enim omnibus erit euident, quod & tu hanc ædem apud nos tibi extrui voluisti, & nos nec inhumani sumus; nec alienigenis iniqui, sed libenter ferimus te communiter omnibus tum opitulatorem esse, tum bonarum rerum omnium largitorem. Hæc locutus & pronus humi stratus, cum aliquandiu adorauisset surrexit, hostiasque ad altare adhibuit: quumque id solidis victimis repleuisset, litatum Deo manifesto argumento cognouit. Ignis enim ex ære emicans, omnibusque insperctantibus in altare delapsus, correptas victimas absumpsit: ad quod prodigium populus haud dubiam coniecturam fecit, in eo templo numen esse habitaturum, & præ gaudio procident in solum, vnanimiter adorauit. Rex autem ad laudes Dei versus, multitudinem ad idem hortabatur, quandoquidem signa vidissent eius beneuolentia: precandum admonens, vt perpetuò cælem se exhibeat, & mentem eorum puram ab omni peccati labe custodiat in iustitia & religione, quo possint præcepta per Moysen diuinitus tradita constanter obseruare. Sic enim fore genus Hebræorum felicissimum omnium, & cæteris mortalibus longe beatius. Simulque iubebat eos meminisse, quod quibus artibus paruissent tanta bona, eisdem & hæc reuerturi essent, & alia maiora atque cumulatoria quaesituri. Neque enim aliter existimandum, quam iustitiæ ac pietatis merito hæc illis contigisse. esse autem facilius parare quæ desint, quam parata tueri, & cauere ne vllum detrimentum admittatur. His affatus multitudinem rex concionem dimisit, sacris primum factis tam pro se quam pro populo: mactauitque vitulorum duodecim millia, agnorum centum & viginti millia: nam tum primum templum victimarum cruore imbutum est, & omnes Hebræi cum liberis ac vxoribus epulæ sunt excepti. Præterea scenopegia festum ante templum splendide ac magnifice rex per quatuordecim dies celebrauit cum vniuerso populo epulatus. Peractis autem his omnibus, & nullo pietatis officio prætermisso, dimissi sunt suam quisque domum, actis prius regi gratias, pro bene curata republica, & pro tantis operibus absolutis, precatique vt eis omnipotens Deus in longum tempus Solomone rege frui concederet. Faciebant autem iter gaudentes ac gestientes, hymnosque sacros canentes, ita vt præ gaudio nullum viæ tedium in reuertendo sentirent. Cæterum illata in templum arca, & spectaculo tam elegantis & ampli ædificij publicè exhibito, festisque diebus inter sacra & epulas exactis, cum iam singuli ad suas vrbes essent reuersi, rex in somnis est admonitus, gratum Deo fuisse eius sacrificium, & vota exaudita esse. quodque seruaturus esset suum templum, & semper inhabitaturus, donec ipsius posterum cum subiecto populo iustitiam colerent: in primisque ipsum si à paternis præceptis nusquam discederet, ad summum felicitatis fastigium euehendum, & genus eius per continuatas successiones ei regioni præfuturum, nec vnquam è Iuda tribu regem defore. Quod si prodito & obliuioni tradito pietatis studio, ad externarum religionum ritus se transferret, radicibus eum excidendum: & neque generis ipsius reliquias mansuras, neque Israelitas calamitatem euasuros: sed bellis & aliis innumeris cladibus afflictos, & è patrio solo extorres, peregrè apud exterarum gentes oberraturos. Templum verò quod tum recens extructum esset, Dei permissione à barbaris direptum atque incensum iri, vrbe insuper hostili manu diruta: ita vt vbique sparso earum calamitatum rumore, & multis ob earum magnitudinem ægre credentibus, finitimi demiraturi sint, & interrogaturi, qua de causa Hebræi in tantam nunc indignationem incidissent, quum antea eius ope ad maximas diuitias, maximamque gloriam essent euecti. Quibus reliquias gen-

tis responsuras, quod propter peccata sua & patriarum legum præuaricationem hæc omnia contigissent. Hæc illi per somnium denuntiata sacræ literæ continent.

V. Absoluta autem templi fabrica, quæ septennio, ut dictum est, duravit, regis structuram est aggressus, quam vix tertiodécimo anno consummauit. neque enim tantam curam huic operi, quantam ædificando templo impendit. Sed illud quidem amplum licet, & plus quam credi possit celebre, cooperanti Deo intra iam dictum tempus perfectum est: regia verò tamen multum magnificentiæ templi cederet, quod neque materia eius tanto antè preparata fuisset, & regi non Deo strueretur domicilium, eo tardius ad finem est perducta. Et hæc tamen pro dignitate fortuniarum regis ac gentis est exædificata. Operæ precium autem fuerit totum eius ordinem ac dispositionem indicasse, ut ex eius descriptione totam amplitudinem lector colligere ac considerare possit. Basilica erat magna & pulchra multis columnis suffulta, quam ad causas forenses agitandas, & litēs decernendas condidit, capacem multitudinis quæ eò ius peteret, longam cubitos centum, latam quinquaginta, altam triginta: hanc sexdecim columnæ quadrangulæ sustinebant, tectam opere Corinthiaco, additis parilibus postibus cum valuis cæleis ad ornamentum loci simul & munimentum. In eius medio fuit ædes alia, quadrata, lata triginta cubitos, columnis validis suffulta: & in ea tribunal magnificum, ubi Rex iura solebat reddere. Huic ædificio coniuncta erat domus in usum reginæ facta, & aliæ aulæ quò se negotiis peractis animi causa conferebant, omnes cedrinis tabulis constratæ: partim saxo quadrato decem-
cubitali constructæ, partim ita ut solent regis vel templi, incrustatæ pretioso marmore, quod è locis eo nomine celebribus apportatur. Et tribus quidem ordinibus aulæis Babylonicis prætexebantur: quartus verò sculptorum admirabile artificium ostendebat, in quo effictæ erant varis arborum ac plantarum species, frondibus & foliis tanta subtilitate expressis, ut agitari quodammodo viderentur. Reliquum verò quod supererat usque ad lacunæ, opere albario tectum, & discoloribus picturis erat variegatum. Præter hæc erant & alia cubacula ad voluptatem facta, & porticus ad ornatum regis longissimæ, in quibus splendidissima triclinia referta auro, ut quæ aurea supellectili ad omnem regis conuiuii ministerium erant instructissima. Difficile est enumerare amplitudinem ac varietatem aularum, tam maiorum quam mediocrium, tum
quæ sub terra latebant, quæ ve in aërem elegantissimè attollebantur. In summa totum ædificium è marmore candido & cedro, & auro atque argento constabat: dispositis per parietes & laquearia variis lapillis auro inclusis, quemadmodum & in ornatu templi factum fuerat. Quin & ex ebore factum erat prægrande solium cælatum, specie tribunalis, quod sex gradibus ascendebar, in quorum singulis extremitatibus leonum effigies erant impositæ, totidem aliis superne imminetibus. qua verò parte rex insidebat, manuum effigies eum excipiebant: & quæ reclinabatur, dimidiatus erat iuuenus tergum suum respiciens: totumque tribunal auro coagmentatum erat. Hæc opera Solomon viginti annis perfecit, conferente magnam auri vim, maiorem argenti Irom Tyriorum rege, & præter hæc cedri atque pinus materiem. Sed
& ipse maximis donis Iromum est remuneratus, singulis annis frumentum ei mittens & vinum atque oleum, quibus maxime opus habebat, ut diximus, eo quod insulam incoleret. Præterea Galilææ oppida numero viginti non procul à Tyro dissita ei donauit: quæ cum ille perlustrata satis considerasset, & non valde probasset, renuntiari iussit Solomoni, sibi non esse opus eis oppidis. & ex eo terra Chabelon est appellata: voce Phœnicum lingua, id quod displicet significante. Quæstiones etiam ænigmati-
cas Tyrius rex ad Solomonem transmisit, rogans ut eas explicaret, & dubitationem sibi omnem eximeret. At ille callens huiusmodi rerum ac natura prudentissimus, nihil inexplicatum relinquebat: sed omnia ratione pervincens, & perscrutatus eorum intellectum, apertissimè declarabat. Meminit horum duorum regum & Menander,
qui è Phœnicum lingua annales Tyriorum in Græcum sermonem est interpretatus, in hunc modum scribens: Defuncto Abibalo successit in regnum filius Iromus, qui vixit annos quinquaginta tres, & regnavit annos xxxiiii. hic aggressus ad insulam agrum qui dicitur amplus, & auream columnam in Iouis delubro dedicauit. idem materiem

materiem multam in monte Libano excidit ad contegenda templa, & demolitus antiqua templa, Herculi & Astartæ noua instaurauit: primusque Herculi statuam erexit mense Peritio. Deinde expeditione contra Eycos suscepta, quod debita tributa non persoluerent, subactis illis victor est domum reuersus. Huius temporibus erat Abdemonus adolescens, qui problemata à Solomone Hierosolymorum rege iniuncta dissoluebat. Meminit & Dios scribens. Abibalo defuncto, filius eius Iromus regnum excepit. Is Orientalem vrbs partem aggeribus auxit, & eo pacto pomœria protulit, templum quoque Iouis Olympij, quod antè separatum erat, medio spatio repleto aggeribus cum vrbe coniunxit, & aureis donariis ornauit, consensu deinde Libano materiem ad structuram templorum cecidit. Additque Solomonem Hierosolymorum regem ad hunc Iromum anigmata misisse, solutionem eorum postulantem: quod cum ille non valuisset, magna pecunia multatum esse. Deinde per Abdemonem quendam virum Tyrium proposita explicuisse, & ipsum alia proposuisse: in quibus soluendis cum Solomon hæreret, maiorem etiam pecuniam eum illi remisisse. Et Dios quidem ita scribit. Cæterum rex cum videret mœnia Hierosolymorum turribus & propugnaculis ad securitatem egerè, nec ea dignitati vrbs satis respondere, & muros instaurauit, & turres magnas in eis erexit.

Condidit etiam vrbes vel præcipuis annumerandas, Asorum & Magedonem, & tertiam Gazara Palæstinæ urbem, quam Pharaos rex Ægypti bello aggressus expugnauerat, occisisque ad vnum habitatoribus diruerat, ac deinde filiæ suæ Solomoni nuptæ dono dederat, quam obrem denuo rex eam exædificauit, quod esset natura munita, & ad bella rerumque nouitates opportuna. Nec procul inde alias duas vrbes condidit, quarum altera Betachora, altera Baleth vocabatur. necnon & alias ad secus voluptarios aptas ob aeris temperiem fructuumque vbertatem, & perennibus aquis irriguas. Ingressus deinde in desertum quod est super Syriam, eiusque regionis potitus, urbem ibi maximam condidit, duorum dierum itinere à superiore Syria distantem, ab Euphrate verò vnus. ad magnam autem Babylonem inde sex dierum via protendebatur. Quare autem à reliquis cultæ Syriæ partibus hæc vrbs tam procul habitetur, causa est hæc, quod mediterranea per desertum petentibus, ibi demum fontes ac putei reperiuntur. Hac igitur vrbe extructa, & mœnibus validissimis cincta, Thadamon eam appellauit, quo nomine etiam nunc à Syris vocatur. Græci Palmiram nominant. Atque hæc fuerunt per id tempus Solomonis opera. Nunc quoniam video multos quærere, qui factum sit vt omnes Ægyptiorum reges à Minæo illo qui Memphis condidit, qui que multis annis auum nostrum Abrahamum præcessit, vsque ad Solomonis tempora, per mille trecentos & amplius annos Pharaones dicti sint, à quodam rege nomine desumpto: operæpretium existimo eorum ignorantiam mederi, & manifestam huius appellationis causam reddere. Pharaos regem Ægyptiis sonat. Opinor autem ipsos à puericia nominibus aliis discretos, quamprimum reges creati fuerint, potestatis eius nomen patriæ linguæ vernaculum assumere. Nam & Alexandrini reges aliis prius nominibus vocari, post assumptum regnū vocati sunt Ptolemæi à primo eius vrbs rege: & Romanorum imperatores alioquin gentilia nomina habentes, Cæsares appellantur, principatus & honoris vocabulo, posthabito illo priore quod à parentibus hæreditariū in eos demanauit. Et hinc est, ni fallor, quod Herodotus Halicarnaseus cum c c c x x. reges post Minæū Memphis conditorem deinceps successisse dixerit, nomina eorum non recensuit, quia Pharaones vocati sint omnes. Cum enim post hos mulier imperium arripuisset, nomen eius ponit Nicaulen: nimirum ea de causa, quod soli mares huius appellationis essent capaces, & non etiam fœmina, oportuit peculiare ipsius nomen dicere. Ego verò in nostræ gentis commentariis reperi, quod post Solomonis socerum Pharaonem, nemo Ægyptiorum regum amplius hoc nomine sit vocatus: & quod post illum venerit ad Solomonem iam dicta mulier, quæ tum Ægypti simul ac Æthiopiarum regnum obtinebat. Sed de hac paulo post dicemus: nunc verò ideo hæc memorauimus, vt ostenderem nostros libros & Ægyptiorum in multis consentire. Solomon autem rex reliquias Chananæorum

quæ Libanum montem vsque ad urbem Amathem colebant, & imperium eius detre-
 ctabant, sub ditionem suam redactas tributa pendere coegit, & per singulos annos
 certum numerum seruorum & colonorum qui per agros distribuerentur exegit. He-
 bræorum enim nemo ad seruales operas adigebatur: nec erat æquum, vt cum tam
 multas gentes Deus sub eorum imperium subdidisset, ex his potius quàm deuictis
 eiusmodi conditionis homines censerentur: sed omnes arma & currus atque equos
 & rem militarem tractare malebant. Chananæis verò quos ad seruitutem abduxit,
 sexcentos præfectos præposuit, qui procuratores essent regij, & sua cuique opera
 atque negotia præscriberent. Quin & classem rex in Ægyptio sinu ædificauit, in quo-
 dam loco ad mare rubrum, qui nominatur Asiongaber. Hæc nunc Berenice voca- 10
 tur, non procul ab Elana vrbe, quæ regio tum in Hebræorum ditione censebatur. Et
 in hac quoque classe munificentia Iromi regis amici fuit vsui. Viros enim gubernato-
 res & nauticæ rei peritos ei misit quotquot voluit, qui nauigantes cum regiis procu-
 ratoribus in regionem Indiæ, olim Sophiram, nunc Auream terram nominatam, au-
 rum illi adferrent. hi collectis circiter quadringentis talentis retro ad regem sunt re-
 uersi. Interim ad Ægypti Æthiopiæq; reginam, mulierem sapientiæ studiosam, &
 cætera quoque egregiam, Solomonis virtutem ac sapientiæ fama delata, cupiditas
 eam incescit coram hominem visendi: sic enim fore vt experimento, non rumoribus
 crederet, qui sæpenumero falsi eo quòd toti à fide renunciantium pendeant, paulo
 post euanescent: decreuitque suscepta longinqua peregrinatione illius sapientia per- 20
 frui, & de rebus arduis cum eo differere. Venit igitur Hierosolyma splendido &
 opulento apparatu. Adducebat enim secum camelos onustos auro & variis aro-
 matibus lapillisque preciosis. Rex verò honorificentissimè exceptam, & in cæteris
 comiter ac liberaliter habuit, & propositiones illius pro sua prudentia facile expli-
 cans, opinione citius dissoluebat. At illa stupebat ad regis sapientiam, tanto maio-
 rem experta quàm audierat: magisque etiam admirabatur regiam tam elegantem ac
 magnificam, & tam bellè dispositum ædificiorum ordinem, quòd hîc quoque in-
 genium regis contemplaretur. Sed nihil magis mirata est quàm aulam, cui cognom-
 en Saltus Libani, & quotidianos conuiuiorum sumptus tam dapfiles, appara- 30
 tumque ministerij. nam & cultu erant decentissimo, & perquam scitè omnia mi-
 nistrabant. Nec minor fuit admiratio dum quotidiana sacrificia videret, quantaque
 cura & religione sacerdotes ac Leuitæ circa ea versarentur. Hæc quotidie con-
 templando vehementer admirabatur, id quod nec dissimulare potuit, sed apud
 regem ingenuè fassa est, quantoperè huiusmodi spectaculis afficeretur. Omnia,
 inquit, rex, quæ auditu percipiuntur cunctantius credere solemus: sed de tuis
 bonis, quæ vel intra te sunt reposita, sapientia videlicet ac prudentia, vel tam
 amplum regnum tibi suppeditat, non vana fama ad nos perlata est: sed quum
 esset vera, non respondisse tamen eam tuæ felicitati nunc præsens video. Quam-
 uis enim auribus persuadere conabatur, non potuit tamen res ita pro dignitate re-
 presentare, sicut nunc oculis nostris subiiciuntur. de me quidem fatendum est, quòd 40
 cum de fide eius hæsitassẽ, ne fortè aliquid affingeret, nunc longè maiora eis con-
 spexi. Maçti tanta felicitate Hebræi, maçti amici ac familiares tui, quibus perpetuo
 sapientia tua frui datum est. Laudandus Deus qui regionem hanc & habitatores eius
 adeò dilexit, vt te regem eis præficeret. Nec contenta verbis indicasse quanti regem
 faceret, etiam muneribus suam erga illum obseruantiam testari voluit. Viginti enim
 auri talenta ei donauit, & aromatum vim magnæ æstimationis, lapillorumque pre-
 ciosissimorum. Aiunt etiam quòd balsami plantam, cuius hodièque ferax est nostra
 regio, illius reginæ munificentæ ferri acceptam oporteat. Nec minora fuere quæ
 ipsa à rege recepit, optione etiam illi permilla. nihil enim roganti negatum est: sed
 libentius quàm illa peteret largiens, insignem præ se tulit liberalitatem. Atque 50
 ita Ægyptiorum regina datis simul & acceptis amplissimis muneribus in patrium
 VII. solum reuertitur. Per idem tempus allatis ex Aurea sicut vocant terra gemmis
 & lignis pineis, ex hac materie rex fulcra templi ac regis fecit, cuiusque parte vsus est
 ad inst

ad instrumenta musica, cinnyras & nabra, quibus Leuitæ diuinos hymnos solent accinere. nunquam enim antehac tam elegans apportata fuerat. Sed nemo sic cogitet, quæ nunc pinea ligna vocantur, quæve ad alliciendos emptores hac appellatione mangonizant negociatores, illis esse similia. illa enim aspectu ficulnam materiem referunt, nisi quòd candidiora sunt & fulgentiora: id quod admonere officij nostri duximus, ne quis per ignorantiam in his discernendis fallatur, quandoquidem res Solomonis in huius materiei mentionem nos induxerunt. Eadem classis attulit regi auri talenta dclxvi. nō annumerato quod priuatim negociatores mercati sunt, nec eo quod toparchæ & reges Arabiæ dono illi miserunt. Ex eo fecit ducenta scuta fusilia singula sexcentos siclos pendentia, & trecentos clypeos, quorum singuli trecentas minas penderent: atque hæc omnia in aula Saltus Libani vocata reposuit. Sed & pocula ex auro solido parauit, & è lapide precioso, & in vsum cc nuij singulari arte fabre facta, reliquàmque omne suppellectilem regiam ex auro fieri curauit. Nullam enim tum argento in commerciis erat precium. Multa enim nauigia rex in mari quod vocatur Tarsicum habuit, quæ ad remotas gentes merces varias deferre iussit, pro quibus exportatis aurum & argētum regi ferebant. multumq; eboris, & mancipia Æthiopica & simias. Ea nauigatio in itu ac reditu triennium integrum absolvebat. Fama etiam celeberrima per omnes circumquaque regiones de Solomonis virtutibus ac sapientia diuagabatur: qua exciti plerique reges, quo certiores de iam dictis fierent, visendi eius cupidine flagrabant, & exquisita munificentia studiosos eius se declarabant. Mittebantur vasa tam aurea quàm argentea, & vestes purpureæ, & omne genus aromata: equi præterea currusque & muli subuchendis sarcinis, qui vel robore vel pulchritudine regi placituri videbantur: vt ad eum equorum ac currum numerum, quem iam antè habuerat, ex donaticijs quadringenti currus accederent. Habuit enim prius currus mille, equorum viginti millia. hi quum pulcherrimi fuere, tum ad cursum exercitatissimi, vt collati ad ceteros omnes post se relinquerent. His decus addebant equites, flos iuuentutis, procera statura, promissioque capillitio conspicui, & tunicas è sarrana purpura induti. ad hæc ramentis auri capillum quotidie spargebant, vt ad solarium radiorum contactum fulgor à capitibus eorum reflecteretur. Hi armati & pharetris succincti regium currum stipabant, quo sublimis inuectus, & amictus veste cādida, mane solebat urbem egredi. Aberat ab Hierosolymis duorum schœnorum spacio prædium nomine Hettan, hortis & inductis fontibus amœnum simul ac opulens. in eum locum vectari delectabatur. Diuina autem quadam diligentia ac prouidentia rebus in omnibus utebatur, & cū esset elegantiarum amator, ne viarum quidem curam prætermisit, sed & harum quotquot Hierosolyma regiæ sedem ducebant, silice construit, tum vt vltro citroque comitantibus essent faciles, tum ad ostentandam hac quoque parte principatus sui magnificentiam. Distributisque oppidatim curribus, & in singula certo numero ad alendum præfinito, circa se quidem paucos reseruauit: loca verò vbialebantur, curruum oppida appellauit. Argenti etiam tantam copiam Hierosolymis esse fecit, quanta fuit saxorum: & cedros arbores antehac nunquam in Iudæa visas, in campis eius adeò multiplicauit, vt Moros numero æquarent. Mandauit etiam negociatoribus Ægyptiacis vt equos venales ad se adducerent, in singulas bigas sexcentarum argenti drachmarum precio constituto: quos deinde ad Syriæ reges & transeuphratenes mittere solebat. Cūque esset omnium regum gloriosissimus & piissimus, & opibus ac prudentia omnes superasset qui ante illum rem Hebræorum administrauerant, deterior factus est ante obitum: & à patriis moribus desciscendo, indignum antè gestis rebus vitæ exitum habuit. Nam insaniens in mulieres, & in rebus venereis immodicus, non contentus suæ regionis mulieribus, multas externe originis duxit, Sidonias, Tyrias, Ammanitidas, Idumæas: atque ita contemptis semel Moyse institutis, quæ non nisi gentis eiusdem coniuges permittebant, illarum deos colere cœpit, amoris earum hoc tribuens. Atqui hanc ipsam rem legislator præcauere voluerat, ne per hanc occasionem peregrinis implicarentur ritibus, nève relicto patrij numinis cultu, ad illarum religiones se transferrent. Sed hæc So-

Iomon contempsit, voluptate irrationabili victus: ductisque vxoribus è principibus
 virisque illustribus prognatis septingentis numero, & concubinis trecentis, & in his
 Ægyptiorum regis filia adeò consuetudine earum est captus, vt ritus earum imita-
 retur, quo magis illis hoc argumento fidem amoris ac beneuolentię faceret. etate
 deinde prouectior, & mente iam paulatim senescente, magis etiam patrię religionis
 oblitus cultum Dei sui neglexit, & mulierum exterarum ritibus afflucuit: quamuis
 iam antè quoque à præscripto legum discesserat, quando ęreas bouum effigies basi ma-
 ris illius addiderat, sicut folio suo leonum post apposuit. Nam neque illa fas erat fa-
 cere. Cúmque domesticum haberet exemplum pulcherrimum parentis virtutem,
 & gloriam quam propter pietatem ad posteros reliquerat, discedens ab eius imita- 10
 tione, idque bis in somnis monitus sequi paterna vestigia, mortem inglorius oppe-
 riit. Venit itaque ad illum propheta missus à Deo, dicens neque clam esse eius im-
 pietatem, neque diutius impunitam fore: viuo tamen regnum non auferendum,
 quando patri eius diuinitus sit promissum non alium successorem futurum: sed post
 hunc defunctum, filium pœnas daturum: ita tamen vt non vniuersum regnum defi-
 ceret, sed decem solę tribus seruo ipsius cederent, reliquę duę penes nepotem Da-
 uidis remanerent, idque ipsius aui respectu, & vrbis Hierosolymorum in qua Deus
 templum sibi elegisset. His auditis Solomon vehemēter perturbatus indoluit, omni
 felicitate, qua hactenus suspiciebatur, in contrarium vergente. Nec multum tempo-
 ris post hanc prophetę denunciationem est elapsum, dum hostis ei Deo sic volente 20
 exortus est, cui nomen Aderus, regi infensus ob causam hanc. Idumęus fuit genere,
 & è regio stemmate. Cúmque Ioabus copiarum Dauidis Imperator Idumęam subi-
 geret, omnibus eius gentis qui per ætatem arma ferre possent internecione intra se-
 mestre deletis, hic etiamnum adolescentulus ad Pharaonem Ægyptiorum regem
 euasit. ab eo comiter exceptus, & domum & agros ex quorum redditibus viueret,
 munificentia illius est consecutus: & postquam adoleuit tam carus ei factus est, vt
 rex coniugis suę sororem, nomine Taphinem, nuptum ei traderet: ex qua filius na-
 tus, cum regis liberis est educatus. Porro accepto in Ægypto de Dauidis & Ioabi
 morte nuncio, adiuit rogans vt sibi in patriam reuerti permetteret. Rege autem per-
 cōtante quid illi deesset, quāue sua iniuria prouocatus relinquere amicum beneme- 30
 ritum cuperet, & si non semel id petatum, impetrare tamen tunc nequaquam valuit.
 Sed cū iam res Salomonis labare inciperent, Deo impietatem eius non amplius
 ferente, cuius nutu Pharaon difficilem se hactenus præbuerat, Aderus impetrato à suo
 rege comite in Idumęam reuertitur. & cū non posset gentem suam ad defe-
 ctionem à Solomone percellere, eo quod validis præidiis impositis in officio con-
 tineretur, nec liceret impune res novas ibi moliri, profectus inde in Syriam se con-
 tulit. Vbi cū incidisset in quēdam Razarum, qui descuerat à Sophienę rege Adra-
 zaro, & eas terras cum latronum manu incursionibus populabatur, societatem cum
 homine iniit: cuius ope occupata ea parte Syrię, rex declaratus, Israelitarum ditio-
 nem crebro irrumpēdo, viuo adhuc Solomone rapinis omnia miscebat & cædibus. 40
 Et quasi parum esset Hebræis vnus hostis externus, domi extitit qui Solomonem in-
 festaret Hieroboamus Nabatzi filius, veteri quodam oraculo ad res nouandas exci-
 tatus. Cū enim patre orbatus adolescens adhuc à matre educaretur, Solomon
 animaduersa generosa eius indole, præfecit eum fabricę murorum, quando Hiero-
 solyma mœnibus cingebat. Eius operis curam tanta solertia gessit, vt rex comproba-
 ta hominis industria, præmio dignum ducens, eum Iosēphi tribui præficeret. Ad
 quam dum Hierosolymis egressus iter faceret, obuiā ei fit propheta nomine Achia,
 Silunte oppido oriundus. Is salutatum eum de via paulum seduxit in rus quoddam
 diuertens, in quo tum nemo alius aderat: scissōq; in duodecim frustra pallio quo ipse
 amiciebatur, iussit Hieroboamum decem inde lumere, præfatus Deum hoc iubere. 50
 Ille, inquit, scisso imperio Solomonis, eius filio propter promissionem Dauidi fa-
 ctam tribum vnā cum altera ei contigua daturus est: tibi verò decem propter So-
 lomonis peccatum, qui mulieribus & diis earum totum se deuouit. Quare sciens
 causam propter quam Deus ab illo est alienatus, iustitiam colito, & legum perpe-
 tuus

tuius custos ac conseruator esto, cum pietatis ac religionis præmium maximum tibi sit propositum, nimirum vt tantus euadas, quantum scis Dauidem prius fuisse. His prophetæ verbis erectus ad spes magnas Hieroboamus, cum esset alioqui ambitioso & inquieto ingenio, quamprimum in suam prouinciam peruenit, non immemor prælagij prophetici sollicitare populum cœpit, vt à Solomone deficeret, ipsiq; principatum deferret. Cuius conatibus & insidiis cognitis Solomon volebat eum comprehensum occidere. At ille ad Sufacum Ægypti regem profugus & præsens periculum euasit, & manendo illuc vsque Solomonis obitum regno se Israelitico in eoolumem seruauit.

16 *Solomone defuncto populus à Roboamo eius filio deficiens, Hieroboamum decem tribuum regem fecit.* Cap. III.



SOLOMON autem iam admodum senex moritur, exactis regni annis octoginta, vitæ verò nonaginta quatuor: sepeliturque Hierosolymis, omnium regum felicissimus & opulentissimus atque prudentissimus, excepto peccato ad quod iam senescens à mulieribus est pertractus, de quo & consecutis mox Hebræorum calamitatibus satis dictum est. Cæterum defuncto Solomone, & succedente in VIII

principatum eius filio Roboamo quæ è Noma Ammanitici generis muliere suscep- 3. Reg. 12
20 perat, mox quidam è proceribus in Ægyptum miserunt, qui Hieroboamum reuocarent. qui cum ad eos in urbem Sicima venisset, etiam Roboamus eodem peruenit. Placuit enim conuentu Israelitarum illuc habito, regnum de populi consensu accipere. Accedunt itaq; illum principes populi vnà cum Hieroboamo, rogantes vt aliquid de seruitio remitteret, & patre suo vellet esse mitior. Graui enim illius iugo oppressos fuisse. Sic enim firmitus ei fore imperium, si amari mallet quàm metui. Ille post triduum ad postulata responsurum se pollicitus, statim in suspicionem venit, quòd sine mora votis eorum non annuisset. Decere enim eius ætatem putabant, procliuem esse ad benemerendum: non nihil tamen spei suberat: quòd non statim essent repulsam passi. Interim ille conuocatis paternis amicis consultabat quale responsum populo dari oporteat. qui quum bene ipsi cuperent, & vulgi naturam probe callerent, suaserunt vt comiter populum alloqueretur, & posito aliquantisper fastu regio ad captandam multitudinis gratiam se accommodaret. hac enim arte captos facile illum amatu- 30 ros, quod natura ita comparatum sit, vt subiecti delectentur regibus mansuetis, & de suo fastigio non nihil se demittentibus. Ibi Deus sine dubio mentem ademit homini, cui tam utilis in omne tempus sententia, certe ad præsens ambienti regnum necessaria, non probabatur: sed accitis æqualibus suis iuuenibus, & exposito seniorum consilio, quid ipsis videretur, proferre iussit. Illi, quia nec per ætatem poterant, nec Deus sinebat, vt ilia cernere, autores ei fiunt sic ad populum respondendi: minimum digitum ipsius crassiores esse quàm patris lumbi fuerint: & si 40 ab illo duriter habitos se putarent, durius etiam in posterum tractandos esse: & si ab illo scuticis cæsi fuissent, expectandum vt ab ipso scorpionibus flagellarentur. His delectatus rex, & ratus decere maiestatem principatus tale responsum, postquam tertia die populus ad audiendum conuenit, omnibus expectatione suspensis, & existimantibus benignum aliquid sibi proponendum, omisso amicorum consilio, ex iuuenum sententia respondit, non sine Dei voluntate, vt Achiz vaticinium suus euentus sequeretur. Icti enim velut ferro tam duris verbis, non secus ac si à minis ad rem iam esset peruentum, per indignationem vno ore exclamant, nihil sibi futurum amplius cum Dauidis progenie, haberet ipse templum quod pater extruxisset, manifeste defectionem præ se ferentes. Adcoque pertinax ira fuit, vt Adoramum quæstorem regium, missum ad excusandum iuuenilis linguæ petulantiam, placandosque 50 concitati vulgi animos, ne auditum quidem lapidibus obruerint. Quo facto Roboamus ratus, id quod erat, se in famulo saxi impetum, veritatemque ne conceptum semel odium in ipsius caput effunderetur, trepide conscenso curru quantum potuit Hierosolyma properauit. Et Iudæ quidem ac Beniamis tribus communibus suffragiis
p 5 regem

regem eum eligunt: reliqua verò multitudo, ex illo die alienata à progenie Daudis, Hieroboamo imperiū detulit. id Roboamus ægre ferens, cōuentu duarum tribuum sibi subditarum indicto, & delectu c. l. x. x. millium habito, conaturus erat reliquas decem vi ad officium retrahere, nisi Deus per prophetam intercessisset, admonens nefas esse ciuile bellum mouere, præsertim cū Deo volente populus ab eo defecisset. Nunc prius Hieroboami Israelitarū regis gesta, actum demum res Roboami duarum tribuum regis dicemus, serie narrationis ita postulante. Ergo Hieroboamus regia Sicimis constructa, inibi domicilium optauit: nec eo contentus, apud Phanuelam urbem aliud ædificauit. Nec multo post instante Scenopegia, cogitans secum, quod si permetteret populo Hierosolymitanam profectionem, & festi illic celebrandi potestatem faceret, populus captus religionē templi & ceremoniis, facile murata voluntate, seq̃ relicto ad priorem regem accedere posset, idq̃ non dominationi suæ tantum, verum etiam vitæ periculosum foret, statuit hoc modo rebus suis consulere. Duas vitulas, ex auro fecit, & constructis totidem delubris, altero apud Bethela, altero apud Danam, quod oppidum situm est ad minoris Iordanis fontem; effigies illas utrobique consecrauit: & conuentu indicto decem tribuum quibus ipse præerat, pro concione in hunc modum eas est allocutus: Viri populares, notum vobis existimo, quod nullus locus Deo est vacuus, & quod is nullo certo loco includitur: sed vbique vota exaudit, vbiq̃ cultores suos respicit. Quare nō placet mihi, hoc tēpore vos Hierosolyma urbē infensam longo itinere proficisci religionis ergo. Homo illud templū statuit, quē admodū & ego duas aureas vitulas consecraui, alterā in Bethelis, alterā in Dana, ut pro locorū opportunitate ex propinquioribus oppidis ad eas confluentes, illic Deū rite adoretis. Nec deerunt sacerdotes ac Leuitæ ex vobis per me designari, ne quid Leuiticam tribum & Aaronis progeniem desideretis. Ergo quicumq̃ ex vobis sacerdotium ambit, vitulum & arietem Deo mactet, quo ritu ferunt etiam primum sacerdotem Aaronem creatum esse. His verbis populū decepit, autor ei factus patriæ religionis deserendæ: quæ causa fuit Hebræis omnium calamitatum, ut bello ab exteris gentibus deuicti, postremo in captiuitatem abducerentur, sicut suo loco dicitur. Porro appetente iam septimi mensis festiuitate, volens & ipse apud Bethela eam celebrare, sicut à duabus tribubus Hierosolymis celebrabatur, ante vitulam altare posuit: moxq̃ assumpta pontificis persona cum suis sacerdotibus ad illud ascendit. Cūq̃ iam holocaustomata in conspectu totius populi pararet incendere, Deo mittente superuenit à Hierosolymis propheta, nomine Iadon. Is in mediam multitudinem progressus, audiente rege ad altare sermonem vertit. Altare, altare, hæc dicit Dominus. Exorietur quidam de genere Daudis, Iosias nomine, is mactabit super te falsos sacerdotes illius temporis, & impostorum ad impietatem populum seducientium ossa super te incendet. Et ut nemini dubium sit prædictionem hanc nō esse vanam, prodigio confirmabitur. Rumpetur altare hoc, & adipēs victimarum in eo congesti in humum effundentur. His prophetæ verbis irritatus rex, intendit in eum manum, iubens hominem comprehendi: moxq̃ sideratum brachium dirigit, ut reducere manum non posset, torpente membro haud secus quàm si esset exanime. Altare quoque diruptum impositas victimas effudit, ita ut vates Dei prædixerat. Ibi rex videns hominem veridicum esse ac diuinum, rogauit eum, ut Deum exoraret, quod affectu dextre vigorem pristinum redderet. quod cū ita factū esset, letus recepta sanitate, rogabat prophetam ut cum eo prandere dignaretur. excusauit Iadon, negans se in ea vrbe panem aut vinum sumpturum. id enim sibi contra interdictum Dei non licere. vetitum etiam ne per eandem viam reuertatur qua venerat. Rex autem miratus viri continentiam, eo magis de se cœpit esse sollicitus, ex his quæ videbat: & audierat, parum felicem rerum suarum exitum augurans.

IX . Erat in ea vrbe malus quidam pseudopropheta, quem Hieroboamus in honore habebat, seductus ab illo omnia ad gratiam loquente. hic tum decumbebat, quod esset senio languidus, cūq̃ audisset à filiis de aduentu prophetæ à Hierosolymis, & prodigiis per eum patratīs, & quod Hieroboamus emortuam dextram ad illius preces sanam recepisset: veritus ne rex de hospite melius quàm de se opinaretur,

tur, mandauit filiis vt euestigio asinum stratum ad iter sibi expedirent. quibus impigre iussa executis, conscenso iumento per vestigia prophetæ properabat. quem affectus interquiescentem sub quercu patula & vmbrosa, primo salutauit: deinde exposulauit cum eo quod non ad se diuertisset, hospitalitate fruiturus. quo referente vetitum se à Deo, ne apud quenquã in ea vrbe cibum sumeret: Certe apud me, inquit, licuit sumere. nam ego quoque propheta sum eiusdem cuius tu cultor numinis. & nunc ipsius iussu venio, te ad nos adducturus, & prandio hospitali excepturus. Tum vates mentienti credens reuertitur. Adhuc autem illis prandentibus, & familiari sermone se oblectantibus, Deus apparuit Iadoni, pœnam inobedienciæ,
 10 pœnâq; modum denunciâs. Fore enim vt in itinere à leone discerpatur, nec in paternum monumentum inferatur. Hæc autem Deo volente contigisse opinor, quominus apud Hieroboamum Iadonis verba fidem inuenirent, de mendacio suspecti. Nam redeunti Hierosolymam leo factus obuiam, detractum de iumento necauit, nihil læso asino: imò & illum & prophetæ cadauer seruabat accubans. donec viatores quidam rem visam pseudoprophetæ renunciauerunt. Tum ille filiis in hoc missis corpus eius in urbem reportauit, inibiq; magnifice sepeliit, monitis filiis vt se quoque post mortem in idem monumentum inferrent. Vera enim esse quæcunque ille præcecinisset, de vrbe illa & altari, & sacerdotibus ac pseudoprophetis. ad se autem nullam post mortem iniuriã peruenturam, propter communem cum illo sepulturam confuso ossium discrimine. Post iusta funebria prophetæ reddita, & iniuncta filiis mandata, cum esset vir malus & impius, Hieroboamum adit: & quid ita, inquit, istius fatui turbatus es sermonibus? Illo verò de altari & sua ipsius manu referente, ac vere hominem Dei vatemq; optimum vocitante, cœpit hanc eius opinionem malitiose labefactare, & probabilibus rationibus rei veritatem offuscare. Aiebat enim præ lassitudine manum eius obtorpuisse, dum altari infert victimas, ac deinde post quietem pristinum vigorem recepisse. Altare quoque recentis etiam tum struaturæ, quod tot ac tantarum victimarum molem non ferret, disruptum concidisse. Postremo vatis mortem indicat, à leone esse necatum: adeò nihil diuinum nec in vita nec in verbis eius fuisse. His dictis regi persuasit, & mentem eius à Deo & iustis
 20 acpiis operibus in totum auersam in extremam impietatem præcipitauit. In tantum enim posthac contra omne ius ac fas debacchatus est, vt nihil aliud quæreret, quàm quomodo indies magis ac magis semetipse nouis sceleribus superaret.

Sed hoc omisso de Solomonis filio Roboamo iam dicendum. Is duarum tribuum X regno potitus, vrbes munitas & magnas condidit, quarum nomina hæc: Bethleem, Ethame, Thecos, Bethsur, Socho, Odolam, Ipa, Marcfa, Zipha, Adoram, Lachis, Azeca, Sarâm, Elom, Hebron, omnes in tribu Iudæ sitæ. Alias deinde æque magnas in Beniamitica sorte muniuit, singulisq; sua præsidia & præfectos imposuit, frumento, vino, oleo, cæterisq; com meatibus abunde instructis. Scutorum etiam & lancearum tantum numerum fabricari curauit, quantus multis millibus sufficeret. Ad hunc
 40 Hierosolymis degentem è tota Israelitarum ditione confluxerunt sacerdotes & Leuitæ, quorquot è reliqua plebe erant boni ac iusti patrias suas relinquebant, vt Hierosolymis Deum colere liceret, offensi Hieroboami tyrannide, qui eos ad suarum vltularum adorationem vi adigere volebat. quo factum est vt Roboami regnum integro triennio talibus accessionibus cresceret. Qui cum ex priore matrimonio cognatæ cuiusdam mulieris tres liberos suscepisset, superduxit postea cognatam aliam, Macham è Themare Abesalomi filia primogenitam, ex qua Abiæ pater factus est. & quamuis etiam ex aliis vxoribus liberos haberet, præ omnibus tamen amauit Macham. erant enim ei legitimæ vxores octodecim, concubinæ verò triginta: & ex his vigintiocto filij, filiarum verò sexaginta. Abiam verò Machæ filium successorem sibi designauit, eiusq; fidei thesauros suos & munitissimas quasque vrbes credidit. Sed vt
 50 plerunque solent mortales fortuna blandiente corrumpi, Roboamo quoque idem accidit. Videns enim sui regni tanta incrementa, ad iniustas & impias actiones deflexit, factus contemptor veræ religionis, ita vt etiam populum in imitationem sui pertraheret: quandoquidem ea est rerum humanarum natura, vt cum principum
 ac ma

ac magistratuum moribus etiam subditi deprauentur, quorum modestia ceu norma corrigi debebant, & pro virtutibus vitia eorum sequantur: alioquin nisi eadem quæ reges faciant, improbare facta illorum videntur: sicut sub Roboamo contigit, populo leges ac pietatem egregiè contemnente, ne iustitiæ studiis regem suum offenderet.

Susacus Ægyptiorum rex captis Hierosolymis diuitias eius vrbis in Ægyptum transportauit. Cap. IIII.



Nunc contumeliam Deus per Susacum Ægyptiorum regem ultus est, cuius res gestas Herodotus per errorem Sesostris adscribit. hic enim Susacus quinto anno Roboami regni numerosissimum exercitum contra illum adduxit: in quo fuisse ferunt currus M C C. equitum L X M. peditum C C C M. eius miles maxime ex Afris constabat ac Æthiopibus. Irrumpēs igitur in Hebræorum regionem, munitissimas Roboami vrbes sponte deditionem facientes in fidem suam recepit, quibus præsidio firmatis postremo Hierosolyma est agressus. Roboamus verò vnà cum suis à Susaci exercitu obsessus, versus ad supplicationes exorare Deum non potuit, vt victoriam annueret. Samæas quoque propheta eos terruit, dicens Deum minari deserturum se illos qui cultum ipsius priores deseruerant. quamobrem consternati, & videntes nullam salutis spem reliquam, omnes confiteri cœperunt, iure se à Deo propter impietatem ac legum neglectum destitutos. Deus autem vidēs eos sic effectos, & peccata sua confitentes, per prophetam denuntiavit, nolle se eos perdere: subditurum tamen Ægyptiis, vt experiantur vtrum commodius sit, Deo seruire an homini. Susacus autem Roboamo propter metum dedente vrbe, condiciones non seruauit: sed deprædatus templum, thesauros tum Deo sacros tum regios exilauit, exportata innumera auri atq; argenti multitudine, ac ne scrupulo quidem relicto. Detraxit etiam aurea scuta & clypeos, quos Solomon rex fecerat: ac ne pharetras quidem aureas reliquit, quas Dauid dedicauerat, à Sophenæ rege acceptas: atq; ita cum opima præda domū est reuersus. Meminit autem huius expeditionis etiam Halicarnassensis Herodotus, in nomine tantum errans, & quòd peruasus multis aliis gentibus etiam Palæstinam Syriam subiugarit, hominibus non expectata vi deditionem facientibus. Apparet autem satis quòd nostram gentem dicere velit ab Ægyptio subactā. narrat enim hunc columnas reliquisse apud eos qui prius quàm Martem experirentur deditionē fecissent, in quibus pudēda muliebria insculpta fuerint. Roboamus autē is fuit rex noster, qui vrbe antequam oppugnaretur deditit. Idem ait Aethiopus quoque ab Ægyptiis circuncisionē virilium didicisse. Phœnicias enim & Syros Palæstinos fateri se hanc ab Ægyptiis accepisse. Constat autem quòd nulli alij circuncidantur in Palæstina Syriæ præterquam nos. Sed de his quisque suo arbitratu sentiat. Post Susaci discessum Roboamus pro scutis & clypeis aureis parem æreorum numerum refecit, eaq; scutariis & excubitoribus suis assignauit: & sine vlla memorabili expeditione, aut præclaro facinore, quietus regni sui tēpora elabi passus est, meru cohibēte, eo quòd perpetuū illi esset cum Hieroboamo dissidiū. Vixit annos L V I I, ex quibus decē & septē in principatu exegit, vir arrogans ac insipiēs, vt qui propter spretum paternorū amicorū consiliū tantam ditionē amisit. Sepultus est Hierosolymis in regiis cōditoriis. In regnū patetnum Abias successit octauum iam supra decimum agens annum, Hieroboamo apud decem tribus regnum obtinente.

XI Et quoniam huius regis exitum diximus, superest vt quis Hieroboami finis fuerit consequenter subnectamus. Is nullū neq; modū neque finē impietatis faciens, singulis diebus aras in excelsis lucis extruebat, & sacrificos his è vulgo assignabat. Hanc suā cōtumeliā, dignāq; tanta impietate poenā, nō multo post Deus in caput ipsius atq; familiæ vertit. Cūq; filius eius Obimes illo tēpore ægrotaret, iussit vxorē suam mutato cultu, sumptōq; priuato habitu, ad Achiā prophetā proficisci. esse enim hūc virum in prædicendis futuris mirificum, à quo ipse olim regnum sibi deberi cognouisset. mandauitq; vt quasi pergrina de filio percontaretur, essetne præsentem morbum euasurus. Illa habitu mutato, ita vt à marito iussa fuerat, in Siluntem vbi tum Achias

Achaias degebat, peruenit. Iamque aduentante ad illius ædes muliere, cæcutienti præsenio Deus apparuit, indicans & quod Hieroboami vxor ad eum veniret, & quid ad interrogata respondendum sit. Et cum iam pro foribus esset priuatam hospitem simulans, exclamat: Ingredere Hieroboami coniux, quid te ipsam celas? Deum certe latere non potes, qui me de aduentu tuo præmonuit, mandauitque quid tecum loqui debeam. Vade igitur ad maritum, & hæc Dei verbis ei renuncia. Quoniam te magnum è paruo & nihili reddidi, & abscisso à Dauidis familia regno, tibi illud dedi: tu contra immemor horum beneficiorum fusiles deos quàm me colere maluisti: ideo delebo te & tuum genus, & cadauera vestra à canibus atque alitibus deuorabuntur. constituam enim regem super populum meum, qui neminem è Hieroboami genere superstitem est relicturus. Nec populus erit expers ultionis, sed excidet è terra bona hac, & in transeuphrantenses regiones dispergetur, quia regis impietatem est imitatus, & deos ab illo factos adorat, relictis meis ceremoniis. Tu verò mulier ad maritum propera, hæc illi renunciatura. Filium enim mortuum reperies: nam te urbem ineunte, ille è vita exiturus est: sepeliturque defunctus à toto populo, & publico luctu honoratus. Solus enim hic è Hieroboami familia bonus existit. Hoc oraculo mulier territa se proripit, & toto itinere futuram filij mortem iam tum deplorans plangensque misera properat propter maritum, eadem opera filio fatum accelerans, quem non nisi mortuum visura erat: reuersaque domum illum quidem ita ut propheta prædixerat, exanimem reperit, regi verò cuncta ordine renuntiavit.

Hieroboami contra Abiam filium Roboami expeditio & clades, & quod Basanes Hieroboami generis extirpator, ipse regnum occupauerit. Cap. V.



T Hieroboamus nihil his motus, magnis delectibus habitis contra Abiam filium Roboami, duarum tribuum regem qui tum patri successerat, duxit exercitum, propter ætatem eius non satis administrandis rebus maturam sperans se facilem victoriam reportaturum. Ille verò audito aduentu Hieroboami haudquaquam est perterritus, sed supra ætatem, & supra quàm hostis sperauerat, impigre collecto è duabus tribubus exercitu, occurrit Hieroboamo in quodam loco qui appellatur mons Samarō, & prope illum castra metatus ad prælium se & suos parabat. Habebat autem in castris quadringenta millia militum: Hieroboami copiarum duplo numerosiores fuere. Ut verò pugnandi studio acies instructæ ex aduerso constiterent, Abias occupato editiore quodam loco, manu mota silentium ab hoste petiit. Quo impetrato, sic orsus est dicere. Quod Dauidi atque eius posteris regnum in multas ætates duraturum diuinitus sit concessum, ne ipsi quidem ignoratis: quo magis miror cur deserto meo patre, Hieroboamo eius seruo adherere malueritis, & nunc ab illo contra nos stertis iusto Dei suffragio principatum obtinentes, impugnaturi nos & reliqua regni parte repulsuri. maiorem enim eius partem Hieroboamus iam nunc iniusta vi occupat. Sed non diu fruatur sua tyrannide, dabit Deo poenas peccatorum scelerum, qui finem imponet eius nefariis facinoribus, quandoquidem ipse non vult imponere, atque etiam vos ad omnem iniquitatem incitare non desinit. Hoc enim autore nulla iniuria prouocati à meo patre, tantum quia malis consiliis seductus, parum comiter vos allocutus est, irati deseruistis non tam illum quàm Deum optimum maximum, legesque eius omnium quæ vnquam fuerunt sanctissimas. Atqui æquum erat veniam dedisse non solum verbi durioris homini iuveni, & concionandi non admodum perito, sed etiam si re aliquid per ætatem peccasset, vel propter Solomonem patrem, & illius in hanc gentem beneficia. Par enim est parentum meritis posterum errata condonari. Vos verò nullam eorum rationem habuistis, ac ne nunc quidem habetis, sed tam numeroso exercitu contra nos venitis: quæ quæso refecti? num aureis illis virtutibus, & aris ac lucis celsioribus? quæ non religionis sed impietatis vestre argumenta sunt. An forte multitudo quæ potiores estis, spem vobis facit victoriæ? At nihil pollet quantumlibet innumera vis exercitus, pro iniustitia contra ius arma ferentis. In sola enim impietate ac iustitia spes victoriæ sita est, quæ profecto penes nos est, qui constanter in seruandis legibus

& veri numinis cultu perseveramus: quem non manus artificis è materia fragili scul-
pserunt, neque scelestus rex commentus est ad imponendum vulgo ignobili: sed qui
conditor est omnium, & principium huius vniuersitatis simul & finis. Quamobrem
nunc quoque suadeo vt resipiscatis, & secuti meliora consilia desinatis contra institu-
ta patria bellum gerere, per quæ ad tantam felicitatem peruenistis. Dum in hanc sen-
tentiam Abias verba facit ad Israeliticum populum, interim à Hieroboamo pars co-
piarum occulte missa à tergo Abianorum conspicitur: qui circumuentos se videntes
non mediocriter sunt territi. Ibi Abias bono animo suos esse iubet, omnemque fidu-
ciam in Deo ponere illum certe nullis hominum insidiis circumueniri. Ad hanc regis
vocem redditus est militi animus: & inuocata ope numinis, ad sacerdotum classica in-
genti clamore sublato alacritatis indice in hostem irruunt. Nec defuit cæleste auxilium,
quod hostium vigorem retudit, Abianis longe præpollentibus. Tātam enim stragem
ediderunt, quanta in nullis vel Græcorum vel Barbarorum inuenitur commentariis.
Cæsis enim quingentis millibus memorabilem apud omnes posteros victoriam re-
tulerunt: & vrbes eorum munitissimas vi captas diripuerunt, Bethelen cum sua ditio-
ne, itemque Isanā & huic coniunctam ditionem. Post eam cladem Hieroboami vi-
res omnino fractæ fuere, quandiu Abia fuit superstes. Defunctus enim est non multo
post victoriam, exacto tertio principatus sui anno: sepultusq; est Hierosolymis in ma-
iorum suorum conditoriis, relictis filiis viginti duobus, filiabus sexdecim, is liberorum
numerus è mulieribus XIII. ei susceptus est. In regnum successit filius Asanus, ma-
tre Machæa genitus, quo regnante Israelitarum regio decenni pace potita est. Atque
hæc sunt quæ de rebus Abiæ sunt prodita. Mortuus est deinde etiam Hieroboamus
rex decem tribuum, cum regnasset annis vigintiduobus, secundo iam anno regni Asa-
nici exacto. Eius loco imperauit filius Nadabus, paternæ malitiæ ac impietatis æmu-
lus, eoque in principatu biennium exegit. Quo tempore ducto exercitu ad Gabatho
Palæstinorum urbem, putabat se eam obsidione posse capere. Interim quidam è do-
mesticis eius amicis Basanes Macheli filius insidiis interceptum occidit, & arrepto re-
gno totam eius stirpem excidit, euenitque iuxta prophetæ vaticinium, vt qui ex Hie-
roboami cognatis in vrbe trucidabantur à canibus laniati absumerentur: qui verò in
agris, ab alitibus. Atque in hunc modum Hieroboami familia debitas impietatis &
scelerum pœnas exoluit.

Æthiopum irruptio in Hierosolymitanum agrum sub Asano, & exercituum eorum interitus.

Caput VI.

XII.



ASANVS autem Hierosolymorum rex vir erat moribus honestissimis
præditus, & cælestis numinis obseruantissimus, quique nihil vel cogita-
ret vel faceret nisi pietati ac naturæ legibus consonum. is correxit quic-
quid erat in suo regno vitiosum, sublati omnibus exoticis immunditiis.
habuitque in exercitu lectissimorum virorum scutorum ac hastatorum
ex tribu Iudæ trecenta millia: ex tribu item Beniamitica scutorum & sagittariorum
ducenta quinquaginta millia. Eius regni anno decimo Zarzus Æthiopum rex cum
maximo exercitu contra eum euenit, ducens peditum nongenta millia, equitum cen-
tum millia, adiunctis trecentis curribus. Huic progressu vsque Marasam, quæ est vrbs
ditionis Iudæ, occurrit Asanus: & instructa contra eum acie non procul ab vrbe in
quadam valle, cui nomen Saphatha, vt vidit ingentem Æthiopum multitudinem, ex-
clamauit Deum inuocans, oransque vt victoriam sibi contra tam multa hostium mil-
lia dignetur annuere. Venisse se ad dimicandum cum Zarzo sola illius ope fretum,
qui paucos plurium, & imbecilles fortium victores posset reddere. Hæc precanti
Deus victoriæ signum obtulit: quo viso rex alacris cum hoste confligit, cæsisque plu-
rimis, reliquos terga vertentes vsque in agrum Gerarenum persequutus est. Versi
deinde à cædibus ad rapinas Gerara capiunt ac diripiunt, idem & in castris hostium
factum est: vnde multum auri egestum est, prædæque abacta camelorum, iumentorum,
& greges pecorum. Tanta victoria diuinitus parta ditari omnes reuertuntur
Hierosolyma: iamque non longe aberant quum illis propheta Azarias sit obuiam, is
postea

posteaquam agmen consistere iussit, orsus est dicere, hanc victoriam diuino fauore eis contigisse propter seruata[m] iustitiam ac pietatem, & quia semper Dei voluntati obtemperauissent. Quod si ita ut coeperant pergerent, in posterum quoque victorias de hoste & vitam fortunatam eiusdem fauore illis expectandam: sin vero à religione descuerint, omnia contraria illos manere: sequuturumque tale tempus, in quo neque propheta verax in populo reperiatur, neque sacerdos iustitiæ cultor. Tuncque & vrbes eorum subuertendas esse, & gentem per omnes terras dispergendam, eronumque more vitam acturam nullis certis sedibus. Quapropter hortabatur ut dum tempus esset probitati studerent, & diuinum fauorem sibiipsis non inuiderent. His
10 auditis rex vna cum populo gauisi sunt, dederuntque operam & publice & priuatim ut religio facta recta maneret, dimissis à rege per totam regionem à quibus hoc negotium diligenter curaretur. Nunc relictis in hoc statu Asani duarum tribuum regis rebus, reuertor ad Basanem Israelitarum regem, qui Nadabo Hieroboami filio cæso regnum eius occupauerat. Hic in Tharse vrbe electo domicilio vigintiquatuor annis regnauit, sceleratior, magisque impius quam vel Hieroboamus vel illius filius afflictor populi, & aduersus Deum cõtumax. Quapropter misso ad eum Gimone pro- 3. Reg. 16.
pheta prædixit se totum ipsius genus excisurum, & eisdem quibus prius Hieroboamum cladibus profligaturum: eo quod rex à se constitutus ingratus fuisset, nulla in administrando regno pietatis aut iustitiæ ratione habita, quibus virtutibus nulla vel
20 utilior populo, vel Deo gratior: sed sceleratissimi Hieroboami factus imitator, omnibus eius vitiis sese contaminasset. Cui quum similis esse voluerit, merito etiam similem exitum habiturum. At Basanes posteaquam cognouit imminentes pro scelere sibi ac suo generi calamitates, non hoc curauit ut correctior in posterum & anteactorum poenitens placato numine vitaret exitium: sed velut proposito præmio si strenue pergeret, ac si per prophetam ampla spes proposita, non calamitas denuntiata esset, seipso factus nequior, indies data opera scelus scelere cumulabat. Postremò cum exercitu aggressus est urbem non ignobilem Ramathonem, distantem quadraginta
30 stadiis à Hierosolymis. quam captam muniebat, ut eam sedem belli faceret, vnde sui milites excursionibus regnum Asani vastarent. Veritus autem eius conatum Asanus, & cogitans quam multa damna suæ regioni relictus apud Ramathonem exercitus inferre posset: misit ad regem Damascenorum legatos cum pecuniis, ambiens eius societatem, & admonens quod paternam inter ipsos intercederet amicitia. At ille & pecuniam libenter accepit, & societatem cum eo iniit, relictâ Basanis amicitia: moxque suos duces iubet cum exercitu in illius ditionem proficisci, & vrbes hostiliter infestare: qui sine mora alias incenderunt, alias diripuerunt, videlicet Achionem, Danam, & Abelmaen. His auditis Israelitarum rex, omiſsa munitione Ramathonis, ad suas res
40 tuendas reuersus est. Asanus autem è conuecta ab illo materia duo firma oppida in eo loco condidit, quorum alteri nomen Gaba, alteri Maspha. Nec postea Basanes bellum instaurare valuit, fatali morte præuentus: sepultusque est in Arſane oppido. In regnum
succesſit illius filius Elanus. Hic post alterum regni annum periit per insidias cæsus à Zamare sui equitatus dimidiæ partis magistro. Epulantem enim apud Osam suum procuratorem immissa equitum turma facile oppressit, per absentiam tam præfectorum quam militum, qui tum omnes in obsidione Gabathonis Palæstinorum vrbis occupati fuere.

Basane stirpe sublata apud Israelitas Zamares, & post hunc Amarinus & Achabus filius, regnum obtinent.

Cap. VII.



50

EINDE ex magistro equitum factus rex, totam Basanæ stirpem iuxta Gimonis vaticinium extinxit. Eodem enim modo eius familia radicitus interiit propter impietatem, quo Hieroboami progeniem internecone absumptam diximus. Interea qui Gabathonem obsidebat exercitus, audito regis casu, & quod Zamares occisi à se regnū inuasisset, & ipse Amarino imperatori suo regnum detulit: qui soluta

q 2

Gabath

Gabathonis obsidione ad Tharsen regiam properat, eaque expugnata vi potitur. Zamares videns urbem sine presidio, in intimam regiam se recepit, subiectoque igne simul cum ea se quoque concremauit, regni sui die septimo. Quo facto confestim populus in diuersa studia scissus est, aliis Thiamanum, aliis Amarinum regnare volentibus. Cuius factio quum tandem vicisset, occiso Thamano solus totius populi regnum obtinet. Trigesimo anno regni Asani regnavit Amarinus annis duodecim, sex Tharsæ, reliquos sex Mareone, quæ à Græcis Samaria dicitur. Ipse Samaræum vocauit à Samaro, de quo montem emerat, in quo vrbs sita est. Hic nihil à prioribus regibus differebat, nisi quod illis fuit sceleratior. Omnes enim hoc tantum agebant, vt populum quotidianis impietatibus à Deo abalienarent. Quapropter iratus Deus ef- 10
fecit vt alius alium tolleretur, & cum toto suo genere extirparentur. Hic Samariæ diem suum obiit, succedente Achabo filio. Hinc certe videre licet quàm curæ sint Deo res hominum, & quomodo bonos diligat, malos contrà funditus eradicet. Israelitarum enim reges propter impietatem breui tempore alius ab alio cum totis familiis sublatisunt. Asanus verò Hierosolymorum duarumque tribuum rex ob pietatem ac iustitiam feliciter Dei fauore viuens ad extremam peruenit senectam, & post vnum & quadraginta regni annos bona morte decessit. cui mox Iosaphatus successit filius, ex Abida matre natus, omnium testimonio proauitæ pietatis ac fortitudinis æmulus, quibus Dauidem sanctissimum regem retulit, quemadmodum paulo post dicitur.

- XIII. Cæterum Achabus Israelitarum rex habitauit Samariæ vbi vigintiduobus annis 20
regnum tenuit, nihil de priorum regum institutis mutans, nisi si quid fortè deterius commentus est. Omnium enim impietates repræsentauit ac scelera, sed Hieroboami præcipue. nam & vaccas ab eo consecratas adorauit, & alias super hæc impietates addidit. Vxorem præterea duxit filiam Ithobali, Tyriorum ac Sidoniorum regis, cui nomen Iezabela: moxque ab ea domesticos illius deos colere didicit. Erat hæc mulier cula audax & temeraria, adeoque impotentis insanix, vt non verita sit templum Beli deo Tyriorum exædificare, & lucum omnis generis arborum plantare: cui etiam sacerdotes & falsos vates instituit. Quin & ipse rex hoc genus hominum frequens circa se habere delectabatur, dementia & malitia omnes ante se reges superas. Hunc 3.*Reg.* 17. propheta quidam Dei maximi è Thesbone Galaditica vrbe oriundus adiit, dicens 30
eum prænunciare, quod nec pluuiam illis annis daturus sit, nec rorem, donec ipse vates non compareret. Additque iureiurando quo magis rem confirmaret, secessit ad tractum australem, vbi ad torrentem quendam degebat, vnde potum haberet. Nam cibibus ei quotidie per coruos afferebatur. qui postquam ob inopiam imbrum exaruit, iubente Deo profectus est Sareptam, quod oppidum Tyrum inter & Sidonem situm est. Illic enim se mulierem viduam inuenturum præmonitus fuerat, quæ alimenta suppeditaret. Iamque non longe à porta aberat, quum videt mulierem operariam ligna colligentem: & significante Deo hanc fore eius altricem, salutatam prius rogauit vt aquam potabilem afferret: abeuntemque iam reuocans, & panem portare iussit. Iurauit illa nihil sibi domi esse præter vnicum farinæ pugillum & olei paululum: venissèque 40
se eò vt collectis lignis sibi ac filio panem coqueret, quem vbi comedissent fame absumerentur, quandoquidem nihil superesset aliud. Tum propheta, Vade, inquit, bono animo lætiora sperans: & primum mihi paululum paratum affer. polliceor enim tibi nunquam in vase illo farinam defore, nec oleum in fidelia, donec Deus det pluuiam. Paruit mulier, & quæcunque propheta petierat fecit: deincepsque & sibi & filio & hospiti sat alimentorum habuit. neutrum enim horum defecit, quandiu durauit siccitas. Meminit autem huius inopiæ pluuiarum etiam Menander in gestis Ithobali Tyriorum regis sic scribens. Hoc regnante etiam pluuiarum defectus fuit ab Hyperberetæo mense vsque ad insequentis anni Hyperberetæum continuus, qui cum supplicationes indixisset, sequuta est magna vis tonitruum. Hic Botrym in Phœnice con- 50
didit, & Auzaten in Africa. His verbis dubio procul siccitatem factam sub Achabo, cuius tempore Ithobalus apud Tyrum regnavit, Menander in suos commentarios retulit. Mulier autem illa prophetæ hospes cum filius eius morbo præualente expirasset, eiulans & voces quas dolor exprimebat emittens, querebatur de aduentu hominis

hominis qui peccata eius detexisset, ideo mulctatam se filij morte dictitans. Ille consolabundus iubet eam sibi tradere filium, breui recepturam viuum: acceptumque mox in proprium cubiculum detulit: quo deposito super suum lectulum, exclamauit ad Deum, non bonam hospitij gratiam altrici relata extinguit ipsius puero: rogabatque vt remisso spiritu vitam ei restitueret. Itaque Deo genitricem miserante, & prophetæ gratificante, ne videretur infortunium secum in hospitium intulisse, præter omnem expectationem recepit puer spiritum. At illa gratias egit vati, dicens nunc demum se agnoscere diuinæ mentis interpretem. Paulo deinde post Dei iussu ad 3. Reg. 18. Achabum proficiscitur, indicaturus ei venturam pluuiam. Erat tum fames per totam

10 regionem, & magna rerum ad victum necessarium penuria, vt non solum hominibus panis deesset, verum etiam equis cæterisque iumentis terra negaret pabulum: tanta erat vbique siccitas. Rex igitur vocato dispensatore Obedia, cui iumentorum curam mandauerat, iussit vbique fontes & torrentes perquirere, sicubi inueniretur herba ad secandum iumentis pabulum. Cùmque multum quæsitus propheta Elias nusquam compareret, iussit Obediam quoque se sequi. Partitis deinde itineribus, aliam rex, aliam dispensator viam ingreditur. Erat autem vir pius, & quo tempore Iezabel regina in prophetas sæuiebat cædibus, centum ex eis in cauernis subterraneis abdiderat, panem & aqua sustentandos. Huic à rege digresso Elias occurrit, & ex percontatione agnitus à venerabundo salutatur. Mox propheta mandante vt ad-

20 uentum suum regi nunciet: quo, inquit, meo merito me mittis ad eum qui te vbique gentium ad necem perquirat? Quis enim locus est ad quem attracturos te non miserit? Nunc fieri potest, vt dum ego regem adeo, te Dei spiritus quo agitaris aliò rapiat: & rex te non reperto frustratus in caput meum sæuiat. Noli esse in meo periculo tam securus, quum scire possis quàm sim studiosus tui similius, qui centum Dei homines furori Iezabelis eripui, & nunc eis in latebris alimenta suggero. Propheta contrà iubet vt nihil metuens regem adeat, sacramento interposito se quoque eadem die in eius conspectum venturum. Quo indicio postquam Achabus Eliam adesse didicit, in occursum eius properat: & cum indignatione, Tu n' ille es, inquit, Hebræorum turbator? tu ne sterilitatis huius autor? At ille nihilo blan-

30 dior, ipsum & eius familiam cum suis externis sacris causam malorum omnium asseuerat, inuectis peregrinis numinibus, & pro abrogato veri Dei cultu suppositis. Mox iubet vt eat, & totum populum in Carmelum montem ad se conuocet, simulque suos & vxoris vates, quorum numerum etiam non tacuit: præterea lucorum prophetas quadringentos plus minus. Vt verò omnes acciti à rege ad constitutum locum confluxerunt, Elias in medio consistit, & Quousque, inquit, inter vtrunque vacillabitis? Si enim Deum nostrum verum & solum creditis, hunc & mandata eius sequimini: quòd si non huic sed externis diuinos honores deberi existimatis, illos igitur recipite. Populo verò nihil ad hæc respondente, Elias postulat, vt quo certiore argumento vel proprii vel alienorum probetur potentia, solus ipse Dei sui vates

40 contra illorum trecentos contendat, accepto boue, & in lignorum struem imposito, sed nullo igne subdito, idem oportere & illos facere, atque ita inuocare suos deos, vt ligna velint accendere. Hoc enim pacto veram Dei naturam dignosci posse. Quæ sententia postquam placuit, iubet Elias prophetas illos electo boue priores sacram rem facere, & sua nominatim inclamare numina. Cùmque suis precibus & inuocationibus nihil proficerent, ludens Elias altius eos iubet vocem attollere, si fortè aut peregrè absint aut dormiant. Illis verò à mane vsque meridiem frustra inclamantibus, & more patrio cultis ac lanceolis sua corpora incidentibus, cùm iam suæ vires sacrificandi venissent, amotis sacrificiis illis fanaticis iussit vulgum propius obseruare, ne fortè clam ignem admoueret: qui postquam accessit, acceptis duodecim

50 lapidibus iuxta numerum tribuum Israelitarum altare ex eis instaurauit, foditque circum illud fossam bene profundam. & coaptata super altare strue lignorum victimaque desuper imposita, quatuor hydrias fontana aqua plenas super altare iussit effundi, ita vt fossa quoque repleretur aquis superfluentibus. Quibus peractis, cœpit inuocare Deum, precarique vt erranti iam diu populo ostendat suam potentiam: &

ecce adhuc illo orante, ignis repente de celo in altare lapsus inspectante populo tum victimam tum aquam omnem circumfusam absumit, ita ut locus fieret aridus. Quo viso Israelitæ prostrati in terram vnum Deum adorant, hunc maximum & solum verum confitendo: cæteros nihil aliud esse quàm nomina vanis stultorum hominum opinionibus conficta: mōxque comprehensus eorum prophetas interficiunt, Elia sic iubente: qui & regem abire ad prandium iussit, nec esse amplius sollicitum: breui enim visurum pluuiam. quo abeunte Elias verticem Carmeli conscendit, & cum humi descidisset, caput genibus applicuit, iussitque famulum ascenso quodam scopulo ad mare prospicere, & indicare sicubi nubem excitari viderit. Paruit ille non semel ascenso scopulo, sed nihil se videre retulit. Tandem septimo reuersus ait se vidisse in aëre nescio quid nigricans, humano vestigio non amplius. Quo audito Elias mittit eum mox ad Achabum, iubens ut rex propere in urbem redeat, prius quàm profusus imber occupet. Qui postquam ad Iesraelam urbem cœpit tendere, sine mora offuscato aëre & inuoluto nubibus procella mixtus imber superuenit: & propheta correptus numine regium currum vsque Iesraelam Azari urbem currens prosequutus est. Iezabela verò Achabi vxor audito prodigio per Eliam patrato, quodque prophetas ipsius omnes interfecisset, misit ad eum nuncios, minando se illum occisuram, quemadmodum ipse prophetas occiderat. Et Elias territus fugit in urbem Bersube, quæ est in extremis tribus Iudæ finibus, Idumææ contermina: relictoque ibi famulo, ipse in desertum abiit. Cùmque precatus esset mortem, quod non esset cæteris melior, ut illis absumptis ipse vitæ cupidus esse debeat sub arbore quadam obdormiit: & excitatus à quodam, surgens inuenit aquam ac cibum appositum. & cùm comedisset collectis ex hoc cibo viribus, ad Sinæum vsque montem peruenit, in quo Moyses à Deo legem accepisse proditur: vbi naëctus amplum quendam specum, ingressus habitare illic decreuit. Allapsa deinde ad aurem eius voce incertum vnde profecta, percontante quamobrem relicta vrbe desertum coleret: ait se occisis externorum deorum vatibus persuasisse populo, quod vnicus sit Deus qui ab omnibus coli debeat: & ob id factum ad supplicium se à regina expeti. Mox eadem voce iussus in crastinum sub diuum prodire auditurus quid opus facto sit: sequenti luce è spelunca prodiit. Ibi & terræmotus eius aures perculit, & oculis se candens ignis fulgor obtulit. sequutoque mox silentio, diuina voce nihil terreri presentibus iussus est. neminem enim inimicorum fore illius compotem. mandatūque mox ut domum reuersus declaret populi regem Ieum Nemessæi filium: apud Damascum verò Syrorum Azaelem: & pro se prophetam Elisæum constituat, ex Abela vrbe oriundum. Impios enim pœnam datuos, alios Ieu regi, alios Azaeli. His auditis Elias in regionem Hebræorum reuertitur: & quum offendisset Saphati filium Elisæum arantem cum quibusdam aliis impellentibus iuga duodecim, accessit & ei pallium suum iniecit: qui euestigio prophetare occœpit, relictiisque bubus, sectator Eliæ factus est. Rogauit tamen ut prius sibi liceret parentibus valedicere, quo impetrato illum sequutus est, indiuiduus posthac minister ac comes. Et prophetæ quidem huius res ita se habuerunt.

XIIII. Cæterum Nabuthus quidam ciuis vrbis Azari, quum prædium haberet regiis fundis contiguum, sæpe rogatus ab Achabo ut ei quantolibet precio venderet rus finitimum, adiungendum regio: aut si mallet vnum aliquod è regiis pro eo sibi eligeret: negauit se id facturum. gratius enim sibi esse, è paternis agris fructus percipere. Rex non aliter quàm si suam possessionem amisisset, quia non licebat alienam occupare, contristatus, nec lauare voluit, nec cibum sumere. Iezabela verò scitante quid acciderit, ut nec balneum admittat, & cœnam æque ac prandium fastidiat, quàm rusticus sit Nabathus ei denarrat. Vsum se apud eum comi sermone, & infra regiam maiestatem demisso, pro qua humanitate nihil nisi repulsam retulisse. Mulier contra hortatur ut magno sit animo, & mœrore misso ad consuetam corporis curam redeat: se daturam operam, ne Nabuthus hanc contumeliam impune auferat. Mōxque literas Achabi nomine scriptas mittit ad Israelitarum præcipuos, hoc argumento: Iubeantur indicto ieiunio concionem aduocare, & in ea primum locum Nabutho

Nabutho propter illustre genus attribuere. Deinde subornatis tribus viris nihil non ausuris, horum testimonio conuictum eum blasphemię populo lapidandum obiicere, atque hoc modo de medio tollere. Id quod ita vt regina scripserat factum est: & Nabuthus tali testimonio conuictus Deo ac regi fecisse conuitium, à populo est saxi obrutus. Quod vbi Iezabelę relatum est, regem accedit, suadētque vt sine suo sumptu vinetorum Nabuthi hæreditatem capeßat: & ille exiliens præ gaudio, ad visendum id prædium euestigio se confert. Deus autem iratus Eliam mittit, vt regi in eo rure occurrat, rogētque quid ita occiso vero domino eius prædij hæreditatem iniuste sibi vsurpet. Quem vbi ad se venientem vidit, turpe ratus obiurgari, prior
 10 fassus erratum, ad satisfaciendum ipsius arbitratu se obtulit. Tum vates prædicit, eo loco vbi Nabuthi cadauer à canibus absumptum est, fundendum & regis & reginę sanguinem, & totum eorum genus delendum propter tam crudele scelus, quo ciuem contra ius per calumniam oppresserat. Tum demum Achabum eius facinoris pœnitentia subiit, & indutus saccum, nudisq; pedibus à cibo abstinuit, peccatū confitens, & Deum ita placare cupiens. Deus verò per prophetā denuntiat, se quidem vsque post eius obitum dilaturum vindictam, quandoquidem sceleris pœniteat: minas tamen vanas non fore, sed Achabi filium pro commissis pœnas daturum.

*Adadus Damasci & Syrię rex bis contra Achabum ducto exercitu
 profugatur.*

Cap. VIII.

20



V M hæc circa Achabum geruntur, eodem tempore Adadi filius 3. Reg. 20
 Syrorum & Damasci rex contractis è toto regno suo copiis, ascitiq; vltra Euphratem trigintaduobus sociis regibus, contra Achabum duxit, qui intelligens se imparem eius copiis, à congressu quidem abstinuit, sed coactis ex agris in vrbes munitissimas omnibus ipse māsit intra Samariam. Cincta enim erat mœnibus firmissimis, & alioquin videbatur expugnatu difficilis. Syrus autem cum exercitu eò venit, & obsessam vrhem oppugnare cœpit. missoq; caduceatore ad Achabum, petiit vt sibi liceret legatos ad eum mittere, proposituros quidnā peteret: quo impetrato quum
 30 venissent legati, ita vt illis mandatum erat, aiunt Achabi diuitias & liberos & vxores esse Adadi. quod si ipse quoque fateatur, & permittat ei quicquid libuerit ex his sumere, abducto exercitu regem obsidionem soluturum. Achabus verò iubet legatos regi suo renunciare, & ipsum & suos omnes, facultatesq; vniuersas in potestate illius fore. Post hanc legationem rursus aliam Syrus misit, postulans vt quandoquidem ipsius confessione omnia sua essent, admitteret crastina luce mittendos in hoc famulos, eisq; liberum faceret regiam & amicorum ac cognatorum domos scrutari, & auferre quicquid in eis inuentum fuerit pulcherrimum. Reliqua quę illis non placuerint, sibi haberet. Achabus lætus secunda legatione Syri, aduocata concione, dicit se libenter pro pace & ciuium incolumitate vxores ac liberos suos, omnesque fa
 40 cultates proprias fuisse traditurum. Hoc enim prima legatione Syrum petiisse. Nunc verò misisse eum famulos qui omnium ædes scrutentur, & nihil in eis quod sit pulcherrimum relinquunt, nimirum belli ansam quærentem: vt quandoquidem sciat propter amorem ciuium paratum rebus suis non parcere, occasionem belli ex illorum rebus arripiat. facturum se tamen, quicquid ipsis visum fuerit. Reclamauit tota concio contemnendum esse cum suis mandatis insolentem barbarum, & bellum alacriter gerendum. Accitis igitur legatis hoc responso referendū dedit, quòd primis postulatis nunc quoque consentiat securitatis ciuium gratia, posteriora non admittat. atque ita eos dimisit. Hoc responso commotus ad iram Adadus tertio legatos mittit cum minis: ferocem eum esse fiducia mœnium, se verò parem illis aggerem excitaturum, si vel pugillum terrę singuli milites conferant: volens eum copiarum multitudine perterrefacere: Achabo verò respondente, inter armatos non verbis sed factis decernendum, legati reuerßi cœnanti tum fortè cum triginta sociis regibus responsa referunt. Ille euestigio mandat circumuallari vrhem & aggerem erigi, & nullam oppugnandi rationem prætermitti. Interim Achabus cum omni po-
 q 4 pulo

pulo minimum à desperatione aberat. Sed hunc timorem ei propheta quidam superueniens exemit, dicens Deum polliceri, daturum se victoriam de tam multis hostium millibus. Rogatus deinde per quos hæc victoria cōtingeret: Per filios, inquit, principum, sed te regente illorum imperitiam. Accitis igitur principum filiis, qui triginta duo erant supra ducentos, cognito quòd Syrus ad epulas & luxum se dedisset, patefactis repente portis emittit iuvenes. Id postquam ei per speculatorem est significatum, mittit quosdam eis obuiam cum his mādatis, vt siue pacati veniant, siue pugnatum, vinctos ad se pertrahant. Interim Achabus etiam reliquum militem intra mœnia paratum cum armis habuit. Filij verò principum congressi cum excubiis, multis occisis reliquos vsque ad castra persequuti sunt. Quod vbi succedere Israelitarum rex animaduertit, vniuersum reliquum exercitum emittit. At illi repentino impetu in Syros delati, facile eos profligant, nihil tale expectantes. quo factum est vt in ebrios & inermes impingerent, ita vt relicta in castris armatura fugerent, & rex ipse præceleri equo vix euaserit, Achabus verò longo spacio Syros persequutus est, cédendo quotquot assequi datū est. Direptis deinde opulentis castris, auro & argento refertis, captis etiam equis Adadi & curribus, domum in urbem reuersus est. Cæterum propheta monente vt in sequentem etiam annū paratus sit, & exercitum in promptu habeat, reuersurum enim Syrum iterum, rex omni ope bellum apparat. Porro Adadus seruatus è clade cum reliquiis exercitus, aduocatis amicis consultabat quomodo cum Israelitis bellum gerere debeat. Illi suaserunt non esse posthac cum eis in montanis confligendum. Deum enim eorum in talibus locis pollere, & ideo se nunc ab eis victos. Sed si in campestribus committatur præliū, facile se superiores fore. Præterea consuluerunt vt dimissis regibus quos secum in expeditionem duxerat, copias eorum retineret, & satrapas illis præficeret, supplementumq; in sua ditione tam equitum quàm peditum conscriberet. Placuit regi consilium, deditq; operam vt talis apparatus fieret. Mox vbi primum veris signum se protulit, exercitum in Hebræos duxit, & quum peruenisset prope oppidum Apheca, in magno campo castra posuit. Achabus verò cum suis copiis obuiā illi progressus, castra cum castris contulit, quamuis numero militum longe inferior. Superueniente deinde propheta, & victoriam pollicente, vt hostis contra quàm opinabatur sentiret Deum Israelitarum non minus potentem in campis quàm in montibus, per sex dies à neutris castris quicquam motum est. Septima verò quum hostis pro castris aciem explicuisset, Achabus quoque suos ex aduerso instruxit. Nec mora collatis signis acriter vtrinque pugnatum est, donec Syri non ferentes Hebræorum vim terga verterent. quibus impigre victoriam prosequentibus, confusum agmen trepide fugientium equitum, peditum, curruum, à seipsis proculcatum obterebatur, non multis pro tanto numero in Aphecam amicam urbem euadentibus, qui & ipsi murorum ruina oppressi sunt circiter viginti septem millia: in prælio verò centum millia hostium ceciderunt. Adadus aliquot fidiſſimis famulis comitatus in quandam subterraneam cellam se abdidit. quibus clementiam Israelitici regis prædicantibus, & spem veniæ facientibus, si consueto supplicum habitu ad eum mitterentur, permissi sunt hoc facere. Illi induti saccos, & restibus capita redimiti, qui tum priscus apud Syros supplicandi mos fuit, Achabum adeunt, & salutis tantum gratiam petere Adadam significant, dedititium eius in perpetuum futurum. Tum ille gratulari se ei dixit, quòd è pugna euasisset, fratrisq; loco eum se habiturum pollicitus est. Famuli accepta sacramenti fide nihil mali passurum, producunt è latebris hominē, & adducunt ad Achabum, qui tum sublimis curru vehebatur. Et quū adorasset, Achabus porrecta dextra in curru eum sustulit, exceptumque osculo iussit esse bono animo, & nihil se indignum timere, Adadus actis gratiis quàm longa sibi vita daretur memorem se fore huius beneficij professus est, redditurumq; Israelitici iuris vrbes, quas maiores eius armis occupauerant: & facturum ei liberam potestatem commeandi Damascum, sicut patet ipsius idem ius Samariæ habuerat. Fœdere deinde icto, & iureiurando firmato, Adadus egregie donatus in suum regnum remissus est. Post talem Syrorum contra Israelitas expeditionis exitum propheta quidam, nomine Michæas, accessit ad quen

quendam Israelitam, iussitq; eum ut vulnus sibi in caput infligeret, addens Deum ita velle. Qui quum parere noller, daturum inobedientiæ poenam prædixit, & leonis incursum periturum. Quod quum ita euenisset, alterum propheta adiit, idem impetans. A quo incunetanter ictus, & verticem faucibus, obligato capite venit ad regem, dicens se commilitonem eius esse, & à tribuno captiuum quendam asseruandum accepisse: quo fuga elapso periclitari se nunc ne interficiatur ab eo qui illum tradiderat, quandoquidem hoc interminatus sit si captiuus effugeret, Respondente verò Achabo meritò id passurum, soluto capite agnoscendum se Michæas præbuit. Hac autem arte vsus est, quo maiorem vim verbis suis adderet. Ait enim Deum in
 10 regem animaduersurum, quòd Adadum hominem impium & contra diuinitatem contumeliosis dictis furentem elabi permisisset. Futurum enim ut ipse ab eo cui pepercit interficiatur, & populus eius ab exercitu. Rex libertate prophetæ offensus, iubet eum in carcerem coniici, & vehementer ea prædictione contristatus domum se recipit.

De Iosaphato rege Hierosolymorum.

Cap. IX.

IACTENVS de Achabi rebus, nunc ad Iosaphatum Hierosolymorum regem reuertor: qui aucto suo regno, & præsidii per vrbes ditionis suæ dispositis, ne illas quidem sine præsidio reliquit, quas Abias auus in sorte Ephræmitica de Hieroboamo decem tribuum rege ceperat. Hic rex perpetuo propitium & auxiliatorem Deum habuit, quòd esset vir iustus ac pius, & per singulos dies dabat operam ut aliquid gratum Deo faceret. Quo factum est ut & ipsi à circumquaque vicinis regibus multus honos haberetur, id quod missitandis ad eum muneribus declarauerunt, ut hinc quoque tam diuitiæ regis quàm fama non mediocre incrementum caperent. Anno autem regni sui tertio conuocatis principibus & sacerdotibus eius regionis, iussit eos obire vniuersam ditionem, & populum oppidatim leges Moysis, earumque obseruantiam atque religionis cultum docere.
 30 quod adeò libenter ciues complexi sunt, ut certamen huius studij inter eos susceptum videri posset. Finitimæ quoque gentes constanter hunc regem amabant, pacem inuiolatam cum eo seruantes. Palæstini etiam ordinaria tributa persoluebant, & Arabes annuos sexcentos triginta agnos, parèmq; hædorum numerum. Munivit etiam magnas vrbes ac validas, & exercitus armis bene instructos contra hostem aluit: ex tribu Iudæ scutorum trecenta millia, quibus præerat Edraus, Ioannes verò ducentis millibus. Idem dux habebat ex tribu Beniamitica sagittariorum peditum ducenta millia. alius præterea dux nomine Ochobatus ducebat centum octoginta scutorum millia, absque militibus qui per oppidorum præsidia fuere dispositi. Duxit deinde filio suo Ioramo Achabi decem tribuum regis
 40 filiam Gotholiam. Cùmque libuisset ei Samariam inuisere, benignissime ab Achabo exceptus est, atque etiam militia quæ suum regem comitabatur, publice exhibito frumento, vino & carnibus. rogatusque est ab Achabo, ut contra Syrorum regem arma cum eo coniungeret, ad recipiendam urbem Ramatham in regione Galaditica, quam de ipsius Syri patre ceperat. Iosaphato verò auxilium pollicito, quòd non minorem haberet exercitum, & Samariam accitis à Hierosolymis copiis, progressi extra mœnia duo reges, & sedente in suo quisque solio, stipendia militibus numerabant. Iosaphatus verò censebat (si qui prophetæ essent) accersendos, & consulendos de expeditione quæ
 50 contra Syrum parabatur, an & illis videretur eo tempore suscipienda. Etenim Achabo amicitia cum Syro intercedebat triennio continuo, ex quo captum eum dimiserat vsque in illam idem.

q 5

Acha

Achabus à Syris bello laceſſitis in prælio victus occiditur. Cap. IX.



ACHABVS. verò accitis ſuis prophetis numero quadringentis iuſſit eos ex Deo ſcitari, an daturus ſit regi bellum contra Adadum mouēti victoriam; & vrbis Dominium propter quam bellum inſtaurare placuit. Prophetis verò bellum ſuadentibus: vincendum enim Syrum, & in poteſtatem venturum, quemadmodum antea: Ioſaphato ſuboluit fucus ex eorum verbis, & quòd falſi vates eſſent: percontatusq; eſt Achabum, num quem alium præterea prophetam habeat, vt certius etiam futura præſcire valeant. Reſpondit ille, eſſe quidem & alium, ſed ſibi inuiſum, quòd malum euentum prædicat, forèq; vt ipſe à Syrorum rege occiſus pereat: & ob eam cauſam in carcerem eum nunc eſſe inclu- 10 ſum. Eum vocari Michæam Iembleæ filium. Ioſaphato verò poſtulante eum produci, miſſus cubicularius prophetam adduxit: qui inter eundem ei indicauerat, cæteros omnes prophetas victoriam regi prædicere. Reſpondit vates, ſibi non licere contra quàm Deus moneat mentiri, ſed dicturum ſe quicquid ex eo de rege cognouerit. Vbi verò ad regem peruenit, adiuratus vt vera loqueretur: ait ſibi Deum oſendiſſe Iſraelitas fugientes, & inſequentibus Syris diſperſos, non aliter quàm greges ſublatis paſtoribus. Hoc quoque ſignificare Deum dicebat, quòd cæteris incolumibus redeuntibus, ſolus Achabus in prælio cadere debeat. Hæc loquuto Michæa, verſus ad Ioſaphatum Achabus: Nōne, inquit, modò tibi dixi quàm male mihi velit iſte. Michæa verò conſtanter aſſeuerante ſe nihil niſi iuſſu Dei prædicere, 20 illum verò ſpe victoriæ ſolicitari à pseudoprophetis ad bellum, in quo ipſi cadēdum ſit, rex attentius cogitare cœpit. Interea Sedecias quidam vnus è pseudoprophetis in medium progreditur, negans curandum quid Michæas garriat. nihil enim veri eum prædicere, argumento eſſe prædictionem Eliæ, qui ſine dubio melius quàm iſte futura cerneret. illum enim prædixiſſe, apud Iezraelam in Nabuthi ſuburbano lambendum à canibus regis ſanguinem, quemadmodum lampliſſent cruorem Nabuthi opera ipſius lapidati à populo. Perſpicuum igitur eſſe iſtum mentiri, qui longe præſtantiore prophetæ non vereatur contrarium dicere, quòd periturus ſit rex ab hinc die tertia. Sed mox fore euidentius etiam quàm verax ſit aut aſſatus diuino ſpiritu. Percuſſus, inquit, à me in faciem, areſciat mihi dexteram, ſi- 30 cut Iadon fecit Hieroboamo, cum comprehendere eum prophetā iuſſiſſet. Puto enim te audiuiſſe quòd hoc ita factum ſit. & cum dicto inflixit ei alapam. cūque ei nihil mali propter hoc accideret, ſecurus iam Achabus non amplius dubitauit copias contra Syrum ducere. vincebat enim opinor, ſati vis, plus fidei falſis quàm veris prophetis aſtruens, & cauſas ad futurum euentum præſtruens. Sedecias verò aptatis ſibi ferreis cornibus, dicit Achabo, Deum ſignificare ventilandam cornibus vniuerſam Syriam. Michæa contra aſſeuerante breui fore vt Sedecias è cella in cellam fugiat latebras quæritans ne luat pœnas vaniloquij, iratus rex iubet eum apud Achamonem magiſtrum vrbis haberi in cuſtodia, nec aliud quicquam præter panem & aquam ei præberi. Atque ita duo reges verſus Ramatham cum copiis proſecti 40 ſunt.

3. Reg. 22 ſunt. quo audito rex Syriæ cum exercitu eis occurrens, nō procul à Ramatha caſtra poſuit. Conuentum autem erat inter reges ſocios, vt Achabus priuato habitu verſaretur in prælio, Hieroſolymitanus verò ſumpto Achabi cultu ſtaret in acie, quo facilius Michææ vaticinium eluderent. ſed inuenit eum fatum etiam ſine inſignibus. Adadus enim mandauit per tribunos militi, vt neminem alium occideret, ſed ſolum regem Iſraelitarum. Syri verò primo congreſſu videntes Ioſaphatum ſtantem ante aciem, rati eſſe Achabum impetu facto eum circumuenerunt: ſed poſtquam è propinquo cognouerunt eſſe alium, omnes ſe retro receperunt. à mane autem vſque ad veſperam pugnantes & vincentes occidebāt neminem, ſicut eis mandatum fuerat, ſolum Achabum ad necem quærendo, nec tamen inueniendo. tandem vnus 50 ex Adadi ſamulis Amanus nomine, miſſa in incertum ſagitta, regem per thoracem in pulmonem ſauciat. Achabus autem noluit hoc ſcire ſuum militem, ne terga verteret: ſed aurigam iuſſit currum extra prælium euehere, quòd graue ac lethale vulnus acceperit. Cūque vehementer cruciaretur, perſtitit tamen in curru vſque ad

ad solis occubitum, & tandem profluvio sanguinis viribus deficiens interiit. iamque appetente nocte Syri se in castra recipiunt: & quamprimum per caduceatorem de Achabi morte cognitum est, solutis castris domum quisque reuertitur. Cadaver regis Samariam relatum, illuc sepulturæ traditur. & cum currus regius cruore sordatus ad lezaræ fontem esset ablutus, veritatem Eliæ prædictionis euentus comprobavit. Canes enim lambebant eius sanguinem: & meretrices posthac ex eo fonte aquabantur. Mortuus autem est apud Ramatham, iuxta Michææ vaticinium. Ergo quoniam vtriusque prophetæ prædictionem euentus consecutus est, veneranda sunt illorū oracula, eisq; semper plus oportet tribuere, quàm eorum qui ad gratiam loquuntur sermonibus: nec aliter existimare quàm quod nihil sit illis vtilius, quandoquidem per ea diuinitus monemur quid cauere debeat. Quin & ea reputatio hoc loco subit animum, quòd insuperabilis sit fati necessitas, quæ etiam si præsciatur, præcaueri tamen non potest: sed tamdiu homines sibi vana spe blandiuntur, donec in illius casses incidant. nam hoc quoque Achabo fatale fuerat, vt prænuntiantibus cladem non crederet, & à prophetantibus ad gratiam deceptus in mortem rueret. cui in principatum Ochozias filius succedit.

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IVDAICARVM LIBER

NONVS.

Ioramus Achabi filius Moabitis bello petitos superat.

Cap.

I.



IOSAPHATO autem regi post suppetias contra Adadum Achabo latas Hierosolyma reuertenti propheta leus occurrens, reprehendit eum quòd cum homine impio & scelerato arma coniunxisset. Deum enim indigne tulisse hanc societatem: seruasse tamen eum propter suam bonitatem, licet male, quod non debuerat, fecerit. Post eam admonitionem rex supplicationibus & sacrificiis Deo conciliato, vniuersam suam ditionem perlustrauit, populum leges diuinitus per Moysen traditas, & cultum pietatis docendo: constitutisq; oppidatim magistratibus hortatus est eos, vt solius iustitiæ respectu habito ius populis dicerent, nec muneribus corrupti, nec magnatum aut diuitū captantes gratiam: omnibusque quod æquum est redderent, scientes quòd etiam occulta Deus inspiciat. Hæc cum per singulas duarum tribuum vrbes docuisset, Hierosolyma reuersus hic quoque iudices è sacerdotum ac Leuitarum ordine, & è primatibus optauit, & hos prius monitos vt iuste & accurate iura populo redderent. Quòd si grauiores controuersiæ deferrentur ad eos ex aliis cognatis vrbibus, de horum negotiis maior etiam diligentia decerni voluit: quòd eam urbem maxime æquitatis seruare esse deceat, in qua & templū simul haberetur & regia. eius summos magistratus ex amicorū numero præposuit, Amasiam sacerdotem, & ex Iudæ tribu Zabadiā. Per idem tempus Moabiti & Ammaniti cum Arabum auxiliis bellum inferunt, & ad Engaddam urbem Asphaltitæ lacui vicinam castra metantur, trecentis stadiis à Hierosolymis distant, cuius ager egregia palmeta fert, & balsamum. Iosaphatus autem cum audisset hostes superato lacu in regnum suum iam irrupisse, territus concionem aduocat, & ad templum versus Deum inuocat, vt tantum virium & roboris ei suggerat, quātum satis sit ad sumendam de hoste pœnam audaciæ. In hoc enim templum id extructum à maioribus, vt quoties ab externo hoste immineat periculū, ibi populus coram nu-

men

men præsens inuocet, diuinæque ope adiutus inuasores suos male multatos arceat, volentes quæ semel diuina munificentia contigere, per vim ad se retrahere. Sic precatus est lacrymans, accedente eodem totius populi cum vxoribus & liberis supplicatione. Ibi Iaziel quidam propheta exortus è media concione exclamat, Deum preces exaudiuisse, & ipsum pugnaturum se polliceri pro suæ religionis hominibus. Mox edicit vt in ciastinum se parent, ituri obuiam hostibus, & occursuri eis Engaddam inter & Hierosolyma, ad quendam clium, cui nomen Sis, voce Hebræis significante eminentiam. Ibi non fore opus vt cum hoste confligant, sed pugnantem tantum pro se Deum quieti ipsi spectatores considerent. Post hoc oraculum rex & totus populus prostrati in faciem gratias agendo adorabant Deum, & Leuitæ organis suis hymnos canebant. Diluculo verò progressus rex in solitudinem subiectam oppido Thecuz, admonuit multitudinem, credendum esse prædictioni propheticæ, & non struendam quidem aciem, sed in primo agmine constituendos sacerdotes cum tubis, & Leuitas cum cantoribus, agendasque Deo gratias, non aliter quam liberata iam ab hoste patria. Placuit omnibus regis consilium, idq; mox etiam exequuti sunt. Deus verò terrorem & consternationem immisit Ammanitis & eorum sociis, ita vt alij in alios ruentes hostiliter in se inuicem debaccharentur tanto furore, vt ne vnus quidem ex tot millibus reliquus fieret. Iosaphatus verò prospiciens in vallem in qua castra hostium fugant, cum totam videret refertam cadaueribus, lætus tam inopinato Dei auxilio, quod sibi citra sudorem & sanguinem victoria contigisset, permisit suo militi castra diripere, & spoliare cadauera: tantæque fuit multitudo vt ægrè per integrum triduum omnia spolia legerent. Quartâ verò die congregatus totus populus in quandam conuallē, potentiam & auxilium Dei debitis celebravit laudibus: à quo facto postea locus nomen inuenit, vt in perpetuum Conuallis laudationis appellatus sit. Inde reuersus cum exercitu rex Hierosolyma, per aliquot dies in sacrificiis occupatus fuit, ac epulis. Quin & in exterarum gentes tam mirificæ victoriæ fama perlata, eam regi sanctitatis ac pietatis opinionem conciliauit, vt res eius sub diuini numinis tutela esse pro comperto crederent: mansitq; vsq; extremum eius diem hæc persuasio. Erat autem amicus & Achabi filio, qui tum Israelitis præerat: cum quo inita societate parandarum nauium, quæ merces in Pontum peterent, ac emporia Thraciæ, iacturam fecit hæud minimam. Nauigia enim absumpta sunt naufragiis, quod non bene regerentur præ magnitudine. Quo factum est vt hæc cura vacauerit in posterum. Atque hætenus de Iosaphato.

II Achabi verò filius Ochozias regnauit apud Israelitas, & regiam Samariam, vir pessimus, & vtrique parenti omnino similis, & Hieroboami primi Israelitarum seductoris æmulus. Eius regni anno secundo Moabitarum rex defecit, & tributa quæ patri eius solitus erat, pendere amplius detrectauit. Accidit autem vt Ochozias de solario domus suæ descendens per gradus prolaberetur, morboque ex hoc casu contracto Accaronem ad Myriodis (id deo nomen erat) oraculum scitaturus de incolumitate mitteret. Hebræorum verò Deus Eliæ propheta mandauit, vt nunciis ab eo missis occurrens percontaretur, an Israelitæ proprium Deum non haberent, quandoquidem rex ad alienum mitteret de salute interrogaturos: iuberetq; eos reuertere, & regi dicere eum non renaturum. Quod quum Elias fecisset, nuncij his auditis cōfestim ad regem reuersi sunt. Quo demirante celeritatem redditus, & causam quærentē, aiunt sibi occurrisse virum quendam, & vetuisse vltimus progredi: insillēque renuntiarent suo regi Israelitarum Dei nomine, quod morbus in peius proficeret. Rege verò iubente vt sibi figuram hominis illius designarent, dicebant hominem esse hispidum & cingulo coriaceo præcinctum. Qui cum intellexisset Eliam per hæc descriptum à nunciis, misit ad eum attrahendam centurionem cum quinquaginta militibus. Is repertum in montis vertice descendere iussit, & ad regem venire. In hoc enim se missum, vt nō sponte sua faceret, vi coactum eo pertrahat. Ille præfatus se prodigium editurum, quo verus propheta nosceretur, & igne ad suas preces calitus missō, ipsum vna cum militibus conflagratum, malum hoc eis imprecatus est: moxque candens turbo delatus centurionem

centurionem & eius comitatum perdidit. quorum clade ad regem perlata, iratus alium centurionem cum totidem militibus ad Eliam mittit: qui & ipse cum propheta minatus vim esset, ni volens sequeretur, & hunc ad preces eius ignis absumpsit quemadmodum alterum. Quo cognito rex misit tertium. Is quod esset cordatus & mansuetis moribus, postquam peruenit ad locum ubi tum erat Elias, & amice eum salutauit: Non ignoras, inquit, quod ut regis mandato paream, inuitus ad te venio, sicut & illi qui ante me venerunt. Misertus igitur mei & horum militum volens ac libens descendere, nosque ad regem sequere. Tum Elias delectatus viri ciuilitate & modestis moribus, descendit ac secutus est. Perductus deinde ad regem, afflatus numine: Hæc, 10 inquit, dicit Dominus: Quia me pro Deo non habuisti, quem de morbo tuo veri nihil prædicere posse putasti, & ad eum qui Accaronitis colitur de valetudine consulendum mittere maluisti, scito te moriturum. Nec multum exinde tempus elapsum, dum ita ut Elias prædixit decedens, quod liberis careret, Ioram fratri succedenti locum fecit, homini patrem cum aliis vitiis, tum maxime impietate referenti. Omisso enim sui Dei cultu, totum se externis religionibus dedit, vir alioqui non ignauus, & ad res gerendas satis industrius. Hoc regnante Elias ex hominibus exemptus est, nec in hodiernum usque mortalium quisquam scire potuit quisnam fuerit eius exitus. Discipulum reliquit Elisæum, sicut iam antè diximus. De hoc Elia & Enocho qui fuit ante vniuersale diluuium, in sacris libris legimus quidem exemptos esse à consuetu- 20 dine mortalium, mortuos tamen esse nemini vnquam fuit cognitum. Cæterum Ioram accepto post fratrem regno, Moabitarum regi Misæ bellum inferre statuit, tributum nolenti reddere, quod Achabo patri antea soluebat, in tonsarum pecudum annua ducenta millia. Ergo postquam domi parauit exercitum, Iosaphatum quoque per nuncios sollicitauit, ut quandoquidem amicus esset paternus, auxilia mitteret paranti bellum contra Moabitas, qui tum recens à suo regno defecerant. At ille non se solum venturum auxilio promisit, sed Idumæorum etiam regem, sibi obnoxium, in eam expeditionem pertracturum. Ioram ubi renunciatum est ei de talibus auxiliis, venit Hierosolyma: & splendide ab eius loci rege exceptus, cum de communi sententia visum esset per Idumææ deserta, qua minime hostis expectaret, iter facere, 30 cum aliis duobus regibus Hierosolymis profectus est, videlicet cum hospite, & cum rege Idumæorum. & circuitu facto, die septima ducibus itineris aberrantibus, in tantam iumenta & milites aquarum penuriam inciderunt, ut omnibus tantum non desperantibus Ioram doloris impatiens exclamaret ad Deum, quanam sua culpa tres reges sine prælio in Moabitarum regis manus traderet? Iosaphatus contra, ut virum pium decebat, consolabatur eum: iussitque perquiri, num quis in exercitu propheta adesset, per quem quid faciendum Deus posset consulti, & indicante quodam famulo, vidisse se ibi Eliæ discipulum Elisæum Saphati filium, suasu Iosaphati tres reges ad illum vadunt: quumque ad illius tabernaculum venissent, quod fortè extra castra fixerat, rogabant quid futurum esset de exercitu, præcipue Ioramus. At ille iussit ut 40 abstereretur, nec molestus esse pergeret, sed potius patris ac matris prophetas consuleret, illos enim esse veridicos: rex precibus vrgebat, ut responsum daret, & periclitantes seruari. At ille iurauit se ei non fuisse responsurum, nisi hoc faceret in gratiam Iosaphati viri probi & pii. Accito deinde psalte quodam, sic enim vates postularat, eo psallente correptus diuino spiritu, iussit reges in alueo torrentis multas fossas facere. nam absque vento & pluuiâ visuros alueum repletum aquis, ita ut nulli & iumentis abunde potu suppetente, nullum amplius à siti periculum timeatur. Ne hoc solum, inquit, vobis à Deo continget, sed & copias hostium eius ope prostigabitis, & arbores excidetis, & regionem vastabitis, & fontes ac riuos obrurabitis. Hæc loquuto propheta, sequenti die prius quam sol oriretur torrens magno impetu ferri cœpit, 50 auctus imbribus qui in Idumæam trium dierum itinere inde distantem demissi fuerant: ut & iumentis & militi largissima adesset potus copia. Rex autem Moabitarum ut audiuit tres reges contra se aduentare, à deserto intrasuros, excita omni sua militia, iussit eos in finibus occurrere, nec clam in ditionem suam impetum facerent. qui videntes ex oriente sole aquam in torrente (non procul enim à terra Moabide

III.

4. Reg. 3.

207. 4.

r

ab erat)

ab erat) colore sanguineam, quòd eo tempore maximè aqua radiis iccta rutillet, falso opinati sunt hostes propter sitim in semetipfos arma vertisse, & eorum sanguinem per torrentem defluere: & cum hac persuasione regem suum adeuntes, rogabant ut eos ad diripienda hostilia castra ire permetteret. quo impetrato ruentes velut ad paratam prædam, ad Hebræorum castra perueniunt. Sed valde eos sua spes frustrata est. Coorientibus enim in eos vndique hostibus partim cæsi sunt, partim dispersi fugiendo ægre in terram suam euaserunt. Reges verò agros Moabitarum ingressi, dirutis oppidis totam regionem prædis abactis exhauserunt, & rura eorum glareæ torrentis operierunt, & optimas quasque arbores exciderunt, fontèsque aquarum obturaerunt, mœnibus vbique solo æquatis. Rex ipse compulsus in quandam urbem, & ob-
 10 sessus, veritus ne expugnata illa caperetur, erumpere cum septingentis equitibus tentauit, quia parte negligentiore excubiæ visæ sunt. quod ubi præter spem non successit, in urbem reuersus rem extremæ necessitatis & desperationis aggreditur. seniore enim filium qui regni successor destinatus fuerat, productum in mœnia, toto hostili exercitu inspectante holocausto Deo sacrificat. Reges verò hoc viso tantam necessitatem miserati, & humanarum vicissitudinum memores, soluta obsidione domum quisque suam reuersi sunt. Iosaphatus verò post hanc expeditionem pacatus quidem, sed non diu Hierosolymis superuixit, exacto vitæ anno sexagesimo, regni vigesimo quinto: sepultusque est in ea urbe magnifice, quemadmodum Dauidis imitatore sepeliri decuit.

20

Ioramus Hierosolymorum rex principatum adeptus fratres & paternos amicos interfecit. Cap. I I.



FILII quos complures reliquit superstites, Ioramus natus maximus patris voluntate in regnum successit, cum Israelitarum rege commune nomen habens, uxoris suæ fratrem, qui Achabi fuit filius, & tum recens à Moabito bello Samariam reuersus Eliseum secum adduxerat. Eius prophetae res memorabiles è sacris libris huc trans-
 30 scriptas inferere nostræ narrationi operæpretium duximus. Obedi-
 40 diæ uxor, qui Achabi dispensator fuerat, tunc vidua Eliseum adiit, dicens nec ipsum ignorare quòd ea persecutione qua Iezabela in prophetas sequebatur, maritus eius centum ex eo numero seruauerat: quos ut alere clam posset, multum aris alieni contraxerat. nunc illo defuncto, creditores & ipsam & liberos in seruitutem velle rapere. quapropter orabat ut ob hoc mariti benefactum eius miseris opem aliquam præsentem afferret. Quo scitante ecquid domi haberet, nihil se habere ait, præter olei paululum in fidelia. tum propheta iubet illam ire, & acceptis commodato à vicinis vacuis vasis compluribus, foribusque cubiculi clausis, in omnia oleum id indere. Deum enim repleturum omnia. Paruit mulier, & repletis ad vnum omnibus, ad prophetam reuersa, rem totam illi retulit. Ille. consuluit ut diuendito oleo, debitum creditoribus red-
 40 deret. aliquantum enim de olei pretio superfore, quod ad liberorum alimenta valeat. atque in hunc modum mulier à creditorum molestia liberata est. Idem Ioramum per nuncios admonuit, ut locum quendam caueret, in quo à Syris occidere eum volentibus insidiæ positæ fuerant. Quo factum est ut ille præmonitus venatum non iret. Adadus autem frustratis insidiis indignatus est, ratus à suis detectas: & vocatis domesticis per conuiuium proditores appellauit, minatus etiam mortem, eo quòd rem solis creditam hostis per eos cognouerit. Quodam autem respondente, non recte eum facere quòd proditoris amicos insimularet, & suspicaretur ab ipsis detectos qui ad hostem intercipiendum missi fuerant: sed scire debere, quòd Eliseus propheta nihil non indicet, prodaturque vel occultissima consilia: iussit eos per nuncios explorare, in
 50 quanam urbe Eliseus habitet: renunciatumque est ei apud Dothaim hominem degere. Ac mox illuc aliquot equitum turmas misit cum curribus, qui Eliseum comprehenderent: qui noctu urbem circumuentam, circumquaque custodiebant. Diluculo autem minister prophetae recognita, quòd hostes vellent eum capere, trepide
 accur

accurrens hoc illi indicat. At ille famulum ponere metum, & bono animo esse hortatus est, & ipse interim securus & fidens diuino auxilio: rogauitque Deum, ut ad confirmandum famulum præsentem se & auxiliatorem ostenderet. Tum Deus exoratus speciem magni equitatus & curruum circa Eliseum famulo videndam exhibuit, ita ut animatus his suppetiis, nec ipse quicquam timeret amplius. Post hæc vates iterum Deum orauit, ut obscuraret oculos hostium, caligine immissa præ qua agnoscere ipsum nequeant: & impetrato hoc quoque, dedit se in medium illorum, interrogans quem quærerent: quibus respondentibus, Eliseum prophetam se quærere, pollicitus est hunc se traditurum eis, si ad urbem in qua esset ipsum sequerentur. atque ita, qui &
¹⁰ oculis & mente à Deo cæcati fuerant, ducentem incunctanter secuti sunt. quos ubi Samariam perduxit, Ioramum regem iussit portas claudere, & Syris suum militem circumdare: precibus deinde rursum ad Deum missis impetrat, ut hostium oculis caliginem illam tolleretur. at illi recepta oculorum acie, conclusos se animaduertunt in mediis hostibus. cumque attoniti & inopes & consilij hærent in tam prodigioso negotio, rege quærentem ex propheta, an iaculis eos deberet configere, id quidem facere vetuit. solos enim bello superatos hostes occidi fas esse. at hos ne læsa quidem ipsius ditione, Dei voluntate & potentia ignaros omnium eò loci esse productos. consuluit igitur ut hospitali mensa refectos incolumes abire permetteret. Itaque Ioramus prophetæ monitis obsequens, liberaliter ac splendide tractatos Syros ad regem eorum
²⁰ Adadum remisit. Illi reuersi omnia quæ eis contingere suo regi renuntiant: qui in tanto prodigio manifestam Dei potentiam admiratus, simulque vatis diuinitatem, nihil posthac contra Israelitarum regem clam molitus est: sed decreuit aperto Marte rem gerere, potentiorem se ratus, & numerosioris exercitus dominum: comparatisque ingentibus copiis, vniuersas contra eum educit. qui putans se imparem, si collatis signis res ferro gerenda sit, intra Samariam se continuit, fretus urbis munitionibus. Adadus verò cogitans, si non machinis, fame tamen eam se in potestatem redacturum, oppugnationem aggreditur. Tanta autem Ioramus laborabat rerum inopia, ut propter nimiam indigentiam intra Samariam veniret octoginta denariis argenteis caput asini, & quinque denariis Hebræi columbini stercoris sextarium vice condimenti
³⁰ emerent: nihilque magis verebatur rex, quam ne quis fame adactus, & non ferens inopiam, urbem hostibus præderet. quamobrem per singulos dies obibat ipse mœnia & excubias, dispiciens ne quis in urbem clam admitteretur, & singulari diligentia huiusmodi occasiones adimens. Cumque mulier quædam exclamasset, Misere Domine, putans eam aliquid cibi petere, commotus ira male precatus est ei, negans sibi esse vel areas vel torcularia, unde ipsi impartiri posset aliquid. illa verò dicente nihil se eiusmodi petere, nec ob cibum molestam esse, sed ut litem inter se & aliam mulierem finiat: iuber quid rei sit exponere. Mulier ait se cum amica quadam vicina pactam, ut quandoquidem nullum aliud ad sit contra famem remedium, iugulatis infantibus (nam utrique erat filiolus) vnum atque alterum diem hoc cibo se alerent. Se prius suum occidisse, quo hesternæ die consumpto in communem alimoniam, alteram illam mulierem à pacto discedere, & suum abscondidisse filium. Percussus vehementi dolore Ioramus vestem sibi conscidit, & exclamans hoc demum defuisse ad calamitatum summam, ira contra prophetam accenditur, tollendum dictitans qui in tantis malis nullum dignaretur à cælesti numine impetrare subsidium: confestimque mittit qui caput illi amputet. Et ille quidem ad eandem eius properabat, Eliseum verò regis ira non latuit: sed domi sedens cum discipulis, Ioramus, inquit, homicidæ filius misit qui caput mihi adimat. nunc aduertum eius obseruare, ut dum erit pro foribus oppositis vos, & obiectis foribus illi remoremini. mox enim rex ipse aderit, madata iam pœnitens. Illi ita ut iussi sunt, hominem vententem excludunt: moxque Ioramus ad se reuersus, & venturus
⁴⁰ ne cades acceleretur, quantum potuit, ad Eliseum properat, interuentu suo cohibiturus missam à se hominem, & vatem periclitantem seruaturus. quod ut ventum est, incusare eum coepit, quod in tantis calamitatibus se cum ciuibus dispiceret, nec vllum à Deo peteret remedium. Tum propheta promittit in crastinum eadem hora qua tum rex ad se venerat, futuram magnam rerum ad victum necessarium abundantiam, ita ut
⁵⁰

IIII.

publicè in foro vno siclo veniret, satum similæ, & vno æque siclo duo sata hordei. His dictis rex cum suo comitatu supra modum exultatus est, propter expertam toties prædictionum fidem, tum quoque nihil addubitans, & præsentem difficultatem spe futuri subleuans, amicus autem quidam regius, tertiæ copiarum eius parti præpositus, cui tum rex fortè familiariter incumbebat, Non credibilia, inquit, polliceris mi vates, & sicut absurdum sit sperare similæ ac hordei pluuiam, ita nec quod tu dicis mihi sit
 4. Reg. 7. verisimile. Tum propheta: Videbis ipse, ne dubita, sed videbis modò, non frueris etiã. Hæc prædictio effectum talem habuit. Mòs erat apud Samaritas, vt lepra impurati extra mœnia degerent: & tum quoque quatuor numero hac de causâ extra portas habebant domicilium. Hi cum propter sæuientē famem nihil ex vrbe ciborum acciperent, 10 & siue in urbem reditus daretur, siue domi se continerent, fame sibi pereundum certò intelligerent, decreuerūt se hostibus committere: vt siue eis parceretur, viuerent: siue seuire hostis mallet, certe leuius mortis genus incurrerent. Hæc sententia postquàm comprobata est, noctu eunt ad castra hostium. Ea nocte Deus Syros exterruit, immisso in aures eorum sonitu quasi curruum & armatorum aduētantium, adeò vt crescente magis ac magis suspicione consternati è totis castris ad regem suum concurrerent, dicentes adesse reges à Ioramo conductos, regem Ægypti & regem insularum: iam enim exaudiri eorum strepitum. Hæc nunciantibus Adadus credidit, quòd & ipsi aures inani sonitu pulsarentur vt cæteris: & per summam trepidationem omnes sine ordine ad fugam se expediunt, relictisque intra castra & equis, & iumentis, & diuitiis 20 maximis totam spem salutis in fugiendo collocant. Leprosi vero illi Samaritæ venientes in castra Syrorum in ipso valli aditu, ingens silentium & magnam rerum copiam deprehendunt, progressique vltèrius, & ad vnum quoddam tentorium delati, postquam nē vnum quidem adesse viderunt, resecti primum cibo ac potu, veste & multo auro se onerant, eam prædam extra vallum elatam in quodam loco abdunt: mox alterum tentorium aggressi faciunt similiter vt prius: idque quater fecerunt, nemine interrim conspecto. Vnde facile coniectantes de abitu hostium, damnabant suam negligentiam, quòd non hæc Ioramo & ciuibus indicassent mox à principio, quapropter ad mœnia Samariæ properant, & inelamatis custodibus discessum hostium eis significant. illi porrò excubitoribus regiis idem renuntiant. Rex cognito negotio amicorum 30 & ducum consilium aduocat. ait rem sibi suspectam, ne astu simulato abitu Syri sibi insidias struant, desperâtes fame urbem expugnari posse: vt si ad diripiendâ castra quasi fuga desertâ procurrant, repente coorti cæsis direptoribus urbem etiam facile occupent. quare suam sententiam esse, vt diligenter eam contra insidias muniant, & cauti sint, neque temere credita fuga hostium procurrendo periculose obiciant. Hoc consilium quidam laudauit vt prudens: addiditque sibi videri mittendos duos equites qui omnia Iordanem vsq; explorent: qui si fortè intercipientur, cautiores fore cæteros, ne & ipsi temerè progressi circumueniantur: nec duorum equitum fore grauem iacturam, quos fortassis alioquin fames absumeret. id regi placuit, & cuestigio misit qui omnia dispicerent. illi renunciât nihil se per viâ reperisse hostium, sed passim iacere arma iactata, & frumentum reliquasque sarcinas, quo expeditiores fugerent. his auditis rex multitudinem ad castrorum direptionem emittit, nec fuit vulgaris præda, sed auri & argenti plurimum, & varia iumentorum genera, præterea tantum inuenerunt frumenti atq; hordei numerum, quantum nec in somnis sperare poterât, vt mox omnes præteritæ famis obliuio caperet. tanta enim fuit abundantia, vt duo sata hørdei siclo emerentur, & eodem pretio satum similæ, iuxta Elifæi vaticinium, satum autem continet modium Italicum & dimidium. solus autem hac copia non est adiutus, præfectus ille tertiæ partis militiæ. constitutus enim ad portam à rege, vt cohiberet proruentis multitudinis imperum, ne se inuicem cõculcando obtreterent, ipse hoc passus est: atq; ita interiit, quemadmodum Elifæus prædixerat, cum prænuncianti annone abundan- 50
 4. Reg. 8. tiam nollet credere. Rex autem Syrorum Damasci reuersus incole in his, nō cognouit diuinitus immisso terrore se vnâ cum exercitu in fugam conuersum, & vanum fuisse quod de aduentu hostium crediderât, ratus omnino aduersum se habere numen, per animi agritudinē in morbum etiam corporis incidit, cumque per idem tēpus Elifæus

Damasc

Damascum inuiferet, hoc cognito fidissimum è familiaribus suis Azaelem honoris causa ei misit obuiam, non sine muneribus, scitaturum quisnam futurus esset morbi exitus, & num euasurus esset hoc periculum. Azael assumptis x. camelis quicquid optimum ager Damascenus fert, & quicquid in regia fuit eximium, in eos imposuit: & obuiam factus Elifæo, reuerenter eum salutat, dicens se ab Adado rege missum ut offerret ei munera, & de morbo cōsuleret, nūi quod leuamen sperare debeat. propheta nuncio nihil mali renunciare iussu, tantum moriturum regem indicat. id famulus regius dolenter accepit. Elifæus verò flebat, & multis manabat lachrymis, prospiciens quanta mala passurus esset sūus populus post Adadi obitum. Azaele deinde rogante
 10 causam tristitiæ; Fleo, inquit, quod me Israelitarū misereat, tam multis à te afficientur cladibus: nam optimos ex eis interficies, & munitissimas eorū vrbes incēdes, & infantes ad saxa allides, & dissecabis pręgnātes mulieres. Azaele verò dicente, & vnde tui hi vires ut hæc faciam, ait sibi diuinitus significatum, quod ipse regnaturus sit in Syria. Itaque Azael reuersus ad suū dominum, melius eum habiturum nunciat: & sequenti die reti vuido in eum iniecto, præfocari à se regiam occupat, vir alioquin strenuus, & gratiosus apud Syrorum ac Damascenorum multitudine: quo factum est ut vsque in præteritā Adadus quā Azael eius successor diuinitus apud Syros colantur honoribus, tum propter aliam beneficentiam, tum quia magnifice templis exstructis Damascenorum urbem ornatiorē reddiderint. eorum enim effigies quotidianis pompis
 20 honorant, & antiquitatē iactant, nescientes quod non admodum sint veteres, & nondum centum supra mille annis ab eorum ætate interfecissent. Ceterum Ioramus Israelitarum rex audita morte Adadi, à continuīs pauonibus respirauit. lætus tandem abigendo quando licere sibi in pace vivere. Alter vero Ioramus qui Hierosolymis imperitans
 4. Reg. 8. eodem ut dixi nomine censebatur, mox ut principatum iniiit, à cordibus fratrum & patrum amicorum potestatem auspicatus, videbatur cum Israeliticis regibus certamen suscepisse, ne inferior haberi posset, quantum ad impietatem attinet, nactus ad hoc magistrā idoneā Gotholiam vxorem: quæ fuit Achabi filia, à qua externorum numinum cultum didicit. Et quamuis Deo certum esset seruare quæ Dauidi promiserat, Ioramus tamen indies nouis superstitionibus irritare eum, & populi regionem deprauare non destitit. Accidit interim ut Idumæi ab eius imperio deficerent, cæso rege
 30 suo qui Iosaphato hætenus paruerat, & nouo in eius solium imposito: quam iniuriā ulturus Ioramus cum equitatu qui tum ad manū erat, & curribus in Idumæam nocturne irrupit: & exultis vicis finitimis non est ausus ulterius progredi, nec tamen hac expeditione quicquam profecit, nisi quod plures defectiones secutæ sunt, excutientibus eius iugum & illis qui Labinam regionem incolunt. Tantus autem fuit hominis furor, ut adigeret populum lucos in editis montibus sitos conscendere, & aliena numina colere. Cui sic insanienti & prorsus oblito instituti patrij, affertur ab Elia propheta epistola, vindictam Dei minitans, quod contempto patrum suorum exemplo, ad sectandam Israeliticorū regum impietatem se contulerit: nec hoc contentus etiam Iudæ tribum & Hierosolymorum ciues impulerit relictā patriā religionē ad externos ritus
 40 desciscere, & effigies hominum colere, quemadmodum & Achabus sibi subditos compulerat. ad hæc quod fratres & alios viros bonos ac iustos interfecisset. pergit etiam qualis immineret in eisdem significabatur literis, hostilis manus quæ in populum regis & domesticā familiā defæuaret, nec liberis parcens nec vxoribus. Ipsum quoque lento ventris profluuiū vexatum, intestinis simul paulatim effluentibus, sero per hoc peccatum agnoscentem, miseram efflaturum animam. atque hoc fuit argumentum epistolæ, quæ illi Elie nomine est reddita.

*Exercitus Iorami deletur ab hostibus, & filij perimuntur, vnico excepto, postremo ipse
 50 miserā morte tollitur.. Cap. III.*



Ec multo post exercitus Arabum qui versus Æthiopiam incolūt, cum alijs Barbaris Iorami regnū inuadit, qui & regionem omnem, & ipsam regiam diripuit, iugulatis etiam vxoribus eius ac liberis. vnicus tantum fuit superstitēs, ægre elapsus è manibus hostium, Ochozias nomine. post hanc publi-

cam calamitatem, & ipse in morbum incidit, sicut ei iam antè prædictum fuerat. id malum in ventrem eius ingruit, vt manifesto diuinæ iræ indicio miserabiliter periret, videns quotidie per ventrem intestina defluere: quin & populus insultauit eius cadaueri, facile inde coniectans, quàm iniustus Deo fuisset homo nefarius, nec cum regio funere dignatus est, nec paterno monumento intulit. Vixit annos quādraginta, regnauit octo. populus Hierosolymitanus Ochoziam in paternum solium imposuit.

Damascenorum rex Israelitarum regem bello impetit. Cap. IIII.

V I.



Israelitarum autem rex Ioramus sperans post Adadi mortem Ramatham Galaditicam urbem se posse recipere, magno prius facto apparatu exerci-

4. Reg. 9.

tum ei admoet. In ea oppugnatione sagitta ictus à quodam Syro non letaliter, in Azaram urbem se recepit curandi vulneris gratia, relicto in obsidione Ramathæ toto exercitu, cui Ieum Amasia filium præfecerat, qui illam vi exignatam recepit. Eratautem ei propositum percurato vulnere Syros bello aggredi. Interim Elifæus dato vni è discipulis suis sacro oleo, misit eum Ramatham, vt eo delibutum Ieum regem appellaret, diceretque se auctoritate diuinâ regem eum eligeret, mandatis etiam quibusdam aliis, iussit eum surgentis more iter facere, nemini abitus eius conscio. Ille vbi ad destitutam urbem peruenit, offendit Ieum, sed eum medium inter duces exercitus, ita vt Elifæus fore prædixerat: accedensque ad illum, ait se cum eo velle colloqui: & cum surgens secutus ipsum esset in conclauem, iuuenis de prom-
ptum oleum in caput eius effudit. Deus, inquit, te regem elegit in perniciem Achabigenens, & vt vlciscaris prophetatum eius sanguinem, qui à Iezabeha contra omne fas occisi sunt vt quemadmodum prius Hieroboami & filij ipsius Nabadi, ac mox Basani, 29.
familia. Propter impietatem interiere funditus, ita nunc nullum semen maneat reli-
quum ex Achabigenere. Atque hæc locutus è conclauem proripuit, nolens à quo-
quam conspici. Ieus autem statim in confessum ducum rediit. Percontantibus autem illis, qua de causa venisset iuuenis, & insanum videri dicentibus: recte, inquit, coniecturam facitis. nam insani verba locutus est. illis verò magis etiam exponi sibi quid esset orantibus, regnum populi sibi à Deo delatum, ait illum dixisse. Hæc vbi prolocutus est, vnusquisque ducum detraxit sibi pallium. quibus congestis in speciem solij, & ipso 30.
superimposito, tubis & cornibus iussorunt signa canere, Ieum, nouum regem con-
sultantes faustis acclamationibus. Ille decreuit cum exercitu Iezraelam urbem perere, vbi tum, vt iam diximus, Ioramus curabat vulnus: quod in Ramathensi oppugnatione acceperat. Veneratque eò per officium cognationis etiam Hierosolymorum rex Ochozias, quod esset sororis eius filius, vt quomodo se habeat vulnus, inuideret. Quos vt Ieus repentino accessu opprimeret, edixit vt è suis militibus nemo Ioramo indicium faceret: hoc enim eximium fore argumentum, quod bona fide regnum sibi detulerint.

Ioramus à Ieu magistro equitum cum tota stirpe occiditur, & cum eo Hierosolymitanus rex Ochozias. Cap. V.

40



Milites verò lati imperata faciunt, & omnes vias obsident, ne quis ad Ioramum illis insciis peruenire, & quid agatur renunciare valeat. Ieus interim stipatus equitum lectissimis, ad Iezraelam sublimis curru properare vehitur quo iam appropinquante, speculator à rege constitutus vt venientes in urbem obseruet, vbi vidit Ieum cum turmis aduehi, renuntiavit Ioramo aduentare agmen equitum. illi euestigio mittit quendam equitem qui occurrat, & cognoscat quisnam veniat. ad quos vbi accessit eques, rogat quid agatur in exercitu. regem enim scire cupere. Ieus iubet illum nihil de hac re esse sollicitum, & vt sequatur se cunctis. hoc speculator cum vidisset, renunciat Ioramo equitem illum admixtum agmini iter 50.
facere cum illis. mox & alterum à rege missum Ieus idem iubet facere, vt verò & hoc per speculatorem Ioramus didicit, postremo ipse cōscenso curru cum Ochozia Hierosolymorum rege, quæ vt cognatū inuicendi gratia illò venisse diximus, exiit illi obuiam. nam lente & composito agmine Ieus incedebat. Hūc Ioramus in suburbano Nabuthi
nactus,

nactus, rogat satim saluæ sint res in exercitu, à quo amarulento conuicio exceptus, & veneficæ meretricis filius appellatus, facile cogitans nihil sani eum habere in animo, flexis habenis cœpit fugere, dicens Ochoziæ, circumuentos se dolo ac insidiis. Ieus verò sagitta per cor transfixum de curru eum præcipitat. mox. Badaco tertiæ partis exercitus præfecto imperat, vt cadauer Iorami in Nabuthi agrum proiciat, prophetiam Eliæ in mentē ei reuocans, quæ patri huius Achabo prædixerat, fore vt aliquando ipse & eius familia in eoloco pereat, id enim se tum ex ore prophetæ audisse, cū post tergum Achabi in eodem curru sederet, ad quod etiam ita vt prædictum fuerat etuenit. Cæso autem Ioramo, Ochozias suæ quoque salutis metuens, currum in aliam
 10 viam deflexit, latere se Ieum existimans. At ille assēcutus eum ad quendam cliuū, sagitta ictum fauciat, qui relicto curru equum propere conscendit, & continuatō cursu delatus est in Magedonem oppidum, vbi paulo post ex eo vulnere mortuus, relatusq; Hierosolyma, illic sepultus est, cum regnasset anno vno, patre suo longe sceleratior.

Ieus inter Israelitas regnat apud Samariam, & post eum usque quartam generationem eius progenies. Cap. VI.



20 **E**v verò venientes Iesraelam Iezabela ornatu regio stans in turri, ô seruum egregium, inquit, qui dominum suum occidit. Ille suspiciens rogauit eam quæ nam esset, iubens ad se descendere. tandem eunuchis ipsius imperat, vt eam de turri dent præcipitem. quæ inter cadendum cruentatis manibus, vbi solum attingit ab equitibus conculeata & obtrita perit. post hæc Ieus ingressus regiam cum amicis refecit se ab itinere, mandauitq; Iezabelæ famulis vt eam sepelirent in honorem generis, quod nata esse è regibus: qui nihil reliquum inuenerunt de cadauere, præter manus & faciem, consumptis cæteris à canibus. his auditis Ieus admiratus est Eliæ mentem diuinam, qui eam reginam in hac ipsa vrbe male perituram prædixerat. Et quia septuaginta liberi Achabi apud Samariā educabātur, binas eò literas Ieus, 4. Reg. 10
 30 alteras ad eorum pædagogos, alteras ad vrbis magistratus, misit: in quibus hortabatur, vt quandoquidem arma, viri, equi & currus illis non deessent, creato ex eo numero rege qui per ætatem maxime videri posset idoneus, in domini interfectores vindicent. Id faciebat, vt experiretur quomodo Samaritæ erga se animati essent. Magistratus autem & pædagogi lectis literis extimuerunt, & cogitantes se huic qui duos maximos reges oppresserat, esse impares, rescripserunt ipsum esse dominum, se verò imperata eius paratos facere. Ille rursus rescripsit, ergo Achabi filiorum capita præcisa ad se mitterent. Tum magistratus accersitis adolescentum altoribus imperant, vt occisis illis præfecta capita ad Ieum transmittant. illi nihil miseri iussu per-
 40 egerunt, & congesta in vasis quibusdam plexilibus capita Iesraelam miserunt. Quæ cum eo perlata essent, renuntiatur cœnanti cum amicis regi, adesse Achabi filiorum capita. ille ante portā ex utroque viæ latere aceruos ex eis iussit construi: quo factō, diluculo ad ea visenda progressus, vertit se ad populum: & si ego, inquit, cum coniuratis dominum meum interfeci, istos omnes quis interfecit? Volebātque eis persuasum, quicquid Achabi generi accidisset, non volente solum, sed prænuntiante etiam Deo factum, qui hoc fore iam ante per Eliam vatem ostenderat. Deinde occisis quotquot etiam apud Iesraelitas ex ea cognatione inuenirentur, versus Samariam iter ingressus est. Et cū incidisset in cognatos Ochoziæ regis Hierosolimorum, rogauit quonam tenderet. Aiunt se venire salutatum Ioaramum; & cum eo regem suum Ochoziam. nesciebant enim vtrunque ab eo necatum. ille hos quoque comprehesos iubet interfici, duos & quadraginta numero. Paulo post occurrit ei vir
 50 bonus & iustus, nomine Ionadabus, vetus amicus ipsius: qui post mutuam salutationem multis verbis prædicauit eius facinora, quod ex sententia Dei fecerit omnia, dum impiam Achabi familiam extirpat radicitus. Ieus verò suasit ei vt consensu curru quo ipse vehebatur, simul intraret Samariam. Visurum enim quod nemini malo parceret, sed falsos vates ac sacerdotes, qui populo seducto autores fuerint relicta
 patria

patria religione externa sacra suspiciendi, ad vnum omnes supplicio dederet. iucundissimum spectaculum fore viro bono, inspicere malos dantes meritas pœnas actorum scelerum. Paruit regi Ionadabus, & eodem curru cum eo Samariam peruegitus est. At Ieus quantum cognatorum Achabi diligenti inquisitione facta inibi reperit, omnes ad mortem adigit. Cumque euperes neminem talis prophetis & sacerdotibus profanis euadere, dolo vniuersos circumuenit. Conuocato enim populo ait se omnes Achabi religiones duplicem velle, idque ex sententia sacerdotum ipsius & prophetarum fiat, debere omnes eius ordinis ad se conuenire. Celebrandum enim solennibus victimis diem festum Balie quo nomine Achabi Deus vocatur. ab ea festiuitate si quis sacerdotum abfuerit, capitale fore. dimissis deinde per omnem Israelitarum diuisionem qui sacerdotes ad statum dicti Samariam deducere, iussit omnibus vestes donari. easque acceperant, venit in eadem ubi erant, Ionadabo etiam comitatus, & adhibuit qui scrutarentur ne quis alienus admixtus sit: nolle se dicens vt sacris eorum alienus ac profanus vllus sese ingerat. illis vero negantibus quemquam talem adesse, & iam sacra sua parantibus aggredi, foris actoginta viros e fidissimis armat: quibus mandat vt pseudopphetas omnes interimant, & patrios ritus tam diu neglectos vlciscantur, interminatus quicumque aliquem eorum elabi permiserit, vicarium pro illo moriturum. Illi vero omnes ad vnum necauerunt. & regia ipsa incensa urbem externis sacris profanata purificauerunt. Iste Bal Tyrionum deus erat, quem Achabus in gratiam Ithobalis Tyrionum ac Sidoniorum regis socii sui co-
huit, templo ei Samariae dedicato, & prophetis cum reliquo cultu assignatis. huius saceris abrogatis Ieus, aureas tamen vaccas Israelitis adorare permisit. Nec tamen ingrata Deo fuit eius in impios animaduersio, qui per prophetam suum significauit, per quatuor generationes posteros eius apud Israelitas cognaturos.

*Gotholia per summum nefas Hierosolymis regnum occupat, quâ post sextum annum
cessa pontifex Ochozia filium regem constituit.* Cap. VII.

VII.
4. Reg. II



VM. Ieus homines nefarios in hunc modum persequitur, Gotholia regis Achabi filia comperta filij morte & generis sui pernicie, decreuit etiam e Davidis familia neminem superstitem relinquere, ne quis huius sanguinis posthac Hierosolymis regnum obtrineat: id quod quantum in ipsa fuit perfecit. Seruatus tamen est vnus Ochozia filius ad hunc ferme modum. Erat Ochozia germana soror, Iosabetha nomine, pontifici Ioado nupta. hæc regiam ingressa, cum inter cælorum cadauera latentem nutricis opera anniculum puerum Iosum deprehendisset, ablatum furtim domi in suo cubiculo abdidit, & solo marito conscio sex annis in templo clamauit, quàm diu Gotholia Hierosolymorum & duarum tribuum regnum tenuit. Septimo demum anno Ioadus cum quinque centurionibus coniurat, vt communicatis operis ademptum Gotholiae regnum ad puerum transferant: dataque & accepta silentij fide spei pleni negocium hoc modo aggrediuntur. centuriones Ioado ad hoc facinus adsciti peragrata tota regione sacerdotes ac
Leuitas & aliquot in suis tribubus potentiores Hierosolyma nomine pontificis euocatos secum adducunt. ille habere se vtile reipublicæ consiliū ait, aperturumque eis, si id apud se continere velint: opus enim esse non silentio tantum, sed etiā auxilio. Cumque sacramentum ab eis acceperat, tuto se posse quicquid vellent dicere, producto puero Dauidici generis quē alebat: Hic est, inquit, rex vester, ex illa natus familia, quā scitis Deum prædixisse regnaturā in perpetuum. Itaque cenfeo tertiā vestrū partem custodiam eius in templo agere, tertiā item omnia templi loca opportuna occupare: eam verò quæ superest, patentē portam qua itur in regiā seruare. reliquā verò multitudo in templo inermis sit neque quenquā cum armis intrare sinite, qui non sit sacerdos. præterea certos e sacerdotibus ac Leuitis selectos madauit satellitij more strictis gladiis
regē stipare, & si quis armatus in templū irrumpere ausit, incunctanter occidere, & posito omni metu seruandi tantū regis curam gerere. illi approbato pontificis consilio rem statim aggrediuntur. Ioadus verò aperto armamentario, quod Dauid in templo instruxerat, distribuit centurionibus & sacerdotibus ac Leuitis quantū ibi hastarum

rum inuenit & pharetrarum, & si quod aliud armorū genus aderat. atq; ita armatos templo circundedit cōsertis inuicē manibus, vt ab ingressu quos interessē nō oportebat excluderent. adductoq; in medium puero, corona regia caput redimitum, & inunctū sacro oleo regē pronunciat. populus quoq; gaudēs simul & plaudens faustis acclamationibus vitā & victoriā nouo regi congeminat. Tumultus hic & acclamationes prāter spem ad aures Gotholix venientes effecerunt, vt vehementer perturbato animo cum satellitio prosiliret à regia. Venientem deinde in templū ipsam quidem sacerdotes admittunt, sed armatos eū sequētes arcuerunt illi, qui ad hoc ipsum templo à pontifice circūdati fuerant. Ceterū Gotholia postquā puerū vidit in suggestu stantem, redimitūmq; corona regia discissā veste sua, magno clamore iubet interfici insidiatorem, & occupatorem tyrannidis. Ioadus contrā accitis centurionibus iubet mulierē arripi, duciq; in torrentē cedronis, atq; illic pœnas luere. neque enim fas esse templū veneficæ supplicio pollui. mandauit etiā, si quis ei conetur ferre suppetias, & ipsum pariter interimī. Illi igitur quibus hoc demandatū est, eductam extra portā mulorum regis illic interficiunt. Vt verò conspiratio contra Gotholiam successit, Ioadus conuocato populo ac militibus in templū, omnes sacramēto ad fidem regis adegit, incolumitati ipsius tuendæ, regnōq; augendo daturus operā. eodem iureiurando, mox regē astrinxit ad diuini numinis reuerentiā, & ad obseruationem legum quas Moyses cœlitus acceptas ad populū pertulit. post hæc ad ædem Bali sacrā

20 concurritur, quam Gotholia cum marito Ioramo, construxerat, in veri Dei cōtumentiam, & ad Achabi gratiam: eam populus à fundamentis diruit, & Mathanem quītum sacerdotium eius tenuit, trucidauit. Templi verò curā & custodiā sacerdotibus ac Leuitis iuxta Dauidis regis institutum Ioadus cōmisit, iussitq; vt bis singulis diebus solenne offerrent sacrificium, & suffitum iuxta præscripta legis facerent. Deinde quosdā e Leuitarū numero ianitores ad custodiam templi constituit, ne quis pollutus posset intrō subrepere. Hæc vbi ad hunc modū disposuit, cum centurionibus & ducibus totōq; populo ex templo Ioasum in regiā deduxit: cūmq; collocato in solio denuo alacriter acclamatum esset, populus ad opulas conuersus festiuitatem per aliquot dies egit, omnibus scelestæ mulieris eadē libenter ferentibus. Erat Ioas cum

30 in regnum adsciretur, annorū septē, matre natus Sabia, ex oppido Bersabe oriunda. fuit autem legum & diuini cultus obseruantissimus, toto tempore quo Ioadus fuit superstes: duxitq; vxores duas postquam ætate maturuit, conciliantē coniugiū eodem pontifice: ex quibus vtriūque sexus liberos suscepit. Atque ætenuſ de Ioaso quomodo elapsus ex insidiis Gotholix, tandem regnum affecutus est.

Azælis Damascusorum regis contra Israelitis, ac mox contra Hierosolymitas expeditiones.

Cap. VIII.

40 **A**ZÆL autem Syrorū rex bellū cum Israelitis & Ieo rege eorū gerens religionis trans Iordanem sitæ orientales tractus vastauit, qui à Rubenitis & Gaditis atq; Manassitis colebātur: necnon Galaditicā & Batanzā, omnia rapinis miscens, & incēdiis, ac ne ab hominū quidē eade rēperans quotquot in eius manus inciderēt. Neq; enim leus arcere eū à populationibus posuit, cōtemptor & ipse numinis religionūq; & legū à maioribus per manus acceptarū toto regni sui tēpore, quod fuit annorū x. v. i. quo exacto mortuus apud Samariā est sepultus, Ioaza filio successore principatus relicto. Ioasum autē Hierosolymorū regem instaurandi tēpli cupido subit: vocatōq; pontifice Ioado iussit eū per totā suam ditiosam Leuitas & sacerdotes dimittere, qui in singula capita semiscilū argenti exigerēt in vsum eius instauracionis, cō quod sub Ioramo & Gotholia, & eorū liberis tuēdi & fartiedi templi cura penitus abiecta fuerat. Pontifex vero hoc nō fecit, sciens neminē libeter argentū erogaturū: sed anno regni vigesimo tertio rege incusante quod voluntati suæ nō obtemperasset, & iubente in futurum templi reparationi prospicere, tale quiddā ad colligendā pecuniā cōmentus est, quod nō grauatim tulit populus. arcam parauit lignēā, in qua bene clausa vnū tantū foramen superne reliquit, eam cū in templo iuxta altare deposuisset, iussit quēq; pecunię quantū liberet per foramen immittere,

tere, in tēpli instaurationē cōferendæ. id populus tulit æquissimo animo, & multū auri atq; argenti certatim contulit. arcā verò singulis diebus præsente rege exinaniebāt sc̄riba gazophylacij & sacerdos eius custos, numeratāq; pecunia & recōdita, rursū vnde sustulerāt reponebant. & cū primū videretur collatū quantū sat esset, pontifex & rex conduxerunt fabros & cāmentarios, & trabes magnas pulcherrimæ materie cōparauerunt. instaurato deinde tēplo, quicquid ex collato auro & argēto superfuit (superfuit autem nō parū) id totum in crateras, cantharos, pocula, & alia vasa insumptum est: insuperq; quotidianis sacrificiis altare adolebatur. atq; hæc tantisper dum Ioas vixit diligenter accurata fuerunt. illo autē post annū ætatis centesimū & trigessimū defuncto, & ob probitatē ac iustitiā insignē, tum quòd Dauidici generis seruator fuisset, in regū monumenta illato, rex Ioas à pristina religionis cura facile desciuit: mōxq; & primates populi ad eundē modum deprauati sunt, vt nihil apud eos potius haberetur quàm contēptus iuris ac iustitię. Deus verò indignatus propter hāc regis & cæterorū mutationē misit prophetas qui cōtestarentur eos & à præsenti malitia cōpescerent. illi vero tam insano affectu eam cōplectebantur, vt neq; exemplis maiorū qui propter contemptū legū cum totis familiis perierant, neq; prophetarum cōminationibus moti resipiscerēt, & ad relicta honesta studia reuerterētur. Quin & Zachariā pontificis Ioas filiū rex in ipso templo saxi iussit obrui, oblitus patris eius beneficiorū, tantū quia propheta diuinitus cōstitutus, pro concione populū & regē adhortatus ad iustitiā, graues pœnas illis minatus est, si moniti parere contēnerent. 20. Moriens tamē Zacharias testē & iudicē Deum inuocauit, quòd pro bono consilio & patris sui beneficiis, à Ioas mortis amarū præmiū sibi rependeretur. Nec diu debita regi pœna dilata est; Azael enim Syrorū rex impressione in regnū eius facta, & Gitta primū direpta atq; euersa, mox ipsum Hierosolymis desidentem adortus est. Tum Ioas cōterritus omnes thesauros Dei priorūmq; regum exhaustit, & cum eis detracta templo donaria misit ad Syrum, tanti pacem redimens & securitatē, ne oppugnatus in extremū rerum suarū discriminē adduceretur. Ille tam ingenti pecunia corruptus, vim exercitus à regia vrbe abstulit. Ioas tamen graui morbo implicitus, amicis Zacharię pœnas dedit, qui ne filius pontificis maneret inultus, per insidias eum sustulerunt. Sepultusq; est Hierosolymis, nec tamen propter impietatē dignus habitus qui regis monumentis inferretur, cū vixisset annos XL. & septem. 30.

Amasias rex Hierosolymitanus exercitu contra Idumæos & Amalecitas ducto victor euadit. Cap. IX.

4. Reg. 14



IN regnum successit ei filius Amasias. Anno autem Ioasi vigesimo primo apud Israelitas & Samariam Ieo successit filius Ioazas, in quo principatu exegit annos XVI. patri nequaquā similis, sed magis primis eius regni regibus impius, qui palam omnem cōtemptum cælestis numinis præ se tulerunt. Huius copias rex Syriæ tantopere attriuit, vt ex numerofo exercitu non plus quā decē millia peditū, equites quingenti superessent: qua expeditione multas magnas vrbes illi ademit, & hostiū non mediocres strages edidit. Hæc autē Israelitis acciderunt secundū Elisæi vaticiniū, quo tempore Azaeli etiā prædixit, quòd necato domino Damasci ac Syriæ regnū esset occupaturus. In hac temporū difficultate Ioazas ad præces & supplicationes cōfugit, orās Deum, vt se è manibus Azaelis liberet, nec ab eo subigi patiatur. Deus autē qui nō solū perpetuā innocentia, verū etiā resipiscētiā fauore cōplectitur, & cū perdere possit si velit, castigare maulit, exoratus eripuit eum è belli periculis: & regio pacē nacta ad pristinū felicitatis statū breui rediit. Post obitū Ioazæ Ioas filius regno Israelitarū apud Samariam potitur, trigesimo septimo anno regni Ioæ regnatis in tribu Iudæ. nam & iste eodē quo Hierosolymitanus nomine vocabatur: tēnuitq; regnū annis XVI. Hic optimus vir erat, nihil paterni ingenij referens: & cū Elisæus iam admodū senex in morbū incidisset, visendi causa eum adiit: quē animaduertēs extremū spiritū ducere, flere cœpit, & lamentari, patrē & clypeū appellatans: quòd eō viuo armis cōtra hostē opus nō fuerit, sed ipsius prædictionū beneficio semper multis euaserint. Nunc illum è vita discedere, & verò exarma

exarmatum Syris & aliis hostibus obiici, quamobrē adempto tali præsidio, sibi quoq; optabilius vnā cum illo hanc etiam relinquere. His querimoniis motus Elifæus, regem cōsolatus afferri arcū postulat, eumq; regē iubet intendere: deinde iniecta in eū manu iubet iaculari. & cū emisis tribus telis destitisset: Si, inquit, plura misisses, poteras totum Syrorum regnum excindere. nunc quia tribus solis contentus fuisti, totidem præliis vinces Syros, & regionē quā tuo patri ademerunt recipies. His auditis rex abiit, & propheta paulo post defunctus est, vir inclytæ iustitiæ, & citra cōtrouersiam Deo longe charissimus. multa enim & miranda diuinæ mētis argumenta exhibuit, quorū memoria apud Hebræos durat clarissima. sepulchro etiam honoratus est
 10 magnifico, quale decuit hominē numini diuino acceptissimū. Cōtigit autē aliquādo vt latrones occisi à se viatoris cadauer in monumentū eius abderēt, quod mox reuixit à contractu prophetæ corporis. Atque hæc fuerunt & viui & defuncti vatis opera. Azacle autē rege extincto, ad Adadū filiū Syriæ regnum hæreditario iure peruenit. Huic Ioas Israelitarū rex tribus præliis victo omnē eam regionē abstulit, quē vrbes ac vicos de patre ipsius captos cōplexa est: quod & ipsum Elifæus iam antè prædixerat. postquā verò etiā Ioas fato functus est, Hieroboam eius filius excepit imperium.

Amasie victoria de Israelitis & Ioæ regis eorum reportata.

Cap. IX.

SE CUNDO autem anno Ioæ regis Israelitarū, regnū accepit Amasias Hierosolymis & in tribu Iudæ, matre natus vrbs regiē ciue, appellata Iudan. mirum autē in modū iustitiam colebat, tametsi ætate adhuc iuuenis. Regni administrationem exorsus à necis paternæ vindicta, qui amicorum insidiis sublarus fuerat, eosq; omnes in potestatē redactos affecit supplicio, parcens tamen ipsorū liberis, iuxta leges à Moyse præscriptas: qui iniquū censuit pro parentū culpis à liberis eorū pœnas reposcere. Post hæc delectu habito in tribu Iudæ & Beniamitica, conscripto flore iuuentutis, vtpote ætatis annorū plus minus viginti, centuriones his copiis idoneos attribuit. deinde misit ad Israelitarum regem qui viginti scutorum millia cōducerent stipendio talentorum argenti centū annumerato. decreuerat enim cōtra Amalecitarū & Idumæorū atq; Gabilitarū gentes exercitū ducere. iamq; propediē moturus erat in eos, cū interueniens propheta dimittere Israelitas cōsuluit. esse enim hoc hominū genus impiū, & cladē certam imminere oraculo se monitū, si talibus rex vtatur auxiliis. alioqui Deo fauēte vel modica manu deuinci posse hostiles exercitus. Rege autē ægreferente, quia iam publicè stipendiū Israelitis numerauerat, hortatus est propheta vt Dei voluntatē sequeretur, quo propitio nō defore pœcuniā. illos itaq; dimisit, præfatus se donare illis quicquid mercedis nomine accepissent, & cū domesticis tantū copiis cōtra prædictas gentes profectus est. Quibus vno prælio victis interfecit x. millia, & totidē millia captiuorū abducta in magnam petrā quæ imminet Arabiæ, eo loco per rupes præcipitatā nēcavit: atq; ita victor cum opima prædā domū rediit. Interēa viginti illa Israelitarum mercenariorum
 40 millia, ignominiosā rati suā missionē, ac si pro inutili dānata esset eorū opera, imperū in eius regnū faciūt: & progressi vsq; Bethsemere, regionē populati sunt; abactō magno iumentorū numero, cælisq; tribus colonorū millibus. Amasias verò post victoriā factus insolēs, auctore eius Deum cœpit habere cōtemptui, & pro eo vñbrari asportata de Amalecitis numina. Quāobrē à propheta cōuentus est, mirari se dicere si hos deos crederet, qui cultoribus suis nihil opis afferre valuerint; nec eos ab Hebræorum virtutes præstiterint, sed tanquā ad se nō pertinentes cordi & captiuos trahi passi sint. quā & ipsos bellitute abductos inter reliquā captiuorū turbam Hierosolyma peruenisse. Rex his verbis ad irā perēitus iussit illum hac de re esse quietum, minatus supplicium si negotiis alienis miscere se pergeret. tum ille, se quidem quieturū
 50 dixit, Deum tamen vltiorem huiusmodi nouitatibus nō defore. Nec multo post Amasias felicitatē suā, cuius tamen auctore Deum non agnoscebat, nō capiens, sed fastu inflatus, scripsit Ioæ regi Israelitarū, vt ipsius imperata faciat cū suo populo, sicut antehac idē populus maioribus eius Dauidi, & Solomonī paruit: quod si nolit vltro facere officium, bellū esse decernendū de imperij iuribus. Ad hoc Ioas in hæc
 verba

verba rescripsit. Rex Ioas regi Amasæ. Olim in eodem monte Libano cupressus erat & carduus. hic à cupresso filiam petiit filio suo dari coniugem. Interim bestia quædã superueniens conculcauit carduum. Hoc exemplũ te moneat, ne maiora quã par est appetas, neve propter recentem de Amalecitis victoriam elatus, & te & regnũ tuum incertæ committas aleæ. His lectis Amasias magis etiam ad bellum concitatus est, Deo, sicut fas est credere, instigante, vt tandem meritas impietatis pœnas exolueret. Vbi verò in conspectum hostiũ venit, instructa vtrinq; acie, tantus repente pauor ac consternatio diuinitus milites eius inuasit, vt priusquã manus confererentur, iam terga verterent: & aliis aliò diffugientibus, desertus à suis Amasias in hostis potestatem veniret: qui mortem illi minatus est, nisi efficeret, vt Hierosolymitæ apertis¹⁰ portis se cum victore exercitu admitteret. ea necessitate & vitæ amore adactus, perpersuasit ciuib; vt hostem reciperet. At ille dirutis ad trecentorũ cubitorum spaciũ mœnibus, curru per id interstitium triumphabundus inuectus est, captiuum præ se agens Amasiam: & hoc modo factus vrbis dominus, Dei thesauros abstulit, & quicquid auri vel argenti in regia repertũ est, totũ asportauit: ac tum demũ dimisso rege reuersus est Samariam. Hæc Hierosolymitis contigerunt anno regni Amasæ decimoquarto. Appetitus tandem amicorum insidiis fugit in vrbem Lacheis: nec tamen euasit, illuc quoque inscutis insidiatoribus, à quibus interfectus est. Corpus Hierosolyma relatũ, & regia magnificentia funeratum est. Tam miserũ autẽ exitum habuit propter nouatas religiones & pietatis contemptum post exactũ annum vitæ quin-²⁰ quagesimum, regni vero vicesimum nonum, Ozia filio regni successore.

Quomodo Ozias vicinas gentes subegerit.

Cap. XI.

XI

4. Reg. 14



E CIMO QVINTO autẽ anno regni Amasæ Hieroboamus Ioæ filius apud Israelitas regno potitus est, quod per annos quadraginta obtinuit in eadem qua maiores eius Samariæ regia. Hic rex cum esset vehementer impius, totũque idolis deditus, nihil sibi non permittens, Israelitis etiam innumeras calamitates attulit. Ei propheta Ionas prædixit, quod deuictis Syris ditionem suam esset ampliaturus, prolatis eius terminis ad septentio-³⁰ nes vsq; Amathẽ vrbem, ad meridiẽ vero vsq; Asphaltitem lacũ. his enim olim terminis Chananæa terra finiebatur, iuxta Iesu imperatoris definitionem. quo oraculo excitatus Hieroboamus, totos eos tractus ademptos Syris ad suum regnũ addidit, nihil fallente Ionæ vaticinio. Sed quoniam pollicitus sum me bona fide res Hebræorum proditurum, non dissimulabo quid de hoc propheta in sacris codicibus inuenerim. Iussus enim à Deo proficisci in regnum Nini, & illic prædicare, quod imperium illud periturũ esset, non ausus est hoc facere: sed putans se posse Deum effugere, cõscenso apud Ioppen nauigio petebat Tarsum Ciliciæ: exorta autem vehemẽti tempestate, ita vt periculũ esset ne nauis mergeretur, gubernator & nautæ, atq; ipse etiã naucle-⁴⁰ rus vota pro incolumitate faciebant: Ionas verò solus operto capite iacebat, nihil quemadmodũ alij faciens: cumq; turbantibus procellis fluctus magis ac magis cre-⁴⁰ scerent, suspicati aliquem è vectoribus esse in causa, decreuerunt sortito quærere quĩsnam ille sit. quo facto, fors prophetæ obtigit. percontantibus quĩsnam esset, vel quid haberet negotij, ait se Hebræum esse, & prophetam Dei maximi, consulitq; vt ipsum in mare iacerent, si vellent præsens periculũ euadere; se enim esse propter quẽ tempestas sæuiat. At illi primũ quidem non audebant hoc facere, impiũ facinus du-⁵⁰ centes, hominem hospitem, qui vitã suã fidei concredidisset, in tam manifestũ exitũ mittere, tandem urgente periculo & nauim tantum non mergente, partim prophetæ autoritate, partim suo pte metu cõpulsĩ, in mare eum proiciunt. Et tempestas quidem sedata est, Ionam autẽ ferunt à cæpo deuoratũ post triduum in Euxinũ pon-⁵⁰ tum reuomitũ, viuũ & toto corpore illæsum. vbi impetrata à Deo erratorum ve-⁵⁰ nia, ad Nini vrbem profectus est, & cum in loco vnde exaudiri poterat constitisset, prædicauit quod paulo post amissuri essent imperiũ Asiæ: & cũ hoc dicto abiit. Hæc de eo sic retulimus, vt inuenimus in cõmẽtariis. Hieroboamus autẽ exactis feliciter in suo principatu x. annis mortuus apud Samariã sepelitur, Zacharia filio successore. Ozias

Ionæ 1.

4. Re. 14. 15

re. Ozias item successit Amasie anno regni Hieroboami decimoquarto, & apud Hierosolyma duabus tribubus præfuit, natus matre Achia, ciue & ipsa Hierosolymitana. Hic erat natura bonus ac iustus, & magnanimus, prouidendisque rebus solers & industrius. is suscepta expeditione in Palæstinos, prælio victor vrbes eorum vi cepit, Gittam & Iamniā, & earum mœnia diruit. alia deinde expeditione duxit in Arabas Ægypto vicinos: & condita vrbe ad mare rubrum, præsidium in ea posuit. post hæc Ammanitis subactis, tributoque genti præfinito, & omnibus locis vsque ad Ægypti terminos in potestatem suam redactis, in posterum ad curam vrbis se contulit. quicquid enim mœnium vel vetustate labefactum erat, vel superiorum regum incuria, totum instaurauit: atq; eam etiam partem, quam Israelitarum rex Amasia patre huius capto diruerat, quando urbem victor ingressus est. his addidit non paucas turres ceterum quinquaginta cubitorum altitudinis: & arces aliquot in locis minus frequētatis ad tutelam disposuit: aquæ ductus quoq; non paucos extruxit. habuit etiam iumentorum aliarumq; pecudum infinitam penè multitudinem, quòd regio esset apta pascuis. cumq; admodum esset agriculturæ studiosus, terram variis arborum cæterarumque plantarum generibus excoluit. habuit præterea selectorum militum trecera septuaginta millia, quibus præerant ceteriones ac tribuni viri generosi & inuicti robore præditi ad duo milia numero: edocuitque exercitum phalangis ordinem struere in aciem, & arma singulis distribuit, gladios, clypeos, & thoraces æreos, arcus etiam & fundas. præterea machinas fecit multas ad expugnanda oppida, quibus vel saxa vel tela emitteret, harpagones quoque & alia instrumenta his similia. Dúmque in his studiis & paratibus versatur, corruptus est arrogantia, & inflatus mortali potentia, immortalem illam ac sempiternam cœpit non magni facere, nec religionis nec pietatis admodum obseruās, ita vt ad paternam impietatem videretur procliuior, ad quā & ille prolapsus fuerat, quòd fortunæ fauorem & perpetuos successus in rebus maximis moderatè ferre nesciret. Et cum venisset solennis festi celebritas, sumpto sacerdotali habitu, ingressus templum ad aureum altare Deo suffitū facturum astitit. Accurrit eò mox Azarias pōtifex octoginta sacerdotum globo stipatus, & regem compescuit, vociferans ac negans hoc illi fas esse, sed solis sacerdotibus datum suffire, qui sint ex Aronis genere. iubebatque vt exiret, & Deum talibus factis prouocare ad iram desineret. Tum rex commotus mortem illis ni quiescerent minatus est: & ecce tibi terra vehementer concutitur, fissioque superne templo radius solis os regis improbum ferit, quod euestigio lepra contractum est. accessit huic & aliud prodigium, quòd eodem terræmotu ante urbem in loco qui dicitur Eroge, dimidium montis ad Occidentem vergētis reuulsū, per quatuor stadia volutum, obiectu demum Orientalis mōtis constitit, obstruēta via publica, & oppressis ruina hortis regiis. Sacerdotes verò postquā in facie regis lepram animaduertuerunt, diuinitus inflatam ei plagam indicauerunt, & vt tanquam pollutus & impuratus vrbe cederet admonuerunt. at ille pudore calamitatis iam modestior, paruit, superbiæ cum impietate coniunctæ tam miserabili pœna mulctatus. & cum aliquandiu priuatus extra urbem vixisset, filio Iothamo rempub. administrante, mœrore tandem confectus obiit anno ætatis sexagesimo octauo, regni quinquagesimo secundo, sepultusque est in suis hortis in monumento solitario. Israelitarum autem rex Zacharias Hieroboami filius vix sexto regni mēse exacto, ab vno è suis purpuratis per dolum occiditur. Seleſmus is fuit Iabessii filius, qui occupata vacua Zachariæ cæde regia, trigesima post die male partum regnum male perdidit. Manaemus enim dux exercitus, qui per id tempus apud Thapsam urbem erat, audito Zachariæ casu, cum omnibus copiis propere venit Samariam, & prælio victum Seleſmum interfecit: dein autoritate propria sumptis regni insignibus, Thapsam cum exercitu victore profectus est. oppidani verò obfirmatis portis noluerunt regem admittere. at ille vt in defectores lauiens totum circumquaque agrum vastauit, & postremo urbem quoque vi cepit: & quòd esset Thapsensibus intensus, omnes ferro cōfecit, ne teneræ quidem ætati parcens, & nihil sibi ad extremā crudelitatem reliquum faciens. quæ enim ne in barbaros quidem deuictos perpetrare fas fuerit, ea in sui generis homines sibi permisit, nec mihiior fuit postea toto decēnio quo Israelitis præfuit. petitus deinde bello ab Assyriorum

rege Phullo, non ausus est cum eo in certamen descendere, sed pactus millia talentis argenti, mature se ab ea vexatione redemit. hanc summam Manaemo populus contulit, exactis L. drachmis in singula capita. Nec multo post mortuus, Samariae sepultus est, Phaceia regni hærede relicto. is patri crudelitate persimilis, duobus tantum annis regnavit: quibus exactis in conuiuio cum amicis trucidatus est, insidiis Phaceiae tribuni, qui Romelæ fuit filius. obtinuit aut hic Phaccias principatū annis xx. dubium impius magis an iniustus. Huius tempore Theglaphalassar Assyriorum rex Israelitas aggressus, subacta Galadica regione, & quicquid trans Iordanem colitur, vicinaque Galilæa, & Cydida, & Asora, colonos abstractos in suum regnum traduxit, de quo hoc loco hætenus. Porro Iothamus Ozia filius regnavit in tribu Iuda & Hierosolymorū¹⁰ regia, natus matre vrbanī generis nomine Ierafa. Huic regi nulla virtus defuit, erga Deum pio, iusto erga homines, & reipub. studioso. quicquid enim instauratione opus habebat, diligenter sartiendum curauit. in templo vestibulum refecit & porticus. mœnium partem labatē restituit, & additis magnis ac firmis turribus communiuit. Ammanitas etiam prælio deuictos tributa pendere coegit, annua talenta centum & tritici coros decies mille, & totidem hordei. In tantūque regnum auxit, vt tam domi felix²⁰ esset, quā foris formidabilis. Hoc regnante propheta quidam exiit, Naumus nomine, qui de Assyriorum & Nini subuersione hæc verba vaticinatus est. Ecce Niniue piscina aquarum fluctuans, ita & populus eius omnis turbatus & fluctuans fugiet. dicentq; state, state, eripite aurū, eripite argentum. & nemo valet. mallent enim vitam²⁰ seruare quā facultates. occupabit enim eos graue dissidium, & lamentatio, & dissolutio membrorum, & facies eorum præ pauore fient luridæ. Vbi erit posthac domicilium leonum, & mater catulorum leoninorum? Dicit tibi Niniue dominus: Delebo te, nec posthac amplius leones ex te egressi mundo imperitabunt. & alia multa de Niniue in hanc sententiam prophetauit, quæ nunc non est necesse repetere, alioquin molestus videri possem lectorem plus æquo onerans. Euenerunt autem omnia quæ de Niniue prædicta sunt, post annum cxv. Et de his quidem hætenus.

Rase Damasce norum rege Hierosolymitis bello vexante, Achazes eorum rex coactus est Assyriorum regem in Damasce nos immittere. Cap. XII.

39

XIII.



IOTHAMVS autem è viuis abiit ætatis anno xli. cū regnasset annos sexdecim: & quo in regis conditoriis deposito, regnum ad Achazen eius filium hæreditario iure peruenit. qui erga Deum impiissimus, omnium, & patriarum legum desertor, ad imitationem Israeliticorum regum se contulit, aras Hierosolymis erigens, & in eis idolis sacrificas, quibus etiam proprium filium holocaustoma obrulit ritu Chananæorum, & his similia multa perpatriauit. Hunc ita insanientem duo simul reges, Rases Damasce norum & Phaceias Israelitarum, bello aggrediuntur: erant enim amici & socij: & compulsū Hierosolyma multum diūque frustra oppugnauerunt, quod vrbs esset munita egregie. Interea Syriæ rex ad mare rubrum Eliam urbem occupat, & necatis eius habitatoribus Syrorum coloniam eò deduxit. Multis item arcibus expugnatis, & magno Iudæorum numero interfecto, cum exercitu ex manubiis ditato domum reuersus est. Hierosolymitanus autem rex postquam cognouit Syros abiisse domū, putans se Israelitarū rege non inferiorem viribus, eduxit contra eum copias, & cū irato Deo commisisset præliū propter tot impia facinora victus est, centum enim & viginti millia tunc ceciderūt de Hierosolymitarum exercitu. In eodem prælio Zacharias supremus dux Israelitarū cum Amia filio Achazæ congressus, superatum occidit, & pari modo Ericam prætorianorum præfectum adeptus interemit, & Elcanam tribus Iudæ copiarum ducem viuū in potestatem suam redegit. magnum præterea captiuorum vtriusque sexus numerum è Beniamitica tribu abegerunt, & opima præda ditati reuersi sunt Samariam. Obelas autem quidam³⁰ qui in ea vrbe per id tempus propheta erat, occurrens illis ante mœnia, magna voce hanc victoriam non ipsorum virtute partam asseuerabat, sed quod Deus regi Achazæ irasceretur. incusabatque eos quod non contenti præsentī felicitate, ausi sint homines ex tribu Iudæ ac Beniamitica consanguineos suos captiuos abducere: & suadebat vt hos

4. Reg. 16.

hos illæsos domum remitterent. quod ni faciant, Deum ab illis pœnas exacturum, post hanc admonitionem Israelitæ in concionem conuenientes deliberant quid factu opus esset. Exurgens autem quidam magnæ inter suos autoritatis, Barachias nomine, cum aliis tribus, negabant se passuros vt ciues sui captiuos in vrbe introducerent, ne fortè omnes ex æquo diuina ultio perderet. satis esse præteritorum peccatorum, in quæ prophetæ clamitent, etiamsi nulla noua accedat impietas. His auditis milites, permiserunt illos, quicquid vellent, arbitrari suo agere. Tum prædicti viri assumptos captiuos exemerunt vinculis, & curatis eorum corporibus, adiutos viatico remiserunt domum incolumes. nihilo minus quatuor hi deduxerunt eos vsque Hierichuntem & 10 vltius, cumque non longe abessent à Hierosolymis, repetierunt Samariam.

Assyriorum rex vi expugnata Damasco, & occiso rege, populum traducit in Mediam, alijs gentibus Damascum in coloniam deducit.

Cap. XIII.



CHAZES autem rex hac clade ab Israelitis affectus, missa ad Assy- 4. Reg. 16.
riorum regem Theglaphalassarem legatione, auxilium ab eo petiit 17.
contra Israelitas & Damascenos atque Syros, magnam pecuniam
illi pollicens in præsens etiam magnifica munera mittendo. Quam
legationem postquam audiuit, ipse in auxiliu Achazæ profectus est,
& vastata Syria, expugnataque Damasco, Rasem quoque regem
20 occidit. Damascenos verò in superiorem Mediam populariter traduxit: & pro illis
quosdam Assyriorum gētes in agrum Damascenum reposuit. Israelitarum deinde ter-
ram populatus, multos ex ea captiuos comprehendit. Post Syros adhuc modum tra-
ctatos, rex Achazes sublato quantum erat auri & argenti in regis thesauris, & etiam
in ipso templo & donariis quotquot erant pulcherrima, hæc secum deferens venit
Damasum, & sicut antè pactus fuerat, omnia regi Assyriorum tradidit, actisque pro
beneficio gratis reuersus est Hierosolyma. Erat autem hic rex tam stultus & incogi-
tans, vt quamuis hostiliter cum Syris dissideret, illorum tamen deos colere non desi-
neret, sed in eorum ceremoniis, tanquam victoriam inde sibi pollicens, pietatem col-
locare pergeret. post cladem verò acceptam, Assyriorum venerari cœpit numina,
30 quiduis potius adoraturus, quàm verum & à maioribus acceptum Deum, cuius indi-
gnatione vt tum vinceretur factum est. In tantum autem religionis contemptum pro-
lapsus est, vt spoliatum prius donariis templum clauderet, ne illud solennibus sacrifi-
ciis honorare liceret. post has insanas impietates tandem moritur, cum vixisset annos
triginta sex, & ex his regnasset sedecim, relicto hærede Ezechia filia. Quo tēpore etiam
Phaccias Israelitarum regnum cum vita amisit, cæsus per insidias cuiusdam ex clario-
ribus sibi aulicis, cui nomen Oseas, qui cum regnum scelere quæsitum per annos 1 x,
obtineret, vir fuit pessimus, nihil pietatis Deo deferens. In hunc duxit exercitum
Assyriorum rex Salmanasarus, & quia Deum non habebat propitium, destitutum eius
auxilio facile subiugauit, & præfinita tributa coegit pendere. Quarto autem anno re-
40 gni huius Oseæ Ezechias Hierosolymis regnum adeptus est, Achazæ ex Abia Hiero-
solymitana muliere filius. is erat ingenio bono & iusto ac pio præditus. nam statim ab
inito principatu nullam magis necessariam vel vtilem tam sibi quàm subditis curam
existimauit, quàm religionis ac diuini cultus. quamobrem aduocata populi & sacer-
dotum Leuitarumque concione, sic fertur ad eos verba fecisse: Ne ipsi quidem igno-
ratis quòd propter peccata patris mei, & non redditos Deo debitos honores, in mul-
tas & magnas calamitates incidistis, quia per extremam dementiam passi estis vobis
persuaderi, vt eos quos ille deos putabat coleretis. Ergo quandoquidem vestro malo
didicistis quàm perniciosa res sit impietas, hortor vt illa obliuioni tradita purificetis
vos à præteritis pollutionibus vnà cum sacerdotibus & Leuitis, ac tum demum con-
50 uenientes aperiatis templum, & lustratum prius expiatumque sacrificiis legitimis in-
pristinum honorem & reuerentiam restituatis. hoc enim pacto placatum Deum &
propitium habebimus. His regis monitis accēsi sacerdotes templum aperiunt, & eie-
ctis inde inquinamentis, adornatisque sacris vasis, victimas patrio ritu in altare infe-
runt. Rex verò dimissis per totam ditionem suam nuntiis, populum Hierosolyma ad
s 2 Azymor

Azymorum celebritatem conuocat multo iam tempore intermissam propter impiam superiorum regum incuriam. Quin & Israelitas per nuncios hortatus est, vt relictis consuetis superstitionibus ad priscam illam pietatem & veri Dei cultum redirent. Se enim illis permissurum vt Hierosolyma venientes azymorum festum vnà cum suis ciuibus celebrent. Hæc autem se suadere non vt suum negotium ageret, sed ipsorum vtilitatis gratia, quos beatos fore, si huic consilio paruerint. Israelitæ verò audito quid legati à suo rege afferrent, adeo mentem non adhibuerunt, vt eos ludibrio habuerint, & prophetas quoque eodem cohortantes, & præmonentes quantæ calamitates instarent ni mature ad pietatem redirent, respuerint: quos postremo comprehensos necauerunt. nec his facinoribus contenti ad peiora etiam sunt prolapsi, ita vt non prius desisterent, quàm ob extremam impietatem Deus ultor in potestatem hostium eos tradidit, sicut suo loco dicitur. Multi tamen è Manassitica tribu & Zabulonis atque Issacharis prophetarum monitis parètes ad pietatem sunt conuersi, atque hi omnes Hierosolyma ad Ezechiam confluxerunt, vt Deum adorarent. Postquam autem ea multitudo conuenit, rex ascenso templo vnà cum principibus & populo, immolauit pro se tauros septem, & totidem arietes, parèmq; hircorum numerum. & cùm primum manus in capita victimarum imposuissent tam rex quàm principes, sacerdotibus mandandas reliquerunt. illi verò iugulabant, & solidas concremabant, Leuitarum corona circumstante cum instrumentis musicis, & diuinos hymnos canente, quemadmodum olim Dauid eos psallere docuerat. reliqui vero sacerdotes accinebāt buccinis. Interea populus & multitudo humi in faciem prostrati Deum adorabant. post hæc sacrificauit boues septuaginta, arietes c. agnos cc. populo verò ad epulum largitus est boues dc. & reliquæ pecoris tria millia. Cùmq; omnia rite sacerdotes perfecissent, rex lætus epulabatur cum populo, agentes Deo gratias. Instante verò azymorum festo, paschale sacrum facientes, alias deinceps victimas mactabant per continuos dies septem. populo etiam præter eum numerum quem ipsi mactauerunt, taurorum duo millia. pecorum septem millia rex de suo largitus est. hanc liberalitatem imitati principes mille tauros eis dederunt, & pecora mille quadringenta. nec vllum festum tam magnifice est celebratum à Solomonis temporibus in eum vsque diem, peracto festo vrhem egressi totam regionem lustrauerunt, ipsa quoque Hierosolyma ab omni idolorum spurcitie munda reddiderunt. Quotidiana deinde sacra iuxta legem rex de suo fieri mandauit, & sacerdotibus ac Leuitis à populo decimas reddi cum primitiis fructuum, vt possent esse circa diuinum cultum assidui. Quo factum est vt populus omne genus fructuum conferret Leuitis & sacerdotibus: rex verò horum apothecas & promptuaria condidit, vnde singulis partes distribuerentur cum vxoribus & liberis. atque in hunc modum pristinus cultus restitutus est. His ita constitutis rex Palæstinis bellum intulit, & parta victoria omnes eorum vrbes à Gitta vsque Gazam suæ ditioni adiecit. Interea rex Assyriorum per oratorem ei denunciat, omnem eius regionem se subiugaturum, nisi tributa, quæ prius pater ipsius, penderet. Ezechias verò minas eius non magni fecit, fretus Deo suæque pietate, ac propheta Esaia, per quem futura cognoscebat. & hæc

Salmanasar capto Israelitarum rege, & decem tribubus translatis in Mediam, Chuthæos in eorum regionem migrare iubet. Cap. XIII.

XV.
4. Reg. 17.



ALMANASAR autem Assyriorum rex comperto quòd Israelitarum rex misisset clàm legationem ad Soam Ægyptiorum regem, inuitans eum ad societatem cōtra ipsum ineundam, iratus duxit exercitum contra Samariam, anno Osee regni septimo, & non receptus ab eo, post tertium obsidionis annum vrhem vi cepit, anno eiusdem regis nono, Ezechia verò Hierosolymorum regis anno septimo: extinctoque funditus Israelitarum imperio, populum traduxit in Mediam & Persidem, cum quo etiam Oseas rex viuus captus est. Deinde migrare iussa quadam Persica gente ex eo tractu qui ab amne Chutho denominatur, sedes ei designauit in agro Samaria,

riæ, cæteraque Israëlitarum regione. Migrauerunt igitur decem tribus Israëlitarum ex suis sedibus post annos DCCCXLVII. ex quo maiores eorum Ægyptum egressi ar-

10



mis ea loca suæ ditionis fecerunt: post principatum Iesu annis octingentis. post defectionem verò à Roboamo Dauidis nepote ad Hieroboamum, de qua suprà diximus annis CCXL. mensibus septem, diebus septem. atque hic fuit finis Israëlitarum, qui neque legi subditi esse voverunt, neque prophetas audire, prænunciantes adesse pro foribus hanc calamitatem, ni ab impietate

desisterent. omnium autem horum malorum initium fuit illa seditio, per quam à Roboamo defecerunt, seruo ipsius in locum eius rege constituto: qui contemptis diuinis legibus, & populo per suum exemplum ad eandem iniquitatem pertracto, indignationem cælestis numinis eis conciliauit, & ipse quoque meritis pœnas non effugit. Porro Assyriorum rex cum armis totam Syriam & Phœnicen peragravit, & nomen eius in Tyriorum annalibus scriptum inuenitur. bellauit enim cōtra Tyrum regnante
 20 ibi Elulæo, attestante etiam Menandro, qui in suis chronicis, ex Tyriorum annalibus in græcam linguam translatis sic scribit. Is deinde qui Elulæus nominabatur, regnauit annos triginta sex. hic deficientes Gittæos cum classe eò profectus sub imperium suum retraxit. contra quos misso exercitu Assyriorum rex Phœnicen totam inuasit: facta deinde pace, cum copiis domum reuersus est. paulo post Sidon, Arce, Palætyrus cum multis aliis oppidis à Tyriis ad Assyriorum regem defecerunt: & cum soli Tyrij facere eius impetrata detrectarent, reuersus est contra eos cum sexaginta nauibus, quas Phœnices instruxerunt, impositis etiam octingentis remigibus. Quibus occurrentes Tyrij cum duodecim nauibus, disiecta hostili classe, quingentos ex ea captiuos abdu-
 30 xerunt, quo facinore non mediocrem rei naualis gloriam sibi comparauerunt. Reuertens autem rex Assyrius, custodes ad fluuium & aquæductus disposuit, qui aquari Tyrios prohiberent: quod cum per continuos quinque annos fieret, coacti sunt effossis puteis inde se sustentare. Hæc sunt quæ in Tyriorum annalibus de Salmanasare Assyrio scripta inueniuntur. Cæterum noui Samariæ coloni Chuthæi, sic enim tum appellabantur, quod à Persidis regione Chutha, & flumine Chutho essent traducti, cum quinque gentium essent, totidem deos patrios secum attulerunt, quos ritu suo colentes Deum maximum ad indignationem irritauerunt. Exorta est enim sæua pestilentia, à qua cum popularentur, nullam inuenientes opem oraculo admoniti sunt, vt Deum maximum colerent: nam hoc illis præsentem salutem allaturum esse. missis igitur ad regem Assyrium legatis, petierunt vt sacerdotes aliquot è captiuis Israëlitis ad eos re-
 40 mitteret. quo facto legem & Dei colendi rationem ab eis edocti diligenter eum cœperunt colere: moxque cessauit pestilentia: permanentque nunc quoque in ea religione, Chuthæi vocati Hebræis, Græcis verò Samaritæ. qui pro præsentis semper conditione temporum mutabiles, quoties feliciter degere Iudæos viderint, cognatos se eorum appellant, vtpote à Iosepho oriundos, & hac ratione sanguine illis coniunctos. quando verò in rebus aduersis eos aspiciunt, nihil ad se pertinere aiunt, nec illis quicquam deberi beneuolentiæ, cum ipsi ex longe remotis gentibus ad ea loca venerint: de quo aliàs dicetur opportunius.

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IYDAICARVM LIBER

DECIMVS.

*Senacheribi Assyriorum regis expeditio Hierosolymitana, & Ezechie regis
oppugnatio. Caput I.*

10

4. Reg. 18.



S E C I A duarum tribuum regis anno quartodecimo Senacheribus Assyriorum rex cum instructissimo exercitu cum aggressus est, omnesq; vrbes vi cepit quotquot sunt in Iudæ tribu & Beniamitica. Iamque ducturus erat Hierosolyma, cum ad illum venit legatio, imperata facturum, & tributa soluturum promittens. Senacheribus vero auditis legatis decreuit omisso bello postulata regis admittere, & pollicitus est, si argenti talenta trecenta, auri triginta accepisset, pacatum se abiturum, iureiurando interposito quod ab omni iniuria temperaturus esset. His 20

persuafus Ezechas exhaustis thesauris mittit eam pecuniam, ratus hoste remoto posthac sine periculo se regnaturum. Accepit Assyrius pecuniam, sed pacta non præstitit: nam profectus ipse cum copiis contra Ægyptios & Æthiopes, Rapsacem ducem cum duobus aliis ad continuandum Hierosolymitanum bellum reliquit. collegarum nomina erant Tharata & Anacharis. ut verò admoto mœnibus exercitu castrametati sunt, per nuncium postulauerunt, ut Ezechas ad se prodiret in colloquium. ille quod sibi metueret prodire nolens, tres intimos amicos misit, Eliacimum procuratorem, & Somnæum, & Ioachum à commetariis. hi cum prodissent, ante duces constiterunt. quos intuitus Rapsaces iussit regi suo referre hæc: quod magnus rex Senacheribus scire vult, quo fretus dominum suum refugiat, & obedire nolens exercitum in urbem non recipiat. an forte 30 Ægyptiis, sperans ab illis posse exercitum regium deleri. id quidem si speret, dubio procul eum desipere, & similem esse homini qui fragili arundini innititur, qua non solum non sustinetur, sed lapsus etiam manum transfigitur. Scire autem eum oportere, quod non sine Dei voluntate facta sit hæc expeditio, qui sicut ante de Israelitis victoriam dedit, ita nunc quoque Ezechiam cum suis subditis Assyriorum armis velit succumbere. Hæc Rapsace Hebraice dicente, cuius lingue peritus erat, Eliacimus timens ne multitudo his auditis pauore consterneretur, rogauit eum ut loqueretur Syriace. Ille satis intelligens quid alter metueret, maiore etiam voce Hebraice respondit: debere eos audire mandata regis, & quod in rem ipsorum sit, deditioem facere. Satis, inquit scio quod vos & vester rex populum vana spe seducetes, ut resistat suadetis. quod si quid 40 audetis, & putatis vos posse exercitum nostrum à mœnibus repellere, promptus sum vos duobus equorum millibus instruere: vos datis totidem sessoribus vires vestras ostendite. sed non potestis dare quos non habetis. Quid igitur cunctamini dedere vos validioribus, qui vos possunt vel inuitos vi capere? maxime cum spontanea deditio tuta sit: contra cum sit à coactis, periculo calamitatis non careat. Hæc cum audissent

4. Reg. 19. ex duce tam legati quam populus, ad regem etiam perlata sunt. Ille percussus habitum regalem exuit, & saccum indutus humili specie, ut mos est patrius, in faciem procidens Deo supplicat, ut cum alia spes nulla adsit, opem & salutem afferat. Missis etiam ad Esaïam prophetam amicis aliquot & sacerdotibus, rogauit ut pro communi salute precibus Deum sollicitè ac sacrificiis, ut frangens nimias spes hostium, misereatur sui populi. Paruit propheta, & monitus oraculo iussit regem atque amicos bono esse animo, prædicens hostem sine prælio victum discessurum cum ignominia, & positurum feroces animos. Deum enim ei moliri perniciem. Ipsum quoque Senacheribum non succedente expeditione Ægyptiaca domum reuersum, ferro esse interiturum. Fortè autem

tè autem acciderat vt eodem tempore venirent ab eo literæ ad Ezeciam, in quibus stultum eum dicebat, quòd putaret se posse seruitutem effugere eius qui tam multas gentes perdomuerit: minabaturq; internecionem omnibus, nisi sponte patefactis portis exercitum intra Hierosolyma reciperent. Has lectas contempsit propter fiduciam quam in Deo collocauerat, & epistolam cõplicitam in templo reposuit. Iteratis deinde supplicationibus quibus vrbis salus Deo commendata est, Esaias exoratum esse retulit, nec esse ea tempestate oppugnatione metuendã ab Assyrio. Instare enim feliciora tempora, quibus securi possint agros suos in pace colere, & possessionũ suarum curam habere timentes neminem. Procedente autem tempore Assyriorũ rex
 10 frustrari suos conatus videns infectis rebus rediit ex causa tali. Multũ temporis contriuit in apparanda oppugnatione Pelusij: iamq; aggerem penè mœnibus æquaue-
 rat, & videbatur assultum propediem facturum, cum audiuit aduentare Tharsicem regem Æthiopum, Ægyptiis laturũ suppetias, & per desertum copias ducere, vt im-
 prouisus adoriatur Assyrios. Territus igitur hoc rumore Senacheribus propere inde cum suis abiit. Herodotus autem hunc contra Vulcani sacerdotem bellum gessisse dicit, nimirum quòd idem & rex esset & sacerdos. Oppugnans, inquit, Pelusium, hac de causa obsidionem soluit. Rex Ægyptius implorauit opẽ sui numinis: quod IIII
 exoratum magnum Arabi incommodum attulit. nam & in hoc erat quòd pro Assy-
 rio scribit Arabem. Vna, inquit, nocte murium vis tanta extitit, vt hostium arcus &
 20 reliqua arma corroderent: quod factum est vt exarmatus rex à Pelusio suum exerci-
 tum abduceret. Berossus autem Chaldaicarum rerum scriptor Senacheribi regis me-
 minit: & quòd apud Assyrios regnauerit, totamq; Asiam atque Ægyptum bello in-
 festauerit, his verbis narrat.

Quòd Assyriorum exercitus vna nocte peste absumptus est, & quòd rex eorum domum reuersus filiorum insidiis periit. Cap. II.

SENACHERIBVS autẽ ab Ægyptiaco bello reuertens offendit ibi exercitum, quẽ sub Rapsacis imperio reliquerat, peste diuinitus immissa de-
 letum, prima nocte posteaquam urbem oppugnare cœperat, absumptis
 30 cum ducibus & tribunis CLXXXV. millibus militũ. qua clade territus, &
 de reliquis copiis sollicitus, maximis itineribus in regnum suum cõtendit, ad regiam
 quæ Ninus dicitur. Vbi paulo pòst per insidias seniorum è filiis suis, Adramelechi &
 Sennari, vitam amisit, occisus in ipso templo Arasci, quem præcipuo cultu digna-
 batur. quibus ob parricidium à popularibus pulsus, & in Armeniã fugientibus, Assa-
 rachodas minor filius in regnum successit. Atq; hic fuit huius expeditionis exitus.

Ezecias ab infestatione Assyriorum liberatus cum aliquandiu vixisset in pace, decedens Manasse filio regnum reliquit. Cap. III.

EZECIAS autem præter omnem opinionem liberatus periculo, vota
 40 pro incolumitate Deo persoluit, quandoquidem manifestum erat hu-
 ius solius ope hostem partim peste deletum, partim metu similis exitij
 ab oppugnatione vrbis absterritum. Dũmq; totus circa Dei cultum oc-
 cupatur, paulo pòst in grauem morbum incidit, ita vt à medicis pro de-
 plorato haberetur, nec amicis quidquam melius sperantibus: nec tam vitæ periculũ
 angebat regem, quàm quòd sine liberis decedente generis successio in eo deficere
 videbatur, & regnum sine legitimo hærede futurum. hoc igitur mœrore potissimum
 confectus, supplex cum lacrymis Deum rogauit, vt tantisper differretur vitæ termi-
 nus, donec procrearet sobolem, nève nondum factus pater eximeretur numero vi-
 uentium. Miserrus autem Deus, idq; eo libentius quòd non sibi doleret regni volu-
 prates adimi, sed successorem tãtum germanum principatus quæreret, misso ad eum
 50 propheta Esaias, iussit nuntiari quòd post triduum morbum euaderet: & superuiuens
 annos quindecim, non nisi relicto hærede filio decederet. Hæc cum propheta ita vt
 iussus erat ad regem perferret, ob magnitudinem morbi & inopinatum nuncium du-
 bitans, prodigiosum aliquod signum ab Esaias postulat, vt certo posset credere, mis-
 sum illum ad se à Deo nuncium. quẽ enim supra spem & rationem esse videntur, eo-
 rum

4. Reg. 20

rum solet hoc pacto confirmari veritas. Et rogante propheta quòdnam signum exhiberi sibi postulet, voluit vt quando vmbra in suo solario iam ad decimam lineam processerat, per totidem lineas reuerti eam faceret. Et cùm Deus hoc dedisset prophetae precibus, viso ita vt voluit tam insigni prodigio, confestim recepta sanitate ad templum ascendit, & adorato Deo vota persoluit. Circa eadē fermē tempora imperium Assyriorū per Medos dissolui cōtigat, de quo dicemus alibi. Babyloniorum autem rex Baladas missis ad Ezechiam legatis cum muneribus, inuitauit eum ad societatem & amicitiam. Ille exceptis legatis comiter, & conuiuio regali adhibitis thesauros etiam ostendit, & apparatus armorum, & quicquid preciosum auro constabat ac gemmis: atq; ita cum donis remisit ad Baladam. Aditus deinde ab Isaiā, rogatusque¹⁰ quīnam essent qui venerant: ait ē Babylone missos à rege venisse: ostenditq; se illis omnia, vt visis diuitiis colligentes ex his ipsius potentiam, regi suo renunciare possent certius. tum propheta respondens: Scito, inquit, quòd hē diuitiē paulo post trāferentur in Babyloniā, & posterī tui virilitate amissa eunuchi seruiē regi Babylonio. Hæc enim prædicit dominus. Ezechias cōtristatus hac prædictione, ait se quidem malle gentem suam in eam calamitatē non incidere, sed quādo aliter visum sit Deo, precari vt saltem ipse possit in pace quod reliquū vitæ exigere. Huius quoq; Baladæ Babyloniorum regis Berosus meminit. Cæterum propheta hic cū esset diuinus, & vsque ad miraculū veridicus, certus se nihil à vero alienum dixisse, omnia sua vaticinia scripto tradita reliquit posteris, vt ex euetu certitudo eorum posset intelligi. nec²⁰ hic solus id fecit, sed alij præterea duodecim: & quicquid vel mali vel boni nobis cecinit, totum illorum respondet oraculis. sed hos aliās singillatim per censēbimus.

IIII Ezecias porrò cū quantum iam diximus superuixisset in pace, obiit post annum vitæ quartum & quinquagesimum, regni verò nonum & vigesimum.

Manasses à Chaldeorum ac Babyloniorum rege captus post aliquantum temporis ab eo rursus in regnum suum restituitur. Cap. IIII.

4. Reg. 21



VIVS successor Manasses filius, ex matre Achiba Hierosolymitana ciue natus, omīsis paternis studiis contrariū vitæ institutum tenuit, nullam impietatem prætermittens, sed per omnia iniquitates³⁰ Israelitarum imitans, quos Deus propter peccata perdidit. ausus est etiam scelestus templū Dei profanare, atq; adeo totā urbem & reliquam ditionem quā late patuit. Exorsus enim à Dei contempnū, in omnes quotquot erant in Hebræis iustos grassabatur cædibus, ne à prophetis quidem cruentas manus abstinēs. nam & ex horum numero per singulas dies aliquem afficiebat supplicio, vt Hierosolyma inundarentur sanguinibus. His tam nefariis facinoribus concitatus Deus ad iracundiā, mittebat vnū post aliū prophetam ad regem simul atq; populū, per quos eadē illis cōminabatur calamitates, quas propter contemptum religionis fratres ipsorum Israelitæ aliquanto ante perpessi fuerant. At illi nolentes fidem habere illorum sermonibus, per quos moniti si paruissent, imminētia mala vitare poterant, re tandem veritatem eorum experti sunt.

V Cū enim in eisdem perseuerarent moribus, hostem illis Deus immisit regem Chaldæorū & Babyloniæ. is missus in Iudæam exercitu, regionē totam depopulatus, Manassē quoq; dolo interceptū & abductum, perpetuo pœnæ habuit obnoxium. Tum demum miser malo suo doctus admissam culpam agnouit, & vt hostē humanū ac clementem experiretur, à Deo precibus petiit. Nec Deus se præbuit inexorabilē, sed misertus exaudivit supplicem: quem post aliquantum temporis spacium Babyloniū domū remissum in pristinū principatum restituit. Cæterum clementia victoris postliminio reuersus Hierosolyma, dedit operam si posset abolere priorum peccatorum etiā memoriā, mutatis moribus totus conuersus ad religionis studia. Nam &⁵⁰ urbem lustravit, & templū consecrauit denuo: & in reliquum totus fuit in eo vt gratitudinem Deo posset approbare, & quod viueret eius retinere beneuolentiā. Idem facere populum quoque docuit, memor in quale incidisset infortuniū ob perperam administratam rempublicam. Adornato etiam altari, ex præscripto Moysis solennes obtulit

obtulit super eo victimas. Restituitis in veterem statum religionis ritibus, ad munien-
da Hierosolyma curam transtulit, ita ut reparatis antiquis mœnibus noua illis circum-
daret, & turres excitaret altissimas, suburbanasq; arces cū aliis necessariis tum in pri-
mis cōmeatibus muniret. Adeoq; in melius mutatus est, ut ex quo Deū colere cœ-
pit, toto vitæ tempore prædicatus sit beatissimus. Cūq; vixisset annos LXXVII. in vi-
uis esse desit, exactis in regno annis quinq; & quinquaginta. Sepultus est in hortis
propriis: regnum excepit Amos filius, natus matre Emalsēma, oriunda ex Iabate op-
pido. Hic imitatus iuuenilia sui patris opera, & à similibus nō abstinens facinoribus,
mature dedit pœnas, domi à suis oppressus familiaribus vix dum exacto anno vitæ
10 quarto & vigesimo, regni verò secundo. In eius interfectores animaduertit popu-
lus, ipsum in paternū monumentum intulit, & regnum eius filio Iosīæ nominato tra-
didit, octo tum annorum puero.

De Iosīa rege.

Cap. V.

IVS mater fuit ex oppido Bosceta, Ieda nomine, ipse indole optima, 4. Reg. 22
& ad virtutem natus Dauide rege exemplari & regula totius vitæ sibi
proposito. quamprimum enim duodecimum annum ætatis attigit, egre-
gium edidit pietatis ac iustitiæ specimen. Autor enim fuit populo, ut ab-
iectis erroribus, & relicta de falso creditis diis persuasione, conferrent se ad cultum
20 patrij numinis. E retractatis maiorum suorū institutis, quicquid peccatū esset corri-
gebat, tam prudenter adhibitis remediis, quàm si esset ætate maturissima. quæ vero
decenter se habere inuenit, immota seruauit, & imitatus est. Hæc autē faciebat tum
per innatā sapientiam, tum etiā seniorū monitis & consiliis. Sequendo enī legum
ductum in ordinanda republica & cultu diuini numinis aberrare non potuit, à qui-
bus recedentes priores aliquot reges seipsos perdiderant. Itaq; obeundo tam urbem
quā regionem totā, lucos externis diis dedicatos excidebat, & aras eorū diruebat, &
donaria quæ eis à maioribus consecrata fuerant, per ludibriū detrahebat: atq; ita po-
pulum à vana opinione ad vnū Dei cultum conuertit: & consueta holocaustomata
cæteraq; sacrificia super altare obtulit. Constituit etiā certos magistratus, & morum
30 cēsores, qui priuata quoq; negocia sic disponerent, ut in omnibus nō minore iustitiæ
quā vitæ ipsius rationem haberent. dimissis deinde per totam suā ditionem nunciis
iussit ut quicunq; vellent cōferrent aurū & argentū in reparationem templi, idq; suo
quisq; arbitrato, ut nemo grauaretur: & allatis pecuniis curam sumptuū in templum
factum teētū præstandum cōmisit Amasī præfecto urbis, & Saphani scribæ, & Ioathæ
cōmentariensi, & pontifici Eliaciæ. qui omīssis moris & dilationibus, adhibitis archi-
tectis, & suppeditatis omnibus rebus ad reparationē necessariis, incumbabant operi:
atq; ita instauratū est templū, & ipsum regiæ pietatis argumentū futurum. Anno de-
inde regni sui LXXVII. iussit Eliaciā pontificem pecunia (quæ instauratiōni superfuit)
in massas cōflata crateras inde & libatoria, phialasq; ad ministeria templi conficere;
40 præterea quicquid auri argentive in thesauris esset, id quoq; prolatū in eosdē vsus cō-
uerrere: pontifex autē dum promit aurū, fortē incidit in sacros libros Moysis in tem-
plo repositos: eos prolatos dedit scribæ Saphani. qui cū eos perlegisset, regē adiit,
& quæ imperasset omnia facta indicauit. præterea libros recens inuētos ei legit. Qua
lectione audita rex scidit sibi vestem, & cōuocatis intimis aliquot amicis, ipsoq; scri-
ba, & Eliaciā pontifice, misit eos ad prophetissam Oldam, vxorem Sallumi, viri clari
ac nobilis, ut persuaderent ei Deum placare, & propitiū genti suæ reddere. timendū
enim esse ne propter neglectas à maioribus leges Moysis graues casus immineant,
nēve eiecti patrio solo in externis regionibus destituti omnibus cōmodis misere vi-
tam finiant. Auditis regiis mandatis prophetissa iubet ei renunciari, quòd Deus se-
50 mel contra eos sententiā tulerit, quæ nullis supplicationibus irrita fieri possit: ut popu-
lus eiiciatur propriis sedibus, & omnibus præsentibus cōmodis propter nō seruatas
leges mulctetur: quandoquidem concessio ad resipiscendū tanto temporis spacio, ne
prophetarū quidē hortatibus ad saniolem mentē reuocari potuerit, debitas impieta-
tis pœnas prædicentiū: & ideo decretū id mutari non posse, ut ipso euentū discant
esse

esse Deum & in prophetarum eius prædictionibus nihil inesse mendacij, quibus certam suam voluntatem hominibus indicare solet. attamen propter bonitatem regis dilaturum Deum aliquantisper imminentem calamitatem: sed ab eius obitu præfinita iam antè mala in populum missurum. Hoc mulieris vaticiniū regi renuntiant, qui ad eam
 4. Reg. 23 missi fuerant. ille circum omnia oppida missis nunciis, iussit Hierosolyma conuenire sacerdotes ac Leuitas, & omnes omnis ætatis homines. & cum congregati essent omnes, primū eis sacros libros legit. deinde stans in editiori loco in medio populi, sacramento adigit vniuersos ad cultum diuini numinis, & seruandas leges Mosaicas: quod illi magno cōsensu facturos se receperunt. moxq; sacra facientes & mactantes victimas Deum precabantur vt propitius adesse dignaretur. Postremo iussit pontificem, si quod vas in tēplo superesset à maioribus dicatum idolorū externorū vsui, vt inde eiiceretur: & cum non pauca essent collecta, omnibus incensis cinerem eorum dispersit. denique sacerdotes idolorum à genere Aronos alienis interfecit. His apud Hierosolyma pēactis exiuit peregre, & quicquid per totā regionē honorē externorū numinū à Hieroboamo dedicatū inuenit, deleuit funditus: & ossa pseudoprophetarū super altare, quod primus Hieroboamus extruxerat, combussit: sicut superius diximus, iam tum cum super eo Hieroboamus sacra faceret, interuenisse propheta, & in præsentia totius populi prænūciasse, quod vnus ex Dauidis progenie, nomine Iosias, hoc esset facturus: cuius prædictionis euentus post annos trecentos sexagintaunum secutus est. Post hæc inuisit & alios Israelitas, qui captiuitatē & seruitutem Assyriorū euitauerāt, eisq; persuasit vt omisissis impiis actionibus, & religionibus externis, Deum maximum ritu patrio colerent, eiq; soli adhererent. nec hoc cōtentus oppidatim ac vicatim per domos scrutatus est, ne quid suspectū intus delitesceret. quadrigas etiam solis, quas superiores reges in vestibulo templi cōsecrauerant, & si quid aliud diuinis honoribus vulgus imperitus dignabatur, de medio sustulit. Cæterū lustrata ad hunc modū regione vniuersa, populum Hierosolyma cōuocauit ad celebrādū festū azymorum, quod dicitur pascha: deditq; populo ad epulū de suo triginta hædorum & agnorum millia, & boum tria millia. principes quoq; sacerdotū contulerunt sacerdotibus ad idem festum agnorum duo millia & sexcentos: & similiter Leuitis eorum primarij dederunt agnorum quinq; millia, boues quingentos. cumq; tanta esset victimarum copia, immolabantur omnes iuxta leges Moylis, sacerdotibus ei curæ præpositis, & exemplo suo reliquo populo præeuntibus, & quod à Samuelis prophetæ temporibus in eam vsq; diem nulla talis festiuitas celebrata fuerit, causa est quia tum omnia iuxta præscripta legum & antiquas consuetudines peragebant.

VI Post hæc Iosias cum pace, diuitiis & gloria florisset, vitæ finē habuit huiusmodi.

Necho rege Ægypti contra Babylonis per Iudeam exercitum ducere volente, Iosias vetare conatus prælio victus occiditur. Cap. VI.



NECHAS Ægypti rex magnis delectibus habitis copias ad Euphratem duxit contra Medos & Babylonios qui Assyriorum imperium euerterāt, volens sibi Asiæ regnum quærere. Cumq; processisset vsque Menden oppidum ditionis Iosia, opposuit se ei, vetans per sui iuris regionem iter contra Medos facere, tum Nechaos caduceatore misso, ait se non illum petere bello, sed ad Euphratem properare. nō esse sibi imponendam necessitatē præter propositum cum obstante dimicandi. Iosias autem verbis Ægyptij nihil mouebatur, sed perseuerabat in ea sententia, vt per suam ditionē volenti ducere transitū pernegaret, tato opinor ad hanc arrogantiam vrgente hominē, vt occasionem aduersus eum inueniret. Dum enim aciem instruens curru ab vno cornu ad alterū vehitur, Ægyptius quidam sagitta icto bellandi studium exemit. saucius enim & cruciatū non ferens, iussu exercitu deflectere, Hierosolyma reuertitur: vbi ex eo vulnere est mortuus. Sepultus est magnifico funere in monumentis paternis, cum vixisset annos triginta nouem, regnasset triginta vnum. Luxit eum populus multis diebus lamētis, & tristitia mortem eius prosequens. Hieremias etiam epicedium ei scripsit lugubri carmine, quod nunc quoq; extare videmus. hic propheta & instantem vrbi captiuitatem Babyloniam, & nostri

nostri etiam seculi clades prædictas mandauit literis. Nec solus ille hæc vaticinatus est multitudini, sed & propheta Hiezechiel, qui primus duos libros hoc argumento scriptos reliquit. erant autem hi duo sacerdotalis generis. quorum Hieremias vixit Hierosolymis, ab anno decimo tertio regni Iosæ usque; dum templum unum cum vrbe est dirutum: cuius suo loco mentionem faciemus. Porro mortuo quemadmodum diximus Iosia, regnum suscepit filius eius Ioazus, anno ætatis vigesimotertio, regiam habens Hierosolymis. Hic matrem natus Amethala, impiis & impuris fuit moribus.

Hunc Ægyptiorum rex à bello reuertens accersitum ad se in urbem Syriæ Samatham vinxit, & fratri eius seniori, eodem patre nato, Eliacimo nomine regnum tradidit, Ioacimi nomine prius illi indito. regioni verò eius centum argenti talentorum tributum imposuit, & unius talenti auri. atque ita Ioacimo tributario facto, Ioazum secum in Ægyptum abduxit, ubi mortuus est cum regnasset menses tres, dies decem. Mater autem Ioacimi vocata est Zabuda, nata ex oppido Abuma. hic quoque malitioso fuit ingenio, nec erga Deum pius, nec mitis erga homines.

Nabuchodonosorus inuadens Syriam Ioacimum ad amicitiam & societatem suam pertraxit.

Cap. VII.

A N N O autem quarto ex quo is regnare incepit, quidam Nabuchodonosorus apud Babylonem regno potitus cum instructissimo exercitu Carchabesam ad Euphratem sitam petiit, bellum inferens Ægyptio Nechao, qui tum toti Syriæ dominabatur. at ille cognito Babylonij conatu, non contempsit hostem, sed cum validis & numerosis copiis ad Euphratem eum se opposuit. & collatis signis cum eo congressus amissis multis millibus coactus est cedere: Babylonius autem superato Euphrate, totam Syriam Pelusium usque; subegit, Iudæa sola excepta. Quarto deinde regni Nabuchodonosori anno, Ioacimi verò octauo, Babylonij Iudæis bellum inferunt magnis viribus, dira minantes nisi tributa pendant quemadmodum reliqui Syriæ habitatores. At ille timore suadente pacem mercatus pecuniis, integro triennio imperata tributa persoluit. 4. Reg. 24

Inductus deinde ad vanas spes rumoribus expeditionis Ægyptiorum contra Babylonios, & negato tributo, expectatione sua frustratus est. nam Ægyptij bellum instaurare non ausi sunt: id quod propheta Hieremias quotidianis monitis prædicere non destitit, frustra eos spem in Ægyptiorum præsidio ponere. Imminere enim vrbi certam subuersionem à Babyloniiis, & Ioacimo regi captiuitatem. Sed hæc vaticinia quod nemo eis moueretur, nemini proderant. Etenim tam vulgus quam procures contemptim hæc audiebant, & irati male ominanti, prophetam apud regem accusabant, deposcentes eum ad supplicium. Delata demum re ad regium senatum, maxima pars ut improvida calculis suis eum damnauit. pauci verò quidam sapientiores à regia prophetam dimiserunt, autoresque fuerunt etiam aliis ne in eum seuire pergerent. Adducebantque rationem, non hunc solum mala vrbi prædicere, sed & Michæam antea talia prædixisse, & multos alios, quorum nemo à sui temporis regibus aliquid esset passus, sed omnes ut Dei vates habiti sint in precio. atque hoc pacto lenitis animis diuersa sententiarum effecerunt ut reuocatis suffragiis propheta eximeretur supplicio: qui conscriptis omnibus suis prophetiis, ieiunanti populo & in templum congregato, nono mense quinti anni regni Ioacimi legit eum librum, continentem quid templo & vrbi eiusque populo deberet accidere. His auditis principes ei librum adimunt, simulque iubent tam ipsum quam eius scribam Baruchum à medio secedere, ut omnes lateat ubi sint: librum verò ad regem pertulerunt. qui presentibus amicis iussit scribam librum sumere & legere. quo lecto iratus conscidit eum, & iniectum in ignem exussit: iussitque Hieremiam & Baruchum ad se adduci daturus supplicium. sed illi iam se iræ eius subdlexerant.

Nabuchodonosorus Ioacimum rursus Ægyptiorum rebus studentem interfecit,

& Ioachim eius filium pro eo regem constituit.

Cap. VIII.

N O N multo post venientem cum exercitu Babylonium regem excipit in vrbe, territus prophetæ prædictionibus. quod enim ab eo sibi non timeret, neque exclusit, nec ad bellum se parauit. At ille receptus non seruauit fidem, sed florem iuuentutis Hierosolymitanæ unum cum ipso rege interfecit: quem etiam in sepul

insepultum extra mœnia iussit proiici: & pro eo Ioachimum filium regem vr̄bis & regionis constituit. eorum verò qui in aliqua dignitate fuerūt, in captiuitatē abduxit Babylonem tria millia, in quibus fuit etiā tum puer Hiezeciel. Hic finis fuit Ioacimi regis, qui vixit annos triginta sex, regnavit vndecim. Successor autē eius Ioachimus, natus matre Hierosolymitana nomine Nosta, regnavit menses tres, dies decem.

Babylonius mutata sententia Ioachimum obsidet, deditumque vltro captivum Babyloniam abducit. Cap. IX.

IX
4. Reg. 25



Abylonium autem regem statim dedisse regnum Ioachimo pœnituit. Verebatur enim ne memor patris per iniuriam occisi, regionem ad defectionem perpelleret. Missio igitur exercitu Hierosolymis eum obsedit.¹⁰ qui cū esset natura bonus & iustus, non sustinuit periclitantem propter se urbem despiciere: sed matrem & cognatos missis à rege ducibus tradidit obfides, iſto in hoc cum eis fœdere, quòd nec vr̄bi mali aliquid inferrent, nec ciuibus. Sed tum quoque ne per integrum quidem annum fides seruata est, Babylonio rege violante eam, & mandante per literas suis ducibus, vt omnem iuuetutem captiuam ex vr̄be abducerent, & quicquid inesset artificum, & vinctos ad se adducerent. fueruntq; hi omnes decem millia numero, & octingenti triginta duo, & in his Ioachimus cum amicis ac matre, qui à rege in custodia sunt habiti.

Sedecias Hierosolymorum rex à Babylonio constituitur. Cap. X. 20



R o Ioachimo autem Sedeciam eius patruum regem cōstituit, iureiurando astrictum quòd nihil in ea regione esset nouaturus, nec iuuaturus Ægyptios. is erat annorum viginti & vnus cū principatum acciperet, natus eadem matre qua frater Ioacimus, sed iusti ac decori negligens, vt qui æquales quoq; circa se haberet impios. quin & totus populus in eandem solutus est licentiam. Quamobrem sæpenumero Hieremias propheta illum adiit, obtestans vt omisis impietatibus iustitiæ curam gereret: nève aut ducibus mentem adhiberet, quòd essent mali pleriq; aut falsis prophetis crederet, eum decipiētibus, & pollicentibus non oppugnaturum amplius urbem Babylonium vincendūmq; bello petitem ab Ægyptiis. hæc enim nō vere dici, nec euentura esse vnquam. Sedecias vero tantisper dum audiebat prophetam, agnoscebat eum vera dicere, & in rem suam esse si illi fidem adhibeat: sed per amicos rursū deprauabatur, & abducebatur à prophetæ consiliis in diuersum quocunq; vellent. Sed & apud Babylonem Iezeciel eodē tempore vastationem templi prædicebat, eamq; prædictionē etiam Hierosolyma transmissit. quibus vaticiniis Sedecias hac potissimum de causā noluit credere. In cæteris enim omnibus inter se concinebant, quòd & vr̄bs vi capietur, & Sedecias ipse captiuus abduceretur. in hoc vero discrepare videbatur Iezeciel, quòd negaret Sedeciā visurum Babylonē, cū Hieremias asseueraret, omnino futurum vt captiuū eum Babylonius rex secum abduceret. quare cū hic diuersa dicere eos videret, ne illa quidem vera putabat in quibus consentirent: etiam si euentus omnia vera fuisse comprobauit, sicut aliàs opportunius dicitur. Igitur cū per octo annos socius Babyloniorum fuisset, violato fœdere ad Ægyptios defecit, sperans si cum illis vires coniungeret Babylonium necessario succumbere. Quo cognito Babylonius exercitum cōtra eum duxit: vastataq; regione, & occupatis arcibus ad ipsa Hierosolyma oppugnanda accessit. Ægyptius autē audito in quibus angustiis esset Sedecias socius, assumpto valido exercitu Iudæā petiit, volens obsidionē soluere. At Babylonius intermissa obsidione, obuiā illi profectus, vno prælio victū tota Syria expulit. Mox vero vt obsidio soluta est, pseudoprophetæ Sedeciā deceperunt, vanū iactantes quòd à Babyloniiis regi eiusq; subditis instaret belli periculū, quòdve transferendi essent è suis sedibus in Babyloniam, imò etiam captiuos reddituros esse cum omnibus vasīs quibus rex templum spoliauerat. At Hieremias adito rege omnia vera & his contraria prænuntiat, dicens eos regem decipere, nihilq; cōmodi sperandū ab Ægyptiis: sed victis illis Babylonium copias ad Hierosolyma reducturū, & quotquot oppugnationi ac fami superfuerint, captiuos abducturū: direptisq; omniū facultatibus, & exhaustis templi diuitiis,

diuitiis, in urbem simul & templum ferro ac flammis sœuiturum, nullo facti aut profani discrimine. Et seruiemus, inquit, ei posterisq; eius per annos LXX. à qua seruitute Persæ & Medi nos eripient, extincto Babyloniorum imperio. quorum ope dimissi, & huc reuersi templum ædificabimus denuo, & Hierosolyma restituemus. Hæc dicens Hieremias plerisq; persuadebat: principes vero & impij velut furiosum contemnebãt. Cumq; aliquando libuisset ei natale solum Anathoth reuiscere, quod à Hierosolymis XX. stadiis est dissitum, quidam è magistratibus in itinere forte obuius comprehensum detinuit, calumnians quod ad Babylonios vellet transfugere. propheta contra negauit eum verum crimen asserere, sed ire se in patriam. at ille nihil eius verbis motus, duxit eum ad magistratus in iudicium, à quibus diu tortus & excruciatu seruebatur ad suppliciu, & aliquanto tempore coactus est viuere in his afflictionibus. Anno autē nono regni Sedecia, decima die mēsis decimi, Babylonius rex iterum exercitū admoit Hierosolymis: & continuata per XVII. mēses obsidione, modis omnibus expugnare urbem conatus est. præter externam autē oppugnationē duobus grauib; malis intus impugnabatur ciuitas, fame simul & pestilentia vehemēter grassantibus. Interim Hieremias in carcere non quiescebat, sed clamabat ad multitudinē, apertis portis recipiendum Babylonium: nam hoc facto seruandos esse vnā cum totis familiis, alioquin sine remedio perituros. addebat manētib; in vrbe hostili ferro aut fame pereundum. qui verò ad hostem perfugerint, mortem euasuros. At principes ne malis quidem pressi audire volebant, sed irati ad regem omnia deferebãt, incusabantq; prophetā vt furentem, & frangentē sibi animos, & obnunciandis calamitatibus omnem populi propriitudinem & alacritatem eneruantē. illos enim paratos pugnare pro patria, hunc verò minari tristia, & dicere expugnatam urbem omnino subuertēdam esse. Rex æro suo pte quidem ingenio non exacerbabatur: sed ne in principum inuidiam tali tempore incurreret voluntati eorum resistens, permisit eis vt de propheta quicquid liberet facerent: quo impetrato confestim carcerem petentes, exemptū inde in quendam cœnosum puteum per funem demiserunt, vt ibi præfocatus moreretur. ille verò vsq; collummersus ibi manebat. interim quidam è seruis regis charioribus, genere Æthiops, renunciat domino quid prophetæ acciderit, dicens non recte principes statuissē & amicos, quod vatem in cœnum demerferint, & grauiorem quā quæ in vinculis erat expectanda, mortem homini excogitauerint. His auditis rex pœnitentia prioris consilij, quod principibus prophetam in potestatem tradiderat, iubet Æthiopem triginta socios è suo famulatio sibi assumere, funesq; capere & quicquid ad viri incolumitatem opus sit, & quantum potest propere è puteo Hieremiam extrahere. tum Æthiops assumptis quemadmodum iussus erat sociis, extractum è cœno permisit abire liberum. Accitus deinde clam ad regem, interrogatus est ecquod posset diuinitus asserere ad rem præsentem remedium. ille habere se ait, sed neminem crediturum sibi, aut præceptis suis obtemperaturum. Sed omnes, inquit, amici tui quasi maleficum cupiunt me perdere. & vbi nunc sunt impostores illi qui negabant Babylonium amplius reditum? Quamobrem vereor apud te veritatem promere, ne forte in vitam meā seuias. Sed cum rex iureiurando confirmasset, nec se illum interfectorum, nec amicos id facere passurum, fretus accepta fide, consuluit vt urbem Babylonis dederet. ita enim se internuncio iubere Deum, si modo velit incolumis esse, & imminens periculum euadere. & cauere ne vrbs solo æquetur, templumq; tradatur incendio. Ni faciat, ipsum fore omnium malorum causam tam sibi ac suæ familiæ, quā vniuerso populo. Tum rex, se quidem cupere facere quæ vates in rem communem consuleret: sed timere amicos qui iam ad Babylonios transfugerant, ne ab illis accusatus apud regē traderetur supplicio, at propheta addebat illi animum, vanū eum timorem esse dictitans. nihil enim mali passurū, si ciuitatē dederet, ac ne vxores quidem eius & liberos: mansurū etiam templum incolume. Hæc locutū Hieremiam rex dimisit: iussu nemini ciuium communicatū inter ipsos consilium prodere, ac ne principibus quidem indicare, si cognito collocutos se esse, percontarentur cur nā esset à rege accersitus: sed prætexendū quod ven erit rogatum, ne posthac amplius haberetur in vinculis. id quod factum est à propheta: volebant enim scire quānam de causā accessisset ad Sedeciam.

t

Captis

Captis Hierosolymis Nabuchodonosorus populum traducit in Babyloniam. Cap. XI.



INterea Babylonius pergebat in oppugnādis acriter Hierosolymis, extructis aggeribus, & erectis turribus, e quibus arcebat propugnatores stātes in mœnibus. multos enim aggeres circūquaq; excitauerat, vrbs muro altitudine pares. Nec segniter interim defendebatur vrbs, ciuibus nec fami nec pesti succumbentibus, sed obduratis animis omnia mala perferentibus. ac ne machinis quidē hostium territi, alias contrā machinas excogitabant, vt inter se vtriq; non viribus solum certarent, verumetiam artibus, dum illi his potissimū sperant se urbem posse capere, hi salutem suā in eo putant consistere, si nō cessent nouis commentis illorum conatus ludificari. atq; id certamen durauit per menses decem & octo, donec tandem succubuere, partim inedia victi, partim superne ē turribus telorū multitudine oppressi. Capta est autem vrbs vndecimo anno regni Sedeciae, quarti mēsis die nona. ceperuntq; eam duces Babyloniorū, quibus Nabuchodonosorus oppugnationē commiserat, dum ipse apud Reblatha degeret, quod si quis requirat eorū ducum etiam nomina, sunt hæc: Nergelear, Aremantus, Emegar, Nabosaris, Echarampsaris. Vrbe autē capta circa mediam noctem, & ducibus ac reliquis hostibus in templū ingressis, Sedecias rex vbi hoc sensit, assumptis vxoribus, liberis, ducibus & amicis, fugā arripuit per fauces quasdam angustas in desertū. quod cūm Babylonij cognouissent transfugarum indicio, sub aurorā aggressi sunt eos persequi, & assecuti eos non procul à Hierichunte circūuenerunt. Amici vero & duces fugæ comites visis ē propinquo hostibus, relicto Sedecia dissipati sunt quā quēq; tulit spes effugij. Ipse penē desertus cum vxoribus ac liberis & paucis amicis in hostium potestate deuenit, & mox ad regem perductus est. Quem postquā in cōspectu habuit Nabuchodonosorus, impiū & fœdissimum vocare cœpit, promissionū immemorem, quod regi seruare illam regionem esset pollicitus. exprobrabat etiam ingratitudinem, quod cūm à se accepisset regnum Ioacimo fratri debitum, accepta potestate abusus esset in autorē beneficij. Sed magnus est, inquit, Deus qui te propter mores tuos pessimos in manus meas tradidit. His verbis cū Sedeciam increpuisset, euestigio iussit ipso & aliis captiuis inspectantibus filios eius & amicos trucidari. Deinde ipsum excæcavit, Babylonem secum abducendum. Atq; ita vtriusq; prophetæ prædictiones, tam Hieremiae quā Iezecielis, quamuis ab illo contemptæ, euentu nō vanæ fuisse comprobatæ sunt. quod captus abduceretur ad Babylonium, & corā cum eo loquetur, & oculis suis faciem eius videbit, Hieremias prædixit. quod vero cæcatus primo cū Babylonem perductus esset videre eam non potuit, Iezecielis fuerat vaticinium. Quæ quidem ignorantibus satis declarare possunt Dei naturam, quā varia sit & multimoda, omnia tempestiue disponens, & futura præsignificans: sicut humanæ inscitiae & incredulitatis insigne exemplum hīc eminet, per quā non licuit eis futurā calamitatem euitare, vt ne cauerent quidem fatum ineluctabile. Atq; hic fuit Dauidici generis regū exitus, qui vnus & viginti regnauerunt deinceps: idq; temporis spacium quingentos & quindecim annos continet, & menses insuper sex cum diebus decē: annumeratis viginti annis primi regis Sauli, qui fuit tribus alterius. Cæterum Babylonius post victoriam Nabuzardanem ducem misit Hierosolyma cum mandatis, vt templū spoliatum incenderet, regia quoq; similiter cremata urbem à fundamentis dirueret, populum in Babyloniam traduceret. Qui cūm eò peruenisset vndecimo Sedeciae regni anno, ē templo vasa omnia tam aurea quā argentea sustulit, & labrū quoq; illud grande quod Solomon dedicauerat. præterea columnas illas æreas cum suis capitulis, & mensas aureas atq; candelabra. His sublati templū incendit mensis quinti die prima, anno regni Sedeciae vndecimo, regni vero Nabuchodonosori xvi. deinde & regiam incēdit, & urbem diruit. Incensum est autem templū annis ex quo extructum fuerat elapsis cccclxx. mēsis sex, & diebus decem additis, exactis à transmigratione ex Ægypto annis mclxii. mēsis sex, diebus decē. A diluuiο autem vsq; ad templi deualtationē intercesserunt anni mdccl. mēses sex, dies decē. Ab Adamo item condito vsq; ad hunc templi casum tria millia annorū elapsa sunt, & insuper pxxii. menses sex, dies decē. Tantus censetur annorū numerus, quo

Anni mundi.

rus, quo temporis spacio quid & quando gestum sit, suo quæq; ordine explicauimus. Dirutis Hierosolymis & populo migrare iussu, dux regius captiuos fecit hos: pontificem Sareã, & qui post hunc secundū inter sacerdotes locū tenebat, Sephemam: tres præfectos custodiæ templi, eunuchū primarium regis cubicularium, cum septem aliis regiis amicis: præterea scribā regium, & alios principes viros sexaginta. quos omnes vnā cum spoliis tēpli perduxit ad regem suū agētem tunc Reblathis, quæ est Syriæ ciuitas. Rex verò pontificē & principes in ea vrbe iussit capite plecti, reliquā captiuorū multitudinē & in his Sedeciam ipse Babylonem perduxit. Iosadocum etiam pontificem vinctū secumduxit, Sareæ pontificis filium, quem modò Reblathis affectū suppli-

¹⁰ cio diximus. Nunc quoniam regū genus & eorum successionē ordine recensuimus, conueniens duxi etiam pontificū enumerare nomina, qui regū tempore per cōtinuatas successiones summū administrauerunt sacerdotium. Ergo primus omnium in templo recens à Solomone extructo pontifex fuit Sadocus, cui filius Achimas successit. post Achimā Azarias, & post hunc Ioramus. post Ioramum Isus, & deinceps Axioramus, Phideas, Sudeas, Iulus, Iothamus, Vrias, Nerias, Odeas, Saldumus, Elcias, Sareas, Iosadocus qui captiuus Babylonem pertractus est. hi omnes quasi per manus traditū sacerdotium filij parentum successores acceperūt, continuata generis serie. Cæterū rex Babylonem reuersus Sedeciam in carcere vsq; ad mortem eius detinuit, mortuum tamen regia funeris pompa elatum sepeliit. vasa quibus Hierosolymitanum templū spoliauerat, suis consecrauit numinibus. populo in Babylonia sedes attribuit. pontificem è vinculis exemit. Nabuzardanes autē dux qui populum captiuum abduxerat, transfugas & pauperes illic reliquit, duce illis præposito nomine Godolia, Aicami hominis nobilis filio, viro æquo & bono. His imperauit, vt pro agris quos ad culturam acceperant, certū tributū regi penderent. Prophetæ quoq; Hieremiæ è carcere exempto suasisit vt iret secum Babylonem: iussu enim se à rege, vt ei necessaria omnia præbeat. Quod si sequi nolit, diceret vbinam habitare cuperet, vt de hoc regē per literas certiores possit reddere. Propheta vero neq; ducē sequi voluit, neq; aliò ad habitandum ire, contentus habitare in ruinis patriæ, & eius miseras reliquias colere. At dux voluntate eius cognita, Godolix quē ibi relinquebat commendauit hominem, mandans ne quid ei deesse pateretur: donatōq; vate magni precij muneribus, ipse quoque domum profectus est. Hieremias autem domicilium elegit apud oppidum Masphatā, impetrata prius à Nabuzardane gratia vt secum è carcere dimitteretur etiam Baruchus Neri filius, insigni familia natus, & in patria lingua egregie doctus. Nabuzardanes itaq; his peractis Babylonem reuertitur. Illi autem qui obsidionis Hierosolymitanæ tempore diffugerant, posteaquā Babylonios recessisse audiuerunt, vndiq; collecti venerunt ad Godoliam Masphata. Eorum principes erant, Ioannes Careæ filius, & Iezanias & Sareas, & nonnulli alij: præterq; hos Ismael quidam ortus regio genere, vir alioquin malus & dolosissimus, qui tempore obsidionis profugerat ad Bathalem regē Ammanitarum, & apud eum per id tempus moratus fuerat. His igitur ad se venientibus, Godolias suasisit vt ibi manerent, nihil timentes à Babyloniis. posse enim eos impune regionem colere. interpositōq; iure iurando paratum fore suum auxilium si quis molestaretur, consuluit vt vnusquisq; habitaret in quo vellet oppido, dicens missurum se vnā aliquot è suis, & daturum operam vt diruta instaurentur, & habitentur denuo. illos vero debere donec tempestiuum est curare ne frumentum & vinum ac oleum desit in futuram hyemem quo sustententur. hæc locutus permisit quemque arbitrati suo quem liberet locum incolere. Quæ fama postquā ad circumuicinas Iudææ gentes peruenit, quòd profugos ad se venientes Godolias magna humanitate exciperet, & agros eis colendos assignaret, imposito certo tributo quod penderetur Babylonio, vndiq; concursus est ad eum, & cœperūt regionem colere. Ioannes autem cum aliis

⁴⁰ principibus videntes regionem colimultum amauerunt Godoliam propter bonitatem eius & humanitatem: admonueruntque eum quòd Bathales Ammanitarum rex ideo misisset Ismaelem, vt ipsum clām dolo interficeret, & principatum inter Israelitas occuparet, cum sit è genere regio: securum autem fore ab insidiis, si eis permittat Ismaelem clām occidere. Vereri enim se, ne si ipse insidiis præoccupatus fuerit, reli-

t 2 quæ

quæ Israelitarum in totum pereant, ille vero respondit se non dissimulaturum tales insidias aduersum hominem affectum à se beneficio. non enim esse verisimile eum qui in tanta inopiæ necessitate nihil mali fecerit, nunc contra omne fas erga benefactorem tam ingratum esse, vt cui circumuento insidiis non posset sine scelere non succurrere, eum sua manu interimere conetur. Attamen etiam si vera essent que deferrent, emori esse satius, quàm hominem qui salutem suæ fidei commisisset, opprimere. Itaque Ioannes cum cæteris frustra hoc conatus persuadere abiit. post dies inde triginta venit ad Godoliam in Masphata Ismael comitatus amicis decem: vbi inter hospitalis epulas dum se comiter poculis inuitant, hospitem mero grauem & somnolentum aduertens, cum decem illis sociis adortus interfecit, nec difficile fuit cæ- 10 teros conuiuas similiter affectos confodere: quibus necatis adiuuante nocturno tempore per totum oppidum grassati sunt promiscuis cædibus tam in Iudæos quàm in Babylonios milites securos & passim dormientes. sequenti vero die venerunt cum muneribus ex agris ad Godoliam circiter octoginta: omnium insciji quæ acciderant. quos videns Ismael intrò vocauit ad Godoliam, & introgressos clauso palatio trucidauit, cadaueráque eorum in puteum quendam, ne essent conspicua, demersit. Soli autem ex eo numero seruati sunt, qui rogauerunt ne se prius occideret, quàm ei quædam occultata in agris traderent, supellectilem & vestes atque frumentum. quibus promissis motus, aliquot ex eis pepercit. plebem vero Masphatensem cum mulieribus & pueris abduxit: & in his etiam Sedecię filias, quas Nabuzardanes apud 20 Godoliam reliquerat. His perpetratis ad Ammanitarum regem profectus est. Ioannes autem cum cæteris ducibus audita Masphatensium clade, & morte Godolię, indignissimè tulerunt, & assumptis suis quisque militibus, Ismaelem hostiliter persecuti sunt, cumque apud fontem Hebronensem deprehenderunt. quibus visis captiui Ismaelis læti, rati id quod erat auxilium sibi venire, omnes ad Ioannem transiuerunt. Ismael autem cum octo tantum comitibus ad Ammanitarum regem perfugit. Cæterum Ioannes assumptis quos Ismaeli eripuerat, cum eunuchis & mulieribus atque pueris peruenit in locum qui Mandra dicitur, ibique ea die manserunt. Vouerunt inde proficisci in Aegyptum, timentes Babylonios, ne irati propter cædem præfecti in ea regione à se constituti, in illos sequirent. prius tamen consulendum Hieremiam 30 rati, accedentes eum rogauerunt vt hæsitantibus oraculum expediret quidnam faciendum sit, iurati facturos se quicquid ille iusserit. cumque propheta operam suam esset pollicitus, decima demum die Deus apparens iussit vt Ioanni & cæteris ducibus diceret: si manserint in ea regione, auxilio futurum, & prouisurum ne quid incommodi à Babyloniis quos timebant accipiant. Sin in Aegyptum mallent iter facere, curam eorum relicturum, insensumque tali calamitate affecturum eos, quali paulo antè fratres eorum costigatos esse viderint. Hæc diuinitus monenti prophetæ noluerunt credere, quòd ex Dei sententia iuberet eos manere: sed putauerunt eum falso verbis suis Deum prætexere, re autem vera loqui in gratiam Baruchi discipuli, ne possint Babyloniorum iram effugere. Contempto igitur Dei consilio quod per prophetam 40 dederat, Ioannes & reliqua multitudo in Aegyptum abiit, abducto simul Barucho & Hieremia. Quòd postquam peruentum est, Deus significauit prophetæ fore vt Babylonijs exercitum ducat in Aegyptum: iussitque prædicere populo, quòd capietur Aegyptus, & ibi partim interficientur, partim captiui Babylonem abducẽtur, id quod etiam factum est. quinto enim post excidium Hierosolymitanum anno, qui fuit regni ipsius Nabuchodonosori vigesimustertius, cum magnis copiis inuasit Cœlen Syriam. qua subacta bellum gessit contra Ammanitas & Moabitas, & his quoque perdomitis Aegyptum hostiliter est ingressus: occisóque qui tunc regnabat, & alio rege constituto, repertos ibi Iudæos rursum captiuos Babylonem abduxit. Hæc fuit fortuna Hebræorum, vt accepimus, bis vltra Euphratem traductorum. nam per Assyrios 50 decem tribus è Samaria sunt abductæ, regnante Osea, deinde reliquæ duæ per Nabuchodonosorum Chaldæorum & Babyloniorum regem captis Hierosolymis. Sed Salmanasar in vacuas Israelitarum sedes deduxit gentem Chuthæorum, qui prius in intima Perside & Media fuerant, Samaritæ deinde vocati à regione in quam demi- grauerunt.

grauerunt. rex vero Babylonius pro abductis duabus tribubus nullam gentem in eam regionem reposuit: quo factum est vt Iudæa cum Hierosolymis ac templo per LXX annos deserta maneret. tempus autem totum quod inter decem tribuum captiuitatem & duarum reliquarum transmigrationem intercessit, anni fuere centum triginta, & menses sex, dies decem. Cæterum Nabuchodonosorus selectis nobilissimis Iudæorum pueris, & Sedeciæ regis cognatis, qui & flore ætatis & decore formæ fuere conspicui, pædagogos eorū curæ assignauit, exectis quibusdam ex eo numero, quem admodum solitus est facere & aliarum gentium deuictarum formosis adolescentibus: præbebatque eis de sua mensa victum, & Chaldæorum disciplinis instituendos curabat ac literis, in quibus sanè profecerunt plurimum. in his erant quatuor de Sedeciæ genere, admodum pulchri & egregio præditi ingenio, quorum nomina, Daniel, Ananias, Misael, Azarias. his Babylonius mutauit nomina, & pro Daniele Balthasaré, pro Anania Sedrachem, pro Misaele Misachem, pro Azaria Abdenago appellari iussit: eosque ob egregiam indolem & non mediocrem eruditionem vehementer charos habuit. Cumque visum fuisset Danieli cum cognatis victitare durius, & à regiæ mensæ abstinere eduliis, atque adeò ab animatis omnibus, accesserunt Aschanem eunuchum qui curæ eorum erat præpositus, rogantes vt quæ mittebantur à rege in suos vsus conuerteret, ipsis legumina tantum & palmulas in alimenta præberet, & si quid aliud præterea vellet inanime. se enim aliis fastiditis talem victum appetere. ille vero ait se gratificari eis cupere, sed vereri ne hoc rex deprehendat extenuatis ipsorum corporibus, & immutata specie, quòd necesse sit vt habitudo & color rationi victus respondeat: idque magis fore conspicuum ex collatione aliorum qui alantur delicatius: atque ita propter eos adduci se posse in capitis periculum. Itaque nacti Aschanem nondum admodum difficilem, persuadent vt saltem per decem dies hoc eis permittat experiendi gratia: quòd si corpora eorum nihilo deterius inde habuerint, in eodem victu perseuerare, qui compertus sit innoxius. sin autem detrimētum aliquod inde acceperint, minus speciosi facti quàm alij, ad pristinam diætā eos reduceret. vt vero apparuit non solum lædi eos talibus, sed habitiores præ aliis & maiores inde fieri, vt cum eis non essent conferendi qui cibis vescabantur regiis, sed Daniel cum sociis potius delicatam vitam agere videretur, ex eo tempore secure Aschanes partes quæ de regia mensa mittebantur pueris, sibi retinebat, & illis apponebat quæ iam diximus. Illi vero utpote puros iam habentes animos & ad percipiendas disciplinas idoneos, atque etiam firmiora ad laborem corpora, quòd neque illi læderentur aut grauantur varietate deliciarum, neque hæc simili de causa emollirentur, facile omnem perdidicerunt. doctrinam tam Hebraicam quàm Chaldaicam: sed præcipue Daniel peritus talium artium, coniectandis quoque somniorum significationibus studuit, visiones etiam diuinas videre solitus. Exacto autem biennio post Ægypti populationem Nabuchodonosorus cū vidisset mirandam visionem, cuius etiam euentum Deus ei in somnis indicauerat, mox vt è stratis surrexit eius oblitus est. Accersitis igitur Chaldæis, & magis ac vatibus, ait se somnium vidisse, & quoniam oblitus sit quale fuerit, velle vt & somnium sibi indicent, & eius significationem. Illis autem respondentibus hoc supra humanas vires esse, quòd si exponeret visionem somnij, polliceantibus interpretationem, minatus est mortem nisi somnium etiam indicarent: & cū negarent se id posse, necari omnes impetrat. Tum Daniel audito quòd omnes sapientes iussisset occidi, & inter hos se quoque cum suis cognatis esse in periculo, adiit Ariochum regij præfectum satellitij: rogauitque causam cur ita rex statuisset in omnes sapientes & magos atque Chaldæos animaduerrere: & cognito quòd cū oblitus esset somnij, iussissetque eos id sibi indicare, nec illi potuissent, ad iram commotus sit, impetrauit vt præfectus vnus noctis dilationem magis à rege peteret. spem enim sibi esse, Deum ea ipsa nocte exoratum indicaturum esse id somnium. quæ Danielis postulata cū per Ariochum regi essent renunciata, iussit eadem magorum differri, tantisper dum huius promissi fidem experiretur. puer verò cum sociis digressus in suum cubiculum, per totam noctem supplex Deum precibus sollicitauit, vt rem sibi aperiret, & magos cum quibus & ipsi periclitarentur, ab ira regis eriperet,

XII.
Daniel, 1

Daniel, 2.

t 3 peret,

peret, manifestata sibi visione quam rex præterita nocte visam elabi è memoria passus sit. Deus autem & periclitantes miseratus, & Danielis sapientia delectatus, tam somnium quàm eius interpretationem ei notam reddidit, vt hanc per eum rex cognosceret. Ille hac reuelatione lætus, surgens fratribus eam indicat, iam desperantibus vitam, & tantum de morte cogitantibus: hortaturque vt tranquillo sint animo, & de vita melius sperare non dubitent. Cum quibus actis Deo gratiis quòd ætatem eorum esset miseratus, Ariochum adit initio diei, rogans vt se ad regem ducat, indicaturum ei somnium quod proxima ante hanc nocte viderat. Ad quem ingressus primum deprecatus est eam opinionem, quasi ipse Chaldæis & magis esset sapientior, quòd nemine illorum valente inuenire somnium, ipse id esset indicaturus. non enim sua peritia, vel quòd intellectu alios præcellat, id fieri: sed Deus, inquit, nos de vita periclitantes miseratus est: rogantique mihi pro mea populariumque vita, & somnium & eius significationem aperuit. neque enim tam me sollicitum habuit ea tristitia, quòd à te indigni vita essemus iudicati, quàm metus de existimatione tuæ gloriæ, cum tot viros bonos & honestos necari iuberet, idque iniuria, quòd non esset humana sapientia comprehensibile quod mandabas, solo Deo valente præstare quod cuperes. Ergo cum hæc te curateneret, quisnam post te potiturus esset orbis imperio; dormienti tibi Deus volens omnes regnaturos ostendere, tale immisit somnium: videbaris tibi videre statuam grandem stantem, cuius caput erat aureum, humeri ac brachia argentea, venter & femora ærea, crura ac pedes ferrei. deinde saxum vidisti abruptum à monte in statuam illam incidere, & hanc deiectam conterere, vt nulla eius pars maneret integra, sed aurum, argentum, æs & ferrum abiret in minutiorem farina puluerem: eumque ingruente venti vi difflatum in terras diuersissimas. Saxum vero illud tam magnum accepisse incrementum, vt quantum est terrarum sua mole opprimeret. Et hoc quidem est quod vidisti somnium, quod in hunc modum interpretari oportet. Aureum illud caput te significat, & alios reges ante te Babylonios. duæ vero manus & humeri duo portendunt, quòd à duobus regibus vestrum imperium delebitur. illorum quoque imperium alius ab occidente veniens tollet è medio, amictus armis æreis. Huius quoque vires debellabuntur ab alio ferro simili, cui propter naturam ferri nihil poterit resistere, quòd ea sit auro, argento ac ære validior. adiecit & de saxo interpretationem Daniel, sed mihi hoc narrare non libuit, cuius propositum est præterita, non etiam futura, scribere. quod si quis veritatis audius non desistit inquirere, futurorum quoque obscuros euentus cupiens discere, det operam vt Danielis librum perlegat, qui habetur inter sacras literas. Porro Nabuchodonosorus his auditis agnoscens suum somnium, attonitus est Danielis indole, & procidens in faciem, eum non aliter quàm Deum adorauit, diuinis iuuenem dignatus honoribus. Nec hoc contentus imposito ei Dei sui nomine, vniuersæ ditioni suæ præpositum esse voluit, cum eoque simul eius consanguineos: qui ob hæc inuidiosi facti in periculum

Dan. 3. inciderunt, offenso rege propter causam talem. Rex fabrefacta aurea statua, alta sexaginta, lata sex cubitos, in campo magno Babylonis eam statuit: quam dedicaturus conuocauit ex omni sua ditione principes, eisque mandauit, vt quamprimum tuba dari signum audierint, procidentes in faciem adorent statuam. quod qui non fecerit, pœnam proposuit vt coniciatur in ardentis fornacis incendium. Cum igitur omnes audito tubæ signo adorarent eam statuam, Danielis cognati negauerunt se hoc facturos, quòd nollent patrias leges transgredi. moxque delati, & in ignem cõiecti diuina seruati sunt prouidentia, & præter omnium opinionem euaserunt mortis periculum. Ignis enim eos non attigit, sed quasi sentiens iniuste in fornacem cõiectos, percipit, & non exeruit vim suam in iuuenes, Deo inuicta flammis faciente horum corpora: quæ quidem res magis etiam eos regi cõmendauit, quòd probos & Deo charos esse animaduertaret: quo factum est vt semper in maximo apud eum honore haberetur.

Dan. 4. Non multò deinde post, rursus aliud dormiens rex vidit insomnium, quòd priuatus regno vitam acturus esset inter bestias, & post exactum eo modo septennium, denuò restituendus esset in pristinum imperium. quo viso rursus conuocatis magis percõtatus est quid significet. Eius intellectum nemo alius inuenire & regi indicare potuit, solus

Daniel

Daniel quid portenderet coniectura affecutus est: & qualem hîc prædixit, talis etiam euentus affuit. nam cùm in solitudine tēpus prædictum exegisset, nemine septennio toto audēte inuadere dominiū, exorato Deo rursum in regnum suum restitutus est. Nemo autem mihi vitio debet vertere, quòd hæc ita vt in antiquis libris inuenio, scriptis meis infero. Talibus enim criminatōribus dudū occurri in initiis huius historiæ, palàm profitēs me tantū Hebraicorū voluminū in Græcam linguā interpretē: & quæ illic continentur bona fide relaturū me promisit, nec addentē quicquā de meo, nec auferentē etiam. Cæterū Nabuchodonosorus cùm regnasset annos XLIII. vitam finiit, vir industrius, & prioribus regibus longe fortunatior. Meminit eius & Berosus
¹⁰ in tertio rerum Chaldaicarum libro his verbis.

Pater autem Nabuchodonosorus audito quòd Satrapa quem Ægypto & Cauæ XIII
 Syriæ Phœnicæq; præfecerat, à se defecisset, cùm non posset amplius ferre labores militiæ, tradita iuniori Nabuchodonosoro copiarū parte, iussit hunc cōtra illum proficisci. qui collatis signis cum defectore congressus, & ipsum deuicit, & regiones eius ad suum imperiū retraxit. Interea pater Nabuchodonosorus apud Babylonem morbo absumptus est, cum regnasset annos xxi. Nabuchodonosorus vero non multo post patris morte cognita, & constitutis Ægypti ac reliquarū regionū negotiis, demandatq; amicis cura captiuorū Iudæorū, Syrorum, Phœnicū & Ægyptiorū traducendorum in Babyloniam cum exercitu & impedimentis, ipse cum paucis per defertum Babylonem properauit. Et cùm assumpsisset regni administrationē, quæ interim penes Chaldæos fuerat, & ab eorum primo seruata erat in eius reditū, factus est totius paterni imperij dominus. ac primum omniū captiuos recens adductos per opportuna Babylonis loca in colonias distribuit: deinde spoliis bello partis Beli templū & alia quædam magnifice exornauit. auxit etiam & reparauit antiqua vrbis ædificia, munito & fluminis alueo, ita ne hostes eo possent vti ad ciuitatis incōmodum. Tres quoq; murorum ambitus intra urbē extruxit, & totidem foris circumdedit, omnes è coctilibus laterculis. cūmq; memorabilibus operibus ciuitatem munisset, & portas in templorū modum ornasset, paternæ regiæ contiguā extruxit aliam regiam, cuius substructiones & reliquā magnificentiā forte superuacaneū esset dicere: vnum silere
²⁰ non possum, quòd tam amplū & superbū ædificiū intra quindecim dies absolutum est. In hac regia moles saxeas fornicibus suspendit, montiū speciem referentes, superne confitas variis arborum generibus, atq; ita celebratos illos pensiles hortos absoluit, eo quòd vxor educata in Media concupisset quandā patriæ suæ similitudinem. Horum hortorum etiam Megasthenes in quarto rerū Indicarū volumine meminit, vbi ostendere conatur quòd hic rex virtute & rerum gestarum magnitudine Herculem longe à tergo reliquerit. subiugasse enim eum & urbem Africæ primariā, & bonā partem Hispaniæ. Sed & Diocles in secundo rerum Persicarum libro eius regis mentionem facit, & Philostratus tam in Phœnicum quàm in Indorum historiis, quòd hic rex per tredecim annos Tyrum oppugnauerit, regnante apud eam urbem
³⁰ Ithobale. Atque hæc sunt quæ de hoc rege apud historicos inuenio.

De successoribus Nabuchodonosori, & quòd Cyrus eorum imperium in Persas transtulit, & quomodo se tum res Iudæorum apud Babylonios habuerint. Cap. XII.

CETERVM post Nabuchodonosori obitum Abilamarodachus eius filius regnū suscepit, qui mox Hierosolymorū regem Iechoniam è vinculis dimisit, & inter necessarios amicos habuit, multis muneribus donatū, & apud Babylonē regiæ suæ præfectum. Pater enim eius fidem nō seruauerat Iechoniæ, qui se ei cum vxoribus & liberis totaq; cognatione sponte tradiderat, respectu solius patriæ, quam nolebat per vim expugnatam dirui, sicut antè diximus. Abimalarodacho post decimum octauū regni sui annū defuncto Niglifar filius
⁵⁰ successit, cūmq; regnasset annos quadraginta, vitā cum morte mutauit. continuata deinde successione ad Labosordachum filium regnum peruenit: apud quem cū nouem tantū mensibus hæsisset, post mortē eius transiit ad Balthasarem, qui Babylo-
 niis Naboandel nominatur. Huic bellū intulerunt Cyrus Persarū rex & Darius Me-
 dorum

dorum , à quibus dum intra Babylonē oppugnatur, mirabilis quædam & prodigiosa visio ei cōtigit. Discumbebat cœnans in ampla quadā aula, magno apparatu vasorum argenteorum quæ regiæ mensæ adhiberi solent , accumbentibus etiā concubinis & purpuratorum præcipuis. Deinde cū ita collibuisse, iubet è suo templo afferri vasa Dei, quæ spoliatis Hierosolymis Nabuchodonosor in vsum suū veritus vertere, in Dei sui templo reposuerat. Ipse vero iam mero calens ausus est ex eis potare, verba interim contumeliosa in Deum proferens : & ecce ibi videt manū è pariete prominentē, & in eo syllabas quædam scribentem, qua visione territus 10 conuocauit magos & Chaldæos , & totum hoc genus quod apud Barbaros prodigiorū & somniorum interpretationem proficitur, postulans vt sibi enarrent id quod erat scriptum. magis autem negantibus se eius intellectum inuenire, rex ob rei nouitatem mœstus ac sollicitus, præconis voce per totam suam ditionem publicauit: quicunq; mentem earum literarū interpretari posset, daturū se ei torquem aureū, & purpureæ vestis vsum, quali Chaldæorum reges vtuntur, atq; insuper tertiā regni sui partem. 20



Post hoc præconiū maior etiam fit magorū concursus, certatim sensum literarum scrutantibus, nihil tamen proficientibus. Videns autē tristem hac de causā regē eius auia, solari eum cœpit, dicens esse quendā captiuū Iudæum per Nabuchodonosorū vastatis Hierosolymis abductū, virū sapientem, qui possit obscura & soli Deo nota perquirere. hunc Nabuchodonosoro quæ opus erat interpretatum , cū id eo tempore posset alius nemo . rogabātq; vt accito illo percōtaretur quid sibi velint hæ literæ , vt coarguata cæterorum inscitia , etiam si triste sit, prodigium id intelligatur. His auditis Baltasar accersit Danielē : & præfatus se rescivisse de eius sapientia , dēq; spiritu diuino quem habeat, & quod solus sit idoneus interpretandis quæ aliorū cognitionem effugiunt , rogauit vt sibi enarret quid scriptura illa significet , pollicens 30 operæ præmium vsum vestis purpureæ torquemq; aureū, & ditionis suæ partem tertiā , vt sapientia eius insignita talibus honoribus , illustris fiat apud omnes qui honoris causā sciscitando cognouerint. Daniel autē recusatis muneribus , quod his diuinitus concessa sapientia corrumpi nequeat, sed indigētes gratis iuuare parata sit, ait scripturā hanc vitæ finem prædicere : eo quod ne proavi quidē calamitate, quam ille incurrit ob contemptum numinis, doctus sit pietatē colere, & nihil moliri quod sit supra naturam hominis. Nabuchodonosorū enim ob impietatē damnatū ad victū ferinū, post multas preces miserante Deo restitutū ad hominum conuersationem & pristinū imperium, ac deinde per totam vitā agnouisse & laudasse Dei virtutē & prouidentiam. hunc vero oblitum domestici exempli, voces impias iactasse in Deum, & 40 potasse è sacris vasis vnā cum suis pellicibus. Ob hæc iratū Deum per has literas denunciare qualē sit habiturus vitæ exitum. Sic enim interpretanda singula. Mane, hoc est numerus, significat dinumeratū esse iam dierum tuæ vitæ ac regni numerum, & perbreue tēpus superesse. Thecel, quod est pondus, appensum à Deo regni tui tempus iam ad finē vergere. Phares, quod est fragmen, fracturū Deū tuum regnū, & partes eius in Medos ac Persas distribuendas. Hac interpretatione accepta rex nō poterat nō vehementer tristari, attamen Danieli suam munificentia non subtrahit tanquam malorū prænuncio, sed dona quæ pollicitus est exhibuit, sic cogitans, quod nō bona audierit, sui fati culpā esse, non prophetæ : imò illum boni viri officio functum esse, qui sic interpretatus sit vt erat euenturū, tametsi parum lætus euentus sequeretur. 50 Non multum autem ablit tempore, dum & ipse & vrbs in Cyri Persarum regis potestatem deuenit. Sub Baltasare enim capta est Babylon, anno regni eius decimo-septimo. Hic finis fertur posterorum Nabuchodonosori. Darius autem cū extingueret Babyloniorum imperium, adiutus à Cyro suo cognato , annum agebat sexagesimum

gesimum secundum, qui fuit Aftyagis filius, apud Græcos alio vocatus nomine. Hic etiam Danielē prophetam assumptū secum duxit in Mediā, eumq; maximo honore apud se habuit. erat enim vnus è tribus summis satrapis, qui sub se habebant alios CCC LX. satrapas. tot enim à Dario primum instituti sunt.

Iraque cū tam charus & honoratus apud regem esset, vt qui ei tanquā diuino libenter de quouis negotio consulenti pareret, nō effugit cæterorū inuidiā, quemadmodum fieri solet inter eos qui aliquē sibi à rege præferri nō patiuntur æquo animo. cūq; æmuli occasionē calumniæ contra eum quærerent, nullā vnquā eis præbuit. cū enim esset contēptor pecuniarū & omniū munerū, turpe sibi ducens etiā pro beneficio licitam gratiā recipere, nullā accusandi anīam inuenire poterant. nec tamen destiterunt quærere quomodo honore deiectū è medio tollerēt, & cū animaduertissent Danielē quotidie ter Deo supplicare precibus, cōmenti sunt occasionem qua eum possent perdere: aditōq; Dario renūtiā ei, visum esse satrapis eius & principibus, per triginta dies populo dari intermissionē: quibus nec ab ipso, nec à quoquam hominū aut deorū quicquā precari liceat: & si quis cōtra hoc cōmune decretū faxit, eum in foueam leonū coniici. Rex vero non perspiciens eorum malitiam, quod Daniel hoc cōmento peteretur, ait sibi placere hoc decretum: pollicitusq; se id cōfirmaturum, edictū proposuit in publicum quo satraparum decretum promulgabatur. Id cū omnes præ metu seruare conarentur, magnū fuit vbiq; silentiū. Daniel vero nihil hæc curabat, sed more solito stans in cōspectu omniū, adorabat Deum suum & deprecabatur. Tum satrapæ nacti occasionem quā dudum captauerant, regē adeunt propere, Danielēq; accusant, quod cōtempto edicto solus ex omnibus deos precari ausus sit, idq; nō ob pietatem, sed ob hoc ipsum quod obseruari se sciret ab æmulis. Et cū regem ob nimiam erga Danielē beneuolentiā etiam mandati sui cōtemptori facile veniā daturū crederent, hoc ipso magis accensī ad inuidiam, inflexibiles ad clementiā, postulauerunt vt iuxta latam legē coniiceretur in leonum foueā. Darius autē sperans ope diuina eripiendū à bestiis, hortatus est eum vt præsentē casum æquo ferret animo: & postquā eò cōiectus est, cū obsignasset lapidē qui ori foueæ incumbere vice hostij, domum reuersus est: totāq; eam noctē sine cibo & somno exegit de amici salute sollicitus. diluculo autē surgens ad foueā se cōtulit: & inuento illæso signaculo quo lapidem obsignauerat, per apertā fenestrā superne Danielē in-
10 clamauit, quærens an adhuc saluus sit. Ad quā vocē cū ille responderet illæsum se & incolumē, iussit eum è fouea bestiarum extrahi. inimici vero eius videntes ei nihil mali accidisse, noluerunt hoc Dei prouidentix tribuere, sed causam referentes in leonum saturitatem, ausi sunt etiam apud regē hoc asserere. at ille offensus eorū malitia, iussit multū carniū obici leonibus, & illis iam saturatis inimicos Danielis in foueā coniici, vt appareat si propter saturitatē eos non attingat, ac tum demū euidentissimū fuit vatem ope diuina esse seruātū. nam nemini ex eis pepercerunt, sed nō secus ac si fuissent famelici, & alimentis caruissent, sine mora eos dilaniauerunt. acuit
20 autem ferarū rabiem non vexatio famis quæ iam eis exempta fuerat, sed obiectorum malitia, Deo sic volente, vt ne bruta quidem eam impunitam sinerent. Cū igitur ad hunc modum vatis insidiatōres perissent, Darius rex per totū suum imperiū nuncios dimisit qui Danielis Deum prædicarent, hunc esse solum verū & omnipotentē Deum asseuerādo. ipsum deinde vatem in maiore etiam quā antè honore habuit, primum inter amicos locum ei tribuens, qui cū ab omnibus Deo charus existimaretur, & propter hanc de se opinionē esset illustrissimus, ædificauit apud Ecbatana Mediæ turrim, opus pulcherrimum, & singulari admiratione dignum, quod in hodiernum vsque durat, & spectantibus recentissimæ structuræ videtur, ac si ea ipsa die qua spectatur esset absolutum: tantam nouitatis speciem, & tam integram pulchritudinem habet, nihil omnino à tam longo tempore læsam, præter aliorū ædificiorum consuetudinem, quæ æque atque homines vetustatis iniuriam sentiunt, nec firmitatem solum, sed etiam decorem sensim deperdunt. Mos autem durat vsque in præsens tempus vt in ea turri sepeliantur Medorum reges & Persarum atque Parthorum: cuiusq; custodia sacerdoti Iudaici generis hodiēque concreditur. Quod autem
30
40
50

XIII
Daniel, 6

in hoc viro præcipua dignum est admiratione, silentio non præteribimus. omnis enim eximia felicitas vt prophetæ excellentissimo ei contigit, & viuenti tam apud reges quàm apud populum gratioſo, & poſt obitum ſempiternam memoriam conſecuto. libri enim eius quos conſcriptos reliquit, etiam nunc apud nos leguntur, qui nobis certam fidem faciunt, quòd Deus cum eo colloquia miſcuerit. non ſolum enim futura prædixit quẽadmodum alij prophetæ, verum etiã tempus quo euentura eſſent præſiniit. & cùm alij prophetę calamitates prædicerent, ideòq; malam gratiam apud reges & multitudinem vulgarem inirent, hic bonarum rerum vates fuit, vt propter fauſtam ominationem quidem beuolentiam omnium ſibi conciliaret, propter euentum vero cerritudinẽ fidem ſibi apud vniuerſum mortalium genus compara-¹⁰ ret. Extat enim in eius ſcriptis vnde maxime illius prophetiæ certitudo poteſt colligi. ait enim ſe apud Suſa primariam Perſidis urbem cum ſodalibus prodiſſe in campum, & ibi terræmotu repentino exorto, diffugientibus metu amicis ſolum eſſe dereliſtum, ſeipſum quoque conſternatum in faciem & manus procidiſſe. ibi acceſſiſſe quendam excitantem ſe & iubentem vt ſurgeret ac videret quæ poſt multa ſecula euentura eſſent ſuis ciuibus. ſurgenti deinde oſtenſum eſſe arietem magnum enata habentẽ multa cornua, & in his vltimum cæteris celſius. verſis deinde ad Occidentem oculis, vidiſſe ſe hircum delatum per aërem concurriffe cum ariete, & bis cornibus iſtum proſtrauiſſe humi & conculcaſſe pedibus. deinde vidiſſe enatum è fronte hirci cornu maximum, quo deſtracto erupiſſe pro eo quatuor alia, obuērſa in ventos²⁰ ſingulos. & ex his etiam aliud minus exortum ſcripſit, quod poſtquã eſſet adultum, Deus qui hæc oſtendebat dixit geſtutum bellum contra gentem ipſius, & urbem vi expugnaturũ, & ceremonias templi conturbaturum, ſacrificiaq; vetiturum per dies M C X C V I. hæc eſt viſio quã in campo apud Suſa ſe vidiſſe ſcripſit: eãmq; Deum ſic interpretatum eſſe. Arietem ſignificare Perſarum & Medorum regna, cornua verò futuros in his reges, & horum vltimum deſignari per cornu vltimum. hunc enim fore diuitiis & gloria præſtantiffimum. Per hircum vero indicari, & fore aliquẽ è Græcorum regibus, qui cum Perſa bis congreſſus eum prælio ſuperet, totũmq; eius imperium occupet. Per cornu verò illud magnum ex hirci fronte extans primum regem ſignificari, & per aliorum quatuor pro illo pullulationem, & ad quatuor terræ³⁰ tractus ſingulorum verſionem, ſucceſſuros oſtẽdi, poſt primi regis mortem, & regni inter eos partitionem. hos neq; filios eius neque alioqui ad cognationem ipſius pertinentes, multis annis per orbem habitatum regnatos: ex hiſq; exoriturum quendam regem, qui bellum gerat cum gente Iudæorum & legibus, & formam inſtitutæ iuxta has reipublicæ auferat: ſpoliatoque templo viſtimas in id induci per triennium prohibeat. quẽ quidem calamitas genti noſtrę ſub Antiocho Epiphane accidit, ita vt futurum Daniel ante multos annos ſcripſerat. Eodem autem modo ſcripſit & de Romanorũ imperio, & quantam vaſtitatẽ illaturi eſſent noſtris hominibus. Hęc omnia diuinitus ſibi demonſtrata ſcripto tradidit, & poſteris legenda reliquit, vt videntes euentum non diſcrepare à prædictionibus, Daniele mirentur ob tam inſignem honorem illi à Deo habitum: ſimulq; Epicureorum error coarguatur, qui prouidentiam è vita eiiciunt, & Deo regimen rerum nolũt permittere, nec credunt vniuerſitatem à beata illa & immortalĩ eſſentia vel cõſeruari vel gubernari, ſed ſine rectore & curatore mundum ſuoſte impetu ferri aſſeuerant. qui ſi ita vt illi autumant careret præſide, quemadmodum naues ſine gubernatoribus videmus procellis & fluctibus obrui, curruſq; aurigis deſtitutos euerti ac confringi: ita & ipſe perderetur immoderato impetu. Quamobrem dum Danielis vaticinia conſidero, non poſſum nõ damnare iſtorum inſcitiam, qui Deo negant curæ eſſe res mortalium. quĩ enim fieri potuit vt prophetiis eius reſponderet euentus, ſi temere in mundo gererentur omnia? Verũ ego hæc ita vt inueni in literas reſuſcit,⁵⁰ quòd ſi quis mauult diuerſam opinionem ſequi, id per me quidem erit illi integrum.

FLAVII

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IYDAICARVM LIBER

VNDECIMVS.

10

Cyrus Persarum rex Iudeos Babylone dimissos pristinas sedes permittit repetere, collata eis in ædificationem templi pecunia. Cap. I.

20



PRIMO autem anno regni Cyri, qui fuit transmigratio-^{1. Esd. 1}
nis nostræ Babylonicæ septuagesimus, miseratus est^{3. Esd. 2}
Deus captiuitatem & calamitatem ærumnosi illius po-
puli: & sicut illis per Hieremiam prophetam ante diru-
tam urbem prædixerat, quòd postquam seruerint Na-
buchodonosoro eiusq; posteris per annos septuaginta,
rursus eos restitutus esset in patriã, & ædificato tem-
plo redituri essent ad felicitatem pristinã, ita eis omnia
præstitit. Excitato enim ad id Cyri animo, effecit vt ille
in hunc modum per vniuersam Asiam scriberet: Hæc
dicit Cyrus rex: Quoniam me Deus maximus orbis regẽ cõstituit, hunc illum esse
credo quem Israelitarum adorat populus. Is enim meum nomen per suos prophetas
prædixit, & quòd templum eius ædificaturus sim Hierosolymis in terra Iudæa. Hoc
autem Cyrus cognouit ex lectione libri qui Esaia prophetias continet, ducentis &
decem annis ante ipsius ætatem conscriptas. Hic enim secretum hoc Deum sibi in-
dicasse dixit, quòd vellet Cyrum, quem multarum ac magnarum gẽtium regem de-
claraturus esset, remittere populũ suum in terram Iudæam, & templum suum ædifi-
care denuo. Hæc Esaia prædixit centum quadraginta annis antequam templum
deuastatum est. Quibus lectis rex admiratus vatis diuinitatem correptus est cupi-
dine exequendi quæ scripta legerat: conuocatisque clarioribus apud Babylonem Iu-
dæis, ait se illis permittere vt proficiscantur in patriam, urbemque Hierosolyma &
Dei templum ædificent denuo. Nam & ipsum Deum futurum illis auxilio, & se
scripturum vicinis Iudææ ducibus ac satrapis, vt conferant eis aurum & argentum
ad templi fabricam, & victimas ad sacrificia. Hoc mandato à Cyro accepto, duarum
tribuum principes, Iudæ & Beniamiticę, simulq; Leuitæ & sacerdotes, propere Hie-
rosolyma se conferunt: multi enim maluerunt manere apud Babylonem, non susti-
nentes possessiones suas relinquere. Quò cum peruenissent, omnes amici regij fue-
runt eis auxilio, conferebantq; ad templi structuram alij aurum, argentum alij, non-
nulli pecudum & equorum multitudinem: soluentesq; vota quibus damnati fue-
rant, offerebant solennes victimas, quasi urbem denuo conderent, & pristinum pa-
trij ritus vsum reciperent. Nam & vasa quibus olim templum spoliauerat Nabu-
chodonosorus, per Cyrum tunc è Babylone remissa fuerant. ea Mithridati æra-
rij regij præfecto tradita sunt perferenda ad Abassarem, asseruanda apud eum dum
templum ædificaretur: cui mandatum est quàm primum id absolutum esset, mox
ea sacerdotibus & magistratibus populi redderet in templum restituenda. quin
& epistolam ad Syriæ satrapas in hæc verba scripsit. Rex Cyrus Sisinæ & Sara-
basanæ S. Iudæis qui regionem meam habitant permisi, vt quicunque vellent in
propriam patriam reuersi urbem denuo conderent, & templum Dei Hierosoly-
mis ædificarent eodem quo prius loco. misi autem eò etiam ærarij mei præfectum
Mithridatem, & Zorobabelem principem Iudæorum, vt fundamentis iactis tem-
plum superstruant altitudine cubitorum LX. & totidem latitudine, faciantq; tres
ordines è lapide polito, & vnum ligneum è materie quam fert ea regio: similiter &
altare

altare super quo sacrificent Deo: quos sumptus omnes de meo volo fieri. Vasa quoque quæ Nabuchodonosorus rex de templo prædatus est, mitto per Mithridatē ærarij præfectum & Zorobabilem Iudæorum principem, vt ea perferant Hierosolyma, & in templum Dei restituant: quorum numerus est hic: psycteres aurei L. argenti CCCC. thericlea pocula aurea L. argentea CCCC. situla aurea L. argentea D. libatoria aurea XXX. argenta CCC. phiala aurea XXX. argentea MMCCC. præterea vasa alia magna mille. Concedo etiam eis eosdem reditus quos maiores eorum soliti sunt accipere, in precium pecudum, & vini & olei drachmas ducentaquinque millia quingentas, & in similibus artibus duo millia quingentas, atque hæc est Samaritæ tributis præberi volo, immolabuntq; sacerdotes has victimas iuxta Moysis legem Hierosolymis, & inter sacra precabuntur Deum pro salute regis eiusq; generis, vt regnū Persarum incolume maneat. Qui vero per inobedientiam hæc mandata nostra irrita habuerint, eos in crucem agi volo, & facultates ipsorum fisco nostro attribui. Atque hoc fuit epistolæ argumentum. Numerus autem eorum qui captiuitate conuenerant Hierosolyma XLII. millia fuere, & insuper CCCCXLII.

Regij duces & satrapæ Iudæos ab ædificatione templi prohibent. Cap. II.

II
1. Esd. 4



I dum templi fundamenta iaciunt, & in hoc ædificatio toti sunt, circum finitimæ gentes, præcipue Chuthæi, quibus olim est Perside ac Media traductis Salmanasar Assyriorum rex in Samaria Israelitis inde sublatis novas sedes dederat, rogabāt satrapas & eos quibus commendata erat hæc ædificatio, vt Iudæos impedirent, quo minus urbem ac templum instaurare valeant. Illi vero pecuniis etiā corrupti, vendiderunt Chuthæis suam circa demandatum officium cessationem & negligentiam, Cyro nesciente utpote distracto in alia negocia, qui demum Massagetico bello periit. Cambyse deinde in paternum principatum succedente, ex Syria & Phœnice Ammanitarumq; & Moabitarum ac Samaritarum regionibus redditur ei talis epistola. Domine, serui tui, Rathymus cōmentariensis, & Semelius scriba, & magistratus Phœnices ac Syriæ. Cognoscere te oportet rex, quod Iudæi qui Babylonem traducti fuerant, in regionem nostram venerunt, & ciuitatem ob defectionem merito deletam restituant, forumq; rerum venalium: reparant etiam mœnia & templum extruunt. quod si ita pergere sinantur, scito eos nec tributa persoluturos amplius, nec imperata facturos. opposcentes enim seipsum regibus imperare potius quam seruire conabuntur. Quando igitur iam seruet templi ædificatio, visum est nostri officij non dissimulare hoc negotium, & admonere vt inspicias maiorum tuorum commentarios, inuenturus in eis Iudæos regum desertores & hostes, urbemq; ipsorum ob hoc crimen desolatam ac dirutam. quin hoc quoque admonendus es, quod si hæc urbs incolatur denuo, mœniumq; ambitum absoluat, intercludetur tibi via in Phœnicen & cauam Syriam.

Cambyses Iudæos ab ædificando templo omnino prohibet.

Cap. III.



Cambyses autem lecta epistola, cum esset alioquin etiam natus ad malitiam, grauiter cōmorus rescripsit hoc modo. Rex Cambyses Rathymo cōmentariensi, & Belsemo, & Semelio scribæ, & reliquis Samariæ ac Phœnices habitatoribus hæc dicit. Lectis quas misistis literis, iussi inspicere maiorum meorum cōmentarios, vbi inuentum est urbem istam semper inimicam fuisse regibus, habitatoresq; eius seditiosos perpetuò studuisse cōcitandis bellis & rerum nouitatibus. quodq; reges habuerint potentes ac violētos, qui cōtinuis tributorum exactionibus, Phœnicē & cauam Syriā vexauerint. Ego igitur iubeo non permitti Iudæos urbē denuo cōdere, ne per hanc occasionē crescat eorum malitia, qua concitati hætenus rebelles fuerunt regibus. His literis perlectis Rathymus & scriba Semelius cū collegis euestigio conscensis equis properarunt Hierosolyma, ducen- res secū magnā hominū multitudinē, prohibueruntq; Iudæos ne urbē & templū ædificare pergerent. Itaque dilatū est id opus per annos LX. in secundum annum regni Darij Persarum regis. Cambyses enim cum per sexennium regnasset, subacta interim Ægypto, reuertens ab ea expeditione, apud Damascum est mortuus.

Sublatis

Sublatis deinde Magis qui post eius obitum regnum per integrum annum occupauerant, septem illæ Persarum familiæ Hytaspis filium Darium communibus suffragiis regem declarauerunt. III.

Darius Hytaspis filius Iudeis templum ædificat.

Cap. IIII.



S adhuc priuatus vouerat Deo si regnū adipisceretur, quicquid sacrorum I. Esd. 5.6.
 vaforum apud Babylonem esset, remissurum se in templum Hierosolyma:
 & tortefortuna per illud tempus venerat ad eum à Hierosolymis Zaroba-
 bel, qui captiuorum Iudæorum dux declaratus fuerat. nam erat vetus regis
 amicus. quamobrem inter satellites cum aliis duobus assumptus, speratum honorem
 10 consecutus est. Primo autem sui regni anno Darius splendido ac magnifico apparatu
 excepit tam domesticos suos quàm Medorum ac Persarum satrapas, prouinciarumq;
 præfides ab Indis vsq; ad Æthiopas, & præfectos copiis per cxxvi. satrapias. Cùmq;
 ad satietatem epulati, discessissent cubitum ad suum quisque diuersorium, Darius post
 breuem in lecto quietem à somno relictus, nec valens redormiscere, cœpit fabulari
 cum tribus satellitibus: & qui proponēdam à se quæstionem verius ac prudentius sol-
 uerit, ei præmium fore promisit vsum purpuræ & aurei poculi: in cubatu quoque ac
 vestatione vsurum instrumento aureo, & tiara byssina ac torque aureo: & in confesso
 habiturum locum regi proximum, annumeratum inter gentiles regios. post hæc pro-
 missa quærit ex primo num vinum maxime polleat, ex secundo num reges, ex tertio
 20 num mulieres, an fortè veritas magis quàm hæc omnia. his ad inquirendum propo-
 sitis filuit. Mane vero accersiuit megiltanas & satrapas ac toparchas, residensque vbi
 solebat iura reddere, iubet satellitum illorum quenque coram toto cœtu respondere
 ad quæstionem sibi propositam quid ipsi videatur verius. Tum primus eorum sic ex-
 orsus est vini prædicare potentiam. Viri illustrissimi, equidem vino potentiæ palmam
 tribuere haud dubito, dum eius virium hinc coniecturam capio. Animaduerto enim
 quòd quorumuis potantium mentem subuertit, & vel regis animum sic afficit, vt non
 secus quàm puer aliquis parentibus orbus curatoris egeat: seruum quoque suæ condi-
 tionis oblitum ad dicendi libertatem concitat, & pauperi addit animos diuitis, mutat
 enim & regenerat animas quas subingreditur. nam & calamitosorum extinguit tristi-
 30 tiam, & ære alieno atque vsuris oppressos facit aliquantisper videri sibi omnium ditis-
 simos, vt oblici sui nihil sonent humile, sed talenta crepent, & alia fortunatorum ver-
 ba magnifica. præterea tam ducum quàm regum illis sensum ac metū eximit, & om-
 nem amicorum ac familiarium memoriam. armat enim homines vel aduersus charis-
 simos, cōsque facit videri alienissimos. cūmq; edormito temeto per noctem sobrij
 fuerint redditi, surgunt omnino inscij quæ eis per ebrietatem patrata sunt. quo fit vt
 his argumentis persuasus, vinū ducam rem omnium lōge potētissimam simul & vio-
 lentissimam. Postquam primus prolata sua de vino sententia dicendi finem fecit, tum
 secundus cœpit extollere potestatem regiam, huius vires asscuerans esse maximas om-
 nium quæ intellectu ac potentia prædita sunt. id conatus est probare his rationibus.
 40 Omnium rerum penes homines esse imperium, qui & terras & maria ad quoscunque
 vsus seruire sibi adigunt. at ipsis hominibus reges imperitare, eisque quidlibet pro suo
 mandare arbitrio. proinde qui in fortis. animalium habent dominium, eorum vim ac
 virtutem meritò existimandam insuperabilem. quid quòd dum ad bella & pericula
 subditos mittunt, omnes eorum imperata obsequenter faciūt, siue dum per eos obui-
 ciuntur hostib. siue dum coguntur cum mœnib. ac turrib. atque adeo cum montibus
 ipsaque rerum natura bellum gerere ipsorū iussu parati vel occidi vel occidere, dum
 ne videantur à regiis mandatis vsque digredi: parta deinde victoria, belli commoda
 vniuersa ad regem redeunt. Iam vero qui alieni à militia dant agris colendis operam,
 post longos labores & sudores cōparatis fructibus regi tributa persoluunt: & quicquid
 50 ille iusserit, hoc necessario sine mora perficitur. Interim ille expletus omnibus deliciis
 & voluptatib. dormit in cubiculo, excubantibus ante fores satellitibus, & ceu victis
 metu nusquā discedentibus. nemo enim audet dormiente illo relicto abire ad curan-
 da propria negocia, sed vnā hanc curā putans necessariam, in hac vna est assiduus. Et
 qui fieri potest, vt nō is sit omniū potentissimus, cui tanta hominum multitudo paret
 v per

per omnia? His peroratis successit tertius Zorobabel, dicturus de mulieribus & veritate, quarum vis quanta sit, quamque præpolleat cæteris rebus omnibus, sic docere aggressus est. Cōfessum est & vinum pollere plurimum, & regē cui omnes obrēperant, maior tamen est potentia mulierum. nam & rex per mulierem in lucem hanc productus est, & eos qui vites colendo vinū nobis afferunt, mulieres & educant & pariunt: nihil est omnino quod non illis acceptū ferendum sit, nam & vestimenta nobis texūtur harum opera, & rei domesticæ cura his est concredita: nec vlllo pacto possumus carere fœminis. sed licet argento multo abundemus & auro, preciosisq; rebus aliis, simul atq; mulierem formosam cōspexerimus, neglectis illis omnibus inhiamus in visâ pulchritudinem, & libenter ei bonis cedimus, modo adamata forma frui liceat. Relinquimus etiam parentes ac patriam, & vel amicissimorum sæpenumero propter mulieres obliuiscimur: ac ne commori quidem cum illis refugimus. addam & aliud argumentum earum potentia non minimū. quicquid terra marive longo labore quæsitum nōne totum hoc mulieribus committimus? Ipsum etiā regem tantarum rerum dominum vidi aliquando ab Apame Rapsacis Themasi filia, cōcubina sua cædi alapis, nec hoc tantum ferre, sed ut sibi detractum diadema capiti illa suo imponeret, ridētem cum ridente, & irata illa mœrentem, & adulatorie se ad affectus illius attēperando humiliter satisfaciētem si quid eam offensam animaduerneret. Interim dum satrapæ mirabundi alij in aliorum vultus inter se mutuo coniiciunt oculos, Zorobabel ad veritatis laudes fecit transitū. Dixi, inquit, & declaravi quantū mulieres polleant, verū tamen nec hæc, 20 nec rex veritati vlllo modo conferendus est. Nam cum terra sit maxima, cælū item immensæ altitudinis, & sol celeritatis ineffabilis, cumq; hæc Dei volūtas gubernet ac moueat, quæ: Deus iustus est & verax, consequitur ut veritas sit rerū omnium longe potentissima, contra quam iniustitia nihil omnino valeat. præterea reliqua omnia quātumvis pollere videantur, mortalia sunt, & celeres habent exitus, veritas vero immortalis est atq; sempiterna. Quin & ea quæ ab illis percipimus, nec mortalia sunt, nec iniuriæ temporū aut fortunæ reciprocis vicibus obnoxia, sed iusta & legitima, secretaque ab omni labe iniustitiæ. his dictis Zorobabel sermoni finem imposuit. Acclamante vero auditorio quod dixisset optimè, & quod sola veritas vim omnis senij vel mutationis expertem habeat, iussit eum rex postulare aliquid ex his quæ paulo antè vltro fuerat 30 pollicitus. Libenter enim se concessurū, ut viro sapienti, & qui prudentia vincat cæteros. quare posthac, inquit, assessor meus eris, receptus inter cognatas mihi necessitudines. His auditis admonuit eum voti, quo se obligauerat si adipisceretur potestatem regiam: id autem erat, denuo cōdere Hierosolyma, & ibi Dei tēplum instaurare, ac deinde sacra vasa olim per Nabuchodonosorum inde sublata, & Babylonem perlata, restituere. Hæc est, inquit, mea postulatio, quam nūc mihi permittis, sapientē me virum iudicans. **IIII.** Tum rex lætus assurgens excepit eum osculo, mōxq; scripsit toparchis & satrapis, iubens eos deducere Zorobabelē, eosq; qui vnā profecturi erant ad instituentiam & absoluendam tēpli fabricam. Mandauit etiā per literas Phœnices ac Syriæ magistratibus ut materiam cedrinā in Libano excisam deportarēt Hierosolyma, & instau- 40 rantem eam urbem adiutarent: in quib. literis hoc quoq; adscriptū erat, iubere & velle regem liberos esse omnes Iudæos quotquot ex captiuitate Hierosolyma postliminio redierint. & procuratores suos ac satrapas vetuit quicquā in regios vsus à Iudæis exigere: & quantumq; agrorum occupare valeant, permisit eos immunes à tributis colere. Idumæis etiā & Samaritis atq; Syriæ Cauæ habitatoribus imperauit, ut agros qui aliquando Iudæorū iuris fuissent antiquis possessoribus redderēt, atq; insuper l. talenta in fabricam templi conferrent. ipsis autē iuxta patrias leges sacra facere permisit, & quæ in hūc vsū essent necessaria, sacrāsque vestes in quibus pontifex & cæteri sacerdotes rem diuinam faciunt, de suo præberi voluit, nec non etiā organa quibus Leuitæ sacros hymnos accinunt. & custodibus urbis atque templi certas terræ portiones as- 50 signari iussit, ac in singulos annos pro alimentis certā pecuniam. deniq; de remittendis sacris vasis, deque Iudæorū restitutione, confirmauit omnia quæ prius Cyrus decreuerat. Zorobabel autem hanc gratiam à rege consecutus, quàm primū egressus est regiam, suspiciens in cælum gratias agit Deo, quod coram rege inter concertatores visus sit

sus sit sapientior cōfitemur totum hoc diuini esse beneficij: peractaque gratiarum actio-
 ne, precatus vt & in posterum propitius esse pergeret, Babylonē profectus est, lætum
 popularibus suis nuncium afferēs. Quo audito primū gratias egerunt Deo pro reddi-
 ta sibi patria: deinde ad epulas & cōpotationes versi, per huiusmodi hilaritates conti-
 nuos septem dies exegerunt, ob receptam patriam ceu natalitiam festiuitatem denuo
 celebrantes. deinde duces Hierosolymitanæ profectiois ex sua quēmq; tribu ele-
 gerunt cōparatis & iumentis quæ vxores ac liberos vherent: deducētibúsq; quos
 Darius ad hoc ipsum miserat, genialiter viam emetiebantur hilares, personantibus o-
 mnia tibiis, & cymbalis perstreptentibus, prosequēte per lulum ac lætitiā & reliqua
 10 Iudæorum multitudine. nam certus numerus ē singulis cognationibus selectus profi-
 cifcebat: quas nominatim percensere non libet, ne interrupta narrationis serie le-
 ctori tædium afferam. hoc tantum dicam compendio, fuisse pubertatem egressorum
 quater mille millia, & sexcenta viginti octo millia, duntaxat ex tribu Iudæ & Beniami-
 tica. Leuitarum enim sequebātur quatuor millia & septuaginta. promiscuæ verò mul-
 titudinis puerorū ac mulierum numerus erat quadraginta millia D C C X L I I. præterea
 Leuitici generis cantores aderant C X X V I I I. ianitores C X. sacri serui C C C X I I. ad
 hæc qui dicebant se Israelitas, nec tamen poterant approbare genus suum, sexcenti
 quinquaginta duo. reiecti sunt etiam ex ordine & honore sacerdotali quotquot duxe-
 rant vxores, quarum genus nec ipsi indicare poterant, nec in Leuiticis & sacerdotali-
 20 bus genealogiis inueniebatur. erant autem numero D X X V. Sequebatur etiam serui-
 tiorum multitudo septē millium C C C X X X V I I. cantores etiā & cantatrices C C X L V.
 cameli C C C C X X X V. iumenta D X X V. Dux autem multitudinis quam modò recensui,
 fuit Salathielis filius Zorobabel, ex tribu Iudæ & stirpe Davidis natus, & cum eo Iesus
 Iosedeci pontificis filius, & Mardocheus ac Serebæus: hi duo tribulium suffragiis ad
 ducatum electi, qui etiam contulerunt in sumptus huius profectiois minas auri cen-
 tum, argenti verò quinquies mille. atq; in hunc modum sacerdotes ac Leuitæ & pars
 quædam populi Iudæorum, qui tum apud Babylonem erat, ad habitanda Hierosoly-
 ma sunt deducti. reliqua verò multitudo paulisper discedētes profectura, domos quif-
 que suas rediit. Septimo autem mēse postquam Babylonem exiuerant, Iesus pontifex
 30 & Zorobabel princeps dimissis circum oppida nunciis ē tota regione populū Hie-
 rosolyma conuocauerunt, cupide ad mandatum eorum conuenientem: & ædificau-
 runt altare in quo prius fuerat loco, ad offerēda Deo sacrificia iuxta leges per Moysē
 traditas. Quæ dum faciunt, non æquis oculis aspiciēbātur à finitimis gentibus, quibus
 exosi erant omnibus. Celebrauerunt autem etiam Scenopegiā per idem tempus,
 iuxta legislatoris præscripta, & post hæc oblationes & quotidiana sacrificia, victimáq;
 sabbatorum atque omnium sanctorum festiuitatum. tum qui vota vouerāt, reddebant
 ea sacrificantes à nouilunio mensis septimi. Deinde templi ædificationē sunt aggressi,
 expendentes multas pecunias in cæmentarios & fábros, & multum alimentorum in
 cibos eorum qui conuehebant materiem. Hoc enim Sidonij facile ac libenter facie-
 40 bant, trabes cedrinās de Libano deferētes, quibus mox in rates compactis, in Ioppen-
 sem portum eas perducebant, ita vt primum à Cyro, & tum iterum à Dario iussi fue-
 rant. Hæc fiebant anno à reditu Iudæorum secundo, mēse secūdo, quando iactis tem-
 pli fundamentis prima die Decembris cœperunt superstruere: præposueruntq; operi
 curando Leuitarum quotquot vigesimum annum attigerant, & Iesum cum filiis ac
 tribus fratribus, & Zolimielem Iudæ fratrem, Abinadabi filium, eiúsque filios: quibus
 summa cura & diligentia commissum negotium tractantibus, celerius opinione cre-
 scebat templi ædificium. Id vbi factū est, accedentes sacerdotes ornatu suo cum tubis,
 & Leuitæ Asaphique progenies canebant sacros hymnos, in Dei laudem à Dauide
 quondam institutos. Sacerdotes autem & Leuitæ cognationūque principes ætate
 50 prouectiores, qui & illud prius templum videre meminerāt magnum & opulentum,
 & hoc recens pro præsentium fortunarum tenuitate deterius fieri animaduertebant,
 repurantes quantum ab illa prisca felicitate abesset, oborta inde mœstitia temperare à
 lacrymis non poterant: vulgus autem contentum erat præsentī templo, vt quod nulla
 priorum temporum comparatione seipsum cruciabat, nec vllum detrimentum factum
 quibat

quibat animaduvertere. contrà seniorum ac sacerdotum multo deteriore conditione res suas esse existimantium gemitus, vix concentu tubarum obscurari poterat. Samaritæ autem inimici auditis tubis, & lætantium atque dolentium promiscuis vociferationibus, accurrerunt volentes causam discere: & cognito quòd Iudæi è captiuitate Babylonia postliminio reuersi templum instaurarent, adeunt Zorobabilem ac Iesum, principēsque cognationum, postulantes vt eos admitteret ad templum communi sumptu ædificandum. Nam se quoque aiebant Deum colere, & eius gloriari nomine, religionisque eius studiosos fuisse iam inde ab illo tempore quo Salmanasar Assyriorum rex è Chuthia & Media gentem eam in loca illa transtulerat. Ad quæ postulata illi de communi sententia responderunt, ad simul ædificandum admitti eos non posse, cum 10 & prius Cyrus, & nunc Darius ipsos ædificare iusserint: licere tamē eis ibi adorare. Idque facere vetari eorum neminē, ac ne cæterarum quidē gentium quenquam cum omnibus hominibus eò venientibus templum ad adorandum pateat. His auditis Chuthæi, sic enim nos Samaritas appellamus, indigne tulerunt: & instigauerunt Syriæ gentes, vt Satrapas rogarent quemadmodum sub Cyro primum ac mox sub Cambyse, vt templi ædificationem impedirent, Iudæorumque conatus & diligentem circa hoc opus operam quoad liceret de industria remoraretur. Per idem tempus ascendit Hierosolyma Sisines Syriæ ac Phœnices præfectus, & Sarabazanes cum quibusdam aliis, rogaeruntque Iudæorum principes, cuius permissu templum sic ædificarent, vt arx potius quàm sanum existimari possit: & cur tam firmis mœnibus & porticibus urbem cinxissent. 20 Responderunt Zorobabel & Iesus, seruos se esse Dei maximi, cui templum hoc extructum à quodam eius gentis rege fortunatissimo & in omni virtute excellentissimo per multas ætates incolume steterit. Deinde ob maiorū suorum impietatem per Nabuchodonosorum Babyloniorum & Chaldæorum regem expugnata & deleta vrbe, temploque spoliato ac incenso, & populo in captiuitatem Babylonicam abducto, Cyrum, qui Persidis & Babyloniarum regno potitus sit, regio diplomate mandasse templi instaurationem, & donaria vasæque per Nabuchodonosorum sublata tradidisse Zorobabeli & Mithridati ararij sui præfecto, vt ea deportarent Hierosolyma, rursumque in templum instauratum reponerent. eiusdem enim regis mandato Abassarum missum ad eam urbem, vt daret operam vt id templum primo quoque tempore absolueretur. 30 eum acceptis regiis literis confestim venisse, & fundamenta iecisse. atque ex eo tempore nunquam inimicas gentes inturbare ædificationem, atque impedire destitisse. Quare si illis ita videretur, scriberent Dario, vt inspectis regiis commentariis manifestum fiat vera ipsos omnia dicere. His auditis Sisines & alij cum eo, noluerunt ædificationem inhibere incōsulto Dario, sed confestim ei de hac re scripserunt. Iudæis autem sollicitis & metuentibus ne regem pœniteat iussisse reparari Hierosolyma, duo prophætæ qui tum erant in populo, Aggæus & Zacharias, bono animo eos esse iuebant, nec à Persis quicquam timere: quandoquidem ipsi compertam haberent super hac re Dei voluntatem: quibus credens populus assiduus erat in opere, nulla die id intermittebat. Cùmque Samaritæ Dario scripserint, accusantes Iudæos quòd urbem muniant, 40 templumque arci quàm sano similis extruāt: asseuerantes non esse hoc in rem regis, & ostendentes Cambyse epistolam, per quam eam ædificationem impediuerat & vetuerat, ratus non esse rebus suis turā aut vtilem: postquam etiam Sisines & collegarum de eodem negotio literas accepit, iussit regios commentarios super hac re consuli: & inuentus est apud Ecbatana castrum Mediæ liber, in quo hæc scripta continebantur.

Anno primo regni sui Cyrus rex decreuit, vt templum Dei cum altari Hierosolymis ædificaretur altitudine cubicorum L X. & totidem latitudine, quod haberet ordines è lapidibus politis tres, & ligneū vnum è materie quam fert ea regio: & sumptus in hoc ex arario regis præberentur. Sed & vasæ templi quæ Nabuchodonosorus sustulerat, reddantur & reportentur Hierosolyma. Vtque cura eius negotij sit penes Abassarem 50 Syriæ ac Phœnices præfectum eiusque collegas, qui abstinerent quidem ipsi ab eis locis, seruos verò Dei Iudæos & eorū principes sinerent templum struere: ipsi verò adiutarent eos in hoc opere de tributis suæ prouinciæ, & ad sacrificia quoque suppeditarent, tauros, arietes, agnos, hædos, simulam, oleum, vinum & cætera quæ sacerdotes postulauerint,

lauerint, qui deprecaturi sunt Deum pro salute regis atque Persarum. Quicunque autem contra mandatum hoc facere ausus fuerit, is ut comprehensus in crucem agatur, & facultates eius fisco addicantur. inibi etiam addita erat execratio, ut quicunque eius templi ædificationem vetare voluerit, Deus eum feriat, atque hoc modo iniquitatem eius cohibeat. Hæc cum Darius in Cyri commentariis inuenisset, rescripsit Sisini & collegis eius hoc modo: Rex Darius Sisini magistro equitum & Sarabazani cæterisque magistratibus S. Mitto ad vos exemplar epistolæ Cyri, quam in ipsius commentariis inueni: voloque ut omnia fiant, quemadmodum in ea continentur. Valete. Ergo cognita ex his literis voluntate regis, Sisines & reliqui decreuerunt eam per omnia sequi.

10 itaque suscepta cura sacræ fabricæ, adiuuabant Iudæos magistratūque illorum & principes, & magnis omnium studiis proficiebat templi ædificatio iuxta mandata Cyri & Darij, prophetantibus interim Aggæo & Zacharia: absolutumque est intra septennium. Anno autem regni Darij nono, vigesimatertia die mēsis vndecimi, qui nostris dicitur Adar, Macedonibus Dystus, sacerdotes ac Leuitæ cum reliqua Israelitarum multitudine obtulerunt sacrificia pro renouata post captiuitatem pristina felicitate proque recepto nouo templo, tauros centum, arietes ducentos, agnos cccc, hircos xii. pro peccatis totidem tribuum: constitueruntque Leuitæ iuxta Moysis leges ex ordine suo ianitores per singulas portas. ædificauerant enim Iudæi porticus quoque quibus templum circumquaque includebatur. Instante deinde azymorum festo, mense primo, qui

20 Macedonibus est Xanthicus, nobis verò Nisan, confluxit totus populus ex oppidis in urbem: celebraueruntque id festum casti ac puri vnà cum cōiugibus ac liberis ritu patrio, & victimam paschalē immolantes decimaquarta luna epulati sunt per continuos dies septem, nullis sumptibus parcentes, holocausta etiam offerentes, & agentes gratias Deo, qui eos tandem antiquæ patriæ & eius legibus ac ritibus restituerit, deflexo ad benignitatem ac clemētiā regis Persici animo. atque ita summa liberalitate in re diuina vti incoluerunt Hierosolyma, instituta ea reip. forma, quæ per optimates administratur. penes pontifices enim fuit summa autoritas, donec Asamonæorum gens mutato rerum statu regnum obtinuit. ante captiuitatem enim iam inde à Sauli & Dauidis temporibus egerunt sub regibus per annos dxxxii. menses sex, dies decem. &

30 ante hos æque monarchæ res administrauerunt appellati Iudices, qui reipub. status plus quàm quingentis annis durauit post Moysis & Iesu imperium. Hoc igitur modo habebant se Iudæi in patriam restituti sub Cyro & Dario regibus. Samaritæ autem, infensa gens & inuida, multis molestiis eos afficiebant, freti opibus, & affectatē cognati Persarum videri, quod inde essent oriundi. nam quæ iussi erant, ex tributis in sacrificia conferre grauabantur, magistris equitum interim conuiuentibus: & quacunque in re vel per se vel per alios poterant nostram gentem lædere, nullam occasionem prætermittebant. Visum est itaque senatui populoque Hierosolymitano legationem ad regem Darium mittere, & Samaritas accusare: cuius legationis caput fuit Zorobabel, assumptis aliis quatuor collegis. Cæterum rex cognitis criminibus quæ per legatos Samaritis obiciebantur, dedit eis literas perferendas ad magistros equitum eius provinciæ,

40 & ad senatum Samaritanum, in quibus hæc continebantur. Rex Darius Tangaræ & Sambabæ magistris equitum apud Samariam, & Sadraçæ ac Bobeloni reliquisque eorum conseruis. Zorobabel, Ananias, & Mardocheus Iudæorum legati accusauerunt vos, quòd molesti fueritis templum ædificantibus, quòdque non præbeatis impensas in sacrificia, quas me iubente præbere illis debueratis. Volo igitur ut lecta hac epistola præbeatis eis ex regio æratio in quo tributa Samariæ seruantur, quicquid sacrificiorum vsus postulat, ut non desinentes quotidie sacrificare tam pro me, quàm pro Persarum gente deprecentur.

Xerxis Darij filij in Iudeorum gentem beneficia.

Cap. V.

30



EFVNCTO autem Dario successit Xerxes filius, sicut regni ita & pietatis paternæ hæres. nihil enim ex patris institutis circa diuinum cultum mutauit, & Iudæos summa beneuolentia prosecutus est. Hoc regnante pontifex erat Ioacimus Iesu filius: apud Babylonem verò degentium Iudæorum

v.

1. Esd. 7

v 3

dæorum

dæorum primarius sacerdos erat Esdras, vir iustus, & de quo optimus rumor fuit apud
 populum. is cum esset legum Moysæarum peritissimus, in regis amicitiam peruenit.
 & cum decreuisset proficisci Hierosolyma, secumque aliquos è Babyloniis Iudæis du-
 cere, petiit à rege commendatitias ad Syriæ satrapas literas, quas & impetrauit hoc
 modo scriptas. Rex regum Xerxes Esdræ sacerdoti, & lectori legis Dei, S. Decretum
 est à me & septem meis consiliariis, ut quicumque in regno meo de Israelitis & sacer-
 dotibus eorum ac Leuitis voluerit tecum Hierosolyma petere, per meam benignita-
 tem hoc ei liceat facere, & inuisere Iudæam iuxta Dei legem: utq; Israelitarum Deo
 dona perferatis, quæ ego & amici vouimus. præterea facio tibi potestatem auferendi
 omne aurum & argentum quantumcunque populus tuus per totam Babyloniam de-
 gens offerre voluerit, quo emantur victimæ super altare Dei vestri immolandæ: & fa-
 bricandi ex auro ac argento vasa quæcunque tu & fratres tui volueritis. Sacra quoque
 vasa quæ tibi dantur, Deo tuo dedicabis: & si quid aliud in hunc usum opus fuerit, pro
 tua prudentia fieri curabis, & de nostro fisco eos sumptus facies. quin & præfectis æ-
 rarij apud Syriam & Phœnicem te commendaui, scribens eis ut quicquid Esdras sa-
 cerdos & lector legis Dei petierit, sine mora dent. Et ut Deus propitius sit mihi &
 meis liberis, volo usque centum coros tritici Deo secundum legem dari. Vobis quoq;
 magistratibus præcipio, ut à nemine sacerdotum, Leuitarum, sacrorum cantorum, ian-
 itorum, sacrorum seruorum quicquam exigatis, nève vlla onera eis imponatis. Tu
 verò Esdra iuxta cõcessam tibi diuinitus sapientiam constitue iudices, qui per Syriam
 ac Phœnicem iura reddant populo legem tuam scienti: quin & nescientes doce libere,
 ut quisquis legē Dei vel legem regiam violauerit, mulctetur pecuniis, aut etiam da-
 mnnetur capite, utpote qui non per ignorantia, sed per contumaciam peccauerit. Vale.
 His literis acceptis Esdras gauisus adorauit Deum, & gratias egit, illi benignitatem re-
 giam acceptam referendam, & illum maxime dignum cui gratiæ agantur existimans.
 Aduocata deinde Iudæorū concione qui apud Babylonem degebant, & perlecta epi-
 stola, ipsam quidem retinuit: exemplar verò eius in Mediam ad omnes suæ gentis ho-
 mines transmisit. qui cognita regis erga Deum pietate, & erga Esdræm beneuolentia,
 omnes vehementer sunt lætati: multi verò ex eis assumptis suis facultatibus Babylonē
 venerunt, cupientes reuerti Hierosolyma. reliqua Israelitarū multitudo assuetum iam
 domicilium noluit relinquere. quapropter duæ tantum tribus per Asiam & Europam
 sub Romano degunt imperio: decem autem tribus nūc quoq; ultra Euphratem sunt,
 infinita hominum millia, quæ vix est numero comprehendere. Cæterum ad Esdræm
 magna multitudo conuenit tam sacerdotum & leuitarū, quàm ianitorum sacrorūq;
 vel cantorum vel ministrorum. Ille verò omnes qui ex captiuitate in patriam reuerti
 volebant ad Euphratem congregauit: vbi peracto triduo ieiunio, votisque pro in-
 columitate & felici itinere conceptis (recusauerat enim deductores equites, dicens
 Deo salutem suorum curæ futuram) iter ingressi die duodecima primi mensis anno
 regni Xerxis septimo, peruenerunt Hierosolyma eiusdem anni mense quinto. & con-
 tinuo sacerdotibus gazophylacij custodibus Esdras sacram pecuniam tradidit, argēti
 talenta sexcenta quinquaginta, vasa argentea talentorū centum, vasa aurea talētorum
 viginti, vasa ærea auro meliora pōdo talentorū xii. Hæc enim erant dona regis eiūsq;
 amicorum, & Israelitarum Babylone manentium. quo facto obtulit Deo secundū le-
 gem holocausta, tauros xii. pro cōmuni salute populi, arietes & agnos lxxii.
 hircos pro peccatis xii. procuratoribus etiam regiis, & præfectis Phœnices ac Syriæ
 scriptas à rege reddidit epistolas: qui cū eis non parere nō possent, omni honore gen-
 tem nostrā profecuti sunt, & in omnibus necessitatibus eis fuerūt auxilio. Et cōsiliū
 quidē huius migrationis ab Esdra profectū est, successū autē felicem Deus addidit,
 ut equidē reor, viri huius virtutē ac pietatem respiciēs. Aliquanto deinde pōst cōperit
 quorūdā indicio, quòd quidā è vulgo sacerdotū & Leuitarū parū seruauerint instituta
 & leges patrias, & deductis alienigenis vxoribus ordinē sacerdotalē confuderint: ro-
 gatūsq; ab eis ut ferret auxilium legibus, ne Deus propter paucos iratus omnes denuo
 cōmuni clade feriat, scidit vestē præ tristitia, vellēs capillos & barbā, & humi se proster-
 nēs, eo quòd primores populi deprehēsi essent in tali crimine: & cogitās nō esse audi-
 tuos,

turos, si iuberet eos vxores cum liberis eiicere, nolebat se à terra attollere. Itaque concurrerunt ad eum quotquot erant bonæ mètis, & vnà flebant addètes se socios eius tristitiæ. Esdras autē sublati ad cælum manibus: Me quidem, inquit, pudet ad cælum oculos attollere, dum cogito quòd populus ne maiorum quidem suorum cladibus admonitus à peccando abstinere: tu tamen clementissime Deus nostri misertus seminarium aliquod & reliquias superstites conserua, quas Hierosolyma in antiquam patriam reducere dignatus es: & da veniã præsentis errati, mortem quidem commeritis, verum tamen in tua bonitate sperantibus. Dum ita pius sacerdos lacrymatur cum eo cœtu qui ad eum conuenerat mixtus ex viris & mulieribus atq; pueris, accessit eò
10 quidam primarius Hierosolymita nomine Achonius, cõfitens illos peccasse qui alienigenas vxores duxerint: suasitq; ei vt omnes adiuuaret, vt vxores cum nota ex illis prole abiicerent: & si quis legis parere nollit in eum animaduerneret. qui secutus viri consiliũ, exegit super hac re iusiurandum à principibus Leuitarum & sacerdotum & tribuum Israelitarum. quo factò exiuit templum & contulit se in domiciliũ Ioãnis & Eliasibi, ibiq; totam eam diem ieiunus præ mœrore exegit. Proposito deinde edicto vt omnes è captiuitate reuersi intra biduum aut triduum Hierosolyma conuenirent, & quisquis per contemptum nõ adfuerit intra præscriptum tempus, vt excommunicetur, bonaq; eius sacro ærario addicantur, intra triduum conuenerunt vtriusq; tribus homines, vigesima die noni mensis, quẽ Hebræi Thebethum, Macedones Appellæum nominant. cùmq; confedissent in superiore parte templi, præsen-
20 tibus etiam senioribus, & frigus propter anni tempus esset molestum, surgens Esdras 1. Esd. 10 accusauit eos qui contra leges duxissent vxores alienigenas. nunc si velint xpm Deo gratam & sibimetipsis vtilem facere, ablegandas esse vxores eiusmodi. acclamatum est facturos id omnes æquo animo, sed esse earum nõ paruum numerum, & tempus esse hibernum, nec posse rem eam intra vnã aut alteram diem perfici. itaq; opus esse vt negociũ hoc differatur aliquãtis per, & tum demum principes aliquot qui sint alieni ab hac culpa, cum selectis vndecunq; senioribus inquisitionem faciãt eorum, qui contra legis præscriptũ vxores duxerint. consenserunt omnes in eam sententiã, & prima die mensis decimi cœpta inquisitione, quẽ durauit vsque primã diẽ mensis
30 sequentis, inuenerunt multos tam ex Iesũ pontificis cognatione quã ex cæteris sacerdotibus ac Leuitis & aliis Israelitis, qui & vxores & natos ex eis liberos sine mora abiecerunt, pluris facientes legum obseruatiam, quã naturales affectus quantumuis violentos: móxq; ad placandum Deum arietes immolauerunt. quorũ nomina recensere non est necesse, atq; ita Esdras hoc erratum circa connubia correxit, & malam in hoc consuetudinẽ emendauit, vt in posterum hæc reformatio stabilis ac firma permaneat. Septimo autē mense dum scenopegiæ festum celebratur, & fermè totus populus conuenit, accedentes ad patentem templi partem quẽ Orientale portã spectat, rogauerũt Esdrã vt eis legẽ Moy sis legeret: quod & fecit, stans in medio multitudinis, à mane vsq; meridiem. ex qua lectione nõ solum in præsens & futurũ disc-
40 bant quid esset iustum, sed etiã præteritorum memoriam retraçtantes lachrymabantur, sic cogitantes, quòd nullas calamitates fuissent perpessi, si præscripta legis diligẽter obseruassent. Esdras autē videns eos ad hunc modũ affectos, iussit vt domum abirent: esse enim festum, nec licere ea die flere. quin potius hortabatur vt ad epulas versi, ita vt festo die decet, hilariter agerent: & hac anteaçtorum pœnitentiam in futurum se munirent, ne in similes casus incurrerent. at illi sequentes eius monita cœperunt re vera festum agere, quod cùm per octo dies fecissent, digressi sunt in proprias patrias, magnam gratiam Esdræ habentes ob reformatam rempublicam: quo factum est vt post comparatam sibi apud populum egregiam gloriam senex vita defunctus apud Hierosolyma sit magnifice sepultus. Quo tempore cùm etiam Ioaci-
50 mus pontifex esset mortuus, filius eius Eliasimus in sacerdotium ei successit. Cæterũ quidã ex captiuis Iudæis, pincerna regis Xerxis, Neemias nomine, deambulans ante primariam Persarum vrbe[m] Susã, cùm hospites quosdam post longum iter exactum
2. Esd. 1 in vrbe aduentãtes Hebraice inter se confabulati animaduertisset, accedẽs ad eos rogabat vndenã venirent. & audito quòd è Iudæa, rursus scitatus est quomodo se ha-
v 4 beret

beret ille populus & caput eorum Hierosolyma. Quibus male se habere dicentibus, quòd eius mœnia diruta essent, & circūvicinæ gentes multa mala Iudæis inferrent, die nocteq; agros excursionibus ac rapinis populantes, & multos ex ea regione atq; adeò ex vrbe ipsa captiuos abducentes, ita vt passim per vias reperiantur cadauera: fleuit Neemias motus popularium suorum miseriis: & sublati oculis ad cœlū, Quo-
 usque, inquit, patieris Domine gentem nostrā tantis malis opprimi, vt simus præda
 omnium? cunctante vero illo apud portam & ob hæc lamentante, & accedens quidā
 nunciauit ei, regem iam accubitu ire. ille confestim ita vt erat nō abluta facie ad mi-
 2. Esd. 2 nisterij sui functionem properat. Rex verò post cœnam iam hilarior, vidēs Neemiā
 subtristem, rogabat quid esset in causa. tum ille Deum prius precatus vt suadæ gra-
 tiā prius verbis suis adderet: Quī possum, inquit, rex alium vultum sumere, aut mœ-
 rorem è corde ponere, quando audio patriæ meæ Hierosolymorū, in qua extant se-
 pulchra maiorum meorū ac monumenta, & portas incensas esse & disiecta mœnia?
 Sed oro hanc vnā gratiam mihi concede, permitte mihi vt profectus illò muros
 eius extruam, & quod deest ad fabricam templi suppleam. At rex petitioni eius an-
 nuuit, simulq; literas ad satrapas commendatitias, vt & honorē ei haberent, & præbe-
 rent quicquid cuperet. quare desine, inquit, tristari, & posthac libens nobis ministra.
 Ibi Neemias adorato Deo, actisq; regi pro tam ampla pollicitatione gratiis, absterfo
 à vultu omni mœrore, frontē exporrexerat præ lætitia. Sequenti vero die accitus, ac-
 cepit literas regias, quas Sadæo Syrio, Phœnices, ac Samariæ præfecto redderet: in
 quibus mandabatur de honore Neemiæ habendo, & de præbendis ei quibus ad ædi-
 ficandum opus sit. cū igitur Babylonem venisset, & multos à popularibus vltro se
 adiungentes comites assumpsisset, tandem peruenit Hierosolyma, anno regni Xer-
 xis vigesimoquinto: & ostendens prius suis literas, Sadæo magistro equitū collegisq;
 eius reddidit. cōvocato deinde Hierosolyma vniuerso populo, stans in medio tem-
 pli sic eos est allocutus: Viri Iudæi scitis quòd Deus optimus maximus memor maio-
 rum nostrorū Abrahami, Isaaci & Iacobi eorūmq; pietatis, qua illos quondā, eadem
 nos quoq; prouidentia dignatur: & ecce illius fauore nunc apud regē obtinui, vt mi-
 hi permetteret mœnia restituere, & quod superest ad absolūendū templū perficere.
 Quamobrem nunc ita faciendū censeo, vt quoniā non ignoratis quā intēsas ha-
 30 beamus gentes vicinas, & quòd cognita vestra in ædificando diligentia nihil nō mo-
 lientur, quo vestros conatus quantum in se erit impediant, primū fortī animo sitis, &
 omnē fiduciam collocetis in Deo qui facile resistet illorū importunis inimicitias: de-
 inde nec die nec noctu operis structurā intermittatis, sed omni cura id opus cōtinue-
 tis, quandoquidē nunc maximè tempestiuum est hoc facere. Hæc locutus continuo
 iussit magistratus dimetiri mœnia, & operas partiri in populū, attributo certo modo
 in singulos vicos & oppida: pollicitusq; se quoq; cū domesticis velle adiutare impi-
 gre, concionē dimisit. Iudæi verò eius autoritate permoti ad opus se expediebāt: quę
 appellatio tum primū illis & regioni est indita, quādo à Babylonia sunt reuersi, quia
 40 Iudæ tribus iam olim ea loca occupauerat. Eius rei fama vbi ad Ammanitas & Moa-
 bitas Samaritasq; & Syriæ Cauæ incolas perlata est, iniquissime tulerunt, nec vnquā
 cessauerūt insidiari & conatus ipsorū impedire: interceptisq; multis Iudæis, tentaue-
 runt ipsum Neemiā per cōductitios sicarios tollere. crebros etiā terrores eis incutie-
 bant, rumores spargētes quasi magni diuersarum gentiū exercitus eos essent inuasuri,
 ita vt parū abfuerit quin hoc metu ab incepto opere desisterēt: Neemiā vero nihil
 horū ab instituto detertere potuit, sed stipatus aliquot satellitibus intrepidus perge-
 bat, præ nimio studio nullū laborē sentiens. eam autē salutis propriæ curam non ideo
 habuit, quòd mortē timeret, sed quia certo sciebat se extincto ciues suos nō repara-
 turos mœnia. iussitq; in posterū ædificatores accinctos opus facere. & cæmentarius
 quidē non sine gladio erat, similiterq; qui materiā ei suggerebat: scuta vero non lon-
 50 ge inde in promptu esse voluit, & tubicines interuallo quingentorum passuum, vt
 sicubi se hostes aperuissent, signa canerent, vt populus arreptis armis resisteret, nè
 inermis ab hoste posset opprimi. ipse verò noctu circumquaq; urbē obibat, nunquā
 defessus aut opere aut duritia victus & excubiis, nec cibonec sōmno vtens nisi quan-
 tum

tum postulare necessestas: atque ad hunc modum perdurauit duobus annis & tribus mensibus. tantum enim temporis elapsum est donec absolueretur mœnia, vigesimo octauo regni Xerxis anno, mense nono. Permunita deinde vrbe Neemias & populus Deo sacrificauerunt, & octo dies in epulis transegerunt. quæ res vbi Syriæ gentibus est audita, graues indignationes in eis commouit. Neemias autem videns non satis magnam in vrbe populi frequentiam, persuasit circumquaque vicinis sacerdotibus, & Leuitis ut migrarent in urbem inibi habitaturi, extructis eis de suo domiciliis: & agriculturum plebem decimas in urbem conferre iussit, ut esset vnde Sacerdotes ac Leuitæ viuerent, nec auocarentur à diuino cultu ac cæremoniis: quod quidem illi perlibenter fecerunt: & hoc pacto factum est ut vrbs magis frequentaretur in posterum. Post hæc
 10 & alia multa honesta & laude digna opera Neemias iam senex defunctus est, vir ad virtutem & iustitiam natus, & in populares suos beneficentissimus, relicto sempiterno sui monumento in Hierosolymitanis mœnibus. atque hæc sunt quæ Xerxe regnante gesta sunt.

Quomodo Artaxerxe regnante parum absuit quin tota Iudeorum gens Amandolo extingueretur.

Cap. VI.

E O mortuo regnum ad filium eius Cyrum, quem Græci Artaxerxen nominant, peruenit, quo apud Persas regnante in maximum periculum genus Iudeorum adductum est, ne cum vxoribus ac liberis deleteretur, ob causam
 20 quam paulo post referemus. prius enim quedam de ipso rege dicenda sunt, qui factum sit ut vxorem duceret Iudæam foeminam ex regio genere natam, quam etiam nostræ gentis seruatricem fuisse ferunt. Artaxerxes enim post susceptum imperium, & constitutos ab India usque Æthiopiam centum viginti satrapas, anno regni tertio amicos & duces gentium Susi accepit epulo sumptuosissimo, ut decebat regem opulentum magnificos centum octoginta dierum apparatus ostentantem: cui plurimæ gentes, & earum legati, per continuos septem dies interfuerunt. id erat instructum in hunc modum. Tabernaculum fixit suffultum aureis & argenteis columellis, prætextum telis linteis & purpureis, multorum millium capax. in eo ministrabatur aureis & gemmeis poculis, ad delectationem simul & miraculum factis. Madauit etiam ministris, ne quem more Persarum ad bibendum cogerent, sed arbitrato suo quæque appositis frui sinerent. dimissis etiam per totam ditionem nunciis edixit ut feriati ab operibus festum pro incolumitate regni diebus aliquot agerent. Regina quoque Vaste pari modo mulierum in regia celebrauit conuiuium: quam rex ostendere conuiuiis cupiens ad se accersiuit, pulchritudine omnes mulieres superantem. illa vero volens Persarum leges seruare, quæ vxores vetant ab aliis præter domesticos conspici, non iuit ad regem: & cum non semel ad eam eunuchos ea de causa misisset, nihilominus in negando fuit peruicax. qua obstinatione mulieris offensus rex, dimisso conuiuium septem viros illos, penes quos apud Persas legum est interpretatio, conuocat: & apud eos vxorem contumaciæ ream peragit, quod toties vocata ab ipso in conuiuium, ne semel quidem paruisset: iubetque, quid sit iuris, proferre sententiam. Quorum vnus Muchæus cum pro sententia diceret, non ipsi soli factam iniuriam, verum etiam Persis omnibus, quibus periculum instet ne despecti ab vxoribus inhonestam vitam degant in posterum: quando nulla posthac maritorum futura sit reuerentia, dum ceteræ exemplum à reginæ superbia sumunt, nihil veritatis contra omnipotentem regem contumaciter agere: suaderetque, tam contumacem erga ipsum mulctari grauissimè, idque decretum per omnes gentes promulgari: visum est repudiari Vasten & honorem transferri in aliam mulierem. Rex verò qui vehementer eam amabat, nec disiungi ab ea ferebat, nec tamen retinere propter legem poterat, mœrens quod voluntati suæ non liceret satisfacere. Qua in anxietate videntes eum amici, consulunt ut inutilem mulieris amorē ex animo eiiciat, & facta per totum orbem formosarum virginum perquisitio-
 40 ne, quam aliis prætulerit optet sibi coniugem. noua enim inducta prioris aboleri posse desiderium, & eius recenti consuetudine amorem paulatim distractum in totum posse euanescere. Probauit rex consilium, moxque mandauit certis hominibus ut forma celebres virgines ex toto regno selectas ad eum adducerent. id mandatum illis diligenter exequentibus inuenta est Babylone Esther puella utroque parente orbata, quæ
 50
 v 5 apud

apud patrum Mardochæum educabatur. is erat tribus Beniamiticæ, vnus ex Iudæorum primatibus. hæc puella præ cæteris omnibus excellebat pulchritudine, & gratiis vultus in se oculos conuertebat. itaque vni eunuchorum commendata, tractata est apud eum delicatissime, odoramentis atque vnguentis preciosissimis quibus principes fœminæ corpus curare solent, quotidie delibuta. atque hac tractatione per sex menses vsq; sunt quadringentæ numero virgines. quando vero satis iam curatas existimabat, & regis lecto tempestiuas, vnâ singulis diebus mittebat ad eum, qui post complexus eam ad eundem eunuchum remittebat. Perducta verò Esther delectatus eius consuetudine, & amore correptus, legitimam coniugem eam sibi adiunxit, nuptiasq; celebrauit anno regni sui septimo, mense XII. qui Ader dicitur: dimisitq; 10 quos Angaros vocant, per omnes gentes nuptiale festum eis indicēs. Ipse verò Persas & Medos, & primates aliarum gentium accepit conuiuio nuptiali per mensem integrum: & ingressæ regiam vxori diadema imposuit: atq; ita cum ea conuixit, nunquam interrogata quoniam esset nata genere. patruus verò eius & ipse Babylone Susa migravit, ibiq; degens obuersabatur quotidie circa regiâ, sciscitans, de puella quomodo se haberet. diligebat enim eam haud secus quàm propriam filiam. Rex autem legem tulit, vt nemo è domesticis, inuocatus eum accederet, tantisper dum sederet in regio solio: adhibitis in hoc etiâ lictoribus cum securibus, vt si quis contrâ faceret, plecteretur capite. rex interim virgam tenebat auream, quâ quoties aliquē ex inuocatis venientibus seruare vellet, porrigebat ad eum: isq; virgæ contactu eximebatur 20 periculo. Et de his quidem hætenus dixisse sufficit. Aliquanto deinde post cum Bagathous & Theodestes eunuchi conspirassent contra regem, Barnabazus alterius seruus genere Iudæus, deprehensas insidias patruo reginæ indicat. at Mardochæus per ipsam regi insidiatores prodidit. rex verò territus, veritatem per quæstiones inuenit: & illis in crucem suffixis, Mardochæo tunc quidem pro salute sua quam ei debebat præmij nihil persoluit, tantum nomen eius in commentarios suos referri iussit & annotari, ipsum vero versari in regia, receptū inter amicos regis necessarios. In eam

Esth. 3 regiam quoties Aman filius Amadathis genere Amalecita ad regem veniebat, adorabant eum omnes tam Persæ quàm exteri, idq; ipsius Artaxerxis iussu. Mardochæo verò propter patriâ institutionē non adorante hominē, ille cum hoc obseruasset, per- 30 cōratus est cuias esset. & audito esse Iudæum, iratus exclamauit, rem indignam, cum ingenui Persæ adorarent eum, seruū istum dedignari idem facere: volensq; pœnas de Mardochæo sumere, parū putauit ipsum ad suppliciū, deposcere, nisi gentē eius vniuersam perderet, quod esset natura Iudæis infestus: quâdoquidē Amalecitarū gens, ex qua ipse erat, à Iudæis victoribus extincta fuerat. Igitur adito rege orsus est accusationem, esse gentē quandam malā, sparsam per vniuersum ipsius regnū, infociabilē, abhorrentem à cæteris hominibus, diuersis ceremoniis & legibus vtentem, insensam & moribus & studiis reliquorū populorū, & totius mortalium generis. Hæc gentem, inquit, si vis subditis tuis gratum facere, extirpabis funditus, nemine vel captiuo vel seruo superstite relicto. & ne quid inde tuis tributis decedat, de meis bonis promitto 40 tibi XII. talentorum argenti millia, libenter tanta pecunia cariturus, modo regnum tuum repurgetur ab ista hominum colluie. Hæc Aman poscente, rex & argētum illud ei se remittere dixit, & homines eos cōcedere, vt de illis ipse arbitrato suo statueret. Aman autem voto potitus, cōfestim edictum nomine regis per omnes nationes euulgat in hanc sententiâ: Rex magnus Artaxerxes cxxxii. sarrapis qui Indiam inter & Æthiopiam prouinciis præsumt, hæc scribit. Consecutus imperium tot gentium, & orbis quàm late volui dominio potitus, cum nihil superbum aut sœuum in subditos admitterem, sed mansueto ac miti moderare eos regiminē, & pacem in primis ac iuris tutelam procurarem, cogitavi quomodo hæc bona possent eis manere perpetua. Admonitus igitur ab amico propter prudentiam & iustitiam mihi semper 50 præ cæteris honorato, & ob egregiam fidem secundum post me locum obtinente Amane, esse permixtam hominum generi gentem inimicam, & suis quibusdam legibus vtentem à cæteris diuersis, inobedientem regibus, & deprauatam moribus ac ritibus, nec monarchiam nec negocia nostra probantem, volo ac edico, vt hos ab

Amane

Amane mihi parentis loco habito indicatos cum vxoribus & liberis perdati, nemini eorum parcentes, neque miserationi plus quàm nostro edicto tribuētes: idq; fieri iubeo decima tertia die duodecimi mensis præsentis anni: vt vna die deletis in totum nostris hostibus in posterum pace ac securitate frui nos liceat. Hoc edicto oppidatim per totā regionem sparso, omnes ad Iudæorum internecionē in diem præscriptum sese expediebant, idēmq; studiū erat & Susis in vrbe regia. Rex interim & Aman cōuiuīs vacabant & cōpotationibus, perturbata ciuitate & futuri expectatione suspensa. At Mardocheus re cognita, scissis vestibus, opertus sacco & sparsus cinere ferebatur per urbem, iniquum facinus clamitans, maximam gentem internecioni esse addictam: & vociferando talia vsq; regiū palatium delatus, ibi demum constitit, non enim fas erat illum tali habitu in regiā ingredi. nec alius erat Iudæorum habitus aut affectio in cæteris urbibus quacunq; regiæ literæ perlata fuerant, omnibus ob denuntiatam sibi cladem lugentibus & lamentantibus. Vt verò reginæ nunciātū est, Mardocheum in tam miserabili habitu stare pro foribus palatij, perturbata hoc rumore misit qui ei vestimenta mutarent. Qui cū id recusaret facere, quod nondum cessasset causa propter quā eum habitum sumpserat, vocatū ad se eunuchum Achra-theum, qui tum fortè aderat, misit ad eum, scitatum quid mali accidisset homini, vt talem cultum sumeret, ac ne ipsa quidem rogante vellet deponere. ibi Mardocheus omnem causam eunuchō exponit ordine, & quod edictum regiū per vniuersam ditionē esset diuulgatū, & quantam vim pecunię pollicitus sit Aman, vt internecionē eius gentis à rege redimeret. ad hæc exemplar edicti Susis propositi ad reginam perferendum ei tradidit, adiectis mandatis, vt supplex regem adiret super hoc negocio, nec grauaretur pro incolumitate suā gētis ad tempus infra dignitatē sese dēmittere, & deprecari eius periculum. Amanē enim, cuius secunda sit post regē dignitas, incitare eum crebris contra Iudæos accusationibus. Hoc cognito regina rursus Mardocheo nunciat, nec vocatam se à rege, & capitale esse inuocatum ad eum irrumpere, nisi ipse incolumitatem donare volens, virgam aureā protenderet. his enim solis impune esse, quibus hoc forte cōtingeret. Quibus ille auditis rursus per eundem eunuchum orat eadem, dicens non oportere eam respectū habere salutis propriæ, sed potius vniuersi generis, si enim hoc nunc facere negligat, Deum quidem omnino la-turum suis auxilium, ipsam vero cum sua familia daturam pœnas eis quos tunc contemneret. Tum Esther non mutato nuncio iubet patrum Susis concionem Iudæorum aduocare, & pro reginæ salutē triduanum ieiunium indicere: se quoq; idem facturam pollicita cum ancillis domesticis, ac tum demum vel contra legem adituram regem, & mortem etiam libenter perlaturam si ita vsus veniat. Paruit ille reginæ & indicto suis publico ieiunio, ipse quoq; supplex Deum precatus est, ne populū suum deleri permetteret, sed quemadmodū antea sæpe salutē eorum prospexisset, & indul-sisset peccatorum veniā, tum quoq; eos à denunciato liberaret periculo. nō enim sua culpa se venisse in discrimen infamis supplicij, sed ideo læuare Amanem ira percitū, quod soli Deo debitum adorationis honorem à se non tulerit, & propter diuinarum legum reuerentiam integre seruata, vniuerso generi moliri perniciē. Similes erant preces totius populi, rogantis Deum vt eorum salutē prospiciat, & totum genus Is-raeliticum imminenti cladi eximat, quam videbantur sibi habere præ oculis. Regina quoque supplicabat more patrio humi in faciem prostrata, & amicta vestitu lugubri, per triduum abdicato cibo & potu & omnibus deliciis: rogabatq; miseratus daret ei apud regem quali maxime opus esset facundiam, & maiorem quàm vnquam antea formæ gratiā, vt modo utroque permotus rex ad clementiam, & in ipsam fiat indulgentior, & popularibus suis in extremo periculo constitutis patrocinantem æquis oculis aspiciat. Vtq; in rege odium inimicorum ingeneret, omniumq; imminētium in eorū perniciem, ni ipse auertat infortunium. His precibus sollicitata per triduum diuina miseratione, denuo mutat habitum: & sumpto cultu qui reginam deceat, cum duabus pedisequis, quarū altera sustinebat innixam leniter, altera à tergo sinuo sam & fluentem in terram vestem summis attollebat digitis, ad regem venit, rubore genas suffusa, & maiestate mixtam venustatem præferens, nec omnino à metu libera,

Esth. 4

Esth. 5

bera. Quem ubi conspexit sublimem in folio, insignemque cultu distincto auro & gemmis ac vnionibus, horror quidam eam repente subiit: & forte toruius eam ac subirato vultu inspexerat: moxque attonita fluentibus membris in sustentem ad latus totam se reiecit. Rex autem non dubium quin voluntate Dei mutatus extimuit, & sollicitus ne quid grauius coniugi accideret, è folio se proripuit: blandeq; in vlnas exceptam refouebat suauī alloquio, iubens bono animo esse, securam quod inuocata venerit. legem enim illam latam esse in subditos. ipsi verò vt regni sociæ, licere omnia. Hæc locutus sceptrum in manum eius inseruit, & ceruicem eius virga permulcens aurea, legis metu omnino fecit liberam. Illa hoc pacto refocillata: Domine, inquit, eloqui non possum, quid mihi repente acciderit. vt enim te con- 10
spexi tanta maiestate verendum, continuo refugiens interius defecit me animus. & cum hæc verba ægre languida & exili voce protulisset, magis etiam sollicitus solari eam cœpit prolixius, paratum se quiduis gratificari pollicens, vel si dimidium regni sibi deposceret. Esther autem hoc tantum rogauit, vt ad cœnam sibi paratam conuiua cum Amane amico veniret. Quod cum annuisset, ambòque venissent, inter pocula vxorem iubet dicere quidnam peteret. nihil enim nō impetraturam, etiamsi regni partem cuperet: illa in crastinum differre se petitionem dixit, si modò liberet ei redire cum Amane ad conuiuium. id vero libenter annuente rege, Aman admodum lætus abiit, quod solus tali honore dignatus sit, vt cum rege vocaretur à regina ad conuiuium, quod nemini alteri contigerat, & cum obiter in palatio videret Mar- 20
dochæum excanduit, quod nullus ab eo sibi honor exhiberetur: reuersusq; domum aduocata vxore Zaraza, & amicorum cohorte, apud eos denarravit honorem, in quo esset tam apud regem quàm apud reginam. nam cum ea die solus cum rege apud eam cœnasset, in crastinam quoque se vocatum esse. vnum sibi esse permolestū, quod Mardochæum Iudæum videret in palatio. cumq; Zaraza diceret, oportere eum trabem quinquaginta cubitorum parare, & mane petita à rege potestate Mardochæum in eam crucem tollere: comprobata ea sententia iussit familiares curare vt eiusmodi trabs erigeretur in suo palatio, parata ad Mardochæi supplicium: id
Esth. 6 quod etiam mox factum est. Deus autem irrisit Amanis spem improbam, cui sciebat euenturum longe aliud. Nam ea ipsa nocte somnum regi ademit: qui nolens 30
vigiliæ tempus perdere: sed malens in aliquod regni negocium id impendere, iussit scribam allatis cōmentariis res tam à se quàm à maioribus gestas legere. quo legente, intellexit quendam ob rem egregie gestam donatum amplis possessionibus in regione, cuius nomen erat ascriptum: alium ob fidem munera accepisse precij maximi. tandem ventum est ad eum locum, qui continebat Bagathoi & Theodestis eunuchorum coniurationem, Mardochæi detectā indicio. quo lecto cum scriba ad aliud deinceps transiret, inhibuit eum rex, percontatus an non sit adscriptum redditum ei aliquod præmium. illo vero negante quicquam tale scriptum, iussit eum desinere, & quota noctis hora esset scitatus est ab eo, cuius hoc erat officium: & audito quod esset iam diluculum, mandauit vt viserent quisnam amicorum adesset pro pa- 40
latij foribus, sibiq; renunciarent. forte autem Aman aderat, qui solito citius venerat, rogaturus Mardochæi supplicium. famulis verò renunciantibus Amanem esse pro foribus, iussit eum intro vocari. cui ingresso, Cum sciam, inquit, amicum te mihi præcunctis beneuolum, rogo da mihi consilium, quomodo possim pro mea magnificentia honorare quendam mihi admodum carum hominem. tum Aman cogitans quancunque sententiam protulisset, in rem suam fore, quod ipse præ cæteris regi carus esset: indicauit ei quod putabat optimū his verbis: Si vis hominem, quem tibi ais dilectū, cumulare insigni gloria, fac vt equo vehatur vestitus sicut tu, & aureo torque ornatus: & vnus aliquis ex intimis tuis amicis præconis specie præcedat, clamans per totam urbem quod sic honorabitur quē rex honorare voluerit. Id cōsultuit Aman pu 50
rans hunc honorē non alij deberi quā sibi. Rex verò lætus: Ergo, inquit, vade, & sumpto equo, veste ac torque, Mardochæum Iudæum quære, & sic ornatū equo insidentem ipse præcede, agens præconē interim. nā tu amicus es intimus, & consiliū quod dedisti exequeris optime, debetur enim honor hic meæ vitæ conseruatori. His præter

præter omnem spem auditis vix fuit compos animi, & cum non haberet quid aliud faceret, exiit cum equo, purpura & torque aureo: inuentumque ante aulam Mardochæum sacco amictum, iussit eo deposito induere purpuram. Qui veritatem rei nesciēs, sed illud sibi putans: *Scelestissime*, inquit, ad eone calamitati nostræ insultas? Peruasus tandem quod rex hoc ei præmium pro accepta salute redderet, proque detectis eunuchorum insidiis, induit purpuram qua rex ipse uti est solitus: & ornatus torque, confensusque equo urbem obequitabat, præcedente Amane & clamante: Sic honorabitur quem rex honorare voluerit. Perlustrata deinde urbe, Mardochæus ad regem ingreditur. Aman verò præ pudore domum se contulit, & cum fletu vxori ac amicis quæ
10 contigerant narrauit. Responderunt illi, ademptam iam ei omnem occasionem vindicandi in Mardochæum, quandoquidem illi manifeste Deus sit propitius. Hæc illis adhuc colloquentibus, venerunt Estheris eunuchi, Amanem sine mora ad cœnam vocaturi: quorum vnus Sabuchadas visa cruce defixa in ipsius ædibus, quæ parata erat Mardochæo, scitatusque è quodam famulo in quem vsus parata sit: ut cognouit quod
reginæ patruo, quem Aman volebat à rege ad supplicium deposcere, tunc quidem *Esth. 7.* siluit. Ceterum postquam rex cum Amane suauiter epulis acceptus, iussit reginam indicare quidnam eum sibi largiri cuperet, accepturam quicquid petierit: cœpit deplorare periculum sui populi, dicens se ad interitum cum tota sua gente deditam, & ideo nunc ea de re verba facere. Neque enim se negotia eius interpellatam fuisse, si in amaram
20 seruitutem vendi eos iussisset, quod mediocrem hæc calamitatem duceret: nunc verò orare, ut se ab imminente clade eripiat. Quærente autem rege, quisnam hoc moliretur, iam aperte accusando in Amanem inuecta est, dicens hunc, quod pessime erga eos affectus esset, autorem talis consilij. Tum rex turbatus recepit se in hortos è conuiui-
& Aman paratum sibi iam intelligens infortunium, cœpit apud reginam erratum suum agnoscere, & precari veniam: simulque in lectum eius procubuit. Interim superueniens rex, & hoc viso magis etiam commotus: *Scelestissime*, inquit, etiam vim vxori meæ inferre vis? Amane autem ad hanc vocem exterrito, & ne hiscere quidem
valente, ibi verò Sabuchades eunuchus accedens accusabat Amanem, quod in ædibus eius inuenisset crucem Mardochæo paratam. id enim sibi compertum ex ipsius
30 famulo, cum ad inuitandum eum venisset. esseque eam crucem altam quinquaginta cubitos. Quo audito rex decreuit non alio ipsum afficere supplicio, quàm quod in Mardochæum excogitauerat: iussitque ut confestim in eam crucem sublatus necaretur. Subit hinc mihi admirari diuinam potetiam, iustitiamque ac sapientiam vel ex hoc
facto colligere, qui non solum Amanem merito supplicio tradidit, verumetiam pœnam in alterum excogitatam in caput inuictoris illo inscio conuertit. Atque ita Aman *Esth. 8.* immodice amicitia regis vsus periit, & facultates eius reginæ donatæ sunt. Mardochæus autem à rege accitus, qui iam cognatum esse cōiugis ex ipsa didicerat, anulum accepit ab eo qui prius Amani fuerat concreditus. regina verò possessiones Amanis
ei largita est. rogauit deinde regem ut Iudæis præsentem de vita metum adimeret, docens eum de Amanis Amadathis filij literis, sparsis quàm late pateret imperium. neque
40 enim se posse viuere, nisi & patria salua, & suis popularibus. rex autem pollicitus est nihil ipsa inuita se mandaturum, neque voluntati eius vlla in re contra iturum. Permisit etiam ut ipsius nomine quicquid vellet de Iudæis scriberet, & regio sigillo obsignatas literas per omnes prouincias dimitteret. confirmatas enim regio signaculo, auctoritatem habituras apud omnes qui eas legerint, & contradicendum eis neminem. Accitis igitur scribis regiis, iussit eos pro Iudæis scribere ad magistratus omnium gentium,
quæ sitæ sunt Indiam inter & Æthiopiam sub centum x x v i i. satrapis. quarum literarum exemplum hoc fuit: Rex magnus Artaxerxes magistratibus nostris fidelibus
50 S. Multi elati magnitudine honoris & beneficiorum quæ ex nimia conferentium bonitate percipiunt, non solum erga inferiores exercent superbiam, verumetiam contra ipsos autores beneficij non verentur insolescere, quantum in se est tollentes omnem omnino gratitudinem, quæ vsquam est inter homines: & corrupti inopinata felicitate, abutuntur ea contra illos, per quos eam adepti sunt, nec Deum quidem timentes, cuius numen putant se posse fallere. Ex his quidam propter amicitiam præpositi cum
x potestate

potestate administrandis publicis negotiis, priuatis indulgent odiis: & decipientes eos quos penes summum est imperium, falsis criminibus ac calumniis efficiunt vt indignentur innoxiiis, atque ita miseros adducunt in salutis periculum: id quod non è priscis exemplis aut fama auditis vobis potest esse perspicuum, sed ex facinore quod sub nostris admissum est oculis: vt posthac non oporteat mentem adhibere qualibuscunque criminibus vel potius calumniis, sed de cognitis causis iudicare: & si quidem peccatum sit, seuerè animaduertere: sin contrà, absoluerè: & rebus non verbis credere. Nanque Aman filius Amadathis, genere Amalecita, & externi non Perfici sanguinis, hospitij iure primum receptus, deinde per nostram bonitatem in tanto honore habitus, vt patris appellatione eum dignaremur, & adorari iuberemus, atque secundum 10 post nos locum obtinere, felicitatem suam ferre non potuit, neque sobria mente magnitudinem honoris metiri: sed regno meo struxit insidias, & eo cui vitā & imperium debeo, benefactore ac seruatore Mardocheo priuare me voluit, simulque vitæ ac regni socia Esther, malis artibus petitis ad interitum. Sic enim orbatò mihi hominibus amicissimis, imperium postremo voluit adimere. Ego verò quoniam à scelestò homine destinatos neci Iudæos non malos esse compertum habeo, sed optimis institutis viuere, ac Deum colere eum qui & maioribus meis & mihi largitus est & seruat hoc imperium, non solum absoluo eos à pœna quæ prioribus continetur literis, per Amanem ad vos transmissis, quibus mentem adhibere non debetis: verum etiam volo vt eos omni honore persequamini, nam eum qui his perniciem molitus est, cum tota fa- 20 milia pro portis Susorum in cruces suffixi, omnipotente Deo iustissimas pœnas à scelestò exigente. Iubeo quæ vt transcriptis in plurima exempla & per totam nostram ditionem vulgatis his literis, Iudæos sinatis suis legibus in pace viuere: eis quæ sitis auxilio, vt possint pœnas sumere de illis qui eorum aduersis temporibus iniurias eis facere ausi sunt: idque decimatertia die mēsis duodecimi qui est Adar: quandoquidem Deus eam diem per interneciuā salutarem eis esse voluit: quæ quidem felix sit iis qui nobis bene cupiunt, & monumentum vltionis de insidiarum machinatoribus. Notum esse volo omnibus & vrbibus & gentibus, quòd quæcunq; aliquid ex his quæ nunc mandamus per inobedientiam facere neglexerit, ferro & igni vastabitur. atque hæ literæ proponantur per vniuersam nostram ditionem, & accingant se vtique in præscriptam 30 diem, vt se de inimicis suis vindicent. Cum his literis continuo veredarij per omnes vias dimissi sunt. Mardocheum verò cultu regio coronæque aurea & torque ornatum è palatio prodeuntem vt videre Iudæi, felicitatem eam sibi quoque communem interpretati sunt. Ingens præterea gaudium, quasi noua salutis luce oborta, dum per singulas vrbes proponuntur regiæ literæ, Iudæos omnes quotquot vel oppida vel agros habitarent occupauit: ita vt multi aliarum gentium, metu eorum circuncidentes verenda, securitatem sibi hoc pacto quærerent. Nam ad decimamtertiam diem mensis duodecimi, qui Hebræis Adar, Macedonibus Dystrus dicitur, perlata literæ regiæ animabant Iudæos, vt qua die ipsis imminabat exitium, ea in inimicos impune sæuirent. quo factum est vt procuratores, magistratus, satrapæ, tyranni, reges, in precio Iudæos 40 haberent, omnibus modestiam indente metu ex Mardocheo. post diuulgatas enim vbique regias literas, etiam apud Susā interfecerunt Iudæi ex inimicis suis circiter 50 homines: & cum rex coniugi indicaret cæsorū inter mœnia numerum: nam incompertum esse quantus sit in aliis ciuitatibus, rogarètque ecquid amplius vellet, potituram enim cupitis: rogauit illa vt permitteret Iudæis sequenti quoque die in reliquias inimicorum ad eundem modum desæuire, & decem Amani filios in crucem agere: & id quoque Iudæis concessum est, rege nolente Esther in vlla re contradicere. At illi rursum cateruatim decimaquarta Dystri discurrentes, occiderunt fermè trecentos ex aduersariis, ne minimū quidem attingendo ex eorum facultatibus: per alia verò oppida eodem Iudæorum incurso perierunt 1 x x v. millia eorum qui pro inimicis sunt 50 habiti: quæ cædes decimatertia die patrata est, sequentem verò festis attribuerunt epulis. apud Susā quoque quartamdecimam sequentis mensis per festos cœtus celebrauerunt: vnde hodie quoque per totum orbem Iudæis hi dies festi sunt, & partes de cōuiujs sibi mittunt inuicem. Scripsitque Mardocheus omnibus sub Artaxerxis do-

minio

minio de gentibus Iudæis, vt vniuersi hos dies festos agerent, & posteritati quoque traderent, vt sempiternum id festum ad perpetuam rei memoriam maneat. Æquum nanque esse, vt cum per eos dies dolis Amanis in salutis discrimen adducti sint, tam suæ liberationis, quàm de inimicis vindictæ memoriam celebrent, & pro tanto beneficio Deo agant gratias. Quamobrem ea festa per eos dies obseruant, Phuræa vocantes, quasi conseruatoria. Cæterum Mardochæus illustri loco apud regem fuit, vir præpotens, regi administrationis, reginæ verò etiam vitæ socius: quorum opera Iudæorum res floruerunt suprâ quàm vel sperare poterant. Atque hæc ferè sunt quæ sub hoc rege genti nostræ euenere memorabilia.

10

Bagoses, penes quem Artaxerxis iunioris exercitus fuit imperium, multis iniurijs Iudæos affecit.

Cap. VII.



OST Eliasibi autem pontificis obitum, sacerdotium eius Iudas filius iure suscepit hæreditario: & huic quoque defuncto successit Ioannes filius, qui in causa fuit, vt Bagoses Artaxerxis copiarum imperator templum pollueret. idem dux etiam tributa Iudæis imposuit, vt prius quàm quotidianas hostias offerrent, in singulos annos ex publico quinquaginta drachmas penderent: idque ita ob hanc causam accidit. Erat Ioanni frater Iesus. huic quod amicus esset Bagoses, pontificatum

VII.

se daturum est pollicitus. hac fiducia Iesus cum liberius cum fratre in templo altercatur, re vsque rixam progressa, tantam bilem mouit fratri vt ab eo per iram interficeretur. quæ quidem impietas fuit longe maxima, præsertim in homine sacerdote: & quod grauius est, nullum tale impietatis exemplum extat vel apud Græcos vel apud Barbaros. Deus certe hanc iniuriam non dissimulauit, sed & populus hac de causa libertatem amisit, & templum pollutum est à Persis. Nam Bagoses dux cognito quod pontifex proprium fratrem in templo interemisset, superueniens Iudæis iratus clamitabat, Ausi estis scelesti in templo vestro cædem perpetrare? & cum conatus templum ingredi arceretur: Quid, inquit, an me putatis impuriorem quàm cadauer quod iacet in templo? & his dictis ingressus est: atque hac occasione per septennium eius cædis pœnas à Iudæis exegit. Mortuo deinde Ioanne, pontificatum accepit filius eius Iaddus. huic quoque frater fuit Manasses nomine: cui Sanaballetes missus in Samariam à Dario rege ultimo satrapa, Chuthæus genere, vnde & Samaritis origo est; sciens insignem esse urbem Hierosolyma, regisque eius multa negotia tam Assyriis quàm Syris exhibuisse, libenter nupram dedit filiam Nicaso, ratus connubium hoc ceu vadem futuræ cum Iudæorum gente amicitia.

30

Quanta Alexander Macedonum rex in Iudæos beneficia contulerit.

Cap. VIII.



ER idem tempus Philippus Macedonum rex apud Ægæas oppidum à Pausania Cerastræ filio ex Orestarum gente insidiis interceptus periit. Eius filius Alexander paternum regnum adeptus traiecto Hellesponto congressus ad Granicum flumen cum Darij ducibus vicit egregie: subacta deinde Lydia & Ionia, ductoque per Cariam exercitu inuasit in Pamphyliam sicut alibi dictum est. Hierosolymorum autem seniores ægrescentes Iaddi pontificis fratrem & quodammodo collegam duxisse externi generis sceminam tumultuabantur, rati gradum factum ad antiquandas patrias leges de connubiis, atque ita fore vt paulatim misceantur profanis gentibus, nam & prioris captiuitatis & malorum quæ secuta sunt causam fuisse, quod quidam contra legem peccantes duxissent uxores non sui generis. postulabant igitur vt Manasses aut dimitteret uxorem, aut non amplius ad altare accederet. Et cum pontifex quoque ab altari eum arceret, profectus Manasses ad Sanaballetem socerum, se quidem amare dixit filiâ eius Nicaso, nolle tamen propter eam priuari sacerdotio, qui honor & gentilitius sit ipsi, & apud Iudæos semper in maxima existimatione fuerit. Ad hæc cum Sanaballetes respondisset, se illi non sacerdotium tantum seruaturum, sed & pontificatum paraturum, & totius suæ provinciae principem eum facturum, modo filiam suam uxorem retineat: ædificaturumque

50

x 2

templum

VIII.

templum Hierosolymitano simile in monte Garizin, qui imminet Samariæ reliquis montibus celsior: idque polliceretur ex cōsensu regis Darij se facturum: elatus tali spe Manassēs mansit apud Socerum, putans se pontificatum dante rege consecuturum. Iam enim Sanaballetes erat senior. Cūque multi sacerdotes & Israclitæ intricati essent eiusmodi coniugiis, non leuiter turbabatur Hierosolymorum respublica. omnes enim hi defecerunt ad Manassēm, Sanaballetē præbente eis & pecuniam & agros ad colendum & domicilia, ac modis omnibus adiutante ambitionem generi. Quo tempore Darius audito quòd Alexander traiecisset Hellespontum, & prælio victis ad Granicum suis satrapis vltius procederet, contractis tam pedestribus quàm equestribus copiis, decreuit Macedonibus occurrere priusquam totam Asiam sibi subiicerent. Itaque vltra Euphratem tradueto exercitu, & superato Tauro monte Ciliciæ, statuit in ea prouincia hostem excipere prælio. Sanaballetes autem lætus descēsu Darij, aiebat se mox præstiturum Manassi pollicita, quàm primum rex reuerteretur post victoriam. persuasum enim erat non ipsi tantum, sed & omnibus Asiaticis, ne primum quidem congressum expectaturos Macedonas, tanto inferiores numero: sed longe alius fuit euentus quàm ipsorum opinio. Rex enim collatis cum Macedonibus signis victus est, & magna exercitus parte amissa, matre etiā & vxore cum liberis in hostium potestatem redactis, fugit in Persidem. Alexander verò in Syriam veniens cepit Damascum, & occupata Sidone Tyrum quoque oppugnabat: scriptisq; ad Iudæorum pontificem literis petebat auxilium, & vt forum rerum venalium præberet exercitui: & vt quæ prius Dario conferre sit solitus, nunc det Macedonibus, prælata eorum amicitia: fore enim vt illum non pœniteat. cūque pontifex nunciis respondisset, sacramento se obligatum Dario, ne arma contra eum sumeret, idque ratum fore quàm diu ille vixerit: iratus Alexander Tyri quidem oppugnationem non omisit, qua breui positurus videbatur: minatus est tamen hac capta mox se ducturum contra pontificem, vt omnes discant, cui iusiurandum seruari oporteat. quare non parcens labori tandem Tyrum expugnauit, & constitutis in ea rebus Gazam profectus, in ea Babemefem Perfici præsidij præfectum obsedit. Interea Sanaballetes ratus iam adesse tempus, à Dario defecit: & assumptis octo millibus de sua prouincia, in Alexandri castra se contulit. cūque offendisset eum Tyri oppugnationem aggredientem, & suam prouinciam eius fidei commisit, & hunc pro Dario dominum libenter agnouit. à quo obuiis manibus exceptus, libere iam quid vellet elocutus, ait se generum habere Manassēm, Iaddi Iudæorum pontificis fratrem: eum sequi multos illius gentis homines, & velle in sua prouincia templum extruere. Idq; fore in rem ipsius regis, si diuidatur Iudæorum potentia: ne fortè de communi sententia rebellantes multum negotii regibus facessant, quemadmodum soliti sunt Assyriis imperatibus. quod vbi impetratum est, omni ope adnitens templum ædificauit, & Manassēm eius sacerdotem constituit, amplissimum hunc honorem filix suæ posteris relicturum se existimans. Septem autem mensibus in Tyri oppugnatione, & Gazæ duobus absumptis, Sanaballetes fato functus est: Alexander verò expugnata Gaza Hierosolyma propere petiit. Iaddus verò pontifex postquam hoc audiuit, sollicitus hærebat inops consilij, nec inueniens quomodo regem deberet excipere, iratum eo, quòd antea neglexisset imperata eius facere. Ergo indictis populo supplicationibus, & immolatis Deo victimis, ad opem eius confugit, illi publicam salutem commédans. Proxima deinde post sacrificium nocte, in somnis ei Deus apparuit, iubens vt bono esset animo, & coronata vrbe portas aperiret: utq; populus in albis vestibus prodiret obuiam, ipse verò cum reliquis sacerdotibus solenni cultu sui ordinis, securi de Dei prouidentia. Experrectus autem è somno lætus ciuib; hoc oraculum indicat, & paratis omnibus vt in somnis præmonitus fuerat, regis aduentum præstolabatur: & cū renūciatū esset eum iam non procul ab vrbe abesse, progressus est cum sacerdotibus & vrbaña multitudine pompa quadam noua & venerabili vsque ad locum qui dicitur Sapha, quæ vox speculam significat. quòd ibi & vrbs & templum in prospectu sit. Et cū Phœnices ac Chaldæi sperarent sibi licere quicquid iratus rex posset permittere, direptionem vrbs, & pontificis exquisitum supplicium, planè contrarium euenit. Alexander enim vt vidit è longinquo candidatum

tum populum , & sacerdotes ante agmen in amictu byssino , pontificemque in stola hyacinthina auro distincta , tiaram in capite gestantem cum præfixa aurea lamina insculpta Dei nomine: solus ad eum accedens nomen illud adorauit, & salutauit pontificem. Iudæis autem omnibus vno ore Alexandrum consalutantibus, & in orbem cingentibus, Syriæ reges & reliqui obstupuerunt, vix credentes regem mentis compotem: solus Parmenio propius accedens rogauit familiariter, quid ita cum ipse adoraretur ab omnibus, nunc adoraret Iudæorum pontificem. At ille non hunc se adorasse respondit, sed Deo, cuius pontifex esset, honorem eum exhibuisse. hunc enim, inquit, vidi & antea hoc ipso habitu, cum adhuc essem in Dio Macedonia, qui me deliberantem quomodo Asiā possem subigere, hortatus est forti esse animo, & sine mora exercitum traicere. nam suo ductu potiturum me Persarum imperio. Quapropter quia nunc primum talem habitum vidi, agnoscens hunc & visionis memor quæ me ad hanc expeditionem impulit, puto me non sine numine in Darium exercitum ducere, & breui fore victoriæ compotem: & sublato Persarum imperio, cessura mihi omnia ex sententia. Hæc locutus ad Parmenionem & comiter complexus pontificem, deducen-
10 centibus sacerdotibus in urbem peruenit. & ascendens in templum immolauit Deo ex sacerdotis præscripto, ac pontifici quoque suum honorem exhibuit. Ostensioque sibi Danielis libro, in quo Græcum quendam Persas debellaturum significat, hunc ipsum se esse interpretatus, lætus dimisit multitudinem. Sequenti verò die vocatis eis
20 iussit vt quicquid vellent peterent. Pontifice autem petente vt patriis legibus viuere sibi liceat, vt que septimo quoque anno concederetur eis tributorum immunitas, concessit omnia. Rogantibus deinde vt eos quoque Iudæos, qui Babyloniam ac Mediam colerent, sineret vt institutis propriis, hic etiam postulatis eorum satisfacturum se est pollicitus. Et cum fecisset eis potestatem, si qui vellent saluis suis ritibus sequi eius militiam, multi in eam expeditionem dederunt nomina. Atque his apud Hierosolyma actis, mouit inde in alias propinquas vrbes exercitum. cumq; ab omnibus amice exciperetur, Samaritæ quorum tunc caput erat Sicima sita ad montem Garizin, & habitata à desertoribus gentis Iudaicæ, vidētes quod Alexander Iudæos tractaret tam magnifice, decreuerunt se quoque Iudæos profiteri. Sunt enim Samaritæ hoc ingenio,
30 vt & ante diximus, in rebus Iudæorum afflictis, negant se cognatos, veritatem tunc dicendo. cum verò affulgere eis fortunam viderint, confestim in societatem irruunt, attinere ad se affirmando, & à Iosepho cuiusq; filiis Manasse & Ephraïmo seriem generis sui deducendo. Igitur splendido paratu & magnam alacritatem præ se ferentes, regi occurrunt penè in Hierosolymitano agro: collaudatisque ab Alexandro omnibus, Sicimitæ eum adeunt, assumptis secum militibus quos Sanaballetes miserat: rogantes vt inuisat ipso-
40 rum urbem, & illud quoque templum præsentia sua honoret. ille pollicitus est hoc in reditu se facturum. cumque postularent vt septimi anni tributum sibi remitteretur, nam ne se quidem in eo seminare: quæsiuit quānam essent qui hoc rogarent. illis verò dicentibus, Hebræos quidem se esse, sed Sicimitas vocari à Sidoniis: iterum quæsiuit an Iudæi essent. Negantibus illis, equidem, inquit, Iudæis id concessi. Reuersus tamen & re diligentius cognita, faciam quod æquum videbitur, atque hoc pacto Sicimitas dimisit. Sanaballetis autem milites iussit vt se in Ægyptum sequantur: ibi enim se agros eis diuisurum: id quod paulo post fecit in Thebaide, iussis ei regioni esse præsidio. Post obitum autem Alexandri, imperium quidem eius inter successores est diuisum: templum verò in Garizin monte situm mansit incolume: & si quis
apud Hierosolymitas aut illiciti cibi sumpti, aut violati sabbati, aut similis criminis reus ageretur, ad Sicimitas confugiebat, calumniam se
passum dictitans. Eodem verò tempore etiam Iaddus pontifex obierat, Onia filio successore: atque in eo
10 statu res Hierosolymitanæ tunc fuere.

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IYDAICARVM LIBER

DVODECIMVS.

Ptolemæus Lagi dolo occupatis Hierosolymis cum reliqua Iudæa, multos inde in Ægyptum traduxit.

Cap. I.

10



ALEXANDER Macedonum rex in suam potestatem redacto Persarum imperio, & constitutis ut iam dictum est Iudæorum rebus, vitam finiit. Imperio verò in multos successores distracto, Antigonus Asiam occupat, Seleucus Babylonem cum vicinis gentibus, Lysimachus Hellepontum, Macedoniam Cassander, Ptolemæus Lagi Ægyptum. Qui dum seditionibus agitatur, & de imperio contendunt, durante longo bello, & vrbes multæ afflictæ sunt, & habitatores earum plurimi per diuersa præliorum certamina desiderati sunt: id quod 20
rota Syria tum passa est sub Ptolemæo Lagi, quem præter meritum Soterem appellabant. Is & Hierosolyma occupauit, dolo tamen circumuenta. Ingressus enim urbem sabbato velut sacrorum gratia, Iudæis nec arcentibus quod nihil hostile suspicarentur, & alioquin eum diem in ocio & quiete agentibus, sine difficultate potitus dominio, acerbè eam & inclemèter tractauit. Attestatur nobis Agatharchides Cnidius, qui successorum Alexandri res gestas conscripsit, superstitione nobis exprobrans, quod propter eam libertatem amiserimus. Sic enim scribit: Est gens quæ Iudæorum dicitur, urbem incolens magnam & bene munita, nomine Hierosolyma. hanc passi sunt in Ptolemæi potestatem peruenire: & dum propter superstitionem grauantur arma sumere, grauem dominum receperunt. Et Agatharchides quidem de nostris hominibus hæc 30
prodidit. Cæterum Ptolemæus multos captiuos ex montano Iudææ tractu & Hierosolymorum vicinia, Samariæque & Garizin monte in Ægyptum traductos iussit sedes ibi figere: & cum Hierosolymitas pertinacissime iurisiurandi fidem seruare cōpertum haberet ex responso quod Alexandri legatis post Darij cladem dederant, multa ex eis præsidia disposuit per arces: & cum eis apud Alexandriam ius ciuitatis pari cum Macedonibus conditione dedisset, sacramento omnes deuinxit, seruatuos fidem posteris eius qui tam multa ipsis crediderat. Nō pauci præterea reliquorum Iudæorum sponte in Ægyptum migrauerunt, partim vbertate terræ allekti, partim Ptolemæi erga suam gentem liberalitate. Seditiones tamen continuæ fuerunt inter eorum posteros & Samaritæ, instituta patria peruicaciter retinentes: pugnabantque inter se iugiter, dum Hierosolymitani suum templum sacrosanctum esse affirmant, & victimas à Iudæis non aliò mittendas: Samaritæ contra in montem Garizin eas mitti debere contendunt. 40

Ptolemæus Philadelphus Iudæorum legem in Græcam linguam vertit, & multis eius gentis captiuis dimissis, donaria multa Deo in templo eius dedicat.

Cap. II.

11.



OST hūc Philadelphus assumpto Ægypti regno, quod per annos vndequadraginta tenuit, & legem trāsferri in Græcam linguam curauit, & Hierosolymitas in Ægypto seruientes liberos dimisit, numero centū viginti millia: idque ex huiusmodi causa. Demetrius Phalereus regiarum bibliothecarum præfectus, dabat operam ut si fieri posset omnes totius orbis libros colligeret, coemens quotquot ubicunque audisset cognitu dignos aut cupiditati regis gratos, cuius precipuū erat in congerendis codicibus studiū. hic rogatus aliquando à rege quàm multa millia iam cōparasset, ait se iā habere circiter ducēta milia, sed breui habiturū quingēta milia: præterea cōpertum sibi certis indiciis multos esse apud Iudæos, qui leges eorum scriptas contineant,

contineant, dignos cognitu & bibliotheca regia: esseq; scriptos ipsorum lingua & literis, & exhibituros negotium his qui velint eos in Græcum sermonem vertere. Videri quidem quandam cum Syrorum lingua & charactere similitudinem, habere tamen multa peculiaria. Nihil igitur vetare, quin & illa ex Hebræo traducta, cum non desint sumptus, in bibliothecam suam referat. Tum rex collaudato Demetrii circa conquirendos libros studio, scribit Iudæorum pontifici, vt curet hoc negocium ex sententia sua confici. Interea quidam Aristæus ex intimis regis amicis, & ob modestiam admodum carus, cum iam dudum animum haberet rogare eum vt Iudæos in suo regno libertati restitueret: ratus adesse iam optimam occasionem supplicandi,

10 primum cum præfectis satellitibus Sosibio Tarentino & Andrea cōsiliū hoc communicat, multum obtestatus vt preces suas apud regem quantum possunt adiutent: & postquam intellexit ipsis quoque rem cordi esse, adito rege sic eum allocutus est: Quia non decet nos rex verum dissimulare, sed ingenue proloqui: cum hoc agamus vt Iudæorum leges non transcribantur tantum, verumetiam vertantur, quoniam honesto prætextu id facere possumus, dum tam multi huius hominū generis in regno tuo seruiunt? Quos certe non alienum fuerit à tua bonitate ac magnificentia, liberare à præsentī miseria: quandoquidem is qui tuum gubernat imperium, carum legum auctor noscitur, quantum mihi sanè de ea re inquirenti peruestigari potuit. Cōditorem enim huius vniuersitatis eundem quem illi nos quoq; colimus, Iouem nominantes,

20 nimirum quod iuuet vitam omnium. Quapropter vel Deum reueritus, quē illi eximio præ cæteris mortalibus cultu venerantur, redde eis patriā, vt in natali solo liceat eis vitam exigere. Nec est quod suspiceris rex, me vel genere vel tribu eis propinquum has preces offerre in illorum gratiam atque commodum: sed quum omnium hominum idem Deus sit opifex, & sciam illi placere beneficentiam, ideo tibi nunc supplico. Ibi rex libenti ac hilari vultu illum aspiciens, & quot tandem putas millia, quibus opus sit hoc beneficio? Tum Andreas, qui & ipse aderat, dixit esse circiter centum viginti millia. Ad hæc rex, Paruāne igitur tibi Aristæ videtur hæc quā poscis liberalitas? Sosibio verò & cæteris præsentibus, dignum esse ipsius magnificentia dicentibus, pro accepto regno hanc Deo reponere gratiam: lætus hoc eorum consē-

30 su iussit, vt quando militi stipendium numerauerint, pro singulis captiuis qui apud eos sunt drachmas centum viginti annumerent. atque hoc suum decretum publico edicto propositurum se est pollicitus, quo tam Aristæi petitio quàm Dei voluntas fiat confirmator. In eo comprehendebantur non hi solum quos pater aut eius exercitus abduxerat, sed illi quoque qui vel antè vel pòst in seruitutem abstracti fuerant. & cum eam vindictā libertatis dicerent plusquam quadringenta talenta poscere, ne hæc quidem impendere grauatus est. Eius edicti exemplar, quo illustrior fiat regis magnanimitas, libet hoc loco adscribere. Quicunq; ex militia patris nostri Syriam ac Phœnicen incurfauerunt, & subacta Iudæa mancipia inde in regionem nostram eiusq; vrbes abducta diuendiderunt, atq; etiam quicunq; vel antè vel pòst diuenditi

40 sunt, hos omnes liberos volo fieri: pròq; singulis mancipiis centum viginti drachmas recipere, milites quidem vnà cum cetero stipendio, reliquos verò à mensariis regiis. Censeo enim hos præter patris mei voluntatē, & præter omnem æquitatē in captiuitatem abductos militum licentia, quin vastata Iudæa sui commodi causa in Ægyptum abstraxerunt hanc multitudinem. Quapropter iustitiæ respectu, & commiseratione eorum qui à potentioribus per vim opprimuntur, iubeo Iudæos omnes, qui seruitutem seruiunt, dimitti liberos, iam dicta summa heris eorum pro libertate red-dita, & absque dolo malo huic nostro mandato satisfieri. Volo autem hoc edictum proponi per triduum ex quo allatū fuerit, & interim heros profiteri huiusmodi man-

50 cipiorū numerū: id enim & mihi ipsi profuturū existimo. Eum verò qui parere noluerit, cuius deferre liceat, mulctandū facultatibus quæ fisco nostro debet cedere, Hoc edictum cum primum oblatum esset regi, nec tamen diserte cautum esset illis quoque, qui vel antè vel pòst capti fuerant, liberaliter & illis indultum est eadem regis beneficentia: iussitq; vt ex collectis iam tributis distribueretur pecunia in militem, & in mensarios regios. Quo facto, intra septem dies peractum est quicquid rex ius-

serat, impensis in redemptionem quadringentis sexaginta talentis: quia domini exigebant & pro infantibus illas centumviginti drachmas, quasi regis edictum etiam hos complecteretur, ubi adscriptum erat pro singulis mancipiorum capitibus eam summam numerandam. Hæc ubi ex sententia regis magnifice sunt peracta, iussit Demetrium euulgare decretum de transcribendis Iudæorum codicibus. nihil enim temere fiebat à regibus, sed omnia diligenter præmeditata: quapropter & suggestio-
nis exemplar & epistolarum in commentarios relatum est, & multitudo missorum
donariorum, & quod à quoque factum est, ut primo aspectu pateat ex ipsis operibus
tam autorum quam artificum præstantia. Suggestionis sanè exemplar fuit tale. Regi
magno Demetrius. Quia mandasti rex ut quod deest tuæ bibliothecæ suppleamus, 10
& libros qui hætenus nostram inquisitionem effugerunt perquiramus, nihil mihi
ad summam circa hoc negocium diligentiam reliquum faciens, scire te velim inter
eos quos adhuc desideramus esse Iudæorum legis codices. Hebraicis enim chara-
cteribus & vernacula ipsorum lingua scripti cum sint, intelligi à nobis non possunt.
sunt etiam negligentius quàm par est habiti, eo quòd nondum eis regia providentia
contigit. necesse est autem ut & hos habeas diligenter accuratos. Sapientiore
enim & sinceriore legislationem continent, utpote diuinitus proditam. Et hæc est
causa, ut Hecætæus Abderita refert, cur nullus vel poëta vel historicus mentionē eius
legis faciat, aut virorum qui iuxta eius præscriptum res suas administrauerunt: quòd
sacrofancta sit, & profano ore tractari non debeat. Itaque si idem tibi videbitur rex, 20
scribes Iudæorum pontifici, ut mittat senos ex singulis tribubus seniores, legum earum
peritissimos, ex quorum interpretatione apertum ac consonum sensum eorum
librorum accipientes, dignum aliquid tuo desiderio colligamus. Ad hanc igitur sug-
gestionem iussit rex suos ut ad Eleazarum Iudæorum pontificem de hac re scribe-
rent, simulq; per easdem literas certiorē facerēt de Iudæis per Ægyptum pristinæ
libertati redditis. præterea ad faciendos crateres & phialas ac libatoria, misit auri ta-
lenta quinquaginta, & gemmarum copiosam multitudinem: iussitq; custodes arca-
rum in quibus gemmæ seruabantur, liberam artificibus electionem permittere. man-
davit etiam pecuniæ pro sacrificiis & reliquis templi vñibus centum talenta erogari.
Dicam autem & opera & eorum ornatum, ubi primum exposuero exemplar episto- 30
læ scriptæ ad Eleazarum pontificem, qui hoc sacerdotij fastigium hoc modo conse-
cutus est. Onia pontifice defuncto filius ei Simon successit, Iustus cognominatus,
quòd & Deum pie coleret, & eius summa potiretur beneuolentia. Quo mortuo,
superstite vnico filio paruulo, frater eius Eleazarus, de quo nunc est mentio, pontifi-
catū assumpsit: cui Ptolemæus hoc modo scripsit. Rex Ptolemæus Eleazaro pon-
tifici salutem. Multis Iudæis in regno meo degentibus, quos Persæ dum rerum poti-
rentur captiuos eò pertraxerant, pater meus eos in precio habuit, aliorum opera in
militia vñus amplis stipendiis conductorum, aliis etiam castellorum custodia per
Ægyptum assignata, ut essent terrori indigenis. Ego vero postquam principatum
adeptus sum, cum in cæteros benignitate sum vñus, tum maxime in tuos ciues: quo- 40
rum supra centum millia in libertatem vindicaui, restitutis de meo preciis eorū pos-
sessoribus. ex his per ætatem idoneos allegi in militiam: nonnullos quorum fides id
mereri videbatur, inter aulicos meos accensui, ratus nullum gratius me Deo posse
offerre donarium, pro ea providentia qua me dignatus est rebus præficere. Ergo ut
& his & reliquis per totum orbem Iudæis gratum faciam, visum est mihi legem ve-
stram in Græcam linguā vetere, & ita versam in bibliothecam meam reponere. Be-
ne igitur facies, si idoneorum delectu per tribus habito, ex vnaquaque sex viros bo-
nos iam seniores ad nos miseris, qui per ætatem legum periti, possint præstare bo-
nos interpretes. Spero enim si hoc ex sententia successerit, maximam gloriam nos
inde acquisituros. Mitto autem qui tecum de hac re agant, Andreæ præfectum sa- 50
tellitum, & Aristæum, mihi charissimos: per quos etiam primitias donariorum tem-
pli & victimarum misimus, talenta argenti centum. Rescribes autem quicquid vo-
lueris, factururus nobis rem gratissimam. Hac epistola accepta, Eleazarus rescripsit
quàm potuit honorificentissimè. Pontifex Eleazarus regi Ptolemæo S. Si vales
cum

cum regina Arsinoe communibúsq; liberis, nostræ quoque res se habent optime: Acceptis tuis literis gauisi sumus plurimum ob egregiam tuam voluntatem: aduocatáq; concione eas legimus, testes pietatis qua colis Deum maximum. ostendimus etiam phialas quas misisti aureas viginti, argenteas triginta, & crateras quinque, & mensam dedicandam, centúmque illa taléta quæ in víctimas & alios templi vsus attulerunt Andreas & Aristæus amici tui charissimi, viri boni ac docti, tuáq; amicitia dignissimi. quare scito nos tibi gratificaturos etiam si quid præter ingenium nostrum facere oporteat. prouocati enim beneficiis in ciues nostros collatis nõ debemus segnes esse ad referendá gratiam. Quamobrem continuo pro te sororéq; tua & liberis
10 & amicis hostias obtulimus, & populus vota fecit pro felici rerum tuarum successu, & pro pacato regni tui statu: utq; hæc legis versio tam felix tibi sit quàm cupis maxime. Delegimus etiam senos per tribus presbyteros, quos ad te cum lege misimus. tuæ autem pietatis erit ac iustitiæ, ut transcripta lege ad nos eam tuto remittas vnà cum eius deportatoribus. Bene vale. Hæc sunt quæ rescripsit pontifex. superuacaneum autem visum est apponere LXX. seniorum nomina qui cum lege ab Eleazaro misi sunt, licet adscripta fuerint in epistola. donariorum tamen quæ ex Deo misit ornatú & magnificentia silentio præterire nõ possum, ut omnibus nota fiat eius regis erga Deum pietas ac liberalitas. abunde enim sumptus suppeditans, & præsentia sua extimulans artifices, opera eorum assidue visendo, nullam eis segnitia aut negligentiæ relinquebat occasionem: quæ nunc recensere singula, non quòd historiæ contextus hoc admodum postulet, sed quòd digna sit quæ prædicetur regis liberalitas:
20 primumq; mensam conabor describere. Cupiens enim longe maiorem facere mandauit explorari eius quæ tum Hierosolymis erat magnitudinem, quanta esset, & an maior posset fieri: & cõperta eius mēsurā, quòdque maior etiam esse posset: ait se eius vel quincuplam magnitudinem redditurum, ni vereretur, ne per hoc ad quotidiana ministeria minus posthac esset utilis. Cupere enim se ea donaria nõ solum ad ostentationem, sed ad vsum etiam esse accommoda: itaque volens declarare se non auri penuria vel parsimonia parem priori facere: quod non erat integrum addere magnitudini, id compensauit varietate ornatus & operis pulchritudine. cùm enim esset ingeniosus in contemplandis rerum naturis, & in excogitandis nouis & inusitatis operibus, pro sua sapiētia præscribebat artificibus, exigens ne quid à præscriptis formulis discederent. ac primum constituto mensæ modo in longitudinem cubitorum duorum & semis, in latitudinem vnus, altitudine sesquicubitali, totum opus ex auro facientes, loricam ei palmum latam circundederunt: cuius cymæ versatiles sculpturam habebant resticulatā indistincta imitatione per tria latera. cùm enim essent triangulæ, per singulos angulos eadem erantfigurationes, ut conuersæ non alia sed eadem specie oculis occurrerent. loricæ verò pars interior ad mensam vergens egregias sculpturas habebat: sed exterior eius facies longe pulchriores, videlicet quòd hæ totæ essent conspicuæ. quin & cymæ illæ facile & cito vertebantur, & quemuis è tribus
30 angulis pari mensura oculis subiiciebant. resticulis autē illis sculptilibus insertæ erant gemmæ preciosæ paribus interuallis distantes, fibulis aureis per foramina comprehensæ. exterior autem loricæ facies gemmis pulchris ouali specie distinguebatur, intercurrente densa sculptura virgarum, quæ per circuitum mēstræ voluebantur. huic subiecta erat corona per circuitum, omne genus fructuum repræsentans, dependentibus racemis, & spicis emergentibus, & malis punicis intersertis: quæ omnia constabant è lapillis etiam colorem natium fructuum referentibus, & auro circum totam mensam reuinctis. Sub hac corona rursum alia series ouorum priori similis cum virgatis peræque sculpturis viscebatur: ut ex vtraque parte spectaretur eadem operum varietas ac elegantia, etiam in loricæ & cymarum ordine: ac ne inuersis quidē mensæ lateribus vlla sentiretur diuersitas, sed idem artificium vsque imos pedes pertenderet. subdita enim lamina aurea quatuor digitos lata per transuersam mensæ latitudinem, in eam pedes eius inseruerunt, quos fibulis ac clausuris astrinxerunt mensæ iuxta loricam, ut his insistent quæ uerteretur, eandem speciem ostenderet. In mensa autem sculptus erat Mæander, magni præcij gemmis per medium tanquam
40
50
stellis

stellis variegatus, carbunculo & smaragdo suauissime radiantibus, aliisque generibus quæ ubique grata sunt propter precium. Propter mæandrū vero resticulati quidam nexus circumquaq; discurrerant, rombo circa medium similes, in quo crystallus & succinum per interstitia paria coniunctim cum magna gratia spectabantur. pedum autem capitella liliorū similitudinē referēbant, foliis sub mensa se reflectētibus, cum germen alioquin rectū videretur. basis autē facta erat ē carbunculo palmum lata crepidinis specie, quā verò pedes innitebantur, octo digitorum latitudine: erātq; sculpti singuli pedes opere subtilissimo, hederis & palmitibus vnā cum racemis per eos discurrentibus, indiscreta verorum similitudine. tanta enim erat artis subtilitas, ut perflante vento agitata, naturæ non artis opus viderentur. constabatq; totum opus tri-¹⁰ membri cōpositione, sed tāto artificio, ut cōmissuræ nec oculis nec cogitatione deprehendi possent. crassitudo autē mensæ erat semicubitalis. tanta fuit in hoc dono regis magnificentia, opulencia materiæ, artis pulchritudo ac varietas ad naturæ imitationem expressa: quandoquidem hoc erat eius studium, ut si non magnitudine hæc priorem illam mensam superaret, certe nouitate cōmenti & ornamentorum splendore magis esset conspicienda. Crateræ autem aureæ fuerunt duæ, squamatae, à basi vsque præcincturam, spiras habentes variis gemmis distinctas: deinde mæandrū cubitali altitudine ex omnigenis gemmis cōpositum: & super eum virgatā sculpturā, & deinceps vsque labrū plexile quiddā reti simile, crebra romborum specie interueniente. addebant gratiam, insertæ gemmæ scutulæ, quatuor digitorum amplitudine.²⁰ Labrum verò crateris in orbem ornatum erat liliis & floribus, atque implexis inter se palmitibus vuas ferentibus. & ornatus quidem vtriusq; erat hic, amplitudo verò quæ amphoram caperet. argentæ verò quæuis specula splendore vincebāt, certius etiam reddentes inspectantium effigies. His addidit rex triginta phialas, in quibus quicquid spacij gemmis erat vacuum, frondibus ederæ & pampinis sculptilibus adumbrabatur. atq; hæc omnia non solum artificum ingeniis ornabantur vsque ad miraculum, sed quadam etiam regis circa hæc ambitione diligentius accurabantur: qui non satis putans quod sine parsimonia sumptus præberet, relictis etiam seriis negotiis sæpe adibat officinas & inuisebat artificum opera, id quod magis etiam accendebat eorum diligentiam. videntes enim quod cordi sit ei hoc negocium, maiore at-³⁰ tentione versabantur in opere. atq; hæc sunt donaria ab hoc rege ad Hierosolymitanum templum transmissa. Quibus consecratis pontifex Eleazarus, & honorificè tractatis qui attulerant, nō sine muneribus ad regem eos remisit. Hi postquam Alexandriam sunt reuersi, rex cognito eorū simul & septuaginta seniorum aduentu, confestim legatos Andreā & Aristem acciuit: ab eisq; & epistolam pontificis recepit, & multa præterea sciscitando didicit. Et cum vehementer cuperet congregari cum septuaginta senioribus qui Hierosolymis ad interpretandam legem venerāt, quicunq; priuatorum negotiorum causa expetebant eius colloquium, præter morem suum dimitti iussit. hos enim quinto quoque die solebat admittere, sicut legatos semel in mense. tum vero illis dimissis ab Eleazaro missos expectabat. ut vero senes illi vene-⁴⁰ runt cum muneribus à pontifice missis, & cum membranis quæ legem aureis literis inscriptam cōtinebant, primum de libris eos rogauit. ut vero ex inuolucris depromptos obtulerunt, multum diuq; miratus membranæ subtilitatem, & cōmissuras quæ ita latebant, ut visu discerni non possent, gratias se illis habere dixit qui venerint, & maiores etiam ei qui miserit, sed longe maximas Deo cuius leges attulerint. cumq; seniores eorūmq; comites vno ore omnia fausta regi acclamassent, præ nimia lætitia lacrymas non continuit, quæ quidem mæroris insignia etiam magnum gaudiū consequi natura voluit: iussitq; libros accipere quorū hoc erat officium, tum demum viros salutauit, præfatus æquum fuisse ut prius de ea re propter quā acciti fuerant percontatus, deinde illos quoq; compellaret. diem quidē aduentus eorū tam gratū sibi⁵⁰ cōfessus est, ut quoad viueret, per singulos annos redeuntem eius memoriam colere se velle promitteret. forte enim eadē erat qua Antigonus nauali prælio vicerat. voluitq; ut conuiuæ sibi essent, & diuerforia mādauit eis assignari sub ipsa arce pulcherrima. Nicanor autē qui excipiendis hospitibus præerat, Dorotheum eos curare solitū iussit

iussit parare cuiq; ad victum pertinentia. Sic enim rex disposuerat, vt ex eis ciuitatibus quæ in ratione victus aliquid peculiare habent venientibus, more ipsorū omnia pararentur, vt tractati more cōsueti suauius viuerent, & nulla in hoc nouitate offenderetur. quod honoris his quoq; exhibitū est, Dorotheo hac cura cōmissa, quod his callebat morem quo solerent viuere. quamobrem omnia per se administrauit quæ ad illos accipiendos facerent. Ac primū duos accubitus strauit, rege ita iubente, qui volebat dimidiā eorum partē ad dextrā suam discumbere, reliquā vero post ipsum ordine, nihil omittēs ad honorem eorum pertinens. postquā autē discubitum est, iussit Dorotheum illis ministrare, sicut solet hospitibus ad se à Iudæa veniētibus. quapropter præconibus & sacrificulis, aliisq; id genus quorū est à suis precatiunculis auspicari conuiuium, locus hic non fuit: sed vnum ex conuiuarum numero sacerdotem Elisæum nōmine precatione mensam consecrare ipse rex iussit: qui stans in medio precatus est omnia fausta regi simul atq; subditis: applausūq; & acclamatum est ab omnibus libenti ac hilari animo. quo factō fruebantur appōitis. cūq; rex siluisset quantum satis visum est, cœpit philosophari, proponens singulis quæstionem aliquā de natura subtili disquisitione dignā. illis verò diserte ad quidlibet respondentibus, delectatus eorū consuetudine per duodecim dies instaurauit conuiuiū. Si quis autē cupit cognoscere quæstiones agitatae in eo conuiuiū, legat Aristei librum quem hoc argumento cōscripsit. Quos sermones cū non solū rex admiratus esset, sed Menedemus etiam philosophus fateretur omnia gubernare prouidentia, eōq; facilius tueri hanc sententiā, finis est huic quæstioni impositus. Rex verò iam tum se vberem ex eorum aduentu fructū percepisse fassus est, per quos didicisset quomodo regnū administrare oporteat: iussitq; datis prius in singulos ternis talētis, deduci eos in diuersorium. Quarto deinde die Demetrius assumptis eis transiit aggerē illum ~~septē~~ stadiorum, & pontem qui insulam continenti adiungit: & progressus ad septentrionale littus assignauit eis ibi domum remotam à strepitu, & cōtemplationi rerum idoneā: rogauitq; vt quandoquidē ad opus iam ita instructi sint vt nihil desiderent amplius, ordiantur interpretationē feliciter. illi verò non parcentes labori quā poterant accuratissimē interpretabantur, vsque horam nonam assidentes operi: reliquum deinde temporis curando corpori dabant, præter aliam copiam etiam de regi paratis cibis partes afferente Dorotheo, ita vt mādātum ei fuerat. mane autem regiā ingressi, salutato rege in eundem locum ad institutū negocium se referebant: quod marinis aquis ablutis manibus prius mundati aggrediebantur. Versione autem legis intra septuaginta duos dies absoluta, Demetrius aduocatis omnibus Iudæis in locū vbi versata fuerat, præsentibus etiam interpretibus, perlegit codicem. concio verò & seniorū interpretationem approbavit, & Demetrium ipsum collaudauit, cuius suggestionis occasione maxima bona percepissent: rogaueruntq; vt etiam optimatibus eorum copia legendi fieret. Deinde & sacerdos & seniores interpretū & magistratus populi postulauerunt, quandoquidē feliciter absoluta esset hæc interpretatio, vt rata permaneat, nihilq; ex ea mutari liceat. quæ sententia cū omnibus placuisset, iusserunt vt prius si quis aliquid deprehenderet vel superesse legi vel deesse, diligentius inspectum & indicatum corrigeret, quando consultum esset vt res semel approbata rata esset in perpetuum. Quamobrem rex multū gauisus est, videns hanc quoq; suam voluntatem in publicū celsisse cōmodum: sed maiorem etiam percepit voluptatē dum sibi lex legeretur, nō sine admiratione legislatoris sapientiæ: cœpitq; de ea re cōferre cum Demetrio, rogans quī factū sit vt tam admirandarū legum nec historicus vllus nec poëta mentionem fecerit. Tum Demetrius respondit, neminem ausum eam attingere, quam cōstaret diuinā esse & omni veneratione dignissimam: & punitos esse quosdā à cœlesti numine, qui illam temerē atrectare non sint veriti. Theopompum enim volentē inde quædam suis scriptis inferere, mente motum fuisse diebus xxx. & per interualla insaniæ precibus Deum placasse, facile coniiciētem quæ morbi causa fuerit. atque etiam in somnis admonitum hæc ideo pati, quod fuisset circa res diuinas curiosior, easq; voluisset proferre profanis hominibus. quare cū à cœpto desti

destitisset, sanam mentem ei fuisse redditam. Theodectæ etiam poëtæ, cū in quadam tragœdia vellet aliquid è sacris libris admiscere, oculos glaucomate suffusos caligasse: & cū erratū agnouisset, exorato Deo redditā aciem. acceptos deinde à Demetrio libros rex cū adorasset, asseruari iussit diligenter, vt incorrupti manerent: rogauitq; interpretes vt crebro è Iudæa venientes ipsum inuiserent. id enim eis non minus cōmodum fore quā honorificum. Nunc enim æquum esse vt remittatur: sed si vltro ad eum venerint, cōsecuturos quicquid vel ipsoꝝ sapientia dignū sit, vel regia munificentia. Tum quoq; remissi sunt donati ternis vestibus optimis, & binis auri talētis, singulisq; vnius talenti calicibus, & toris discubitoriis. præterea pōtifici per eosdē misit decē lectos cum argenteis pedibus cum competenti apparatu, & calicē 10 talentorum triginta: ad hæc decem vestes purpureas, & coronā insignē, & telas byssinas centum, præterea phialas & trullas & libatoria, & crateras duas Deo dicandas. rogauitq; eum per literas, vt si quis ex his viris vellet ad ipsum venire, permitteret, quandoquidem plurimi faceret cum doctis consuetudinem, & diuitias libenter in eiusmodi infumeret. Atque hæc sunt in Iudæorum honorē à Philadelpho exhibita.

Honor à regibus Asiæ Iudæorum genti habitus, & quòd in ciuitatibus à se conditis ius ciuium ei concesserint. Cap. III.

III



ED & ab Asiæ regibus honorati sunt, propter nauatam in militia bonam ac fidelē operam. Nam Seleucus cognomento Nicanor in conditis à se 20 per Asiam & inferiorē Syriam vrbibus, in ipsa deniq; metropoli Antiochia, ius ciuitatis eis dedit, voluitq; pari ibi cum Macedonibus ac Græcis conditione degere, quo iure nunc quoque viuunt inter eos homines. Argumēto est quia Iudæis externo oleo nolentibus vtī, certa pecunia pro eo à Gymnasiarchis penditur: quē morē cū Antiochenis populus proximo bello abrogare vellet, nō permisit Mutianus qui tum Syriæ prouinciæ præerat. Deinde imperante Vespasiano, & Tito eius filio, Alexandrini & Antiochenes rogātes adimi Iudæis ius ciuium, impetrare id nō potuerunt, manifesto Romanorum æquitatis & magnanimitatis indicio, sed præcipue ipsoꝝ principum: qui cū eo bello multos labores pertulissent, & infensi essent pertinaciter rebellantibus nihil tamen de iure ipsoꝝ diminutum vo 30 luerunt: idq; nec iræ propriæ, nec duobus maximis populis contra eos licere passi sunt: maiorem rationē habentes veterum gentis meritorū, quā præsentis offensio- nis, aut gratiæ, quam hoc facto apud hos populos inire poterant: dicētes eos qui contra rem Romanam arma tulerant, iam satis suppliciore exoluisset: eos verò qui nihil peccassent, non esse æquum spoliari suis priuilegiis & iuribus. Marcum quoq; Agrippam similiter affectum erga Iudæos fuisse proditur. Ionibus enim cōtra hos seditiose commotis, & rogātibus Agrippam, vt ciuitatis quam eis dederat Antiochus Seleuci nepos, quē Græci Deum cognominant, soli essent participes: & postulantes vt si- quidem eiusdem generis haberi velint Iudæi, eosdem quoq; deos colerent: cū res ad iudicium cognitionē deuenisset, vicerunt causam Iudæi: obtinueruntq; vt sibi lice- 40 ret suis moribus viuere, patrocinio Nicolai Damasceni adiuti, Agrippa enim pronunciauit, nihil sibi licere innouare circa hoc negociū. quæ si quis volet exactius cognoscere, legat historiarū Nicolai libros tertium & quartum supra centesimū vigesimū. Sed Agrippæ sententiā mirari non debemus: neq; enim tum gens nostra cum Romanis bellū gesserat: Vespasiani verò & Titi magnanimitatem merito quis miretur, qui post tanta belli certamina nihil immoderate in nos statuerūt. Nunc vnde digressus sum reuertar. Antiocho Magno in Asia regnante in continua vexatione tam Iudæa fuit quā Cœle Syria: quòd eo bellum gerente cum Philopatore Ptolemæo, huiusq; filio qui Epiphanes cognominatus est, siue vinceret, siue vinceretur, male mul- tarētur, nō aliter quā naui fluctibus vtrinq; oppugnata, inter prosperā & aduersā 50 Antiochi fortunā iactatæ. Tādē victor Antiochus Iudæam suæ ditioni adiecit. Defuncto verò Philopatore, filius eius magnū exercitū duce Scopa misit in Cœlesyriā: qui & multas eius vrbes & nostrā gentē vi in potestatē eius retraxit. Aliquanto autē post Antiochus ad fontes Iordanis cū Scopa prælio cōgressus sit superior: cūq; re- cepisset

cepisset occupatas à Scopa vrbes Cœlesyriæ simul & Samarię Iudæi quoque vltro deditionem fecerunt: receptumque intra mœnia eius exercitum & elephantos liberaliter aluerunt: & oppugnantibus præsidium in arce à Scopa relictum impigre auxilium tulerunt. Quamobrem Antiochus æquum ducens aliquam Iudæis pro studio suarum partium referre gratiam, scripsit ad amicos suos & duces literas, testes beneficiorum quæ in ipsum contulerant, in quibus etiam significabat quomodo remunerari eos decreuit. earum exēplar subiiciam, citato prius Polybij Megalopolitæ testimonio, ex libro historiarum eius xvi. Scopas, inquit, copiarum Ptolemæi dux ad mediterranea verso impetu per hyemem Iudæorum gentem subegit. ac paulo post in eodem libro

10 narrat quomodo victo Scopa Antiochus Bataneam, Samariam, Gadara, & Abila recepit: moxque Iudæi qui Hierosolyma & celebre eius loci templum incolunt, ad eum defecerunt: de quo cum multa essent dicenda, ait se id in aliud tempus differre. & hæc quidem Polybius. nos autem narrationem continuabimus, inserta hîc prius Antiochi epistola. Rex Antiochus Ptolemæo S. Quoniam Iudæi mox vt regionem eorum sumus ingressi studium erga nos suum declarauerunt, & in urbem suam venientes splendide exceperunt senatu obuiam progresso, exercituque nostro & elephantis copiose victum præbuerunt, & cum eo simul præsidium Ægyptiorum in arce expugnauerunt: visum est nobis gratiam aliquam eis reponere, & urbem eorum refouere variis calamitatibus affectam, & in pristinam frequentiam restituere, reuocatis in eam qui nunc

20 dispersi sunt habitatoribus. ac primum decreuimus pietatis ergò præberi eis in precium pecudum mactandarum, vini, olei, thuris, argentorum viginti millia, & ad simillam secundum prouincialem legem tritici medimnos mille quadringentos sexaginta, & salis medimnos trecentos septuagintaquinque, voloque vt hæc eis præberetur ita vt mandauit: & quod deest templo absoluator, siue porticus siue quid aliud ædificare opus fuerit. lignorum autem materies comportetur tam ex ipsa Iudæa quàm ex aliis gentibus & ex Libano, immunis à vectigalibus: quæ immunitas & aliis rebus conceditur ad apparatus atque ornatum templi pertinentibus. Permittitur etiam eis vt omnes viuant iuxta leges patrias: & remittitur senatoribus, sacerdotibus, scribis templi atque cantoribus tributum quod peditur pro capite, & aurum coronarium, & si quod

30 est tributum aliud. Et vt eo citius vrbs frequentetur habitatoribus, concedo omnibus qui nunc eam habitant, quive ante hyperberetæum mensem eò se habitatum contulerint, immunitatem omnium tributorum vsque in triennium: remittimusque eis in posterum tertiam partem tributorum, in præteritorum damnorum cōpensationem. Et quotquot ex vrbe abrepti seruiunt, & ipsos & natos eorum volumus esse liberos, ac bona quoque eis restitui iubemus. Vale. Nec contentus hanc epistolam scripsisse, editum etiam in honorem templi per totum suum regnum proposuit tale: Nemini alienigenæ liceat intra septa templi ingredi contra voluntatem Iudæorum, sed solis hoc facere fas sit, qui iuxta præscriptum legis patriæ purificati prius fuerint. Nemo etiam in urbem carnes equinas aut mulinas inferat, nec asini siue feri siue domestici, nec pantheræ aut vulpis aut leporis, aut cuiusvis omnino ex his animalibus quæ Iudæis vetitum est attingere, ac neque pelles eorum inferre liceat, aut aliquid ex his in vrbe alere: sed tantum solitas more maiorum mactare victimas, quibus Deus litari sibi vult. qui vero aliquid contra edictum hoc fecerit, trium millium drachmarum argenti mulctam luat sacerdotibus. Idem rex amplum pietatis ac fidei nobis præbuit testimonium, quo tempore quosdam per Phrygiam ac Lydiam nouis rebus studere comperit. Zeuxidem enim amicum præcipuum, in superioribus satrapiis ductantem exercitum, iussit quosdam è nostratibus apud Babylonem degentibus in Phrygiam mittere, scribēs in hunc modum. Rex Antiochus Zeuxidi patri salutem. Si vales bene est, ego quoque valeo. Quia quosdā in Phrygia & Lydia res nouas moliri audio, videtur hoc negotiū curam

50 meam deposcere. Quapropter consultis de hac re amicis, placuit mihi, ex his Iudæis qui Babyloniā ac Mesopotamiā incolunt duo millia familiarium cum tota suppellectili eò traducere, & locis opportunis per præsidia disponere. Persuasum enim habeo illos fore nostrarum rerū custodes beneuolos: tum quia cæleste numen pie colunt, tum quia fides eorū & pròptum obsequiū etiam maiorum nostrorum cōprobat testimoniiis.

Volo igitur ut eos, licet difficile videatur, traducas, pollicitus libertatem viuendi propriis legibus. perductis deinde ad iam dicta loca, tum ad ædificandas domos assignabis areas, tum agros ad colendum aruis & vinetis idoneos: immunitatēque dabis in decennium, ne quid pendere cogantur ex annuis terræ prouentibus. & donec ipsorum agri fruges protulerint, demensum frumentum accipiant in seruorum alimoniam: ac reliquis quoque tribuatur quantum satis est, ut benigne à nobis habiti alacriores sint in nostris negotiis. Cura autem ne quis molestus sit ei populo. Vale. Atque hæcenus de Antiochi magni erga Iudæos beneuolentia dixisse sufficiat. Post hæc amicitia Ptolemæo cōiunctus est & fœdere, data in matrimonium Cleopatra filia, & concessa dotis nomine Cœlesyria, vnā cum Phœnice, Iudæāq; & Samaria: diuisisque inter vtrunq; 10 regem vectigalibus, optimates suæ quisque patriæ exactionem eorum redimebant, & collecta quæ imperata esset pecunia, conferebant eam in regium ærarium. Per ea tempora Samaritæ rebus secundis elati, sæpe Iudæos infestabant agros vastando, & abduciendo in captiuitatem homines, maxime sub Onia pontifice. Post obitum enim Eleazari Manasses eius patruus pontificatum assumpsit, quo defuncto Onias successit in sacerdotium Simonis Iusti filius, quem Simonem Eleazari fratrem fuisse diximus.

IIII. Is Onias pusillanimis erat, & avarus: quæ causa fuit ut tributum, quod pro populo maiores eius de suo solebant regi pendere, talenta argenti viginti non soluendo, ad iram commouerit Ptolemæum Evergetem patrem Philopatoris. Qui misso Hierosolyma legato inculabat Oniam quod tributum non redderet: minabaturque ni faceret 20 regionem eius militibus suis se diuisurum, & nouas colonias eò deducturum. quod audientes Iudæi perterriti sunt, licet Onias perfricta fronte hæc contemneret, nihil curans præter pecuniam.

Iosephus Tobia filius imminentem Iudæis calamitatem depellit, amicus Ptolemæo regi factus. Cap. **IIII.**



IOSEPHVS autem quidam ætate iuuenis, sed honestate, prudentia, iustitia inter Hierosolymitas celebris, Tobia patre natus è sorore Oniæ pontificis, cum indicio matris cognouisset de aduentu legati, fortè enim in Phichola natali vico aberat, veniens in urbem inuectus est in Oniam, qui 30 non curaret securitatem publicam, sed modo pecuniis parcat, cōiiceret in periculum populum, à quo & reipub. administrationem & pontificalem honorem acceperat. Quod si tanto amore pecuniæ teneretur, ut propter eam sustineat & patriam & ciues in discrimen adduci, iret saltem ad regem, & precibus obtineret ab eo vel totam, vel partem aliquam eius pecuniæ. Onia verò dicente neque principatū se morari, & pontificatū etiam, modo liceat libenter se depositurum: neq; iturum ad regem, quum nihil curet hoc negotium: rogauit Iosephus num ipsi permitteret legationem publicam suscipere. Quo annuente ascendit in templum, & aduocata concione, hortatus est eos ne terreantur Oniæ sui auunculi negligentia, sed missa mœstitia meliorem securitatis spem concipiant. Seipsum enim iturum legatum ad regem, & causam eorum bona fi- 40 de acturum, persuasurumq; ei quod irascatur immerito. Quibus auditis plebs gratias egit iuueni. Ipse verò egressus ex templo legatum regium excepit hospitio, & donatum pretiosis muneribus, lautèque per aliquot dies acceptum, præmisit ad regem, dicens se quoque mox secuturum. Iam enim magis etiam quàm antè accensus erat ad eam profectionem, quia legatus hortatus fuerat ut in Ægyptum veniret, operamque suam obtulerat: effecturū enim se ut quicquid opus haberet, à rege impetraret facile. Vehementer enim captus est liberalibus honestissimi iuuenis moribus. Cæterum reuersus in Ægyptum, denarrauit regi Oniæ ingratitude, multū interim prædicata Iosephi bonitate: quem breui venturum aiebat, & patrocinatorum populo, cuius curam propter pontificis segnitiam susceperit. Tantis denique iuuenem assidue ornat 50 laudibus, ut & rex & regina Cleopatra erga absentem adhuc affecti essent optime. at Iosephus missis in Samariā qui ab amicis pecuniam mutuo sumerent, satis iam instructus ad profectionem iumentis, vestibus & poculis, impensis in hæc viginti drachmarum millibus, peruenit Alexandriam. Forte fortuna ita accidit, ut illo ipso tempore ad regem

regem venirent omnes Syriæ ac Phœnices vrbium principes ad emenda vectigalia, quæ singulis annis rex vendebat oppidanorum potentioribus. hi videntes Iosephum in itinere, deridebant eius tenuitatē & inopiam. qui cū apud Alexandriam audisset, Memphi Ptolemæum esse, profectus est illi obuiam. Sedente autem rege in curru vnà cū regina & Athenione amico (is erat qui legatus Hierosolymis hospitio Iosephi vsus fuerat) conspicatus eum Athenio mox regi notum reddidit, dicens hunc esse illum iuuenem, cuius bonitatem ac liberalitatem Hierosolymis reuersus tantopere prædicauerat. Tum Ptolemæus & prior eum salutauit, & currum iussit cōscendere. quo factō Oniam accusare cœpit. At Iosephus: Dāda est, inquit, senectuti venia. Scis enim quod

10 senes & pueri eundem habēt animum. Nos autem iuuenes officio nostro non decrimus, vt nihil de nobis merito possis conqueri. Ex hoc primo colloquio rex degustata iuuenis ciuilitate, adeō cœpit eum amare vt iuberet eum diuersari in regia, & quotidie suæ mensæ adhiberet. quod cū primates Syrorum viderent apud Alexandriam, indigne ferebant. Cūque dies auctōnis venisset, qua addicenda erant vectigalia, licitabantur ea nobiles suæ quisque patriæ: & cū octo millia talentorum colligerentur è vectigalibus Cœlesyriæ Phœnicēsque & Iudææ ac Samariæ, accedens Iosephus culpabat illos licitatores, tāquam de composito tam paruum regi precium promitterent. Se enim paratum duplum numerare, relictis regi damnatorum confiscationibus, quæ prius publicanis solebant accedere. Rege verō libenter hæc audiente, & vt amplifica-

20 tori reddituum suorum additūrum se promittente, rogante tamen ecquos fideiussores haberet, festiue respondit, daturum se homines probos & honestos, quibus non graueretur credere. Quos vt proferret postulatus: Te, inquit, rex dabo, tuāque coniugem, vt alter alteri pro me fide iubeat. Tum rex arridens permisit eum absque fideiussione habere vectigalia, id quod valde molestum fuit his qui posthabiti fuerant, non sine pudore in patriam reuertentibus. Iosephus autem acceptis à rege duobus militum millibus, quos ideo petierat vt posset contumaces in vrbibus vi cogere, & mutuatus Alexandriæ ab amicis regis quingenta talenta, profectus est in Syriam. Et cū venisset Ascalonem, tributūque à ciuibz exigeret, & non solum nihil acciperet, sed conuiitiis etiam appeteretur: comprehensos circiter viginti eorum primates affecit supplicio: & redactis ex eorum facultatibus mille talentis, regi eam pecuniam transmisit, indicans quidnam egerit. Ptolemæus autem miratus eius prudentiam, & approbato quod egerat, permisit ei quicquid vellet facere. Hoc audito Syri, exemplo recenti castigatæ in Ascalonitis inobedientiæ territi, patentibus portis Iosephum excipientes tributa soluebant. Cūque etiam Scythopolitæ per contumaciam detrectarent imperata more solito tributa dependere, horum quoque necatis primatibus, facultates damnatorum ad regem misit: comparatūque multis pecuniis & multa lucratus ex redemptione vectigalium, his opibus ad constabiliendam præsentem potentiam vsus est, prudenter existimans optimum esse iam partam felicitatem tueri ex ipsius redditibus. multa nāque munera regi atque reginæ in manum mittebat, multa etiam horum

40 amicis & omnibus in aula potentibus, beneuolentiam eorum hoc pacto sibi concilians. Vsus est autem ea prosperitate per annos xxi, ex vna vxore procreatis septem filiis, suscepto etiam vno ex fratris Solymij filia, nomine Hyrcano: quam hac occasione duxit coniugem. Cū aliquando venisset Alexandriam cum fratre, ducente secum filiam nubilem, vt eam ibi alicui nobili Iudæo nuptum traderet: cœnans cum rege, ingressam in conuiuium formosam saltatriculam adamauit, solique fratri hoc indicauit, rogans vt quandoquidem lege vetaretur habere rem cū fœmina alienigena, subseruiret ei vt clam ea potiri posset. Frater verō libenter operam suam pollicitus, ornata filiam suam noctu ad eum adduxit, & in lectum eius collocauit: atque ita parum sobrius, per errorem cum fratris filia congressus est: & cum hoc sæpius

50 fecisset, magis etiam in amorem accensus, conquestus est apud fratrem quod periculum esset, ne non posset excutere amorem saltatriculæ, quam fortè rex nollēt ei cedere. Tum Solymius ait non esse opus vt hac de re sit anxius, licere enim ei frui amata muliere, atque etiam vxorem eam ducere: falsus quod maluerit filiz fieri iniuriam, quàm fratrem tale dedecus in se admittere. Iosephus collaudata tam

fraterna beneuolentia, vxorem duxit eius filiam: ex eaque genuit quem diximus, Hyrcanum filium. Is cum annos natus tredecim adulescens adhuc generosam & prudentem præ se ferret indolem, fratrum in se concitauit odia, quod eos in omnibus videretur antecellere. Iosephus enim volens cognoscere quisnam ex his ad virtutem esset idoneus maxime, vnumquemque misit ad eos qui tum professione disciplinarum erant celebres: illi vero propter segnitiam & laborum impatientiam indocti domum reuersi sunt. Deinde minimum natu Hyrcanum cum trecentis iugis bouum misit itinere septem dierum in solitudinem, ut illic sementem faceret: sed prius subtractis clam loribus, quibus arator boues ad iugum solet astringere. Quò postquam peruentum est, cum non haberet lora, contempto ¹⁰ bubulcorum consilio, suadentium aliquem ad patrem mittere qui adferret: nolensque interim expectando eorum reditum tempus perdere, commentus est quiddam veterano duce magis dignum quam id ætatis homine. Mactatis enim decem iugis carnes quidem in operarios distribuit: sectis autem tergoribus, & loribus inde factis, iuga hoc modo bubus aptauit: & hoc modo arata terra quam pater proscindi iusserat sementemque facta, domum rediit. Pater autem reuersum exosculatus ob prudentiam & acumen ingenij, & quod excogitata auderet aggredi, ut solum germanum filium, magis etiam posthac amauit, indigne ferentibus reliquis fratribus. Interea venit quidam nuncians quod regi Ptolemæo natus sit filius: versique omnes Syriæ magnates cum subditis ad lætitiā, natalem ²⁰ pueri celebrabant, ac deinde Alexandriam gratulatum sunt profecti magno apparatu, Iosepho ob ætatem iam grauātem domi manere coacto. pertentauit tamen filiorum animos, num quis ex his vellet eam professionem suscipere: & recusantibus cæteris, quod se negarent scire mores aulicos, quomodo versandum sit cum regibus, suadentibusque ut Hyrcanum fratrem mitteret: libenter hoc audito, statim eum aduocat: rogātque ecquid liberet, aut idoneum se putaret, qui ad regem salutatum accederet. qui cum promptè eam professionem susciperet, & modica pecunia sibi opus fore diceret: velle enim se frugaliter viuere, ut decem drachmarum millia sufficiant, admodum lætatus est filij prudentia. Deinde puer cum aliquandiu siluisset, suasisit patri ne domo quicquam munerum regi mitte- ³⁰ ret: sed ut ad procuratorem suum Alexandrinum scriberet, ut pecuniam ipsi præberet ad emendum regi id quod inueniret pulcherrimum & pretiosissimum. Ille verò ratus decem fortasse talenta impensurum in munera, & comprobato filij consilio, scripsit procuratori Arioni, qui omnem ipsius pecuniam tractabat Alexandriæ, talentorum circiter tria millia. Iosephus enim pecunias in Syria collectas solebat eò mittere, & quoties præstitutum tempus veniret tributa regi adnumerandi, Arionem hoc iubebat facere. Ad hunc igitur acceptis à patre literis, Alexandriam proficiscitur: moxque fratres ad omnes regiones amicos scripserunt, ut eum aliquo modo perderent. Ut verò exacto itinere Arioni epistolam reddidit, rogatus quoniam talenta vellet accipere: putabat enim decem periturum aut non mul- ⁴⁰ to amplius: ut respondit mille sibi opus esse, iratus procurator obiurgauit eum acriter, quod vellet ea per luxum perdere: monebātque ut sequeretur exemplum patris, qui eam pecuniam laboribus & temperantia parauerat. Se enim non plus quam decem præbiturum, & ea non in alium usum quam ut mercaretur regi munera. Ibi puer iratus Arionem coniecit in vincula. Procuratoris autem vxore reginæ hoc renunciante, & rogante ut puerum compesceret: graciosus enim apud Cleopatram Arion fuerat: ex regina hoc rex didicit, ac mox per quendam missum ad Hyrcanum mirari se nunciat, cur ad se à patre missus, non modò in conspectum non venerit, sed procuratorem etiam patris sui vinxerit. iubebātque ut veniret, ac causam eius facti diceret. Ille contrā regi nunciari iubet, legem esse Iudæis ne ⁵⁰ quis gustaret de sacrificio, priusquam adito templo mactasset victimas: eaque ratione nec ipsum hæcenus regem salutasse, expectantem dona quæ offerret regi de parente suo bene merito. Seruum autem iure se punisse, qui mandata eius contemneret. Nihil enim differre inter maiorem & minorem dominum. Nisi enim tales

tales dent pœnas meritas. expectandum mox ipsi regi vt contemnatur à subditis. His auditis rex risit, miratus tam magnum in puero animum. Arion autem postquam hoc cognouit, nihil sperans à rege præsidij, datis adolescenti mille talentis liberauit se à vinculis. Elapsis deinde tribus diebus, salutaturus reges accessit : à quibus libenti animo exceptus, & mensæ communi est adhibitus, in parentis sui gratiam. moxque clàm aditis negotiatoribus, emit ab eis centum pueros formosissimos, & literarum peritissimos, talento singulos, & totidem puellas eodem pretio. tum vocatus ad conuiuium regium cum principibus, infuso loco iussus est accumbere, propter ætatem posthabitus ab his quorum hoc erat officium. reliquis autem conuiuiis ossa partium absumpta carne ante Hyrcanum congerentibus, Tryphon quidam quo plurimum in conuiuiis rex delectabatur, propter scommata & facetias hominis, rogatus à conuiuiis ad regem se vertit, & Vidén, inquit, domine, quantum ossium ante Hyrcanum iaceat. Hinc igitur collige quòd & pater eius totam Syriam ita spoliât, quemadmodum hic ossa nudauit carnibus. Rege verò ad hoc dictum arridente, & rogante Hyrcanum, vnde illa ossium congeries : Nihil mirum, inquit, domine. canum enim est ossa vnà cum carnibus absumere, sicut isti faciunt : vultu commonstrans reliquos, ante quos nihil erat ossium. Homines autem comesis carnibus solent abiicere ossa, quod & ego homo cùm sim, nunc facio. Ibi rex miratus vrbauitatem, iussit omnes conuiuias huic dicto plaudere.

Sequenti verò die aditis regis amicis & aulicis potentioribus, ipsos quidem salutauit : ex famulis autem eorum expiscatus est, quidnam oblaturi essent regi in festo natalitio. Illis referentibus hunc daturum talenta duodecim, alium rursum aliud pro suis quemque opibus : simulauit se dolere, quòd non haberet vnde tantum talentum largiri valeat, nec vltra talenta quinque numero, idque mox famuli renunciauere dominis. Illis autem gaudentibus, quasi offensurus esset regem Iosephus propter exilitatem muneris, vbi dies statutus aduenit, alij quidem & hi munificentissimi obtulerunt talenta non plus quàm viginti. Hyrcanus autem emptos à se centum pueros, totidemque puellas adduxit, iussos singulos talentum offerre, hos quidem regi, has verò Cleopatraz. Omnibus verò admirantibus tam profusam & insperatam munificentiam, atque ipsis etiam regibus, amicos quoque regis & ministros multorum talentorum donis honorauit, ne quid sibi ab illis nasceretur periculi : ad hos enim fratres scripserant, vt quocunque modo Hyrcanum tollerent. Rex autem delectatus iuuenis munificentia, iussit eum donum quodcunque vellent petere. At ille nihil aliud petiit, quàm vt se rex patri ac fratribus commendaret per literas. Itaque honorificentissime tractatum, & donatum regie, scriptis quoque ad patrem, & fratrem, & omnes suos duces atque procuratores commendaticiis literis, dimisit liberaliter. Fratres autem cùm cognouissent tantum honoris ei habitum à regibus, & honoratiorem multo reuerti quàm fuerit antea, decreuerunt obuiam proficisci, & de medio illum tollere, ne patre quidem inscio. Iratus enim ob profusam in munera tam immensam pecuniam, non erat de salute eius sollicitus. eam tamen iram metu regis dissimulare coactus est. Sed fratribus adortis eum in itinere, fortiter congressus, & alios non paucos ex eorum comitatu occidit, & duos quoque fratres inter ceteros : reliqui verò fuga euaserunt ad patrem Hierosolyma. Veniens autem ad vrbem cùm exciperetur à nemine, territus secessit trans Iordanem fluuium, & illic vitam egit tributa colligens à barbaris : quo tempore in Asia regnum obtinebat Seleucus cognomine Soter, magni Antiochi filius. Obiit deinde Hyrcani pater Iosephus, vir bonus & magnanimus, qui Iudæis pauperibus tum & inopibus splendidioris vitæ occasionem præbuit, per duos & viginti annos præpositus exigendis Syriæ ac Phœnicis & Samariæ vectigalibus : & eodem ferè tempore patruus quoque eius Onias, relictò successore honoris Simone filio. Deinde vita perfuncto Onias filius successit, ad quem Lacedæmoniorum rex Arius legationem misit cum literis, quarum hoc exemplar extat.

Amicitia & Societas Lacedæmoniorum cum Onia Iudæorum pontifice. Cap. V.



Ex Lacedæmoniorum Arius Oniæ salutem. Incidimus in quandā scripturam antiquam, in qua inuenimus cognationē intercessisse inter nostras origines, & nostrum quoque genus non esse alienum à posteris Abrahæ. Æquum igitur est, ut quum fratres nostri sitis, petatis à nobis quæcunque libuerit. Idem nos quoque faciemus, & res vestras tanquam nostras existimabimus, nostras item vobiscum communes habituri. Demotheles est qui has vobis reddidit literas, in pagina quadrangula scriptas, & obsignatas aquilæ sigillo, draconem tenentis vnguibus. Et epistola quidem hæc cōtinebat. Iosepho autem mortuo, populus seditionibus agitatus est propter eius filios, dū maiores fratres Hyrcano bellum inferunt natu minimo. pleriq; enim fauebant senioribus, & in his Simon pontifex propter cognationem. Hyrcanus autem Hierosolyma quidem noluit repetere. sed vltra Iordanem habitans assiduum bellum gerebat cum Arabibus, multos eorum interficiens, alios in captiuitatem abstrahens. Ædificauit etiam castrum munitissimum, è marmore candido extructis vsq; tectum eius parietibus, habentibus insculptas diuersorum animalium effigies enormi magnitudine: idque ædificium fossa profunda, & aquis plena circūdedit, & oppositi montis prominentem petram perforans, speluncas in ea fecit multorum stadiorum longitudine. aulas etiam in eo castro fecit aptas conuiuiis, diætæque alias & cubicula: salientium etiam aquarum eò tantam induxit copiam, ut loco voluptatem simul & ornamentum adderent. Speluncarum verò 20 ora non amplius aperuit quàm ut vnum caperent: idque de industria factum est securitatis ac tutelæ gratia, si quando fortè oppugnaretur à fratribus. Ædificauit etiam atria magnæ amplitudinis, eaque hortis spatiosis ornauit, & locum hoc pacto instructum & absolutum vocauit Tyrum, qui est in finibus Arabiæ & Iudææ trās Iordanem sita, non procul regione Essebonitide, præfuitque illi tractui per septennium, toto tempore quo Seleucus regnauit in Syria: post cuius obitum Antiochus eius frater in regnum successit, qui cognominatus est Epiphanes. Moritur etiam Ptolemæus & ipse eodem cognomento Epiphanes dictus, superstintibus duobus filiis impuberibus: quorum grandiori Philometor cognomen inditum, minori verò Physcon. Hyrcanus autem videns præpotentem Antiochum, & veritus ne in potestatem eius redactus pœnas 30 daret eorum quæ contra Arabas ausus fuerat, ipse sibi manus intulit: possessionem verò eius vniuersam occupauit Antiochus.

Iudei seditionibus agitati Antiochi opem inuocant.

Cap. VI.

*VI.
1. Mach. 1.*



S defuncto per idem tempus Onia pontifice, fratri eius Iesu id sacerdotium contulit, quod filius superstes etiam tum esset paruulus, de quo suo loco dicetur. Hic Iesus priuatus est eo sacerdotio per regis indignationē, moxque in Oniam fratrum minimum pontificatus translatus est. Simoni enim hi tres fuerunt filij, ad quos omnes pontificatus peruenit, ut indicauimus. Cæterum Iesus Iasonem se vocari maluit, sicut alter frater pro Onia Menelaus 40 dictus est. Concitata autem per fratrem contra nouum pontificem Menelaum seditione, & populo in partes scisso, Tobia filij steterunt à Menelai partibus: maior autem populi pars factionem Iasonis sequebatur, quorum vim non sustinentes Menelaus & Tobia filij secesserunt ad Antiochum, dicentes se velle relictis patriis institutis ac legibus, religionem regis & Græcanicos ritus assumere: rogaueruntque eum ut sibi permitteret gymnasium Hierosolymis extruere, quo impetrato, adduxerunt sibi præputia, ut nudi quoque non essent Græcis dissimiles: & contemptis omnibus patriis ritibus imitabantur mores exterarum gentium. Antiochus autem domi 50 vsus fortuna prospera, expeditionem Ægyptiam tentare statuit, captus eius regionis cupidine, & contempta Ptolemæi filiorum ætate, rebus administrandis nondum idonea. Profectus igitur cum magno exercitu Pelusium, astu circumuento Philometore Ægyptum occupat, & redacta prius in potestatem Memphi, locisque circumuicinis, ad Alexandriam duxit, & urbem & regem subiugaturus. Sed omnes eius conatus vnica Romanorum denunciatione repressi sunt, ita ut iam occupata

cupata relinqueret, sicut & aliàs diximus. Nunc prolixius narrabimus de hoc rege quomodo Iudæam ac templum occupauerit, quod in prioribus commentariis breuiter tantum perstrinximus, vt necesse sit idem altius repetere.

Quemadmodum Antiochus ducto Hierosolyma exercitu, occupatōque eius vrbs dominio, templum etiam spoliauerit.

Cap. VII.

REVERSUS ab Ægypto quam metu Romanorum reliquerat rex Antiochus, ad Hierosolymitarum urbem mouit exercitum: & ingressus eam centesimo quadagesimo tertio anno, ex quo primum ad Seleuci familiam Syriæ regnum deuenerat, sine vllō negotio dominus eius factus est, 10
admissus apertis portis per suæ factionis homines. quam dominationem crudeliter exercuit, necatis permultis qui diuersarum erant partiū: direptisq; pecuniis & asportatis Antiochiam. Ea clades accidit anno secundo post urbem captam, regni eius familiæ centesimo quadagesimo quinto, vigesima quinta eius mensis qui Challeus, nostris dicitur, Macedonibus Apellæus, Olympiade centesima quinquasima tertia, quando ne his quidem est parcitum, qui quasi pacate venienti portas aperuerāt, quo maiore licentia grassatū est in templi diuitias: quæ cū essent maximi precij, visæ sunt satis amplum violati fœderis præmium. Spoliato igitur tēplo, & ablati vasis sacri ministerij, & inter cætera candelabris aureis, altari aureo, mēsaq; propositionis 20
quam vocant, ac ne aulæis quidem relictis quæ è cocco ac bysso constabant, euacuatis etiam thesauris reconditis, ita vt nihil omnino relinqueret, coniecit Iudæos in lutum maximum. nam & quotidiana sacra iuxta legis præscriptum vetuit eos facere: direptaq; tota vrbe, habitatores partim necauit, partim captiuos, & cum liberis & vxoribus abduxit, vsque ad decē millium numerum. Incēdit etiam ædificiorum eius quicquid erat pulcherrimum, & demolitus mœnia, in inferiore vrbe arcem condidit. erat enim editiore loco sita, ipsi templo imminēs. quapropter bene prius firmatæ mœnibus ac turribus Macedonicum præsidium imposuit. admixti tamen erant ex impiis Iudæis scelestissimi, à quibus plurimū vexata fuit ciuitas. In templo quoq; ara posita porcos mactauit, sacrificiū à Iudæorum religione alienissimū: & cogebat omnes 30
abrogato veri Dei cultu, ipsius venerari numina: & oppidatim extructis templis atq; altaribus, porcinas in eis quotidie iugulare victimas. Comminatus est etiam gra- V I
uem pœnam, si quis liberos circumcideret, constitutis qui mandata exigerēt, atque etiam vi ad ea seruanda detrectantes cogerent. Et maxima quidē Iudæorum pars vel sponte vel metu supplicij parebat edictis regiis. qui vero probatiores erant, & generosæ indolis, maiorem rationem habuerunt moris patrij, quàm pœnæ intentatæ sibi per aduersarios. quamobrē quotidie necabantur excruciatī tormentis crudelissimis. Flagris enim cæsi & lacerati corpora, viui adhuc & spirantes suffigebantur crucibus. Vxores autem eorum & circumcisos liberos strangulabant iuxta mādātum regium, & suspendebant à crucifixorum parentum ceruicibus. abolebatur etiam vbicunque 40
reperitum esset sacrum volumen aliquod, & ipsi apud quos inuentū esset mali male peribant. Samaritæ autē videntes in tali calamitate cōstitutos Iudæos, non amplius profitebantur se cognatos eorū, neq; Garizitanum templum esse Dei maximi, nihil absonum facientes à suo ingenio, de quo antè diximus: sed dicentes se Medorum & Persarum colonos, vt re vera sunt, miserunt legationē ad Antiochum, cum epistola scripta in hunc modum: Regi Antiocho Deo illustri suggestio à Sidoniis in Sicimis habitantibus. Maiores nostri cōpulsi crebris suæ regionis pestilentis, & inducti veteri quadam superstitione, morem fecerunt obseruandi eam festiuitatem quæ apud Iudæos vocatur sabbatum: & extructo in Garizino monte templo innominati numinis, immolauerunt in eo solennes victimas. Nunc autem ex quo tibi visum est in 50
Iudæos, vt eorum malitia dignū est, animaduertere, qui exequuntur mādātā regia, existimātes nos hæc propter eorū cognationē facere, volunt nos in cōmunem cum illis causam inuoluere, cū simus ab origine Sidonij, quemadmodū extat relatum in nostris annalibus. Rogamus igitur te seruātorem ac beneficū, vt mandes Apollonio nostro præsidi, & Nicanori procuratori regio, ne quid posthac nobis molesti sint
y 4 quasi

quasi herentibus in eodem cum Iudeis crimine, à quibus tam diuersi sumus moribus quàm origine: vtq; templū quod hactenus nullius Dei titulum habuit, posthac vocetur Iouis Græcanici. hoc enim pacto erimus à molestiis liberi: & securius intendentes priuatis negotiis, maiora tibi poterimus tributa soluere. Post hanc Samaritarum supplicationem rex & ipsam & talem epistolam remisit. Rex Antiochus Nicanori, Sidonij qui sunt apud Sicima miserunt ad nos suggestionem quam his literis adiunximus. Quoniam igitur nobis & amicorum consilio satis approbauerunt qui in hoc missi sunt, quòd alieni sint à Iudæorum criminibus, & placet illis iuxta Græcorum instituta viuere, absoluius eos quantum ad hanc causam & eorum templum attinet, quod posthac appelletur Iouis Græcanici. Eadem autem & Appollonio magistratui¹⁰ scripsimus, anno quadragesimosexto, mensis Hecatombæonis vndecima.

Antiocho vetante Iudæos vt patrijs legibus solus Assamonæi filius Matthias regem contempsit, profligatis etiam eius ducibus. Cap. VIII.

1. Mach. 2



EODEM tempore habitabat in Modim vico Iudææ quidam Matthias nomine, filius Ioannis, qui fuit Simeonis ex Assamonæo geniti, sacerdos ex vice Ioaribi, Hierosolymita genere: erantq; ei filij quinque, Ioannes qui & Gaddis cognominabatur, Simon qui & Matthes, Iudas qui & Macca-
bæus, Eleazarus qui & Auran, Ionathas qui & Aphus vocabatur. Is Matthias sepe numero questus est apud filios de tam afflictō rerum statu, direptione vr-
bis, depredatione templi ceterisq; calamitatibus, aiebātq; prestare mori eos pro pa-
trijs legibus quàm sic ingloriè viuere. Cūmq; venissent in eum vicum in hoc à rege
constituti, vt Iudæos ad mandata eius cogerent: & postularent vt Matthias ceteris au-
toritate potior, ad exemplum aliorum primus profana sacra faceret, ostentantes à re-
ge præmia: negauit se hoc facturū, etiam si omnes gentes Antiochi imperata facerēt:
ac ne liberis quidem ipsius persuaderi vt patriā religionem deserant. Vt verò silente
eo Iudæus quidam in medium progressus cœpit immolare iuxta mādātum regium,
non amplius ferens indignitatem rei, irruit in eum cum suis filiis armatus gladiis: nec
solum eum trucidauit, sed etiam Apellem regium ducē cum suis militibus, qui vo-
lebant plebē eam cogere: dirutāq; ara exclamauit: Si cui est cordi religionis incolu-
mitas, me sequatur. Et cum dicto comitantibus filiis in desertum se cōtulit, relictis in
vico facultatibus. Id imitata plebs reliqua, & ipsi cum familiis in idē desertum profu-
gerunt, ibiq; victitabant in specubus. Quo audito duces regij, præsidio Hierosoly-
mitanæ arcis assumpto, Iudæos in desertum persecuti sunt. quos assecuti, primū ver-
bis persuadere conati sunt vt ab incepto desisterent, & admittentes rectius cōsiliū,
nō imponerent sibi necessitatem sæuendi hostiliter: & cum nihil proficerent apud
obstinatos, aggressi sunt eos die sabbati, & ita vt erant in speluncis exusserunt, non
repugnantes, ac ne aditus quidem speluncarum obturantes. Etenim propter reli-
gionem diei repugnare nolebant, ac ne in aduersitatibus quidem violare honorem
sabbati, quando lex iubet feriari ab omni opere. Itaque perierunt cum vxoribus &
liberis suffocati in speluncis circiter mille. multi etiā elapsi adiunxerunt se Matthias,
eumq; principem sibi elegerunt. At ille docuit eos, pugnandum etiam sabbatis, aut si
ita pergant ipsos sibi futuros exitio, hostibus eam occasionem obseruantibus, & non
nisi sabbato illos aggredientibus. atq; ita fore vt vel sine certamine omnes facile op-
primantur. Hæc locutus persuasit eis: & in hodiernum vsque mos hic permanet, vt si
ita necessitas postulet, pugnent etiā sabbatis. Collecta igitur circa se nō contemnen-
da manu, & altaria diruit, & prolapsos in impietatem quotquot adipisci potuit truci-
dauit. confluebant enim ad eum quos ante metus per circunuicinas gentes sparfe-
rat. pueros etiam iussit circumcidere, qui hactenus vetiti fuerant, expulsis qui ad hoc
vt vetarent constituti erant ab Antiocho. Exacto autem anno post principatum⁵⁰
morbo correptus cōuocatis ad se liberis: Equidem, inquit, filij, iam fatalem viam in-
gredior, interim commendo vobis meum propositum, & rogo ne per ignauiam ces-
setis id exequi: sed potius memores paternæ voluntatis seruate ritus patrios, & rem-
publicam tantum nō collapsam restituite: neque illis accedite qui aut sponte aut vi
eam

eam prodiderunt hostibus. Præstate vos mihi germanos filios, contemptaq; omni vi ac necessitate, parati sitis pro legum tutela vel mortē oppetere, si ita res postulet, cogitantes quòd Deus vos tales non despiciet, sed delēctatus vestra virtute in pristinam patriis moribus viuendi libertatem restituet. corpora quidem habemus mortalia, & fatali necessitati obnoxia, sed præclare gestorum memoria vice immortalitatis esse poterit, cuius amatores vos aspirare volo ad gloriam, adeò vt non grauemini vel immori egregiis facinoribus. Prima autem cura sit concordia, & quibus quisq; præcellit artibus, his vtatur reliquis concedentibus: Simonémq; fratrem eximia prudentia virum parentis loco habete, obtemperantes eius consiliis: Maccabæum autē
 10 propter fortitudinem exercitui præficite. Hic enim vlciscetur suæ gentis iniurias repulsis hostibus. Ad hoc autem negotium adhibete quotquot vsquam sunt iusti ac pij, & hoc pacto vires vestras augebitis.

Matthie defuncto Iudas filius succedit.

Cap. IX.



Hec locutus filiis, precatusq; Deum adesse illorum conatibus, & populo pristinum viuendi morem restituere, non multo post moritur, & in 1. Mach. 3 Modim sepelitur: & post exhibitum ei publici luctus honorem, Iudas filius cognomine Maccabæus administrationi rerum præficitur, anno c x l v i. qui adiutus impigre à fratribus, eiecto hoste, & impiis tribulibus necatis, totam eam terram lustrauit à præteritis piaculis.

20

Apollonius Antiochi dux in Iudæa prælio victus occiditur.

Cap. X.



Is auditis Apollonius præfectus Samariæ raptim contra Iudam duxit IX. exercitum. Nec in Iuda mora fuit, sed obuiam ei factus prælio victum cum aliis multis interficit, gladio etiam eius potitus velut optimo spolio, plurimis etiam hostium vulneratis, & castris eorum direptis, ditatus præda rediit. Seron autē Cœlesyriæ præfectus cognito, quòd Iudas multis vndiq; ad eum confluentibus magnas circa se copias habeat, & ad configendum cum hoste idoneas, decreuit contra eum ducere, sui putans officij animaduertere in rebelles, & contumaces erga mandata regia. Contractis igitur quibus præerat militibus, adiunctis etiam Iudæorum perfugis, & impiis, progressus vsque Bethora vicum
 30 Iudææ, castra eo loco metatus est. Iudas autem occurrēs ei pugnandi animo, vbi vidit milites suos parū alacres partim propter hostiū multitudinē, partim quia ipsi ieiunauerant: hortando addebat illis animos, affirmans non in numero militis sitam victoriam, sed in pietate erga Deum & fiducia: idq; compertū plurimis maiorum suorum exemplis, qui iusta arma pro legibus suis & liberis ferentes, multa sæpe hostium milia profligauerint. Inuictum enim robur esse innocentia. His dictis persuasit vt non detrectarent prælium: & collatis cum Serone signis, fudit ac fugauit Syrorū exercitū. Prostrato enim duce omnes in fuga spem salutis posuerunt: quos persequutus vsq; ad campum, occidit ex eis octingentos: reliqui euaserūt in regionē maritimam.

40

Lysia & Gorgia contra Iudeos expeditiones & clades.

Cap. XI.



Aditis his rex Antiochus vehementer iratus, omnes vndiq; copias contraxit, conducto etiam mercenario ex Græcia milite, parans primo vere in Iudæam irrumper. Cūmq; numerato stipendio videret thesauros suos exhaustos deficere: nam neque tributa omnia reddebantur propter crebras rebelliones gentium, & ipse vir magnanimus ac munificus non erat contentus ea quæ tum aderat pecunia: decreuit adita prius Perside, regionis eius tributa exigere. Commissa igitur rerum administratione Lysia, amico probata fidei, & prouinciis Asiæ quæ Ægyptum inter & Euphratem sitæ sunt curæ eius creditis, relicta ei copiarum quoq; & elephantorum parte, iussit vt Antiochum filium diligenter
 50 educaret vsq; in suum reditum: eidemq; mandauit, vt subacta Iudæa, & habitatoribus eius sub hasta diuenditis, deleret Hierosolyma, ac totam gentē extingueret. His mandatis profectus est in Persidem c x l v i i. anno, & traiecto Euphrate ascendit ad superiores Satrapias. Lysias autem delectis ad hoc negociū eximiis ducibus ex amicis regis, Ptolemæo Dorymenis filio, & Gorgia & Nicanore, attributisq; eis peditū
 y s quadra

1. Mach. 4

quadraginta millibus, equitum septem millibus, in Iudæam misit cum exercitū. qui usque Emauntē urbem progressi, in campestribus eius castrametati sunt: ubi conueniunt ad eos auxilia Syrorum, & ex aliis vicinis regionibus, nec non magnus pertugarum Iudæorum numerus. aderant etiam in eis castris negotiatores non pauci empturi mancipia, & instructi cōpedibus, paratis in hoc ut vincirent captiuos numerata pro eis pecunia. Iudas autem animaduersa hostium multitudine, hortatus est suos milites ut forti essent animo, & in Deo collocarent omnem fiduciam, decretis supplicationibus, quibus more patrio in magnis periculis induti saccos solēt orare veniam, ut Deus ad miserationē flexus vires cōtra hostē eis adderet. Distributis deinde more antiquo gentis in tribunos ac centuriones ordinibus, & ablegatis nouis maritis, qui quīve agros recens sibi comparauerant, ne distracti talibus cupiditatibus pugnarent segnius, verbis etiam aggressus est hortari suos ad rem gerendā strenue: Nullum socij tempus nobis dabitur ad virtutē & periculorum cōtemptum opportunius. nunc enim fortiter certantibus paratum est libertatis præmiū, quam suapte natura desiderabilem hoc magis nos optare decet, quod absque hac ne religionē quidem tueri poterimus. Sic igitur existimate, in hac pugna situm esse, utrum pristinam felicitatē recipiatis, hoc est vitā iuxta patrias leges recte institutam: an per summā ignominiam etiam reliquæ nostri generis intereant, nisi fortes viros præstiteritis: & cum hac cogitatione inite præliū. Cū igitur tam ignauos quā fortes mors certa maneat, gloria verò sempiterna propugnatores pietatis, legum, libertatis, patriæ, eos animos concipite, qui vobis in craftina pugna possint esse vsui, vel ad victoriam, vel certe gloriam. His suos Iudas hortatus, dum cogitat de futuro prælio certo indice cōperit Gorgiam missum cum mille equitibus, peditum quinque millibus, ut ductu perfugarum noctu se inopinū inuaderet: decreuitque & ipse eadē nocte in hostiū castra impetum facere, maxime quod ab futura esset bona pars illorū exercitus. itaque cōfestim sumpta cæna, relictisque in castris multis ignibus, tota nocte iter fecit ad Emaunti propinqua castra hostium. Interim Gorgias nemine in castris Iudæorum inuento, ratus eos metu cessisse & occultari alicubi in montibus, statuit ubinam essent quærere. Iudas autem sub diluculum peruenit ad castra hostium, ducens tria virorum millia non satis instructa armis propter inopiam: vidensque hostem armatum egregie, & castra ex arte disposita, hortatus primū suos ut non dubitarent vel nudis si ita opus sit, corporibus in pugnam ruere, quandoquidem Deus delectetur tali fortitudine, eamque suo præsidio contra armatos fulciat: iubet signa canere. Ex improviso deinde adortus nihil minus expectantes ita terruit, ut cæcis quotquot ausi sunt resistere, ceteros persequeretur usque Gadara, & usque campos Idumææ, & Azoti & Iamniæ. Ceciderunt autē ex eis circiter tria millia. Victor Iudas suos à præda cohibuit, Gorgiam adhuc superesse dictitans: quo profligato per ocium deinde posse eos ditari ex spoliis. Adhuc autem eo loquente, ostenderunt se Gorgiani è quodam loco edito: vnde prospicientes suorum cladem, & castra capta ac fumantia, animaduertētesque Iudā se expectantem instructa acie, non ausi manus cōferere, trepide se retro in tutum receperunt. Iudas verò sine certamine victor, tum demū permisit suos ad prædam discurrere: ditatusque cum suis reperto plurimo auro & argēto, hyacinthoque & purpura incolumem reduxit exercitum, laudans Deum autorē eius victoriæ, quæ haud exiguū momentum ad futurā libertatem eis attulit. Lysias autē sequenti anno ad abolendā ignominiā nouū exercitum parauit: contractisque lectissimorum militū sexaginta millibus, & adiunctis quinque millibus equitū, Iudæam ingressus, mōtana eius ascendit, & ad Bethsura vicū castra posuit. Huic Iudas occurrit cum decē millibus: & cū videret hostē longe præstare numero, votis pro victoria factis, Deo fretus primā aciem aggreditur tanto impetu, ut eis quinque millia sterneret: quo facto reliquis tantū terrorem incussit, ut Lysias animaduertens eis certò statutū aut mori aut in libertatē se asserere, veritus magis desperationem eorū quā vires, copias Antiochiam reduceret: ubi mercenarios conducens, & maiores vires colligens, parabat se ut ad primam opportunitatē bello Iudæos repeteret. Toties igitur profligatis Antiochi ducibus, Iudas persuasit suis, ut quandoquidem tam multas victorias Deus concesserat, ascenderent Hierosolyma,

&

& lustrato templo mactarent solennes victimas: vbi cū inuenisset templum desertum, & portas eius incensās, & in atriis virgulta enata propter solitudinem, lamentari cum suis cœpit ob tantam deformitatem. destinata deinde copiarum parte ad arcis oppugnationem, ipse interim repurgare templum aggressus est: quod postquam accurate factum est, intulit in illud vasa noua, candelabrum, mensam, & altare incensorum ex auro fabrefacta omnia. addidit & vela foribus oppandi solita, ac postremo fores quoque apposuit. Diruto etiam holocaustorum altari quod profanatum fuerat, nouum ex collaticijs saxi impolitius construxit. Vigesima autē & quinta mēsis Chassei, quem Appellæum Macedones nominant, accenderunt lumina in candelabris, & suffitum fecerunt in altari, & panes supra mensam proposuerunt: & in nouo altari holocausta immolauerunt: idque accidit eadē die qua ante triennium sacra eorum profanata fuerant. integro enim triennio desertum fuit templum post factam ab Antiocho profanationē. ea enim incidit in annum c x l v, & diem Apellæi mensis x x v. in Olympiadem c l i i i. renouatum est autē eadem die c x l v i i i. anno, Olympiade c l i i i i. prædixerat autē eam desolationem propheta Daniel ante anno c c c c v i i i. diserte dicens à Macedonibus profanandum. Celebrauit autem Iudas recepti templi festiuitatē per dies octo sacrificans, in quibus nullū honestæ voluptatis genus omissum est, sed populo quidem sumptuosum ac splendidum epulum est exhibitū, in Dei vero laudem hymnis & canticis personabant omnia. Tanta vero lætitia ob reductos ritus patrios & priscam religionem occupauit gentis eius animos, maxime quod ea felicitas ex insperato obtigerat, vt lex lata sit ad posteros, quæ iuberet quotannis hoc festum reparati cū cæremoniis tēpli per octo dies celebrari: & ex eo tempore mos hic apud nostros obtinuit: vocamusque hanc festiuitatē lumēnū, opinor ideo quod ex insperato nobis illuxerit tanta felicitas. Circundatis deinde vrbi mœnibus, & extructis in eis firmis turribus custodias ad arcendum hostem imposuit: muniuitque Bethsuram oppidum, vt eo tanquā arce vti posset cōtra conatus hostium.

Quibus operibus perfectis, vicinæ gentes moleste ferentes Iudæorum vires resuscitari, per insidias adoriendo multos oppresserunt: cum quibus Iudas assidue bellū gerens conabatur eorum incursationes cōpescere: quo tēpore etiam Acrabatenam inuadens multos Idumæos Esau posteros interfecit & deprædatus est: & principis eorum Batanis filiorum castella, vnde Iudæos infestabant, vi capta cæsis propugnatoribus incendit. Quibus perdomitis in Ammanitas arma transtulit, quorum numerosam manū Timotheus ducebat, & his quoque deuictis, Iazorum eorum urbem expugnauit: abductisque in captiuitatē vxoribus corū ac liberis, direptam prius incēdit, atque ita domum victor reuersus est. Sed quā primum vicinæ gentes sensere eius abitū, contractis copiis in Galaditica regione finitimos Iudæos adorti sunt. at illi refugientes in castrum Dathema, significabant Iudæ per nuncios & literas, quod oppugnandi essent à Timotheo, rogantes vt se huic periculo eriperet: & interim dum legit has literas superuenerunt Galilæorū nuncij, querentes se infestari à Ptolemaide, Tyro, Sidone, & aliis finitimis populis.

Quomodo diuisis copijs, Simon Tyrios & Ptolemaideus, Iudas Ammanitas superat.

Cap. XII.



VDAS igitur prospiciens vtrorumque necessitatibus, Simonem fratrem cum tribus selectorum millibus mittit auxilio Iudæis habitantibus Galilæam: ipse assumpto Ionatha altero fratre cū octo militū millibus, in Galaditicam proficiscitur: quod supererat virium Iudææ præsidio reliquit sub Iosepho Zachariæ filio, & Azaria ducibus, quibus mandauit vt abstinerent à pugna tātisper dum ipse ad eos reuerteret. Simon igitur postquā in Galilæam venit, cōgressus cū hoste coegit eum terga vertere, & fugientē persequutus vsque portas Ptolemaidis, occidit circiter tria millia: quibus spoliatis, receptos captiuos cū tota suppellectile in Iudæam transtulit. Interea Iudas cū fratre Ionatha triū dierū iter emensi, accepti sunt à Nabathæis pacifice: quorū indicio cōpererūt, quod multi ex ipsorū fratribus in extremo essent periculo, obsessi ab hoste in castellis & oppidis Galaditicis: monitiq;

nitiq; vt propere illis succurrerent per desertū illuc festinauerunt. In eo itinere Barasam oppidū oppugnare adorti, vi ceperunt: cæsisq; ad vnū puberibus, tecta igni subiecto cōcremauerunt. Cūmq; interim nox appeteret, nihilominus Iudas iter continuauit vsq; castellū, in quo Iudæos obsideri acceperat. quò cū mane peruenisset, offendit hostē iam scalas & machinas admouere mœnibus: iussq; tubicine canere, & cohortatus suos vt bonā ac fidelē operā præstarent periclitantibus fratribus, diuisis trifariā copiis oppugnatores à tergo aggreditur. Timothei verò milites cognito Macabæū adesse, cuius virtutē & felicitatē iam ante suo periculo didicerant, sine mora cœperunt fugere: ex quibus ad octo millia cecidere, Iudæis acriter insequētib; . Inde ad Mallen barbarorū urbē flexo itinere, eaq; expugnata mares omnes neci tradidit, ædificia incendio sunt cōsumpta. Eodē impetu & Chaspoma & Bosora cum aliis Galaditicæ regionis oppidis euerſa sunt. Aliquāto pōst Timotheus cōtractis numericis copiis, & inter cæteros auxiliares cōducta manu Arabū, trans torrentem castra posuit contra oppidū Rafam. ibi hortatus est suos milites vt strenue pugnarent, arcerentq; Iudæos à torrentis transitu, in hoc enim sitam victoriā, Iudæis futuris superioribus si transire potuerint. Iudas autē audito quòd Timotheus paratus esset ad præliū, propere cōtra eum duxit exercitū: traiectq; torrēre adortus hostes, partim resistentes prostrauit, partim in fugā cōpulit, armis etiā passim abiectis. horū nonnulli celeritate pedū salutē consecuti sunt, quidā verò in fanū quod Carnain dicūt refugientes, tutos se ibi fore sperauerūt. At Iudas & oppidū id occupauit, & incenso tēplo hostiū alios flammis, alios ferro perdidit. His rebus feliciter gestis, & cōtractis ē tota regione Galaditica Iudæis, vnā cum vxoribus & liberis ac facultatibus in Iudæam eos traducebat. In eo itinere cū venisset ad Ephronē oppidū, per quod necessario transeundum erat, nisi retrorsum reuerti mallet, misit ad oppidanos rogans vt patefacerent sibi transitū. nam obstructis portis viam interruperant. quod cum ab Ephronitis impetrare non posset, cohortatus suos, corona oppugnauit mœnia: & diē ac noctem ibi remoratus vi cepit oppidū: occisisq; omnibus maribus, per incēsi cineres traduxit exercitū. tantus autē erat occisorū numerus vt in transeundo calcanda essent cadauera. Traiecto deinde Iordane in magnū campum veniunt, quā sita est Bethsana, Græcis dicta Scythopolis. inde in Iudæam reditū est hilariter, canēte hymnos & victoriale carmen multitudine: votiuasq; hostias mactarunt pro incolumitate exercitus: quandoquidē post tot cōflictus ne vnus quidē ē Iudæis desideratus est. Interea Iosephus Zachariæ filius & Azarias duces, qui profecto Simone in Galilæam contra Ptolemaidenſes, Iuda verò & Ionatha fratre in Galaditicam, præsidio Iudææ relictī fuerāt: volētes & ipsi aliquo memorabili facinore parare sibi gloriā, ad Iamniā venerunt. Vbi armis excepti à Gorgia eius loci præside, amiserūt ad duo millia militū: nec prius destiterunt fugere quā in Iudææ finibus. hac autem clades meritò illis accidit, ob contemptū Iudææ mandatū, qui interdixerat ne se absente manus cū hoste confererent: nā hoc quoq; Iudææ prouidentia commendat, quòd intellexit nō impune fore si à mādatis discesserint. Iudas autē & fratres eius cōtinuabāt bellū cōtra Idumæos, vrgētes eos vndiq; : expugnatq; Chebrone munitiones eius diruerunt, & turreſ cremauerunt suppositis ignibus: peruaſtatīsq; agris hostiū, euerterunt etiam Mariſſam oppidum. inde Azotum delati eodē impetu, expugnata ea quoq; ac direpta, omnes ditati præda reuerſi sunt in Iudæam victores & incolumes.

Antiochi Epiphanis apud Persas interitus.

Cap. XIII.

XIIII

1. Mach. 6



ODEM tēpore Antiochus rex superiores sui regni prouincias obeundo, audiuit esse in Perside urbē prædiuitē Elimaida nomine, & in ea templum Dianæ opulentum, refertū omne genus donariis: scuta etiā ac thoraces ibi afferuari, quondā relictos ab Alexādro Philippi filio, rege Macedonū. Motus igitur hac fama, admoto exercitu expugnare conatus est. His vero qui incrāt nec aduentu eius nec oppugnatione territis, sed fortiter resistētib; , spe sua frustratus est. nō contenti enim repulisse illū à mœnibus, recedentē etiā persecuti sunt, ita vt plurimis desideratis fugiētis more Babylonē se reciperet. Quā cladē cum ægre ferret, nouus insuper accessit nuncius de profligatis quos ad Iudaicū bellū reliquerat ducibus, dēq; Iudæorum

drorum in dies crescente potentia. Accedente igitur alia super alia cura, impar solitudini morbum sibi contraxit: quo magis ac magis inualefcēte, intelligēs adesse fatale tempus, amicos cōuocat: eisque & vim morbi & causam indicat: nimirū quod pœnas ob afflictam Iudæorum gentē lueret, atque ob spoliatū sacrilegio templū, & contemptū cælestis numinis. atque his dictis exhalauit animā. Quamobrē demiror Polybium Megalopolitanum, qui vir alioqui probus, ait hunc Antiochū perisse, quod conatus sit Dianæ tēpli thesauros ac donaria diripere. voluisse enim tantū, ac non etiā perfecisse sacrilegiū, nō videtur res digna supplicio. quod si hæc causa Polybio digna videtur, cur Antiochus deberet capite pœnas persolvere, multo verisimilius est ob exhaustum sacrilegiis Hierosolymitanum templum acceleratum esse eius interitum. Si quis tamen
 10 magis probat Polybij sententiam, cum eo nunc non libet contendere.

Antiochus Eupator profligato Iudæorum exercitu Iudam in templo obsidet. Cap. XIII.



CAETERVM Antiochus prius quàm extremum suum diem obiret, accitum ad se vnum ex purpuratis suis amicis Philippum gubernatorem regni constituit: traditōque ei diademate regiāque stola & anulo, iussit hæc Antiocho filio suo perlata reddere, multum obtestans vt educationis curam haberet, & regnum ei seruaret vsque dum per ætatem ipse administrationi fieret idoneus. Defunctus est autem Antiochus anno centesimo quadagesimo nono. Ly-
 20 sias autem postea quàm populo indicauit regis obitum, filium eius Antiochū sub sua tutela tum positum regem constituit, imposito illi Eupatoris cognomine. Interca qui Hierosolymitanæ arcis præsidium tenebant Macedones cum Iudæorū perfugis, multa Iudæis inferebant incommoda. Excurrētes enim in eos qui sacrorum causa templum adibant: conficiebant eos non magno negotio, quod arx ipsi templo esset supra verticem. Quamobrem Iudas necesse habuit, oppugnare id præsidium, aduocatis ad id totius populi viribus. Annus autem is agebatur cētesimus quinquagesimus, ex quo primum ad Seleucum imperium earum regionum peruenierat. Fabricatis igitur machinis, & extructis aggeribus, totus incumbbat huic operi. multi tamē perfugarum noctu elapsi, adiunctis sibi similibus impiis, venerunt ad Antiochum, postulantes ne se in
 30 extremum periculum à suis tribulibus redactos despiceret: maxime cū patris ipsius auctoritatem secuti, in eam necessitatem adducti sint, dum malunt patrios ritus quàm regia mandata contemnere. Nunc verò periculum esse ne Iudas arcem cum præsidio vi capiat, nisi ipse mature suis opem afferat. His auditis Antiochus puer iratus est, accersitisque amicis & ducibus, iussit eos mercenarium parare militē, & per totā suam ditionem delectus habere, ita vt breui confectus sit exercitus peditum circiter cētum millium, equitum verò viginti millia, atque insuper duo & triginta elephantum. Cum his copiis egressus est Antiochiam commissa Lysie administratione vniuersi exercitus: & progressus vsque Idumæam, inde ascendit ad oppidum Bethsura, bene munitū & expugnatum non facile. Bethsuranis autem fortiter resistētibus, & admotas machinas per
 40 excursiones igne concremātibz, multum temporis contritum est in hoc obsidio. Iudas autem cognito regis aduentu, omissa oppugnatione regi cum copiis obuiam profectus castra posuit circa fauces quasdam dictas Bethzacharia, distitas ab hoste septuaginta stadiis. At rex relictis Bethsuris, exercitum duxit ad eas fauces vbi Iudas castra metauerat: & quàm primum dies illuxit, aciem ceu pugnaturus iussit ire cōpositam. Cūque non posset elephantos explicare per aciei latitudinem propter locorum angustias, iussit vt vnus post alium incederent, attributis qui stiparent singulos mille peditibus, & equitibus quingentis. Beluis autem imposita erant celsa propugnacula instructa sagittariis. reliquum autem exercitum ab vtroque latere iussit montes ascendere, præpositis ex amicorum cohorte ducibus. atque ita sublato militari clamore hostem aggreditur, micans aureis & æreis clypeis, ita vt fulgore eorum coruscarent omnia. clamore autem reboabat quicquid erat in circuitu montium. nec tamen Iudas tali aspectu est territus, sed excepto fortiter impetu hostium, circiter dc ex eis occidit, qui primi ad manus venerant. Cæterum Eleazarus eius frater, quem Auranem vocabant, conspiciens excellentem elephantum ornatum phaleris regiis, & ratus in eo re-
 50 gem

XIII.

gem inuehi, vasto animo in eum fecit impetum: & occisis multis prius quàm ad eum penetraret, cæteris verò metu cedentibus, succedens sub eius ventrè, confodit beluā, & ipse simul pondere eius illabentis oppressus est: atque ita non tamen inultus interit generose inter acervos hostilium cadauerum. Iudas autem animaduertens hostem tanto superiorem numero, Hierosolyma se recepit, volens arcem iterum oppugnatione aggredi. Antiochus verò parte exercitus missa ad oppugnanda Bethsura, cum reliquo venit Hierosolyma. Bethsuritæ terri apparatu regio, maxime cùm com meatus eos deficeret, deditionē fecerunt, pauci prius ut hostis à se iniuriam omnem abstineat: quod quidem à rege non nisi salute tenus seruaturū est: alioqui nudis eiectionis oppidanis, suorum præsidium ibi constituit. Sed apud Hierosolyma per multum tempus eum tenuit templi obsidio, quod fortiter à Iudæis defensum est. nullam enim eis rex intentauit machinam, quam non illi contrariis machinationibus eluderent. tantum laborabatur victus penuria, quod fruges veteres absumpserāt, & annus incidērat septimus, per quem fructus non colliguntur, quod eum cessare ab agricultura lex nostra iubeat, nec permittat tum vel arare terram, vel serere. quo factum est ut multi se clām subducerēt propter inopiam, ut penes paucos templi tutela remanserit. Cæterum rex & Lysias imperator cognito quod Philippus usurpato sibi regno aduentaret è Perside, decreuerunt soluta obsidione illi occurrere, celantes tamen quātum fieri poterat id cōsiliū, tam militem quàm duces reliquos. Quapropter dissimulato aduentu Philippi, iussit rex Lysiam ut alloqueretur duces & milites dicens oppugnationem eam non esse modici tēporis, quod locus esset munitissimus, & com meatus eos iam deficerent, & auocarent multa regni negotia quæ opus esset regem componere. Itaq; præstare fœdus & amicitiam cum hac gente facere & sinere eos uti patriis legibus, quibus priuari se non sustinentes rebellauerāt, atq; ita redituros esse in suam quemq; patriam. Quæ sentētia per Lysiam apud exercitum exposita, communi omnium suffragio comprobata est.

Antiochus omiſſa oppugnatione cum Iuda fœdus facit & amicitiam. Cap. XV.



Um rex missō caduceatore pacem Iudæ ac cæteris obsessis denunciat, libertatēque viuendi propriis legibus. Illi vero libenter hæc audientes, accepta in hoc fide & iureiurando interposito, exiuerunt è templo. At Antiochus cùm ingressus vidisset locum egregie munitum, violato sacramento iussit suum exercitum, ut solo æquaret murum quo templum seipsum fuerat: & hoc facto reuersus est Antiochiam, ducens secum Oniam pontificem, qui Menelaus dicebatur alio nomine. Lysias enim regi consuluit ut eum interficeret: si vellet Iudæos quiescere, & ipse liber esse ab eorum molestationibus. hunc enim esse malorum omnium autorem & principium, qui persuasisset eius patri, ut Iudæos ab institutis patriis deficere cogeret. Rex igitur Menelaum missum in Beroeam Syriæ necauit, post exactum in pontificatu decennium, hominem malum & impium, qui ut sibi principatum adstrueret, totam gentem à religione deficere compulit. ei successit in pontificatum Alcimus, Iacimus alio dictus nomine. Cæterum Antiochus cùm offensus Philippum iam occupasse tyrannidem, bello victum, & in potestatem suam reductum affecit supplicio. Filius autem pontificis Onias, quem diximus orbatum patre adhuc puerū, videns quod rex interfecto ipsius patruo sacerdotium Alcimo dedisset, nihil pertinenti ad cognationem pontificum, Lysia suadente ut transferreret eum honorem in aliam familiam, fugit ad Ægypti regem Ptolemæum: apud quem & uxorem eius Cleopatram in precio habitus, impetrauit ab eis locum in præfectura Helio-politana, in quo templum Hierosolymitano simile extrueret, de quo aliàs dicemus tempestiuus.

Bacchides Demetrii dux cum exercitu contra Iudeos missus, infecto negotio ad suum regem reuertitur. Cap. XVI.

50

XV.
1. Mach. 7.



ODEM tempore Demetrius Seleuci filius à Roma profugus Tripolim occupat in Syria: assumptoque diademate, & contractis quotquot potuit militibus mercenariis regnum inuadit: cūque certatim ad eum populi deficerent, excipientes eum obuuiis manibus, etiam Antiochum regem & Lysiam comprehensos

hensos viuos ad eum perduxerunt: qui mox iussu Demetrij necati sunt, post exactum regni Antiochi annum alterum, sicut & in aliis commentariis diximus. Ad nouum regem confluxerunt multi Iudæorum ob impietatem profugi, & cum eis Alcimus pontifex: accusabantq; totam gentem, præcipue Iudam cum fratribus, quod post interfectos omnes amicos & fautores regis, se quoq; eiecissent è patria, metu coactos solum vertere: postulabantq; vt ex amicis quempiam eò mitteret, qui cognosceret quanta per Iudam patrata fuerint. at ille iratus mittit eò Bacchidem, amicum regis Antiochi Epiphanis, virum strenuum, cui tum Mesopotamiæ præfectura credita fuerat: & commendato illi Alcimo, traditòque exercitu, iubet vt Iudam & eum sequentes interne-
 10 cione debeat. Ille profectus Antiochia cum his copiis, postquam peruenit in Iudæam, misit ad Iudam & fratres, inuitans eos ad pacem & amicitia. Volebat enim dolo eum circumuenire. Sed ille noluit ei se credere, quod videret adesse exercitum, quem putabat adductum belli potius quàm pacis gratia. Quidam tamen è populo credentes his quæ Bacchides per præconem denunciauerat, & nihil sibi timentes ab Alcimo propter communem patriam, ad eos se contulerunt. & accepto ab utroque iureiurando, nihil mali passuros nec se nec eiusdem factionis homines, eorum fidei se commiserunt, Bacchides autem non seruata fide sexaginta interfectis ex eo numero, ceteros cautiore iam factos deterruit, quo minus ad eum accederent. itaque amoto exercitu à Hierosolymis postquam peruenit ad vicum Bethzetho, comprehendit multos
 20 perfugas, & quosdam è populo, & occisis omnibus iussit eius regionis homines parere Alcimo, ad cuius præsidium relicta sub eo parte exercitus, Antiochiam ad regem Demetrium reuersus est. Alcimus autem volens principatum sibi constabilire, & intelligens ad hanc rem opus esse popularium beneuolentia, comiter ac blandè appellabat omnes, & loquendo singulis ad gratiam, breui numerosam manum adiunxit ad priorem quam antè habuerat. horum pleriq; erant impij & profugi, quorum opera & ministeriis vtendo regionem obibat, occidens eos qui erant Iudæ partium, quotquot in suam potestatem redigere poterat. at Iudas animaduertens tantopere creuisse illis potentiam, & multos probos ac pios homines extinctos eius violentia, ipse quoque obibat regionem, interficiens quotquot in manus eius venirent è studiosis Alcimi. Qui
 30 videns se viribus imparè, quo posset diutius resistere, decreuit confugere ad auxilium & opes regis Demetrij. Profectus igitur Antiochiam sollicitabat contra Iudam illius animum, accusans quod plurimas ab eo passus esset iniurias, plures etiam passurus, nisi mature misso illuc exercitu, vir audax & facinorosus pœnas debitas lueret.

*Nicanor post Bacchidem dux contra Iudam missus vnà cum vniuerso exercitu interne-
 cione perijt. Cap. XVII.*

DEMETRIVS verò ne suis quidem rebus tutum existimans, si ita Iudæ vi-
 res augeri sineret, Nicanorem mittit, amicorum charissimum simul & fi-
 40 dissimum: qui etiam Roma fugienti comes fuerat: attributòque quantum satis contra Iudam putabat exercitu, iussit nemini parcendo cum ea gente bellum gerere. Is profectus Hierosolyma, & primum dissimulans hostem, decreuit specie pacificatoris dolo Iudam intercipere. aiebat enim nihil esse causæ cur belli subire deberent aleam. paratum se illi cauere iureiurando sanctissimo, si quid fortè periculi metuat. In hoc enim tantum se venisse cum amicorum comitatu, vt mentem sui regis ei notam faceret, quàm propensus sit in fauorem Iudaici generis. hac legatione persuasi fratres, nihil amplius hostile suspicari, data vicissim & accepta fide exceperunt eum hospitaliter cum toto exercitu. Cumq; post primam salutationem colloqueretur cum Iuda familiariter, signum quoddam suis dedit vt eum comprehenderent. Ille mature intellectis insidiis prope ad suos refugit: & detecto iam dolo ad apertam vim
 50 uterque se vertit. Commisso deinde prælio prope vicum Capharsalamam, inferior inde discedens Iudas in Hierosolymitanam arcem compulsus est. Reuertenti deinde præter templum Nicanori sacerdotes facti sunt obuiam, ostentantes victimas, quas se dicebant oblaturus Deo pro salute regis Demetrij. at Macedo ne à conuiciis quidem in Deum temperans, minatus est nisi populus Iudam sibi traderet, breui se reuersurum,

z 2 & in

& in templum ipsum sæuiturum, ita vt ad solum vsque id diruat. atque cum his minis reliquit Hierosolyma. at sacerdotes tali denunciatione mœsti cum lacrymis Deo supplicauerunt, vt sacratam sibi ædē vnā cum suis cultoribus tutaretur ab hostium iniuria. Nicanor verò egressus Hierosolyma castris locum oprauit apud vicum Bethoron, vbi se cum eo coniunxit alia manus recens tum è Syria veniens. Iudas quoque castra posuit ad alium vicum nomine Adaso, triginta modò stadiis distantem ab hostibus, habens circa se non plus mille militum. hos cohortatus ne terreantur hostium multitudine, nève cogitent cum quàm multis decernerent, sed quales ipsi, & pro qualibus præmiis contenderent, iussit forti animo hostem aggredi & pugnam capessere. itaque edito acri certamine, multi ceciderunt ex hostibus, & inter cæteros Nicanor & ducis 10 & militis strenui perfunctus officio. quo iacente ne cætera quidem acies substitit amplius, sed amisso duce verterunt terga, arma iactantes quo expeditius fugerent. Iudas vero impigre cum suis persequens sæuebat cædibus: & tuba significabat vicinis oppidis & vicis victoriam: mōxque vndique armati prosilientes, profligatis incondite ruentib. occurrebant infestis gladiis, ita vt ne vnus quidem incolumis euaserit ex nouem millibus: tot enim in vniuersum fuerant. Ea victoria contigit decinatertia die mensis Adar, vt nostri nominant, qui Macedonib. Dystrus dicitur: eaque die festiuitatem nostri per singulos annos renouant ob rei prospere gestæ memoriam. Post eam victoriam aliquantisper quieuit Iudæorum gens à continuis conflictationibus, pacis ocio perfruens, donec iterum in eadem reuoluta est discrimina. Alcimo autem pontifici 20 volenti demoliri veterem adyti parientem, sanctorum vatum ædificium, morbus diuinitus inflictus est, per quem repente voce priuatus in terram procidit, & cruciatus non paucis diebus misere periit, post exactum in sacerdotio quadriennium: quo defun-

XVII. 1. Mach. 8. cto pontificatum populus communibus suffragiis Iudæ tradidit. Qui quoniam multa audierat de Romana potentia, quòd deuictis Gallis & Hispanis ac Carthaginensibus Græciam quoque subegerint, & reges Perseum, Philippum, magnūque Antiochum perdomuerint, decreuit conciliare sibi eorum amicitiam. Missis igitur in hoc Romam duobus ex amicorum numero, Eupolemo Ioannis & Iasone Eleazari filio, rogauit vt in societatem reciperetur & amicitiam, & vt Demetrio scriberent ne post hac Iudæos bello lacefferet. Hanc legationem senatus admisit, & auditis eorum po- 30 stulatis amicitiam annuit. mōxque senatusconsultum de ea re factum inscriptum æreis tabulis relatum est in Capitolium: cuius exemplar in Iudæam missum est. erat autem senatusconsultum de societate & amicitia Iudæorum huiusmodi. Ne cui Romanæ ditionis cum Iudæis bellum gerere liceat, neque præbere hostibus eorum triticum aut naues aut pecuniam. vtq; si quis Iudæos inuadat Romani succurrant pro viribus: & vicissim si quis Romanos bello impetat, Iudæi contra eum sint auxilio. Quòd si Iudæi velint in hoc fœdere addi aliquid aut detrahi, id oportere fieri de cōmuni populi Rom. sententia: idq; ita demum ratum fore. Scriptum est hoc senatusconsultum per Eupolemum Ioannis filium, & Iasonem Eleazari, sub pontifice Iuda, & duce Simone fratre ipsius. Atq; hoc fuit primum inter Romanos & Iudæos fœdus societatis ac amicitiae. 40

Bacchidis denuo missi in Iudæam victoria.

Cap. XVIII.

XVIII. 1. Mach. 9



DEMETRIVS autem accepto nuncio cladis Nicanoris & exercitus, rursum Bacchidem in Iudæam misit cum aliis copiis: qui ex Antiochia profectus in Iudæam, ad Arbela oppidum Galilææ castra posuit: & expugnatis illic speluncis ad quas magnus hominum numerus confugerat, prope rabat inde Hierosolyma. & cognito quòd Iudas in Berzetho vico suum contineret militem, raptim contra eum duxit peditum viginti, equitum verò duo millia, cum Iudas non plus haberet quàm mille milites. ex his quidam territi multitudine Bacchidis militum, desertis castris diffugerunt, ita vt octingenti tantum reliqui 50 fuerint. Iudas autem quamuis imminente iam hoste destitueretur milite, tamen quia non erat vnde delectum in supplementum faceret, maxime in tali temporis angustia, decreuit cum octingentis illis Bacchidem aggredi, & cohortatus vt generose subirent pericula, iussit eos prodire in aciem. quibus consulentibus vt tunc se in tutum reciperet,

ret, cū sit tanto inferior & numero & viribus, ac mox maioribus copiis hostem inuaderet: Absit, inquit vt me terga obuertentem hostibus sol aspiciat. nam etiam si mori nunc oporteat, nunquam tot res hactenus egregie gestas, tantāq; virtute partam gloriam ignominiosa fuga maculaturus sum. Atque ita suorum reliquias cohortatus, persuasit vt intrepide expectarent conflictum hostium.

Quomodo Iudas praelio victus occubuit.

Cap. XIX.

10 **U**NTEREA Bacchides productis extra castra copiis instruebat aciem, equitum alas hinc & inde in vtroque cornu collocās, in fronte leuē armaturam & sagittarios, & post hos robur phalangis Macedonicæ: ipse in dextro cornu locum sibi optauit. Sic instructa acie postquam venit in conspectum hostium, iussit signa canere, & militem cum clamore eos inuadere. Idem & Iudas fecit, collatisque signis certatum est vtrinque acriter: donec vergente iam sole, Iudas animaduertens Bacchidem cum robore militum pugnam in dextro cornu ciere, cum audacissima manu iuuenum in eum irruit. Perruptaque phalange penetrauit in mediam aciem: & impulsis in fugam aduersariis, persecutus est eos vsque montem qui Aza dicitur: id conspicati qui sinistrum cornu tenebant, à tergo adorti Iudam circumueniunt. qui videns nullum superesse effugium vrgentibus circumquaque hostibus, in vestigio cum suis constitit: & caesis hostium plurimis lassitudine magis quàm vulneribus confectus cecidit non inultus, ad priora præclara facinora extremo hoc mortis de
20 core addito. quo prostrato non habentes amplius quem sequerentur milites orbat tanto imperatore, tum demum in fugam effusi sunt. Simon autem & Ionathas fratres induciis factis recepto Iudæ cadauere, delatum in Modim vicum magnifico funere intulerunt monumento patrio, & publico luctu per aliquam multos dies honorauerunt eius memoriam. Hic finis fuit Iudæ viri generosissimi & bellicosissimi, qui memor mandatorum Matthiæ patris, nullum vnquam pro libertate popularium defugit aut laborem aut periculum. quapropter merito virtutis sempiternam post se reliquit gloriam, liberata è Macedonum seruitute patria, & per triennium ante obitum administrato pontificali sacerdotio.

30

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM


IYDAICARVM LIBER

DECIMVSTERTIVS.

40 *Ionathas defuncto fratri suo Iudæ in principatu succedit.*

Cap. I.

1. Mach. 9



50

QUAMADMODVM libertatem à Macedonibus oppressam populus Iudæorum denuo receperit, & quo pacto dux & propugnator eorum Iudas post multa exhausta certamina postremo prælio fuerit occisus, in præcedenti libro satis declarauimus. Post eius obitum quotquot Iudæorum à pietate descuerant, resumptis animis infestabant reliquos populares: ita vt accedēte etiam fame, quæ tum fortē regionem eam totam occupauerat, multi non ferētes geminatum infortunium, hinc à penuria, inde ab aduersariis ingruēs, coacti sint adiungere se factioni Macedonicæ. Bacchides autem conuocatis ad se Iudæorum desertoribus, qui religioni patriæ profanos ritus prætulerant, his administrationem regionis cōmisit: qui comprehensis Iudæ amicis & fautoribus, Bacchidæ eos tradiderūt. & is tortos primum cruciatosq; ad libitum, postremo omnes ad vnum enecabat. In hac tanta calamitate cōstituti

z 3 Iudæi,

Iudæi, quantam post captiuitatem Babylonicam nunquam experti fuerant : quotquot erant reliqui ex Iudæ sociis, veriti gentis interitum adiuerunt Ionathā eius fratrem, rogabantq; vt germani æmulus fieret, qui ad extremū halitū libertatē propugnās præclaris conatibus sit immortalis: nec sineret totā gentē sine pra fide venire in extremū salutis periculū. Tum Ionathas paratū se vel ad mortem obtulit pro tutela populi, & visus dignus qui Iudæ fratri suo succederet, cōmunibus Iudæorū suffragiis administrandæ militiæ præfectus est. Quo cōperto Bacchides veritus ne Ionathas quoq; multū negotiorū exhibeat regi & Macedonibus, quemadmodū antè Iudas fecerat, decreuit eū dolo tollere: sed hoc eius propositū nec ipsum nec Simonē fratrem latuit. quamobrem mature moniri assumpta sociorū manu in desertū vrbi vicinū celeriter refugerunt: & cū venissent ad aquā quæ dicitur lacus Asphar, ibi morabātur. Porro Bacchides sentiens eos timere & in desertis illis latitare, duxit cōtra eos omnes suas copias, & positis ultra Iordanē castris confluentē illuc militem recipiebat. Ionathas autē cognito illius aduentu, misit fratrem suū Ioannē Gaddin ad Nabathæos Arabas, vt apud eos impedimēta deponeret, donec armis cū Bacchide decerneret. erat enim amici. sed in itinere inuaserūt eū Medabenses Amaræi filij. direptisq; impedimētis & quicquid secū deferebat, cōprehensum interfecerūt cū omnibus sociis: cuius facinoris paulo post pœnas dederūt eius fratribus, sicut suo loco dicitur. Bacchides autē cognito quod Ionathas castra haberet in Iordanis palustribus, sabbato illū aggressus est, ratus non repugnaturū propter religionē dici. at ille cohortatus socios, & ostēso periculo quod nisi viri essent, nō possent eua-
dere, clausi à tergo amne, à fronte hostibus: votisq; Deo factis pro victoria, impigre hostem aggreditur: & prostratis non paucis, vidēs ipsum Bacchidē in se ruere, ferire eum conatus est. sed cū ille caute ictū declinasset, Ionathas cum sociis desiliētes cōmiserunt se flumini, & in oppositā ripā enatarūt, hostibus non ausis traicere, sed ad Hierosolymitanā arcem reuertētibus, desideratis ex eorū numero fermē duobus millibus. post eum conflātū Macedo cōmuniuit aliquot oppida, Hierichuntē, Emmauntē, Bethoron, Bethellā, Thānathā, Pharathonē, Tochoā, Gazara, additis mœnibus & turribus, vt impositis in eas præfidiis, res Iudæorū inde infestaret excursionibus: sed nihil æque vt Hierosolymitanā arcē muniit, in qua acceptos à Iudæorū primatibus filios obsides inclusit, vt ibi custodirētur. Eodē tēpore nūciatū est Ionathæ & Simoni fratribus, quod
Amaræi filij celebraturi essent nuptias, & adducturi spōsam ab oppido Gabatha, filiam illustris cuiusdā inter Arabas: eamq; puellā traducendā cum pōpa sumptuosa & splendida. Fratres autem existimātes opportunissimū ad vindictā tēpus sibi oblatū, & facile ulturos se iniuriā fratri illatā, versus Medabā properauerūt, & insidiis in mōte collocatis expectabāt eorū transitū. Vt verò in cōspectum venit spōsus cum virgine & amicorum comitatu, vt fieri solet in nuptiis, coorti ex insidiis omnes ad vnū interfecerunt, & cum ornamentis ceteraq; præda reuerſi sunt voti cōpotes, & egregie vlti germani interitum de Amaræi filiis. ceciderūt enim hi non soli, sed cum vxoribus, liberis & amicis, vsq; ad quadringentorū numerū. Atq; ita Simon cum Ionatha in palustria Iordanis reuerſi, illic commorabantur. Bacchides autem per totam Iudæam præfidiis dispositis, ad regem suum reuerſus est: quo tempore per integrum biennium status rerum Iudæicarum fuit pacatior. Transfugæ autem & vulgus impiorum hominum videntes Ionatham & eius factionem secure versari in Iudæa propter tranquillitatem tēporum, per nuncios solitauerūt Demetriū, vt Bacchide misſo Ionathā in potestatem suam redigeret. fore enim hoc perfacile, & vnica nocte posse omnes eius milites insperato incursū opprimi. qui vbi iussu regis in Iudæam peruenit, ad omnes eius regionis amicos suos & auxiliares scripsit, darēt operā vt cōprehenderetur Ionathas. Cūq; omnium insidiis appeteretur, nec tamen quicquā proficeret: cautus enim erat, vt qui dolū præsenſerat: iratus Macedo trāsſugis, putānsq; & se & regē ab eis haberi ludibrio, interfecit ex eis l. præcipuos. Ionathas autem cum fratre & suorū manu metu secessit in vicum
Bethalagam, qui in deserto situs est: eūq; muniuit mœnibus & turribus, vt tutum haberet receptaculum. quo audito Bacchidis cum totis suis copiis, adiunctisque Iudæorum suæ factionis auxiliis contra eum profectus est: & aggressus oppugnare munitiones, per aliquot dies in eo conatu perſtitit. at ille nihil territus restitit acriter:
relictō

relictisq; ad oppidi tutelam Simone fratre clam egressus, & collectis in vicina regione suæ factionis hominibus, noctu in Bacchidis castra irruit, & multis trucidatis effecit ut frater aduentum suum cognosceret. quàm primum enim tumultum sensit in castris hostium, eruptione facta incendit eorum machinas, eade etiam non mediocri edita. Bacchides vero videns se à fronte ac tergo inuasum ab hostibus, re inopinata cõsternatus ob insperatum obsidionis exitum, vix fuit compos animi. totam autem indignationem effudit in transfugas ut impostores, quorum opera missus à rege fuerat, vnum cogitans quomodo ex dignitate sua & regis obsidioni sine imposito, exercitum sine ignominia posset reducere.

10 *Jonathas sessum bello Bacchidem cõpellit, inito cum Iudeis fœdere exercitum abducere. Cap. II.*



VA eius voluntate cognita Jonathas, misit ad eum nuncios, petens societatem & amicitiam inter se & eum fieri, captiuis vtrinque redditis. Id Bacchides ratus sibi honorificum, & oblatam occasionem qua posset non inglorius obsidionem soluere, amicitiam cum Ionatha iniit, iureiurando interposito, neutrum arma moturum in alterum: redditisque & receptis captiuis, Antiochiam ad suum regem reuersus est: nec vnquam posthac Iudæam cum exercitu repetiit. Jonathas verò hanc securitatem nactus, & degens apud Machmam oppidum, administrationi rerum & iuri populis reddendo operam impendit, & seuerè animaduertens in religionis patrie desertores, repurgabat suam gentem ab huiusmodi contagionibus.

Alexander filius Antiochi Epiphanis regem Demetrium bello aggreditur. Cap. III.



NNO autem sexagesimo supra centesimum Alexander Antiochi Epiphanis filius veniens in Syriam Ptolemaidem occupauit, proditione militum qui eam tenebant præsidio, moresque Demetrii oderant, ut parum comis & superbi admodum. Inclusus enim in regium quoddam castellum munitum quatuor turribus, non procul situm ab Antiochia, neminem admittebat: & omissa reipublicæ cura degebat in ocio per segnitiam, unde grauiora etiam odia contra eum exorta sunt, sicut alibi à nobis dictum est. Audito igitur quod Alexander occupasset Ptolemaidem, cum omnibus copiis contra eum profectus est.

30 *Demetrius missa legatione ad Ionatham multis muneribus eum ad amicitiam suam pertrahit. Cap. IIII.*



ISIT etiam legatos ad Ionatham, inuitans eum ad societatem & amicitiam, præuenire Alexandrum cupiens, ne forte ille prior impetraret illius auxilium, idque eo facilius, quod odia inter se & Ionatham intercesserant: cui mandabat ut haberet delectum militum, & arma pararet, reciperetque Iudæorum obsoles, quos Bacchides in Hierosolymitanam arcem incluserat. Talis conditio cum offerretur à Demetrio, Ionathas venit Hierosolyma, & legit regias literas audiēte tam populo quam arcis præsidio. quibus lectis impij & transfugæ qui in arce erant, vehementer sunt territi, quod rex Ionathæ & exercitum colligere permetteret, & obsoles recipere: quos suis quemque parentibus restituit. Atque ita Ionathas Hierosolymis habitabat, suo arbitratu multa in ea vrbe reparans. nam & mœnia eius iussit saxo quadrato extrui, quo firmitiora essent contra assultus hostium. Quod ubi senserunt qui dispersi erant per præsidia, omnes relictis illis receperunt se Antiochiam, exceptis solis qui Bethsura tenebant & arcem Hierosolymis. nam horum maxima pars constabat ex Iudæis religionis desertoribus, & ideo præ metu non sustinuerunt præsidia relinquere.

Alexander maioribus quam Demetrius pollicitationibus & delato pontificatu Ionatham in partes suas traducit. Cap. V.



50 *ALEXANDER* autem cognito quid Demetrius Ionathæ promiserit, nec ignorans viri fortitudinem, & quomodo se gesserit contra Macedonas, tum qualiter vexatus sit à Demetrio eiusque duce Bacchide, apud amicos diuitiabat, non posse se eo tempore commodiorē socium inuenire quam Ionatham: qui & virtute sit eximia, & peculiare odij causas contra Demetrium habeat, quod datis vicissim & acceptis cladibus exacerbatum fuerat. Itaque si idem

ipsis videatur, adesse occasionem inuitandi hominem ad amicitiam. cumque id purpuratis quoque suis probari animaduerneret, scripsit talem epistolam. Rex Alexander Ionathæ fratri S. Quia iamdudum audiuius de fide tua simul & fortitudine, mittimus ad te qui de societate agant, & amicitia: & nostro suffragio hodie te pontificem Iudæorum constituimus, & in amicorum nostrorum numerum ascribimus. mitto etiã tibi munera, stolam purpuream, & coronam auream, & rogo vt sic honoratus à nobis, non cedas nobis mutua beneuolentia. His literis acceptis Ionathas pontificiam stolam induit, in ipso scenopegiæ festo, post quadriennium exactum à Iudæ fratris obitu, cum vacasset interim sacerdotium: moxq; contraxit exercitũ, & fabricauit magnũ armorum numerũ. Demetrius vero hoc cognito multũ doluit, damnans suam cunctationem, quòd non præueniens æmulũ, eblanditus sit Ionathæ fœdera, sed elabi sibi hanc occasionem, & ab Alexandro arripi passus sit. Scripsit tamen etiã ipse pontifici & populo in hanc sententiam. Rex Demetrius Ionathæ & Iudæorum genti salutem. Quoniam seruastis nostra fœdera, & sollicitatibus vos inimicis nostris nõ accessistis, equidẽ laudo vestram fidem, hortorq; vt constantes sitis in ea, dignam percepturi à nobis gratiam. Remittã enim vobis maximam tributorũ partem: & iam nunc remitto quæ pendebatis tam mihi, quàm his qui me præcesserunt regibus: insuperq; salis preciiũ & aurum coronarium. & tertiam seminis, dimidiãmq; partẽ fructus arborei solitam mihi cedere, ab hodierno in posterum vobis remitto: simulque quod in singula capita pendebatur ab his qui Iudæam incolunt, & tres attributas ei toparchias, Samariã, Galilæam & Peræam, vobis concedo in perpetuum. Et Hierosolymitanam urbem sacrã esse volo, & ius asyli habere, immunẽmq; esse cum suis finibus à tributis atq; decimis. Arcem etiam eius permitto pontifici vestro Ionathæ, vt quos ipse fidos & amicos probauerit, in præsidio eius constituat. Eos quoq; Iudæos qui iure belli capti seruitutẽ in nostra ditione seruiũt, in pristinam libertatẽ restituo, ac ne iumenta quidẽ ad angarias adigi permitto. Sabbatis item & festis solẽnibus, & tribus diebus ea præcedentibus immunitatem concedo. Eodẽ modo Iudæos qui in mea ditione habitant, liberos, & sine molestia degere volo: & quicumque ex eis mecum militare voluerint permitto, duntaxat vsq; triginta milliũ numerũ: idq; ea conditione stipendiorum, qua cæteros meos milites. Habebo etiã eos in præsidiis & in meo satellitio, & principes eorũ in aulicorũ meorum numero. Permitto etiam vt patriis vtantur legibus & ipsi & tres attributæ eis præfecturæ: vtq; pontifici curæ sit, ne quis Iudæus aliud templum præter Hierosolymitanũ religionis ergò adeat. Præterea do in singulos annos ex meis rationibus in sumptus sacrificiorum quindecim millia siclorum argenti, & quod pecuniæ superfuerit vestrum esse iubeo. & decẽ illa drachmarum millia, quæ de templo accipiebant reges, sacerdotibus atque ministris templi remitto, ad quos ea pertinere compertum mihi est. Quicumque etiam confugerint in templum Hierosolymitanum, sanũmq; cõtiguum, siue ob debitam regi pecuniam, siue alia de causã, immunes sint ab omni vexatione, tam ipsi quàm eorũ facultates. Permitto etiam vt reparetur templum, & operũ sumptus de meis pecuniis fieri iubeo: sicut & mœnia & turres altas æque de meo volo ædificari. tum si quæ sunt loca per Iudæam apta ad struendas arces, imponendãq; præsidia, & hæc meo sumptu muniantur. Atque hæc fuerunt literæ ac pollicitationes Demetrii. Alexander autem rex magnis copiis contractis tam è mercenario milite, quàm eo qui in Syria defece- rat à Demetrio, omnes in hostem duxit, collatisq; signis sinistrum cornu Demetrii oppositam sibi aciem terga coegit vertere: hærentesq; diu fugientium vestigiis etiam castra eorum diripuerunt. at dextrum cornu in quo rex ipse pugnabat, compulsus est loco cedere: & reliquis effuse fugientibus, Demetrius fortiter decertans alios hostium occidit, alios non sustinentes ipsius imperum persequens, abreptus est in cœnum quoddam profundũ & transitu difficile: vbi prolapso equo, omni effugio destitutus, ab accurrentibus oppressus est. Circundatũ enim corona confixerunt iaculis, at ille etiam pedes genere se repugnabat, donec crebris vulneribus confectus succubuit. Hic fuit finis Demetrii post exactum regni annum vndecimum, sicut in aliis commentariis iam antè demonstrauimus.

De



ONIAS autem pontificis Oniæ filius, qui profugus Alexandria degebat IIII
 apud Ptolemæum Philometorem, ut iam antè diximus, videns Iudæam
 vastatam à Macedonibus eorúmque regibus, & sibi æternam memoriam
 parare volens, decreuit à rege Ptolemæo & regina Cleopatra per literas
 petere, ut sibi liceat in Ægypto instar illius Hierosolymitani, templum ædificare, &
 in eo Leuitas & sacerdotes ex suo genere constituere. Hoc autè consilium cepit frē-
 tus maxime prophetæ Esaiæ vaticinio, qui ante D. C. amplius annos prænunciarat fo-
 10 re omnino ut templū aliquando Deo maximo ædificaretur in Ægypto, idque hominis
 Iudæi opera. Hoc igitur oraculo excitatus scribit Ptolemæo & Cleopatraz talem epi-
 stolam. Dum in bello strenuam vobis operam nauans cum Deo, varias regiones ob-
 irem, animaduerti apud Cœlesyriam & Phœnicen & Leontopolim, quæ est in præ-
 fectura Heliopolitana, aliisque in locis Iudæos præter decorum habere templa, & ideo
 male inter eos cōuenire: quod & Ægyptiis vsu venit, propter multitudinem templo-
 rum & diuersitatē religionū. Et quia locū idoneum inueni apud castrū quod agrestis
 Bubastis dicitur, plenum varia materia sacrisque animalibus, rogo ut mihi permittatis
 templum, quod illic est nulli sacratū numini, iamque collapsum repurgare, & aliud lo-
 20 co eius Deo maximo extruere ad Hierosolymitani illius similitudinem, pari etiā mo-
 do & mensura, pro salute tua & reginæ atque liberorū vestrorum: ut Iudæi qui Ægy-
 ptum incolunt illuc conuenientes, quo magis alent mutuā concordia, eo accōmo-
 datiores fiant tuis vsibus. Nam & Esaias vates prædixit, quod erit domino Deo sa-
 crariū in Ægypto, & alia multa de eo loco cecinit. His Oniæ literis acceptis, rex & so-
 ror eius ac coniux Cleopatra declarauerunt suam pietatem per epistolam quam ei
 rescripserunt. Nam peccatū hoc & præuaricationē legis à se in Oniæ caput reiece-
 runt: sic enim rescriptū habet. Rex Ptolemæus & regina Cleopatra Oniæ gaudium.
 Legimus tuas literas in quibus postulas, ut tibi permittamus illud apud Leontopo-
 lim præfecturæ Heliopolitanæ collapsum templum repurgare, quod vocatur agre-
 stis Bubastis: quod sanè miramur, si poterit acceptum esse Deo templum statutum in
 30 impuro loco & pleno animalibus. Sed quoniā ais prophetam Esaiam iam olim hoc
 prædixisse, permittimus tibi hoc quatenus potest salua legis obseruatione fieri, ne vi-
 deamur per hoc peccare in Dominū. Onias igitur impetrato loco, extruxit ibi tem-
 plum & altare Deo ad Hierosolymitani similitudinem, sed minus & non peræque opu-
 lentū. Mensurā vero eius & vasa nunc nō libet repetere, cōmemorata iam ante in se-
 ptimo belli & captiuitatis Iudaicæ volumine. Nec defuerunt Oniæ similes ipsius Le-
 uitæ sacerdotes, qui illic diuinū cultum frequentarent & instaurarent ceremonias.
 Sed de hoc templo hætenus. Apud Alexandria verò inter Iudæos & Samaritas, qui
 sub Alexandro magno Garizitani templi religionem induxerunt, seditio est exorta
 de sacris ipsorum, ita ut res ad regis cognitionē perueniret: dum Iudæi contendunt
 40 iuxta Moyli præscripta Hierosolymitanū templū esse legitimū, Samaritæ verò Gari-
 zitanū: prouocatūque est ad regem & amicorū eius confessum, ut ab his causa audi-
 retur, & vtrius partis causidici succumberent, morte mulctarentur. patrocinebatur
 Samaritis Sabbæus cum Theodosio, Hierosolymitanis Iudæis Andronicus Messa-
 lami filius. iuraueruntque per Deum & regē, quod ex lege probationes allaturi essent,
 & rogauerunt regē ut necaret eum qui iusiurandum non seruasse deprehenderetur.
 Itaque rex multis amicis in consilium adhibitis, confedit causam auditurus. Iudæi ve-
 rò qui Alexandriam habitabant valde erant solliciti pro tuentibus iuxta Hierosolymi-
 tani templi ægre ferentes autoritatē antiquissimi & nobilissimi in orbe templi voca-
 ri in discrimen. Sed cum Sabbæus & Theodosius cessissent Andronico ut prior dice-
 50 ret, orsus ex lege approbare eius sanctitatem & religionem, ostendensque per conti-
 nuas pontificum successiones, sacerdotij vsque in sua tempora propagationem, &
 ab omnibus Asiæ regibus maiestatem eius loci honoratam donariis: Garizitani verò
 ac si omnino nullum esset, nunquam ab his habitam rationē: his & talibus rationi-
 bus persuasit regi, ut decerneret Hierosolymitanum esse ex sententia Moylis condi-

tum, Sabban verò & Theodosium addiceret supplicio. Atque hæc sunt quæ Alexandrinis Iudæis acciderunt Ptolemæi Philometoris tempore.

Quòd Alexander post mortem Demetrii Ionatham in summo honore habuit. Cap. VII.

V
1. Mach. II



Æs o autem in pugna Demetrio, sicut superius dictum est, Alexander assumpto Syriæ principatu scribit Ptolemæo Philometori, filiâ eius nuptum sibi dari deposcens, æquum esse dicens ut se affinitate dignetur, post receptum fauente Deo paternum imperium, & Demetrium bello deuictum. Ptolemæus verò libenter eius postulatis admissis, rescripsit & gratulari se ei de recepto regno paterno, & filiam collocaturum in matrimonium: iussitq; ut sibi Ptolemaidem occurreret, adducturo illò filiam, & ibi celebraturo eius nuptias. subsecutus deinde literas, ad constitutum locum peruenit cum Cleopatra filia, & reperto ibi Alexandro eam coniunxit, addita in dotem auri & argenti summa, quanta tam potentem regem decuit. Ad has nuptias vocatus est per literas ab Alexandro & Ionathas pontifex, & cum venisset ad reges, amplisq; muneribus utrunq; donasset, ab utroque in magno honore habitus est. nam Alexander mutare eum vestem coegit, & purpuratū aslidere sibi pro tribunali: mādauitq; suis ducibus ut in medium vrbs eo producto, præconis voce edicerent, nemini licere accusationē contra hominē instituere, aut vlla in re exhibere ei negotium. quo factò cū manifestū esset quanti rex eum faceret, aduersarij qui ad accusandum parati venerāt, subdixerūt se, veriti ne ipsis potius mali aliquid accideret. Tanta autē beneuolētia rex hic Ionathā prosecutus est, ut ei primum locum in amicorum suorum numero assignauerit.

Demetrius Demetrii filius deuicto Alexandro & occupato regno, in fœdus & amicitiam Ionatham recepit. Cap. VIII.



N o autem centesimo sexagesimo quinto Demetrius Demetrii filius, acceptis multis mercenariis militibus à Lasthene Cretensi, soluens ab ea insula traiecit in Ciliciam: cuius rei nuncio Alexander vehementer est territus: mōxq; è Phœnice properauit Antiochiam, ut res eius ante Demetrii aduentum in tuto cōstitueret, interim Cœlesyriæ Apollonio Dauo duce præposito. Is profectus cū exercitu Iamniā, misit ad Ionatham pontificem nuncium, rem indignam dicēs: eum solum pro suo arbitrio viuere nō subiectum regis imperio: & sibi ipsi esse opprobriū, quòd eum sub imperium non redigat. Ne igitur, inquit, in montibus desidens putes te posse aliquid: sed si confidis tuis viribus, in campum descende, ut ferro decernamus, vter nostrum sit virtute præstantior. Ne sis tamen inscius, quod è singulis vrbi- 30 bus fortissimi mecum militant, assueti semper tuos maiores vincere. quamobrē provocato te in eum locum, vbi armis non saxis pugnandum est, & in quo nullū præsto est victis refugium. His verbis irritatus Ionathas, delectis decem millibus militum, vnā cum Simone fratre profectus est Hierosolymis: & cū peruenisset Ioppen, extra urbem castra metatus est, exclusus à Ioppensibus, qui intus habebant Appollonij præsidium. Ionatha autem oppugnationem instituente, veriti oppidani ne per vim caperētur, portas ei aperiunt. Apollonius verò postquā accepit Ioppen occupatam à Ionatha, assumptis tribus equitum, octo peditum millibus, Azotum se contulit: & inde profectus lento gradu iter faciebat. Cūq; venisset Ioppen, paulum retrocedēs traxit Ionatham in planiciem, fretus equitatu, & in eo victoriæ spem collocans. Ionathas verò progressus insequēbatur Azotum versus Apollonium: qui vbi hostē conspexit deuenisse in plana, reuersus est ut prælium committeret. cūq; mille equites in insidiis positi fuissent in quodam torrēte, ut se Iudæis à tergo obicerent, Ionathas qui hoc mature sensit nō est territus: sed instructa in laterculi formam acie, hortatus 50 est suos, ut vtrinq; pugnarent in hostem, à tergo & à fronte adoriēti resistēdo. cūq; præliū protraheretur vsq; vespērā, data parte exercitus Simoni fratri, iussit hunc cum hostiū phalange cōfligere. ipse verò suis mandauit ut obiectis scutis exciperent tela immissa ab equitibus. qui cū hoc fecissent, exhausti sunt telis equites, nec tamen quen

quenquam læserunt . non enim penetrabant ad corpora ; sed obiecta scutorum ceu
 testudine , densitate eorū facile repellebantur , & cadebant irrita . Vbi verò iaculando
 à mane vsq; post meridiē lassatum hostem animaduertit Simon , phalangē aggredi-
 tur , & vsus egregia suorū opera hostem coegit fugere . quo viso equites , ne ipsi quidē
 locum suum tenuerunt : sed fessi diutina iaculatione , & videntes nihil amplius spei
 situm in peditibus , nullo ordine cōfusi fugiebant , dissipati per totam planiciē . Iona-
 thas autē victos Azotum vsque persequens , multis cælis reliquos desperata salute in
 templū Dagonis , quod est in ea vrbe , cōpulit . qua capta eodē impetu , & ipsam & cir-
 cumuicinos vicos incēdit , ac ne Dagonis quidē religione deterritus , & sanū ipsius &
 10 quotquot eō cōfugerant cōcremauit . fuitq; numerus tam eorū qui exusti sunt , quā
 qui ceciderunt in prælio , octo millia hominū . Deuictō igitur hoc exercitu , ab Azoto
 profectus ad Ascalonē admouit copias . & cū extra urbē castra posuissent , prodie-
 runt ad eum Ascalonitæ cum hospitalibus muneribus . quibus acceptis , & collaudata
 eorū voluntate , reuersus est illinc Hierosolyma , multam secum ducens prædā , quam
 abegit deuictis hostibus . Cæterū Alexander audito quòd victus esset dux eius Apol-
 lonius , simulabat se lætū , quandoquidē ille præter animi sui sententiā aggressus esset
 Ionatham , amicum & sociū : & misit ei virtutis ergō sūbulam auream , quod gestamen
 solis cognatis regis concedebatur , & Accaronis toparchiam ei possidendam in per-
 petuum addixit . Per idem tempus Ptolemæus Philometor cum naualibus & ter-
 20 restribus copiis venit in Syriam , Alexandro genero laturus auxiliū , alacriter excipien-
 tibus ipsius iussu ciuitatibus vsq; Azorū , vbi obtundebatur querimoniis deplorantiū
 Dagonis templi incendiū : accusabantq; populariter Ionatham autorem eius iniuriæ ;
 qui & agros eorum vastasset ferro ac flammis , & plurimos ciuiū dedisset exitū , Pro-
 lemæo penē dissimulanter audiente eorū querimonias . Ionathas verò apud Ioppen
 ei occurrit , exceptus & muneribus & omni honoris genere . deinde cū vsq; Elcuthē-
 rum fluuiū regem deduxisset , reuersus est Hierosolyma . postquā autē Ptolemaidem
 peruenit , minimum abfuit quin oppressus sit Ptolemeus , Alexandri insidiis per Am-
 monium eius amicum appetitus . quibus detectis scripsit Alexādro , deposcens Am-
 monium ad supplicium , quod meritum aiebat , propter structas sibi insidias . qui cū
 30 nō dederetur , intellexit ipsum Alexandrū earum fuisse autorem , & cœpit eum magno
 odio prosequi . Antiochenos autē iam antea propter eum Ammonium infensos ha-
 bebat , à quo plurimis affecti fuerant incōmodis . Nō tamen effugit pœnā Ammonius ,
 turpiter vt mulier cæsus , dum amictu fœmineo quærit latebras , quemadmodū in alio
 diximus commentario . Ptolemæus autem affinitatis Alexandri pœnitens , & lati ad-
 uersus Demetrium auxiliij , abstracta à marito filia confestim ad Demetrium mittit le-
 gatos de societate & amicitia , his conditionibus , vt data ipsi in matrimonium filia , in
 paternum regnum eum restitueret . At ille & amicitiam eius & oblatā cōiugem per-
 libenter amplexus est . vnus etiam reliquus erat labor Ptolemæo , vt Antiochenis
 persuaderet Demetrium recipere , alienatis ab eo propter iniurias à patre eius acce-
 40 ptas . perfecit tamen hoc quoq; . nam propter Ammonium habentes exosum & Ale-
 xandrū , facile impulsī sunt , vt eum ex vrbe eiicerēt . Atq; ita elapsus ex Antiochia ve-
 nit in Ciliciā : Ptolemæus verò urbem ingressus , & à ciuibz rex consalutatus est &
 ab exercitu , coactus duo sibi imponere diademata , alterum Asiæ , Ægypti verò alte-
 rum . Sed cū esset natura iustus , & nimis potētiae minime cupidus , ad hæc prudēs ,
 & qui nollet Romanis inuidiosus fieri , aduocata Antiochenis cōcione , persuasit
 eis vt Demetrium reciperent , pollicitus eum maiorem rationem habiturum recen-
 tis eorum beneficij , quā odiorum , quæ illis cum patre eius intercesserant . Se quoq;
 affirmavit monstratorem ei fore vitæ recte instituendæ & administrandæ reipublicæ :
 nec passurum quicquam tentare , quod non deceat . nam quod ad dominationem
 50 attineat , contentum se esse Ægypti imperio . atque ita perducti sunt in eam senten-
 tiam Antiocheni , vt Demetrium reciperent . Cæterum cū Alexander ducens vali-
 dum exercitum è Cilicia inuasisset Syriam & Antiochenum agrum vastaret rapinis
 atque incendiis , occurrit ei Ptolemæus vnā cum genero suo Demetrio : iam enim
 confectæ erant nuptiæ : & victus Alexander compulsus est fugere in Arabiam . Fortē
 accidit

accidit in eo prælio, vñ equus Ptolemæi consternatus barritu elephanti eum excuteret, prostratumq; aggressi hostes vulneribus in caput inflicti in periculū extremum adducerent, ni ereptus esset interuentu satellitum. attamen per integrū quattiduum sopitis sensibus, nec loqui potuit, nec loquentes intelligere. Alexandri verò caput Zabelus Arabum dynasta recisum misit ad Ptolemæum, qui die quinta demum respirans à vulneribus, & ad se reuersus iucundissimo sibi rumore simul & spectaculo capitis ac mortis Alexandri paut animum & oculos. nec ita multo post exatiatus gaudio percepto ex inimici interitu, & ipse vitam finiit. Alexander autem cognominatus Veles, per quinquenium regnum obtinuit, sicut aliàs indicauimus. Demetrius autem cognomine Nicanor, regno potitus cum esset prauo ingenio male mul- 10 etabat Ptolemæi milites, oblitus & auxilij & affinitatis, quæ per Cleopatrx nuptias recens intercesserat. Illi verò perosi hominis ingratitude receperunt se Alexandriam, elephantis tamen in eius potestate relictis. Interim Ionathas pontifex coactis è tota Iudæa copiis, aggressus est oppugnare arcem Hierosolymis & Macedonicum præsidium, cum desertoribus religionis qui eò confugerant. Hi primum contemnebant conatus Ionathæ, quòd satis fiderent loci munitionibus: tandem nocte aliquot scelesti elapsi peruenerunt ad Demetrium, arcis oppugnationem nunciantes. Qui iratus mouit exercitum ex Antiochia contra Ionatham: cumq; peruenisset vsq; Ptolemaidem, acciuit eum ad se per literas. Ille non intermissa oppugnatione, cum senioribus populi & sacerdotibus aurum, argentum, vestem, aliàque xenia deferens 20 venit ad Demetrium, & hac munificentia mittigauit regis animum: tractatusq; honorifice, confirmatus est in pontificatu, quemadmodum à superioribus regibus. Accusatoribus autè eius transfugis fidem non habuit: verumetiam rogatus vt pro Iudæa vniuersa tribusq; attributis ei toparchiis, Samaria, Ioppe, & Galilæa, c c c. tantum talenta penderentur, concessit per diploma tale. Rex Demetrius Ionathæ fratri & Iudæorum genti gaudium. Exemplum epistolæ quam scripsimus Lastheni parenti nostro, misimus ad vos vt sciretis: Rex Demetrius Lastheni patri gaudiū. Genti Iudæorum amicis nostris & iura amicitix seruantibus, decreui beneuolentiæ gratiā referre. quapropter tres præfecturas, Apherimam, Lyddam, Romatham cum iuis finibus, Samaritis ademptas ad Iudæam attribuo: & remitto quicquid solebant ante me reges 30 accipere à sacrificantibus Hierosolymis, aliàq; tributa pro fructu terræ atque arborum: præterea salinarum vectigal & aurum coronarium: neque quicquam horū exigetur in posterum. Cura igitur vt huius scripti exemplar mittatur ad Ionatham, & dedicetur in illustri aliquo loco templi sanctissimi. Hactenus diploma. Porro Demetrius videns ditionem suam pacatam, & nihil timendum periculi, dimisit exercitum, & stipendia militum minuit, solis exteris mercedem soluēs, quos secum è Cretra aliisq; insulis collectos adduxerat. quamobrem odium sibi concitauit apud proprium militem, cui ipse nihil numerabat, solito ab aliis ante eum regibus etiam pacis tempore stipendium accipere, vt hoc pacto alacriores fierent, ad subeunda quoties opus esset pericula. 40

*Tryphon Apamenus post deuictum Demetrium Antiocho Alexandri filio regnum
asserit, recepto in amicitiam Ionatha.* Cap. IX.

VIII
1. Mach. II



AM alienationem militum à Demetrio animaduertens quidam ex Alexandri ducibus genere Apamenus, Diodotus cognomine Tryphon, venit ad Malchū Arabem, qui educabat Alexandri filium Antiochū: & cum indicasset ei quā infensi essent Demetrio milites, suasisit vt sibi Antiochū traderet. effecturū enim se, vt is receptus potiretur paterno imperio. At ille primum difficilem se præbebat, quòd non satis ei fideret: tandē Tryphon euicit assiduis precibus. Interea Ionathas pontifex volens tollere Hierosolymitanæ arcis præsidium, & 50 impios transfugas, reliquosq; qui arces tenebant in ea regione, legatione cum muneribus missa ad Demetrium, rogabat eum vt præsidia de Iudææ castellis eiiceret. Qui non hac tantum in re, sed maiora etiam gratificaturum se ei pollicitus est, quàm primum leuatus esset præsentī bello, per cuius negocia non liceret nunc id facere. postu

postulabat etiam ut pro iure amicitiae mitteret auxilia, quandoquidem sui milites ad hostem deficerent: moxque tria millia delectorum militum Ionathas ad regem misit. Cæterum Antiochenſes exoſum habentes Demetrium, tam propter ipſius quàm propter paternas iniurias, cupiebant eum per occasionem aggredi: videntésque auxilium ei veniſſe à Ionatha, & conſiderantes breui augendas eius vires niſi mature præuenirent, correptis armis circumſteterunt regiam velut expugnaturi, & intercepto exitu conabantur illum in poteſtatem ſuam redigere. Qui videns populum armatum hoſtiliter ſe impetere, aſſumpto mercenario milite & Iudæis auxiliaribus, conſixit cum Antiochenſibus, & ſuperatus numero, compulſus eſt cedere. Tum Iudæi receperunt ſe
10 in teſtum regiæ, & è ſuperiore loco miſſilibus feriebant populum: quod cùm tutò facerent propter loci eminentiam, facile repulerūt eum à propinquis ædibus: & mox inieſto in eas igne, incendium totam urbem peruagatum eſt propter deſitatem ædificiorum, quæ tota ferè conſtabant è materia lignea. Antiochenſes verò non valentes ædibus flagrantibus ſuccurrere, in fugam ſe verterunt. Tum Iudæi de vno teſto in aliud tranſilientes, miris modis eoſ inſectabantur. Rex autem animaduertens Antiochenos occupatos in eripiendis liberis & vxoribus, & ideo intermiſſiſſe prælium, per diuerſos angiportus eos aggreſſus, multis occiſis reliquos coegit abiectis armis deditionem facere: & conceſſa audaciæ venia, ſeditionem cõpeſcuit, donatósque Iudæos præda quam ex direptionib. parauerant, & collaudatos quaſi autores eius victoriæ remiſit ad Iona-
20 tham non ſine præclaro virtutis eorum teſtimonio. poſtea tamen ingratus apparuit, & non ſeruauit pollicita, bellum etiam minatus, niſi redderet tributa omnia quæ Iudæorum gens ſolita eſt prioribus regibus pendere. Feciſſetque etiam ni impeditus eſſet à Thryphone, coactus apparatus contra Ionatham factum in illum potius vegere. reuerſus enim ex Arabia in Syriam cum Antiocho etiam tum adoleſcente, diadema eius capiti impoſuit: & deficientibus ad ſe omnibus militibus, qui fraudati ſtipendiis fuerant, aperto bello Demetrium adortus eſt: & vno prælio factus ſuperior, tum elephantos, tum Antiochenam urbem illi ademittit, compulſo in Ciliciam cedere. Tum Antiochus adoleſcens miſſis literis & legatis ad Ionatham, ſocium & amicum eum nominat, & pontificatum ei confirmat, conceſſis & quatuor præfecturis, quæ Iudæorum regioni
30 attributæ fuerant. Ad hæc aurea vaſa & pocula veſtémque purpuream & ius vtendi miſit ei, nec non fibulam aureã, cooptato inter amicos primarios. Simonem etiam eius fratrem militibus, quantum eorum eſſet Tyrum inter & Ægyptum præpoſuit. Ionathas verò lætus tot collatis in ſe per Antiochum beneficiis atque honoribus, & ipſe ſuos legatos ad eum ſimul & Tryphonem miſit, amicum ſe & ſocium profeſſus, geſturumque vnà bellum contra communem hoſtem Demetrium, multa de eius ingratitude queſtus, quòd pro beneficio iniuriam ſibi repoſuiſſet. cùm igitur permiſſum eſſet ei ab Antiocho, collectis etiam è Syria & Phœnice militibus bellum contra Demetrii duces gerere, cõfeſtim profeſtus eſt ad vicinas vrbes & oppida: à quibus honorificè, exceptus, nullis tamen adiutus eſt militibus. & cùm Aſcalonem veniſſet: hic quoque ab
40 oppidanis cum muneribus ei occurſum eſt: quos & ipſos hortatus eſt, quemadmodum alias vrbes Cœleſyriæ ut à Demetrio deficerent ad Antiochum, & pro acceptis iniuriis pœnas ab eo repeterent. eſſe enim multas cauſas, cur ad hoc conſentire debeant. quib. perſuaſis ut polliceretur auxilia, ad Gazæos peruenit, ut hos quoque conciliaret Antiocho. hos præter ſpem inuenit portas ſibi clauſiſſe, nolentes deſerto Demetrio parti aduerſæ ſe coniungere. quare Ionathas irritatus eſt, ut & agros vaſtaret, & urbem conaretur vi capere: reliſtâque ad eius obſidionem parte exercitus, cum reliqua manu in vicos ſæuebat incendiis. Tum Gazæi videntes præſentem calamitatem ab hoſte, nec vllum interim auxilium à Demetrio, & ſpem quoque incertam propter locorum diſtantiã, ſatius exiſtimauerunt illo omiſſo neceſſitati ſuæ
50 conſulere: & miſſis ad Ionatham nunciis recepti ſunt in ſocietatem atque amicitiam. Aliquando enim homines non niſi ſuo malo docti intelligunt quid ſit vtile, cùm deberent ſapere ante acceptum incommodum, & vltro potius quàm coacti imperata facere. Ionathas verò acceptis obſidibus, & miſſis Hieroſolyma, digreſſus inde, totam regionem uſque Damascum obibat. cùmque Demetrii validus exercitus
A acced

accessisset ad urbem Cedesam, quæ propinqua est Tyrionum agro & regioni Galilææ, velléntque Ionatham abstrahere à Syria, laturum opem Galilæis suæ ditionis hominibus, occurrit eò propere Simone fratre ad Iudææ præsidium relicto. Is collectis quotquot poterat eius regionis militibus, Bethsuram oppugnabat, locum totius Iudææ munitissimum, & incessum à Demetrianæ factionis hominibus, ut iam antè diximus. qui cum aggeribus simul ac machinis vehementer infestarentur, veriti ne occupato per vim loco ad vnum necarentur, per nuncium rogabant Simonem, ut sibi liceret relicta ipsi Bethsura, incolumibus decedere & proficisci ad Demetrium. ille verò data eis in hoc ut postulabant fide, pro Macedonico suum ibi collocavit præsidium. Interim Ionathas in Galilæa, motis à stagno Genesara castris quæ primum 10 posuerat, in campum Asor progressus est, nescius hostem esse in eo. Demetriani vero qui ante vnum diem aduentum eius præsenferant, collocatis prius in monte insidiis, ipsi in campo ei se opposuerunt. Quos conspiciens Ionathas paratos ad prælium, & ipse suos pro tempore ad certamen instruit. Sed cum à tergo se insidiatores Iudæis ostendissent, veriti ne intercepti in medio contrucidarentur, in fugam se dederunt, ita ut penè omnes Ionatham desererent in periculo. Soli duces Matthias Absalomi & Iudas Chapseï cum quinquaginta virorum fortium manu permanserunt: qui à desperatione sumpta audacia, tanto impetu aduersam hostium frontem impulerunt, ut territi ceu furentibus cederent. Tum verò illi qui Ionatham destituerant, videntes fluctuantem & inclinatam hostium aciem, reuersi in prælium, iam in aper- 20 tam fugam versos persequabantur, donec ad Cedesam ventum est, ubi intra castra compulsi sunt. Ionathas autem egregia victoria potitus, recepit se Hierosolyma. Et cum omnia sibi ex sententia Dei fauore videret cedere, misit Romam legatos de renouanda amicitia, quibus dedit mandata, ut in reuertendo obiter inuiscerent Lacedæmonios, eosque cognationis admonerent atque fœderis. qui postquam Romam venerunt, expositis ad senatum postulatis Ionathæ pontificis, quòd cuperet renouari fœdera, & impetratis quæ volebant omnibus, acceptisque literis commendatitiis ad reges Europæ & Asiæ, quo tutius possent iter facere, in reditu peruenerunt etiam ad Laedæmonios, & obtulerunt eis literas à Ionatha pontifice, quarum exemplum erat hoc. Ionathas pontifex gentis Iudæorum, & senatus ac populus Iudæorum, Epho- 30 ris Lacedæmoniorum senatuique & populo fratribus suis, Salutem. Si valetis, & res vestræ tam publicè quàm priuatim prospere cedunt, gaudemus: valemus enim nos quoque. Superioribus temporibus perlata ad Oniam pontificem nostrum, ab Ario rege vestro missa per Demotelem epistola, de cognatione nostra, cuius exemplar subiunximus, & literas eas cupide accepimus, & Demoteli atque Ario omnem exhibuimus beneuolentiam, quamuis iam ante hoc non ignoraremus, nimirum docti è sacris nostris scripturis. Quòd verò non prius vos cognatos agnouerimus, ideo factum est, ne videremur vobis captandæ amicitie occasionem præripere. Interim eo tempore ex quo renouata est nostra necessitudo, in sacris solennitatibus rem diuinam facientes, etiam pro vestra salute ac victoria vota nuncupauimus. Et cum 40 multis circumquaque bellis vexaremur, propter vicinorum immoderatas cupidines, tamen nec vos nec alios sollicitandos duximus. Nunc verò peracto bello, missimus ad Romanos Numenium Antimachi & Antipatrum Iasonis, viros senatores & honoratos: quibus etiam ad vos dedimus literas, ut renouent mutuam nostram amicitiam. Bene igitur facietis, si vos quoque nobis scripseritis, & significaueritis, si qua in re vobis opera nostra possit esse vsui, ad omnia obsequia promptos nos habituri. Itaque Lacedæmonij & legatos comiter acceperunt, & decretum publicum de amicitia atque societate eis tradiderunt. Hoc tempore tres Iudæorum sectæ erant, quæ de rebus humanis inter se dissentiebāt: vna Phariseorum dicta, altera Sadducæorum, tertia Essenorum. Horum Pharisei, quædam, at non omnia fato tribuunt, quæ- 50 dam verò in sua potestate esse aiunt, ut vel fiant vel non fiant. Esseni verò omnia in fati potestate esse affirmant, nec quicquam hominibus præter fati decretum accidere. At Sadducæi fatum omnino negant, & è rebus tollunt, dicentes nihil fataliter euenire hominibus: & omnia in nostra ipsorum potestate esse, ut tam felicitatis nobis ipsi

auto

autores simus, quàm infortunij, si deteriora consilia secuti fuimus. Sed de his diligentius tractauimus in secundo de Iudaico bello volumine. Porro Demetrij duces volentes acceptæ cladis abolere ignominiam, maioribus copiis reparatis duxerunt contra Ionatham. qui comperto eorum aduentu propere in Amathensem agrum occurrit: nolebat enim eos sine impedimento Iudæam inuadere. cùmque ad quinquaginta stadia prope hostem castra posuisset, misit qui res hostium & munitiones perspecularentur. qui cùm explorassent omnia, & quosdam captiuos noctu adduxissent, indicantes quòd ex improviso hostis vellet eos aggredi, mature omnia cõmuniit, dispositis etiam extra castra excubiis, & in armis retinens per totam noctem exercitum, iussu parato esse animo, etiam si noctu pugnare opus sit, nequid eos hostium conatus fallerent. Demetrij verò duces vt sentire Ionatham præmonitum hærebant inopes consilij, hoc ipso turbati, quòd viderent sibi nihil successurum absque insidiis, nec aperto Marte pares se Ionathæ futuros ducerent. Decreuerunt igitur abire, & relictis multis per tota castra ignibus, quo magis hostem fallerent, noctu discesserunt. At Ionathas mane castra adortus, postquam deprehendit inania, cœpit fugientes persequi, sed frustra. Iam enim transgressi fluuium Eleutherum in tuta loca se receperant. Flexo igitur in Arabiam itinere, & Nabathæis vastatis, abactaque præda & captiuis abductis, Damascus veniens, illic omnia vendidit. Per idem tempus & frater eius Simon obeundo totam Iudæam & Palæstinam vsque Ascalonem, opportuna loca firmabat præfidiis, atque ita communita regione armis & ædificiis, Ioppen contendit: eiq; occupatæ validum imposuit præsidium, quòd intellexerat Ioppenfes velle Demetrio dedere suum oppidum. His igitur ad hunc modum dispositis, Ionathas & Simon reuersi sunt Hierosolyma. Ibi pontifex aduocata in templum concione populi, suasse vt reficerent vrbs mœnia, & murum quo templum septum fuerat rursus reficerent, turribusque altis additis munitiorem redderent. vtq; alium murum excitarent inter arcem & urbem, atq; hoc pacto excluderent eos qui arcem custodiebāt, & ad com meatuum penuriam eos adducerent. præterea vt arces hinc inde per regionem dispositas, additis nouis munitionibus firmiores etiam ac tutiores facerent. Qua sententia comprobata suffragiis populi, ipse assumpta sibi muniendæ vrbs cura, Simoni vt idem in cæteris Iudææ locis curaret, dedit negotium. Cæterum Demetrius traiecto flumine peruenit in Mesopotamiam, volens hanc & Babylonem simul occupare, vt potitus superioribus satrapiis, sedem belli ibi constitueret. vocabatur enim per crebras legationes ab eorum locorum Græcis atque Macedonibus, pollicentibus deditionem si veniret, atque etiam contra Parthorum regem Arsacem auxilia. Qua spe accensus properauit ad illos, cogitans si res aduersus Parthos cessissent prospere, facile se inde exturbaturum Thryphonem è regno Syriæ. vt verò magna alacritate exceptus est ab eius regionis hominibus, collecto valido exercitu bellū Arsaci intulit, & superatus prælio, amissoque exercitu, ipse viuus in potestatem hostium venit, sicut aliàs narrauimus.

40 *Demetrio à Parthis capto Tryphon fœdus violat, & Ionatha dolo capto atque interfecto
Simoni eius fratri bellum infert. Cap. X.*



TRYPHON autem cognita calamitate Demetrij, non amplius fidus erat I X. Antiocho, sed cogitabat quoniam pacto eo sublato regnum posset ipse in- 1. Mac. 12. uadere & occupare, nec aliud magis videbatur obstare eius cupiditati, 13 quàm Ionathas amicus Antiocho. Itaque decreuit illum prius è medio tollere, atque ita demum adolefcentem aggredi. quamobrem ad Bethsân profectus, quæ Græcis nominatur Scythopolis, inuenit ibi Ionatham cum quadraginta millibus lectissimorum militum, paratum obsistere si quis vim inferre conaretur. Videns igitur hominem non imparatum ad certamen, munerib. & comitate conatus est ei imponere, iussis suis ducibus vt imperata Ionathæ facerent, quo magis fidem beneuolentia fictæ astrueret, & omnem illi suspicionem eximeret, atque ita incautum opprimeret facilius. postremò suasse vt dimitteret exercitum, cessante bello, & pacatis rebus omnibus. rogabat tamen vt retenta circa se modica manu, comitaretur eum Ptolemaidem, & acciperet in tutelam suam ciuitatem cum arcibusque finitimas, dicens se

A 2 in hoc

in hoc venisse, vt has ei traderet. Ionathas verò nihil mali suspicatus, credensque vere & beneuolo animo Tryphonem hæc consulere, dimisit exercitum, exceptis tribus millibus. ex his duo in Galilæa reliquit, mille vero secum duxit, Tryphonem persecutus Ptolemaidem. Oppidanis verò urbem confestim ita vt præmoniti fuerant clauden-
tibus, viuus captus est, militibus eius ad vnum contrucidatis. moxque missa est in Galilæam pars exercitus, vt & illa duo millia necopina per dolum opprimeret. Sed quia rumor de Ionatha capto aduentum eorum præuenerat, arreptis armis mature inde euaserunt. Nam Tryphonis milites non ausi experiri vim, quòd intelligerent paratos pro tuenda vita extremũ adire periculum, infecta re vnde venerant retro reuersi sunt.

*Quòd Simoni Iudæorum gens & pontificatum simul & copiarum imperium
detulit.*

Cap. XI.

10

1. Mach. 13



IEROSOLYMIS autem postquam auditum est de Ionathæ captiuitate, & comitatus eius interitu, ingens dolor cepit omnes & tanti viri desiderium, quòd non sine causa timerent, ne destituti eius prudentia simul & fortitudine, infestarentur à finitimis: qui in eam diem metu Ionathæ cohibiti, tum videbantur velut dato signo coorituri, & adducturi Iudæorum gentem in extremum salutis periculum. nec eos fefellit sua expectatio. quàm primum enim auditum est necatum esse Ionatham, vndique excitatum est in eos bellum, tanquam non habentes amplius cuius ductu militare possent, & rem grauitè gerere, quin
& ipse Thryphon collecto exercitu, in animo habebat Iudæam inuadere. Simon autem videns Hierosolymitanos metu nouorum motuum attonitos, & volens eis contra Tryphonis conatus addere animum, conuocato in templum populo, sic exorsus est ad eos verba facere: Non ignoratis viri tribules, quàm gnauiter ac intrepide ego & pater ac fratres pro libertate mortis periculis nos exposuerimus: quibus domesticis exemplis excitatus, cum non nouum sit in nostra familia, legibus patriis & religioni propugnandæ vitam impendere, nullo terrore adigi potero, vt vitam gloriæ præferam. Quapropter cum non desit vobis dux paratus, pro vobis quiduis quantumuis magnum vel pati vel facere, sequimini alacriter quocunque duxero. neque enim ego melior sum meis fratrib. vt vitæ parcere debeam: neque ita degener vt quod illis semper visum est longe pulcherrimum, scilicet pro religione atque legibus vitam profunderè, ipse per ignauiam subterfugiam: quin potius certum est germanum me illorum fratrem egregiis approbare facinoribus. Confido enim in Deo quòd pœnas ab hostibus exigere dabitur, vósque vnà cum vxoribus & liberis ab eorum iniuriis eripere, & insuper templi sanctimoniam tutam præstare ab illorum impia violentia. Video enim profanas gentes non ob aliud in vos cooriri, nisi quòd existimant destitutos ducis prouidentia. His Simonis verbis accensa multitudo recepit animos & fiduciam, & posita formidine ausa est meliores spes concipere: ita vt vno ore totus populus acclamauerit, placere Simonem imperium accipere, & in locum fortissimorum fratrum Iudæ ac Ionathæ succedere. nunquam enim se detracturos iussa illius. Itaque collectis
mox omnibus quotquot ex suis ad militiam essent idonei, aggressus est urbem mœnibus cingere, communirèque celsis & validis turribus. quo opere perfectò, misit Ioppen vnum ex amicis Ionatham Absalomis filium, iussu habitatores eius populariter inde eiicere, veritus ne urbem Tryphoni traderent. ipse interim mansit Hierosolymis ad vrbis custodiam. Tryphon autem Ptolemaide profectus cum magno exercitu, venit in Iudæam ducens secum vinctum Ionathan. ei Simon occurrit cum suis copiis iuxta oppidum Addida, situm in monte cui Iudæorum campi subiecti sunt: Tryphon vero cognito, quòd Simon Iudæorum princeps sit constitutus, misit ad eum nuncios, & hunc dolo circumuenire cupiens: mandabatque vt si vellet dimitti fratrem Ionathan, centum argenti talèta persolueret, & cum eis duos Ionathæ filios mitteret ad se obsides futuros, quòd ille dimissus non alienaturus sit Iudæam à regis imperio. nunc enim eum tantisper seruari in vinculis, dum debitam regi pecuniam redderet. At Simonẽ technæ eius non latuerunt: sed intelligēs quòd & pecuniam perditurus esset, nec fratrem liberaturus, quin & filios eius insuper hosti dediturus, tamen timens
crimi

criminationem suorum, ne negatis pecuniis & filiis, videretur fuisse fratri causa interitus, aduocato in concionem exercitu, postulata Tryphonis ad eos retulit, admonitis prius quòd subessent insidiæ, præstabilius tamē esse & pecunias & filios mittere, quàm contemptis Tryphonis conditionibus suspicionem incurrere, quasi fratrem seruare noluerit: atque ita placuit & Ionathæ pueros mitti & pecuniam. quibus acceptis Tryphon non seruauit fidem, nec dimisit Ionatham, sed cum exercitu peragrabat regionem, volens per Idumæam ascendere Hierosolyma, peruenitque vsque Dora Idumææ oppidum. At Simon eum perpetuo consectabatur, castra castris illius opponēs, interim qui in arce erant vrgentibus Tryphonem, vt propere sibi commeatus mitteret, iussit paratum esse equitatum, quasi eadem nocte venturus Hierosolyma. sed quia per eam noctem multa nix delapsa, viam opertam difficilem maximè equis reddiderat, irritum factum est eius propositum, & motis inde castris, in Cœlesyriam rediit propere: obitèrque in Galaditica regione interfecto & sepulto Ionatha, ipse Antiochiam se contulit. Simon autem à Basca oppido fratris ossa in Modim & paternum sepulchrum transtulit, publico luctu honorati: vbi amplissimum monumentum extruxit patri simul & fratribus suis è marmore polito & candido. excitato enim in late conspicuam celsitudinem, porticus circumdedit & columnas singulas è singulis lapidibus, opus admiratione dignissimum. ad hæc pyramides septem parentibus & fratribus, cuique vnā crexit, mira tam magnitudine quàm pulchritudine, quæ durant vsque ad nostra tempora. tanta fuit Simonis cura, vt Ionathas cæterique domestici quàm magnificentissimo sepulchro essent conditi: qui defunctus est, exacto pontificatus simul & imperij anno quarto. Cuius successor Simon constitutus suffragio populi, primo sui principatus anno suis immunitatem tributorum peperit, quæ hætenus Macedonibus erant soliti pendere: idque accidit post annum centesimum septuagesimum, ex quo Seleucus Nicanor Syriæ regno potitus est. Tanto autem in honore apud populum fuit Simon, vt tam in priuatis instrumentis quàm in scripturis publicis adiicerent, actum esse anno primo Simonis Iudæorum ethnarchæ, optime de gente sua meriti. nam huius principatu res eorum magnis accessionibus auctæ sunt, & multas de finitimis hostibus retulere victorias. Deuastauit enim Gazaram & Ioppen & Iamniā, expugnataque Hierosolymorum arce, solo eam æquauit, ne posthac esse posset hostibus receptaculum, neve inde vrbi aliquod inferretur incōmodum. quo facto visum est ei operæ pretium, si mons quoque in quo sita fuerat complanaretur, vt solum tēplum emineret: effecitque id commemoratis pro cōcione malis, quæ à præfidiariis in eam diem Iudæi passi fuerant, quæque etiam in posterum ferre cogèrentur, si externus aliquis princeps ei loco imponeret præsidium. adeoque permotus est eius exhortatione populus vt non intermisso per triennium neque die neque noctu opere, tandem ad planiciem eum locum indefesso labore, per vices sibi succedentes redegerint, atque ita nihil reliquerint quod obstarat, quo minus templum omnibus in vrbe locis esset lōge celsius.

40 *Simon Tryphonem in Dora compulsum oppugnat, inito cum Antiocho cui Pius cognomen erat, fœdere. Cap. XII.*




NON multo autem post quàm Demetrius captus est, Alexandri filius cognomine Deus à Tryphone est necatus, anno quarto postquam eius tutelam suscepit: sparsoque rumore, quòd inter exercendum se esset extinctus, per intimos amicos sollicitauit milites magnis pollicitationibus, vt sibi regnum deferrent, captum à Parthis Demetrium dictitans, Antiochum fratrem si potiretur imperio, vltorem fore defectionis qua fratrem eius deseruerint. illi adducti in spem maximam, quasi diradi hoc principe, imperium ei cōtinuo deferūt. Tum verò adeptus iam cōcupitam potestatem, non amplius dissimulare prauum ingeniū valuit, quod priuatus tegere conatus est, quo magis animos hominum sibi conciliaret. quàm primum enim rex declaratus est, absque persona Tryphonem agere cœpit, id quod aduersariorum partibus non mediocriter profuit. Milites enim pertæsi eius mores, defecerūt ad Cleopatram vxorem Demetrii, quæ tum in Seleuciam cum liberis se incluserat. Et cū Demetrii frater Antiochus cognomine Soter oberraret, nec ab vlla vrbe reciperetur

A 3 metu


X.
1. Mach. 15

metu Tryphonis, misit ad eum Cleopatra, coniugium suum & regnū ei offerens, fecit autem hoc partim amicorum suasu, partim quod timeret, ne quidam Seleucenses vrbem Tryphoni traderet. Quò postquam venit Antiochus affluēte ad eum quotidie multitudine, & crescentibus viribus, bellum Tryphoni intulit: quem praelio victū eiecit è superiore Syria, & vsque Phœnicen persequēs cōpulsū in Doram castrum munitissimum obsidione cinxit. Misit etiam legatos ad Simonem Iudæorum pontificem, qui de amicitia & societate agerent. qui & postulata eius libēter admisit, & mox missō commeatu ac pecuniis ad oppugnantes Doram milites, Antiochum ita demeruit, vt inter intimos amicos ab eo reciperetur. at Tryphon elapsus è Dora cū perfugisset Apamiam, vrbe vi capta interfectus est, triennio postquam regno potitus fuerat. 10


Bello inter Antiochum & Simonem orto, Cendebæus dux regius è Iudæa profligatur. Cap. XIII.

XII.  AETERVM Antiochus ob innatam auaritiam beneficiorum immemor, traditis amico Cendebæo copiis, misit eum vt vastata Iudæa Simonem in potestatem redigeret. qui audita eius iniquitate, quamuis iam senior, tamen indignitate rei permotus, iuueniliter hosti cum exercitu fit obuiam: præmissisq; cum fortissimo quoq; filiis, ipse cum reliquis copiis subsequēbatur diuerso itinere: positisque compluribus locis inter angustias insidiis, nusquam non rem gessit ex sententia: & in omnib. congressibus factus superior, reliquum vitæ in pace exegit, cū & ipse renouasset cum Romanis amicitiam. 20

Quòd Simon à genero suo Ptolemæo in conuiuio per dolum occisus est. Cap. XIII.


XIII.  S per octo annos Iudæis præfuit, postremo in conuiuio cæsus, insidiis generi sui Ptolemæi: qui vxore etiam eius & duobus filiis comprehensis ac coniectis in vincula, misit quosdam vt tertium quoque Ioannem, cui & Hyrcano fuit nomen, interficerent. adolescens autem hoc præsentiens mature in urbem refugit, fretus fauore multitudinis conciliato per paterna beneficia, simulque odio, quo Ptolemæum prosequēbatur populus. Is enim volentem eum ingredi per portam aliam fortiter repulit, eo quòd iam Hyrcanum receperat.

Quomodo frustratis Ptolemæi conatibus, Hyrcanus principatu potitus est. Cap. XV.

XIII.  L E igitur recepit se in quandam arcem supra Hierichunta sitam, quæ Da³⁰ gon dicitur. Hyrcanus verò accepto paterno pōtificate, & sacris operatīs, cū litatum esset, eduxit contra Ptolemæū exercitum: & oppugnando locum cætera quidem erat superior, vincebatur autem sola pietate erga matrem, & erga germanos misericordia. hos enim Ptolemæus productos in mœnia flagris cadebat in loco omnibus conspicuo, minitans se præcipitaturum eos, nisi frater ab oppugnando desisteret. at ille putans quantum de oppugnatione remitteret, tantum se gratificari suis carissimis, statim in primo conatu elanguescebat. Mater tamen ad eum manus tendens supplicabat ne molliretur affectibus, sed potius indignitate rei motus, daret operam vt redactum in potestatem inimicum afficeret pœna, & vlcisceretur homines sibi natura coniunctissimos. gratum enim sibi fore inter tormēta emori, modo nefarius homo scelerum suorum supplicium lucret. Hyrcanus vero talibus verbis accēdebat ad assultum maiore impetu faciendū, sed quā primum verberari & lacerari matrem uidebat, refrigēcebat statim oppugnationis feruor, & vincebatur filius maternis affectibus. cūq; hoc pacto traheretur diutius obsidio, superuenit annus ille quo solenne est Iudæis cessare ab operibus, recurrente anno septimo. atq; ita liberatus à bello Ptolemæus occisus Hyrcani matre ac fratribus, fugit ad Zenonem cognomine Cotylam, qui tum apud Philadelphenses inuaserat tyrannidem. 40

Historiarum Biblicarum finis.

Quòd Antiochus cognomento Pius ducto contra Hyrcanum exercitu, placatus C C C talentis fœdus cum eo iniit. Cap. XVI.

XV.  NTIOCHVS autem memor incommodorum quæ à Simone acceperat, Iudæam aggressus est, ex quo regnare cæperat anno quarto, principatus verò Hyrcani primo, sexagesima secunda supra centesimam Olympiade: vastatisq; agris Hyrcanum in urbem ipsam compulit. eam septenis castris cū

cū cinxisset, primum nihil proficiebat, propter firmitatem mœnium & virtutem propugnantium, accedente etiam aquarum penuria. cui tandem sub occasum Pleiadis delati imbres fuerunt remedio. postremo ad septentrionalem muri partem, quā planior erat aditus, excitatis centum turribus quæ surgebant vsque tertiam cōignationem, impositisq; in eas cohortibus. quotidie tentabat mœnia: dupliciq; fossa longa simul & lata cinctis Iudæis præcluserat omnē exitum. illi contra crebro excursantes, si forte negligentius custodiri castra offenderēt, afficiebant hostē clade aliqua: quod si paratos ad resistendū inuenirent, recipiebant se in tutiora facile. Hyrcanus autem postquā cognouit sibi obesse suorū multitudinem, quod inutiliter absumerentur ad victum necessaria, secretā infirmiorē turbā eiecit extra mœnia, solis retentis qui ob vigorem ætatis ad pugnam erant idonei. Antiochus, autē exclusos vetabat progredi, ita vt miserabiliter oberrantes mœnibus cōficerentur inedia. sed cū superuenisset festum scenopegiæ, miseratione suorum rursus in urbem recepti sunt. Rex etiam rogatus vt gratia festi inducias septem dierū cōcederet, religione motus impetrari eas passus est: nec hoc contentus victimas misit magnifice, tauros auratis cornibus, & pōcula tam aurea quā argentea, referta omne genus aromatibus & exercitui præbuit epulum, longe diuersus ab Antiocho Epiphane, qui capta vrbe porcos super altari mactauerat, & iure carniū illarum templū asperserat, violatis Iudæorū legibus simul & ceremoniis: vnde acerbissima exorta sunt eius gentis contra eum odia. at hic Antiochus propter religionē Pius cognominatus est ab omnibus. Hyrcanus verò cognita eius æquitate & pietate delectatus, legatos ad eum misit, rogantes vt liceat sibi patriis viuere legibus. tum rex repulsis qui suadebant internecione delendā gentem infociabilē, & discretam instituto à reliquis omnibus, & approbata Iudæorū pietate, imperauit vt obsessi arma sibi traderent, & vectigalia Ioppes, cæterarūmq; extra Iudæam urbium concederent, & insuper præsidium reciperent, promittens pacē eis se daturum his cōditionibus. Assenserunt illi ad omnia excepto præsidio, quod vitarent exterorū consuetudinē: quod ne reciperent maluerunt regi dare obsides & d. talenta insuper: quorū c c c. mox re præsentata sunt, & inter obsides fuit etiam ipsius Hyrcani frater: deiectaq; mox lorica quæ imposita erat mœnibus, soluta est obsidio.

30 Cæterum Hyrcanus aperto monumento Davidis, qui olim regum omnium fuerat ditissimus, tria millia talentorū inde protulit: quibus pecuniis fretus, primus omnium cœpit externū militem alere: & inito cum rege fœdere, exceptū in urbem cum exercitu tractauit liberalissimē: quin & profectū in expeditionem Parthicam secutus est vnā cum auxiliis. Testis est nobis Nicolaus Damascenus sic scribens: Antiochus erecto trophæo ad Lycum fluuium, vbi Indatem Parthorū ducē profligauerat, hæsit ibi per biduum ad preces Hyrcani Iudæi, quod in id tempus fortē quædam Iudæorū festiuitas incurrerat, per quam non licebat eis iter facere. Et verum est quod ille scripsit: nam Pētecoste instabat post sabbatum, quo tempore nostris iter facere nefas habetur. Deinde cum Arsace Partho Antiochus signa contulit, quo prælio victus, & vi-

40 tam simul amisit & exercitum. Syrorum autem regnum frater eius recepit Demetrius, dimissus ab Arsace quo tempore Parthorum regionem inuaserat Antiochus, sicut iam antè in aliis commentariis diximus.

*Hyrcani expeditio in Syriam.**Cap. XVII.*

ÆTERVM Hyrcanus audita morte Antiochi, confestim ad vrbes Syriæ duxit exercitum, ratus id quod erat, inuenturum se eas vacuas propugnantibus. Medabam igitur nō sine labore sexto demū mense vi cepit: deinde Samegam cum vicinis oppidis, & insuper Sicima atq; Garizim cum gente Chuthæorum, quæ accolebat templū instar Hierosolymitani extructū, permissu Alexandri à Sanaballetæ duce in gratiā generi ipsius Manassis, qui fuerat frater Iaddi pontificis, vt antè dictū est. incidit autē huius templi desolatio post annū c c. Hyrcanus verò etiam Idumææ vrbes cepit, Adora & Marissam, subiugatisq; omnibus Idumæis edixit vt circunciderētur, nisi mallent è propriis pelli sedibus. at illi amore patriæ admiserunt & circuncisionē & reliquam iuxta Iudaicos ritus viuendi formulam: atque

ex eo primum tempore inter Iudæos cenſeri cœpti ſunt. Cæterum Hyrcanus pontifex renouaturus cum Romanis amicitiam, miſit legatos ad ſenatum: vbi recitatis eius literis, amicitia impetrata eſt his conditionibus. Fanius M. F. Pr. indixit ſenatum in campum v i i i. Id. Februarias, præſente L. Manlio L. F. Mentina, & C. Sempronio C. F. Falerna, propter eas res quas legati retulerunt, Simon Doſithei, Apollonius Alexandri, Diodorus Iafonis, viri honeſti ac probi, miſſi à populo Iudæorum: qui etiã egerũt de amicitia & ſocietate, quæ eis intercedit cum pop. Rom. & de negotiis publicis, vt Ioppe & portus, Gazarâq; & fontes atq; vrbes reliquæ per Antiochum ablata præter ſenatus decretũ, reſtituantur hæc omnia. néve militibus regiis liceat per regionẽ ipſorum aut ſubditorũ iter facere. & vt eo bello per Antiochũ attemptata præter decretum ſenatus, ſiant irrita: vtq; legati à ſenatu miſſi, curent reddi quicquid Antiochus abſtulerat, & preciũ agrorum æſtimet qui eo bello vaſtati ſunt. & vt literæ cõmendatiæ legatis dentur ad reges & liberos populos, quo tutius poſſint reuerti in patriam. Quibus de rebus viſum eſt ſenatui renouare ſocietate & amicitiam cũ viris bonis, & miſſis à bono atque amico populo. De literis autẽ ſcribendis reſponſum eſt curæ futurũ ſenatui, quã primũ ab aliis negotiis vacauerit, & daturum operã ne vlla poſthac eis inferatur iniuria, mandatũq; eſt prætori Fanio, vt ex publica pecunia legatis numeraret viaticum, quo commodius ſe referre poſſent in patriam. atque ita publico ſumptu legatos prætor domũ remiſit, cum cõmendatiis ad eos per quorũ loca erant tranſituri. Et Hyrcani quidẽ pontificis rerum ſtatus hic fuit. 20 Demetrius autẽ rex cupiens bellũ Hyrcano inferre, opportunitatẽ non habuit, inuiſus ex æquo tam Syris quàm militibus, propter mores improbos, ita vt miſerint ad Ptolemæum Phyſiconẽ, rogantes vt aliquẽ ex Seleuci genere eis daret, quẽ poſſent regẽ ſibi conſtituere. cũq; is miſiſſet Alexandrũ Zebinam, cõmiſſo prælio Demetrius vincitur, & refugiens è pugna ad Cleopatram vxorẽ in Ptolemaidem exclusus eſt ab ea: delatusq; inde Tyrum ab inimicis capitur, & diu miſere vexatus tandẽ in-

XVII. terſcitur. Alexander autẽ regnum adeptus fœdus feriit cum Hyrcano pontifice, deinde petitus bello ab Antiocho Grypo Demetrii filio, in prælio cæſus occubuit. At Antiochus regnum Syriæ conſecutus non auſus eſt expeditionem contra Iudæos ſuſcipere, audito quòd frater ipſius germanus, eodem nomine dictus Antiochus, co- 30 pias cõtra ſe apud Cyzicũ colligeret. Quapropter nihil in Iudæos mouens, decreuit parare ſe cõtra patris aduentũ, cognominati Cyziceni, eo quòd in illa vrbe educatus ſit. patre autẽ genitus erat Antiocho Sotere, qui à Parthis occiſus eſt. acciderat enim vt Cleopatra duobus fratribus alteri poſt alterum nuberet, ſicut aliàs diximus. Porro Antiochus Cyzicenus vbi peruenit in Syriam, multis annis cum fratre conſictatus eſt, Hyrcano interim per totũ illud tempus agenti in pace cõtina. mox enim poſt Antiochi cædem defeſerat à Macedonibus: iãq; nec vt ſubditus, nec vt amicus vllã illis ferebat opẽ amplius: ſed maximis ſucceſſibus res eius auctæ ſunt Alexandri Zebinæ tempore, & maioribus etiam, regnantibus his duobus fratribus. bellum enim quo ſe atterebant mutuo, occaſionem Hyrcano præbuit, vt ſecure frueretur Iudææ 40 prouentibus, & ingentem pecuniarum vim inde cõgereret. Et Cyziceno vaſtante fratris regionem, nõ diſſimulauit & ipſe quid moliretur: vidẽsq; Antiocho nihil eſſe ab Ægypto præſidij, ſed tam ipſum quàm eius fratrem multas clades accipere ex continuis inter ſe certaminibus, vtrunq; facile deſpexit.

Quòd Antiochus Cyzicenus Samaritis auxilium ferens, victus auſugit. Cap. XVIII.



V A P R O P T E R duxit exercitum ad Samariam urbem munitiſſimam, quæ quòd nunc Sebaſte vocetur ab Herode condita, cũ erit oportu- num dicemus. hanc adortus oppugnabat nullis parcens laboribus, in- ſenſus ei propter iniurias illatas Mariſſenis, colonis Iudæorum & ſociis, 50 ſed Syriæ regi ſubditis. Cum itaq; urbẽ foſſâ & duplici muro cinxiſſet per l x x x. ſta- dia, obſidioni præfecit filios Antigoni & Ariſtobulũ: quibus vrgentibus & fame premẽte eò neceſſitatis adducti ſunt Samaritæ, vt coacti veſci cibis inſuetis homini, poſtremo Antiochi Cyziceni opẽ implorauerint. qui cũ veniſſet properẽ, victus eſt

ab

ab Aristobuli militibus: & insequētibz eum fratribz vsq; Scythopolim, ægre euasit. ac illi reuersi contra Samaritas, rursus eos compellunt intra mœnia, & cogunt iterū ab eodem Antiocho auxilium petere. Is accitis à Ptolemæo Lathuro circiter sex armatorum millibus quos ille inuita matre & tantum nō imperio per eam deturbatus miserat, primum vagabatur per ditionē Hyrcani latrocinabundus cum Ægyptiis, nō audens quidē aperto Marte decernere, quod esset impar viribus, existimans tamen se vastandis agris effecturum vt Hyrcanus obsidionē Samaritæ solueret. Sed postquā multos ē suis amisit exceptos hostiū insidiis, profectus est inde Tripolim, Callimandro & Epicrati ducibus demandato bello Iudaico. ex his Callimander audacius quā
10 prudentius cum hoste cōgressus, profligatis suis & ipse inter alios cecidit. Epicrates autē pecunia corruptus, Scythopolim & alia quædā oppida manifeste Iudæis prodidit: nec quicquā Samaritis obseſis profuit. atq; ita Hyrcanus integro anno in oppugnatione exacto, nō contētus urbē capere, etiam solo eam æquauit, inductis illō torrentibus: quorū eluuiē ita cuncta fœdata sunt, vt ne vestigiū quidē superesset eius oppidi. Incredibile autem quiddā narratur de Hyrcano pontifice, dignatū eum esse diuino colloquio. Fertur enim quod illa ipsa die qua eius filij cōseruerunt cum Cyziceno præliū, pontifex ipse solus in templo odoramenta adolens vocē audierit, nunciantē filiorū recentem de Antiocho victoriā: idq; mox progressus renūciauit multitudini, & paulo pōst certius cōprobatū est eius oraculū. Et Hyrcani quidē res gēstæ
20 sic se habuerunt. Accidit autem hoc tēpore vt nō Hierosolymis solū, sed & apud Alexandriā reliquāmq; Ægyptū & Cyprū fortuna aspiraret Iudæorū successibus. Cleopatra enim regina à filio Ptolemæo Lathuro dissidens, copiis suis duces præposuit Chelciā & Ananiā filios Oniæ, qui templū in Heliopolitana præfectura ædificauerat Hierosolymitano simile, vt aliās diximus. ex horum sententia regina gerebat omnia, sicut & Strabo Cappadox testatur his verbis: Pleriq; enim qui prius nobiscū venerūt in Cyprū, quīve pōst à Cleopatra illō missi sunt, cōfestim deficiebāt ad Ptolemæum. soli verò ex Oniæ factiōne Iudæi cōstanter manserūt in officio, eo quod ciues eorum Chelcias & Ananias apud reginā essent in precio. Hæc Strabo. Hyrcano autē apud Iudæos felicitas inuidiā peperit. sed præcipue Phariseorum secta male ei volebat, de
30 qua suprà mentionē fecimus. tanta autē eorū autoritas est apud populū, vt etiā si regi obloquātur aut pontifici, fidē tamen eis vulgus habeat. Horū discipulus & Hyrcanus fuerat, in primis charus huic hominū generi. quos cū aliquādo vocasset ad conuiuiū, & accepisset comiter, postquā animaduertit eos exhilaratos, sic illos affatus est: Scire eos suā voluntatem, quod nihil magis cuperet quā iustus esse & omnia iuxta Dei placita facere, quemadmodū & ipsi doceāt. attamen si quid in ipso desiderarent, & aliqua in re à iustitiæ præscriptis aberrantē deprehenderēt, officij illorū esse vt admonitione corrigant. cū verò omnes eius virtutē cōprobarent, vehemēter gauisus est eorum testimonio. tandē vnus ē cōuiuis Eleazarus, vir malus & seditiosus: Quādoquidem, inquit, ais te cupere audire veritatē, si vis esse iustus, abdica te pontificatu, & cō
40 tentus esto principatu populi. Illo verò causam rogante cur ita hoc postularet: Quia inquit, audiuius à natu grandioribus, matrem tuam captiuā fuisse, regnante Antiocho Epiphane. Falsus autem erat is rumor, & ideo grauiter his verbis Hyrcanus offensus est, nec minus Pharisei cæteri. Tum Ionathas quidam ē Sadducæorum secta, quæ est Phariseis cōtraria, præcipuus Hyrcani amicus, dicebat de cōmuni Phariseorum sententia conuictum Eleazarū: quod si dubium videatur, manifestum fore interrogatis illis qua pœna hominem dignum censeant. Quod postquā Hyrcanus rogauit, dicens ex pronunciata ab illis sententia se cogniturum, an ex eorum consensu factum sit sibi conuictum, & illi satis putarunt si vinculis castigaretur & verberibus, quod iniquum videretur capite hominem plecti ob maledicentiam, & alioqui hoc
50 genus clemens sit in animaduersionibus vehementer exacerbatus est, quasi iam cōpertum haberet eos esse autores opprobriatæ sibi generis infamiæ. Nec destitit Ionathas furenti calcar addere, intantum vt desertis Phariseis ad Sadducæos deficeret, & abrogatis illorum constitutionibus earum obseruatores pœnis afficeret: atque hinc factum est vt ipse & eius filij parum gratiosi apud vulgum fuerint: quemadmodum

aliàs opportunius dicitur. Nūc enim indicādum est, quòd multas constitutionum à maioribus per manus acceptas Pharisei tradiderint populo, quæ nō sunt scriptæ inter leges Moisaicas: & ideo Sadducæi his auctoritatem abrogant, dicētes oportere eas tantū seruari, quæ scripto cōtinentur. atque hinc magna inter utroq; exorta est controuersia, dum ditiores stant à Sadduceorum partibus Pharisei cæteræ multitudinis vtuntur fauoribus. Sed de his duabus sectis & Ossennorum tertia satis docuimus in II. de Iud. bello volumine. Hyrcanus autem seditione sedata, & post hanc exacta vita feliciter, elapsisq; vno & xxx. annis eius imperij moritur, relictis quinque filiis superstitibus, tribus maximis à Deo habitus dignus honoribus, principatu gentis Iudeorum, & pontificatu, & prophetia. scuebatur enim diuinis colloquiis. vnde tantam naetus est futurorum præscientiam, vt prædixerit duos maiores natu è suis liberis, nō diu fore paterni principatus compotes: quorum exitium operę precium est cognoscere, quo magis patris eluceat diuinatio.

Aristobulus primus diadema sibi imposuit.

Cap. XIX.

XVIII



EFVNCTO enim eorū patre, Aristobulus natu maximus volens principatum in regni formam vertere, diadema sibi primus imposuit, post CCCCLXXXI. annos & menses tres, ex quo de captiuitate Babylonica liberatus populus, ad pristinas sedes postliminio reuersus est. cūmq; fratrem suum secundum Antigonom amaret, in societatem dominationis cum assumpsit, cæteros verò in vinculis habuit. matrem etiam coniecit in carcerē principatus æmulam (nam illam Hyrcanus dominam rerum reliquerat) atque cō crudelitatis processit, vt fame necaret in vinculis. post matrem verò interfecit fratrem quoq; quē præ aliis diligere videbatur, & in regni societatem admiserat, alienatus ab eo per calumnias. quas primo quidem reiecit, partim quòd eum diligeret, partim quòd per inuidiam confectas putaret. Sed cū aliquando Antigonus magnifice reuerteretur è bello, quo tempore populus solenne scenopegiæ festū celebrat, accidit vt Aristobulus ægrotans decumberet, frater verò interfuturus sacris, splendidissime ornatus in templū ascenderet cū armatorū comitatu, potissimum pro salute regis vota facturum. Tum hi quibus studiū erat excitare inter fratres discordiā, naeti occasionem è rebus prospere gestis Antigoni, & pompa quā adornauerat, venerunt ad regem & omnia exaggerauerūt, dicentes hæc iam esse supra priuati hominis conditionem, & affectati regni manifesta indicia: aiebāntq; venturū breui cum valida armatorū manu ad occidendū regē, quòd stultū existimet cum regno solū potiri liceat, cōmunicato honore contentum esse. Aristobulus autē quamuis non omnino his crederet, tamē prospiciens quomodo posset & suspicionem vitare, & securitati suæ consulere, collocauit satellites in loco quodā obscuro & subterraneo (decumbebat autem in turri quæ post mutato nomine Antonia dicta est) mandauitq; vt si quidem sine armis frater veniret, nemo eū attingeret: quòd si armatus aduenteret, vt trucidaretur, præmisit tamen ad eū qui rogaret, vt inermis veniat. At regina & reliqui insidiatores, persuaserunt nuncio vt contraria diceret, audisse fratrem quòd armaturā eximiam sic cōparasset, cupereq; ita armatum cōtemplari. Antigonus verò nihil mali suspicans, & fretus fratris beneuolentia, ita vt erat cum tota armatura venit ad Aristobulū, contemplādum se præbiturus. cūmq; peruenisset ad turrim Stratonis, qua valde obscurus erat trāsitus, à satellitibus interfectus est. Huius autē casus facile ostendit quantū possint liuor & calumnia, & quā sint efficaces ad subuertendā etiā naturalē beneuolentiā. Sed illud maxime admiratu dignū est, quod Iudas quidā, cuius prædictiones nunquā fefellerunt, vaticinatus est. Is cū videret Antigonū accedentē ad templū, apud discipulos, qui eum ob hanc scientiā affectabantur exclamauit: pœnitere se iam vitæ, quandoquidē eius vanitatem coarguet incolumis Antigonus, quē ea die apud Stratonis turrim moriturū prædixerat: quoniam locus ille abesset D C. stadiis, & diei pars maior exacta esset: atq; ita periculū esse ne mentiatur suum oraculū. Ad hunc modū sollicito nunciatur Antigonom cēsum ad cellam subterraneam turris, quæ & ipsa Stratonis vocabatur, sicut & illa maritima quæ post Cæsarea nominata est: quæ ambiguitas vatē perturbauerat. Aristobolū autē cōtinuo cœpit fraternæ necis pœnitētia: quæ res morbum eius aggrauauit,

uauit, dum factū suū continenter detestaretur, ita ut postremo crescentibus doloribus sanguinem vomeret. eum quidā ē ministris efferens, diuina opinor ita volente prouidentia, prolapsus in eo ipso loco effudit, qui Antigoni cædis cruenta habebat vestigia. quo facto ingens eorū qui viderant clamor exoritur, quasi data opera puer illic effudisset sanguinē, ita ut clamoris causam sciscitaretur Aristobulus. omnibus autem dicere tergiuersantibus, tanto magis cōtendebat cognoscere, quod natura ita comparatū sit, ut suspecta nobis sint quæ dissimulantur silentio. tandem ubi minis ac terroribus expressit ut fateretur veritatem, cōscientia grauius iectus animū, plurimas effudit lacrymas: & gemitū ex imo pectore ducens: Ergo non latet Deū, inquit, meū
¹⁰ impium ac sceleratum facinus, quādo tam cito reposcor pœnas cognati sanguinis. ō corpus impudens quousque retinebis animam, quam materni simul ac fraterni manes flagitant? cur non semel eam reddis, ne sic per partes opus sit libare meum sanguinē, atque ita parentare oppressis per nefas & parricidiū. vix ea fatus erat cū exhauriuit animā, vno tantū anno in regno exacto, cognominatus Philellen, id est Græcorum amator, post auctā multis beneficiis patriā, illato bello Iturææ, magnāq; eius parte attributa ad Iudææ limites: cuius habitatores cōminatione exilij coegit circumcissionē cæterosq; Iudaicos ritus admittere. Alioqui natura æquus erat & modestus, ut attestatur Strabo ex autoritate Timagenis sic dicens: Hic vir æquus fuit & Iudæis multis in rebus commodus. nam & ditionem eorum auxit, & partem Ituræorum eis
²⁰ attribuit, deuictam circumcissionis fœdere.

Alexandri Iudæorum regis res gestæ.

Cap. XX.

POST Aristobuli obitum Salome eius vxor, quam Græci Alexandram XIX nominant, solutis eius fratribus, quos ipse ut diximus vinxerat: Iannæum qui & Alexander est regem constituit, ætate cæteros præcedentem atq; modestia: cui accidit ut mox natus, exosus patri factus sit, nec vnquam dum ille viveret in eius cōspectum admissus, eius odij causam ferunt hanc. Cū aliquando in somnis ei Deus apparuisset, rogauit de successore, sollicitus de Aristobulo & Antigono quos præ cæteris diligebat fratribus. Sed cū Deus huius effigiem designasset, contristatus quod is in omnes fortunas esset successurus, in Galilæa educari eum voluit. Sed oraculi fidem euentus approbavit. Potitus enim hic regno post defunctum Aristobulum, alterū fratrum insidiantē sibi interfecit, alterū contentū priuata & otiosa vita in honore habuit. Constitutis deinde rebus imperij, prout sibi visum est conducere, ad Ptolemaidem duxit exercitum: & cū prospere pugnasset, victos intra mœnia cōpulit, eosq; obsessos oppugnare adortus est. Solæ enim ē maritimis Ptolemais & Gaza expugnandæ supererant, & præter has Zoilus, qui tyrannidē apud Stratonis turrim & Dora occupauerat. Sed cū Antiochus Philometor & frater eius Antiochus Cyzicenus mutuis cladibus suas vires attererent, nihil præsidij ab eis expectandū erat Ptolemaidensibus: verū Zoilus tyrannus cū iis quos alebat militibus eorū quoque dominationi propter discordiam regum inhians, non nihil opis attulit. Nam reges negligere videbātur illorū periculū, athletis similes, quos cū defessi sint certamine, pudet tamen aduersario manus dare, sed per interualla se ad instaurandum certamen refouēt. Supererat vna spes ab Ægypti regibus, & Ptolemæo Lathuro, qui à matre Cleopatra à regno eiectus Cyprū obtinebat. ad hunc igitur missis legatis, orabant ut auxilio veniens ex Alexandri manibus periclitantes eriperet. qui cū ei spem fecissent quod delatus in Syriā habiturus esset Gazæos & Ptolemaidēses in suis partibus, simulq; Zoilum & Sidonios multosq; alios adiuturos, elatus promissis navigationē parabat. Interim Demænetus, qui plurimum apud suos ciues autoritate pollebat, persuasit Ptolemaidensibus ut mutarent sententiā, cōducibilius dicens incertā cum Iudæis belli aleam subire: quā in certissimā seruitutē accito domino se dedere, & insuper non præsens solū bellū sustinere, sed maius etiā ab Ægypto imminens. Cleopatrá enim nō permissuram Ptolemæum vires sibi parare ē vicinia, sed cōtra eos venturā cum valido exercitu. dare enim reginā operā, ut illū etiā ē Cypro eiiciat. futurū autē ut si Ptolemæū sua spes frustretur, ipse in Cyprū retrorsum fugiat,

giat, miseri verò ciues in extremo deferantur periculo. Igitur Ptolemæus cognita in itinere Ptolemaidæsum mutatione, nihilominus cursum cōtinuauit, & cū appulisset ad Sycaminū, eò loci copias exposuit, quæ cōstabāt cōnumeratis peditibus & equitibus circiter x x x. millibus. His adductis ad Ptolemaidē, & castris ibi positis, cū neq; legatos eius admittere, neq; verba audire vellēt, in magnā cōiectus est solitudinē. Postquā verò Zoilus ad eū & Gazæi venerūt, petētes auxiliū cōtra Iudæos & Alexādrū agros ipsorū vastantē, obsidio quidē vrbis metu Ptolemæi soluta est. Cæterū redūcto domū exercitu Alexāder cœpit astu agere, clām Cleopatrá contra Ptolemæū vocans, apertē verò amicū eius & sociū se simulans. quin & c c c c. argenti talēta datorum se pollicitus est, si ille vicissim in gratiā ipsius Zoilum tyrannū tolleret, & agros eius Iudæis attribueret. Tunc igitur Ptolemæus libenter Alexādræ amicitiam admit-
tens, Zoilum capit: deinde verò cōperto quòd ille clām ad matrē ipsius Cleopatram nuncios mitteret, dissoluto cū eo fœdere, profectus est oppugnatū Ptolemaidē, quæ portas ei clauferat. Vbi reliētis ad cōtinuandā oppugnationē ducibus cū parte exercitus, ipse cum reliquis copiis ad vastandā ac domandā Iudæam se cōtulit. At Alexander postquā intellexit eius propositū, & ipse ex sua ditione collegit circiter L. millia, vel vt quidā scriptores malunt L x x x. millia, & cū his hosti iuit obuiā. Ptolemæus verò ex improviso adortus sabbato Asochim Galilææ oppidum vi cœpit, & circiter decem captiuorum millia, præter aliam multam prædam abduxit.

Ptolemæi Lathuri de Alexandro victoria.

Cap. XXI.

20



EINDE aggressus & Sephorim non longe inde distantem, multis desideratis abiit conflicturus cum Alexandro: cui occurrit ad Iordanē fluuiū, iuxta Asophon, qui non multū dissitus est à flumine: & castra ex aduerso hostium metatus est. habebat autē Alexander in prima acie pugnare solitos oſties mille. quos hecatontamachos appellabat, gestātes æratos clypeos. sed & Ptolemæi prima acies æque æratis scutis utebatur. Et cætera quidē inferiores, sibi visi cūctantiores erant ad prælium: cōfirmabat autem eos non parum Philostephanus aciei struendæ artifex, iubens transire fluuiū supra quē castra habebant. nec Alexandro trāsitum eorū impedire placuit, rato faciliore sibi fore victoriam, si hostis à tergo
haberet fluuium, & è pugna nō posset refugere. & primū quidē æquo Marte certabatur, multis vtrinq; cadentibus. deinde cū iam Alexandri milites superiores fieri inciperent, Philostephanus cum parte suorum mature cedētibus opem attulit, cūmq; inclinato Iudæorum cornu nullus ferret suppetias, destituti ope proximorū fecerūt fugæ initium, cæterosq; exemplo suo traxerunt. contra Ptolemæi milites acriter instando Iudæos fugientes cædebant, & tandem profligatos eousq; insecuti sunt interficiendo, donec lassatis manibus ferrum quoq; hebesceret. Ferunt x x x. millia cecidisse in eo prælio: Timagenes autem L. millia in suis scriptis retulit: cæteros partim captos, partim fuga seruatos incolumes. Ptolemæus verò cū post victoriam longe latēq; excurrisset, sero tandem in quosdā Iudæorū vicos se recepit: quos vbi vidit refertos pueris & mulieribus, mandauit militi vt promiscue iugulatos & in frustra concisos, in lebetes feruentes membratim coniicerent, vt qui effugerant è prælio hostē crederent humanis vesci visceribus, & eo maior terror incuteretur reliquis: & huius crudelitatis tam Strabo quā Nicolaus meminit. Idem etiā Ptolemaidē vi expugnaverunt, sicut aliàs indicauimus, Porro Cleopatra videns augeri filij potentiā, subiecta Gazæorum vrbe, & Iudæorū regione impune peruastata, nō permittendū duxit vt ille magis cresceret, maxime cū circa Ægypti portas obuersaretur, & immineret eius imperio. quapropter cōtinuo tam nauales quā terrestres exciuit copias, quarum supremum regimen penes Chelciam & Ananiam Iudæos esse voluit: bonam etiam diuitiarum suarum partem cum nepotibus, & testamento apud Coum insulā
deposuit. Iussoq; Alexandro filio cū magna classe Phœnicen appellere, & deficientibus ad se eius regionis incolis, peruenit Ptolemaidē: vnde exclusā oppugnationem eius vrbis instituit. Tum Ptolemæus relicta Syria properauit in Ægyptū, sperans ex improviso occupaturū se præsidiis vacuā, sed opinione sua frustratus est. Per idē tempus alte

pus alterum è Cleopatraz ducibus Chelciam mori contigit, dum circa Cœlesyriam Ptolemæum persequitur. At Cleopatra auditis filij conatibus, & quòd ei tēanti Ægyptum non ex sententia successerat, missa eò parte exercitus omnino cum ex ea regione expulit, atque ita rursus ex Ægypto eiectus; apud Gazam exegit eam hyemem. Interim Cleopatra Ptolemaidem, simul cum præfidiariis expugnat. Quòd cum venisset Alexāder cum muneribus, & ita exceptus tractaretur, vt dignum erat hominem afflictum à Ptolemæo, nec aliud habentem refugium: cum quo quidam amicorum reginæ suaderent, vt illam quoque regionem occuparet, nec sineret tantam bonorum Iudeorum multitudinem vnius viri parere nutibus: Ananias contrarium consuluit, iniquum
¹⁰ facinus dictitans, si hominem in societatem receptum suis facultatib. exueret, præsertim suum cognatum. Sic enim fore vt illata huic iniuria, omnes vbiq; gentium Iudæos à se alienaret. His rationibus Ananiæ regina inducta, abstinuit ab Alexandro iniuriam, & fœdus cum eo renouauit apud Cœlesyriæ urbem Scythopolim. Tum verò liberatus metu periculi quod à Ptolemæo hætenus impendere visum est, expeditionem suscepit in Cœlesyriam, vbi Gadara post decem mensium obsidionem cepit: & paulo post potitus est Amathunte; quod est castrum omnium quæ ad Iordanem sita sunt munitissimum, vbi Theodorus Zenonis filius res suas carissimas deposuerat. qui ex inopinato Iudæos aggressus, interfectis ex eis decem millibus, impedimenta Alexandri diripuit. Nec tamē hac clade rex absteritus est quo minus in maritimo tractu Raphiam
²⁰ bello aggrediretur, & Anthedonē, cui postea Herodes rex mutauit nomen in Agrippiadem, quam & ipsam armis in potestatem suam redegit. & cum animaduertisset Ptolemæum Gaza relicta in Cyprum recessisse, & matrem eius Cleopatram in Ægyptum, infensus Gazæis quòd acciuisent illum contra se in auxilium, & urbem eorum oppugnauit, & agrum depopulatus est. interim Apollodotus eorum dux noctu cum duobus millibus conductitiorum militum, & decem millib. quæ ex oppidanis armauerat, erupit in castra Iudæorum: & quàm diu nocturna erat pugna superiores erant Gazæi, hostibus aduentum Ptolemæi suspicantibus. sed quàm primum dies illuxit, & rei veritas apparuit, Iudæi se conglomerarunt, & impetu facto in oppidanos. circiter mille ex eis interfecerunt. Attamen ne sic quidem quamuis grauante inopia voluerūt cedere,
³⁰ parati quiduis potius perferre, quàm ab hoste subigi: & addebat illis animum Aretas rex Arabum, auxilij spem ostentans. Sed priusquam ille veniret, Apollodoto perempto ciuitas capta est. Nam Lysimachus ipsius frater inuidens ei, quòd tam gratus esset apud populum, occiso eo collegit manum militum; atque ita urbem Alexandro tradidit. qui primo pacatus introgressus est, deinde immisit in oppidanos militem, permissa feruendi licentia, ac passim Gazæi trucidabantur. nec tamen illi moriebantur inulti, sed repugnantes inuasoribus, non pauciores Iudæos interimebant. alij vero desolatas prius ædes incendebant, ne hostis præda potiri posset, quidam etiam suis nec manibus vxores ac liberos contrucidabant, ne in captiuitatem abstraherentur. Senatores autem numero d. in Apollinis confugerant: forte enim senatus habebatur cum
⁴⁰ hostis intromissus est. Alexander verò etiam his iugulatis, & dirupta insuper vrbe, reuersus est Hierosolyma, anno post quàm castra ad Gazam admouerat. Eodem tempore etiam Antiochus Grypus occisus est Heracleonis insidibus, anno ætatis suæ quinto & quadagesimo, regni verò nono supra vigesimum. cui succedēs Seleucus filius bellum gessit cum Antiocho patruo, cui Cyziceno fuit cognomen, quem deinde in prælio captum neci tradidit. Nec ita multo post Cyziceni filius Antiochus cognomento Eusebes peruenit Aradum, & imposito sibi diademate Seleuco bellum intulit, quem vno prælio victum è tota Syria expulit. at ille fuga delatus in Ciliciam, postquam à Mopseatis receptus est, cœpit ab eis tributa exigere: qui non ferentes exactionem, vnà cum regia & ipsum & amicos concremauerunt. Regnante verò apud Syros Antiocho Cyziceni filio, Antiochus Selouci frater bello cum aggreditur, & victus vitam simul amisit atque exercitum: post quem frater eius Philippus assumpto diademate regnauit in parte Syriæ. Interim Ptolemæus Lathurus quartum eius fratrem Eucærum cognomine accitum à Gnido, regem apud Damascum constituit. His duobus fratrib. strenue resistens Antiochus, breui extinctus est. vocatus enim in auxilium

Laodices Galadenorum reginæ, cum Parthis bellum gerentis, fortiter in prælio dimicans occubuit: quo factò Syriæ regnum remansit penes duos fratres, Philippum atque Demetrium, sicut aliàs narratum est. Porro in Alexandrum domi seditio coorta est, cum per scenopegiz celebritatem in parantem sacrificare coniecta sunt citrea: nam hoc festo nostris morem esse, palmeos & citreos thyrsos gestare indicauimus. quin & conuitiis impetrus est populariter, exprobrantibus captiuitatem, & indignum qui sacris operetur iactantibus, quibus iniuriis exacerbatus, occidit eorum circiter sex millia: & extructo circa fanum & altare septo ligneo pertinente vsque ea loca ad quæ solis sacerdotibus pater aditus, hoc pacto arcebat à se vim multitudinis. Sed & mercenarios milites alebat Pisidas & Cilicas, nam Syris infensus, non utebatur eorum opera. Deuictis deinde Arabibus, tributa, Moabitibus & Galaditis imperauit, & Amathuntem diruit, non audente Theodoro manus conferere. Cōgressus etiam cum Arabum rege Obeda, & pertractus in insidias, cum camelorum multitudine protrusus esset in fauces asperas & accessu difficiles iuxta Gadara vicum Galaditidis, ægre euasit ipse incolumnis: delatusque fuga Hierosolyma, super acceptam cladem per sex annos à sua gente bello vexatus, non minus quàm 1 millia Iudæorum occidit, & cum eos hortaretur ad reconciliationem, adhuc magis accendit eorum odia: dum roganti quid se vellent facere, ore vno responsum est, vt seipsum interficiat: moxque miserunt ad Demetrium Eucærum, qui ab illo auxilia peterent.

Demetrius Eucærus Alexandrum prælio superat.

Cap. XXII.

20



L E veniens cum exercitu, coniunxit se cum eis qui se acciuerant, & circa Sicima castra posuit. Alexander verò cum mercenariorum sex millibus & ducentis insuper, Iudæorumque suæ factionis viginti millibus illi occurrit, habebat autem ille equitum tria millia, peditum vero quadraginta. Itaque multa vtrinque tentata sunt, dum hic mercenarios vtpote Græcos ad defectionem sollicitat: ille vero stātes cum Demetrio Iudæos. Sed quia neuter his artibus quicquam proficiebat, postquam visum est armis decernere, victoria fuit penes Demetrium: in quo prælio miles Alexandri conductitius ad vnum cæsus est, nauata prius fortia & fidei opera. Sed & ex Demetrianis multi desiderati sunt. Cæterum postquam Alexander 30 ad montes perfugit, miserati eius fortunam confluxerunt ad eum circiter sex millia, quorum metu Demetrius retrò abiit. Post hæc Iudæi propriis viribus bellum gesserūt aduersus Alexandrum, sed semper victi multos amittebant è suorum numero. tandem potentissimos eorum compulso in Bethoma oppugnauit, & capto oppido redactos in potestatem abduxit Hierosolyma, vbi facinus commisit lōge immanissimum. epulans enim cum pallacis excelsiore loco, vnde prospectus patebat, ad d c c iussit suffigi crucibus: in conspectu adhuc viuientium iugulauit vxores eorum & liberos, pænas exigens pro acceptis iniuriis, quæ tamen inhumaniores fuerunt, licet sæpe ab inimicis afflictus, in extremum vitæ & regni periculum adductus fuerit, dum non contenti propriis eum impugnare viribus, externa etiam auxilia conciunt: & postremo in eam necessitatem eum compellunt, vt quæ loca in Moabitica & Galaditica regione subegerat, restitueret Arabibus, ne & ipsi arma sua aduersus eum cum inimicis coniungerent: præter alia quæ in eius contumeliam gesta sunt innumera. Iniqua tamen fuit talis animaduersio, ita vt propter hanc crudelitatem Thracidæ cognomen apud Iudæos inuenerit. Cæterum aduersariorum exercitus ad octo millium numerum noctu in tutum euaserunt: & toto tempore quo vixit Alexander, egerunt in exilio: atque ita demum liberatus à tumultibus, secure administrait regnum in posterum. Demetrius autem relicta Iudæa profectus Berceam, Philippum fratrem suum oppugnauit in ea, habens secum decem millia peditum, & mille equites. Straton verò Berceæ tyrannus & Philippi socius. Zizum principem Arabum exciuit, & Mithridatem Sina- 50 rem præfectum Parthorum, qui postquam venerunt cum magno exercitu, Demetrii castra oppugnaverunt, & tam siti quàm missilium telorum multitudine deditionem cum suis facere coegerunt: abductaque ex ea regione præda maxima, Demetrium captiuum ad Mithridatem Parthorum regem miserunt. Antiochenes vero quorquot
in ca

in castris inuenti sunt, gratis dimissos redire Antiochiam passi sunt. Parthus verò rex Demetriū apud se in omni honore habuit, donec ibi morbo absumptus est. at Philippus post hanc pugnam statim profectus Antiochiam, totius Syriae regno potitus est.

Antiochi Dionysi in Iudæam expeditio.

Cap. XXXIII.

DEINDE Antiochus cognomine Dionysus, frater ipsius, Damascum principi X XI.
patum ambiens peruenit, & ibi rerum potitus rex factus est. qui cum exer-
citum duxisset contra Arabas, Philippus eius frater hoc audito Damascum
aduolat: & cum opera Milesij arcis præfecti, vrbe Damascenorum potitus
o esset, per ingratitude non remuneravit eum, quod vellet videri terrore urbem,
non prodicione cepisse, quapropter suspectus ei redditus, rursus Damascum amisit;
progressum enim in circum animi gratia Milesius exclusit, & urbem seruauit Antio-
cho. at ille auditis de Philippo rumoribus, contestim rediit ex Arabia: moxque duxit
in Iudæam exercitum octo millium peditum, & equitum octingentorum. Cuius in-
uasionem Alexander metuens, fossam profundam duxit à Caparsabe quæ nunc Anti-
patri dicitur, usque ad Ioppense mare. quæ solum patebat accessus: excitatoque mu-
ro, & per interualla castellis ligneis per c. l. stadia, præstolabatur Antiochum. at ille
omnib. his incensis traduxit hac exercitum in Arabiam. & cum Arabs primum cessis-
set, deinde cum x equitum millibus apparuisset, occurrens ei Antiochus, præliatus est
20 acriter. iamque de victoria certus occisus est, dum alterum suorum cornu laborans
vult in integrum restituere. post eius casum exercitus refugit in vicum Cana, vbi ma-
xima eius pars fame absumpta est. Post hunc Cœlesyriæ regnum Aretas adipiscitur, vo-
catus ad imperium à Damascenis propter odium, quo persequebantur Ptolemæum
Mennæum. Is quoque in Iudæam profectus cum exercitu, deuicto Alexandro apud
Adida, certis conditionib. reduxit suos vnde venerat. Alexander vero ad Dion oppi-
dum admoto milite, eoque vi capto, ad Essam inde duxit, vbi erant Zenonis res pre-
ciosissimæ: & primum triplici muro eum locum circumdedit, dein expugnato oppido
ad Gaulanam duxit & Seleuciam: & subactis his quoque, redegit in suam potestatem
vallem quæ Antiochi dicitur, & castellum Gamala. Obiectisque multis criminibus
30 Demetrio locorum eorum domino, principatu suo illum exuit, & tertio demum hu-
ius expeditionis anno domum reduxit exercitum, magna alacritate Iudæis eum ob
res prospere gestas excipientibus. Per hæc tempora iam & Syrorum & Idumæorum
& Phœnicum vrbes tenebant Iudæi, ad mare Stratonis turrin, Apolloniam, Ioppen,
Iamnam, Azotum, Gazam, Anthedona, Raphiam, Rhinocuram. in mediterraneis
per Idumæam regionem Adora & Marissam, totamque Samariam & montes Carme-
lum ac Itabyrium. ad hæc Scythopolim, Gadara, Gaulanidem, Seleuciam, Gabala:
& Moabiticas vrbes, Esbonem, Medabam, Lembam, Oronas, Telithonem, Zaram,
Aulonem Cilicium, Pellam. hæc vltimam diruerunt, quod incolæ recusarent Iudaicos
ritus recipere. possidebant & alia Syriae non obscura oppida, quæ imperio suo nouiter
40 adiecerant. Post hæc Alexander ex temulentia morbo contracto, & triennio integro
quartana laborans, nec tamen abstinens à castrensib. officiis, tandem exhaustis viribus
tato concessit in Gerasenorum finibus, obsidens Ragaba castellum quod vltra Iorda-
nem situm est. Quem videns regina iam morti vicinum, & nullam salutis spem præ se
ferentem, flens & seipsam plangens, suam simul & liberorum desolationem lamenta-
batur: Cui me, inquit, & hos filios relinquis, alieno indigentes auxilio? præcipue cum
non ignores quam infensus sit tibi totus poulus. Tum ille consuluit ei vt suis monitis pa-
reat, si velit secure cum filiis regnum obtinere. primum vt apud milites celet suam mor-
tem, tantisper dum castellum illud capiat. deinde postquam victrix magnifice Hiero-
solyma reuersa fuerit, Phariseis non nihil licentiæ permittat. hos enim pro habito sibi
50 honore laudaturos eam, & commendaturos apud populum. posse enim plurimum
apud Iudæos, siue exosum aliquem cupiant lædere, siue amicum iuuare. Valde enim
his fidem habere vulgus, etiam si per inuidiam de quopiam male loquantur. nec se ob
aliam causam incurrisse totius gētis odium, quàm quia hoc genus offenderit. Ergo, in-
quit, vbi Hierosolyma peruenieris, accersitis eorum primoribus, ostende illis meum

corpus, & verbis quàm proximè veritatem simulatis, permitte vt eo vtantur arbitrato suo, siue in sepulto & proiecto cadaueri velint illudere propter antiquas iniurias; siue alio quolibet modo in id scire: & pollicere nihil te nisi ex illorum sententia gesturam in administrando imperio. his verbis si apud eos vsa fueris, & mihi magnificentior quàm à te sepultura continget, contentis illis permissa potestate, & tu secure dominaberis. post hæc monita vxori data moritur, anno regni sui xxxvii, vitæ vtrò vnde quinquagesimo.

Alexandro mortua vxor Alexandra in regnum succedit.

Cap. XXIII.



XXII.

LEXANDRA vero capto castello iuxta mariti monita Phariseos al- 10
locuta est, & omnia illorum arbitrij faciens, quæ ad cadauer vel ad
regnum pertinerent, ex intensis beneuolos eos sibi reddidit: tum illi
progressi ad plebem concionabatur, res gestas Alexandri celebra-
tes, & regem iustum se amisisse conquerentes, populum ad eum lu-
ctum ac mœsticiam prouocauerunt, vt nullum ante hac regem fune-
rauerint sumptuosius. Cæterum Alexander duos quidem reliquit filios, Hyrcanum
& Aristobulum, regni tamen administrationem Alexandræ testamento reliquit. è fi-
liis autem Hyrcanus erat rebus administrandis parum idoneus, & amator otij: minor ve-
ro natu Aristobulus audax, & industrius. sed mulier gratiosa erat apud populum, & eo
quod semper visa sit agere tulisse ea, quæ maritus præter officium faceret: illius consilio 20
pontificatus Hyrcano obuenerit, nō tam ætatis prerogatiua, quàm propter innatā signi-
ficiam: alioqui ex Phariseorum sententia permissu reginæ gerebantur omnia: quibus
etiam plebs parere iussa est: & si quid constitutionū Hyrcanus fecerit abrogauerat, quas
Pharisei iuxta maiorum traditiones induxerant, id totum sancitum est denuo. Nō-
men igitur regni erat penes reginam, penes Phariseos vero administratio. nam hi &
exulibus reditum, & victis solutionem procurabāt. quædam tamen etiam per se pro-
uidebat mulier, & magnum mercede conductorum militum alebat numerum, virēsque
suas ita augebat, vt terrori esset circumuicinis tyrannis, & obsides ab eis acciperet. Et
quod ad reliqua attinet, quæta erat eius ditio, soli Pharisei turbas excitabant, incitan-
tes reginam vt necaret illos, qui Alexandro autores fuerunt sumendi de d e c c simul 30
vitis supplicij: moxque vnum ex his iugulant Diogenem, deinde alium post alium, do-
nec potentiores conuenientes in regiā, & cum his Aristobulus præ se ferens non pla-
cere sibi quæ fierent, & si occasio daretur non permissurus tantam licentiā matri, com-
memorabant ei quantis rebus gestis & quantis exhaustis periculis fidem suam domi-
no approbauerint, quodque hac de causa magnis præmiis eos dignatus sit: rogabantque
eam ne omnino in contrarium spes suas verteret. nūc enim qui periculum ab hostib.
euanisissent, domi ab inimicis mactari more pecudum, nemine opem ferente. aiebant-
que, si quidem contenti sint iam oecisis aduersarij, propter innarum affectum quo do-
minos prosequantur, patienter se laturos hanc calamitatem. quod si illi scire perge-
rent, petebant sibi dari discedendi veniam. neque enim nisi ipsius reginæ permissu quæ- 40
situros sibi incolymitatē, alioqui laturos vt ibidem in ipsa interficiantur regia. Sed tur-
pe esse tum sibi, tum reginæ, si illa dissimulante à mariti inimicis vexentur. nihil enim
libentius auditurum Aretam Arabem & reliquos tyrannos, quàm si ipsa se priuaret tali-
bus viris, quorum illis olim vel nomen auditum terrori fuerit. quod si ne hoc quidem
velit concedere, & malit indulgere Phariseorum cupiditatibus, saltem per castella se
distribuere, se enim quando quidem fortuna ita persequatur Alexandri familiares,
contentos esse in humili statu vitæ reliquum exigere. Hæc & alia multa cum dicerent,
& ad miserationem tam cæcorum quàm periclitantium manes Alexandri inuocarent,
omnib. circumstantibus commotæ sunt lachrymæ: sed maxime Aristobulus mentem
suam declarabat, multis verbis matrē corripuens. Verum illi sibi ipsi causa fuerunt ho- 50
rum malorum, qui sceminæ ambitione imperandi præter æquum commiserunt regni
habenas, quasi verò deessent postori. Tum illa inops melioris consilij, custodiam cas-
tellorum eis credidit, exceptis Hyrcania, Alexandrio & Machærunte, in quib. res sibi
charissimas recōdiderat. Nec multo post Aristobulū filium cum exercitu misit versus
Damasc

Damascum, contra Ptolemaeum Mennæum, qui grauius erat urbi vicinus. Sed ille nulla re memorabili gesta domum rediit. Per idem tempus nunciatum est, Tigranem Armeniorum regem cum du militum millibus inuasisse Syriam, & breui in Iudæam esse venturum. ea fama non immerito reginam & totam gentem terruit: miseruntque ad eum legatos cum magni precij muneribus, obsidentem tunc Ptolemaidem. Regina enim Selene, aliàs Cleopatra dicta, imperabat in Syria, & incolis eius autor erat ut Tigranem excluderent. Ibi inuentum regem legati rogauerunt, ut bene sibi de regina sua deque tota Iudæorum gente polliceretur. Ille verò collaudatos quòd è longinquo venissent ad exhibendum sibi officium, iussit omnia bona sperare. Capta verò Ptolemaide nunciatur Tigrani, Lucullum dum persequitur Mithridatem, illum quidem non assecutum, qui iam in Iberiam euaserat, sed Armeniam ingressum vastare eam regionem: quo cognito ille statim domum reuersus est. Post hæc cum regina in morbum difficilem incidisset, & visum est Aristobulo iam adesse tempus aggrediendi negotium, noctu egressus vno comitante famulo contulit sed ad ea castella, quib. paterni amici erant præpositi. Iam dudum enim moleste ferens quæ mater gerebat, tum verò longe magis timebat, ne illa mortua totum suum genus veniret in potestatem Pharisæorum: & videbat quàm ineptus esset administrationi frater, ad quem spectabat successio. Conscia verò fuit eius conatus sola vxor, quam domi reliquit cum liberis. ac primum venit Agaba, vbi Galæstes erat vnus è potentibus, à quo perlibenter exceptus est. Sequenti verò luce regina sensit Aristobuli absentiam: nec tamen statim suspicata est illum ad res nouandas esse profectum. Verum posteaquam venerunt nuncij alij super alios, quòd iam hoc iam illud castellum occupasset: nam vno incipiente statim reliqua omnia in eius potestatem se dederunt: tum demum in magna consternatione fuit & ipsa regina & vniuersa gens. sciebant enim non multum abesse Aristobulum, quin sibi vsurparet gentis imperium: & vehementer timebant ne pœnas exigeret ab illis, qui in ipsius familiares debacchati fuerant. placuit igitur ut vxor eius cum liberis custodiretur in castello quod templo erat appositum. ad Aristobulum autem magnus fiebat confluxus, ut iam nec strepitus deesset, nec ornatus regius. nam intra quindécim ferme dies occupauit castella vigintiduo. in quibus habens receptaculum, colligebat exercitum à monte Libano & Trachonitide & à tyrannis. homines enim semper pluribus se agglomerantes libenter obtemperabant, sperantes etiam non nihil vtilitatis se percepturos ex eo, quem ipsi ex insperato res nouas molientem euexissent ad dignitatis regis fastigium. Iudæorum autem seniores & Hyrcanus reginam conuenerunt, & rogbant ut præsentibus rebus aliquod expediret consilium. Aristobulum enim iam penè totam dominationem ad se traxisse, occupatis tot locorum opportunitatibus. se autem non decere, etiam si maxime ipsa ægroter, ea superstitie consultare absque illius conscientia. periculum autem iam esse penè proforibus. at illa iubebat eos facere quicquid putarent reipub. conducere. habere eos magnam facultatem, vires gentis, milites, & in arario multam pecuniam. sibi enim iam non admodum curæ esse rerum administrationem, nimirum deficientè corpusculo. his dictis non multo post extremum halitum reddidit, exacto anno regni i x, vitæ tertio supra septuagesimum, mulier supra sexum suum egregia, ut quæ mirum in modum honorum & imperandi cupida, operibus declarauit suam industriam, quasi exprobrans viris inscitiam, qui parum feliciter administrant respublicas. semper enim præsentibus magis quàm futuris intenta, & omnia post habendo moderatè gubernationi, neque ab honestate neque à iustitia deduci voluit. Familia tamen eius in tale incurrit infortunium, ut potentiam quam sibi multis sudoribus & periculis parauerat, propter huius non muliebres cupiditates paulo post amiserit: quia & cum inimicis familiaris suæ sensisse videtur, & reipublicam orbasse præsidibus: quin & post obitum eius ex reliquiis malæ ipsius administrationis, multæ turbæ originem duxerunt in domo regia. aramen quàm diu rebus præfuit, gentem in pace continuit. atque hic fuit rerum Alexandræ reginæ exitus.

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IYDAICARVM LIBER

DECIMVS QVARTVS.

Post contentionem de regno inter fratres conuentum est vt Aristobulus regnaret, Hyrcanus priuatam vitam degeret. Cap. 1.

10



DE Alexandræ reginæ rebus & obitu in præcedenti volumine diximus, nunc quæ deinceps consecuta sunt, dicturi sumus, nihil magis studētes quàm ne quid vel per ignorantiam vel per obliuionem prætermittamus. Nam qui historiam & rerum propter antiquitatē obscurarū expositionem scribere se profitentur, debent quidem non negligere orationis cultum, & elegantem compositionem, tum quicquid lectioni gratiā conciliat, & adimit tædium: sed præcipua cura impendenda est veritatis studio, ne suam fidem sequentes fallant & inducant in errorem aliquem. Cum igitur pontificatum accepisset Hyrcanus anno tertio septimæ & septuagesimæ supra centesimam Olympiadis, Q. Hortensio, Q. Metello Cretico Coss. statim bellum ei Aristobulus intulit: & commisso ad Hierichuntem prælio, multi ex eius militibus ad fratrem transfugerunt. quo factō Hyrcanus in arcem confugit. in quam custodiendi filij & vxor Aristobuli à matre eius depositi fuerant, vt antè diximus. reliqui etiam eius factionis homines cum victoris metu intra septum fani se recepissent, breui deditionem fecerunt. Cœptum est deinde agi inter fratres de pacis conditionibus, in quib. obtinuit Aristobulus vt regnaret, & fratrem sinceret in otio frui quæ illi obuenerāt facultatibus, & priuatam vitam agere. Hoc fœdus ictum est in ipso templo, & data acceptaq; fide, iunctisq; dexteris sancitum: & post mutuos cōplexus in cōspectu 30 populi factos digressi sunt, alter in regiam, alter priuatus in ædes Aristobuli.

Antipatri genus, & quomodo claritatem ac potentiam sibi & suis liberis parauerit, & fuga Hyrcani ad Aretam regem Arabum. Cap. 11.

11.



A M I C V S autem quidam Hyrcani Idumæus nomine Antipater, vir pecuniosus, natura factiosus & industrius, insensus erat Aristobulo, eo quod ipse studeret Hyrcani partibus: quāuis Nicolaus Damascenus huius genus deducat à primatibus Iudæorū, qui in Iudæam venerūt è Babylonia. Sed hoc dicit in gratiam Herodis eius filij, quem fortuna ad Iudæorū regnū euexit, sicut suo loco dicitur. Hic igitur Antipater primū vocabatur Antipas, eodē quo pater ipsius nomine: quæ ab Alexādro rege & eius vxore cōstitutū ducē totius Idumææ, ferūt amicitias Arabū & Gazeorū & Ascalonitarū coluisse, multisq; eos sibi cōciliasse muneribus. Itaq; minor Antipater suspectā habens Aristobuli potentiā, & timēs eum propter mutuam similitudinem, clanculariis obtreccationibus effecit vt contra illum potentiores Iudæorum cōspirarent, iniquū esse dictitans sinere Aristobulū incubare vsurpato per iniuriam imperio, ex quo eiecisset fratrem natu maiorem, cumque ætatis prærogatiua spoliasset. eisdem verbis etiam Hyrcanum obtundebar assidue; addens ne vitam quidem illi esse in tuto, nisi matura fuga salutis suæ prospiceret. amicos enim Aristobuli nunquam non consultare, quomodo eo sublato de medio, dominationem alteri constabiliant. His sermonibus Hyrcanus nolebat credere, quod esset natura bonus; & calumniās non libenter admitteret: quæ quidem animi lenitas & quietis amor parauit ei opinionem ignauitæ: at Aristobulus planè contrario fuit ingenio, industrius simul & magnanimus. Cum igitur Antipater videret Hyrcanum nihil moueri suis monitis, non destitit tamen quotidie nouas de fratre criminationes fingere, quasi insidiaretur vitæ illius. tandem vrgendo ægre obtinuit, vt assentiret fugere ad Aretam regem Ara

Arabum, suum quoq; pollicitus auxilium: idq; eo facilius impetrauit, quòd Iudææ cōfinis sit Arabia. præmittitur itaq; Antipater ad regem, accepturus ab eo fidē, quòd inimicis non dediturus esset suum supplicem: quod vbi ille interposita fide promisit, Antipater ad Hyrcanum reuersus est Hierosolyma: & non multo pòst assumpto eo noctu urbem egressus, magnis itineribus peruenit in urbem quæ Petra dicitur, apud quam erat Aretæ regia: & quòd esset regi amicissimus, rogabat eum vt Hyrcanum III in Iudæam restitueret, & instando quotidie dādóq; munera tandem persuasit. Hyrcanus quoq; pollicitus est si ope eius redūctus regnum reciperet, redditurum se ei regionem cum duodecim oppidis, quæ pater ipsius Alexāder de Arabibus ceperat. 10 erant autē hæc: Medaba, Naballos, Liuias, Tharabasa, Agalla, Athone, Zoara, Oronæ, Marissa, Rydda, Lufa, Oryba.

Aristobulus prælio victus compellitur Hierosolyma.

Cap. III.



ALIBVS promissis permotus Aretas expeditionem suscepit contra Aristobulum, ducens quinquaginta millia pedestris simul & equestris exercitus: móxq; vicit prælio. post eam victoriam multis ad Hyrcanum transfugientibus, desolatus Aristobulus confugit Hierosolyma. Arabs autem adducto secum toto exercitu, oppugnabat eum in templo adiuuante Hyrcanum etiam populo, solis sacerdotibus nō deferentibus Aristobulum. 20 sed Aretas admotis tam Iudæorum quàm Arabum exercitibus acriter oppugnationi instabat. Dum hæc ita geruntur instante azymorū festo quod Pascha vocamus, optimates Iudæorū relicta sua regione fugerunt in Ægyptum. Quidam autem Onias vir iustus & Deo carus, qui aliquando siccitatis tempore impetrauerat piis precibus pluuiam, tunc in latebras se abdidit, ciuile bellum præsentiens, hunc in castrā adductum Iudæi rogabant, vt quemadmodum olim sterilitati attulerat remediū, ita tunc deuoueret diris Aristobulum, & quotquot eius factionem sequebantur. id cū diu recusans cogeretur à turba, stans in medio eorum sic precatus est: Deus vniuersi huius mundi rex, quoniam & hi qui mecum stant tuus sunt populus, & qui oppugnantur tui sacerdotes sunt, precor vt neq; hos contra illos, neq; illos contra hos, orantes 30 exaudias. Post hæc vota circumsteterunt eum quidam ex Iudæis viri perditī, & obruerūt lapidibus. quam crudelitatem Deus ultus est continuo, cædisq; Oniæ pœnas exegit in hunc modū. Dum Aristobulus oppugnatur cum sacerdotibus, superuenit Pascha, in quo festo nobis mos est multis Deum honorare sacrificiis. quibus quia carebant obsessi, rogauerunt suos tribules vt accepta quantam postularēt pecunia, victimarum copiam sibi facerent. illis verò pactis mille drachmas in singula capita, & repræsentari sibi iubentibus, Aristobulus & sacerdotes libenter id fecerunt, & per funem è muro demiserunt precium. at illi accepta pecunia non reddiderunt victimas: sed eò progressi sunt impietatis, vt non seruata fide hominibus, Deum etiā fraudarent debitis honoribus. sacerdotes autem quibus per pactorum speciē illudum fuit, 40 orauerūt Deum vt pœnas de tribulibus suissumeret: nec dilata est vindicta: sed procella vehemens immissa fecit per totam eam regionem magnam vastationem fructuum, ita vt tritici modius veniret drachmis quindecim.

Hyrcani & Aristobuli legationes à Scauro petentes auxilium.

Cap. IIII.



INTEREA Pompeius Scaurum misit in Syriam, ipse in Armenia distentus bello, quod adhuc gerebat cōtra Tigranem. ille verò vbi Damascum venit, recēs captam à Metello & Lollio, properauit in Iudæam cōtinuato itinere. huic legati facti sunt obuiam, tam ab Hyrcano quàm ab Aristobulo, vtrique petentes societate & auxilium. & cū Aristobulus polliceretur cccc. 50 talenta, nec pauciora Hyrcanus, Scaurus Aristobuli promissa prætulit. is enim liberalis erat, & abundans pecuniis, & rogabat officiū præstari facilius. alter verò pauper erat ac tenax, & cū maiora quàm frater impetrare cuperet, tamen nō satis bona fide polliceri videbatur. Nam difficilius erat expugnare urbem adeò munitā & validam, quàm profugos repellere & Nabathæorum turbam, præsertim non valde ad id bel-

B 4

lum ge

lum gerendum animatam. Ob has igitur causas accepta ab hoc pecunia obsidionem soluit, denunciatis Aretæ ut recederet, ni pareat declarandus hostis Rom. populi. Et Scaurus quidem Damascum reuersus est: Aristobulus vero cum magno exercitu contra Aretam & Hyrcanum profectus est: & cōgressus cum eis apud locum quem Papyronem nominant, prælio vicit cæsis circiter septem millibus hostium, inter quos etiam Cæphalio frater Antipatri cecidit.

Quomodo Aristobulus & Hyrcanus apud Pompeium de regno disceptauerunt. Cap. V.



NON multo autem post cum Pompeius Damascum venisset, & obiret Cælesyriam: præsto fuerunt ei legati ex vniuersa Syria & Ægypto atque Iudæa. misit enim ad eum insigne donum Aristobulus, vitem auream talentorum. meminit autem huius muneris etiam Strabo Cappadox his verbis: venit & ex Ægypto legatio, cum corona facta ex aureorum quatuor millibus: & ex Iudæa siue vitis, siue hortus, quod opus τῶν πολλῶν, id est delectamentum vocabatur. hoc donum vidimus etiam nos Romæ dedicatum in Iouis Capitolini templo, cum inscriptione Alexandri regis Iudæorum: extimabaturq; quingentis talentis. fertur autem missum à dynasta Iudæorum Aristobulo. Paulo post iterum venerunt ad eum legati, Antipater pro Hyrcano, Nicodemus pro Aristobulo, qui etiam accusabat eos qui acceperant pecuniam, primum Gabinius, deinde Scaurus, ille c. c. hic quadringenta talenta, hos quoq; inimicos ei faciens. qui cum iussisset eis ad se disceptatorem venire, ineunte vere copiis ex hybernis reuocatis in Damascenum agrum profectus est: obiterq; arcem in Apamia diruit, quam Antiochus Cyzicenus munierat: & Ptolemæi Mennæi ditionem considerauit, viri noxij non minus quam fuerat Dionysius Tripolitanus, qui securi percussus est. affinitate etiam ei coniunctus. mille tamen talentis iste redemit se à supplicio, quæ Pompeius erogauit in stipendia militum. excidit etiam castellum Lysiada, cuius tyrānus erat Silas Iudæus: transiens deinde per Heliopolim & Chalcidem, superatq; medio monte in Cælesyriam veniens, à Pella Damascū se contulit. ibi & Iudæos audiuit, & eorum principes: qui inter se dissidebant Hyrcanus & Aristobulus, sicut gens ipsa ab utroq;. Aiebant enim se nolle esse sub regibus, quod patrium institutum habeant, ut sui Dei pareant sacerdotibus. hos autem duos esse quidem è sacerdotum genere, sed velle principatum gentis in aliam formam traducere, ut eam in seruitutem subigant. Hyrcanus autem querebatur, quod cum maior natu esset, priuaretur prærogatiua ab Aristobulo: & minimam portionem regionis sibi relictā, cætera à fratre usurpata per vim omnia. hunc etiam & terra incurfare finitimos, & in mari habere piratarum receptacula. nec enim impulsurum fuisse gentem ad defectionem, nisi turbam concitator esset, atq; natus ad violentiam. Attestabanturq; illi hæc dicenti plus quam mille ex Iudæorum optimatibus, quos Antipater ad hoc induxerat. Alter contra excidisse eum è principatu aiebat propter ignauia, quod natura ad nihil esset minus idoneus quam ad ob-eunda negotia, & ideo venisse eum in publicum contemptum. apud suæ gentis homines. Se vero necessario principatum assumpsisse, metuētem ne is migraret in aliam familiam. appellatione vero uti, qua & pater ipsius Alexander usus sit. & in testimonium citabat quosdā iuuenes fastuosos, exosos omnibus propter purpureas vestes, capillitij curam, & phaleras ornamentaq; cætera: qui hoc cultu tanquā ad pompam & non ad iudicium venerant. Pompeius vero his cognitis, & improbata Aristobuli violentia dimisit eos placide: promittens se venturum in eorum ditionem, quam primum inspexisset res Nabathæorum. interim iussit eos quietos esse, comiter habes Aristobulum, ne is alienatus intercluderet ei transitus. nec tamen ullam apud eum iniuit gratiam. non expectatis enim Pompeij promissis profectus est ad oppidū Delium, & inde in Iudæam se contulit.

Qua stratagemate castella occupauerit.

Cap. VI.



QUA re offensus Pompeius, assumpto exercitu quē in Nabathæos, paraue-rat, & excitis à Damasco cæteraq; Syria copiis auxiliaribus, aliisq; Romanis legionibus quæ ductum eius sequebantur, contra Aristobulum mouit. Ut vero

verò præterita Pella & Scythopoli peruenit Coreas, vbi Iudææ mediterranea versus est initium, inuenit elegantem arcem in montis vertice sitam Alexandrium. eò quia refugisse Aristobulum intellexerat, accersiuit illum ad se per nuncios. ille verò multis suadentibus vt caueret bellum à Romanis, descendit: & cum de iure principatus cum fratre disceptasset, permissu Pompeij rursus in arcem se recepit. idq; iterum & tertio fecit, simul spe regni Pompeio obsecundans, & omnia eius imperata se facturum simulans, simul redeundo in arcem se muniens, & apparatus bellicos faciens, metu ne ad Hyrcanum transferretur dominium. Iubente autem Pompeio vt traderet sibi castella, & præfectis de ea re propria manu scriberet, non tradituris alioquin: paruit
 10 quidem. sed ægre ferens secessit Hierosolyma quasi ad certum bellum se præparaturus. nec multo post Pompeio ducenti contra eum exercitum in itinere venit nunci- VII
 us è Ponto, Mithridatem à filio suo Pharnace occisum esse significans.

Hierosolymitani portas Romanis claudunt.

Cap. VII.



T. cum prima castra habuisset apud Hierichuntē, vbi palmeta sunt præstantissima, & opobalsamū prouenit inter vnguenta præcipuum, incisis acuto scrupo stuticibus succi in modum scatens, mane sequenti mouit inde versus Hierosolyma. Tum verò Aristobulus ante actorem pœnitens obuiam ei venit: & oblati pecuniis etiam intra Hierosolyma euni
 20 admittens, rogabat vt omisso bello quicquid veller pacate ageret. Pōpeius verò data petenti venia, mittit Gabinium cum militibus in urbem ad accipiendam pecuniam: qui tamen re infecta rediit, exclusus & vacuis manibus, militibus Aristobuli pactum irritum facientibus. Ea res vehementer Pompeio mouit stomachū, & additis Ari- VIII
 stobulo custodibus ipse ad urbem properat, cætera quidem probe munita tantum è septentrionali latere iniuriis expositam. Circuit enim ea parte vallis lata & profunda templum ambiens, quod muro valido è saxo structo cingitur.

Pompeius templum cum inferiore urbis parte vi expugnat.

Cap. VIII.



TRVS autem erat disidiū, urbanis quid opus esset facto non consentientibus. nam quidam censabant urbem Pompeio dedendam: Aristobuli verò factio excludi eum iubebat & bellum parati, eo quòd illum haberet in vin-
 30 culis. hi præuenientes alteros templum occupant, & præciso ponte qui in urbem ferebat, ad bellum se expediunt: at illi intromisso exercitu tradiderunt Pompeio urbē & regiā. ille Pisoni legato suo misso eò cum parte exercitus & urbis & regiæ cōmisit custodiā: ipse vicinas tēplo domos aliq; propinqua ædificia muniebat. & primū condiciones pacis eis obrulit: quas cū non admitterent, omnia quæ circum erant oppugnationi parauit, Hyrcano alacriter suppeditate quicquid vsus posceret. Pompeius verò à septentrionali tēpli latere, quòd maxime erat oppugnationi obno-
 40 xium, admouit milites: erāt autē hæc quoq; parte turres altæ, & fossa manu facta, præter profundam vallē quæ templū cingebat. nam etiam versus urbem abrupta erant omnia, sublato ponte, qua parte Pōpeius erat cum suo cōtubernio. erigebantq; quo-
 tidie magno labore aggerē Romani, cadentes circūquaque arbores. quòd opus vbi perfectū est, ægre cōpleta fossa propter immēsam altitudinē, admotis machinis à Ty-
 50 rō aduectis, quatiebat templum saxi missilibus. sed nisi patrius nobis mos esset per otium septimū quemq; diem exigere, non potuissent absoluere aggerem verantibus aduersariis. prohibere enim vim inferentes lex permittit, sed opus facientē hostem impedire nos nō finit. quòd vbi animaduertuerunt Romani, sabbatis neq; eminus incessabant telis Iudæos, neq; manus cū eis cōserebant: tantū erigebant aggerē & tur-
 res, machinasq; admouebant, vt eius postridie aduersus nos vti possent. Facile est au-
 tem vel hinc discere, quanta pietate Deum colamus, & quā obseruantes legū simus, quandoquidem oppugnationis terror nihil obtuit, quo minus solennia perageretur
 60 sacrificia, bis per singulos dies mane & circa nonā horam super altari immolantibus nostris sacerdotibus, ac ne in extremo quidem discrimine sacra intermittentibus. etenim capto tēplo tertio demū mense, die ieiunij, c. lxxix. Olympiade. C. Antonio, M. Tullio Cicerone Coss. hostis quidē irrūpens iugulabat omnes obuios: illi verò nihilominus sacris operabatur, neq; metu mortis, neq; iam cæforum multitudine

B 5

abster

absteriti, passuri quicquid liberet victori potius quàm deserturi altaria, aut aliquid omissuri præscriptū patriis legibus. quòd autē hæc nō fabula sit in pietatis laudē cōficta, sed rei veritas, attestatur omnes qui res à Pompeio gestas cōscripserūt, & in his Strabo, ac Nicolaus, Romanæq; cōditor historiæ T. Liuius. Nam cōcussa turri maxima crebris arietis ictibus, collapsaq; & secū ruinam trahente muri proximi, certatim infuderunt se hostium agmina: sed primus euasit per ruinas Cornelius Faustus Syl-læ filius, sequente cohorte militum. mox alia parte Furius centurio cum suis manipu-laribus: & inter vtrumq; Fabius & ipse centurio cū manu suorum valida. Omnia au-tē erant plena cædibus, & Iudæorū alij à Romanis cōfossi cadebāt, alij mutuis vulne-ribus. nonnulli per abrupta semetipsos iactabant, aut subiectis in ædes ignibus cōcre-¹⁰ mabatur, nō sustinentes spectare quæ patrabatur ab hostibus. ceciderūt ē Iudæis duò decim millia, Romanorum perpauca desiderati sunt. Captus est Absalomus, patruus simul & socer Aristobuli. Læsa etiam est non mediocriter templi religio, humanis antehac nec vestigiis, penetrati, nec oculis. Introgressus est enim in illud Pom-peius, & vnà cum eo non pauci alij, & inspexerunt quæ nefas est videre nisi solis sa-cerdotibus. cumq; intus essent ex auro mensa & candelabrū & pocula, & odoramen-torum magna copia, præterea in thesauris sacræ pecuniæ circiter talentorū duo mil-lia, nihil horū præ pietate attigit, sed hic quoq; sui similis fuit, & nihil cōmisit indignū cæteris virtutibus. Sequenti verò die iussis purgare templū ædituis, & instauratis le-gitimis sacrificiis pontificatū Hyrcano reddidit, tum propter alia ipsius officia, tum ²⁰ quia totā regione habitantibus Iudæis autor fuit, ne arma pro Aristobulo sumerent. deinde belli cōcitatores securi percussit: Faustusq; & aliis qui primi murū cōscende-runt, digna præmia persoluit. Et Hierosolyma quidē pop. Rom. fecit stipendiaria, vr-bes verò quas eorū ciues sibi subiugauerant in Cœlesyria, ademptas illis iussit pro-prio parere præsidii: & totam gentē prius elatam rebus prosperis, cōtraxit intra vete-res terminos. Gadara deinde paulo ante dirupta instaurauit in gratiā liberti sui Ga-darensis Demetrii. reliquas verò, Hippon, Scythopolim, Pellam, Dion, Samariā, Ma-rissam, Azotū, Iamniam, Arethusam suis restituit habitatoribus: easq; in mediterræ-neis, præter variis bellis dirutas. Maritimas verò, Gazam, Ioppen, Dora, Stratonis tur-rim, quæ ab Herode magnifice condita, & portubus atq; templis exornata, Cæsarea ³⁰ mutato nomine appellata est: has omnes Pompeius liberas esse iussas provinciæ cō-tribuit. Quorū omniū malorum causa fuisse Hierosolymitanis Hyrcanus & Aristobu-lus inter se dissidentes inuicē. nam tum primū libertatē amisimus, subiecti Romano-rum imperio: & regionē de Syris bello captā reddere ipsis coacti sumus: & insuper plus quā decem millia talentorū breui tēpore à nobis Romani exegerunt: & regnum quo prius pontificale genus honestabatur, ad plebeios translatus est homines. Sed de his suo loco dicemus. Cæterum Pompeius Cœlesyria vsque ad Euphratem amnē & Ægypti terminos Scauro tradita, cum duabus Romanis legionibus, ipse in Cili-ciam abiit, Romam properans: abduxitq; secum Aristobulum vinctum cum duabus filiabus & totidem filiis. ⁴⁰

Scaurus bello aggressus Aretam, fœdus Antipatri suasu cum eo ferijt. Cap. IX.

IX **S**CAURO autē ad Arabiæ Petram profecto cū exercitu, & quia difficilis ad eam aditus esset, circūuicinos agros populāre, militibúsq; fame laborāti-bus, Antipater iussu Hyrcani frumentū ex Iudæa & alia necessaria eis præ-bebat: missusq; ad Aretā legatus à Scauro, eo quòd hospes esset, persuasit etiam illi pecunia numerata vastationem agrorum redimere, sponsor factus pro tre-centis talentis. atque his conditionibus hoc bellum finitum est, non minus ē Scauri quàm ex Aretæ sententia.

Alexander à Gabino victus, in quodam castello oppugnatur. Cap. X.

X **L**IQUANTO autem post Alexandro Aristobuli filio Iudæam incursionē ⁵⁰ bus vexatē, imperator Gabinius ē Roma venit in Syriā. is & alia multa me-moratu digna gessit, & contra Alexandrū expeditionē suscepit, Hyrcano iam non valente ei resistere, & de muris Hierosolymorum reficiendis co-gitante, quos Pompeius deiecerat. sed ab hoc conatu per Romanos cohibitus est. At Alexan

Alexander peruagando regionem multos Iudæos armauit: collectisq; propere decem armatorum millibus, & mille quingentis equitibus, munitionibus firmauit Alexandrium castellum iuxta Coreas situm, & Machærontē in finibus Arabū. cōtra eum venit Gabinius, præmissis M. Antonio cum aliis ducibus: atq; ita Romani coniuncti cum Iudæis in officio manētib; quorū duces erant Pitholaus & Malichus, assumptis etiā Antipatri auxiliis, occurrerunt Alexādri, sequente cū reliquo exercitu Gabinio. tum ille recepit se propius Hierosolyma, vbi cōserto prælio Romani occiderunt hostium circiter tria millia: nec pauciores capti sunt. tum Gabinius veniens ad Alexandrium inuitabat conclusos ad pacē, veniā præteritorum pollicendo: & cum multi hostium extra castellum stationē haberent, Romani eos adorti sunt, vbi multis cæsis egregiā operā nauauit M. Antonius. Itaq; Gabinius relicta ad oppugnationem parte exercitus, ipse reliquam Iudæam perlustrabat: & quotquot inueniebat vrbes dirutas, ædificari iubebat. atque hoc pacto instauratæ sunt, Samaria, Azotus, Scythopolis, Antedon, Raphia, Dora, Marissa, Gaza, & aliæ nō paucæ: idq; mandante Gabinio, quarū posthac habitatio tuta permanfit, cū antè longo tēpore desertæ fuissent.

His ita per regionem dispositis, reuertitur ad Alexandrium: & cū intenderetur oppugnatio, per legatos veniā petiit Alexander, offerens castella Hyrcaniam & Machærontē, & postremo Alexandrium: quæ Gabinius diruit. Cūq; Alexandri mater ad eum venisset, quæ Romanis fauebat, marito eius & reliquis liberis Romæ asservatis, impetrauit ab eo quicquid petiit. mōxq; dispositis eius rebus, deduxit Hyrcanum Hierosolyma, curatūrum templum, & suum sacerdotium. deinde constitutis quinque iuridicis conuentibus, in totidem æquales partes totam prouinciā distribuit: ita vt alij iura peterent Hierosolyma, alij Gadara, Amathuntem alij: quarti verò Hiericuntem, quinti Saphoram, quod est Galilææ oppidum, sicq; liberati dominis sibi optimatum gubernatione debebant.

Aristobulus Romæ vinculis elapsus, rursus in Iudæa captus à Gabinio, Romam remittitur.

Cap. XI.

CÆTERVM cū Aristobulus Romæ profugus, reuersus esset in Iudæam, & conaretur Alexandriū recens dirutum denuo munire, Gabinius misit eò milites ducibus Sisenna, Antonio, & Seruilio, qui eum locum occupari non sinerent, & darent operam vt ipsum comprehenderent. nām multi Iudæorum ad eum propter nominis celebritatē confluebant, novarum rerum auidi. siquidem & Pitholaus Hierosolymorū præfectus cum mille armatis ad eum transfugit. alioqui in eò confluxu multi fuere non satis armis instructi. Aristobulus verò volens occupare Machærontē, tales dimisit vt inutiles ad molendum aliquid, assumptisq; tantum armatorum octo millibus, illuc contendit. quos assecuti Romani vicerunt egregie. quamuis enim repugnantes aliquātis per impressione facta coegerunt terga vertere, occisis eorum circiter quinque millibus. reliqui verò dissipati, vt quisq; potuit salutē sibi quæsiuerunt. Aristobulus tamen plus mille secum trahens perfugit Machærontē: muniebātq; id castrū, & quāuis rebus afflictis, bene sperare nō destitit. Sed nō vltra biduum sustinere potuit oppugnationē, & multis acceptis vulneribus captiuus cum Antigono filio, qui ei fugæ comes fuerat, ad Gabinium adductus est. atq; ita reflante fortuna rursus remissus Romā, in vinculis est habitus, postquā regno & pontificatu potitus est annis tribus cū dimidio, vir in ea dignitate magnificus & magnanimus. Liberos tamen eius dimisit senatus, cū ex Gabiniij literis cognouisset, promissum hoc eorū matri, dum castella traderet: qui mox in Iudæam reuersi sunt. Porro Gabinio paranti expeditionē in Parthos, & iam Euphratem traicienti, mutata sentētia visum est Ptolemæū in Ægyptū reducere, sicutaiā indicatum est. In hac quoq; expeditione ab Antipatro adiutus est frumento, armis, & pecuniis: & illius consilio Iudæi qui Pelusium accolunt, ceu custodes Ægypti adiutus, in societatem pertracti sunt. Cæterum reuersus ex Ægypto, deprehendit Syriā laborare dissidiis & tumultibus. Aristobuli enim filius Alexander, denuo inuasit per vim principatu, multos Iudæorum ad defectionem impulsit. collectoq; magno exercitu

citu regionem obeundo, interficiebat Romanos quotquot adipisci potuit, reliquos in montem Garizim compulso obsedit. Gabinus verò hoc in statu Syriam offendens, Antipatrum propter notam viri prudētiā præmittit ad tumultuatores, si forte posset ad saniorē mentē reductis persuadere ut meliorā sequantur consilia: quod ille sedulo fecit, & multos reduxit ad officiū. Alexandro verò potiri nō potuit. is enim habens secum xxx. Iudæorum millia, ausus est occurrere Gabinio, & collatis signis decernere ad mōtem Itabyrium: quo præliō desiderata sunt ex acie Iudæica x. millia. Tum victor constitutis Hierosolymitanis rebus ex Antipatri sententia, cōtra Nabathæos profectus, hos quoq; profligat vno præliō. nobiles etiā Parthos Mithridatem & Orfanem ad se profugos remisit, sparso timore quod aufugissent in patriam: tantisq; rebus gestis Romam reuertēs Crasso provinciam tradidit. De his autem Pompeij & Gabinij contra Iudæos expeditionibus scribit Nicolaus Damascenus & Strabo Cappadox, nihil ab altero discrepans.

Crassi contra Parthos ducentis per Iudæam iter, & sacrilegium. Cap. XII.

XIII. **C**rassus autem expeditionem contra Parthos parans in Iudæam peruenit, & pecuniam sacram quam Pompeius non attigerat, duo millia talentorum abstulit, totōq; reliquo auro, cuius summa accedebat ad octo talentorum millia, templum spoliavit. Tulit etiam trabem ex auro solidam, trecentas minas pendentem. Mina autem apud nos constat duabus libris cum dimidia. Hanc trabem ei tradidit sacerdos sacri thesauri custos Eleazarus, nō præ malitia (nam erat vir bonus & iustus) sed cūm concreditam haberet aulæorum templi custodiam, ex hac trabe pendentium, quorum admiranda pulchritudo erat & apparatus preciosissimus: videretq; Crassum totum esse in colligendo auro, timens omnibus templi ornāmētis, trabem hanc redemptionem pro omnibus ei dedit: cūm prius eum iureiurando obstrinxisset, nihil aliud loco moturum, contentum eo quod ipse traderet, æstimatum plurimis aureōrum millibus. Hæc trabs inserta erat trabi cavæ lignæ, quod cæteris omnibus ignotū solus sciebat Eleazarus. Crassus tamen & hæc pro reliquo templi auro accepit, & mox violato iureiurando totū quātum intus erat egeſsit. Nec est mirandum tantas diuitias in nostro templo fuisse, cuius Deum cūm omnes ubique terrarū Iudæi venerentur ac colant, tam ex Europa quàm ex Asia longo tempore huic eas contulerant. Nec ad iactationem conficta est prædicta summa, nec caret testibus: sed cūm alij multi, tum Strabo Cappadox attestatur nobis his verbis: Mithridates autem misit in Coum insulam qui afferrent sibi inde pecuniam, quam Cleopatra regina ibi deposuerat, & Iudæorum octingenta talenta. Nobis autem nulla est publica pecunia, præter hanc Deo sacram: & satis apparet, quod hæc Iudæi ex Asia in Coum deportauerant metu belli Mithridatici. Non est enim verisimile, eos qui Iudæam habitabant, habentes urbem adeò munitam & templum, pecunias in Coum misisse. Sed nec Alexandrinos Iudæos hoc fecisse est credibile, quibus nihil erat à Mithridate periculi. Idem Strabo alibi testatur Syllam quo tempore in Græciam traiecit, gesturus bellum contra Mithridatem & Lucullum, misisse Cyrenem agitatam seditio-
nibus gentis nostræ, quæ orbem terrarum repleuerit. sic enim scribit: Quatuor erant genera in Cyrenensium vrbe, ciues, agricolæ, inquilini, & quarti Iudæi. hoc tam in omnes vrbes subrepsit, nec est facile inuenire locum in orbe habitabili, quē recepta semel non obtineat. nam & Ægyptus & Cyrene, utpote eisdē solitē parere dominis, aliæq; multæ regiones horum ritus admiserunt: aluntq; congregationes Iudæorum maximas, tēpore coaſitas, & vtentes institutis domesticis. Per Ægyptum sanè etiam coloniæ sunt eius gentis, absq; eo quod Alexandrinæ vrbis magna pars eis assignata est. habet etiam proprium magistratum qui suæ gentis res administret, & controuersias ex iure dirimat, & cōtractus atque pacta rata habeat; nō aliter quàm fit in absoluta republica. Inualuit itaque hæc gens in Ægypto, eo quod antiquitus originem inde habeat, & facile migretur eò propter vicinitatem. In Cyreniacam verò regionem inde transiit ut conterminā, quemadmodū etiam Iudæa est, vel potius partem olim regni Ægyptij. Hæc Strabo. Cæterum Crassus rebus arbitrato suo compositis,
Parthorum

Parthorum ditionem inuasit: vbi cum omnib. copiis perlit: sicut aliàs narratum est. Cassius autem in Syriam refugiens occupata ea resistebat Parthis, propter recentem victoriam excurfantibus: & cum venisset Tyrum, inuisit etiam Iudæā. Vbi Tarichæas primo impetu cepit, & ferme xxx milia captiuorum abduxit. Pitholaum quoq; qui Aristobuli partes fouebat interfecit hortante Antipatro, qui plurimum apud eum poterat, & maximam inter Idumæos autoritatē habuit. apud quos duxit vxorem illustri inter Arabas loco natam, Cypron nomine, ex qua quatuor ei nati sunt filij, Phasaclus, & Herodes qui postea regnauit, & Iosephus atq; Pheroras, & filia Salome. Hic Antipater etiam alios dynastas hospitio sibi coniunxit: & amicitia, sed maxime Arabem, apud
 10 quem & liberos deposuit, dum bellum contra Aristobulum gereret. At Cassius reparatis copiis ad Euphratem se contulit, ibique Parthis se opposuit, quemadmodum & ab aliis scriptoribus est memoriæ proditum.

Pompeij fuga in Epirum, & Scipionis aduentus in Syriam.

Cap. XIII.



LIQVANTO autem post Cæsar occupata Roma, & Pompeio vnā cum
 senatu ultra mare Ionium fugato, solum vinculis Aristobulum decreuit
 in Syriam mittere, additis ei duabus legionib. quo facilius ordinaret pro-
 uinciam. sed is breui frustratus est suā spe, quam ex accepta à Cæsare po-
 testate conceperat, à Pompeianis veneno sublatu, & à Cæsarianis funera
 20 tus. Corpus autem eius diu melle curatum iacuit, donec Antonius id in Iudæā remis-
 sum mandauit reponi in regū cōditoriis. Scipio vero iussu Pōpeij securi percussit Ale-
 xandrū Aristobuli filiū, eo quod aliquādo cōtra Romanos rebellauerat. & hic quidem
 apud Antiochiā affectus est supplicio, fratres verò eius ad se recepit Ptolemæus. Men-
 næus dynasta Chalcidis, quæ sita est in mōre Libano. nā misso Philippione filio Ascalo-
 nē ad vxorē Aristobuli, iussit eā cum eo mittere ad se Antigonū filiū & filias, quarū alte-
 rius Alexādræ amore captus Philippio duxit eā cōiugem. deinde vero occiso prius cō-
 Ptolemæus ipse duxit Alexandram, & germanorum eius curam habere non destitit.

Cæsaris in Aegyptum expeditio, & quā fidelī Iudæorum opera adiutus sit. *Cap. XIII.*

OST Pōpeij autem obitum & victoriā Cæsaris, bellum ei gerenti in Ægy-
 pto multis in rebus vsui fuit Antipater Iudæorum gubernator, idque man-
 dato Hyrcani. Mithridate enim Pergameno adducēte auxilia, nec valente
 trāsire per Pelusium, & circa Ascalonem hærente, Antipater ei se adiunxit
 cum armatis Iudæorum tribus millibus, egitque cum Arabum primatibus vt & ipsi ve-
 nirent auxilio: cuiusque potissimum opera ē tota Syria auxilia cōtracta sunt. nam certa-
 tim opem tulerūt Cæsari Iamblichus dynasta & Ptolemæus eius filius, & Tholomæus
 Sohemi filius Libanum montem incolens, & vrbes penē vniuersæ. Mithridates verò
 motis ē Syria castris peruenit Pelusiū, & non receptus ab eius loci hominibus urbem
 oppugnauit. Vbi præcipuam operam nauauit Antipater, primusque deiecta quadam
 40 muri parte, aditum cæteris irrumpentibus in urbem aperuit. & Pelusium quidem sic
 captum est. Antipatrum autem & Mithridatem properantes ad Cæsarem transitu ar-
 cebant Iudæi Ægyptij, qui regionem quæ Oniæ dicitur incolunt. Hos Antipater vt tri-
 bules in partes suas traduxit, maxime cū ostēdisset Hyrcani pontificis literas, in qui-
 bus rogabantur, vt amicos se præberent Cæsari, eūque com meatibus iuuarent & re-
 bus exercitui necessariis. Qui moti autoritate Antipatri ac pōtificis libēter paruerunt,
 quod vbi audiuerunt qui Memphim accolunt, & ipsi Mithridatem accersuerunt, &
 ille cō profectus hos quoque adiunxit suis partib.



OST QVAM autem ventum est ad Delta quod vocant, confligit cum ho-
 ste circa locum qui Castra Iudæorum dicitur. Curabat autem dextrum cor-
 nu Mithridates, sinistrum Antipater. In ea pugna Mithridatis cornu incli-
 natum est, videbatūque cladem accepturum, nisi mature præter fluminis
 ripam accurrens cum suis Antipater, qui iam aduersarios profligauerat, exemptis so-
 ciis periculo, Ægyptios iam vincentes coegisset terga vertere: qui adeò fugientibus
 C insti

institit, vt castra quoque hostium caperet: aduocato etiam in prædæ partem Mithridate, quem insectando hostem longo à tergo reliquerat. Is ex suis octingentos desiderauit, Antipater non plus quinquaginta. Mithridates verò de his Cæsare per literas certiore reddidit, ingenue fassus Antipatrum & salutis sibi causam fuisse & victoriæ: ita vt Cæsar & tunc eum collaudauerit, & postea toto eo bello in rebus periculosissimis eius forti opera vsus sit: in quibus certaminibus etiam vulnera accepit. Quamobrem finito tandem bello classe deuectus in Syriam Cæsar, magnos honores contulit, tum in Hyrcanum quem cōfirmavit in pontificatu, tum in Antipatrum quem ciuitate Romana & immunitate donauit. Nonnulli vero aiunt Hyrcanum ipsum huic expeditioni interfuisse, & in Ægyptum venisse. Attestatur mihi Strabo Cappadox, ex autoritate 10 Asinij sic scribens: postquam Mithridates Ægyptum inuasit, & cum eo Hyrcanus Iudeorum pontifex. Idem Strabo alibi ex autoritate Hypsicratis sic scribens: Mithridatem primò solum venisse, accitum deinde ab eo Ascalonem gubernatorem Iudææ Antipatrum tria millia militum ei adiunxisse, & eiusdem hortatu cæteros dynastas sociæ arma contulisse. in hisque Hyrcanum pontificem. Hæc Strabo. Eodem tempore etiam Antigonus Aristobuli filius ad Cæsarem veniens, questus est de patris infortunio, quòd propter ipsum veneno extinctus esset Aristobulus, & frater suus à Scipione securi percussus. rogabatque vt sui miseretur, paterno principatu eiectioni. Præterea Hyrcanum accusabat & Antipatrum, quòd per vim principatum gentis gererent, nec abstinere ab ipsius iniuriis. Antipater vero causam suam egit diluens obiecta crimina: 20 Antigonusque seditionis & nouarum rerum studiosum esse coarguit. commemorabat etiam quantum proximo bello laborasset pro Cæsare, ipsum verborum suorum testem adducens. Aristobulum autem merito Romam victum pertractum, perpetuum hostem & inimicum pop. Romani. Fratrem vero huius cōuictum latrocinii debitas pœnas Scipioni dedisse. & non per iniuriam oppressum. Tum Cæsar oratione Antipatri motus, Hyrcanum pontificem declarauit, Antipatro dynastiam quamcunque ipse optaret obtulit, & procuratorem insuper Iudææ declarauit.

Cæsaris literæ & senatusconsulta de Iudeorum amicitia.

Cap. XVI.

XVII.



HYRCANO verò etiam patriæ mœnia restituere permisit, rogati hanc gratiam: iacebant enim vsque ad id tempus, ex quo à Pompeio fuerant diruta. deditque hac de re in urbem literas ad consules, vt decretum hoc scriberetur in Capitolio: cuius senatusconsulti exemplum sic habet: L. Valerius L. F. Pr. retulit ad senatum idibus Decembribus in æde Concordiæ. præsentem L. Coponio L. F. & C. Papirio Quirino, de his quæ Alexander Iasonis, Numenius Antiochi, Alexander Dorothei, legati Iudeorum, viri optimi & socij nostri petierunt, renouantes veterem erga populum Rom. beneuolentiam: qui phialam & clypeum ex auro argumentum societatis attulerunt, æstimationis aureorum L. millium. & literas petierunt ad liberæ ciuitates ac reges, vt per regiones eorum atque portus secure possint iter facere. Placuit igitur senatui eos in amicitiam & societatem 40 recipere, & omnia quæ petierunt concedere, & allatum clypeum accipere. Hæc acta sunt Hyrcani pontificatus & principatus anno nono, mense panemo. Quin & ab Atheniensibus honor habitus est Hyrcano, quæsitus beneficiis: miseruntque ad eum decretum scriptum in hanc sententiam. Sub iudice & sacerdote Dionysio Asclepiadis, panemi mensis luna vigesima, oblatum est ducibus decretum Atheniensium, Agathocle principe: de quo Eucles Menandri Alimusius scriba retulit Munychionis vndecima, concilio iudicum facto in theatro: suffragia collegit Dorotheus summus sacerdos, & assessores ex populo. Dionysius Dionysij dixit: Quoniam Hyrcanus Alexandri pontifex Iudeorum ac ethnarcha perpetua tam publicè quàm priuatim ciues nostros beneuolentia prosequitur, nullam bene merendi occasionem prætermittens: 50 & quotquot Atheniensium vel propter legationes, vel propter priuata negotia illuc deueniunt, acceptos comiter, deducendos etiam curat in reditu, idque multorum constat testimoniis: visum est nunc Theodosio Theodori referente, & populum de huius viri virtute commonefaciente, quàm propensus sit ad benemerendum de nostris

stris ciuibus, honorare hunc virum virtutis ergô corona aurea iuxta legem, ponere ei effigiem auream in templo Demi & Charitum: & præconis voce promulgari eam coronam in theatro Liberalibus dum nouæ tragœdiæ aguntur, & Panathenæis & Eleusiniis, & in gymnics certaminibus. Curæq; esse nostris ducibus, vt dum ille in amicitia nostra perseverat, vt quicquid in honorē eius & gratiam pro fauore & meritis excogitauerimus, exequantur sedulo: quo perspicua sit omnib. populi nostri erga bonos viros gratitudo ac beneuolentia, & huiusmodi honorib. plures ad benemerendum de nobis inuitentur. Eligi etiam legatos idoneos ex omni Atheniensium numero, qui ad illum decretum hoc perferant, hortenturque vt acceptis his honorib. certet nobiscum beneficiis. & hætenus de collatis à populo Rom. & Atheniensi in Hyrcanum honoribus. Porro Cæsar ordinatis rebus Syriæ cum classe profectus est. Antipater autem deducto Cæsare in Syriam reuersus, ante omnia disiecta per Pompeium moenia restituit, & obeundo prouinciam nouarum rerum cupidos compescuit, tum minis agens tum consiliis. Fore enim, vt si Hyrcano contenti sint principe, feliciter degant fruendo suis quisque possessionibus. Sin nouas sibi spes polliceantur, & lucra ex rebus turbatis captent, se quidem pro præside habituros dominum, Hyrcanum vero pro rege tyrannum, tum Romanos atque Cæsarem acerbos hostes pro principibus. Hos enim nequaquam laturos mutari aliquid ex his quæ ipsi constituerint, atque his monitis ille regionem totam composuit.

XVIII.

20 *Antipater ex filiis suis Herodi Galilææ, Phasaelo Hierosolymorum regimen committit, & quòd Sex. Cæsar Herodem magnum ac illustrem reddidit. Cap. XVIS.*



AETERVM cum Hyrcanum stupidum ac segnem animaduerneret, Phasaelum è liberis suis natu maximum Hierosolymis & circumuicinæ regioni ducem cōstituit, Herodi secundo Galilæam curandam commisit, etiam tum admodum adolescenti, nec excedenti annum quintumdecimum: quod tamen illi nihil obfuit, sed quia fuit generoso ingenio præditus, confestim occasionem inuenit quomodo posset virtutem suam ostendere. Comprehensum enim Ezeciam primarium latronem, & cæterorum ducem, Syriæ fines incurfare ac prædari solitum, affecit supplicio cum multis latrocinij sociis. quod eius factum magnam ei apud Syros conciliauit gratiam, nihil magis cupientes quàm repurgari tandem regionem à prædonibus. Decantabant igitur eum hoc nomine per vicos & oppida, vt autorem pacis & fruendi secure possessionibus. Quin & Sex. Cæsari per hoc factum innotuit, cognato magni Cæsaris & tum administranti Syriam. quapropter etiam Phasaelus excitatus est ad æmulationem fraternæ gloriæ, nolens virtutis laude haberi inferior: nihilque magis studuit quàm gratosus esse apud Hierosolymitanum populum, omnia negotia publica per se obeundo, & in eis cum magna gratia versando, nec abutendo potestate ad cuiusquam iniuriam. quo factum est vt Antipater haud secus quàm si rex esset à tota gente coleretur, & in tali haberetur honore, qualis non dedeceret dominum. nec tamen rebus tam secundis more cæterorum hominum deprauatus est, quo minus Hyrcano fidem seruariet atque amicitiam. Cæterum optimates Iudæorum videntes eum cum filiis tantopere crescere, tam fauore gentis, quàm Hyrcani pecuniis & percipiendis ex Iudæa redditibus, maligne erga eum affecti erant. iam enim amicitiam contraxerat cum Romanis imperatoribus, & persuaso Hyrcano vt pecuniam eis mitteret, ipse huius muneris sibi vsurpauit gratiam. Misit enim tanquam de proprio, & non quasi ab Hyrcano acceptam. Hæc Hyrcanus audiens adeò nihil curabat, vt gaudere etiam facto videretur. Sed maxime terrebat Iudæorum primates violentum ac audax Herodis ingenium & tyrannidis cupidum, adeuntésque Hyrcanum aperte iam incusabant Antipatrum. Quousque tandem dissimulabis quæ geruntur quotidie? an non vides Antipatrum cum filiis succinctos principatus opibus, tibi verò præter inane regni nomen nihil fieri reliquum? Sed caue ista nescias, nè te securum putes, incolumitatis tuæ atque regni iuxta negligens. neque enim procuratores tuos amplius agunt: noli falli hac opinione: sed iam ex professo dominationem exercent. nam Herodes Ezeciam cum plerisque aliis interfecit, con-

C 2 temptis

temptis nostris legibus, quæ hominem quantumvis scelestum non sinunt affici supplicio, nisi prius damnatum ex sententia iudicum. iste verò hoc ausus est, prius quàm à te potestatem hanc acciperet. Tandem Hyrcanus his auditis motus est. accēderunt autem eius iram matres etiam eorum quos Herodes necauerat. nam hæ per singulos dies in templo non desinebant precibus suis tum regem tum populum obtundere, rogantes vt Herodes coram confesso iudicium facti sui rationem cogeretur reddere. Permotus igitur his hominem ad iudicium & dicendam causam euocat. at ille præstò fuit, præmonitus tamen à patre, vt non priuati more, sed cum comitatu ad se tuendum idoneo veniret. Ergo ordinatis Galilææ rebus, quæadmodum existimabat sibi conducere, mediocrem sed tamen sufficientem sibi manum adiunxit in itinere, ne vel Hyrcanum terreret si plures adduceret, vel ipse sine tutela subiret iudicij periculū. Quin & Sex. Cæsar præses Syriæ scripsit ad Hyrcanum vt eum absolueret, minis si contrā fecisset additis. Quod quidem facile ab illo impetratum est, nequa tristiore iudicium sententia feriretur, quando quidem amabat eum non secus atque filium. Cūque constitisset ante iudicium vnà cum suis, omnes sunt attoniti, nec quisquam eorum qui absentem accusauerant, ausus est hīcere: sed hærebant inopes consilij. Tum vnus quispian Sameas nomine, vir iustus, & ob hoc inuictus terroribus, assurgens sic exorsus est: Equidem iudices, tuque rex, nec ipse vnquam vidi quenquam, qui ad causam apud nos dicendam vocatus ad hunc modum comparuerit, nec vos puto posse proferre huiusmodi quempian: sed quisquis hactenus apud hunc confesum iudicandū se præbuit, humilis venit & habitu timentis periculum ac captantis misericordiam, atratus & promissò capillitio. at bonus iste Herodes cædis reus, & tam graui obnoxius crimini, adstat hīc purpuratus & crine belle composito, cum armatis stipatoribus: vt si capitalem iuxta leges sententiam in eum tulerimus, nobis mactatis ipse euadet illata vi legibus. Verū isti non succenseo, quòd maiorem incolumitatis suæ quàm legum rationem habeat, sed vobis magis & regi qui hanc ei concessistis licentiam. Scitote tamen potētem esse Deum, & quòd iste, quem nunc in Hyrcani gratiā legibus eripitis, & vos aliquando & regem ipsum puniet. Nec vanus fuit vates, nā Herodes regnum adeptus omnes illos iudices & regem quoque sustulit, excepto vno Samea. hunc enim in honore habuit propter iustitiam, & quia post obsecrā urbē ab Herode ab Sosio, admittendi Herodem autor fuit populo, negās propter peccata eos posse dominationem illius effugere: sicut suo loco dicetur. Porro Hyrcanus animaduertens iudices propensiores ad damnandum Herodem, rem in sequētem diem distulit, & clām eum admonuit, vt fuga sibi consuleret. non enim esse remediū aliud, atque ita ille secessit Damascum, quasi regem fugiens: cūq; conuenisset Sex. Cæsarem, & res suas in tuto collocasset, palām præ se tulit quòd non esset compariturus si denuo citaretur ad iudices. Illi verò indignabantur, & conabātur Hyrcanum docere, quòd in ipsius perniciem hæc omnia tenderent: qui non ignorabat quidem eos vera monere, sed nihil expedire poterat per ignauiam & amentiam. Cæterum cū Sex. Cæsar accepta pecunia Herodem præfecisset Cælesyriæ, vehementer timuit ne ille contra se duceret. nec eum sua sefellit opinio. Iratus enim quòd iussus sit causam dicere, veniebat cum exercitu: sed patris ac fratris occurſu & precib. cohibitus est quo minus inuaderet Hierosolyma, placantiū eum & rogantiū, vt terruisse contentus, re ipsa læderet steminē, ne vltius aduersus auctorem suæ dignitatis procederet. Debere etiā eum nō tam meminisse quòd citatus sit, quàm quòd absolutus etiā, & gratiā habere, quòd nihil triste passus abierit incolumis. Cogitandū quoque quā periculosa sit belli alea, & quòd Deus arbitrato suo his vel illis annuat victoriā: atq; eo minus tū eam esse sperandā, quādo nō solū contra regē suū & altorē bellū moueat, verū etiā benemeritū, ipse nulla affectus iniuria. nā si quid illi nūc obūciat, nō ipsius esse culpam; sed consultorū nō bonorū, qui ei opinionē crudelitatis conciliēt. Paruit his monitis Herodes, ratus sufficere sibi ad futuras spes quòd potentia genti declarauerit. atq; eo tū in statu res fuerūt Iudaicæ. Cæterū Cæsar Romam reuersus expeditionē parabat in Africā cōtra Scipionē in Catonē. tum Hyrcanus per legatos eū rogauit, vt cōfirmaret cœptā societate & amicitia. Nunc videtur mihi operæ precii per censere omnes honores genti nostræ à Roman. Impera. habitos, & inita cum

- cum eis fœdera, vt vniuersis notum sit, quòd tam ab Europæ quàm ab Asiæ regibus obseruati fuerimus propter fidē ac fortitudinem. Quoniam autē multi nos odio habentes nō credūt de nobis Perficarum vel Macedonicarū rerum scriptoribus, quòd ea monumenta nō ita peruulgata sint, apud nostrates seruata & alios quosdā barbaros, certē Romanorū decretis contradicere non poterunt. nam hæc & publice dedicata sunt in vrbib. atq; etiam in Capitolio, & colūnis insculpta sunt æreis. Quin & Iul. Cæsar apud Alexandriam attestatus est Iudæis inscriptione colūnæ æræ, quòd Alexandrinæ ciuitatis ius habeant, quare his argumentis vsurus sum. apponam etiam senatusconsulta & decreta Iulij Cæsaris, quæ ad Hyrcanū & nostram gentem attinent.
- 10 C. Iulius Cæsar. Imp. & pont. max. dictator iterū, Sidoniorum magistratibus, senatui & pop. salutē. Si valetis bene est, ego quidē & exercitus valemus. Mitto vobis exemplum tabulæ, quæ ad Hyrcanū Alexandri filiū, Iudæorum ethnarcham ac pontificem attinet, vt in publicis vestris monumentis reponatur, inscriptū Græcis & Latinis literis in ærea tabula. Est autē hoc: Iulius Cæsar. Imp. iterū & pont. max. de cōsiliij sentētia decreui. Quoniā Hyrcanus Alexādrī filius Iudæus & nunc & præteritis temporibus, tam pace quàm bello bonā ac fidelem operā in nostris negotiis præstitit, sicut ei multi Imperatores attestati sunt, & in proximo Alexandrino bello in auxiliū venit cum MD. militibus, & ad Mithridatē à me missus virtute cessit nemini: has ob causas Hyrcanum filiū Alexandri & eius liberos ethnarchas Iudæorum esse iubeo, & pontifica-
- 20 tum Iudæorum perpetuo retinere more patrio, essēq; ipsum & filios eius nostros socios, & in amicorū nostrorum recipi numerū. Iura quoq; omnia pontificalia habere ipsum & filios decerno. & si qua controuersia exorta fuerit de Iudaica disciplina, iudicium penes ipsum esse. ad hæc nec hyberna militi debere, nec pecunias ab eo exigi. C. Cæsaris consulis, placita, concessa, decreta, sic habent: vt filij principatū gentis Iudæorum, & donata sibi loca possideant: vt pontifex ipse ac ethnarcha Iudæorū iniuriā passis adsit: vtq; ad Hyrcanum Alexandri filiū Iudæorum pontificem mittantur legati acturi de societate & amicitia. dedicariq; æream tabulam hæc continentem in Capitolio, & apud Tyrū, Sidonem, Ascalonē, in templis, inscriptam Romanis atq; Græcis literis: vtq; hoc decretum apud omnes omnium vrbium quæstores ac magi-
- 30 stratus publicetur, quo pro amicis habeantur, & legatis eorum hospitia præbeantur, & decreta hæc ad omnia loca mittantur. C. Cæsar, Imp. dictator, consul, honoris, virtutis & benignitatis causa, concessit in commodū s. r. q. Romani, Hyrcanum Alexandri filium eiusque filios pontifices ac sacerdotes esse Hierosolymorum totiusque gentis, iure quo & maiores eorum hoc sacerdotium gesserunt. C. Cæsar quintū Cos. decreuit habere & munire Hierosolymorum urbem, & gubernare eam Hyrcanum filium Alexandri pontificem Iudæorum ac ethnarcham secundū suam voluntatem, & vt Iudæis secundo locationis anno de redditibus eorum subducant, immunesque sint ab angariis & vestigalibus. C. Cæsar Imp. iterum statuit vt singulis annis tributa pendant Hierosolymitani pro sua ciuitate, loppe excepta, absq; anno septimo quem
- 40 Sabbaticum nominant, quoniam in eo neq; fructus arborum colligunt neque seminant: vtq; in Sidone secundo quoque anno tributum reddant quartam partem satourum: & ad hæc Hyrcano eiusque filiis decimas persoluant, sicut hætenus eorum maioribus. Vtq; nullus vel præses vel dux vel legatus in finibus Iudæorum auxilia colligat: nève militibus liceat pecunias ab his exigere, vel hybernorum vel quocunque alio nomine: sed sint immunes ab omnibus molestationibus. Quæcunque etiam postea parauerunt vel emerunt, his omnibus fruantur. Ioppen præterea quam ab initio habuerunt Iudæi dum in populi Rom. amicitiam reciperentur, placere ipsorum esse quemadmodum antea. Tributā quoq; eius oppidi habere Hyrcanum Alexandri filium cum suis filiis, tam ab eius agri aratoribus, quàm vestigalium portus nomine, &
- 50 eorum quæ Sidonē exportantur, annuā modiorum XXMDCLXXV. excepto anno septimo quē vocant Sabbaticum, in quo neq; arant, neque de arboribus fructus colligunt. Vicos item quos in Magno capō Hyrcanus & sui maiores ante eū possederūt, placet senatui eundem Hyrcanū & Iudæos etiam nunc habere, iure quo & antea habuerunt. Manere etiam iura quæ ab initio inter Iudæos & eorum pontifices fuerant,

& quæcunque beneficia à s.p.q.r. concessa. Præterea eodem iure licere illis vti & in Lydda. Loca etiam, agros, habitationes, quas pro amicitia reges Syriæ ac Phœnices per donationem populi Rom. possederant, placere senatui vt Hyrcanus Iudæorum ethnarcha habeat. esseque ius Hyrcano eiusque filiis & legatis ab eo missis ludos & gladiatores spectandi inter senatores sedentibus. Vtq; quotiescunque postulauerint à dictatore aut magistro equitum in senatum introducantur, & responsum eis omnibus intra decem dies reddatur, si quid à senatu decretum fuerit. C. Cæsar. Imper. III. Cos. v. perpetuus dictator, huiusmodi verba fecit de iure Hyrcani Alexandri filij pontificis Iudæorum ac ethnarchæ. Quandoquidem mei antecessores Imperatores testimonium reddiderunt Hyrcano Iudæorum pontifici Iudæisq; tam in prouinciis 10 quàm apud s.p.q.r. & hoc homine s.p.q.r. ei gratias egit, æquum est nos quoque horum meminisse, & dare operam vt Hyrcano ac Iudæorum genti filiisq; Hyrcani à s.p.q.r. pro suo erga nos fauore gratiæ referantur. C. Iul. Cos. Parianorum magistratibus s.p.q.r. Sal. Accesserunt me in Delo Iudæi & quidam de coloniis Iudæorum, præsentibus etiam vestris legatis, & indicauerunt mihi decretum, quo vetatis eos vti patriis sacrificiis & ritibus. mihi verò non placet talia decreta aduersus amicos nostros & socios fieri, vetariq; eos viuere suis moribus, & conferre pecunias in epulas ac sacrificia, quandoquidem nec Romæ hæc facere vetantur. Nam C. Cæsar Cos. in edicto quo interdixit in vrbe sodalitia, hos solos neque pecunias conferre, neque conuiuia parare vetuit. Ego quoque cum alia sodalitia interdixerim, hos solos sino 20 iuxta patrios mores ac leges conuenire. Quapropter æquum est etiam vos si quod decretum fecistis contra amicos nostros & socios, id abrogare propter eorum virtutem, & erga nos beneuolentiam. Post mortem autem Cæsaris M. Antonius; P. Dolabella Coss. aduocato senatu & introductis Hyrcani legatis, retulerunt de eorum postulatis, & amicitiam cum eis renouauerunt, & quicquid petierunt senatusconsulto eis decretum est. Dolabella etiam acceptis ab Hyrcano literis scripsit per vniuersam Asiam, & primæ eius prouinciæ ciuitati Ephesiorum, in hunc modum. Dolabella Imperator Ephesiorum magistratibus s.p.q.r. Sal. Alexander filius Theodori, legatus Hyrcani pontificis ac ethnarchæ Iudæorum, mihi retulit de ciuib; suis quòd militare non possint, eo quòd neque arma gestare, neque iter facere eis fas sit die- 30 bus sabbatis, neque victum more patrio possent sibi querere. Quamobrem ego quoque quemadmodum alij ante me Imperatores immunes eos volo à militia, permittoque vt patriis vtantur moribus, conuenientes sacrorum causa sicut leges eorum postulant, & conferentes in offerenda templo sacrificia. voloque vt hæc ipsa scribatis per vrbes prouinciæ singulas. Atque ita Dolabella Hyrcano per literas roganti gratificatus est. L. autem Lentulus Cos. pro sententia dixit: Iudæos ciues Romanos templa Iudaica habentes & facientes, Ephesi pro tribunali religionis ergò esse immunes à militia pronunciaui duodecimo calendas Octobreis. Multa itaque extant & alia huiusmodi senatusconsulta & Imperatorum decreta ad Hyrcanum & gentem nostram aliásque vrbes, & rescripta de iure nostro ad prouinciarum 40 præfides, de quibus propter hæc quæ hoc loco inferuimus credere facile est his, qui nostra scripta candide lecturi sunt. Quando enim tam manifesta argumenta exhibuimus nostræ cum populo Romano amicitiae, ostensis æreis columnis & tabulis in Capitolio nunc vsque durantibus, duraturisq; in posterum, omnia hîc apponere superuacaneum ac molestum duximus, existimantes neminem fore tam difficilem, vt de re tot decretis comprobata dubitet, ac non potius ex his etiam de cæteris coniecturam faciat nos vera dicere. Satis ergo iam declarata sit, quæ per ea tempora nobis cum populo Romano intercessit amicitia & societas. Incidit autem eisdem temporibus tumultus in Syria ex causa huiusmodi. Cæcilius Bassus vnus è Pompeianis per insidias interfecto Sexto Cæsare ipse occupauit prouinciam 50 cum legionibus. Quo facto magnum bellum exortum est circa Apamiam, Cæsarianis ducibus contra cum venientibus cum equestribus ac pedestribus copiis: ad quos & Antipater misit auxilia cum filiis, memor beneficiorum acceptorum à Cæsare, ideoque repetendas pœnas ab eius interfectore iustum existimans. Id bel-
lum

lum dum trahitur, Marcus venit Sexti successor, & interim Cæsar ab his qui cum Cæsio & Bruto coniurauerant in senatu occiditur, exactis in principatu suo tribus annis cum dimidio, sicut & ab aliis scriptoribus memoriæ proditum est.

Cassius afflictis Iudeis insuper octingenta talenta ab eis exigit. Cap. XVIII.

BELLO deinde ciuili post cædem Cæsaris exorto, consularibus aliis aliò XX
discurrentibus ad parandos exercitus, Cassius in Syriam venit, occupa-
turus eum qui circa Apamiã erat exercitû: solutâq; obsidione tam Mar-
cum quàm Bassum in suas partes pertraxit: obeundôq; ciuitates compa-
10 rabat arma & milites, tributa etiam exigendo grauiâ. sed maxime Iudæam afflixit,
plus quàm septingentis argenti talentis imperatis. Tum Antipater res vbiq; turbatas
videns, partem eius pecuniæ duobus filiis exigendam cõmittit, partem Malicho sibi
parû amico, partem quibusdam aliis: & primus Herodes ex Galilæa quantû impera-
tum erat afferens, maximâ apud Cassium gratiam iniit. prudens enim illi videbatur
consiliû, iam tum Romanorû alieno sumptu captare beneuolentiâ. Sub aliis autem
procuratoribus ipsæ ciuitates venum dabantur vnâ cum suis habitatoribus: quarum
quatuor erant præcipuæ, Gophna, Emaus, Lydda, Thamna: nam earum plebes Cas-
sius hastæ subiecit. adeò autem exacerbatum erat, vt etiam Malichum interfecurus
fuerit, nisi Hyrcanus per Antipatrum centû talentis de suo missis, furorem eius lenif-
20 set. At ille post Cassij discessum maxime insidiatus est Antipatro, per huius mortem
Hyrcani dominationi securitatem se paraturû existimans. nec tamē latuerunt Anti-
patrum eius consilia. nam cùm hoc sensisset, vltra Iordanem profectus copias colli-
gebat tum ex indigenis, tum ex Arabibus. Verum Malichus vir callidus inficiabatur
insidias, deierans apud Antipatrum & filios, quòd Phasaelo Hierosolymorum præsi-
dium tenente, Herode vero habente armorum custodiam, ne in mentem quidem
sibi vnquam tale aliquid venerit. & videns non succedere quod proposuerat, recon-
ciliatus est Antipatro Marco Syriæ præsidente. qui postquàm intellexit res nouas in
Iudæa molitum Malichum, minimum abfuit, quin eum interficeret, quem tamen
Antipatri precibus donauit incolumem.

30 *Malichus per insidias Antipatrum veneno tollit.* Cap. XIX.

SED Antipater imprudens seruauit Malichum vt se perderet. nam Cas-
sius & Marcus coacto exercitu Herodē totius Cœlesyriæ ducem fece-
runt, attributis ei naualibus, equestribus, & pedestribus copiis, regnum
etiâ polliciti post finitû bellum, quod tum gerebant cõtrâ Antonium &
iuniorē Cæsarem. Malichus verò tum maxime timens Antipatrum, decreuit è me-
dio tollere. corruptoq; pincerna Hyrcani, apud quem ambo epulabantur, veneno
necauit hominē, & assumpta armatorum manu suscepit ciuitatis gubernacula. Cæ-
terum postquā Herodi ac Phasaelo innotuerūt structæ in parentē insidiæ, indignan-
40 tibus illis Malichus strenue pernegauit omnia. atq; hic fuit finis Antipatri, viri iusti ac
pij, & patriæ amantissimi. Ex filiis autē alter Herodes confestim volebat patris mor-
tem vlcisci, & cum exercitu aggredi Malichum: sed Phasaelo grãdiori magis placuit
dolo circumuenire hominē, ne videretur ciuile bellû incipere. itaq; accepta Malichi
satisfactione simulauit se credere, nō esse illum paternæ necis conscius: seq; vertit
ad excolendum monumentû quòd patri struxerat. Interim Herodes veniens Sama-
riam, eamq; nimis afflictam offendens, refouere eam cœpit, & iura reddendo con-
trouersias ciuium dirimere. non multo autem pòst instante Hierosolymis festo, &
ipse venit in urbem cum militibus: quem Malichus metuens Hyrcano suasit ne eum
intrare permitteret: id quod Hyrcanus fecit, prætexens nefas esse sanctis populi ce-
50 remoniis profanam turbâ superinducere. at Herodes cõtemptâ obnunciatione no-
ctu urbem ingressus est, & Malichum vehemēter perterruit. at ille solitarum artium
non immemor, palàm lachrymabūdus conquerebatur de Antipatri tanquā amici in-
teritu, clām verò parabat sibi satellitiû. quare visum est Herodis amicis simulationē
hanc non coarguere, sed ad vitandâ suspicionē vicissim comiter tractare Malichum.

Herodes iussu Cæsij Malichum dolo interficit.

Cap. XX.



T T A M E N Cæsio de patris obitu significauit per literas : & ille qui non ignorabat mores Malichi, rescripsit vt vleisceretur parentis iniuriam : clàm etiam mandauit Tribunis apud Tyrū agentibus, vt adessent Herodis iustis conatibus. Cùmq; capta à Cæsio Laodicia, simul ad eum iter facerent afferentes coronas & pecuniā, Herodes expectabat daturum esse illic pœnas Malichū. at ille circa Tyrū Phœnices suspicione concepta, maiora moliri cogitauit : & quia filius eius obsec in ea vrbe seruabatur, decreuit eam ingredi, & furtim illū in Iudæam abducere : & occupato cōtra Antoniū Cæsio, gente ad defectionē concitata, sibi ipsi principatū eius acquirere. Sed consiliis eius fortuna aspirare noluit, & Herodes ho- 10 mo callidus intellecto eius proposito, præmissō famulo quasi ad parandā cœnā, quia comites omnes inuitauerat, re autē vera ad tribunos, iussit eos Malicho cum pugionibus occurrere. illi verò egressi, & nacti eum prope urbem in littore, confoderunt hominem. quo factō Hyrcanus adeò est attonitus vt obmutuerit. tandē egre ad se reuersus percontabatur Herodē quid hoc rei esset, & quis interfecisset Malichum. & audito factū esse iussu Cæsij, laudauit facinus. malū enim virū fuisse, & insidiatorem patriæ. atque ita Malichus pro oppresso Antipatro pœnam persoluit debitam. Porro Cæsio profecto è Syria, apud Iudæam tumultus exoritur. Felix enim relictus cū militibus Hierosolymis, in Phasaclū fecit impetum, & populus arma corripuit. Herodes verò ad Fabium profectus est Damasci præsidē, & volens fratri succurrere, mor- 20 bo præpeditus est : donec Phasaclus per se superato Felice, in turrim primum compulsum, incolumitatem deinde pactum abire passus est. quamobrē mox cum Hyrcano exposulauit grauitè, quòd post accepta à se multa beneficia, inimicis suis fauorem impenderet. nam frater Malichi tunc non pauca castella occupauerat, & inter cetera Masadam longe munitissimum. Vt igitur conualuit Herodes contra hunc profectus, receptis omnibus castellis pactum incolumitatem dimisit.

*Antigonum Aristobuli filium auxilio Tyriorum tyranni paternum regnum repetentem**Herodes profligatum è Iudæa pellit.*

Cap. XXI.



R I S T O B U L I autem filium Antigonum, qui cōciliato sibi pecuniis Fabio exercitū comparauerat, Ptolemæus Mennæus adoptat propter affinitatē. 30 hūc etiā Marion adiuuabat, apud Tyrios ope Cæsij tyrānidē adeptus, per Syriam quoq; tyrannidē exercens, dispositis in ea præsidiis, atq; etiā in Galilæa contermina occupatis tribus arcibus. Sed has omnes Herodes illò profectus recepit, & præsidiarios Tyrios elementer dimisit, donatis ex his nonnullis propter beneuolentiam qua ciuitatem eorum prosequabatur. His peractis occurrit Antigono, cūmq; prælio superat, & vix extremos Iudææ fines ingressum inde profligat. Quamobrem reuertentem Hierosolyma coronis tam Hyrcanus honorauit quàm populus. Iam enim gener per sponsonem ascitus erat in Hyrcani familiam, quo libentius eius tutelam suscepit, dueturus Alexandri Aristobulo geniti filiam, Hyrcani verò ex filia neptem, ex qua postea pater factus est filiorum trium, & duarum filiarum. Duxerat 40 autem etiam antè vxorem è suis popularibus Dorem nomine, ex qua suscepit Antipatrum filiorum natu maximum.

Herodes in Bithynia occurrens Antonio, pecuniis eum sibi conciliat : quo factum est vt ille accusatores eius non admiserit.

Cap. XXII.



Æ T E R V M Cæsio apud Philippos ab Antonio & Cæsare deuicto, Cæsar inde in Gallias, Antonius in Asiā proficiscitur. qui vbi peruenit in Bithyniam, omniū gentium legationes habuit obuiam. Aderant & Iudæorū primates, Phasaclum & Herodem accusaturi : quasi in speciem solum regnaret Hyrcanus, re autem vera tota potestas esset penes hos fratres. Herodē vero Antonius in magno honore habuit, qui ad obiecta diluenda venerat : quo factum est vt 50 ne ad colloquium quidem aduersarios eius admiserit. id enim data pecunia Herodes impetrauerat. Progresso autem Ephesum præstò fuit legatio missa Hyrcani pontificis & gentis nostræ publico nomine, afferens coronam aurcam, & rogans vt quos Iudæos Cæsarius præter ius belli captiuos abduxerat, scriptis per prouincias literis in liberta

libertatem vindicaret: & agros per Calsium ademptos genti restitueret. Quorum postulata Antonius æqua existimās, confestim scripsit Hyrcano & Iudæis, simulq; ad Tyrios misit decretū hanc sententiam continens. M. Antonius Imp. Hyrcano pontifici ac ethnarchæ Iudæorum salutem. Si valetis bene est, ego & exercitus valemus. Lysimachus Pausania, Iosephus Mennæi, Alexander Theodori, legati apud Ephesum me conuenientes, eandem quam prius Romæ legationem mihi exposuerunt, & noua hac tuo ac gentis nomine diligenter perfuncti sunt, declarantes quanta nos prosequaris beneuolentia. quare cognitā nō tam ex verbis quā ex õperibus vestram amicitiam, & mores cõpositos ac pios non cõplecti non possum. Ergo quoniam totam Asiam aduersarij nostri ac pop. Rom. incurſauerunt, nec sacratis locis nec ciuitatibus parcentes, neq; iusiurandum præstitū seruantes: non tam priuatum nostrum negotium agentes, quā suscepta defensione reipublicæ in diuini simul ac humani iuris violatores vindicauimus. Eorum enim facinus sol ipse auerſatus videtur, & inuitis oculis spectasse perpetratum scelus in Cæsarem. Sed postquam impios eorū conatus excepit Macedonia, renouantes in eis locis priscam gigantum audaciam, & agitatam furoribus maleficientiam quā circa Philippos exercuerunt, occupatis opportunis locis & vsque ad mare montū vallo permunitis, vt per vnicam ceu portam pateret aditus, diis ipsis eorum iniusta molimina damnantibus vicimus. & Brutus cõpulsus intra mœnia Philippenſium, obsessusq; à nobis, addidit se Cassio socium.

20 exitij, qui postquā meritas pœnas dederunt, pace nos in posterū fruituros speramus, & Asiam conquieruram à bellorum tumultibus. Iam enim nostra opera vniuersum Asiæ corpus velut è graui morbo colligere se incipit. Cū igitur etiā de tectum tua gente agendo ornandoq; cogitē, curæ mihi erit quicquid in rem vestram fuerit. edictum etiā oppidatum proposuit, vt quotquot vel liberi vel serui sub hasta à C. Cassio Calsianisve venundati sunt, libere dimittantur. Volōq; vt quæ mea & Dolabellæ benignitate vobis concessa sunt, ea perpetuo rata sint. Tyrios quoque iubeo vt iniuriā à vobis abstineant, & quicquid de Iudæorum finibus occupant, id totum restituant. Coronam autem quā misisti accepimus. Mar. Antonius Imp. Tyriorū magistratibus s. p. q. Sal. Renunciatum est mihi Ephesi ab Hyrcani pontificis ac ethnarchæ

30 legatis, agros ipsorum ditionis vos occupasse, idq; factum quo tempore nostri aduersarij tenuerunt eam prouinciam. Quoniam igitur pro imperio bello suscepto, iustitiæ pietatiq; prospicientes vindicauimus in ingratos ac perfidos, volo etiā vobis pacē esse cum nostris sociis: & quicquid ab aduersariis nostris accepistis, habere vos non permittimus, sed iubemus vos prioribus dominis reddere. nemo enim eorū neque prouinciam à Senatu accepit, neq; exercitum, sed quæ per vim corripuerunt, largiti sunt ministris suæ violentiæ, quādo igitur illi meritas pœnas dederunt, æquum censemus vt socij nostri ea quæ ante habuerunt, nemine vetante, retineant: vosq; si quos Hyrcani Iudæorum ethnarchæ agros, postquam C. Cassius bellum illicitum in nostra prouincia mouit, occupastis, eos reddatis: nève vllam vim interponatis quo mi-

40 nus ad pristinos dominos redeant, quòd si aliquid iuris in eos prætenditis, quā primum ad ea loca venero integrum vobis erit ius vestrum repetere, id quod etiam sociis nostris peræque integrum seruabimus. M. Antonius imperator Tyriorū magistratibus s. p. q. Salutem. Edictum meum ad vos misi, quod volo curetis referri in publicas tabulas literis Græcis & Latinis: & in loco aliquo conspicuo proponi, vt legi possit ab omnibus. M. Antonius Imp. ac triumuir dixit: Quoniam C. Calsius hoc perturbato rerum statu alienam prouinciam & militem præſidiarium inuasit, & sociorum nostrorum facultates diripuit, & vastauit Iudæorum gentem amicam populo Rom. insolentia eius armis nostris perdomita, iudiciis atq; edictis quæ ille perpetravit corrigimus, vt ablata restituātur nostris sociis, & siue corpora Iudæorum siue

50 bona diuendita sint, illa in libertatē, hæc ad pristinos reuertantur dominos. qui verò contra edictum hoc nostrum fecerit, pœnas daturus est: & qui inobedientiæ cõuicti fuerint, in eos pro rei dignitate animaduertere curabimus. Eodem ferè exemplo Sidoniis, Antiochenſibus & Aradiis scripsit: visumq; est hoc loco etiam hæc inserere, argumento futura quanta prouidentia nos dignatus sit Romanus populus.

Antonius in Syriam prouinciam veniens Herodem cum Phasaelo tetrarchas constituit. Cap. XXIII.

XXI



OST hęc autem in Siriam aduentante Antonio, Cleopatra in Cilicia facta illi obuiam, amoribus suis eum implicuit: quo tempore rursum centum ē Iudæorum gente potentissimi venerunt ad eum vt accusaret Herodem vnā cum suis, electo ad hoc eloquentissimo quoq; ē suo numero. Iuuenem autem causam defendendam Messala suscepit, assistente sibi etiam Hyrcano, qui iam socer factus fuerat. Antonius verō audita vtrāq; parte apud Daphnen, sciscitatus est ex Hyrcano, vtra pars melius administraret rēpublicā. Qui cū respondisset Herodem in hoc pręstantiorem esse, Antonius qui iam ante fami-
liariter diligebat iuuenes propter paternum hospitium, quo tempore cum Gabinio agens patris eorum contraxerat amicitiam, hos ambos tetrarchas cōstituit, & Iudæorum eis cōmittit gubernacula. Literas quoq; in hoc scripsit, & ex eorū aduersariis xv. cōiecit in vincula, occisurus etiam nisi intercessisset Herodis deprecatio: quamuis ne sic quidem cessauerunt à legatione reuersi. Sed rursum mille venerunt Tyrium, Antonium ibi pręstolaturi, qui magna pecunia iam corruptus à fratribus, imperauit eius loci magistratui, vt in Iudæorum legatos nouatores rerum animaduertetet, & Herodi adiutor esset ad principatum parandū. Herodes verō ante urbem diuersantes in littore accedens, hortatus est eos vt se subducerent: nam & Hyrcanus cum eis aderat: admonens quantum instaret periculum si contendere pergerent: quod illi
contempserunt. moxq; erumpentes in eos Iudæi cum indigenis, partim trucidauerunt eos, partim sauciauerunt: reliqui verō domum refugientes posthac quieuerunt. Populo verō clamoribus agente cōtra Herodem, cōmotus ad iram Antonius iussit quos vinxerat interfici. Altero deinde anno Syriam occupauerunt Pacorus regis filius & Barzapharnes Parthorum satrapa: quo tempore Ptolemæus Mennæi defunctus est. cuius in principatu successor filius Lysanias amicus factus est Antigono Aristobuli filio, conciliante satrapa qui multum apud eum poterat.

Parthi Antigonom Aristobuli filium in regnum reducunt. Cap. XXIIII.

XXII




ANTIGONVS deinde mille talenta & quingentas mulieres daturum se Parthis est pollicitus, si ab Hyrcano in illum regnum transferrent, & Herodem vnā cum suis interficerent. quæ tamen non dedit, sed Parthi nihilo minus asserturi regnum Antigono, duxerunt versus Iudæam exercitum, Pacorus per maritima, satrapa per mediterranea. Pacorum excluderunt Tyrij, sed Sidonij ac Ptolemaidenses intromiserunt. Ille aliam equitum in Iudæam speculatum pręmisit, iussam etiam adiutare Antigonom. eos ducebat pincerna regius, & ipse Pacorus nomine. Adiungentibus autem se Antigono Iudæis Carmelum montem incolentibus, & paratis cum eo in hosticum inuadere, ille spem concepit posse se horum opera partem quandam regionis in potestatem redigere, quæ Drymæ vocabatur: & quibusdam eis occurrentibus peruasert vſque Hierosolyma. Vbi adiungentibus se alijs iam multum aucti numero, aggressi sunt oppugnare regiam. moxq; ferentibus opem his qui fratrum partes sequebantur, & pugna in foro cōserta, repulerunt hostem iuuenes: cōq; in templū compulso, miserunt armatos quosdam in propinquas ædes vt eis essent pręsidio. in quos coortus populus, destitutos auxilio cum ipsis concremauit ædibus. quam iniuriam populo post Herodes ultus est, aduersarios adortus pręlio, & multis interfectis ex illorum numero. Cūmq; quotidianæ velitationes inter eos fierent, hostes expectabant conuenturas ē tota regione turbas ad Pentecosten, quam vocant, festiuitatem. Quæ dies postquam illuxit, multa hominum millia circa templum cōgregata sunt, tam armatorum quàm inermium: qui & templum & urbem occupauerunt, excepta regia. hanc enim Herodes seruabat cum paucis militibus. eius murum Phasaelus custodiebat: Herodes verō cum suorum cohortibus erupit in hostem agentem in suburbio: & egregia pugna edita coegit multa millia terga vertere, fugientia partim in urbem, partim in templum, partim etiam intra vallum quoddam in propinquo positum. in ea pugna & Phasaelus adiuuit

adiuuit nonnihil. Pacorus autem Parthorum dux cum paucis equitibus rogāte Antigono in urbem ingressus est, prætextu quidem quasi seditionis compescendæ gratia, sed reuera principatum illi astruere cupiēs. quin postquam à Phasaelo occurrente exceptus est hospitio, suavit ei vt legatus iret ad Barzapharnem, insidias hoc pacto instruens. ille nihil suspicatus paruit, non probante hoc factum Herode proptet Barbarorum perfidiam, hortantēq; vt potius Pacorum & alios ad se venientes opprimeret. Itaque profecti sunt in eam legationē Hyrcanus atq; Phasaelus: & Pacorus relictis apud Herodem ducentis equitibus, ac decem liberis quos vocant, legatos deduxit. Vt verò in Galilæam ventū est, armati eis occurrunt qui illis oppidis præerant: 10 & Barzapharnes primum alacriter eos excipit donatq; muneribus: deinde struere insidias incipit. Phasaelus verò cum suo comitatu deductus est in propinquum iuxta mare diuerforium. Vbi audito quòd Antigonus mille talenta & quingentas mulieres Phartis esset pollicitus, suspectos iam habuerūt barbaros. quidam etiam nunciavit, noctu illis parari insidias, & clam adhiberi custodiam. Et certè cepissent eos, nisi expectassent donec relictī Hierosolymis Parthi Herodem caperent, ne his sublatīs ille præsentiens effugeret. id quod verum esse mox apparuit, conspectis custodibus, quare non desuerunt qui hortarentur Phasaelum, vt nihil amplius expectans conscenso equo se inde proriperet, præcipue Osilius, qui id secretum cognouerat è Saramalla Syrorum tunc ditissimo, & naues ad fugam offerebat. nam non longe mare 20 aberat. at ille Hyrcanum & fratrem Herodem nolebat in periculo relinquere: sed accedens Barzapharnem negabat eum recte facere, qui agitaret eiusmodi consilia. Si enim pecuniis opus habeat, plures accepturum à se quàm ab Antigono: & alioquin turpe esse legatos suam fidem secutos infantes interficere. At barbarus hæc audiens deierebat non esse vera, & inanibus eum turbare suspicionibus: moxque ad Pacorum abiit.

Parthi Hyrcanum & Phasaelum captiuos abducunt.

Cap. XXV.

30  V o profecto statim Parthorum quidam iniecerunt vincula Hyrcano & Phasaelo, multum detestanti eorum periurium. ad Herodem autem missus eunuchus mandatum habebat, vt productum extra muros comprehenderet. Phasaelus verò miserat nuncios, qui indicarent Parthorū perfidiam: quos quoniam hostes interceperant, Herodes re cognita Pacorum adiit & Parthorum potentissimos, quasi aliorum dominos, qui cum scirent omnia, dolose dissimulabant: aiebantq; oportere eum cum ipsis progressum extra regiam occurrere literarum latoribus: nondum enim eos esse comprehesos ab aduersariis, sed aduentare significaturos quàm bene Phasaelo successerit. id Herodes non credidit, vt qui ex aliis de fratre capto audierat. quam eius suspicionē augebat Hyrcani filia, cuius filia ipsi desponsa erat: huius monitis, licet aliis cōtemnentibus libenter parebat, vtpote mulieris cordatissimæ. Interim dum Parthi quid faciendum sit 40 consultant, quòd non placeret aperte tantum virum aggredi, & rem in sequentem diem differunt, Herodes animaduersa eorum trepitatione, & magis etiā permotus nuncio de intercepto à Parthis fratre, vtcunq; negarent alij, appetente vespera decreuit ad fugam vti hac opportunitate temporis, neque diutius inter hostes cunctari in rebus tam dubiis. Assumpto igitur armatorum quos circa se habebat subsidio, & impositis in iumenta mulieribus, matre & sorore, & sponsa sua Alexandri filia nepte Aristobuli, matrēq; sponsē Hyrcani filia, & fratre natu minimo, famulitiōq; ac reliqua turba comitum, properabat versus Idumæam insciis hostibus: ex quibus nemo erat tam ferreus, qui non tali rerum facie cōmotus fuisset ad misericordiā, scēminis infantulos suos trahentibus, & cum lacrymis ac eiulatu relinquentibus patriam, & vinctos 50 amicos, nec de se meliora sperantibus. Verum Herodes obdurato cōtra læuientem fortunam pectore, & ipse præsentī erat animo, & comites inter eundē singillatim accedens hortabatur ne mœrori succumberent. hunc enim fugæ officere, in qua sola salutis spes sit reposita. quibus verbis accensi conabantur calamitati resistere. interim minimum absuit quin ipse sibi manus inferret, euerso vehiculo & matre adducta in mortis

mortis periculum : adeò & casus hic eum terruit, & metus ne inter has moras superueniret hostis insequens. iamq; gladiū strinxerat volens se percutere, cum interuentū proximorum est prohibitus, obtestantium ne suos inimicorum iniuriis relinqueret. neque enim esse viri fortis, se vno in libertatē asserto amicos contemnere. partim igitur vi, partim pudore coactus desistere ab incepto facinore, refota matre, & pro tempore adhibitis remediis, pergebat institutum cursum petens castellū Massadam quā maximis cōpendiis. in quo itinere non semel impugnatus à Parthis persecutoribus, semper victor discessit. Imò ne Iudæi quidem eo fugiente quieuerunt, sed sexagesimo ab vrbe stadio illum aggressi in pugnā pertraxerunt. quibus victis & profligatis, quasi nō ex necessitate, sed multo ante præparatus cōfluxisset : in eo loco vbi Iudæos 10 vixit, postquā regno potitus est regiam condidit cum primis memorabilē, adiuncto etiam oppido, quod Herodiū vocari voluit. Postea verò quā ad Resām vicum Idumææ peruenit, occurrit ei frater Iosephus : vbi consultatum est inter eos quid factū opus esset, cum tantam turbam secum traherent, etiā absque milite cōductio : Massada verò, ad quod castellū decretū erat confugere, tantam multitudinem non caperet. Maiorē igitur partem dimisit, numero supra nouē millia, iussis aliis aliās per Idumæam salutem sibi querere, additōq; viatico : expeditioribus autem quibusq;, & suis intimis necessitudinibus assumptis in castellum ingressus est : depositisq; ibi cum suo comitatu mulieribus, quorum omnium numerus ad octingentos pertingebat, quòd ibi & frumentum & aqua & reliqua omnia necessaria suppeterēt, ipse properauit ad 20 Petram Arabiæ. Cæterum vbi dies illuxit, reliqua quidem omnia Hierosolymitanorum bona direpta sunt per Parthos vnā cum ipsa regia, sola Hyrcani pecunia, circiter trecenta talenta, intacta remansit. Herodis etiam facultatum magna pars euasit, præsertim quas ille mature prouidens in Idumæam deportandas curauerat. Nec cōtenti Parthi vrbis direptione, egressi agrum quoque late populati sunt, & Marisām vrbem opulentam euerterunt. atque ita Antigonus in Iudæam à rege Parthorum reductus, Hyrcanū & Phasaclum vinctos accepit. Vehementer autem tristatus est, quòd mulieres effugissent, quas Parthis tradere constituerat, & vnā cum pecunia daturum se promiserat. Veritus deinde, ne populi fauore Hyrcanus in regnum restitueretur, qui à Parthis asseruabatur, amputauit ei auriculas, hoc agens, ne ille propter hoc vitium 30 ad recipiendum pontificatum esset idoneus, quādo lex hunc honorem non concedit, nisi ei qui integro sit corpore. Sed maxime miranda est Phasaeli generositas, qui vbi neci se destinatum cognouit, non tam mortem indigne ferens, quā miserabile ac turpe ducens inimici arbitratu cadere, cum manus sibi inferre non posset propter vincula, alliso ad saxum capite vitam abruptit, quod illi tum in tali necessitate constituto, visum est honestissimū, adempta inimico potestate sæuendi in se pro libidine. Fertur autē quòd fauciato vehementer capite, Antigonus submissis medicis, pro remedio venenum in vulnus indiderit. ante tamen quā exhalaret animam, audito ex quadam muliercula quòd Herodes frater hostem euassisset, valde tranquillo animo mortem tulit, vltorem suæ necis post se relinquēs, qui posset ab inimicis pœnas exi- 40 gere. At Herodes non fractus malorū se circumstantium magnitudine, expediebat consilium ad moliendas res arduas. ad Arabum enim regem Malachum, multis suis beneficiis iam antè obligatum proficiscitur, cum maximè opus haberet mutuā operam postulaturus, & accepturus pecuniam vel munere vel fœnore ab homine sibi obnoxio. nōdum enim certior factus de fratris interitu, dabat operam vt eum quā primum ab hoste redimeret, vel trecenta talenta paratus expédere. qua de causā etiā Phasaeli filiū septennem secum ducebat, oppigneraturus eum apud Arabes. Sed cum occurrissent ei missi à Malcho qui denunciarent vt finibus eius regni excederet, sic Parthis iubētibus (prætexebat autē hoc suasu optimatum suorum ne debitam pecuniā redderet, utq; ille fraudaretur rebus quas Antipater penes eos deposuerat) 50 respondit se nō verisſe vt molestus esset cuiquā, sed vt colloqueretur cum rege de rebus necessariis. deinde cum consultius videretur discedere, valde moleste abiit Ægyptum versus iter ingressus, & tunc quidem in quoddam templum diuertit, vbi multos ex comitatu reliquerat. Sequenti verò die cum venisset Rhinocura, ibi cognouit

gnouit de fratris obitu. Malchus autem pœnitentia motus, & cursim insecutus Herodem, nihil profecit. iam enim ille procul aberat versus Pelusium properans. quò postquam peruenit, non recipientibus eum nautis qui nauigaturi erant Alexandriam, magistratus eius loci conuenit. à quibus ob pristinæ fortunæ reuerentiam honorifice in eam urbem deductus, à Cleopatra detinebatur. quæ tamé efficere non potuit ne Romam properaret, licet hiberno tempore, & parum tranquillis, vt nunciabatur, rebus Italiæ. Soluens igitur inde versus Pamphyliam, & cum graui tempestate conflictatus, ægre in Rhodum euasit, iactura etiam sarcinarum facta. Vbi duo ex amicorum cohorte ei præstò fuerunt, Sappinas & Ptolemæus. Et cum inuenisset eam ciuitatem grauiter afflictam bello, quod contra Cassium gestum est, ne præsentem quidem inopia cohiberi petuit, quo minus vel supra vires eam refoueret: instructaq; triremi & cum amicis conscensa, in Italiam Brundisium appulit. Inde Romam profectus, ante omnes Antonio denarrauit ea quæ sibi in Iudæa contigerant: & quòd frater Phasaelus à Parthis captus occisus sit, & Hyrcanus apud eosdem captiuus detineatur. quòdque Antigonom regē constituissent, pollicitum eis mille talenta, & quingentas mulieres, quas ex ipsius familia seligere destinauerat. & quòd eas noctu asportasset non sine labore, & ægre manus hostium euasisset. & post hæc omnia, familiam in extremo periculo relictam oppugnari, ipso per medias tempestates contemptis omnibus difficultatibus properante ad vnicum subsidium, quod in illo haberet repositum.

20

Herodes Romæ à senatu Iudææ rex declaratur.

Cap. XXVI.



ANTONIUM verò mutaræ Herodis fortunæ commiseratio subiit, reputantem quòd etiam ab illo fastigio deuoluantur homines, non mediocriter mouente cum cùm paterni hospitij memoria, tum pecunia quam Herodes pollicebatur, si eius ope rex fieret, quèadmodum ante potestatem tetrarchæ consecutus fuerat. sed præcipue huc impellebat odium Antigoni, quem quòd pro turbulento haberet ac Romanis infestissimo, ad iuuandum Herodem erat propensior. Cæsar quoq; partim propter Antipatri militiâ in Ægypto cum patre ipsius toleratam, & hospitij ius ac reliquam beneuolentiam, partim vt Antonio gratificaretur, quem valde studiosum Herodis sciebat, ad dignitatem ipsius tuendam & conatus promouendos erat paratissimus, conuocatòque senatu Messala ac deinde Atratinus, commendarunt productum Herodem, tam patris quàm ipsius beneficia & studium Romani nominis commemorantes: simulque accusauerunt & hostem declarauerunt Antigonom, non solum ob vetera crimina, verum etiam quòd contemptis Romanis à Parthis accepisset imperium. quibus rebus cùm senatus esset offensus, cum Antonius eum docuit quòd etiam ad Parthicum bellum plurimum conduceret regnare Herodem: idque mox omnium suffragiis approbatum est. Quo insignius fuit Antonij erga illum studium, non solum quia præter ipsius spem regnum ei parauit: nunquam enim putabat Romanos hoc sibi cõcessuros, solitos hunc honorem regio seruare generi: & ideo coniugis suæ fratri id petiturus erat Alexandro, nepoti ex patre Aristobuli, ex matre Hyrcani: sed etiam quia intra septem dies insperata felicitate ornatum dimisit ex Italia. Hunc adolescentem postea Herodes interfecit, vt suo loco indicabimus. Cæterum dimisso senatu, Antonius & Cæsar medium habentes Herodem exiuerunt, consulibus cæterisque magistratibus deducantibus, ascenderuntque in Capitolium sacra ibi facturi, & senatusconsulta deposituri: & nouus rex primo regni sui die conuiuio acceptus est ab Antonio. atq; hoc pacto ille regium fastigium adeptus est C L X X X I I I. Olympiade, C. Domitio Caluino iterũ, C. Asinio Pollione Cofs. Tota auté eius absentia tempore Antigonus familiam eius oppugnabat in Masada, abundanté quidem cætero comineatu, sed laboratè aquarum inopia, ita vt hac de causa Iosephus frater cū ducētis familiaribus ad Arabas inde fugere decreuerit. Audierat enim Malchũ iam pœnitere, quòd parũ officiosus in Herodem fuisset. id consilium mutauit imbre noctu de cælo demisso. cisternis enim aqua repletis, non amplius fuga opus habuit: sed haud secus quàm diuina ope hac difficultate leuati, magno animo excurrerant, & consentes manus cum Antigonianis, modò aperte modò clàm multos trucidabant. Interea

D

Ventid

Ventidius Romanorum dux, missus ut Parthos ex Syria pelleret, post illorum abscesum in Iudæam venit, eo prætextu, quasi Iosepho laturus auxilium: sed re vera hoc consilio, ut pecuniam extorqueret ab Antigono. Positis igitur castris prope Hierosolyma, satis magnam pecuniæ vim exegit ab eo. Quo facto ipse quidem cum maiore copiarum parte recessit: ne tamen fraus deprehenderetur, Silonem cum quadam militum parte ibi reliquit: quem & ipsum placandum habuit Antigonus, ne quid interim molestus esset, dum Parthi ut ipse sperabat succurrerent.

Herodis ex Italia nauigatio & pugna aduersus Antigonom. Cap. XXVII.

XXIII.



Interim Herodes ex Italia reuersus Ptolemaidem, collectis non mediocribus copiis tum ex conductio, tum ex suæ gentis milite, properabat per Galilæam contra Antigonum, adiutus à Silone ac Ventidio, ad quos Gellius ab Antonio missus fuerat cum mādatis, ut Herodem in suum regnum deducerent: quamuis Ventidius tum fortè distinebatur componendis ciuitatum tumultibus quos irruptio Parthorum excitauerat. Silo verò in Iudæa erat, sed pecunia corruptus ab Antigono. Attamen Herodis ulterius procedentis copiæ augebantur indices, & tota Galilæa paucis exceptis stabat ab eius partibus. ducenti autè ei versus Masadam, quod necesse esset seruare cognatione in eo castello obsessam, impedimento fuit Ioppe: quā occupatam ab hoste opus erat primum capere, ne quā hostilem munitionem à tergo relinqueret petiturus Hierosolyma. qua occasione arrepta Silo mouit exercitum: quem cum Iudæi persequerentur, Herodes cum modica manu eis occurrit, & Iudæis profli-
gatis Silonem ægre repugnantem seruauit. Capta deinde Ioppe properauit Masadam ad liberandos obsidione domesticos. Ex indigenis autem alij propter paternam amicitiam isti se adiungebāt, alij propter ipsius gloriam, nonnulli quod amborum deinde essent beneficiis: sed maxima pars ob spes quas de confirmato iam rege conceperant. Augebatur autè valde exercitus, cui Antigonus in transitu locis opportunis struebat insidias, & tamen nihil aut parum hostem lædebat his artibus. nam Herodes receptis ex Masada domesticis, & capto Resfa castello, petebat Hierosolyma, sequentibus Silonis militibus, & multis Hierosolymitanis eius potentia perterritis. Cumque ad Occidentalem vrbis tractum castra posuisset, qui hac parte dispositi erant custodes sagittis eum impetebāt, & missilibus deinde quibusdam cateruatim excurrentibus, & stationes hostium infestantibus, Herodes caduceatorem clarigare iussit circa mœnia, se bono publico venisse & ad salutem vrbis, ne apertorum quidem inimicorum retaliaturum iniurias, sed etiam inimicissimorum in se peccata obliuioni traditurum. ad hæc Antigonus ita respondebat verso sermone ad Silonem ac Romanos milites, iniquum eos facere qui Herodi regnum astruant, homini priuato & Idumæo, hoc est semiuudæo, cum id more gentis debeat successioni generis. nā si offensus quod ipse à Parthis regnum accepisset, ideo velint hoc auferre, non deesse multos ex eo genere qui legitime possint id accipere, nihil de pop. Rom. male meriti, & sacerdotes insuper, quos iniquum sit priuari debitis honoribus. Ad hunc modum ambob. inter se contententibus, & usque cōiugia prorumpentibus Antigonus permisit suis ut arcerent hostes à mœnibus, qui cum strenue
iacularentur ex turribus, facile eos fugauerunt. Tum verò Silonem largitione corruptum esse patuit. subornatis enim aliquot militibus, ex suis familiaribus, qui clamoribus largiores comæatus & pecuniam in alimenta flagitarent, abducique se in hiberna ad commodiora loca postularēt, vastis circa urbem omnibus, quod Antigoni amoliti essent vitæ necessaria: turbati cœpit exercitus & parare abitum. contra Herodes rogabat Silonis tam duces quam milites ne se desererent, missum tum à Cæsare & Antonio, tum à senatu reliquo. sibi curæ futurum ne quid exercitus desideret, atque etiam ut abundè adsint quæcunque requirerent. post quas preces continuo dimissis suis per agros, nullam Siloni descendendi animum reliquam fecit. maior enim quam quisquam speraret rerum necessariorum allata est copia: familiaribus etiam suis apud Samariam agentibus imperauit, ut frumentum, vinum, oleum, pecora, & reliqua necessaria Hierichuntem comportarent, ut & in posterum inde suggeri possent militibus. Ea res non fefellit Antigonom, sed continuo dimisit per agros qui per insidias frumentatores interciperent. qui sicut iussi sunt comparata circa Hierichuntem armatorum multitudo, insessique montibus, intenti obseruabant

bant eos, qui commeatus conueherent. Nec Herodes interim segnis erat: sed assumptis x. cohortibus, quarum v. è Rom. totidem è Iudæis constabant, adiunctisq; mixti generis cōductitiis & equitatu modico, Hierichuntē petiit: offendensq; urbē relictam ab habitatoribus, & d. ex his ad montiū vertices confugisse cum familiis, hos quidem captos dimisit. Romani verò inuadētes urbem diripuerunt, repertis intra ædes omne genus rebus preciosissimis. Rex igitur relicto in ea præsidio reuersus est, & Rom. exercitum hibernatum in recens deditas regiones dimisit, Idumæam, Galilæam & Samariam. Antigonus quoq; pro largitione obtinuit à Silone vt partem Rom. exercitus intro Lyddam acciperet, captans Antonij gratiam. atq; ita Rom. debebant in magna rerum copia, ab armis tantisper vacantes. Herodi verò otiari non libuit, sed misso in Idumæam Iosepho fratre cū m. peditibus & ccc. equitibus, ipse in Samariā profectus, & deposita ibi matrē cognatisq; aliis quos è Masada eduxerat, in Galilæam duxit, expugnaturus quædam loca ab Antigono inessā præsidis. cūque Sephorim cælo nungente peruenisset, Antigonianis inde refugientibus magnam nactus est rerum necessariorum copiam. Inde in latrones quosdam speluncarum recessus habitātes equitum alam immisit, cum peditū tribus cohortibus, vt eos cohiberet à maleficiis. aberant autem non longe à vico, qui Arbela dicitur. Quadragesimo deinde die venit cum toto exercitu, & magna audacia hoste. occurrente, in sinistro aciei cornu laborari cœptum est, donec ipse armatorum manu stipatus succurrit, & hostes iam vincētes cogit terga vertere, suos verò fugientes gradum sistere. nec hoc cōtentus profligatos & palantes vsq; Iordanem persecutus est. atq; ita vniuersam Galilæam in partes suas traduxit, præter eos qui erant in speluncarum receptaculis. numeratisq; viritim c. l. diachmis, & pro portione centurionibus, suos in hiberna dimisit. Interea Silo ad eum venit cum suis ducibus qui apud Antigonom in hibernis fuerant, illo nolente eos post vnū mensem exactum amplius alere. nam & ad circumuicinos miserat, qui iuberent eos sublatiis omnibus rebus ad victū necessariis in montes refugere, vt Romani præ inopia fame perirent. at Herodes Pherorq; fratrum minimo commeatum curā commisit, iusso instaurare Alexandriū. Ille verò breui & militibus magnam necessariorum rerum abundantia præbuit, & castellum illud prius desertū denuo condidit. Eodem tempore Antonius morabatur Athenis. In Syria verò Vētidius Silonem accersens contra Parthos, iussit primū Herodi nauare operam, deinde ad propriū bellum exire prouinciales auxilios. At ille Silone ad eum misso, ipse cōtrā latrones in speluncis degentes duxit militem. Erant autem hæ speluncæ sitæ in præruptis montibus, angustis tramitibus accessibiles, & acutis cinctæ rupibus. in harum cauernis illi cum totis habitabant familiis. Rex autem arcas in hunc vsum cōpactas de vertice montis per machinas dimittebat catenis ferreis: eo quod nec inferne propter asperitatem mōtis ascendere daretur, nec superne contra eos derepere. hæ arcæ cōpletæ erant militibus hastas falcatas gestantibus, ad attrahendos repugnantes & deturbandos per præceps. hæc tamen arcarum demissio periculosa erat propter immensam altitudinem: & in speluncis nō deerant victui necessaria. vt verò demissæ sunt arcæ ad earum ostia, & nemo præ metu audebat progredi, quidam scuratus accinctus gladio, manu vtraq; apprehensā catena qua arca sustinebatur, demisit se intra fauces moræ impatiens, illis exire cunctantibus: & ad quandam cauernā accedens, primum iaculis multos intus confecit: deinde resistere conatos falcata hasta attractos dabat in præceps, deinde penitus reconditos inuadens iugulauit multos, ac tum demum in arcam se recepit: cæteros verò eiulatum audientes paucorū corripuit, & salutis desperatio. eos tamen conatus impediuit nox interueniens, multique rege per præconem pollicēte veniam. deditionem fecerunt. Sequenti verò luce eodem vsu sunt oppugnationis genere, magis etiam ex arcis exeundo & pugnando in foribus, & subiecto igne antra incendendo. inerat enim intus multa materies. Senex autem quidam deprehensus intus cum vxore ac septem filiis, rogatus ab eis vt se fugere hostem permetteret, stans ante ostium, primum quemque exeuntem iugulabat, donec ad vnum omnes confecit, & vxorem vltimam. deinde præcipitatis cadaueribus, postremo seipsum superiecit, mortem scruituti præferens. primo tamen in obscuritatem Herodis multa ciecit cōiugia, licet rex è specula quadā dextram por-

rigeret, & polliceretur veniam. Speluncæ igitur omnes hoc modo expugnatae sunt. Rex autem Ptolemæo præposito ei regioni, in Samariam profectus est cum sexcentis equitibus, & tribus millibus peditū, ut armis cum Antigono rem decerneret. Sed Ptolemæo sua præfectura non bene cessit: nā inuasus ab his qui & antè Galilæam turbaerant, interfectus est. quo factō receperunt se in paludes & loca inaccessibilia, totū eum tractum rapinis infestātes & excursionibus. Herodes autē reuersus pœnas ab eis exegit latrocinij: & ex defectōribus alios mox interfecit, alios refugientes in loca munita expugnatos supplicio tradidit, & arces ipsas diruit: atq; ita sublati rerum nouarū autoribus, ciuitates centū talentis multauit. Interea cæso in pugna Pacoro, & Parthis profligatis, Ventidius Herodi in auxiliū mittit Macharā cum duabus legionibus & mille 10 equitibus, iubente hoc Antonio. Ille vocatus ab Antigono, & pecuniis corruptus, inuito Herode ad eum se cōtulit, tanquā inspecturus eius negotia. At Antigonus suspectum habens eius aduentum, nō admisit hominem, sed per funditores glandibus impetum arciuit, satis declarans suum animū. ille tum demū Herodem bene monuisse, & se non obtemperantem errasse intelligens, in Emauntem urbem se recepit: & in eo itinere quotquot Iudæorū ad manus ei venerunt, interfecit nullo amici aut hostis discrimine, iratus ob ea quæ sibi acciderant. quo factō rex exacerbatus petebat Samariā. nam decreuerat ea de causa audire Antonium, aliis sibi opus dictitans, quā his qui se magis quā hostem læderent. alioqui sufficere vel seipsum ad opprimendū Antigonom. Macharā verò consecutus eum rogabat ut maneret: aut si certum esset pergere, 20 saltem Iosephū fratrem sibi attribueret, gerenti bellum contra Antigonū. Itaq; reconciliatus Macharæ multū roganti, relicto ibi Iosepho cum exercitu, præcepit ei ne rem totam in discrimen adduceret, néve cum Macharā contenderet. Ipse verò properauit ad Antonium oppugnantem Samosatā sitam ad Euphratrem fluuium, ducens auxiliares tam pedites quā equites. postquā autem petueuit Antiochiā, repertis ibi multis collectis qui cupientes adire Antoniū non audebant se committere itineri propter obsidentes vias barbaros & sæuientes cædibus, bono animo esse iussis ducē se præbuit: statione autem altera procul à Samosata insidiabatur barbarorum turma conmeantibus ad Antoniū: vbi quā exirus erat in campestria occultauerant se non pauci equites, non moturi se loco, donec viatorum agmen perueniret in planiciem. Cūq; iam pri- 30 mi pertrāsuissent, Herodes qui præsidio erat extremo agmini, inuaditur à fermè quingentis equitibus: qui cū primos sibi occurrētes in fugam vertissent, rex cum suis stipulatoribus magno impetu in eos illatus hostem repulit, & excitatis suorum animis pugnam redintegrait, reuertentibus qui paulo antè fugerant, ita ut vbique cæderentur barbari. Rex autem sæuire ferro nō destitit, nec nisi receptis iumentis quæ non pauca gerebant sarcinas, simulq; mancipiis, cœptum iter prosecutus est. Et cū plures alij in propinquo campis saltu insidiantes in illos coirentur, hos quoq; cum valida suorum manu aggressus in fugam cōpulit: multisq; ex eorum numero cæsis securum sequentibus se iter præstitit. illi verò seruatorem eū & protectorem suū appellabant. Postquam autem prope Samosata ventū est, exercitum instructum & ornatum ei honoris causa 40 misit obuiā Antonius, propter adducta auxilia, & quia profligatos ab eo barbaros audierat: multūq; gauisus eius aduentu, & cognitis quæ obiter gesserat, collaudata viri virtute, complexus est eum & salutauit comiter, in summūq; honore habuit ut regem recens à se declaratū. Antiocho autem paulo post id castrum dedente, & hoc pacto finito bello, Sosio prouinciā Antonius cum exercitu tradidit: commendatōq; ei Herodis negotio, in Ægyptū ipse profectus est. Tum Sosius duas legiones cum rege præmisit in Iudæā, ipse cum reliquo exercitu sequebatur. Interim absente fratre Iosephus in Iudæa perierat hoc modo. Immemor mandatorū fratris quæ illi Antonium aditurus dederat, assumptis & à Macharā quinq; cohortibus versus Hierichuntē profectus ad demetendas eius agri fruges, in montibus castris locum cepit: & quia Rom. cohortes 50 constabant è tyronibus nō admodum rei militaris peritis, quod pleriq; è Syria delecti essent, circumuētus ab hoste inter locorū difficultates, amisso exercitu & ipse fortiter pugnans occubuit. sex enim cohortes desideratæ sunt. Antigonus verò peritus cadaueribus, Iosepho præcidit caput, L. talentis à Pherora fratre redimendū. quo factō Galilæi à

likæ à suis præfectis deficientes, factionem Herodis in lacum demersam necauerunt: & apud Iudæam multa nouata sunt. Machæra autem Gittham castellū muniebat. Regi verò apud Daphnen Antiochiæ suburbiū fratris casus renunciatus est, iam antè tale aliquid expectanti propter quædā insomnia, quibus non obscure de fratris morte præmonitus fuerat. Accelerato igitur itinere postquam ad Libanū montem peruenit, assumptis octingentis eius loci hominibus, ducens etiā vnam Romanā legionem, Ptolemaidem petiit: vnde noctu profectus cum exercitu, per Galilæam progrediebatur. cui occurrentes hostes, prælio victi compulsi sunt in castellum vnde exiuerant pridie. quod primo mane oppugnare adortus, vi repentinæ tempestatis coactus est infecta re inde exercitum in proximos vicos abducere. Superueniente autē ab Antonio legione altera, qui castellum tenebant territi noctu id deseruerunt. Rex quoque properauit Hierichuntē, volens vlcisci fratris interitum. quò postquam venit, honoratissimum quemque adhibuit ad conuiuium: peractaque cœna dimissis conuiuis recepit se in cubiculum. Hic videre licuit res regis à Deo nō negligi. Triclinium enim illud in quo cœnatum fuerat, iam vacuū sine cuiusquam noxa concidit: quo factum est vt omnes Herodem Deo charum crederent, vt qui miraculose seruatus videretur è tanto periculo. Sequenti verò die cū hostium sex millia ad pugnam descendissent à montium verticibus, Romanos terruerunt: eorūque velites procurfando iaculis & saxis feriebant regiones, adeò vt ipsi quoque regi quidam vulnus in latus inflixerit. Porro Antigonus misit 20 Samariam ducem quendam nomine Pappum, volens videri ita abūdare copiis, vt foris quoque posset bellum gerere. Sed ille Machæra se opposuit. Herodes verò occupatis quinque oppidis, præfidiariorum circiter M. in eis interfecit, & incensis oppidis contra Pappum reuersus est, qui castra habebat ad vicum Iſanas nomine: & confluentibus ad se multis à Hierichunte ac Iudæa, vbi animaduertit hostem præ audacia venire ad pugnam, collatis cum eo signis vicit egregie, & accensus vlciscendi fratris cupidine, sæuiendo instabat in vicum fugientibus. Repletis autem ædibus milite, & quibusdam in recta confugientibus, his superatis & tectis dirutis vidit omnia referta & constipata militibus. hos igitur saxis superne impetentes acervatim conficiebant: nec fuit toto hoc bello spectaculum miserabilius, quàm videre innumera cadauera cumulata intra parietes. & hoc facinus maxime fregit hostium audaciam, ita vt non amplius sperarent aliquid lætius. Videre enim erat eos agminatim diffugere, & nisi repente valida tempestas interuenisset, regij victores petissent confestim Hierosolyma, & bello finem imposuissent. Iam enim Antigonus de fuga dispiciebat, cogitans urbem deferre. At rex iam vespere iussis parare cœnam militibus, ipse pugna lassatus in quoddam cubiculum lauatū abiit: vbi maximum discrimen adiit, quod tamen euasit Dei providentia. Cū enim esset nudus, & vnius tantum pueri ministerio lauaret, intus in eisdem ædibus latebant quidam hostium armati, quos metus eò compulerat. dūque ille se abluit, primus prodiens stricto gladio per fores se proripit, deinde alter & tertius, armati similiter, adeò attoniti, vt illæso rege contenti essent sibiipsis fuga salutem 40 quærere. Sequenti verò die præciso Pappi inter reliquos occisi capite, misit illud Phæroræ in vltionem fratris. nam is eum sua manu interfecerat. Post hæc vbi tempestas defæuit, moto inde exercitu venit Hierosolyma, & castra prope urbem metatus est, anno tertio postquam Romæ declaratus rex fuerat: quibus mox propius admotis quàm maxime oppugnationi obnoxia putabat mœnia, ante templum fixit tentoria, volens sic ea quemadmodum olim Pompeius aggredi. & tribus aggeribus ei loco circumdatis, turres erexit adiutus operarum multitudine: & cæsa circumquaque materie, præpositisque huic operi viris idoneis, durante etiam tum obsidione Samariam ad nuptias profectus est, ducturus filiam Alexandri, neptem Aristobuli, quam ei desponsam fuisse iam diximus.

50 *Antigonus à Sosio & Herode opprimitur.*

Cap. XXVIII.



Eractis verò nuptiis venit per Phœnicem Sosius, præmissisque per mediterranea copiis, mox & ipse affuit habēs secum multos tam pedites quàm equites. venit etiam rex à Samaria, ad veterem exercitum non mediocrem accessionem adducens. erant enim circiter xxx. millia. omnes au-

XXVI.

D 3 tem

tem confluebant ad Hierosolymorum mœnia, & assidebant septentrionali vrbis latere, ad vndecim legiones peditum, & sex equitum millia, præter auxiliares Syrorum copias. Præterant autem duo cum imperio, Sosius ab Antonio missus in auxilium, & Herodes pro seipso bellum gerens, vt deiecto Antigono hoste pop. Rom. ipse pro eo ex senatusconsulto regnum acciperet. Intus autem certatim resistebant Iudæi ex tota ea regione collecti & conclusi intra mœnia, templum Domini iactantes, & fausta populo ominantes, non deserturum Deum suos in periculo: direptisque extra urbem tam hominum quàm equorum alimentis, per clancularia etiam latrocinia difficultatem annonæ augebant obsessores. Cui rei Herodes ita prospexit, vt contra latrocinantes opportuna loca præoccuparet insidiis, & commeatus additis præsidiis etiam è longinquo conueheret, vt breui necessaria victui abundarent in exercitu. adhæc operarum frequentia facile absoluti sunt tres illi aggeres. æstas enim erat, & opus feruebat, nulla interturbatum aeris intemperie. machinis etiam murum quatiebant, & nihil intentarum relinquebant. at obsessi intrepide repugnabant, conatus eorum eludentes variis artibus. excurrentes enim crebrò, modo incepta, modò iam perfectæ opera incendebant: & conferentes pugnam cum Romanis nihilo erant inferiores audacia, peritia tantum rei militaris cedebant. tum pro disiecto machinis muro intus recentem extruebant, & cuniculis obuios agebant alios cuniculos, vt nonnunquam sub terra manus conferrent. vtentisque desperatione pro fortitudine ad extremum perdurabant, idque obsessi à tã numeroso exercitu, ipsi fame simul laborantes & inopia. nam in sabbaticum annum inciderat oppugnatio. Tandem euaserunt in mœnia primum lectissimi viginti milites, deinde Sosij centurio. captus est enim primus murus die x l. secundus verò quintadecima: & quædam porticus circa templum exusta sunt quas Herodes Antigonum incendiisse calumniabatur, volens in eum concitare inuidiam populi. Capta verò exteriore templi parte & ima vrbe, Iudæi ad interiora templi & superiorem urbem refugerunt: timentesque ne à Romanis impedirentur mactare Deo quotidianas victimas, per legatos petierunt vt has tantum sinerentur introducere. Rex verò annuit, sperans remissa tandem obstinatione cessuros. Vt verò spem suam frustratam vidit pertinaciter pro Antigoni regno contendentibus, totis viribus adortus urbem expugnauit: moxque omnia repleta sunt cædibus, Romanis longa oppugnatione exacerbatis, Herodianis Iudæis conantibus aduersam factionem extirpare funditus: eratque continua cædes per angiportus & domos, ne religione quidem templi tuente supplices. non ætati vlli parcebatur, non sexui, ne imbelli quidem: & quamuis obstante rege, & precibus intercedente, nemo tamen temperabat à manibus, sed veluti furore perciti sæuebant nullo ætatis discrimine. Antigonus quoque neque veteris neque recentis suæ fortunæ ratione satis habita descendit è turri, Sosioque ad genua procidit. & ille nihil miseratus mutatam eius fortunam insultauit homini Antigonom appellans. non tamen incustoditum reliquit tanquam fœminam, sed victo custodes addidit. Cæterum Herodes deuictis hostibus, nō minus negotij habuit in compescendis alienigenarum auxiliis. ruebat enim multitudo conductitiorum ad visendum non solum, sed intimum etiam adytum. Rex verò alios precibus, alios minis, nonnullos & armis reprimebat, molestiorem clade victoriam existimans, si quid eorum quæ videri fas non est, veniret in conspectum profanæ multitudinis. Prohibebat etiam rapinas per urbem fieri, identidem Sosium rogans, solitudinisne se regem Romani facturi essent, exhausta vrbe rapinis simul ac cædibus: exiguumque dicens sibi videri tantæ ciuium cædis precium, etiam si totius orbis dominium contingeret. Illo verò referente pro expugnatione vrbis direptionem merito permitti militi, promisit se de suo mercedem numeraturum singulis. atque ita redempta ciuitate ab vltiore vexatione, promissa persoluit. Liberaliter enim militibus, & pro portione ducibus, Sosio verò etiam regiè dedit munera, ita vt omnes bene summati discederent. Ea clades Hierosolymorum incidit in consulatum M. Agrippæ & Canidij Galli, c l x x v. Olympiade, mense tertio, feriis quibus solenne fit ieiunium, tanquam recurrente in idem temporis monumentum illata Iudæis à Pom-
peio calamitate. Nam & ab illo eadē die vrbs capta fuerat ante annos vigintiseptem.

Sosius

Sofius autem cōsecrata Deo corona aurea profectus est Hierosolymis, Antigonus vinctum ducens ad Antonium. Herodes autē veritus ne asseruatus Antigonus, & Romam perductus ab Antonio, apud senatum iure secum contenderet, docens se regio natum sanguine, Herodem verò plebeium, & quod si ipse propter offensum Rom. pop. indignus esset qui regnet, certè filiis eius infontibus regnū debeat: hæc inquam timens multis pecuniis induxit Antonium vt Antigonus tolleretur. quo facto tum demum Herodes metu liberatus est. atq; ita Assamonzæ principatus desuit post annum centesimum vigesimum sextum: quæ domus illustis fuit, & celebrata propter continuatum in ea gente honorem sacerdotij, facinoræq; maiorum egregia, quibus propugnauerunt Iudæorum rempublicam. Verū hæc familia intestinis seditionibus agitata amisit imperium. Administratio autem rerum peruevit ad Herodem Antipatri filium, plebeio natum genere, & subiecto regibus. Atque hunc Assamonzorum exitum à maioribus traditum accepimus.

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IVDAICARVM LIBER

DECIMVS QVINTVS.

Expugnatis à Sosio & Herode Hierosolymis, Antigonus ab Antonio securi percutitur, Herodes vero præcipuum quemque ex amicorum eius cohorte interimit. Cap. I.



IEROSOLYMORVM expugnationem Sosij ductu atque Herodis, & captiuitatem Antigoni superiore volumine diximus: nunc quæ deinceps consecuta sunt dicemus. Postquā tota Iudæa potitus est Herodes, quantum vrbanæ plebis etiam nondū regnū adepto fauerat, eos vicissim promouebat: aduersæ autem factionis homines quotidianis absumebat suppliciis. in præcipuo honore apud eum erat Pollio Pharisæus, & Sameas huius discipulus. dum enim obsiderentur Hierosolyma, hi consulebant ciuibus vt Herodem in urbem reciperent, eamque ob rem gratiam illis habuit. Pollio verò hic olim capitis reo Herode, Hyrcano cæterisque iudicibus prædixit opprobans, quod absolutus eorum sententiis ab omnibus illis pœnas exigeret, quā prædictionē procedēte tēpore Deus euentu cōprobauit. Tunc verò captis Hierosolymis, omnem regiā supellectilē in vnū congestit: à diuitibus quoq; ablata & collecta magna vi auri ac argenti, totū id Antonio eiusq; amicis donauit. Interfecit etiam XLV. primates ex factione Antigoni, appositis ad portas custodibus qui etiā cadauera scrutabātur ne quis eorum efferretur pro mortuo. Et quicquid auri aut argenti inueniebatur, id totū ad regē referebatur, nec vllus finis malorū aderat. nam bona eorū auaritia domini egentis absumebat: & agri inculti manebant propter tempus anni sabbatici, quo nobis nō est fas serere. Cæterū Antonius accepto Antigono volebat eum vinctum seruare ad triumphum: sed vbi audiuit gentē ad res nouas spectare, & odio Herodis fauere Antigono, magis placuit apud Antiochiam eū securi percutere. vix enim Iudæi contineri poterant in officio. Testis est Strabo sic scribēs. Antonius Antigonū Iudæum perductū Antiochiam securi subiecit: Romanorūq; primus affecit regē hoc supplicio, ratus non aliter posse adduci Iudæos vt Herodem pro illo regem constitutū admitterēt. nam ne tormētis quidem adigi poterant vt appellatione regis eum dignarentur: tanta apud eos fuit prioris regis existimatio. quare visum est ignominiosa morte obscurare eius memoriam, & lenire publicum Herodis odium. Hæc Strabo. Hyrcanus autem pontifex captiuus apud Parthos cognito quod Herodes regnū assecutus sit, reuersus est ad

eum, in hunc modum dimissus. Barzapharnes & Pacorus Parthorum duces, Hyrcanum qui primo pontifex, deinde rex fuit, & fratrem Herodis Phasaelum, captiuos abduxerant: quorum Phasaelus non ferens captiuitatis dedecus, & turpi vitæ honestam mortem præferens, seipse interfecit, sicut supra diximus.

Quomodo Hyrcanus à Parthis dimissus ad Herodem reuersus est. Cap. II.

HYRCANVM autem ad se perductum Phraates Parthorum rex propter claritatem generis comiter habuit: & vinculis solutum permisit Babylone degere, vbi magna erat Iudæorum frequentia. hi nō aliter quā pontifici ac regi Hyrcano honorem habebāt, nec hi solum, sed quantum Iudæorum ultra Euphratem habitat: ita vt non admodum præsentis fortunæ pœniteret hominem. Sed postquam rescivit Herodem ad regiam dignitatem euectum, ad nouas se spes transtulit, natura suorum amans, & gratiā ab eis expectans, quod aliquando de capite periclitantē seruasset in iudicio. Cœpit igitur de profectione cōsultare cum Iudæis, officij causa inuisere illum solitis: qui tamen vt maneret ei suadebāt, cōmemorantes obsequia sua & honores quos exhiberent non aliter quā vel regi vel pontifici: imō ne in patria quidem talem dignitatē eum obtinere posse, propter corpus mutilatum ab Antigono. nec reges solere meminisse accepti in priuata vita beneficij, quandoquidem mores cum fortuna sint mutabiles. nec tamen his monitis Hyrcano potuerunt eximere patriæ desiderium. Herodes quoq; ei scripsit, rogaret Phraatem & eius regni Iudæos, ne sibi inuiderent cōmunē cum genero futurā potestatem, nunc enim adesse tempus referendæ suo quondam & altori & seruatori gratiæ. Simulq; etiam ad ipsum Phraatem legatum misit Sarāmallam cum multis muneribus, eblanditurū ne obstarēt cupienti referre gratiam homini de se optime merito. Nec tamen re vera hoc agebat: sed quia ipse grauis esset princeps, cauens mutationis occasiones, querebat Hyrcanū in potestatē suā redigere, aut etiam omnino tollere: id quod postea fecit. Tunc autem dimissus à Partho, & ab illis Iudæis honorifice adiutum viatico, cū excepisset, in summo honore habuit: primūque in cōuentibus locum ei tribuendo, & in conuiuiis semper honoratiorem cedendo, patrēque appellatōdo, lætābat hominem quo minus suspicaretur insidias. quin & aliis artibus procurabat quicquid putaret sibi ad stabiliendum principatum conducibile, vnde tamen domesticæ seditionis enata est occasio. Cauēs enim ne quis illustrium crearetur pontifex, accito Babylone nō obscuri generis sacerdote Ananelo, huic summum sacerdotiū dedit. Mox igitur Alexandra non tulit hanc contumeliā, Hyrcani filia, vxor Alexandri Aristobuli regis filij, ex quo liberos habebat, alterum formosissimū, nomine Aristobulum, alteram Mariamnen Herodis cōiugem, insignis pulchritudine fœminā. Hæc iniquissime ferebat cōtemptum filiū, quod eo superstitē aliunde vocatus pontificatum vsurparet. Scribit igitur Cleopatraz per quendā fidicinem, vt pontificatum filio suo petat ab Antonio. Sed Antonio rem negligente, amicus eius Gellius ob quādā negotia in Iudæam profectus, vt vidit Aristobulum, delectatus est eius forma, admiratus staturam adolescentis simul & pulchritudinē, nec minus Mariamnen regiā coniugē, felicēmq; prole Alexandrā prædicās. cum qua colloquutus persuasit vt depictas amborum effigies ad Antonium mitteret. fore enim vt his conspectis ille nihil non à se impetrari patiatur. his verbis excitata mulier eas effigies ad eum transmisit. Gellius quoque rem exaggerabat, affirmās eos sibi visos nō mortali, sed planē diuino natos genere, volens Antoniū in amores pellicere. qui indecorum sibi ratus puellam Herodi nuptam accersere, atq; etiam Cleopatraz suspiciones vitans, scripsit vt aliquo honesto prætextu filium ad se mitteret, addēs nisi molestum videatur. Quæ postquam relata sunt Herodi, nō putauit tutum Aristobulum in ipso flore ætatis, videlicet decimum sextum agentē annum, adhuc genere nobilissimum mittere ad Antonium, primū Romanorū nemini cedentē, deinde procliuem ad libidines, & huiusmodi voluptates vndecunq; venantē impune propter potentiā. Rescripsit igitur, si vel pedem ē regno suo moueat adolescens, fore vt cuncta cōpleantur bellicis tumultibus, Iudæis nouationē rerum sub alio rege sperantibus. hoc pacto cū satisfecisset Antonio, decreuit nō omnino adolescentē & Alexandrā spernere, vxore

vxore etiam Mariamne assiduis precibus obtundēte, vt fratri debitum pontificatum redderet, dicentēq; ipsi quoque id fore cōmodum, adempta per honorē adolescenti peregrinandi facultate. Aduocato igitur amicorum concilio, multis verbis in Alexandram inuectus est: eam & clām regno suo insidiatā, & per Cleopatram id agere vt ope Antonij à se regimen transferatur in puerum. idq; tanto iniustius eam moliri, quod & filiam suam interim honore parto priuare conetur, & regnum perturbatione reipublicæ aliis parare, quod ipse quæsisset multis sudoribus ac periculis. se tamen præteritorum libenter obliuisci, nec desinere pietatem erga eam cæterāsque necessitudines colere: & nunc eius filio pontificatum reddere, cui Ananelus hætenus propter ætatē immaturā prælatus sit. Hæc postquā elocutus est verbis meditatīs, quo magis fucum faceret mulieribus & amicorum consistorio, Alexandra vix sui compos, tum præ gaudio, tum quod se suspectam intelligeret, cœpit cum lacrymis pro se verba facere, falsa se pro sacerdotio nihil non tentasse indignitatis & contemptus impatientia: regnum autē negās se vel ambisse vnquā, vel etiā si vltro offerretur, admissuram fuisse. Satis honoris sibi videri, quod filiam cum ipso regnare videat, satisq; ita consultum securitati totius familiæ. Victam igitur beneficiorum magnitudine accipere se honorem filij, futuramq; posthac regi obsequentissimam: veniāmque præteritorum petere, si quid fiducia generis & necessitudinis propter indignitatē rei egisset immodestius. Post hoc colloquium ad reconciliationis fidem datis vicissim dexteris discesserunt, omni vt tum videbatur suspicione sublata.

Herodes Aristobulum coniugis suæ Mariamnes fratrem pontificem declaratum non multo post necandum curauit. Cap. III.



Vt rex confestim pontificatum abrogat Ananelo, viro peregrini generis, utpote nato ex Iudæis olim vltra Euphratem traductis per Assyrios, vt antè diximus. Multa enim millia huius gentis Babyloniam incolunt, vnde & hic erat, à pontificibus alioquin oriūdu, & Herodi iamdudum notus familiariter. Eum adeptus regnū cum autoritate sua pontificem fecisset, ipse postea deposuit quo familiam suam componeret perturbatam, propter neglectas leges patrias. alioquin honor hic semel assumptus solet esse perpetuus. prius Antiochus Epiphanes eam legē violauit, pro Iesu subrogato in hoc sacerdotiū fratre ipsius Onia. Secundò Aristobulus ab Hyrcano fratre eum honorē in se transtulit. Tertius Herodes Aristobulū adolescentē viuo adhuc pontifici successorē dedit. atq; ita tum visus est discordiæ domesticæ attulisse remedium. nec tamen vt decebat post reconciliationē vacauit suspicionibus, veritus Alexandram ne in posterū quidē quieturam, si daretur rerum nouandarū occasio. Iussit igitur eam continere se intra regiam, & nihil pro potestate agere. adhuc obseruabatur assidue, ita vt nihil regem lateret, ne eorum quidem quæ ad quotidianā viuendi rationē attinent: quæ omnia exasperabant eam, & incitabant ad odiū. plena enim muliebri superbia suspectam se obseruari indignissimè ferebat, malēs quiduis potius pati, quā amissa licentia, honoris specie in seruitute & timore vitam degere. misit ad Cleopatram litteras, præsentē rerum suarum statum deplorās, & rogans vt opem aliquam sibi afferat. Illa iussit eam vnā cū filio clām in Ægyptū ad se confugere. quod consiliū placuit, moxq; tale quiddam cōminiscitur. Paratis duabus sandapalis in has se & filium inclusit, iussis famulis conscis, vt noctu has afferrent. erat autē mare petendum, vbi paratum stabat nauigium quod eos in Ægyptum deueheret. hæc apud Sabbionē amicū mulieris Æsopus ipsius seruus effutiuit, putans eum non insciū eius consilij. quo cognito Sabbion, qui hætenus inimicus Herodis erat, suspectus quasi socius insidiarum quibus Antipater veneno sublatus est, arripuit occasionem cōciliandæ sibi per hoc indicium regiæ beneuolentiæ: & ad eum insidias Alexandræ detulit. at ille passus eam tentare negotium, in ipsa fuga deprehensam retraxit. Veniam tamen erroris dedit, nō ausus ei mali quicquam facere. Verebatur enim nō cessaturam Cleopatram, odij tali ansā præbita. quare simulata magnanimitatē, volebat per elementiam videri indulgentior. statuit tamen modis omnibus adolescentem tollere. sed interponenda erat mora, quo magis laterent insidiæ. Iamque instabat Scenopegia, festum apud nos cum primis celebre,

celebre, cuius solennitatis dies decreuerat cum reliquo populo per hilaritatem exigere. attamen hinc quoque data est occasio per inuidiam, quo magis acceleraret quod semel statuerat. Postquā enim adolescens annum tum egressus decimumseptimum, sacris iuxta legem operaturus ad altare ascendit ornatu pontificali, ceremoniasque decenter tractabat ipse, eximia forma & statura quā pro ætate procerior, tota facie generis dignitatem præferens, conuertit in se multitudinis oculos simul & studia, reputatis secum etiam aui Aristobuli memoria digna facinora. Victi igitur affectu paulatim se aperiebant, confusi nimio gaudio, nec continentes faustas voces ac comprehensiones, licentius, quā sub tali rege decebat, proferentes debitam familiæ beneficiorum tum memoriam tum gratiam. Hæc omnia perpulerunt Herodem ut quod de 10 adolescente decreuerat perficeret. Itaque peracta festiuitate dum apud Alexandrā accipitur conuiuio, comitate pertracto in opportunum locum adolefcēte, ostendebat se paratū in eius gratiā iuueniliter colludere. cumque loci eius natura esset æstuosior, citò defeksi relicto lusu, magnis piscinis quæ ibi circa aulam erant, imminentes frigus captabant meridiano tempore. ac primū spectabant natātes quosdam ex sociis & famulis, deinde postquā prouocante Herode adolefcēs quoque eis se miscuit, amicorum quibus hoc datum erat negotium, deprimentes cum natantem, & quasi per lulum ac petulantiam mergentes non prius destiterunt quā omnino aqua præforatus sit. Hic fuit Aristobuli exitus anno ætatis decimo octauo, pontificatus primo, qui mox ad Ananclum rediit. hic casus ubi mulieribus renunciatus est, versa repente 20 rerum facio lamentatio exoritur supra cadauer iuuenis & luctus inconsolabilis: totamque urbem, rumore sparso mœror occupat, nulla non domo calamitatem descente tanquam propriam. sed præcipuus fuit dolor Alexandræ, quam & si dolus non fecellit, perpeti tamen metu maioris mali necesse habuit: & sæpe ad inferendam sibi manum promior, impetum tamen hūc animi repressit, si fortè superesse posset extincto per summū nefas filio, & retenta diutius vita nullam significationem dare quod data opera neatum sensisset, donec aliquando se offerret ultionis facultas. quapropter dissimulante hoc tulit, nullam suspitionem præ se ferens. At Herodes modis omnibus curabat fidem facere, se in scio casum hūc contigisse, nō luctum solum fingens, sed & lacrymas & mœsticiam, veræ simillimam. ac fortasse veræ etiam miserationis 30 non nihil sentiebat ad conspectum extincti in ipso flore ætatis ac pulchritudinis; tamen mortem eius plurimum ad securitatē suam existimaret conducere: sed potissimum hoc agebat ut alienus videretur ab hoc crimine. Cæterū quod ad magnificentissimum funeris apparatus attinet, nihil sibi ad summā liberalitatē fecit reliquum, tam in exornando conditorio, quā in congerendis eò aromatibus & aliis rebus preciosissimis, quo maius miseris mulieribus hoc pacto afferret solatium.

Cleopatra Iudeorum & Arabum regis inhians, partem eorum ab Antonio impetrare conatur. Cap. IIII.



ALEXANDRA tamen nullo modo emolliri potuit, sed indies magis ac magis 40 exacerbante mœsticia, per luctum accendebatur ad vindictæ desiderium. Per literas igitur insidias Herodis Cleopatram indicat, simulque filij sui miserabilem interitum. Illa verò iam dudum adiuuandi eam cupida, & tum etiā miserata mulieris infortuniū, non secus quā proprium curauit hoc negotium: nec vnquam destitit incitare Antonium ad vlciscendam necem iuuenis: indignum facinus dictitans, Herodem ope eius alieni iuris regno potitum, in legitimā regum stirpem tam insolenter debacchari. His permotus Antonius postquā Laodiceam peruenit, accessit ad se Herodem, dicturum causam de obiecto necis Aristobuli crimine, factum enim improbat, si quidem ipse Herodes auctor eius fuisset. Arille nec causæ suæ satis fidens, & Cleopatram odia metuens, indefinenter Antonium contra se irritantis, decreuit quidem parere: neque enim aliter facere poterat, sed commissā 50 regni cura Iosepho patrio, clam ei mandauit, ut si Antonius in se grauius aliquid statuisset, confestim Mariamnen interficeret. sic enim se affectum erga uxorem, ut etiā si post ipsius mortem aliquem potiri contingat illius pulchritudine, ad suam id iniuriam

iuriam pertinere existimet. aiebátq; totum hoc negotium exhiberi sibi propter eius
 fœminæ formam, in quam ille iam pridem fama cognitam accensus sit. atq; his man-
 datis, non admodum læta sperans de rerum suarum exitu, proficiscitur ad Antoniũ.
 Porro Iosephus creditum sibi regimen administrans, & sæpissime Mariamnen con-
 ueniens, partim propter negotia, partim honoris causâ, dum crebra mentio sit con-
 iugalis amoris quo eam Herodes prosequeretur: iridentibus hanc eius affeueratio-
 nem mulieribus, præsertim Alexandra, ille nimio studio approbandi eis affectum re-
 gis cò prouectus est, vt mandatum illud proderet, ratus id certissimum amoris argu-
 mentum, quòd neque sine ea viuere sustineret, neq; vel morte ipsa ab ea disiungi.
 10 quæ Iosephi verba mulieres non tam indubitatum Herodis amoris signum interpre-
 tata sunt, quàm exhorruerunt illius tyrannicum animum, si vel mortuus sæiret in
 earum capita. Interea per ciuitatem rumor ab inimicis regis sparsus est, excruciatũ
 eum ab Antonio neci traditum: qui cùm reliquam regiam turbauit, tum mulieres
 maxime. Alexandra vero etiam Iosephum hortata est, vt assumēs eas ad signa legio-
 nis Romanæ confugeret, quæ tum ad regni custodiam circa urbem tentebat sub tri-
 buno Iulio. sic enim primum si quid turbarum in aulam incideret, ipsas in tuto fore
 propter Romanorum beneuolentiam. Deinde speradum esse còsequuturam quid-
 uis Mariamnen, si in Antonij conspectum venerit, atque etiam regnum recepturam
 & quicquid debetur regio generi. Tenente adhuc ea consultatione, literæ ab Hero-
 20 de superuenerunt rumori contrariæ. quamprimum enim venit ad Antonium, munc-
 ribus eum placauit quæ in hoc Hierosolymis attulerat: & crebris colloquiis indigna-
 tionem viri leniit, vt minus posthac ponderis apud eum haberet Cleopatraz instiga-
 tio. negabat enim Antonius oportere regem facti sui rationem reddere, alioqui ne
 regem quidem futurum. sed dato illi semel honore, etiam liberam potestatem per-
 mittendam esse. idq; ipsum etiam Cleopatraz aiebat conducibile, si non multum se
 misceret alienis imperiis. Hæc significabant Herodis literæ, reliquũq; honorẽ quo
 se dignaretur Antonius, ad confessum adhibens & ad quotidiana conuiuia, idq; non
 cessante à criminationibus Cleopatra: quæ capta eius regionis cupidine, quo regnũ
 id sibi vsurparet, omnibus modis quærebat illũ perdere. Sed quia iustum se præberet
 30 Antonius, nihil posthac expectandũ grauius, venturũq; breui constabito tam re-
 gno quã amicitia. nec relictam Cleopatraz cupiditati vllam spem, quando Antonius
 pro eius postulatis Cœlesyriam ei concessisset, hac conditione, ne posthac Iudæam
 peteret, & vt molesta esse desineret: His literis redditis voluntas confugiendi ad Ro-
 manos euauit. non tamen latuit id consiliũ, sed quã primum deducto aliquantisper
 Antonio cõtra Parthos eunte, Herodes in Iudæam reuersus est, statim soror Salome
 & eius mater indicauerunt quid Alexandra cum suis voluerit. nec hoc contenta Sa-
 lome etiam maritũ suum Iosephum criminata est, Mariamnes consuetudinem obii-
 ciens. hoc autẽ fecit propter simultatem veterẽ, quòd regina elati animi fœmina in-
 ter muliebres cõtentiones exprobraret ei obscuritatem generis. Porro Herodes qui
 40 semper ardentè amauit Mariamnen coniugem, statim perturbatus est, non ferens
 zelotypiæ stimulos. ægre tamen se continens, ne à recta ratione transuersum rapere-
 tur insanis affectibus, seorsim Mariamnen percunctatus est, ecquid haberet cum Io-
 sepho cõmercij. illa verò pernegãte factum cum deierationibus, & quicquid insons
 fœmina posset in defensionem adducere, rex paulatim assentiendo placari se sine-
 bat victus amore vxorio, ita vt postremò veniam peteret, quòd temerè fidẽ habuisset
 rumoribus: agebátq; ei gratias pro seruata pudicitia, suum vicissim amorẽ cõmemo-
 rans, tandem vt mos est amantium prorumpentibus lacrymis ruunt in cõplexus mu-
 tuos. cùm tamen nondum vxori amoris sui fidem faceret, tantòq; magis conaretur
 id efficere: tum illa, Non est, inquit, amantis mandare si quid humanitus accidar, vxor
 50 rem innoxiam addi fati comitem. Hoc verbo rex velut ictus præ dolore confestim
 eam è complexu dimisit: vociferabaturque capillos sibi lacerans, tenere se manifesto
 deprehensam constupratam à Iosepho coniugẽ. nunquã enim proditurum fuisse da-
 ta sibi priuatim ac secreto mandata, nisi obstricta mutuum fide per stupri consuetu-
 dinem. atq; ita parũ abfuit quin eam interficeret. Sed amore victus, licet ægre, cohi-
 buit

buit se tamen. Veruntamen Iosephum ne in cōspectum quidem admissum iussit interimi, & Alexandram vt malorum omnium causam, vinctam cōiecit in custodiam.

IIII Interea turbabantur res Syriæ, Cleopatra nō desinente in omnes incitare Antonium: quem hortabatur vt auferens cuiq; suā dynastiam, ipsi contribueret: multumq; apud eum poterat irretitum suis amoribus. cūmq; natura esset alieni appetens, nihil sibi putabat illicitum. primo fratrem cui debebatur regni successio, veneno sustulit, agentem annum x v. deinde Arsinoen sororem suam Ephesi in templo Dianæ supplicem, interfecit per Antonium. Pecuniarum etiam vbicunq; spes affulgeret, neque templum, neq; sepulchrum, neq; asylū vllum vnquā violare dubitauit, modò ad illā redirent spolia quæ sita vel sacrilegio: miscebātq; sacra profanis, fas nefas, vt augere-¹⁰ tur lucris vel iniquissimis. ad summam nihil satis erat mulieri sumptuosæ & voluptatibus deditæ, cuius cupiditates vix totius orbis expleri possent opibus. quamobrem & Antonium continuo sollicitabat, vt aliis ablata ipsi largiretur: & ingressa cum illo Syriam, statim cogitauit quomodo eam possessionem suam faceret. Nam Lyfaniæ Ptolemæi filium interfecit, causata eum studere rebus Parthicis. flagitabat etiam ab Antonio Iudæam simul & Arabiam sibi dari, ademptas suis regibus. Verū ille erat quidē adeò deditus ei mulieri, vt nō illecebris solum, sed etiam beneficiis eius captus videretur: puduit tamen eū tam insignis iniustitiæ, ne videretur ad procacis fœminæ nutū libenter peccare etiam in rebus maximis. ne igitur vel negādo eam cōtristaret, vel imperata illius omnia faciens videretur mortalium omnium nequissimus, partes²⁰ de vtriusq; regione ablatas ei largitus est: ad hæc vrbes quotquot sunt intra fluuium Eleutherum vsq; Ægyptum: præter Tyrum & Sidonē, quas iam inde à maiorū ætate sciebat liberas, quamuis has quoque illa multis precibus impetrare conata fuerat.

Cleopatræ reginæ in Iudæam aduentus.

Cap. V.



Hæc affecuta Cleopatra, & Antonium in Armeniam cum exercitu profectū vsq; Euphratē profecuta, reuertitur: obitēq; adita Apamia & Damasco, etiā Iudæam ei libuit inuisere: vbi excepta ab Herode, cōcessam sibi Arabiæ partē & Hierichuntini agri redditus ei locauit. Is & balsamū fert, quod vnguentorū longe preciosissimū ibi rātum³⁰ prouenit, & eximiarū palmularū vim maximā. per hæc negotia cōtracta maiore cum rege familiaritate concubitū eius appetiit, mulier natura intemperans, & dedita libidini, ac fortē etiā amore tacta nō nihil: quāuis verissimile sit per stuprum quæsitā occasionē struendis insidiis. Sed illa amorē prætexebat. Herodes autē iam antē ei parū amicus, quod nosset infestā ex æquo omnibus: tum verò etiā abhorrens tam prostratā impudentiā, & reiecturus si petulantius pergeret, renuit. deinde cum amicis cōsultauit, num habens eam in sua potestate deberet occidere. sic enim multis molestiis leuare posse eos quibus vel hætenus infensa fuerit, vel in posterum futura sit. quin & ipsi Antonio id fore vtile, quandoquidem nec illi fida futura sit, si in quā temporū difficultatē delapsus opera eius opus habeat. Huc procliuiorē cohibue⁴⁰ runt amici, indignū censentes, hominem in magnis versantem negotiis in manifestū se periculū coniicere, & obsecrantes ne quid ageret temerē. non enim hoc laturum Antoniū, quantūuis ei hoc approbetur vtile. quin hoc ipso augendū eius desideriū, quod per vim atq; insidias amisisse eā videbitur. nec superesse vel mediocrē excusationē, quin mulier sit omnium eius ætatis longe honoratissima, & si quid vtilitatis ex eius nece possit existere, cōiunctū sit cū Antonij iniuria. vnde facile apparere quā magna & immedicabilia mala exoritura sint in regno & familia regis ipsius, cū nihil vetet recusata illius illicita postulatione, res pro præsentī statu rectē disponere. his deterrētes, & periculū probabilibus rationibus ostendētes, cohibuerūt eū à tanto facinore. Ille placata muneribus regina, versus Ægyptū eā deduxit. Carterū Antonius⁵⁰ subiugata Armenia Artabazē Tigranis filiū cū filiis suis satrapis vinctū in Ægyptum misit, munus Cleopatræ, & quicquid preciosum de eo regno ceperat. Regno autē Armeniæ potitus est Artaxias filiorū illius natu maximus, qui in eo tumultu effugerat: cui post Archelaus & Nero Cæsar per vim à se pulso iuniorē ipsius fratrem successorem dederunt.

dederunt. Quod autem attinet ad tributa regionum quas regina ab Antonio dono acceperat, Herodes ea iuste reddebat, parum tutum putās præbere Cleopatraz occasionem malvolentiaz. Arabs verò postquam eorum exactio ad Herodem spectare cœpit, aliquandiu soluebat ei ducenta talenta annua: deinde malignior factus & ad dandum segnior, vix partes quasdam reddebat, ac ne eas quidem integras.

Herodes bellum Aretæ infert, quo tempore Antonius à Cæsare Actiaco prælio victus est.

CLXXXVII.

Caput V I.

QUAM cius iniquitatem & iuris contemptum non ferens Herodes illaturus erat bellum, ni remoratus esset Romanorum contentionibus. cum enim expectaretur pugna Actiaca, quæ in CLXXXVII. Olympiadem incidit, Cæsar de imperij summa decertaturus erat cum Antonio. Herodes verò multorum iam annorū possessor regionis pacatæ & refertæ pascuis ac pecoribus, nouis quoque abundans redditibus & opibus, delectus habendo magno apparatu expediebat auxilium Antonio. Sed ille hanc operam ei remisit, negans sibi opus esse. verum quia tam ex ipso quàm ex Cleopatra audierat de Arabis perfidia, iussit in illum bellum vertere. nam & regina hoc in rem suam fore existimabat, si alter ab altero mutuis atterentur cladibus. Igitur Antonij iussu reuersus Herodes domi cōtinuit exercitum, cum quo mox inuasit Arabiā equitatu simul & pedestribus copiis instructissimus, Diospolim petens quò occursuri erant Arabes. non enim eos latuit hæc expeditio. Post acerrimum igitur cōflictum penes Iudæos fuit victoria. Post hæc rursus magnus Arabum exercitus cōfluxit ad Cana, qui locus est in Cœlesyria: quod præsentiens Herodes duxit contra eos maximam exercitus sui partem. cūq; vellet munitis vallo castris per occasionem deinde prælium cōmittere, imperāti hæc reclamabat multitudo, mitteret moras & cōfestim in Arabas duceret. Faciebat autē eis animos, tum quòd pulchrè instructā aciem habere se crederent, tum recens memoria prioris pugnæ in qua egregiè vicerant. cū igitur ardor corū vix cohiberi posse videretur, decreuit rex uti alacritate militum, & professus se nō cessurum illis virtute, armatus ante agmen ibat in hostem, subsequēte instructa acie. quæ res attonitos reddidit Arabas. paulisper enim repugnare conati, ut viderunt non posse ferri eorum audaciam, maiore ex parte in fugam versi sunt. actūq; de eis fuisset, ni Athenio Herodē inuasisset, cuiusq; exercitum. Hic Cleopatraz dux erat in ea regione: & quia Herodem oderat, nō imparatus pugnæ euentum expectabat, quieturus si Arabes vincerent. Vbi verò vinci eos animaduertit, cum collectitia manu indigenarum fessos iam, & victoriam suam putantes ex improviso adortus magnam stragem ædebat. Nam Iudæi viribus in profectos hostes absumptis, tum verò etiam ob victoriā dissolutiores, facile hosti cedebat, multaq; vulnera accipiebant in locis asperis & inæqualibus, quorū peritiores erant aduersarij. His igitur vehementer laborantibus Arabes resumptis animis reuersi in præliū trucidabant iam fugientes. nec vna erat exitij facies, pauciq; in castra euaserunt. Rex verò videns eos viribus impares, citato equo profectus est ad euocandos qui illis succurrerent, nec tamen licet festinus, affuit in tempore, sed Iudæorum castra capta sunt. Arabibus autem non mediocris felicitas ex insperato contigit, dum & victoria potiuntur, à qua plurimum aberant, & hostium validum exercitum opprimunt. Ex illo tempore Herodes latrocinis cœpit agere & excursionibus in Arabiā castra pōnēdo in mōtibus: & cauebat quidem totum exercitum prælio committere, sed interim nō mediocriter proficiebat suos labori assuefaciens, & cōtinuis exercitiis præparans ad abolendā tandem ignominiam.

De terræ motu qui Iudeam concussit.

Cap. V I I.

QUO tempore dum maxime apud Actium Antonius conflictatur cum Cæsare, septimo regni Herodis anno, Iudæa terra quali nunquam antè motu concussa, magnam per totam eam regionem iacturam fecit pecudum: quin & hominum oppressa sunt ruinis ædium circiter decem millia. militaris tamen multitudo nihil detrimenti accepit, utpote sub diuo agitans. Hæc clades in maius etiam aucta rumoribus, quos nuncij gentilium odiorum non ignari dabant auribus Arabum, immane quantum extulit hostium animos, quasi subuersis Iudæorum vrbibus, & extinctis hominibus, nulli iam superessent aduersarij. legatos itaque gentis, qui re-

E bus

bus afflictis pacem petitori venerant, comprehensos necauerunt, móxque magna alacritate properauerunt ad hostilem exercitum. at illi non ausi aduentum eorum præstolari, vtpote deiecti animis ob calamitatem, rempub. negligere, nec multum à desperatione abesse videbantur. quos ita affectos rex excitabat, duces eorum appellando, & quantū in se erat conando animum illis addere: cūque generosiores quosdam in meliorem spem restituisset, tum demum ausus est etiam exercitum alloqui, quem prius viderat in recentibus cladibus nullam orationem admittere. eos igitur his verbis consolatus simul & cohortatus est.

Herodis concio ad exercitum.

Cap. VIII.



Non ignoramus, viri fortissimi, multa hoc tempore nostros conatus remota infortunia, quibus quantumuis audaces perterrerī nil mirum fuerit. Sed quoniam bellum est pro foribus, & quæ hætenus acciderunt talia sunt, vt vestra virtute possint corrigi, cohortandi mihi estis, & monendi quo pacto retinere possitis pristinum robur animi. ac primum de bello verba faciam, declarabōq; nos id iustissimis de causis gerere, coactos inimicorum iniuriis: id quod vel præcipue debet acuere vestram fortitudinem. deinde ostendam, nec hæc quæ nos contristant, esse tam graua quàm videtur, & magnam nobis superesse spem victoriæ. ac primum de eo disseram quod prius proposui, vōsq; ipsos testes eorū quæ dicturus sum faciam. Nostis enim ipsi Arabū iniustitiam, & quàm sint erga alios quoq; omnes perfidi, nimirum genus hominū impium, ac barbarū: sed nos præcipue infestauerunt, ob avaritiam & inuidiā, perperuis iniuriis nos laceßentes. Et tamen ne alia beneficia nostra in eam gentem collata cōmemorem, quis eos imminēte Cleopatra de libertate periclitantes cepit nisi nos? Mea enim cum Antonio coniunctio, & illius erga me benevolentia in causa fuit ne quid isti grauius pateretur, dum ille cauet cōmittere quod & nobis suspectū esse posset: deinde postquā precib. illa euicit vt de vtraq; regione portiones quædam ei deciderentur, in his quoq; dispensandis non cessauit mea industria: & datis de meo magnis munerib. securitatē ambobus acquisiui meo vnus sumptu, dum c. c. talenta expendo, & pro aliis ducentis fideiubeo, pro redditibus eius ipsius terre, quam isti olim nostram occupāt. atqui æquum erat nos Iudæos & à tributis immunes esse, nec cuiquam vllam agrorum partem decidere. certè in Arabum gratiā, qui nobis salutem suam debent, indignū erat quicquam expendere. Sed multo iniquius est, eos qui negare nō possunt suā libertatem nostrum esse beneficium, & eam ob rem gratias nobis egerunt, fraudare nos debitis, præsertim amicos & pacis tempore: quandoquidem fides etiam hosti seruanda, multo magis inter amicos locum habeat necesse est. at non inter tales quales isti sunt, qui nihil honestum putant nisi cum lucro coniunctū, & iniuriam impunitā esse debere, quæ lucri gratia committitur. Dubiumne igitur est, nostri officij esse iniustos iusto bello persequi, quod Deus ipse fieri vult, iubetque nos semper vlscisci vim & iniuriā, maxime in bello non solum iusto, verum etiā necessario. quod enim confessione omnium tam Græcorum quàm Barbarorū est crudelissimum, hoc casis nostris legatis perpetraverunt. Nam & Græci caduceatores sacros ac inuolabiles esse volunt, & nostri honestissima sanctissimæque legis præcepta per angelos, hoc est nuncios à Deo acceperūt. hoc enim nomen & Deū in hominū notitiā adducere, & hostes hostib. conciliare potest. Quid igitur magis nefariū, quàm legatos de iure agentes interficere? aut quæ illis post hoc facinus expectanda vel in bello prosperitas, vel in reliqua vita felicitas? ego sanè nō video. Dixerit fortè aliquis: ius quidē & fas penes nos est, sed penes illos vires & maiores copiæ. verū isthæc oratio indigna est nostris hominibus. cum quibus enim iustitia est, cum illis etiā Deus. vbi autem Deus est, ibi nec multitudo nec fortitudo decesse potest. Sed age etiā per se vires nostras expendamus. Prima pugna vicimus, in secūda primo cōgressu eos profligauimus, non ferentes nostram impressionē. victores deinde nos Athenio nō indicto bello ex insidiis aggressus est, verū hæc fortitudo eorum decēda est, an insidiæ potius & secūda iniquitas? Cur igitur nobis minus sit animi, quibus oportebat esse plus spei? aut cur nobis timēdi sint, qui quoties absq; dolo certandū est semper succūbunt, quādo verò vincere videtur per iniustitiā hoc faciūt? Quid quod etiā si fortes quis eos existimet, hoc ipso magis

magis ad virtutem excitari debet? non est enim generosi laus infirmissimum. quemq; aggredi, sed posse etiam fortes deuincere. Quod si quem domesticæ clades terrent & terræmotus proximus, primum cogitet hoc ipsum esse quod Arabas decipit, putâtes grauiorem quàm re vera fuit: deinde non decere vt illis audaciæ, nobis timiditatis, eadem causa sit. Illi enim nunc audent non quod alicuius boni sibi sint conscij, sed quia nos afflictos credunt calamitatibus. vbi autem nos viderint occurrere, collabatur eorum fiducia, & nobis hoc ipso crescet animi, quod iam cum non ita ferocientibus pugnabimus. nam neq; admodum afflictus sumus; neque, vt quidam putat, irato Deo nobis hoc accidit, sed casus hi sunt fortuiti. Quod si Dei voluntate hoc factum est, mirum ni eiusdem voluntate cessauit calamitas; & hac castigatione contentus est. Quod verò præsens bellum ei probetur vt iustum, ipse euidenter declarauit. Nonnullis enim per totam regionem terræmotu oppressis, vestrum qui arma gestatis nemini quicquam mali contigit, sed omnes estis incolumes, manifesto diuinæ voluntatis indicio, quod si populariter militassetis vnà cum liberis & vxoribus, neminem vestrum desideraretis. Hæc cogitantes, & quod maius est, habere vos Deum protectorem omni tempore, persequimini iusto bello gentem impiam, nec amicitie iura, nec foederum fidem seruantes, in occidendis legatis fortè, cum virtute gerenda res est, semper fugacem. His verbis Iudæorum animi non mediocriter accensi sunt ad prælium. Herodes autem sacris de more peractis, propere duxit eos vltra Iordanem contra Arabas: metatusq; castra non
²⁰ procul hostibus, decreuit castellum intra vtrosque situm occupare: commodum sibi id ratus, siue pugnandum esset, siue castra in tutiorem locum transferenda, eumque idem esset Arabum quoque consilium, circa eum locum certamen contractum est. ac primum telis velitati eminus, deinde manus conseruunt, vtrinque nonnullis cadentibus, donec Arabes victi discesserunt. Ea pugna Iudæis tantum momentum ad bene sperandum fuit, vt quia hostes certamen detrectabant, ausi sint vallum eorum diuellere ipsa castra expugnaturi. atq; ita coacti processerunt non satis bene structa acie, ne tantillum quidem alacritatis aut spei ad pugnam afferentes, conseruauerunt tamen manus vel quia plures numero, vel quia necesse erat laceffenti hosti resistere. post diutinum igitur conflictum non paucis vtrinque caesis, tandem Arabes in fugam versi sunt. Tanta autem strages impulsis semel edebatur, vt non solum hostium gladiis conficerentur, sed præ impetu fugientis inconditæ multitudinis alij proculcarentur, alij suis ipsorum telis se induerent. itaque quinque millia desiderata sunt. cætera turba refugit quidem intra castra, sed nulla certa salutis spe, non tam commeatus quàm aquæ penuria. Porro Iudæi quia non potuerunt vnà cum fugientibus irrupere, obsidione eos cinxerunt, & auxiliis aditus, & fugam obsessis intercludendo. In hac rerum difficultate Arabes legatos ad Herodem miserunt, primum pacem petentes, deinde quia sitis vrgebat, præsentī necessitati remedium. At ille non legatos, non pecuniam pro captiuis, nihil denique æquum admittebat, enixe cupiens facinorum in suos patratorum pœnas ab eis exigere. Itaque coacti siti inter alia mala prægrauante, progressi præbuerunt se vinciendos, & in captiuitatem abigendos, ita vt intra quintam diem capti sint ad quatuor milia. Sexta verò omnes reliqui decreuerunt prodire, & hostem aggredi, vel certam cladem malentes, quàm paulatim ignominiose opprimi. Quæ sententia postquàm placuit, eruperunt e castris, sed parum idonei ad prælium, fractis tam viribus quàm animis, propter extremum infortūnium mortem in lucro reputantes. Quare primo conflictu circiter septem millia ceciderunt: domitq; per hanc cladem gentis ferocia, in Herodis, quem suo malo bellatorem egregium experti sunt, clientelam se dederunt.

Herodes ad Cæsarem profecturus necessario Hyrcanum interfecit. Cap. IX.

⁵⁰ **Q**ua felicitate ille multum elatus domum reuertitur, aucta ob rem bene gestam exultatione. Sed dum maxime res suas constabilisse videtur, VII. summum discriminem adiit, Antonio apud Actium deuicto armis Cæsaris. Tum enim actum de se putauit, non ipse solus, sed & amici eius omnes & inimici. nemo enim credebat impune fore tantam Antonij amicitiam. quo factum est vt amici quidem nihil dissimularent desperationem, inimici verò condolere se fingentes, clam gauderent, pollicentes sibi in futurum meliorem statum reipublicæ.

publicæ. Ibi Herodës videns præter Hyrcanum neminem superesse regij generis, statuit eum è medio tollere: siue euasurus esset periculum, tutius ratus neminem extare digniorem imperio: siue opprimendus esset à Cæsare, successionem illi inuidens. Hæc secum volutanti, ab ipsius Hyrcani familia præbita est occasio, qui quod esset miti ingenio, toto vitæ suæ tempore nullis se admiscuit negotiis, omnia fortunæ permittens, & quamcunque illa conditionem attulisset, ea bene contentus. Verùm Alexandra ambitiosa scæmina, & mutationis spem modeste ferre nesciens, sollicitauit patrem, ne ulterius ferret Herodë afflictorem suæ familiæ, sed potius sibi quoque caueret, seque speratæ fortunæ seruariet, consuluit deinde vt Malcho Arabiam diuione tenenti scriberet, peteretque ab eo tutelam & hospitium. Si enim contingat Herodem male mulctari 10 ab offenso Cæsare, dubio procul ad ipsum rediturum imperium, propter nobilitatem generis, & fauorem populi. Talia suadentem Hyrcanus primo repulit, deinde victus importunitate mulieris, interdium nocturne eandem cantilenam de futurorum spe, deque Herodis insidiis occinentis, ad Arabem literas dat amico cuiusdam Dosithæo: in quibus scriptum erat, vt equites mitteret, qui eum ad Asphaltitem lacum deducerent. Distat à Hierosolymitanis finibus per trecenta stadia. Hæ literæ ideo Dosithæo potissimum credite sunt, quod & Hyrcani cliens erat & filius: & exosum ei Herodem nō vna de causa videbatur verisimile. nā Iosephi ab eo necati cognatus erat, & aliquanto ante fratres eius apud Tyrum, inter alios ab Antonio interfecti fuerant, nihilo tamen magis ob hæc Hyrcano fides seruata est. Pluris enim ille, faciens præsentis regis gratiā, ostendit ei epistolam, qui actis primum gratis, vnum etiam ab eo postulauit ministerium: vt complicata epistola, & obsignata Malcho eam redderet, & responsum ab illo reciperet, multum enim suareferre, si etiam illius mentem intelligat. Quod vbi Dosithæus sedulo exsecutus est, Arabs rescripsit paratum, se & ipsum & familiam recipere, atque etiam omnes illius factionis Iudæos: missurumque instructam manum quæ eos tuto deducere valeat, & voluntati eius obsecuturum per omnia. Postquam autem etiam hanc epistolam Herodes accepit, accito Hyrcanō, rogauit eum, ecquid haberet cum Malcho foederis, quo inficiante, prolatis in consistorio literis, occidi eum imperauit. Atque hæc ita in ipsius Herodis commentariis scripta habentur: nam ab aliis traduntur aliter, videlicet non ob hoc crimen, sed quasi regi insidiatum, necatum esse. Scribunt enim sic: In quodam cōuiuio dissimulata suspicione quæsiuisse ex Hyrcano, num quas literas à Malcho accepisset, respondisse illum, accepisse quidem, sed nihil præter officiosam salutationem continentes. Alterum amplius interrogasse, num quod etiam munus accepisset, cūque respondisset, nihil præter quatuor iumenta quibus vectaretur: regem traxisse hoc in crimen corruptelæ ac proditiōis, moxque hominem duci iussisse. Infontem autem perisse argumentum afferunt mitissimum ipsius ingenium, vt qui ne iuuenis quidem vnquam vllam temeritatis aut audaciæ significatiōnem dederit, ac ne tum quidem cū ipse principatu potiretur: sed tum quoque pleraque omnia ex Antipatri administrauerit sententia. Tunc verò iam octogesimum annum excesserat, sciebātque opes Herodis in tuto esse: Euphrate etiam traiecto, relictiūque qui trans eum amnem in summo honore habuerant, in patriam postliminio rediit, vt sub illius potestate viueret, quo minus verisimile est eum molitum facinus à sua natura alienissimum, confictaque videntur hæc ab Herode omnia. Hic finis fuit Hyrcani post variam fortunam qua tota vita circumactus est, nam viuente etiam tum matre Alexandra pontifex Iudæorum creatus, per nouem annos eum honorem obtinuit: cui defunctæ cū in regnum successisset, elapsis tribus mensibus ab Aristobulo fratre pulsus est, ac deinde Pompeij ope restitutus, receptisque omnibus honoribus quadraginta annos in eis exegit. deinde iterum ab Antigono pulsus, & mutilato corpore, captiuus apud Parthos vixit, vnde aliquanto post domum reuersus, quamuis multa sibi de Herode polliceretur, nihil tamen eorum cōsecutus est post tantam fortunæ varietatem: & quod omniū est maxime miserabile, vt modò diximus, in extrema senectute indigno fine absumptus est. Fuit enim æqui amantissimus & perpetua modestia, imperiumque maxima ex parte per alios administrabat, amore otij, & imperitiæ sibi conscius. Antipater certe atque Herodes huius bonitate ad tantas opes pro- 50 uecti

uēcti sunt: pro quibus meritis contra ius ac eas occisus est. Cæterum Herodes Hyrcano sublato ad Cæsarem properans, & nihil boni de se sperans propter amicitiam Antonij, suspectam habebat Alexandram, ne vsa hac temporis opportunitate ad defectionem concitaret populum, & intestinis seditionibus regnum perturbaret. quare mandata regni curā Pharoræ suo fratri, & matrem Cypron, & sororem, & totam denique cognationem in Masada deposuit: iussitque fratrem, si quid sibi accidisset durius, habenas regni retinere. Mariamnen verò vxorem, quia propter similitudinem cum matre eius & sorore degere non poterat, in Alexandria cum Alexandra matre collocavit, commissā quaestori suo Iosepho & Solimeo Ituræo castelli custodia, viris & antea
 10 semper fidiſſimis, & tūc honoris causa his mulieribus regis adhibitis. Verum his quoque mandatum dederat, vt si quid quod nollet accidisse sibi cognoscerent, confestim ambas interficerent, regnumq; pro viribus liberis eius ac Pheroræ fratri conseruarent.

Quomodo Herodes etiam regnum à Cæsare obtinuit. Cap. X.

His mandatis properauit Rhodum vt illic Cæsari occurreret. Quò postquam appulit, posito tatum diademate, de cætero paratu regio nihil mutauit: admissusque ad colloquium, tum maxime ostendit animi sui magnitudinem, neque ad supplicationes (vt in tali fortuna mos est) versus, neq; preces adhibens quasi rogando veniam, sed facti sui rationem reddens intrepide. Fatebatur enim apud Cæsarem & amicitiam sibi intercessisse maximam cum Antonio, & totis viribus se conatum vt penes illum esset rerum imperium: non armis quidem coniunctis quòd tum distineretur bello Arabico, sed misso ad illum frumesto simul atque pecuniis. nec tamen se hac parte sibi ipsi satisfecisse. professum enim amicū pro bene de se merito non opes solum, sed caput etiā & salutem debere obiectare periculis. Id quia non licuerit, certe hanc laudem suā esse, quòd ne post Actiacam quidē cladem illum deseruerit, neq; fortunā iam apertē mutata ad nouas spes se trāstulerit. quo tempore si non auxilio, at consilio à se adiutum hominem, commonstrando quo vno modo seruari posset, nec omnino in ordinē redigi, videlicet si Cleopatram interficeret. hoc enim mature perpetrato, licebat illi in eius opes succedere, atque ita faciliores à
 30 te pacis conditiones impetrare, ille verò per incogitantiam consilium meum aspernatus est: atque hoc pacto tibi magis quàm sibi consuluit. Nunc igitur si odio Antonij meum quoque studium damnas, non negauerim ea quæ feci, neque vereor ingenue fateri quanto illum amore persecutus sim, quòd si amoto personarum respectu, hoc tantum in disquisitionem vocas, qualis sim amicus, & quā memor beneficiorum, licet tibi quoque hoc experiri, mutato enim nomine nihilominus manebit amicitia, & laudem suam merebitur. His verbis cum magnam generositatem præ se ferret, non
 40 medioeriter allexit Cæsarem, virum liberalem ac magnificum: vt occasione dicendæ causæ paulatim insinaret se in illius amicitiam. Quare diademate restituto hortatus eum, vt non minus suam quàm quondam Antonij amicitiam coleret; in summo honore habuit; addens scripsisse Capidium, quantum apud monarchas fauore Herodis adiutus sit. Ergo vbi præter spem acceptum se vidit Cæsari, & ope eius denuo confirmatum in regno, seruuſconsulto, quoq; per illum impetrato, deduxit eum in Ægyptum, donatum plurimis muneribus, quibus etiam amicos eius sibi conciliauit, & animi declarauit magnitudinem. Conatus est etiam Alexandro Antonij amico impetrare veniam, quòd tamen non potuit, quia Cæsar animaduersum se in illum iurauerat. Reuersus deinde in Iudæam auctus honore ac potestate, omnes qui contra expectauerant attonitos reddidit, quasi Dei benignitate semper illustrior ē periculis eua-
 50 deret. Mox igitur parauit se ad excipendum redeuntem ex Ægypto Cæsarem, qui postquam venit, omni regia magnificentia eum accepit apud Ptolemaiden exercitui quoque omnem hospitalitatem exhibuit, & rerum ad victum accommodatarum copiam quo factum est vt in intimā familiaritatem reciperetur, vnā obequitare solitus, dum trahuntur copie, tractansque tum ipsam tum amicos ministerio viro-
 60 rum. Et, ditissimo & sumptuosissimo cultu insignium, quin & squalida ac inaquosa loca transcurrentibus nihil deesse passus est, non vinum, non aquam, quæ miles tum magis etiam dele-
 E 3 etabatur.

abatur. Ipsum quidem Cæsarem talentis DCC. donauit: adeoque satisfactum est omnibus, vt luculentius etiam quàm pro eius regni facultatibus tractatos se faterentur. quo magis amicitia promptèq; ad benemerendum voluntatis fidem fecit, & vsus opportunitate temporis egregiam opinionem magnanimitatis sibi parauit. rursumq; ab Ægypto redeuntibus alios Romanorum primates tot officiis prosecutus est, vt nemini mortalium hac parte cederet.

Herodes Mariannen calumnijs oppressam interficit. Cap. XI.



Ed cum primum in regnum reuersus est, perturbatam familiam inuenit, infensamque sibi vxorem Mariannen & socrum Alexadram. ratæ enim, id quod non immeritò suspicabantur, non securitatis causa se in id castellum conclusas, sed quasi in carcerem, ita vt nec suis nec alienis bonis frui possent, ægerrime ferebant. Marianne quoque maritum simulare amorem credebar, quod ei bonum esset atque commodum. sed nihil molestius ferebat, quàm quod ne illo quidem defuncto spes relinquebatur ipsam fore superstitem: nec vnquam excidebant mandata olim Iosepho data, ita vt omnibus modis demereri conaretur custodes, præcipue Sohemum, non ignara incolumitatem suam firam in eius manibus. ille verò principio fidus erat, non discedens ab Herodis præscripto: deinde munusculis ac blanditiis muliebribus paulatim mollitus est: postremò effutiit omnia mandata regia, præsertim quod non speraret eum cum eadem potestate reuersurum. eam ob rem sic existimabat, nec ab illo sibi esse periculum, & à mulieribus paratam gratiam, præsentem dignitatem & in posterum facile retenturis. Quod si Herodè rebus ex sententia confectis reuere contingeret, nihil eum nisi vxoris arbitratu acturum. sciebat enim quàm impotenter eam rex amaret. His ille de causis à mādatis discessit. Marianne verò iniquissimo animo tulit noua sibi semper alia ex alijs ab Herode nasci pericula: votaque faciebat ne ille vnquam saluus reuerteretur, cogitans vitam sibi cum eo fore intolerabilem: id quod postea nec dissimulauit, aperte falsa quid se vreret. Ille enim cùm præter spem magna ornatus fortuna appulisset, primò vt par erat vxori lætum de hac re attulit nuncium: eamque solam præ alijs vxoribus ob amorem ac iucundissimam consuetudinem salutauit & complexus est. Mulier verò narrante eo suos successus, susque deque ferre videbatur, nec belle suum affectum occultabat: sed vt erat ingenuis, minimèque fucatis moribus, ad illius blandas appellationes ingemiscebat: narrationeque eius contristari magis quàm gaudere videbatur: vt iam Herodes non tam suspicionibus quàm manifestis signis turbaretur. angebatur enim videns inexpectatam & apertam vxoris auersationem: quam molestiam præ amore ferre non valens, nec in ira nec in reconciliatione perdurare poterat, & sibi ipse non constans iam hoc iam illo affectu distrahebat. adeo animus inter amorem, & odium ambigebat, vt cùm sæpe cuperet punire mulieris superbiam, intercedente amore vetaretur. Nihil autem magis timebat quàm ne sumpto de ea supplicio, seipsum hoc pacto grauius læderet ob defunctæ desiderium. Talibus curis æstuantem & sic erga Mariannen affectum vt videre soror eius & mater, opportunitissimum tempus se nactas putauerunt: moxque affiduis calumnijs concitabant hominem accendentes eius odium ac zelotypiam: quas ille nec reiiciebat, nec tamen libebat credere, & seuire in dilectam coniugem. peius tamen indies erga eam afficiebatur, magisque ac magis exasperabatur, dum nec illa curas suas occultat, & ipse amorem vertit in odium. Ac fortasse iam tum seuius in eam aliquid statuisset, ni commodum nunciatum esset extinctis Antonio & Cleopatra Cæsarem Ægypto potiri: cui obuiam properas familiam sic vt erat reliquit. Discedenti Marianne commendauit Sohemum, plurimum ei se debere propter habitam suam curam proficiens, & cuiusdam Iudææ partis ei dominium impetrauit. Cæterum Herodes in Ægypto cum Cæsare congressus, liberius iam cum illo egit amicitia fretus, & magnis ab eo beneficijs ornatus est. quadringentorum enim Gallorum Cleopatram satellitum ei donauit, & regionis partem reddidit, quam illa prius occupauerat. attribuit etiam eius regno Gadara, Hippon, & Samariam, in maritimis Gazam, Anthedonem, Ioppen, Stratonisque turrim: quæ illi non mediocris fuit ad regium splendorem accessio. Deducto deinde vsq; Antiochiam Cæsare, in regnū reuersus sensit fortunam quàm

quàm foris propitiam, tam domi aduersam, maxime quod ad cōiugium attinet, qua parte sibi antè videbatur felicissimus. Flagrabat enim legitimo coniugis Mariamnes amore quàm qui ardentissime, ne illis quidè exceptis, de quibus à scriptoribus proditur. ea fœmina cætera pudica & inuolatæ fidei, innatam habebat muliebrè quandam morositatem, improbius illudens obnoxij mariti patientiæ, ita vt nō habita regiæ potentiæ ratione, non raro contumeliosius eum tractaret, quam tamen ille dissimulanter & moderate ferebat, licet solitam aperte & sorori eius & matri exprobrare humilitatem generis. quæ causa fuit implacabilis inter eas mulieres odij, atque etiam calumniarū quoties daretur occasio: eaq; suspiciones paulatim crescentes durauerunt integrum annum post Herodis à Cæsare reditū. tandè diu præmeditatum odiū in hunc modū erupit. cū meridiano tempore quietis causa in cubiculū se rex contulisset, pro coniugali affectu Mariamnen accersit. hæc autè introgressa quidem est, sed vnà cubare noluit, rogantem contemnens, & insuper patris ac fratris sui necem opprobans. quo indigne ferente, & vix ab inferendis mulieri manibus temperante, postquam ex strepitu cōmotiorem eum sensit soror, submittit iamdudū subornatum pincernam, qui indicaret sollicitatum se à Mariamne, vt ei operam commodaret in propinando regi amatorio poculo: & si amplius sciscitaretur qualenā id esset, diceret pharmacum penes ipsam esse, à se requisitum tantum ministerium. quòd si rex mentione amatorij nihil moueretur, tum & ipse sileret. nihil enim illi fore periculi. hæc prædoctum illo ipso temporis articulo intromittit ad eum alloquendū. atq; is cōposito vultu ingreditur, & quasi rem valde seriam afferens, ait se largitione à Mariamne sollicitatum, vt amatorij regi misceret. quo audito: cū ille perturbaretur, ait pharmacum quoddam sibi oblatū, cuius ipse vim ignoret: idèq; id renunciare, quod hoc & regi & sibi tutius existimet. Ad hæc verba Herodes, iam antè satis cōmotus, cū magis etiam exasperatus esset, eunuchū Mariamnes fidissimū tormētis examinauit, sciens quòd sine illo nihil nec magnū nec paruum tentatum sit. qui cruciatus nō ferens ad interrogata quidè nihil respondit, hoc tantū prodidit, offensam esse mulierē propter ea quæ Sohemus indicauerat. adhuc eo loquente exclamat rex, Sohemū & sibi antehac & regno fidissimū non fuisse hæc proditurū, nisi aliquid cōmercij secretioris inter ipsos intercessisset. mōxq; Sohemū comprehensum imperat interfici, vxōrem verò causam suam iubet agere aduocato intimorū amicorū cōsilio, accusationē accuratam exorsus, & confictū veneficij crimen intentans. erat autè verbis immodicus, & iratior quàm decorū iudicij postulat: quo factū est, vt cū eum ita velle videret, omnium qui aderant suffragiis damnata sit, qua sententia prolata, visum tamen est tam ipsi quā aliis quibusdam præsentibus, nō esse eius supplicij præcipitandum, sed includendā in aliquē regiæ carcerē. at Salome cum sua factione modis omnibus dedit operā vt mulier sine mora necaretur: quò tanto facilius regē perpulerunt, quòd dicerent timendū esse aliquem motū in populo, si sciretur viuā asseruari in carcere. atque ita Mariamne ducta est ad supplicium. Id conspicata Alexandra, & intelligens similē exitum sibi expectandū ab Herode, omiſsa pristina ferocia valde indecore mutata est. Volens enim ostendere se nō esse consciam eius criminis, cœpit filiz conuiuium facere omnibus audientibus scelestissimā & ingrātā erga virum clamitans, dignamq; tali exitio, quæ ausa sit tam immane facinus, non enim pro merito tractatum maritū amantissimum. Hæc illa turpiter fingente, & inuolutura vt videbatur capillos miseræ, etiam alij merito damnabāt ineptam eius simulationem, sed in nemine hoc magis apparuit, quā in ipsa quæ ducebatur ad interitū. nā neq; verbo vllō eam dignata est, neq; vel tantillū intemperis eius perturbata, excelsō animo improbare se illius turpem dementiā vultu significabat: ipsa intrepida specie, ac ne colore quidè metu mortis mutato ibat, generosam indolem extremo quoq; suo tempore præferens. Ad hunc modum periit mulier & temperans & magnanima, sed non satis modesta, & paulo contentiosior. Cæterum formæ venustate, & comitate cum maiestate cōiuncta dici nō potest, quantum omnes ætatis suæ fœminas superauerit, quæ potissima causa fuit quo minus iucunde cū rege vitam degeret. Obsequiis enim ob amorem ab eo culta & nihil molestū expectans; licentiosius æquo se gerebat, moleste etiam

ferebat suorum casus: idq; apud ipsum quoq; fatebatur. Tandē effecit vt exosa esset regis & matri & sorori, atq; etiam illi ipsi, à quo solo nihil timebat. Ea peremptariū potentius etiā flagrare cœpit rex, iam antē miserā affectus sicut diximus. neq; enim vulgari coniugū more amabat, sed cūm penē ad insanīā vsque indulgeret huic cupidini, ne liberioribus quidem vxoris moribus effici potuit ne indies magis ac magis eam diligeret. Tūm verō maxime sibi visus est irato Deo necasse Mariāmnē; sæpe inuocabat eius nōmen; sæpe etiam indecore lamentabatur. excogitabat autē oblectamenta quæcumq; poterat, apparandis conuiuiis ac comotationibus, nihil tamen proficiebat: quare & regni curā reliquit. adeoq; dolori succubuit, vt sæpe ministros iuberes vocare Mariāmnē, quāsi illa adhuc viueret. Sic affecto superuenit pestilentia, quæ & plebis & purpuratorum maiore partē abstulit; omnibus irato Deo hanc immisam interpretantibus propter iniustū reginæ supplicium. ira aucta regis ægritudine postremo in solitudines se abdedit. prætextu venationis, vbi afflicta se intra paucos dies grauem morbum contraxit. Is erat inflammatio & dolor cervicis, mente etiam mota non nihil: nec remedia quicquam proderāt, sed cūm exacerbare potius malū viderentur, res minimū à desperatione absuit. itaq; medici partim propter morbi cōtumaciā, partim quia in tanta difficultate nō erat libera diætæ electio, permittēbant eū quicquid appeteret, in incertū euentū salutē fortunæ cōmittētes. quod sic apud Samariā, nunc Sebastē, decumbente, Alexandra habitans tūm Hierosolymis, recognita conata est vrbis arcē in suam potestatē redigere, alteram templo con- 20 guam, alteram in ipsa vrbe sitam. nam qui has obtinent, totam gentem habēt obnoxiam: quia nec sine his sacrificia quotidiana possunt peragi; neq; Iudæi sine sacrificiis degere, quibus vita citius cōtemnatur quā religio. præfectos igitur tentat, vt sibi & genitis ex Herode ac filia pueris eas traderent; ne forte illo defuncto occuparentur ab aliis: quod si contingat eūm sanitate recipere, interim à nemine tutius eas seruari quā à domesticis. Hæc sollicitatio nō est æquis auribus accepta, sed cū essent alioquin etiam fidi, tūm eo magis manebant in officio, quod & Alexandram oderāt, nec eas putabant desperare de salute principis. amici etiam erant veterēs, vnus etiā nepos regis, Achiabus nōmine. quare cōtinuō p̄t nuncios de Alexandra significauerūt. ille sine mora eam iussit interficere, paratoq; tandem morbo relictis & corporis viribus 30 & animi sic effectus est, vt quauis ex causa ad faciendū esset propensissimus. quamobrem ab intimis quidem amicis sanguinarias manus abstinuit, Costobaro videlicet, Lysimacho, Antipatro cognomine Gadia, & Dosithæo, occasione arrepta huiusmodi. Erat Costobarus vnus inter primates Idumæorum, penes cuius maiores olim fuerat sacerdotium Cœze pulminis, quod tūm religiose ab ea gente colebatur, priusquam sub Hyrcani principatu Iudaicos ritus acciperet. hunc Herodes quā primū regnū adeptus est, Idumæā ad Gaza præposuit; data in matrimonium Salome sua sorore, cuius maritum Iosephum interfecerat, vt iam dictū est. eā felicitate præter spem oblata inflatus ille, paulatim ad tantam insolentiam progressus est, vt regis imperata detrectaret, indignum ratus Idumæos secire hominibus quorū sacra & religionem 40 acceperant: quorū legationem ad Cleopatram, docens Idumæam semper matris eius reginæ paruisse, proinde nunc quoque impetrandā esse regionem ab Antonio. se edimparatū illi potius obsequi. Hæc autē moliebatur nō quod Cleopatram mallet habere dominā, sed vt antea Herodis opibus, coactis ipsi Idumæorum dominationem inuaderet. nam spem ei faciebat tam generis claritas, quā pecuniarum copia, quibus plerūque ille nunquā non inuentus ad turpibus quidē lucris abstinebat, nimirum nihil mediocriter vilucans in animo. Sed cū Cleopatra frustra exarato precibus Antonio, nihil impetrare potuit: & si Herodes eam cognū interstitū erat hominem, infans tē efflēt pro eam matrem quā sibi obitā tamen eum domauit: illarū precibus, vt nunquā posthac illi fidem, orto deinceps inter coniuges iulio, Salome illi 50 bellum repudiū marito nūc præter legitimum morem patre, de quo nō nostris solis maritis hoc ius permittit, mulieribus autē nō dimissis quidē hoc posthabe, nisi prioris virtutis illius. Verū illa Thagisæ propria licentia, quæ cōmuni iure fœderi diuorū, & ad fœdus cōfœdens, ait se parauisse fratrem, ambo ne uolentia coniugalē fœderi cen-

spirasse enim eum ad res novas moliendas cum Lyſimacho , Antipatro & Doſitheo: ſuisq; rebus fidē aſtruebat per Babæ liberos, quos ille iam per xii. annos ſeruafſet incolumes. erat autē hoc verū, & tum præter omnē opinionē à rege auditū vehementer eius animū perculit. Quod enim ad Babæ liberos attinet, decreuerat eos aliquando tollere, aduerſatōs ſemper ſuis conatibus, ſed procedente tēpore per obliuionem hoc omiſerat. cauſa verò odiorū hæc fuit. Regnāte Antigono dū Herodes obſideret Hieroſolyma, in tantis rerū difficultatibus maior populi pars feſſa, propenſa erat ad accipiendū Herodem intra mœnia. ſed obſiſtebāt Babæ liberi pollētes autoritate ac opibus & fidi Antigono, quòd putarent cū regē magis eſſe è republica. Tandē capta
10 vrbe per Herodē; Coſtobarus deſtinatus ad obſeruādos vrbis exitus, ne quis aduerſæ factionis elaberetur, ſciens magnā eſſe Babæ filiorū apud vulgus autoritatē, & cogitans illos mutato rerū ſtatu magnum momentum aſſerre poſſe ſuis conatibus, ſubtractos clām in ſuis agris habuit. Ac tūc quidem licet ſuſpectus Herodem periurio feſellit, negans ſe quicquam ſcire quò illi deuenerint. rege deinde per edicta præmiū promittente indici, & modis omnibus eos perquirēte, ne tūc quidem fateri voluit, veritus enī nō impune ſibi hoc fore poſt primā negationem, pergebat eos occultare, iam neceſſitate etiā non modo beneuolentia. Hoc poſtquā ſororis indicio rex cōperit, miſiſ quibuſdā ad loca latebrarū, & illos interfecit, & quotquot in eodē hærebāt crimine: vt nihil iam reliquum eſſet ex Hyrcani cognatione, ſed ſublatis omni-
20 bus quorum excellebat dignitas, arbitrato ſuo poſſet quicquid vellent agere, nemine amplius reſiſtente. Quo factū eſt vt magis ac magis diſcederet à patriis ritibus, & X peregrinis ſtudiis veterū inſtituta corrumperet inuiolabilia: quo tēpore p̄ magna facta eſt bonorū morum in deterius inclinatio, labante diſciplina qua antehac populus ſolebat contineri in officio. Ac primū athletica certamina quinto quoq; anno in honorem Cæſaris inſtituit, theatro Hieroſolymis extructo: deinde in campo amphitheatrū vtrūq; ſumptuoſo opere cōſpicuū, ſed alienū à Iudaicis moribus, apud quos nullus eſt horū vſus, nulla ſpectaculorū oſtentatio. Ille tamen celebritatē hanc nobiliſſimā eſſe voluit, denunciātā circunuicinis atq; etiā longinquis gentibus propoſitiſq; præmiis magnus vndiq; athletarū cæterorūmq; certatorū concurſus factus eſt,
30 cōfluxeruntq; exercitatiſſimi quiq; in hoc genere. euocabātur enim magnis præmiis nō hi tantū qui gymniciſ certaminibus dant operā, ſed muſici etiā præſtantes, & qui vocantur thymelici: necnō quadrigarij ac trigarij, & qui ſingulis equis celetizantes curſum peragunt: magna cōtentione regis, ne quid deſideraretur, quod vſquā in hoc genere ſit ſpectabile. Theatrū ipſum per circuitū titulis erat ornatū Cæſaris, & trophæis deuictarum ab illo gentiū, auro atq; argento collucentibus. quod verò ad inſtrumentum & apparatus attinet, non veſtes prætioſiſſimæ, nō gemmæ raritate inſignes deerant in hiſ ſpectaculis: cōquiſitiſ etiā feris plurimis, leonibus, cæterisq; vel robore ſpectandis, vel aliquo naturæ miraculo. hæc modò inter ſe modò cū damnatis hominibus cōmittebātur: quæ peregrinis quidem ſpectatoribus plurimū admiratio-
40 nis ſimul atq; delectationis afferebāt, indigenis verò prorfus ad diſſolutionem patriæ diſciplinæ tendere videbantur. nihil enim magis impiū exiſtimabant, quā ex ſpectandis hominibus cū beſtiis cōparatis voluptatem crudelē captare homines: abſurdum æque peregrinis artibus mutare inſtituta domeſtica. Sed nihil tam moleſtū fuit quā trophæa: quæ cū putarent armis cōtectas imagines, quarū vſus interdictus eſt noſtris legibus indigniſſime eas ferebāt. à quibus cū eos ſic abhorrere Herodes animaduertet, per vim nihil agere voluit, ſed blādis alloquiis conabatur hāc ſuperſtitionē eximere. nihil tamē mouebātur, ſed credētes eum grauiter peccare, vno ore exclamāt: etiā ſi reliqua omnia ferre oporteat, nō laturos ſe intra urbem hominū imagines: ſic trophæa vocabāt: hoc enim nefas eſſe. Herodes verò videns eos turbatos, & ſine ſatisfactione nō facile ceſſuros, accitis ad ſe præcipuis ex illo numero, & in theatrū adductis, rogabat eos, oſtēſis trophæis, quidnā hoc eſſe putarent. cūq; reclamafſent, hominū eſſe: imagines, iubet detrahi ornatū appoſititium, & oſtēdit nudos ſtipites, quo facto in riſum vertitur indignatio cōcepta ex ſuſpicionē imaginū. atq; ita ſedato multitudinis tumultu, pleriq; iam mutati æquo animo ferebāt omnia. quidā tamen ne ſic
E 5 quidem

quidē destiterunt externos mores abominari, veriti ne ex hac mutatione sequeretur magnū aliquod reipu. incōmodū : putaueruntq; sui officij, labanti disciplinæ publicæ vel capitis periculo succurrere, nec pati Herodē quicquā cōtra receptos mores inducere, & pro rege hostē agere. ex his x. ciues cōiurauerūt cōtēpto periculo, sicasq; vestibus texerunt : & in his vnus cæcus, ob indignitatē eorū quæ audierat nō tam paratus ad agendum aliquid, quā ad patiendū si quid assertoribus patrij moris accideret, cuius exēplo nō mediocriter cōfirmati sunt cæteri. Hi communicatis cōsiliis in theatrum vadunt, sperantes nec ipsum regē improuisum imperum suum euasurum, aut certē multos ex aulicis eius stipatoribus opprimendos : & vel hoc sibi fore mortis solatium, si illum violatæ religionis ergō in populi inuidiam adducerent. Et illi id quidem quasi duces se cæteris præbētes hæc facere statuerāt. quidā verō ex his quos Herodes ad perscrutanda & indicanda talia disposuerat, rem totam expiscatus, regi theatrū ingressuro aperit. is nō ignarus quantū odiorū sibi quotidie cōcitaret recipit se in regiā, & nominatim coniuratos accersit, qui cōprehēsi in ipso facinore, & scientes nullum esse effugiū, decreuerunt præsentem necessitatē ferre forti animo. nihil enim inficiati interrito vultu sicas protulerunt, profitentes se rectē ac pie cōiurasse, nō propter priuatos affectus, aut sui cōmodi gratia, sed pro disciplina publica, quam nemo bonus violare ne morte quidē sibi intentata sustineat. hæc illi cū magna confidentia pro se attulissent, à regiis abducti per omnes cruciatus necati sunt. nec multo pōst delator eorū inuisus omnibus, à quibusdam interfectus frustatim cōcisus est 20 & obiectus canibus, idq; multis inspectantibus : nemo tamen hoc factum prodidit, donec pōst longas ac molestas Herodis inquisitiones à cōsciis quibsdā mulierculis per tormenta expressa est confessio. tum verō autores eius facinoris cum totis familiis plectebantur, plebe nihilominus interrita, & parata leges defendere, ni maiore cohiberetur potentia. quod animaduertens rex omni ope obuiam iuit eorū conatibus, ne fortē hac rerum nouitate ad apertā defectionem adducerētur. cū igitur duas arces munitas in vrbe haberet, vnā in qua ipsius erat regia, alterā verō iuxta tēplum Antoniam à se nominatam, visum est tertiam quoque munire Samariam, mutato nomine Sebasten, quæ foris totam gentem contineret in officio, abest à Hierosolymis itinere vnus diei, ad vrbano etiam tumultus compescendos opportuna. Aliam 30 etiam toti genti ceu arcem imposuit, olim Stratonis turrin dictam : ipse Cæsareā appellari maluit. In magno etiam quem vocant campo, sorte lectis equitibus castellum condidit, & in Galilæa Gabalam, Esthmonitim in Peræa. His arcibus ad tutelam regni per totam regionē opportune dispositis, adempta est vulgo leuissimis quibsq; causis mobili, tumultuandi materia : parato ad quoscunq; clancularios conatus remedio, dum in propinquo semper sunt qui vel præcaueant, vel recēs ortos compescāt. In primis autem Samariam cincturus mœnibus, dedit operam vt tam è milite auxiliari, quàm è finitimis gentibus plurimos in eius ciuitatis corpus cōgregaret, partim propter templum quod ibi dedicare statuerat, partim quo illustriorem eam faceret, sed maxime quia prætextu magnificentiæ securitatem rebus suis hoc pacto procura 40 bat. Vrbi abrogato vetere, nouum nomen Sebastes imposuit, agrosq; eius natura feraces habitatoribus diuisit, vt mox ab initiis essent locupletes : firmissimū deinde murum circumdedit, natura etiam loci accliuoris adiutus, & præter veterem ambitum tantū spatij cōplexus, vt nulli celebrium vrbium cederet. erat enim xx. stadiorū circuitus. in eius meditullio fanum sesquistadij amplitudine esse voluit, modis omnibus ornatissimū, in quo templū extruxit cum quouis alio pulchritudine & magnitudine conferendū : reliquas etiā vrbis partes procedente tempore magis ac magis excolere studuit, securitatem captans ex firmitate loci, quo pro arce vti voluit, pulchritudine verō loci suæ liberalitatis ac magnificentiæ monumentū relicturus ad posteros.

De fame quæ in terram Iudæam incubuit.

Cap. XII.

50

XI



ODEM anno qui fuit regni Herodis decimustertius, maximæ calamitates in eam regionem ingruerunt, siue ea fuit vindicta irati numinis, siue ita ferebant statæ temporum vicissitudines. Primum siccitas diuturna obtinuit, inde insecuta est sterilitas, ne illis quidem fructibus prouenientibus quos sponte

sponte sua terra solet edere. Postea per inopiam mutata victus ratione morbi iam inualuerunt & pestilentia, succedentibus aliis post alias calamitatibus. Nam hoc ipsum pestem exacerbabat, quod ægroti in tanta penuria nec curam sibi conuenientem, nec alimentum congruum habere poterant: & quotidie multis morientibus, etiam superstitibus per desperationem curam suorum relinquebant, non profuturam in tantis rerum difficultatibus. itaque absumptis veteribus frugibus, & nullis in earum vicem subnascentibus, nihil spei reliquum erat, malo præter opinionem indies crescente; dum non vno anno etiam semina ipsa pereunt, terra non reddente debitum. quapropter necessitas multa ad præsentem usum excogitare cogebat: ac ne Herodi quidem amplæ facultates suppetebant, dum fraudatur agrorum redditibus, absumpta in ædificationem urbiu veterem pecunia: adeoque omnia variis malis vastabantur, ut vix esset cui succurri posset. ad hæc accedebat populare in regem odium, quod ferè soleat calamitatum culpa in eos reici, penes quos est regimen reipublicæ. Cogitabat tamen aliquam medelam afferre tam difficili tempore, sed modum vix expediebat, quod nec finitimi res ad victum necessarias venderent, eadem pressa inopia, nec pecuniarum tantum superesset, quantum posset omnibus sufficere. attamen videns opus esse ut omnes ad ferendam operum consilia conferrent, quicquid erat in regia suppellectilis tam aureæ quàm argentæ, id totum contulit, nec laudatorum artificum parces operibus, nec vasis ad usum necessariis. inde confectam pecuniam mittebat in Ægyptum, quam tum Petronius obtinebat pro

20 Cæsare. is licet obrutus multitudine ob talem necessitatem ad se confugientium, tamen quia priuatim amicus erat Herodi, & seruatos cupiebat eius subditos, præ aliis eis concessit frumenti exportationem, tam in emendo quàm in euehendo adiuuans, ita ut maximam momentum ad gentis salutem in eo fuerit. Porro Herodes aduectum frumento, & approbata populo sua diligentia, non solum mutauit auersorum à se animos, verum etiam eximiam laudem beneficentiae & prouidentiae retulit. Nam primum his qui sibi ipsis frumentum querere non poterant, diuisit omnibus accuratissime dispensans. Deinde quia multi erant qui propter senium vel aliam debilitatem cibos parare non valebant, his quoque prouidit adhibitis pistoribus, ut in promptu alimenta haberent. Quin & aduersus hyemis asperitatem prouidit, ne qui periclitarentur inopia vestium

30 absumptis pecoribus, & lanis aliisque tegmentis deficientibus. Vbi verò etiam huic necessitati prospectum est, propinquis quoque Syrorum urbibus sollicitudinem impendit, distributis ad sementem faciendam frugibus. quod sane & ipsi fuit commodum, terra mox vberem referente gratiam, ut omnibus alimenta suppetere. & quamprimum segetes messi maturæ factæ sunt, ad l. m. hominum quos ipse aluerat dimisit per agros: atque ita res penè perditas restituit sua diligentia, non mediocriter subleuatis etiam finitimis qui eisdem laborabant difficultatibus. nemo enim eius opem implo-
rauit, quem non pro ipsius dignitate adiuuerit: sed & castella & vrbes, & ex plebe qui grauabantur numerosiore familia, ad illum confugientes necessitati inueniebant remedium: ita ut reuocatis ad rationem quæ in externos tantum insumpserat, reperta sint

40 frumenti cororum x. millia. corus autem capit x. medimnos Atticos. intra regni vero sui pomœria l. x. x. millia cororum expensæ sunt. quæ quidem eius cura & tam opportunè collata gratia, tantum apud Iudæos valuit omnium sermone celebrata, ut positis odiis quicquid hactenus vel administrando regno, vel transgrediendis patriis ritibus peccauerat, libenter obliuiscerentur, bene compensatum putantes eius liberalitate, qua usi sunt hoc difficillimo tempore. nec minor vel gratia vel gloria parata est apud externos, ut per hæc mala non mediocriter nomen regis illustratum sit, & quantum damni domi acceptum est, tantum foris ad celebritatem nominis accreuerit. Cum enim in alienis necessitatibus tantam ostendisset magnanimitatem, omnes non qualis antea fuisset reputabant, sed qualem tum recens experti fuerint. Eodem tempore & auxilia misit Cæsari, quingentos selectos ex suo satellitio, quos Ælius Gallus duxit in expeditionem Arabicam, eorumque sæpe forti opera usus est. Rebus igitur in pristinam felicitatem restitutis, regiam in superiori urbis parte ædificauit, extructis ædibus amplissimis, exornatisque auro & marmoribus & subsellis, ut magnum virorum numerum possent capere: domibus etiam pro cuiusque dignitate appellatione indita, ut

vna

XII vna diceretur Cæsaris, Agrippæ altera. Coniugem deinde duxit amore corruptus, ne distraheretur vagis voluptatibus. occasio autem nouarum nuptiarum fuit hæc. Erat inter Hierosolymitanos ciues Simon Boethi Alexandrini filius, sacerdos cum primis nobilis, habebatque filiam omnium eius ætatis pulcherrimam: cuius forma cum vulgi sermonibus celebraretur, primum fama illius Herodes permotus est, deinde conspectæ amore captus noluit uti sua potentia, ne tyrannice videretur agere, maluitque in legitimum thorum puellam introducere. Cumque Simon nec affinitate tali, nec tamen contemptu dignus videretur, quo cupiditati suæ satisfaceret, id quod æquius visum est elegit, ut videlicet honoris accessione eum ornaret. mox igitur Iesu Phabetis filio pontificatum abrogat, & successorem ei dat Simonem, atque ita affinitatem cum illo contrahit. Peractis deinde nuptiis nouum castellum condit, quo loco Iudæos olim profligauit, dum pelleretur arinis Antigoni. distat autem à Hierosolymis circiter l. x. stadiis, natura firmum, & ad excolendum idoneum. collis enim est leniter accliuus, attollens se in manufactam altitudinem, habens mammæ specie circumferentiam: estque distinctus teretibus turribus: ascensu arduo, qui per c. c. gradus lapideos scanditur. intus autem diuersoria sunt regia, magnis impensis structa, tam ad firmitatem, quam ad pulchritudinem: & in pede collis habitationes spectatu dignissimæ, tum propter alia, tum propter aquæductus egregios, magno sumptu è longinquo perductos. circumiacens planicies ædificiis referta est ad iustæ vrbs magnitudinem, cui collis ille vice arcis imminet. Ita omnibus ordinatis ex sententia, nullus amplius in regno suo motus timuit, duobus potissimum modis subditos in officio continens: timore suppliciorum quæ nemini remittebat, & liberalitate qua providebat publicis necessitatibus: communiebaturque se accuratissimè, quasi incolumitas sua pertineret etiam ad rempublicam. Ciuitatibus se comem & humanum præbebat, dynastas per occasionem colebat, ad conciliandam sibi eorum gratiam munificentissimus, quod innatam haberet magnanimitatem regiam. Ita factum est ut cum apud omnes esset gratus, magnis rerum suarum incrementis augetur. Hæc tamen ambitio studiumque demerendi Cæsarem cum Romanis potentioribus causa fuit, ut multum à patriis institutis decederet, & leges diuinas violaret, dum in honorem eorum vrbes condit, & templa extruit, licet non in solo Iudaico. hoc enim illi nequaquam laturi erant, quod nefas sit nostras statuas ac effigies more Græcorum colere. Quapropter extra eorum regionem tales vrbes collocabat, excusans se Iudæis, quod non sponte, sed potentiorum iussu hæc faceret: & interim Cæsarem Romanosque tanto magis sibi deuinciens, quod in eorum honorem à patriis consuetudinibus sustineret discedere. Sed præcipuus scopus erat utilitas propria, & studium memoriæ propagandæ ad posteros, ita ut in condendis & exornandis vrbus nullis sumptibus parceret.

Cæsarea conditur.

Cap. XIII.



REGO quum animaduertisset in maritimis locum condendæ vrbi opportunissimum, cui pridem Stratonis turris nomen fuerat, & formam eius magnifice descripsit, & ædificiis marmoreis totam exornauit accuratissime, tam regiis palatiis, quam priuatorum ciuium ædibus. & quod fuit omnium operosissimum, portum à tempestatibus tutum addidit, magnitudine Piræo parem, stationibus instructum & diuersoriis, admirandum structura, eo quod propter loci naturam omnis materia tæxæ fabricæ aliunde magno sumptu cōuehēda fuerit. Sita est hæc vrbs in Phœnice, quæ in Ægyptū præternaugatur, Dora inter & Ioppen, littorales vrbeculas, non satis portuosas quod Africo sint oppositæ. hic enim procellosis flatibus arenas in litus prouoluēs, nullam stationē quietam esse patitur, ita ut plerumque naues mercibus onustæ, in salo ancoras iacere necesse habeāt. Hanc locorū incōmoditatē correcturus, circulū portus circumduxit, quantū putaret magnæ classi recipiendæ sufficere: & in viginti vlnarum profundum prægrandia saxa demisit, quorum pleraque pedū quingaginta longitudinis, latitudinis verò octodecim, altitudine nouempedali fuerunt, quædam

quædam etiam maiora, minora alia. Hæc moles in mare iacta brachium ducentos pedes longum efficit, cuius spatij dimidium oppositum est frangendis fluctibus, inde procymation Græce dictum: reliquum sustinebat murum lapideum distinctum turribus, quarum maximæ & pulcherrimæ nomen Drusus à Druso Cæsaris priuigno, immaturo fato defuncto. Inerant & crebri fornices, nautarum diuersoria. Excensus deinde lato ambitu totum portum cingebat, locus ad inambulandum animi causa iucundissimus. Os autem portus pater versus septentrionem ventorum serenissimum. crepido verò totius ambitus, à sinistra quidem portum intrantibus turtis est lato margini insistens, ad firmitus resistendum fluctibus: à dextra autem duæ columnæ lapideæ
¹⁰ coniunctæ turri ex aduerso sitæ pares celsitudine. Circum portum ædes continuata serie marmore politissimo extructæ sunt, extante in medio tumulo, in quo templum Cæsaris à longe conspicuum adnauigantibus, & in eo statua, Romæ altera, altera Cæsaris, unde nomen Cæsareæ, vrbi tam materia quàm artificio structuræ cōspiciuæ, cloacis etiam subterraneis non minus mirandæ: quæ paribus distantes interstitiis in mare exeunt, vna transuersa dirimente, vt imbrium & purgamentorum proluuius facilius in mare deferatur, & marini æstus, quoties accedunt subintrare possint, & totam urbem subluere. Extruxit etiam theatrum è saxo, & à meridionali portus latere amphitheatrum capacissimum, unde late prospectus patet in maria. Atque hæc omnia duodecim annorum spatio sunt absoluta, rege nec labori parcente nec sumptibus. Hanc iam
²⁰ altera vrbe post Sebasten condita, decreuit Romam mittere filios Alexandrum & Aristobulum, vt salutarerent Cæsarem: eratque eis paratum hospitium apud Pollionem Herodis studiosissimum, licebat tamen etiam Cæsaris vti hospitio. Excepit enim adulescentes summa humanitate, fecitque Herodi potestatem, vt arbitrato suo è filiis quemcunque vellet hæredem regni designaret, aucto prius noua accessione Trachonitidis, Batanæ, & Auranitidis, tali de causa. Zenodorus quidam conduxerat ditionem Lysaniæ, nec contentus his prouentibus in Trachone fouebat latrocinia, inde quoque captans compendium. incolæ enim locorum eorum libenter raptu viuunt, assueti prædas ex Damascenis agere. eos Zenodorus ad eò non vetabat, vt lucrorum etiam esset particeps, ab his male vexati propinquorum agrorum coloni, Varum pro
³⁰ uinciar præsidem querelis obtundebant, postulantes vt Zenodori iniurias per literas significaret Cæsari. Ille rescripsit expugnanda esse latronum receptacula, & regionem eam ditioni Herodis contribuendam: sic enim fore vt eius prouidentia caueretur in posterum, ne Trachonitæ vicinis vllas exhiberent molestias. alioquin difficile erat eos compescere iam assuetos his artibus victum quærere: vt qui nec oppida haberent, nec agros, sed in speluncas ac cuniculos more ferarum refugia. habebant autem paratam aquæ & cibariorum copiam, vt externa vi petiti possent satis diu bellum in latebris trahere. Specus enim illi aditus habent angustos, nec nisi vnum post alium hominem admittentes, sed intus sunt amplissimi & supra quàm credas capaces, plano solo desuper recti. nam torus is locus constat petra aspera, & non facile meabili, nisi aliquo du
⁴⁰ cente per semitas: quæ non per directum feruntur, sed multis mæandris flexuosæ sunt. incolæ quoties propinquos populari non datur, ipsi inter se exercent latrocinia, nihil sibi non permittentes. Eam regionem postquam Herodes accepit à Cæsare, adhibitis ducibus ad eos penetrans maleficia coercuit, & circumuicinis securitatem peperit. Zenodorus autem partim inuidia, partim dolore ademptæ possessionis permotus, Romam ad accusandum Herodem profectus est: nihil tamen efficere potuit.

Interea in Asiam Agrippa mittitur, administraturus transmarinas prouincias pro
^{XIII.} Cæsare, eum quod esset amicissimus, Herodes apud Myrilenen cum salutasset, in Iudæam reuersus est. Cæterum Gadarenses quidam Agrippam ad eum, Herodem accusaturi, quos ille ne auditos quidem ad regem victos remisit. Arabes etiam iam dudum in sensu Herodi, tum aperire cœperunt inimicitias, idque de causa, vt tum videbatur satis probabili. Zenodorus enim desperatis rebus suis Auranitidem ditionis suæ partem illis elocauerat 4 talentis annuis: quam quia donatio Cæsaris complectebatur, non patiebantur auferri, modo excursionibus ac vi eam sibi vindicantes, modo contententes de iure possessionis apud iudices. pelliciebant etiam ad se egenos mili

F tes,

tes, qui miserorum more meliora sperant ex rerum nouitatibus. Hæc cum maturè Herodes cognouisset, maluit tamen bonis rationibus occurrere quàm hostiliter, ne daret occasionem nouis motibus. Decimoseptimo demum eius regni anno Cæsar venit in Syriam: moxque Gadarensium plurimi cœperunt clamare in Herodem, grauem eum dictitantes ac tyrannicum, instigati huc potissimum Zenodori criminatibus: qui interposito iureiurando pollicitus erat, non prius se destitutum quàm quouis modo efficeret, ut illi à dominatione regia liberati attribuerentur ad prouinciam Cæsaris. ab hoc persuasi clamitabant, idque aliquanto audacius, quia ne illos quidem pœnas dedisse videbant, quos rex deditos ab Agrippa acceperat. erat enim si quis alius erga suos inexorabilis, ab alienis verò acceptas iniurias libenter contemnebat ac remittebat. Cum igitur de vi & rapinis eius, violatisque ac dirutis templis quererentur, Herodes quidem nihil territus, paratus erat causam suam dicere: Cæsar verò comiter illum tractabat, nihilo alienatior propter tumultuantem multitudinem. & prima quidem die qua congressi sunt, facta est horum mentio, deinde verò interruptum est hoc negotium. Gadarenses enim videntes quorsum Cæsar & amici eius tenderent, & certis cōiecturis timentes ne dederentur Herodi, sequenti nocte alij se iugulauerunt, alij præcipitauerunt tormentorum metu: quidam etiam in flumen se iacentes necauerunt: atque ita cum seipsi prædānare viderentur, sine mora Cæsar Herodem absoluit. accessit huic & alia non mediocris felicitas. Zenodorus enim præcordiis ruptis sanguine multo per secessum profluente apud Antiōchiam Syriæ periit. Cæsar verò & huius portionem, sanè non contemnendam, donauit Herodi: quæ sita Galilæam inter & Trachonem, complectitur Vlachiam, Pancadem, & agros finitimos. adiunxit eum deinde rectoribus Syriæ, mandauitque ut omnia ex eius sententia fierent. Denique còtum felicitatis prouectus est Herodes, ut cum in toto quàm late patet Romano imperio duo essent omnium potentissimi Cæsar & Agrippa, Cæsar post Agrippam nemini maiorem quàm illi honorem haberet, Agrippa item post Cæsarem nemini. quæ mutua beneuolentiæ fretus Pheroræ suo fratri tetrarchiam impetrauit, de suo regno decisis centum talentorum redditibus, ut etiam si quid fatale sibi accideret, in tuto essent res illius, neque subiiceretur Herodis filiorum imperio. Deducto inde ad mare Cæsare in regnum reuersus, in terra Zenodori elegantissimum ei templum construxit è marmore candido, prope Panium quod vocant. id spelunca est in monte amœnissima, ei que subiecta in immensum hians terræ deuexitas, plena aquis stagnantibus, ei mons valde magnus imminet. sub spelunca autem scatent fontes Iordanis fluminis. hunc locum alioquin etiam celebrem ornauit templo extructo in honorem Cæsaris. Tunc etiam tertiam tributorum partem remisit regni sui subditis, prætextu quidem ut post sterilitatem se reficerent, re autem vera ut placaret eorum animos, offensos talibus regis operibus, quæ videbantur planè ad religionis & bonorum morum perniciem tendere, ut omnium iactabatur sermonibus. cui rei & aliud ille remedium attulit, occasiones turbelarum auferens, & iubens sua quemque agere negotia, vetitis per urbem conuenticulis & frequentioribus conuiujs, appositisque etiam speculatoribus, & grauissimis pœnis qui contra facerent propositis. nam multi clam & propalā abducebantur in castellum Hyrcaniā, ibique dabant supplicium: & dispositi erant tam in vrbe quàm per itinera qui obseruarent conuenientes cuiuscunque rei gratia, adeo enim hanc curam non negligebat, ut sæpe ipse plebeio cultu noctu misceret se vulgo, & experiretur quid de se sentiret populus: & quocunque pertinaciter improbarent eius studia, in omnes inclementer animaduertebat: reliquam verò multitudinem sacramento obstringebat, iusiurandum exigens quòd non discessuri essent à fide & officio, atque ita maior pars metu cedebat & obsecundabat: qui verò liberius stomachabantur & cogi se indignabantur, eos quocunque pacto poterat tollebat de medio. Requisiuit etiam iusiurandum à Pollionis Pharisei Samearq; sectatoribus plerisque: quod cum non impetrasset, non tamen in eos ut in ceteros tales saeuit, Pollionis reuerentia. remisit etiam hanc necessitatem his qui Essæi apud nos vocantur, genus hominum Pythagoreis Græcorum non absimile, de quibus alibi narraui prolixius. nunc prætereundum non videtur, nec alienum à proposita historia, cur religio-

sam de

fam de his opinionem rex habuerit. Erat quidam Essenus Manahemus nomine, cum aliàs vitæ honestæ & probatæ hominum testimonio, tum verò diuinitus etiam concessum habens donum fatidici spiritus. hic conspiciatus Herodem etiam tum cum cæteris pueris ludum literarium frequentantem, regem Iudæorum salutauit. ille putans se aut rideri, aut non satis notum esse homini, correxit eius verba, vnum de plebe se profitens. Tum Manahemus subridens, & blando plausu posteriora eius permulcens verius quàm feriens, Imò regnabis, inquit, & feliciter dominaberis: sic enim Deus vult: & memor esto Manahemi verberum, quæ te fortunæ mutabilis admoneant. Nihil enim te magis cogitare decet, quàm de iustitia & pietate, & æquitate erga ciues
 10 subditos. sed scio te hoc non facturum, futuri præscius. eris enim tam diuini quàm humani iuris immemor, licet alioqui fortunatissimus, & sempiterna dignus gloria. Nec tamen Deum latebis, qui te extremo vitæ tempore graui castigatione reprehensurus est. Hæc verba non magni fecit Herodes, qui tum nihil tale sperabat: prosperis deinde successibus ad regnum & tantam felicitatem elatus, cum maxime vigeret, Manahemum accersitum rogat de diuturnitate imperij. Ille nihil certi respondit, sed scitante rege num decem annos duraturum sit, & viginti, inquit, & triginta: atque ita indeterminatum fatalem finē reliquit. Herodes verò vel hoc contentus Manahemum data dextera dimisit. & ex eo semper Essenos in pretio habuit. Hæc tametsi fidem excedere videntur, visum est tamen lectori indicare, quòd multi sint in eo genere quibus ob
 20 morum probitatem diuinitas aperire dignatur sua decreta & consilia.

Herodes nouum templum Hierosolymis adificat.

Cap. XIII.



DECIMO octauo autem sui regni anno Herodes post tot præclara XIIII
 facinora, post absoluta tot admiranda opera, eximium aliud concepit animo, Dei templum denuo construere, ampliore ambitu & huic cōueniente celsitudine, ratus, id quod res erat, id fore omnium celeberrimum etiam ad posteritatis sempiternam memoriam. Cæterum veritus ne populum difficultate deterritum minus ad hoc
 30 obsequentem haberet, aduocata concione sic eum allocutus est: Non habeo necesse, viri tribules, vt vel gesta vel opera mea commemorē, quæ ex quo regnare cœpi, plus vobis vtilitatis & securitatis quàm mihi ornamenti & laudis attulerunt. scitis enim ipsi quòd in maximis vestris difficultatibus nulla priuati commodi ratione vobis prospexi: & quæ hætenus opera Deo iuuante absolui, vobis potissimum seruiunt, per quæ factum est vt res Iudaicæ nunc magis quàm vnquam antea floreat. quare vt dicere cœpi, non opus est singulatim percensere vel vrbes vel alia ædificia quibus tum Iudæam ipsam, tum alias huic contributas regiones excoluimus: sed illud potius vobis nunc proponam, quod maxime vel ad religionis cultum, vel ad regionis ornatū attinet. Templo huic quod postliminio reuersi à captiuitate Babylonica patres nostri in-
 40 staurauerunt, defunt ad priscam altitudinem l. x. cubita. tanto enim celsius erat vetus illud Solomonis ædificium. nec hoc culpa maiorum nostrorum accidit, per quos non stetit quin par illi pristinæ structura surgeret: sed hanc mensuram præscripserunt Cyrus & Darius Hytaspis filius: sub quorum imperio quia illi tum vixerunt, sicut postea Macedonum, non potuerunt assequi primum illud pietatis archetypum. Nunc quoniam Deo volente ego rerum potior, cui otium, pecunia prompta, magni redditus suppetunt, & quod maximum est, Romanorum orbis dominorum amicitia, dabo operam, vt quod maiores sub alieno nutu viuentes non satis accurauerunt suppleam, & quicquid deest ad honorem Dei, memor acceptorum beneficiorum, grate ac pie persoluam. Hæc tam inopinata oratione omnium animi sunt attoniti, quòd supra spem
 50 polliceri videretur: & angebantur magna sollicitudine, ne fortè demolitus vetus ædificium, nouum non posset absolvere. quare periculosum videbatur consilium, & conatus perdifficilis. Quod vbi animaduertit rex, iussit eos bono animo esse. mansurum enim vetus templum integrum, nec demoliedum tantisper dum omnis materia compareretur, quæ sit ad futuram fabricam necessaria. neque eos fefellit. Mille enim plaustra
 F 2 parauit

parauit quæ lapides conuherent: & ex omni artificum copia peritissimos selegit ad decem millia, & insuper mille sacerdotes stolis sacerdotalibus suo sumptu vestitos, partim cæmentariæ, partim lignariæ fabricæ non imperitos: hósque omnes adhibuit operi, materia iam ante conuecta. Sublatis deinde veteribus fundamentis, & nouis repositis, desuper templum extruebat, longitudine centum cubitorum, altitudine totidem & viginti amplius. qui viginti cubiti aliquanto post sidentibus fundamentis decesserunt, eosque denuo addere decreuerunt nostri Neronis temporibus. Constabat autem structura è lapidibus candidis firmissimis, magnitudine vigintiquinque cubitorum in longum, octo in altum, latitudine verò cubitorum duodecim. habebátque basilicæ similitudinem, hinc & inde humilior, media sui parte excelsa, à multis stadiis conspicuum, maxime ex aduerso habitantibus aut aduentantibus. Ianua verò penè ipsi templo par, & superliminare aulæis variegatis ornabatur, floribus purpureis distinctis, & habentibus columnas intextas, sub quarum capitibus vitis expandebatur aurea dependentibus botryonibus, mirandum sanè opus tam manus quàm materiæ precio. Cinxit etiam totum templum amplissimis porticibus, quæ responderent reliquæ magnificentiæ, & priores illas pulchritudine vincerent. harum duæ validis muris fulciabantur, opere vel in primis memorabili. Tumulus erat petricosus, arduus, à vertice sensim versus Orientale vrbis latus resupinus. huius verticem primus Solomon rex noster instinctu Dei muro circumdedit. Radices quoque eius alio muro cinxit, cui versus austrum subiecta est vallis profunda. hic murus constat saxi grandibus plumbo inter se vinctis, complectens interius spacium, & in profundum descendens, vt miranda sit magnitudo & altitudo structuræ forma quadrangulæ. Saxorum enim magnitudo à fronte est conspicua, interiora ferro vincta iuncturas continent contra omnium temporum iniurias firmissimas. Hoc opus postquam æquatum est vertici, cauitas quæ intererat murum inter & tumulum expleta est, vt complanatis omnibus fieret area, & circum quadriporticus quatuor stadiorum circuitu, singulis lateribus inter duos angulos per stadia singula patentibus. interius deinde ipsum verticem ambit alius murus lapideus: cuius Orientale latus quàm longum est duplicem habet porticum. spectantem ianuam templi siti in meditullio. Eam porticum priores reges adornaucrunt. Circum templum affixa erant spolia barbarica, quæ omnia Herodes denuo dedidit, additis etiam recentibus Arabicis. In septentrionalis lateris angulo arx erat firma & bene munita, opus Asamonæorum qui gentis sacerdotium simul & principatum tenuerunt, & turrim id vocauerunt, repositorium stolæ pontificiæ, quæ non promebatur, nisi pontifice sacris operaturo. hanc Herodes in eo loco asseruauit, post cuius obitum in Romanorum potestate fuit, usque Tiberij Cæsaris tempora. Eius principatu Vitellius Syriæ præses à Hierosolymitis honorificentissimo hospitio receptus, quò gratiam eis referret, à Cæsare impetrauit, vt iuxta sua postulata ipsi haberent sacre stolæ custodiam: fueruntque Iudæi eius custodes usque Agrippæ regis obitum. post quem Cassius Longinus præses Syriæ, & Cuspius Fadus Iudææ procurator, iusserunt eos denuo stolam in Antoniam deponere, dictitantes debere eam in Romanorum potestate esse, quemadmodum & antea. Missi sunt hac de causa legati ad Claudium Cæsarem, deprecaturi talem necessitatem: vbi inuenerunt iuniorem Agrippam, cui petenti concessa est stolæ custodia, scriptis de hac re ad Vitellium literis. Olim autem fuerat sub sigillo pontificis & præfectorum gazophylacio, qui pridie solennis festiuitatis adibant arcis & præsidij Romani præfectum, & recognito prius sigillo stolam accipiebant: ac mox peracto festo, reportatam in eundem locum, & in conspectu arcis præfecti obsignatam deponebant: quod quidem hoc loco propter toties variatum morem admonere visum est. Sed tum Herodes hanc quoque turrim munitiorem reddidit ad tutelam templi, & in memoriam amici sui Romanorum imperatoris Antonij vocauit Antoniam. Occidentalis autem porticus quatuor portas habebat: harum ab una transitus erat in regiam per vallem in medio interiectam: duæ ferebant in suburbia, postrema in urbem, gradibus multis usque imam vallem dispositis, & inde aliis sursum per accliuæ tendentibus. Vrbis enim sita erat è regione templi, theatri specie, toto australi tractu in profundam vallem desinens. Quartum autem latus meridianum etiam

- etiam ipsum habebat portam ab utroque angulo æque distantem, & triplicem porticum basilicam longitudine ab Orientali valle ad Occidentalem pertinentem. Nec enim ulterius poterat. Ibi spectaculum erat, si vllum aliud sub sole, memorabile. Nam quum vallis in immensum dehisceret, ita ut calligarent despicientium oculi, desuper extructa erat præalta porticus: cuius tecto conscenso si quis utramque altitudinem coniunctam contempleretur, absque vertigine id non poterat, visu deficiente ob nimiam profunditatem, priusquam ad imum pertingeret. In eius porticibus stabant paribus intervallis quatuor columnarum ordines, quorum quartus intertextum habebat lapideum parietem. Crassitudo autem cuiusque columnæ, quantam possent tres
- 10 homines confertis inter se complecti brachiis: longitudo vigintiseptem pedum, subiecta spira duplici. Numerus vniuersarum fuit centum sexagintaduo, capitellis sculptis opere Corinthio pulchris vsque ad miraculum. His quaternis ordinibus fiunt per intervalla ternæ porticus, ita ut in vno quoque latere duæ pariles, triginta pedum latitudinis, plus quinquaginta altitudinis, stadij longitudine, claudant inter se mediam, cuius latitudo sesquialtera, altitudo verò duplicata, tanto superabat utranque. Earum lacunaria lignea, sculpturata figuris variis. Mediæ verò conuexitas altius surgebat, excitato super epistylia pariete lapideo politissimo, columnis insertis distincto, mirabili artificio commissuris oculos fallentibus. Atque hoc modo se habebat primus ambitus. Interius verò non longo interstitio secundus, paucis gradibus scansilis, septum habebat lapideum, cum inscriptione quæ vetaret transgredi alienigenam, sub interminatione pœnæ capitis. hoc interius septum tam austrino quàm septentrionali latere patebat ternis ianuis æquidistantibus, ab Oriente verò vna magna, per quam intrarent casti vnà cum vxoribus. Interiora autem fani mulieribus nefas erat ingredi. Tertium verò spatium intimum, solis sacerdotibus accessibile. In eo templum erat & ante illud altare, in quo hostias immolare Deo soliti. Herodes autem interiora à quibus profani lege arcebantur non ausus ingredi, per sacerdotes curabat fabricam intimarum porticum: absolutoque octo annis reliquo ædificio, tandem etiam templum ipsum eorundem sacerdotum opera sesquianno perfecit. Quo factò ingens gaudium exortum est in populo, omnibus gratias agentibus Deo pro tam celeriter finito opere, & regi
- 30 pro accurato tam alacriter negotio fausta ominantibus, & instaurationem templi magna festiuitate concelebrantibus. Ibi rex trecentos boues Deo mactauit, & alij pro suis quisque facultatibus tantum victimarum, quantum vix comprehendi possit numero, fallente veram æstimationem earum multitudine. Incidit enim in hanc celebritatem absolutæ templi fabricæ etiam natalis regni, quem Herodes anniuersaria hilaritate solitus est colere, ut hoc pacto conduplicaretur lætitia publica. Cæterum rex inter alia templi opera etiam cryptam fecit subterraneam, ab Antonia ferentem ad Orientalem portam templi, cui turrim etiam imposuit, in eum vsum ut occulte illuc posset ascendere, si quid per tumultum contra regem vellet nouare populus.
- 40 Fertur toto tempore quo templum struebatur nunquam interdiu pluuisse, noctu tantum imbribus descendentibus ne interrumpere ædificatio: eaque fama quasi per manus tradita ad nos peruenit à maioribus. nec est veri absimile, si quis diuinam prouidentiam respiciat. Et de templo instaurato ha-
- ctenus.

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IYDAICARVM LIBER

DECIMVS SEXTVS.

Alexander & Aristobulus ad patrem reuersi, Salomes ac Pheroræ calumnijs appetuntur. Caput I.

10



NTER cæteras reipublicæ curas ad se pertinere existimans rex etiam priuatas iniurias tam in vrbe quàm in agris cõpescere, nouam legẽ tulit prioribus dissimilem, quam ipse sancit, vt perfollores parietũ liceret vendere in seruitutem extra regni terminos: quod videbatur non tam ad pœnam maleficorum tendere, quàm ad dissolutionem patriarum consuetudinum. Seruire enim apud exteros, & diuersam viuendi rationem habentes, & cogi ad faciendum quicquid illis imperare libuerit, religionem magis lædebat, quàm ipsos conuictos sceleris. Qua de re 20
satis cautum erat in pristinis legũ sanctionibus: videlicet furem quadruplum reddere: quòd si non sit soluendo, vendi, non tamen exteris, neq; in seruitutem perpetuam, sed vindicandum in libertatem anno septimo. Quamobrem sic vulgo interpretabantur, nouam illam legem iniquã pœnam statuere. & tyrannicum quiddam magis quàm regium sapere, non sine contemptu inueterati iam moris publici: traducebaturque hoc nomine rex omnium criminationibus inuidiosissimis. Per idem tempus nauigauit in Italiam, salutatum Cæsarem, & ad inuiscendos Romæ suos liberos. Ibi Cæsar humanissime tractato filios reducidos domũ reddidit, satis iam instructos disciplinis liberalibus. Qui postquã reuersi sunt in patriam, statim excepti sunt magnis studiis multitudinis, quòd essent conspicui tum statura, tum multis ornamentis animi, & modis omni- 30
bus regium quiddã præ se ferrent ipsa specie. Mouerunt hæc ad inuidiam Salomen sororem regis, cæterosq; quorum calumniis Mariamne oppressa fuerat, metuentes suæ potentiæ, quũ viderent nõ defore ultores materni interitus. Hinc igitur occasione arrepta, illos quoq; calumniis appetunt, dictitantes parũ iucundam eis esse patris consuetudinem, memoria supplicij de genitrice sumpti, quasi auersantibus pollutũ materno sanguine. Videbant enim calumniatores esse causam odij, & hac vna via expugnare se posse & abolere paternam beneuolentiam. Nec hæc ad ipsum regem perferebant, contenti in vulgum tales rumores spargere, quibus tandem ad illum perlatis, facile diuinabant exoriturum tantum odium, vt ne naturalibus quidem vinceretur affectibus.

Herodes dat Alexandro & Aristobulo coniuges.

Cap. II.

40



ED tum nondum frigescente paterna pietate, rex nihil mali suspicans in eo quo par erat honore illos habuit, & quòd iam essent adulti, vxores eis coniunxit, Aristobulo Salomes filiam Bernicen, Alexandro Archelai Cappadocum regis filiam Glaphyram. Post hæc audito quòd Marcus Agrippa
II. ex Italia redisset in Asiam, profectus illò inuitauit eum in regnum suum, vt venire dignaretur ad amicum & hospitem: quo impetrato, nihil prætermisit quod illi voluptatem afferre posse crederet, excipiens eum in recens conditis vrbibus, & ostendens ædificia, ad hæc omne genus deliciarum & magnificentiæ tam ipsi quàm amicis exhibens, apud Sebasten & Cæsariensem portum, & in extructis à se arcibus, Alexandrio, Herodio, Hyrcania. In vrbem quoque Hierosolymitanam eum perduxit, occurrenti- 50
bus populariter omnibus amictu & cultu festiuo cum faustis acclamationibus. Agrippa autem Deo hecatombe immolata populo epulum præbuit: & quamuis libenter ibi diutius fuisset commoratus, appetente tamen hyeme tempestatum metu maturius abnauigauit in Ioniam, vnà cum amicis maximis honoratus muneribus.

Herodes

*Herodes ad Agrippam nauigat.**Cap. III.*

Ex autem exacta domi hyeme, instante vere rursus ad illum properauit, audito quod cum exercitu Bosporum peteret: factaq; præter Rhodum ac Coum nauigatione, Lesbum petit, ratus se ibi eum inuenturum. Sed repulsus aduersis Boreæ flatibus, aliquot diebus apud Chium hæsit: ubi & priuatim multos salutatum venientes regiis honorauit muneribus: & quum animaduertisset porticum vrbs dirutam bello Mithridatico iacentem adhuc, quod propter inopiã reparari non posset ad pristinam pulchritudinem & amplitudinem, tantum pecuniarum contulit in eius fabricam, quantum abũde ad absoluendã sufficeret, hortatus ut quã primũ veterem ornatum vrbi redderẽt. Murato deinde vento primum Mitylenen, deinde Byzantium allatus, ut audiuit Agrippam iam ultra Cyaneos scopulos prouectum, quanta potuit contentione secutus, apud Sinopen Ponticam urbem cum offendit, ex insperato visus cum classe appellere: fuitq; gratissimus eius aduentus, & singulari affectu se inuicem complexi sunt: quod euidenter esset argumentum fidei & amicitia, regem intermissis propriis negotiis præsto factũ Agrippæ opportunissimo tẽpore. Quamobrẽ indiuisus ei hærebat Herodes in exercitu, laborum socius, & consiliorum particeps. Nec minus aderat quum remittẽdus esset animus, solus adhibitus ex æquo & in difficilibus propter beneuolentiam, & in iucundis honoris gratia. Confectis deinde Ponticis negotiis, quorum causa illuc Agrippa venerat, placuit nõ reuerti nauigio: sed per Paphlagoniam, Cappadociam, ac maiorẽ Phrygiam terrestri itinere peruenerunt Ephesum: & inde rursus Samum traiecerunt nauibus. Toto autem eo itinere ferẽ per singulas ciuitates in multis Herodi gratificatus est, ad eius preces multorum subueniens necessitatibus. Solitus est enim non solum pecunia largiter adiuuare petentes, & magnos sumptus facere in hospites: verũ etiam si cui mediatore opus erat apud Agrippam, per neminẽ alium facilius voti compos factus est. Cũq; etiã ipse magnanimus esset, ac facilis ad concedendum ea quæ neminem læderent, non leue erat monẽtum & in rege, incitante vel sponte currentem ab beneficentia. Primum enim iratum Iliensibus reconciliauit, & pro Chiis debitam Cæsaris procuratoribus pecuniam persoluit, immunitate impetrata: & aliis item, quacunque in re singulis opus esset, affuit.

Ionici Iudei Gentiles apud Agrippam accusant, conatos sibi adimere priuilegia per Romanos concessa.

Cap. IIII.

OST QVAM autem ventum est in Ioniam, præsto fuit magna multitudo Iudeorum, eius regionis vrbes incolentium: qui naeti opportunitatẽ questi sunt de indigenarum iniuriis, quod nec legibus suis eos viuere sinerent, & festis diebus traherẽt ad tribunalia, & sacram pecuniam Hierosolyma mittere verarent, adigerentq; se ad expeditiones & munia publica conuertendãq; in eos sumptus sacram pecuniam, contra cõcessa per Romanos priuilegia. Has querelas ut Agrippa audiret, Herodes dedit operam, addito eis vno ex amicorum cohorte Nicolao, qui causam eorum ageret: qui coram Agrippa, assidentibus Romanorum honoratioribus, & regibus aliquot ac dynastis, in hunc modum pro eis verba fecit: Omnibus quidẽ qui aliquam iniuriã patiuntur, Agrippa præstantissime, confugiendi ad potestatum maiorum opem incumbit necessitas: nobis verò etiam impetrandi quæ petimus adest fiducia. Neque enim aliud postulamus, quàm quod iam antè vestra beneficentia cõcessum est: quodq; hi nobis adimere conantur, qui æque ac nos vestro subiecti sunt imperio. Atqui si magnum est vestrum beneficium, digni sumus qui id retineamus, hoc ipso quod nos dignos eo iudicatis. sin paruum, turpe fuerit, ne parua quidem vos posse concedere. Quamobrem satis apparet nobis illatam iniuriam ad vos quoque pertinere, quorum isti & iudicia contemnere non verentur, & gratiam irritam reddere. Quod si ipsos aliquis interroget, malintne vita carere, an patriis institutis, pōpis, sacrificiis, festiuitatibus, quibus honores deorum suorum cõcelebrant: sat scio quiduis potius passuros quàm diuelli à patriis ritibus. Nam & bella pro religionibus vindicandis sæpenumero su-

ſciuntur, & huius (qua per vos fruimur) tranquillitatis ac felicitatis hoc maximum
 habetur præmium, quod cuique licet ſuo more viuere, & pietatem colere. Quod igitur
 ipſi nullo pacto ſuſtinuerint, hoc aliis inferre conantur: quali verò nō perinde ſit,
 vel tuam vel alienam pietatem impedire ac lædere. Quin & aliud conſideremus.
 Eſt ne vlla gens aut ciuitas aut populus, qui non ſummā ſuæ felicitatis in veſtro prin-
 cipatu & Romana potentia collocet? eſt ne qui veſtram gratiam velit eſſe irritam?
 Nemo ſanè, qui modo ſapiat. Nemo enim eſt, cuius id vel priuatim vel publice non
 referat. Atqui iſti dum veſtra nobis beneficia conantur auferre, ne ſibi quidem ipſis
 ullum ius ſaluū relinquunt, eorū quæ veſtra benignitas conceſſit, quæ tamen ſunt
 inæſtimabilia. Quale enim vel illud eſt, quòd quum multæ aliæ gentes regibus pa- 10
 reant, hi ſub tutela Romanorum principum in libertate feliciffimam vitam exigunt?
 Noſtræ autem res, etiamſi nemo ſit moleſtus, nullam tamen merètur inuidiam. Cæ-
 tera enim communi cum reliquis veſtris ſubditis felicitate fruētes, nihil nobis exi-
 mium poſcimus, niſi vt liceat patriam pietatem colere: quod nec per ſeipſum eſt in-
 uidendum, & permittentibus etiam conducibile. Nam Deus & cultores ſuos ſem-
 per amat, & eos qui talem cultum non prohibent. Quid enim eſt in noſtris ritibus
 quo quiſquam merito offendi debeat? imò quid non coniunctum cum omni pieta-
 te ac iuſtitia? Neq; enim celamus præcepta vitæ quæ ſequimur, aut ſtudia quæ exer-
 cemur: ſed ſeptimo quoque die ab omnibus aliis negotiis vacantes, perdiſcendis le-
 gibus operam damus, iudicantes hanc diſciplinam plurimum conferre corrigendis 20
 moribus. Hi ritus noſtri cū per ſe quoque in diſquiſitionem vocati, nihil habeant
 reprehenſibile, nunc vetuſtate etiam, contra quàm multi opinantur, conſecrati ſunt:
 vt non poſſit non eſſe religio, tot ſeculis ſancita deſerere. Hæ ſunt iniuriæ quas iſti no-
 bis per vim inferunt, Deo dicatam pecuniam per ſacrilegium diripiētes, immunibus
 tributa imponentes, feſtis diebus ad lites & negotia profana pertrahentes, nulla ne-
 ceſſitate exigente, ſed tantum in religionis noſtræ contumeliam, quam ipſi ſciunt
 immerito ſe iniuſtis atque illicitis odiis proſequi. Veſtrum enim imperium omnibus
 ex æquo conſulens, & beneuolentiam mutuam ſubditorum alit, & obſiſtit odiis. Has
 iniurias, Agrippa præſantiſſime, rogamus vt à nobis prohibeas, vtq; in poſterū quo-
 que detur noſtris viuere moribus, quemadmodum antea, nec aduerſariis plus in nos 30
 liceat, quàm nobis in illos. Id enim non ſolum iuſtum eſt, ſed cōceſſum etiam veſtra
 clementia: & extant de hac re multa ſenatusconſulta, in Capitolio æreis tabulis con-
 ſecrata, quæ hodièq; leguntur, dubio procul propter expertam noſtram fidem atque
 beneuolētiā, & alioqui ſacroſancta etiamſi nullum noſtrum preceſſiſſet meritum:
 quandoquidem nō ſolis nobis, ſed fermè omnibus mortalibus, adeò nihil de priſti-
 nis beneficiis detrahitis, vt ea potius indies præter omnem ſpem reddatis cumulatiora:
 quæ quidem omnia percenſere præſentis temporis anguſtia non patitur. Sed ne
 vane iactare videamur noſtra officia, omiſſis præteritis, ſatis teſtari poteſt vel rex no-
 ſter qui tibi aſſidet. quod enim ille beneuolentiæ aut officiij genus familiæ veſtræ non
 exhibuit? vbi fides eius deſiderata eſt? quid non in honorem veſtrum excogitauit? 40
 ad quam neceſſitatem non primus præſto affuit? Quid igitur prohibet nos quoque
 non nihil gratiæ pro huius meritis accipere? Nec prætereunda eſt patris huius Anti-
 patri fortitudo, qui bello quod Cæſar in Ægypto geſſit cum M. M. militum auxiliorum
 affuit: in quo ita ſe geſſit, vt tam terreſtribus quàm naualibus præliis nulli virtute
 cederet. nec libet commemorare quantum tunc rebus eius momentum attulerit,
 qualibus ac quātis ab eo muneribus auctus ſit: cū potius à principio adducere de-
 buerim literas, quas ea de re Imperator ſcripſit ſenatui, quibus à populo Romano ho-
 nores & ius ciuitatis impetrauit Antipatro. poterat enim hoc ſolum argumentum
 ſufficere ad declarandum non immerito nos dignatos tanta gratia, & à te confir-
 mationem eius petere: à quo vel nouam ſperare debuimus, videntes tantum tibi 50
 cum rege noſtro amicitiam intercedere: quandoquidem & à Iudæam habitantibus
 renunciatum eſt nobis, quantum victimarum obtuleris Deo, quibſue votis illum
 honoraueris: vtq; populum epulo exceperis, & mutuis hoſpitalitatis officiis dele-
 ctatus ſis: quæ quidem omnia debent argumenta haberi amicitie Iudæorum gentis
 & tanti

& tanti Romanorum principis, confirmatæ coram ipsius Herodis penatibus. Per hæc te obtestamur in ipsius regis præsentia, nihil aliud quàm vt quæ ipsi concessistis Iudæorum generi, aliorum fraude intercipi non patiamini. His Nicolai verbis nemo Græcorum se opposuit: quia non de iure contendebatur apud iudices, sed supplicatio tantum offerebatur iniuriam deprecans. Nec illi inficiabantur, sed hoc solum factò prætexebant, quòd onerosi sibi essent inquilini Iudæi. At illi & ingenuos ciues se approbauerunt, & sine cuiusquam iniuria patriis legibus viuere. Quamobrè Agrippa intellecto quòd vim paterentur, sic respondit: se non solum propter Herodem amicum illis gratificari paratum, sed etiam quia æquum postulare videantur. quare
 10 etiam si plura petiissent, concessurum se fuisse quicquid saluis populi Rom. cōmodis concedi posset: nunc quia id tantum postulent, vt quæ prius concessa sint rata maneant, confirmaturum se populi Romani beneficium, & daturum operam ne quis illis molestus sit amplius, iuxta instituta patria viuentibus. Hæc locutus dimisit conuentum. Tum Herodes assurgens ei gratias egit omnium nomine. Deinde post mutuos complexus vale dicto à Lesbo digressi sunt.

Herodes in Iudeam reuertitur.

Cap. V.

Rex igitur paucis pòst diebus secunda nauigatione vsus Cæsaream appulit, & inde Hierosolyma petiit: ibi aduocata in concionē tam
 20 urbana multitudo, quàm reliquis Iudæis qui tum fortè aderant, rationem eis suæ peregrinationis exposuit, & impetratam immunitatem Iudæis per Asiam degētibus. Cōmemorauit deinde quantum felicitatis eis suus principatus attulisset, dum ipse nihil magis curaret, quàm ne quid deesset subditis: & quo magis eos exhilararet, professus est quartam tributorum partē se remittere. Illi vero simul oratione, simulq; munificentia regis deliniti, cum maxima lætitia discesserunt, omnia fausta regi comprecati.

Domesticum dissidium inter Herodem & filios.

Cap. VI.

INTERIM domesticum dissidium indies augebatur. Salome tan- III
 quam hereditario odio adolescētes prosequēte, atque ex præterito facinore quo matrē eorum oppresserat, audaciā assumente, & hoc
 30 agente ne quis superesset, qui posset vlcisci mortē immeritæ. Nec deerat occasio, quòd adolescētes non optime erga patrē affecti viderentur, partim memoria materni interitus, partim dominādi cupidine. Rursum igitur vetera mala renouabantur, his in Salomen ac Pherorā conuittia iactantib. illis vicissim odia & insidias cōtra adolescentes exercentib. & cum esset odium mutuū, non erat tamen simile: dum hi vel propter genus & mores ingenuos, vel propter ætatis imperitiā procaci lingua iram non dissimulant: illi cōtra maleuole ac astute calumniis viā præstruunt, prouocantes adolescentū ferociam, quā mox erāt apud patrem eorū in suspicionem vocaturi: voluntatem vindicandi maternā necem vel propria manu non deesse illis, hoc argumēto colligentes, quòd nec puderet eos
 40 talis matris, & iniuste interfectā contenderēt. Iamq; fabula erant totius ciuitatis, cunctis simplicitatē adolescentū miserantibus, nec cessante Salome occasiones verisimilis criminationis ex ipsis sumere: qui impatiēter ferentes matris mortē, & iuueniliter cōtentiosi, non illius modò vicem, sed suam quoq; sortē miserabantur, quòd necesse haberent cum infelicis parentis intersectoribus vitā degere, & se quodāmodo cōtaminare illorū cōtubērnio. atq; huic dissidio magnū incremētū absentia regis addidit.

Qui postquā reuersus est, & concionē illā apud populū habuit, mox tum à Pherora tum à Salome est monitus, imminere magnū periculū ab adolescētibus palām iactantibus non impune laturos qui matrē interfecissent. his affinxerūt, Archelaū Capadocē eis spem facere, quòd ope illius peruenturi sint ad Cæsarē, & patrē accusaturi. quibus auditis Herodes turbatus est, tātò magis quòd eadē & ab aliis renūciabantur: & per hæc anteactorū admonebatur, quòd propter domesticorū dissidia nec amicus nec dilectissima coniuge diu frui potuerit: futurāq; ex præteritis colligens, & maiorem aliquā calamitatem secuturā timens, planè confusus erat animo. Reuera enim quemadmodum foris supra spem fortuna utebatur propitia, sic domi præter opinio-

F 5 nem

nem omnia male cedebant: vt meritò ambigendum sit, possit ne pensari tanta felicitate externa eius calamitas domestica, an satius esset carere ex æquo vtraq; & intra priuatam fortunā consistere. Dum talibus curis intra se fluctuat, visum est aliū filium qui etiamnum priuatus erat accersere, cōprimendisq; adolescentū ferocibus animis illum opponere, & honoribus euehere: is dicebatur Antipater: non quòd vellet sicut postea victus affectu nimio fecit, omnia in illū cōferre, sed ratus se filios Mariamnes hoc pacto castigatiores redditurū, & minuendā eorum arrogantiam, si viderent nō esse necesse vt sibi solis seruetur tanti regni successio. quapropter hunc quasi succedaneū in domū induxit, putans se iam prospexisse adolescentibus vt posito fastu tractabiles se patri præbeant. sed longe aliter euenit. nam & illi factū hoc iniuriā summam interpretabatur: & Antipater tali erat ingenio, vt præter spem nactus ampliorē libertatem, in hoc omni ope incumberet, ne fratribus primo loco apud patrem cederet, & alienatū iam ab illis per calumnias, & propensum ad hoc, vt (quod iste vehemēter cupiebat) infensior etiā indies fieret. Quamobrem nihil aliud cogitabat, hoc tantum cauens, ne ipse videretur fratrum delator, sed per alios consiliorum socios rem ageret, qui neq; suspecti essent regi, & fidem etiam propter amicitiam verbis suis possent adstruere. Iam enim cōplures ad hunc noua spe inflatum colendū se contulerant, & Herodem fucata specie beneuolentiæ captabant: cūque per multas easq; inter se fidas personas hæc ageretur fabula, adolescentes magis etiā quàm ante occasionem illis præbebant. nam & lacrymæ sæpe eis prorumpabant, non ferentibus iniurias ac 20 contumelias, & matrem interdum inuocabant, patrēmq; iā apertè vt parum æquum amicis inrusabant. quæ omnia malitiose ab Antipatri cōiuratis obseruabatur, mōxq; affingentes etiam nonnihil Herodi renunciabant, fouentes domesticum dissidium. Rex enim ægre hæc ferens, & volens humiliare Mariamnes filios, maioribus semper Antipatrum augebat honoribus: cuius precibus postremo victus, matrem eius in regiam induxit. Cæsari etiam sæpe pro eo scribens, priuatim hunc diligentius cōmendabat: & cū nauigaret ad salutandum Agrippam, post decennalem administrationem Asia decessurum, solum ex filiis Antipatrum secum duxit: quem ei cum multis muneribus tradidit Romam ducendum, & recipiendum in Cæsaris amicitiam: vt iam viderentur omnia per hunc agi, protrusis à principatu adolescentibus. 30

Antipatro Romæ degente Herodes Alexandrū & fratres adductos ad Cæsare accusat. Cap. VII.



A peregrinatio non mediocriter Antipatro profuit ad honorem & primatū inter regios liberos. Illustris enim factus est Romæ, paternis literis commendatus amicis omnibus. Vnum moleste ferebat, quòd non poterat fratres continuis vexare calumniis, & verebatur ne patris animus mutatus, æquiorem se præberet erga Mariamnes filios. Hæc assidue cogitans non desisteat à proposito: & absens quoq; per literas exacerbabat patrem in eos, quasi de incolumitate ipsius sollicitus, sed reuera ad speratam regni successionē malis artibus viam sibi præmuniens: donec 40 ad tantam iram Herodem perduxit, vt inimicus esset adolescentibus. Sed cū repugnaret huic affectui, timeretq; ne quid per iram ageret temere, decreuit Romam nauigare, & ibi filios accusare apud Cæsare, ne propter indignationē videretur parum pius erga filios. quò postquam peruenit, nō inuentū ibi Cæsare Aquileiam vsq; persecutus est: & cū venisset in colloquiū, rogassetq; vt de infortunio suo vellent cognoscere, adductos coram filios accusauit insolentiæ tentatiq; veneficij, conquerens eò processisse illorum odia, vt per immane facinus paterno regno potiri cuperent: cū sibi per Cæsarem libera potestas permissa sit relinquendi eum successorē, qui in pietate erga patrem sit constantior. illos verò etiam si principatus nō accedat, cōtentos esse patris exitio, idq; etiā cum suæ vitæ periculo quærere: tam immane ac scelestum 50 odium inueteratū esse in eorum animis. Eam calamitatem diu toleratam nunc demum se cogi aperire Cæsari, & aures eius talibus inquinare sermonibus. & quo tandem suo merito? quāve iniuria? aut quomodo eos æquum putare, vt quē ipse principatum longo tempore per multa pericula quæfisset, eius non sinant esse dominum, nec

nec liberam potestatem permittant relinquendi eius cuicunque per pietatem hunc honorem promerito, vt ad hoc præmium spectantibus maior fiat de pietatis officiis contritio: maxime cum saluo naturæ iure ne fas quidem sit illis cogitare tale aliquid. neminē enim posse affectare parentis regnum, nisi qui eiusdem optet interitū, quandoquidē viuo nō detur succedere. Se quidē nihil passum illis deesse eorū quæ regiis liberis ab amantiſſimo patre præstari conueniat, non ornamenta, non ministerium, nō delicias, cōiugia quoq; procurasse illustrissima, alteri suæ sororis. alteri Alexandro Archelai regis filia collocata. Et quod maximū sit, ne post talia quidem ausa patria se potestate in eos vsūm, sed ad cōmunem benefactorem Cæsarem adduxisse, & decentem ex iure vel patris violati, vel regis per insidias appetiti, ex æquo se cum eis apud talem arbitrum disceptare, rogare tamen ne impune sit illis tantū facinus, néve ipse cogatur in perpetuo metu vitam degere: quando ne illis quidem expediat post tam nefarios conatus solem inspicere, & impunitatem auferre post proculcata pietatis ac humanitatis iura omnia. Hæc crimina postquam Herodes magna vehementia filiis obiecit coram Cæsare, adolescentes qui ne loquente quidē illo continere lacrymas poterant, tum verò perorata causa toti in fletus effusi sunt, nullius quidem tantæ impietatis sibi conscij, grauem tamen accusatorem patrem sustinentes: quod neque decorum esset contra eum libere dicere, neq; tutum causam suam deferere. Quamobrem hærebant ancipites lacrymis ac gemitibus miserationem sibi quærentes, & hoc ipso solliciti, ne viderentur perturbante conscientia, defensionē sui expedire nō posse, cum potius iuuenili imperitia & consternatione impedirentur: quod tamen Cæsaris prudentiam non latuit. adcoq; omnium quotquot aderant mouebant misericordiam, vt ne pater quidem accusator immotus hoc affectu perdurare potuerit.

Alexandri defensio, & cum parente reconciliatio.

Cap. VIII.

IN iuuenes vbi obseruauerunt & illum iam flecti & Cæsarem, cæterosq; partim cōdolentes sibi, partim etiā non temperantes à lacrymis, alter illorū Alexander verba ad ipsum patrem oratione, sic aggressus est obiecta diluere: Pater, quā beneuolo sis erga nos animo, satis declarat hoc ipsum iudiciū. Si enim aliquid triste de nobis statuisses, nunquā ad omnium seruatore nos adduxisses. poteras enim vel pro regia, vel pro patria potestate insontes animaduertere, cæterū adducere nos Romā, & hunc testem ac arbitrum facere, seruare volentis argumentū est. nemo enim ad sana ac tēpla adducit quē velit perdere. quod sanè causam nostram aggrauat, qui quidē ipsi nos indignos vita censemus, si sustinenda sit læsæ erga talem parentē pietatis opinio. quanto enim satius mori innoxios, quā tanti sceleris suspectos viuere? Quare si veritati satis patrocinari poterimus, felices nos vel tuo iudicio, vel euaso discrimine. Quod si vincit calumnia, superuacaneū fuerit nos solem hunc cernere. quid enim hoc nō amota suspicione profuerit? Videtur quidē in nostrā ætatem affectati regni crimen cōpetere, & probabilius hoc facit infelicitatis matris calamitas. Sed vide obsecro, an non idem crimen in quemuis nostri similem torqueri possit. Nihil enim prohibet quicunq; rex habeat liberos defunctæ matri superstites, eos in suspicionem vocare, quasi patri struant insidias. Sed suspicio nō sufficit in impietatis crimine. age proferat qui potest argumentū tentati facinoris, quod aliquā fidē calumniæ valeat astruere. Potestne quisquā indicare venenū paratū, aut cōiurationē cū æqualibus, aut corruptos precio famulos, aut scriptas cōtra te literas? cum tamen horum singula interdū de nihilo fingat calūnia. Grauis enim res est dissidens inter se regia: & ipse principatus, quē tu ais pietatis præmiū, sæpe ad nefarios conatus praua ingenia perpulit. Nos certē nullius facinoris cōuinci possumus. calumnias autē refellere apud obturatas aures quī possumus? Sed liberius quasdā voces iecimus. At non in te pater, quod nefas esset, sed in eos qui quicquid audiunt, effutiunt. Matrē aliquis nostrum defleuit. at non quia mortua sit, sed quia etiam post mortem, à quibus minime debuit, male audiat. Principatum affectamus quem pater obtinet. Quid ita? Si nobis honores regij contigerunt, sicut re vera contigerunt, an non conatus noster est superua

peruacuuſ? Sin minus, certè ſperare licet, Antequam interfecto ab his expectari poſſet ſucceſſio, quos poſt tam atrox facinus nec terræ laturæ ſint, nec maria? Quid ſubditi-
 rum pietas, & totius gentis religio, tuliffet ſcilicet parricidas ſcelere parto regno po-
 titi, & ſanctiſſimum à te inſtauratū templū ingredi? Quid, ſi cæteros cõtemneremus,
 poſſet ne quicunq; interfectoꝝ tuus poenā euadere incolumi Cæſare? Nō tam impioſ
 genuiſti neq; tam ſtultos, ſed infortunioſe forte quàm tuiſ etiam rebus eſt conduci-
 bile. Quòd ſi neque quod accuſes habes, neque quicquā deprehendiſti, quid tibi po-
 teſt tantæ impietatiſ fidē facere? Quia mater periit. Sed illius fatum cautioſe nos po-
 tiuſ quàm irritatioſe debuit reddere. Potueramus plura pro nobis afferre, ſed quid
 opus eſt excuſare quæ nunquā facta ſunt? Quare ab omnium domino Cæſare, & nūc¹⁰
 noſtro arbitro, hoc tantum petimus, vt ſi re vera de nobis ſuſpicioſe poteſ pōnere
 mi pater, viuamus quantūuiſ infeliceſ. quid enim miſeriuſ quā temere inſimulari cri-
 minis grauiffimi? Sin à nobis timere tibi pergiſ, tua pietate ſalua, noſtram et ſenten-
 tia dampnemur. nec enim uſq; adeò chara nobiſ eſt vita, vt eam cum auctoriſ moleſtia
 retinere velimus. Hiſ verbis & Cæſar ne antè quidē ad credendum calumniæ facileſ,
 magiſ etiam flexuſ eſt, quòd intentiſ in Herodē oculiſ ipſum quoq; permoueri ani-
 maduerteret: & quotquot præſenteſ aderant ſollicitudo cepit de iuuenibuſ non ſine
 regiſ inuidia apud omneſ aulicoſ, nam abſurditaſ calumniæ, iuuenūmq; in ipſo flore
 ætatiſ periclitantiū miſeratio, ad ferendā opem cõcitabat animoſ omniū: ſed multo
 magiſ poſtquā tam cordate Alexāder accuſationi patriſ reſpondit: manētib; reiſ in²⁰
 eodem habitu, & præmoſtitiis humectēſ oculoſ in terrā demittētib; . Tandē alluxit
 ſpei nōnihil, vt videretur rex ipſe excuſationiſ egere, qui ſine ulliſ certis argumentiſ
 tam temerè criminationē aggreſſuſ ſit. Poſtremo Cæſar aliquātiſper deliberabūduſ,
 hoc ipſo iueneſe alioqui inſonteſ peccaſſe pronunciauit, quòd non taleſ ſe parenti
 præſtiſſent, vt nulla poſſet in eoſ hærere ſuſpicio. Herodē autē rogauit vt ſuſpicari
 deſineret, ac reconciliaretur filiis. Periniquū enim eſſe habere cum fidē talibuſ ca-
 lumniis: & poſſe illoſ in poſterū mederi offendiſ prioribuſ & redintegrare mutuū
 amoreſ priſtinoſ, ſi ad abolendaſ ſuſpicioſe veterēſ utrinq; diligentiuſ coleretur
 pietas. Poſt hanc admonitiōē iuuenibuſ innuit. Quibuſ iam preceſ parantibuſ pa-
 ter haſ non expectant prior flenteſ vnum poſt aliuſ complectitur, compatientibuſ³⁰
 omnibuſ qui aderant tam ingenuiſ quàm famuliſ. Tum igitur poſt actaſ Cæſari gra-
 tiaſ vnā diſceſſerunt, & cum eiſ Antipater ſimulanteſ ſe gratulari reuerſiſ in gratiam.
 Sequentibuſ deinde diebuſ Herodeſ ccc. talentiſ Cæſarē donauit, munera æden-
 tem Romæ, & congiarium diuidentem populo. Cæſar viciffim ei donauit dimidiū
 redituū ē metalliſ Cypriiſ, & reliquū dimidiū procuratoriſ eiſ cõmiſit: aliisq;
 hoſpitalibuſ officiis honorato, liberam poteſtatem permiſit eligendi ſucceſſoreſ
 quemcunq; ē filiis, aut ſi mallet diſtribuendi regni in ſinguloſ, quòd cum ille iam
 pararet facere, negauit ſe commiſſurū quā ille quā diu uiueret tam regnum ha-
 beret in poteſtate quàm filioſ. Hiſ ita peractiſ rex ruruſ Iudæam repetit. Quo ab-
 ſente Trachonitæ, non parua ditioniſ pars ab eo defecerant, ſed opera ducū quōſ⁴⁰
 in regno reliquerat perdomiti, ruruſ coacti ſunt imperata facere. Cæterum Hero-
 deſ & filij nauiganteſ cum appuliſſent Eleuſam oppidū Ciliciæ, quod Sebaſte mu-
 tato nomine dicitur, offendunt ibi Archelaū regē Cappadociæ. Iſ excepto re-
 gē perhumaniter, multum gauiſuſ eſt ob reconciliatoſ filioſ, & quòd Alexāder eiſ
 gener egregie reſelliſſet obiecta crimina: datiſq; viciffim regiſ muneriſ digreſſi
 ſunt. Poſt hæc Herodeſ in Iudæam reuerſuſ aduocata in templū concione quid
 ea in peregrinatione egiffet expoſuit: denarratāque humanitate Cæſariſ, & aliis re-
 buſ quaſ illoſ quoque ſcire voluit, extremā orationē vertit ad filioſ: aulicoſque
 & cæterā multitudinem ad concordiam adhortatuſ eſt, pronunciant filioſ poſt ſe
 regnaturaſ, primum Antipatrum, deinde ex Mariamne natoſ Alexandrū & Ari-⁵⁰
 ſtobulū. Interim debere omneſ ſe vnum reſpicere, & pro rege habere atque do-
 mino, non obſtante ſenectute, quæ ad regendum propter longā experientiam ma-
 giſ eſt idonea, præſertim non deficientibuſ aliis facultatibuſ quibuſ & ſubditi in offi-
 cio continentur, & liberi militeſ quoque cum ſuiſ ducibuſ ſi ſe vnum reſpiciant,
 felicem

felicem vitam acturos absque vllis perturbationibus. His peroratis dimisit concionem, quibusdam recte visus dixisse, quibusdam secius. iniecta enim æmulatione inter filios, res omnino spectare ad aliquam mutationem videbantur.

Herodes quinquennale certamen ob absolutam Cæsaream celebrat. Cap. IX.



DE R. idem tempus perfecta est Cæsarea, decimo anno postquam ædificari cœpta est, regni verò anno **VIII.** supra vigesimum, Olympiade **CXCII.** in eius dedicatione magna fuit celebritas, & apparatus facti sunt sumptuosissimi. exciti enim sunt ad certamen artifices musici, & athletę gymniorum certaminum. ad hæc gladiatorum ac ferarum comparatus magnus numerus, & quic-
¹⁰ quid huius generis in pretio est tam Romę quàm apud gentes cæteras. Consecratum est autem hoc quoq; certamen Cæsari, instaurandum per singula quinquennia. Hunc omnem apparatus rex suo sumptu magna ambitione vndecunque curauit conuochi, multa in hoc conferente etiam vxore Cæsaris Iulia, & mittente permulta preciosa ex Italia, vt omnibus computatis sumptus ad **D.** talenta accederet. Congregata igitur ingenti multitudine spectaculorum gratia, legationes quæ à diuersis populis mittebântur ob accepta beneficia, omnes excepit diuersoriis & mensis & continuis hilaritatibus dum hominum frequentia spectaculis se totos dies oblectat, noctu verò conuiuuiis & ostentatione magnificentię, cū insigni laude magnanimitatis regię. in omnibus enim studebat vt posteriora quæque maiorem admirationem sui facerent: ferturque ipsum
²⁰ sæpe Cæsarem & Agrippā dixisse, quòd maior quàm pro præsentī ditione esset Herodis magnanimitas, qui dignus videretur totius Syrię atque Ægypti imperiò. Post hanc celebritatem & festos dies aliud oppidum extruxit in campo qui dicitur Capharsaba, electo ad hoc agro aquoso & plantis idoneo, amne circumfluente ipsum oppidum, & luco circundante pulcherrimarum arborum. hanc à suo patre Antipatro denominauit Antipatrida. deinde castellum matrem suam nomine referēs supra Hierichuntem condidit, cui Cypron vocabulum imposuit, communito egregie, & instructo amœnis domiciliis, nec fraterni affectus oblitus memorię illius dedicauit ædificia pulcherrima, primum turrim Pharo non minorem in ipsa vrbe, in defuncti monumentum Phasaelum vocatam, propugnaculum vrbis munitissimum. deinde eiusdem nominis oppidum circa vallem Hierichuntinam condidit, quā itur ad septentrionalia: quo factum est, vt circumquaque situs ager antea penè desertus diligentius coleretur ab habitatoribus, Phasaeliticus inde appellatus. Quin & reliquam eius beneficentiam enarrare perdifficile fuerit, quanta contulit in vrbes tam Syrię quàm Gręcię, & vbiq; illum peregrinari contigit, plurimas enim adiuuit, aut extructis publicis operibus, aut sicubi incœpta pendebrāt propter inopiam, pecuniis in absolutionem eorum erogatis. Inter hæc præcipua sunt quòd Rhodiis Pythium templum suo sumptu exædificauit, & ad compingendas naues multa argenti talenta præbuit. Nicopolitanis urbem ad Actium à Cæsare conditam, habitantibus maiorem partem publicorum operum suis perfecit impendiis. Antiochenis urbem maximam habitantibus secante mediam eius longitudinem platea, hanc ipsam vtroq; latere ornauit porticibus, & viam eius subdiualem lapide polito strauit, non tam ad ornamētum vrbis quàm ad incolarum commoda. Ludos etiam Olympics non satis respondentes suę celebritati propter inopiam, adiuuit attributis annuis redditibus quo splendidius & sacrificia fierent, & alia quæ ad decorandum tam frequētem conuentum pertinent: pro qua munificentia perpetuus agonotheta declaratus est. Hic alius quispiam miretur in vno homine tantam diuersitatem ingenij. Si enim spectemus eius liberalitatem ac beneficentiam qua erga omnes usus est, non possumus non dicere eum natura beneficentissimum. ediuerso si iniurias eius & seuitiam in subditos etiam coniunctissimos consideremus, fateri cogemur hominem fuisse durum, inexorabilem, & ab omni alienum modestia. atque ita pugnantē inter se voluntates habuisse videbitur. Ego verò aliter credo, & vtrumque ab vna causa profectum existimo. Eo enim quòd honoris esset cupidissimus, & totus huic affectui deditus, incitabatur ad magnificentiam, sicubi spes esset aut in præsens laudis, aut in posterum memorię: quare quòd esset supra facultates sumptuosus, cogebatur molestus esse subditis. nam cum in alios erogaret plurimū pecunię, necesse erat eam
³⁰
⁴⁰
⁵⁰

G

aliquando

aliquando male quærere. Deinde sciens se ob eas iniurias iniustum subiectis, eas offensas lenire videbat difficile, neque enim poterat nisi vellet reditus minuere. itaque abutebatur suorum odio in suum commodum. nam si quis illorum non per omnia seruitutem toleraret, aut videretur velle dominationem eius excutere, in tales impotenter sæuebat nõ aliter quàm in hostes, nullo cognatorum aut amicorum discrimine, quòd solus vellet honorari ab omnibus. Quàm autem honoris cupidus fuerit, colligere licet ex his ipsius honoribus quos ille Cæsari & Agrippæ cæterisq; eius amicis exhibuit. volebat enim exemplo esse suis, vt quemadmodum ipse præstantiores coleret, sic etiam coleretur ab omnibus, & hoc pacto satis declarabat cuius rei natura esset appetentissimus. Sed Iudæis per leges patrias non licet hoc modo potēiores colere, quos necesse 10 est maiorem rationē iusti & æqui habere quàm officiorum talium: quibus satis incommodum erat, quòd non possent statuis & templis demereri regis gratiam, & similibus adulationibus explere insanam cupiditatem gloriosi hominis. Atque hæc mihi causa videtur cur Herodes erga familiares & consiliorum participes iniquior, erga exteros & alienos tanto beneficentior fuerit.

Iudæorum Cyrenensium & Asiaticorum ad Cæsarem legatio. Cap. X.

V I.



ASIATICI autem & Cyrenenses Iudæi multū affligebantur ab earum regionū ciuitatibus, qui cū à priscis regibus accepissent ius ciuitatis ex æquo cum cæteris, tunc multas iniurias à Græcis patiebantur, quasi exportarent pecunias, & essent noxij reliquis ciuibus. Cūque Græci nec finem nec 20 modum iniuriarum facerent, coacti sunt per legatos de eis apud Cæsarem conqueri. is rescriptis ad prouincias, placere vt Iudæis seruetur æquale ius cum aliis. cuius rescripti exemplar subiicimus, quo testatius fiat quomodo erga nos affecti fuerint imperatores veteres. Cæsar Aug. Pont. Max. Trib. potestatis ita censet: Quoniam Iudæorum gens semper fida & grata fuit pop. Rom. non nunc tantum, sed superiori etiam tēpore præcipue patri meo Imp. Cæsari, sub Hyrcano pontifice: placet mihi de communi iurati senatus sententia, Iudæos vt propriis ritibus ac legibus sicut utebantur tempore Hyrcani Pont. Dei Max. & fanis eorum ius asyli manere: licerēque eis votiuam pecuniam per certos homines mittere Hierosolyma: neque cogi ad præstanda vadimonia sabbatis, aut pridie sabbatorū post horam x. in parasceue. Quòd si quis deprehendatur su- 30 rari sacros libros aut sacram pecuniam ex locis eorum religiosis, hūc teneri sacrilegij, & bona eius addici arario Rom. popu. Suggestionem etiam eorum oblatam mihi per C. Martium Cælorinum, pro eapietate qua omnes homines complector, iubeo cum hoc decreto dedicari in illustri loco, quem vniuersa Asia meo nomini cōsecrauit apud Argyram. quòd si quis contra decretum ausus fuerit, nõ mediocri pœna mulēbitur. Inscriptum est columnę in templo Cæsaris. Cæsar Norbano Flacco S. Iudæis vbicunq; gentium degentibus sacram pecuniam ex veteri instituto Hierosolyma mittere nemine prohibente liceat. Hæc Cæsar. Agrippa quoque pro Iudæis scripsit in hunc modum. Agrippa Ephesiorum magistratibus senatui & pop. S. Pecuniæ sacræ quę Hierosolyma mitti solet more patrio, procuracionem ac tutelam penes Iudæos esse volo in 40 Asia: & si quis sacram Iudæorum pecuniam furatus ad asyla confugerit, cum inde abstractum dedi ad pœnam Iudæis quo iure abstrahuntur sacrilegi. Syllano etiam magistratui scripsit, ne Iudæi sabbatis cogantur ad præstanda vadimonia. M. Agrippa Cyrenæorum magistratibus & senatui S. Iudæi Cyrenenses, pro quibus iam Augustus scripsit Flauio Libyæ præsidi, aliisque eius prouinciæ magistratibus non esse verādos mittere ex more sacram pecuniam Hierosolyma: conuesti sunt nunc apud me, vexari se improborum quorundam sycophantiis, & verari hoc facere prætextu quorundam tributorum, quę tamen non debentur. Hos ego suo iuri suisque moribus relinqui iubeo: & si qua in vrbe pecuniæ sacræ intercepta est, eam per delectos ad hoc idoneos Iudæis restitui. C. Norbanus Flaccus procos. Sardinorum magistratibus Sali Cæsar mihi scri- 50 psit, iubere se neminem Iudæorum verari iuxta patrium morem collectas pecunias Hierosolyma mittere, quare ego quoque vobis scribo de hac re, ne vos lateat tam mea voluntas quàm Cæsaris. Nec aliter Iul. Antonius procos. rescripsit Ephesiorum magistratibus senatui ac pop. S. Asiam habitantes Iudæi Febr. Idib. reddenti mihi ius apud Ephesum

Ephesum indicauerunt, Cæsarem Aug. & Agrippam concessisse sibi vti patriis legibus & moribus, primitiasque suo quemque arbitratu pietatis ergo conferre, deportandas absque impedimento ad templum Dei maximi: rogaueruntque vt ab illis concessa meo consensu rata habeam. Quare scire vos volo, me quoque iuxta Cæsaris & Agrippæ decreta permittere, vt quicquid volunt iuxta patrium morem nemine prohibente faciant. Hæc decreta in hoc apposuimus, vt quoniam scripta nostra in Græcorum manus peruentura sunt, ostendere eis iam inde maiorum ætate hunc honorem nobis habitum, ne prohiberemur per potestates publicas vti patriis moribus, imò illorum consensu, religione concessa Deum coleremus. quæ quidem eo crebrius inculco, vt flectam gētes exteras, & odium nostri, cuius nullam rationem habent idoneam, eorum animis eximam. nam moribus nulla gens eisdem vitur perpetuo, sed oppidatim ferè in his fit mutatio. Iustitia verò omnibus hominibus ex æquo cōpetit, res utilissima tã Græcis quàm barbaris, cuius maxima in nostris legibus habetur ratio, nōsq; omnibus modò eas inuiolatas seruemus, caros ac amicos potest reddere. quamobrem rogatos omnes volumus, vt non tam nos ob diuersum vitæ genus horreant, quàm complectantur ob virtutis studia. Hæc enim communis est omnibus & sine hac non potest humana vita consistere. nunc ad historiæ contextum redeo.

Herodes opus habens pecunia sepulcrum Davidis subiit. Cap. XI.

Herodes multum pecuniarum domi forisq; profundens, audito quòd Hyrcanus qui ante eum regnavit, recluso Davidis sepulcro tria millia talentorum argenti extulisset, superessetq; multo plura, quæ possint quantumvis magnis sumptibus sufficere, multo tempore animū habuit idem aggredi. Tunc verò noctu apertū sepulcrū ingreditur, cum prius accurate cauisset ne hoc resciret populus, assumptis tantū amicorum fidissimis. depositas tamen pecunias nō inuenit sicut Hyrcanus, sed mūdi preciosi & aureorū ornamentorū vim magnā inde sustulit. his inuitatus ad diligentius scrutandū, interius processit vsq; ad cōditoria corporum Solomonis ac Davidis. vbi duos satellites amisit, erumpente (vt fertur) ex adytis flamma contra progressos temere. quo casu territus exiuit, & tactus religione ad expiandum se in aditu sepulcri monumentum è candido marmore condidit sumptuosissimis impēdiis. eius operis & Nicolaus illius tēporis scriptor meminit, sed non item de descensu regis, præter decorū id factum existimans: idq; more suo fecit. Viui enim regis hæc auribus dedit, captans gratiā, & ea tantū attingens quæ ad gloriam illius pertinere visa sunt. quin & multa eius aperte iniusta facinora aut alia specie afficta fucavit, aut quantum potuit occultare studuit: quandoquidē etiam crudelitati in Mariānen ac filios speciosam causam astruere conatur, illam impuditiæ, hos insidiarū patri paratarum insimulans: & hoc toto opere facit perpetuo, quæ recte ac iuste rex gessit nimis extollens laudibus, contraria verò diligenter excusans. Sed illi ob quam dixi causam danda venia, non tam ad posteritatis cognitionē, quàm ad gratificandum suo regi scribenti. Nos verò qui & generis propinquitate Asamonæos reges cōtingimus, & sacerdotij honore fungimur, turpe ducētes mendacium, incorrupte res gestas exponimus, salua reuerētia posterorū regis illius, qui etiam nūc rerum potiuntur, maiorem tamen veritatis rationem habētes cum ipsorum quoq; venia. Cæterum Herodis domus post violatū sepulcrū cœpit labi in deterius: siue diris vlticibus in eā partē incumbētib; quæ iam antè male habebat: siue forte fortuna talis calamitas incidit in ea tempora, vt merito videri possit impietatis præmiū. Dissidium enim erat in aula bello ciuili simile, & odia mutua concertantia calumniis. Sed inter omnes eminebat Antipatri contra fratres artificiosa machinatio, qui per alios inuoluens illos falsis criminationib; ipse patrociniū eorū sæpe simulabat, vt approbata sua beneuolentia facilius iuuenes clam posset opprimere: atq; talibus versutiis circūueniebat patrē, vt putaret hunc solum incolumitatis suæ curam gerere. quapropter etiam Ptolemæū procuratorem suum rex Antipatro cōmendauit, & cum matre eius omnia cōmunicauit consilia, adeò vt nihil non horū arbitratu gereret, & insensum eū redderent his, quos exosos regi esse ipsorū intererat. Mariānes verò filij rem indies ferebant ægrius, propter nobilitatē indignantes suo loco se dimoueri ac deterioribus cedere, & tantū non in ordinem redigi. Quin

& vxores ipsorum eisdem laborabant passionibus: quarum altera Alexandro nupta Archelai filia Glaphyra odio mutuo prosequeretur Salomen, tū propter mariti amorem, tum quod insolentius se erga filiā eius gereret. ea nupta erat Aristobulo, quā illi sibi honore æquari ferebat muliebriter. atq; hac altera cōtentione accedente, ne Pheroras quidē regis frater alienus erat à discordia. habebat enim priuatā causam suspitionis & odij. Inciderat in amorē ancillæ propriæ tam infanū, vt oblatā sibi à rege in coniugium filiā fastidiret, contentus ancillæ cōplexib. Id ægerrime tulit Herodes, videns germanū affectū à se tot beneficiis, & penē regni socium, non respondere pietate mutua, & infortunatum se fratrem existimans: & cū non valeret Pheroram ad æquiorē mentem reducere, puellam collocavit cum Phasaeli filio. procedente deinde ¹⁰ tempore ratus iam deferuisse fratris cupidines, conquestus de repulsā, alterius conditionem ei detulit, quæ Cypros nomine dicta est. Tum Ptolemæus Pheroræ consulit, ne pergat fratrem contemnere, & ab amore turpi resipiscat, propter quem stultum sit priuare se regis amicitia, & in eius vicem odium ac tranquillitatis iacturam incurrere. Ille intelligens hoc sibi vtile, quod iam antē calumniis appetitus veniam à rege consecutus fuerat, mulierem iam filij matrem ex se factam ablegat: & regi pollicetur ducturum se filiam eius alteram: condixitque diem xxx. ad celebrandas nuptias, iureiurando interposito nihil sibi posthac cum ablegata fore commercij. elapso autem præfinito tempore intantum amorī succubuit, vt non staret pollicitis, & rursus reuolueretur ad pristinam mulieris consuetudinem. Ibi tum Herodes non ²⁰ amplius potuit iram tegere, sed sæpe iaciebat voces quāsdā, signa alienati à fratre animi: nec deerant multi qui per occasionem hunc eius affectum fouerent calumniis. Iamq; nec dies abibat vlla nec hora, quin aliquid ei nouarū barbarum accideret, commissis inter se necessitudinib. quas natura volebat esse carissimas. Nā & Salome infensa Mariamnes filiis ne filiā quidem nuptā Aristobulo adolescentum alteri sinebat frui caritate mutua, pelliciens ad effutiēda & prodenda secreta coniugum colloquia: & si quid, vt assolet, offensūcularum incideret, exacerbans multis suspitionibus. quo factū est vt secreta eorū expiscaretur omnia, & puellæ quoq; iuuenē exosum redderet. illa verò in matris gratiā sæpe narrabat, quod illi quoties soli essent, crebram mentionem Mariamnes facerent, & odiose de patre loquerentur, minarenturq; si principatus ip[s]is ³⁰ contingeret, reliquarū regis vxorū filios scribas se facturos in oppidulis. ad hoc enim conducibilem illis fore literaturā, cui tum darēt operam. vxores etiā regias si quando viderent matris ornāmēta vsurpare, pro præsentib. deliciis vestituros se ciliciis, inclusas vbi ne solē quidem liceat aspicere. Hæc mox Salome regi renūciabat: quæ ille tametsi permolestē ferret, emendare tamē malebat quā punire. maxime autē exasperabatur suspitionibus & indies seipso peior, omnib. omnium rumoribus credebat. attamē tunc obiurgatione filios castigasse contentus, & illorū responsione placatus aliquantisper quieuit. Sed mox malū recrudit. Pheroras enim Alexandrū conuenit maritū vt diximus Glaphyræ Archelai filiæ: aitq; se audisse ex Salome, Herodē ardentem amare Glaphyrā: nec posse hunc affectū excutere. hoc audito iuuenis zelotypus vehementer ⁴⁰ excanduit: & quicquid honoris ac comitatus Herodes mulieri exhibebat in gratiā filij, quod quidem ferē quotidianū erat, in peiorem partē interpretabatur, suspitione concepta ex his quæ audierat. neq; diutius potuit eam indignationē concoquere, sed adito patre cū lacrymis ei sermonē Pheroræ aperit. quamobrē ille magis adhuc turbatus est, non ferens insimulari se falso tam turpis criminis, multa querens de suorum malitia, à quibus pro beneficiis talem reportaret gratiā. Moxq; accersitū Pheroram adortus iurgio: Pessime, inquit, omnium mortalium, cōne ingratitudinis prolapsus es, vt talia de nobis vel dicas vel cogites? nōne deprehendo tuū propositum, quod non conuitio tenus hæc dixisti filio, sed vt insidias & veneficia hoc pacto in caput meū strueres? Quis enim, nisi bono aliquo genio ductus vt iste filius, pateretur patrem suspectum impune ⁵⁰ ferre talem iniuriā? Vtrum tibi videris sermonē in animum, an in dextram gladium inseruisse, quo parentem conficeret? aut quid tibi voluisti, cū & ipsum fratrem oderis, in me tantum calumniādo simulans beneuolentiā, & ea dicens quæ salua pietate ne cogitari quidem poterāt. apage te hinc post tam peruersum erga fratrem benemeritum animum.

animū. Et tu quidē quoad vixeris tua conscientia fructu: ego verò dabo operam vt sim
 meis melior, neq; dignas pœnas exigens, & maioribus quàm digni sint beneficiis eos
 prosequens. Sic stomachante rege Pheroras cū in manifesto crimine deprehensus te-
 neretur, Salomes ait hoc esse cōmentum, & ab ea prima hos sermones profectos esse.
 Quo audito illa (nā forte aderat) cōposito ad verborum fidē vultu exclamat, non esse
 hęc sua, & omnes hoc vnū agere vt ea inuisam regi faciant, & de medio tollant Hero-
 dis amantissimā, & prœcauentē ipsius pericula. nunc verò etiā maioribus se appeti in-
 fidiis. solā enim autorē fuisse fratri, vt abiecta qua se oblectabat muliercula filiam regis
 duceret, & hanc esse causam odij. hęc illa loquēte, simūlq; capillos sibi vellente, & pe-
 ctus plangente, species quidē negantis erat verisimilis, sed mala mens dissimulabatur
 gestu fictitio. Pheroras autē medius tenebatur, ne prætēxtū quidem vllum sui facti in-
 ueniens, cū nō inficiaretur se dixisse, & audisse eadē persuadere non posset. ea per-
 turbatio nō sine altercatione durauit aliquādiu. tandē rex pertæsus & fratrem & foro-
 rem ablegauit: collaudatāq; filij temperatā, & quod hos sermones ad se detulisset, ad-
 modum fero ad curā corporis se contulit. Post hanc contentionē male audiebat Salo-
 me, quod videretur autor huius calumniæ: & vxores regiæ male ei volebant, quod sci-
 rent morosam & variabilem, & pro tempore nunc inimicā nunc beneuolam. Semper
 igitur aliquid cōtra eam Herodi occinebant, arrepta occasione ex casu quodā fortui-
 to. Erat Arabum rex Abodas, homo segnis & otio deditus: negotia verò eius admini-
 strabat Syllæus vir callidus, ætate florens & corporis specie. hic cū propter quædā ne-
 gotia ad Herodē venisset, contēplatus vnā cœnantem Salomē animum ad eam adhi-
 buit: compertōq; esse viduā, venit cum ea in colloquium. illa quæ deterius quàm antē
 tractabatur à fratre, & nō nihil tacta forma iuuenis, nō abhorrebat à nuptiis: & cū per
 eos dies frequētarentur cōuiuia, existerant multa nō mediocria signa, quod cōsensus
 & mutuus amor inter eos intercederet. Hęc vxores regi non sine derisione referebāt.
 Herodes autē hoc nō contentus sciscitabatur ex Pherora, & iubebat eū inter cœnam
 obseruare, quomodo erga se inuicē affecti sint. ille renūciauit quod nutibus & mutuis
 aspectibus satis indicaret quod tenderēt. Post hęc Arabs iam suspectus abiit. elapsis de-
 inde duobus aut tribus mēsis hanc ipsam ob causam reuersus, & collocutus de hac
 re cū Herode, postulauit vt Salomen sibi collocaret. fore enim ei hanc affinitatem vti-
 lem propter Arabum commercia, quorum principatum & deberi sibi, & iam magna
 ex parte contigisse. De quo cū ille ad sororem retulisset, percontando an ei nubere
 sit animus, mulier facile assensum præbuit. postulantibus deinde vt Syllæus accensere-
 tur in Iudæorum religionē, & tum demum vxorem duceret, alioqui non esse licitum:
 ille facere hoc non sustinuit, lapidandum se dicens à popularibus si faceret: atque ita re
 infecta discessit. ex eo tempore Pheroras Salomen insimulauit intemperantiæ, ac ma-
 gis etiam vxores regiæ, dicentes eam cōsueuisse cum Arabe. Et puellā quam fratri de-
 sponsatam ille domesticæ mulierculæ illecebris victus recusauit ducere, Herodes in
 sororis gratiam collocaturus Salomes filio nato è Costabaro, mutauit sententiam per-
 suasus à Pherora, negante adolescentem amaturum talem socerum propter patris sui
 eadem, & æquius censente vt ipsius filius eam ducat, successurus in tetrarchiæ domi-
 nium. quod vbi is persuasit, impetrauit prioris offensæ veniā. Mutatis igitur spōsalibus
 puella data est nuptum adolescētulo, addita c. talentorum dote. Nec interim cessabāt
 turbæ domesticæ, imò augebantur etiā, à turpibus initiis progressæ vsq; ad calamitates
 tristissimas. Erant in deliciis Herodi propter formam eunuchi tres, vnus à poculis, al-
 ter ab epulis, tertius cubicularius, quorum opera etiam in seriis regni negotiis vti est
 solitus. hos quidam ad regem detulit corruptos esse ab Alexandro filio accepta magna
 vi pecuniæ: & quæstionibus examinati ecquid cum illo habuissent consuetudinis, rem
 falsi sunt: præterea nullius tentati cōtra patrem facinoris se esse conscios. admotis de-
 inde acrioribus tormentis, victi necessitate, ministris magis magisque in gratiam Anti-
 patri læuientibus aiunt Alexandrū innatum contra parētem odium alere: hortatūmq;
 eos vt Herodem defererent iam inutilem, facientēque fūcum ætati, & senium dissi-
 mulantem tincto capillicio. quin potius sibi adhiberent animū potituro vel inuito pa-
 tre regno debito, expectarētque breui dignitatem primariam. iam enim nō tantum

generis prærogatiuam sibi suffragari, sed instructa etiam ad inuadendam dominationem omnia. staturos pro se multos duces militum, multos amicos regios, paratos quiduis vel agere vel pati in ipsius gratiam. His auditis Herodem totum ira & timor occupat, quod filij verba & contumeliosa viderentur, & minacia: utroque igitur exacerbatus verebatur ne quid grauius contra se conflatum esset, quam ut eodem temporis momento posset cauere & occurrere. quamobrem non ausus palam inquirere, per dimissos clancularios rem gerebat, omnes suspectos iuxta habens atque inuisos, & in suspicionibus etiam de immeritis securitatem suam collocans: quarum adeo nullus erat finis, ut quo quisque ei coniunctior esset, eo magis timeretur, ut tanto ad nocendum potentior. Cæteros cum quibus ei nulla intercedebat familiaritas, vel nominari à delatore sat erat, 10
moxque ad suam securitatem pertinere putabat illorum interitus. Postremo etiam domesticum anxie de incolumitate propria in seipsum versi sunt, tutissimos rati qui alios preuenirent calumniis, certissimumque hoc ad salutem remedium: qui mox voti compotes hoc ipso aliorum in se conciebant inuidiam, videbanturque merito retaliandi, & sic accipiendi, ut ipsi tractassent alios. Iamque etiam priuatas simultates hoc modo exercebant: moxque deprehensi eadem patiebantur, occasione contra inimicos videntes pro laqueo, quo paulo post ipsi comprehendebantur. Rex enim velox erat ad penitentiam, eo quod multos non conuictos tolleretur: quod tamen non in hoc proderat ne similia posthac faceret, sed contentus erat delatores eorum pari multa esse supplicio. Tantum erat tunc in aula regia perturbationum ac formidinum. Multis etiam intimis amicis 20
denunciauit ne vel in conspectum suum venirent, vel intra limina palatii, maxime his qui fiducia meritorum hactenus ei reuerendi fuerant. Andromacho enim & Gemello veteribus amicis, & qui plurimum regem tam legationibus, quam consiliis iuuerant, filiosque eius instituerant, & maiorem cæteris habebant fiduciam, amicitiam renunciauit: alteri quia Demetrio eius filio Alexander utebatur familiariter: Gemello vero quod ipsum sciret fauere iuueni. nam & inter educatores eius ac eruditores fuerat, & Romanæ peregrinationis comes hæserat. Nec dubium est quin grauius aliquid in eos libenter statuisset, ni obstarer virorum claritas: quare contentus est tum ablegatis ademisse auctoritatem, ut posita proborum hominum reuerentia debaccharetur licentius. Horum porro omnium malorum fax erat Antipater, qui ex quo primum tempore pa- 30
trem animaduertit formidinibus obnoxium, consiliorum ei socium se adiungens accendebat hominis sæuitiam: & tunc videbatur egregie fungi officio, si daret operam, ut quicumque reniti possent tollerentur de medio. Tunc igitur pulso Andromacho & reliquis amicis liberioribus, primum rex quotquot putabat Alexandro fidos examinauit tormentis, num cuius tentati contra se facinoris essent conscii. illi vero immoriebantur cruciatibus, quod nihil haberent dicere. atque hoc acrius incubebatur questionibus. quod præter opinionem nullum deprehendi posset ne excogitatum quidem maleficium. Et Antipater callidus artifex interpretabatur tortos à veritate malle, quam à fide erga dominos & amicos discedere, urgebaturque ut secreta perquirerentur apprehensis pluribus. Tandem vnus è multis tormenta non ferens ait se non semel audisse iuuenem dicere, quo- 40
ties laudaretur à proceritate staturæ, aut sagittarum peritia, cæterisque virtutibus eximiis, hæc à natura ornamenta sibi magis concessa quam beneficia. patrem enim præ inuidia his offendi omnibus. quapropter quando simul inambularet contrahi se de industria & submitti, ne appareat procerior, & in venatoriis iaculationibus illo præsentem destinata non ferire, quod norit genitoris ingenium non feretis laudari filium. Hæc verba dum expenduntur intermissis tormentis adiecit, conspirasse eum cum fratre Aristobulo, ut in venatione patri insidias strueret, quibus si ille esset oppressus, tum regnum postulaturus Romam perfugeret. Inuentæ sunt etiam iuuenis literæ ad fratrem scriptæ, conquerentis de patre, non recte factum quod Antipatro addidisset agros ex quibus ad eum rediret cent. talenta annua. tum vero Herodes probabili, ut ipsi videbatur, argumento confirmatus in suspitione, Ale- 50
xandro comprehenso iubet iniici vincula: & rursum incipit læuare, quauis ne ipse quidem auditis satis crederet. neque enim excogitare poterat cur deberet ab illis per insidias appeti: & querelæ illæ pueriles contentiones videbantur, nec verisimile post manifestum patricidium voluisse eos Romam petere, quamobrem volens maius aliquod impietatis argu-
mentum

mentum inuenire, sollicitéq; cauēs ne videretur filium temere damnasse ad vincula, & quæstioni subiiciens honoratiores Alexandri amicos, non paucos eorum nihil tale cōfessos interfecit. Cūmq; tota regia tumultu, terrore ac tormētis perstreperet, iuuenis quidam in tali necessitate cōstitutus, dixit Alexandrū Romā ad amicos literas misisse, rogantē vt curarent se accersiri à Cæsare, indicaturum de quibūsdam contra illum cōspirationibus quando pater societati Romanorū prætulerit Mithridatis Parthorum regis amicitiam. addidit habere eum venenum quod apud Ascalonem paratum sit. His auditis Herodes credidit, cōsolantibus eum in calamitate adulatoribus, quòd non temere quidquā faceret. venenū tamen summa cura quæsītū nusquam inuentum est. Cæterū Alexander oppressus malis adeo nō cessit, neq; inficiatus est, vt patrē exasperaret amplius: siue volens pudefacere facilitatē eius ad credēdū calumniis: siue vt, si forte crederet, inuolueret eum cum tota regia magnis calamitatibus. Quatuor enim libellos à se cōscriptos ei misit, negans opus esse tormentis pluribus. Structas enim insidias, participesq; corū esse Pheroram & amicorū fidissimos. Quin & Salomen obrepentem noctu cum inuito se esse cōgressam, omnesq; eò tendere, vt illo sublato optatā assequerentur licentiā. eiusdē cōspirationis arguebātur & Ptolemæus & Sappinnius, præ cunctis regi fidissimi. nec aliter quā rabie quadā occupati in se inuicē efferabantur homines pridē amicissimi, nō defensione, non coargutione expectata tantisper dū veritas pateret, iudiciū præueniente supplicio. alij vinciebantur, alij necabātur, alij nihil lætius expectātes moras ipsas quā repræsentationē malorū ægrius ferebāt: ingēsq; mœror ac torpor scēdabat pristinā felicitatē regiē. Ne Herodē quidē ipsum vitē in tali perturbatione nō redere poterat, cui q; nemini se auderet credere pro tormēto erat futuri exitus expectatio: læpēq; illi obuersabatur irruēs gladio stricto filius, noctes atq; dies nihil aliud volutanti, vt iam minimū abesset ab infania.

Archelaus Cappadocum rex Alexandrum patri reconciliat. Cap. XII.

DVM ita Herodes animo angitur, Archelaus Cappadocū rex de filia, & iuene genero sollicitus, tum amici quoq; vicē miserās inuoluti tam perplexis & turbatis negotiis, officij sui putauit profectiōem ad eum suscipere. IX Quem vbi sicut audierat affectū inuenit, importunā rem putauit, si obiurgaret ac temeritatis & nimix credulitatis argueret. fore enim vt ille ex aduerso contendens & excusare se studēs, exacerbaretur amplius. Quapropter aliā rationē commentus est qua res affectas cōponeret, indignatione verba in iuuenē, asserens regem nihil præter æquitatē, sed omnia recte fecisse. Se quoq; dirempturū illud cōiugiū, ac ne filix quidē parsurū, si sceleris cōscia nō fecisset iudiciū. Tum Herodes vbi præter opinionē vidit hominem pro se læso tam grauitè excandescere, asperitatē remissa, & factū suum iusta astimatione volens expendere, paulatim ad paternōs affectus rediit. Iamq; vtroque flexo ad misericordiā, quoties aliquis obiecta à iuene crimina refelleret, ad irā cōmouebatur rex: postquā verò Archelaū quoq; accusatiōne aggredi vidit, lacrymis affectū prodens, rogabat illū ne nimium indulgeret iræ, neve propter iuuenis erratū cōiugiū dirimeret. Tum Cappadox nactus cū iam mitiorē, cœpit crimina trāsferre in amicos qui deprauarent hominem iuuenē, & rudē omnis malitiæ, præcipue fratrem regis vrgens suspitionibus. nā cū & Pheroras in Herodis indignationem incurrisset, intelligens recōciliatorem neminē Archelao magis idoneū, atratus illum adiit, alia quoq; desperātis de salute signa præferēs. qui nō despexit preces supplicis, negās tamen sibi facile, tā cito flectere offensum regis animū. Satiū esse vt ipse à fratre veniā peteret, prius cōfessus se fuisse causam horum omnium. eam cōfessionem profore multū ad leniendā iracundiā, ac tum demū se quoque opportunius deprecatores accessurū. paruit ille cōsilio, quòd vtriq; cessit feliciter. nā & iuuenis præter opinionem exemptus est criminationibus & Pherorā Archelaus reposuit in fratris gratiā: ipse quoq; inita maxima gratia apud regem in tam difficili ipsius tempore, lætus in Cappadociā profectus est. nā & cū munerib. dimissus est preciosissimis, & facile primū inter amicos locū obtinuit. Cōuenit etiā inter eos vt Herodes Romā peteret, quādoquidē de hoc negotio Cæsari scripserat: fecerūtq; simul iter vsq; Antiochiā, ibi præsidem Syriæ Titum reconciliauit Archelao, atque ita in Iudæam reuersus est.



ED interim dum ille Romā profectus à regno abest, bellum Arabicū ex hac causa exortum est. Incolæ Trachonis, quam regionem Zenodoro ademptā Cæsar Herodi attribuerat, vetiti exercere latrocinia, cogebantur in studiis agriculturæ mitius degere. hoc vitæ genus nec ipsos delectabat, neq; terra respondebat laboribus, tamen à principio cohercente rege abstinebant iniuriā ab accolis, non sine laude Herodis diligentie. Sed quando rex nauigauit in Italiam Alexandrū accusaturus & cōmendaturus Antipatrū Cæsari, Trachonitæ sparso rumore de eius interitu, defecerunt reuersi ad pristina latrocinia. tunc tamen absente rege à ducibus eius sunt perdomiti. cæterū x l. ex his latronū principes captorum exemplo territi, relicto patrio solo fugerunt in Arabiam, recipiente eos Syllæo propter non impetratū Salomes coniugiū. à quo cū munitum quendam locū accepissent habitandū, excursionibus non Iudæam tantū infestabant, sed totam Cælesyriam, abigebantq; prædas in sua receptacula, Syllæo præbere impunitatem & securitatē maleficiis. Herodes autē reuersus à Romana peregrinatione, cōperit multa damna illata suis à latronibus. cūmq; nō posset eos in potestate suam redigere, quod essent sub tutela Arabū, nec tamen iniuriam acceptam cōcoqueret, perlustrato Trachone interfecit illorū domesticos. quo facto illi irritatiores, maximè quod legē haberent quæ iuberet domesticorum cædem inultam non sinere, contempto periculo totam Herodis ditionem agendo & ferendo perpetuis vexabāt incursionibus. Tum rex ad præsidēs à Cæsare missos Saturninū & Volumniū rem detulit, latrones deposcens ad supplicium. illi hoc audito maiore manu se cōmunire, perturbare omnia repentinis insultibus; agros simul & vicos populari, iugulare quotquot in manus eorū inciderent, vt bello quā latrocinio res esset similior. iam enim vique ad mille accreuerant. Quare Herodes & latrones sibi dedi postulabat, & mutuum creditum repetebat, exacto iam præstituto tempore, sexaginta illa talenta quæ Obodæ per Syllæū commodauerat. Syllæus verò qui detruso à regimine Oboda ipse administrabat omnia, inficiabatur eos latrones esse in Arabia, & pecuniam differebat reddere, de qua disceptabatur apud Saturninum & Volumnium Syriæ præsidēs. Tandē illis auctoribus conuenit, vt intra triginta dierum spatium & debitum redderetur, & exvtroque regno restituerentur perfugæ. Sed apud Herodem prorsus nemo Arabum inuentus, vel ob maleficio, vel quacūq; de causa profugus: verum Arabes conuicti sunt latrones ad se recipere.



ÆTERVM postquam aduenit præstitutus terminus, Syllæus nolens stare conuentis Romam profectus est: Herodes verò exequabatur restitutionem pecuniarum ac latronum, Saturnino & Volumnio permittentibus ei cōtumaces armis persequi: collectōq; exercitu inuasit Arabiam, septem mansiones emensus triduo. cūmq; peruenisset ad castellum in quo se latrones continebant, primo impetu id cepit: ipsāque munitionem nomine Raptam diruit, nullo alio damno dato regionis incolis. Et cū in auxilium eorū procurrisset dux Arabū Nacebus, cōmissum est præliū, in quo pauci ex Herodianis, Arabū verò xxv. cum ipso duce ceciderunt: reliqui in fugā cōpulsi sunt. Hoc modo latrones vltus Idumæorum tria millia in Trachonem deduxit, vt cohercerent ibi latrocinia: & ad duces Romanos agentes in Phœnicia dedit literas, quibus eos certiores fecit, quod in contumaces tantum Arabas concessō ab eis iure vltus sit, nihilq; egerit præterea: idq; ipsorum inquisitione postea verum compertum est.

X



ED aliter Romam properatis nunciis Syllæo relatum est, suo more exaggerantibus omnia. is iam ante insinuatus in noticiam Cæsaris, forte tum circa palatium obuersans, his auditis confestim mutata veste atratus eum adiit, denarrans vt bello afflictā sit Arabia, totūmq; regnum euersum ab Herode ingresso cum exercitu. ad hæc lacrymās querebatur cecidisse duo milia & quingentos Arabum primates, & in his amicum ac cognatum suum Nacebum, direptāque magnas

magnas opes apud Ræptam repositas. atque hæc facta per contemptum Obodæ, qui nec copias paratas habuerit, nec ducē se absente idoneum. Hæc dicente Syllæo, addentēq; quod nec ipse hanc profectiōem suscepturus erat ni crederet Cæsari curæ esse pacem publicam omnium, neq; se domi præsentē Herodes nisi suo malo eam pacem violaturus, Cæsar querela cōmotus percontatus est ex Herodis amicis qui tum aderant, & ex suorum quibuscūq; recens reuersis à Syria, hoc tantū an Herodes vllum exercitum extra regni sui fines eduxerit. Id cū illi fateri necesse haberent, nec Cæsar causam expeditionis audire dignaretur, magis etiā iratus Herodi scripsit minaciter, se actenus illo vsū tanquā amico, posthac habiturū eum pro subdito. Syllæus quoq;
 10 ea de re scripsit ad Arabas. His literis illi elati neque latrones qui effugerant voluerūt dedere, neque acceptā mutuo pecuniā persolvere, neque pro pascuis quæ cōduxerant, quicquā numerare, freti eo quod rex offendisset Cæsarem. Quin & Trachonitæ hac occasione vsi insurrexerunt in Idumæorū custodiā, & iuncti Arabicis latronibus qui illorū regionem diripiebant, non tam suis lucris quā vindiçtæ studentes miris modis in eos sæuebant. Hæc omnia Herodes ferebat, offenso Cæsare minus iam habēs vel fiduciæ, vel audacię. legatos enim eius ad agēdā regis sui causam missos primū ne admisit quidē: iterū veniētes dimisit infecto negotio. Quamobrē vehemēter
 20 anxio metū augebat Syllæus, Romæ præsens credulo Cæsari quiduis persuadens, & iam maioribus rebus inhians. Defuncto enim Obodæ in Arabum regnum successit Æneas, dictus Aretas mutato nomine. hunc ille per calumnias pellerē conabatur, & sibi principatum vsurpare, multam pecuniam partitus in aulicos, multa etiam Cæsari daturū se pollicitus: quē iratū sciebat Aretæ quod se inconsulto ausus esset regni habenas suscipere. Tādē & ille literas cū muneribus misit ad Cæsarem, & in his multorum talentorū coronā auream. in his literis accusabat Syllæum, quod nequissimus feruus veneno sustulisset Obodam, quo etiā viuo inuasisset rerum administrationē, vxores Arabum adulterans, & cōflato ære alieno viā sibi ad occupandum principatum muniens. Cæsar autem ne hos quidem legatos audire dignatus, aspernatūsque eorum munera, infecta re illos abire passus est. Interim Iudæorum res ac Arabū indies se habebant deterius, turbatis omnibus, & cōponēte nemine. nam regum alter
 30 nondū principatum suum constabilerat, & proinde suos coercere nō poterat. Herodes autē veritus ne si se defenderet, eo magis irritaret Cæsarem, cogebatur perferre omnes iniurias. Postremo nullum finem vrgentibus malis inueniens, decreuit denuo Romā legatos mittere, si quid æquius per amicos impetrare posset à Cæsare. in eam legationem Nicolaus Damascenus profectus est.

Euryclis calumnie contra Herodis filius.

Cap. XVI.

PER idem tempus dissidiū cum filiis domesticum multo magis exacerbatum est. quamuis enim iam antē nunquā prorsus vacarit suspiciōe, malo pernicioso regibus, tunc tamē id maxime ob talem causam inualuit. Eurycles quidā Lacedæmonius, vir domi nobilis, sed ingenio pessimo, adul-
 40 lator & deliciis perditus, sed utrūque vitiū ægregie dissimulans, vsus Herodis hospitio, datis muneribus & maioribus acceptis, ad gratiam cum eo conuersatus effecit vt reciperetur inter amicos præcipuos. is diuersabatur apud Antipatrū, Alexādro quoq; propter crebros cōgressus familiaris, aiebat enim sibi cum Archelao Cappadoce amicitiam intercedere, & ideo simulabat se Glaphyram obsequiis colere. cumq; videretur omnibus ex æquo deditus, obseruabat quæcunq; vel dicerētur vel fierent, vnde-
 cunque captans gratificandi per calumnias materiam. denique adeo se blādis colloquiis insinuauit vnicuiq; vt illi soli fidus videretur, cæteros ita tractare, prout amico esset cōmodum. his artibus ita sibi deuixit Alexādrū vt iuuenis putaret ei soli tutò se
 50 posse querelas suas concredere. aperiebat igitur ei dolorem suum, quod pater esset à se alienatior, casumq; matris narrabat: & quod Antipater præcepta fratribus dignitate solus posset omnia. Hæc diutius ferenda non esse, patre iam talibus imbuto odiis, vt cum ipsis nec conuiuia nec colloquia communicare sustineat. Hæc ille, dolorem suum in sinum amici, vt tum videbatur, deponens. at ille omnia referebat Antipatro,
 G 5 negans

negans ad se hæc pertinere, tacere tamen non posse ob periculi magnitudinem & consultum ei velle, vt caueret ab Alexandri insidiis. non enim eum dissimulare animum, sed ipsis verbis præferre cupiditatem parricidij. Post hoc beneuolentiæ pignus maxima ab Antipatro accipiebat munera, & ad vltimū ab eo persuasus est vt ad Herodem referret de hoc negotio. Rex narranti de Alexandri odio facilem aurem præbuit, & eo deductus est verborū ambagibus, vt implacabilē iram in filiū conciperet: id quod sine mora declarauit. Eurycli enim l. talenta donauit: quibus ille acceptis ad Archelaum se contulit, & multum Alexandrum prædicans, operam etiam suam commemorauit quā utilis ei fuerit ad conciliandā patris gratiam: & ab eo quoq; accepta pecunia, prius quā deprehēderetur hominis malitia discessit. Reuersus deinde ¹⁰ in patriam, cū ibi quoq; similibus artibus vteretur, Lacedæmone pulsus est in exilium. Porro Iudæorum rex non iam vt antè cōtentus aurem præbere criminatoribus Alexandri & Aristobuli, proprio seruiebat odio, etiam nemine accusante obseruans singula, & sciscitans, & permittens omnibus quicquid vellent cōtra eos dicere: & inter cætera Euaratū Coum cōmunicasse cū Alexandro consilia. videbaturq; nullos sermones audire libentius. Oblatum est deinde iuuenibus maius infortuniū, calumniis nunquā cessantibus, & omnibus certatim aliquid mali de eis ad rē deferentibus, scilicet incolumitatis eius studio. erant Herodi duo satellites, Iucūdus & Tyrannus, grati illi propter robur ac proceritatem corporū. hi propter quandā offensam pulsi ē regia, & inter equites Alexandri stipatores recepti, quod essent exercitatisimi ho- ²⁰ norabantur pecuniis aliisq; muneribus. Mox igitur rex de his etiam suspicione concepta, tormenta eis admouit. ergo post toleratos diu cruciatus, tandē aiunt se sollicitatos ab Alexandro, vt inter venandū Herodem feras persequentem interficerent. facile enim confingi posse, præcipitatū ab equo suis met telis transfixum esse. nam & antè penè simile quiddā ei acciderat. Simulq; indicauerūt aurū defossum in equorū stabulo, & præfectum venatorum arguebant, quod eis præbuisset lanceas regias, & arma, ipso iubente, Alexandri famulis. Post hos præfectus arcis Alexandrij correptus similiter examinatus est: huic obiectum est quod eos intra castellū reciperet, pollicitusq; eis esset pecuniam regiā ibi reconditam. Sed illo pernegāte filius eius accedēs vera esse dixit omnia: protulitq; referentes manū Alexandri literas in hāc sententiā. ³⁰ Quāprimū Deo fauente perfecimus quæ decreuimus, ad vos veniemus. curate igitur vt quēadmodū estis polliciti, nos in castellū recipiatis. His literis visis Herodes post hac pro indubitato habuit, paratas sibi à filiis insidias. Alexander autem dicebat Diophantū scribam imitatum suum characterē, esseq; Antipatri malitia excogitatam illam schedulam. Diophantus enim habebatur magnus talium artifex, & post in similibus deprehēsus dedit supplicium. eos verò qui torti sunt rex apud Hiericuntē produxit ad populum, vt accusarent filios, vbi saxis sunt obruti. cumq; vulgus concitum pœna Alexandrum cum fratre vellet afficere, Herodes per Ptolemæum & Pheroram eos cohibuit: & iuuenes in carcere asseruandos tradidit. eò nemo admittebatur, adhibitis qui explorarent eorum dicta & facta omnia. iāmque pro condemnatis ⁴⁰ habebantur, tum aliorum opinione, tum sua. eorum alter Aristobulus præ anxietate etiam amitam suam ac focrū ad miserationem præsentis calamitatis, eiusq; auctoris odium inuitans, An non tibi quoque, inquit, periculū imminet, delatæ quod spe nuptiarum Syllæo de omnibus quæ hīc fiunt per literas significes. quæ verba mulier statim fratri retulit. ille non amplius se continens vinciri eos iubet, & seorsum quemque quid contra patrē moliti sint scripto prodere. hoc iussi facere, scripserunt, insidias quidem nec parasse se, nec cogitasse, sed conatos fugere, quod non possent amplius ad hunc modum suspecti & solliciti viuere. Eodem tempore cū venisset ē Cappadocia ab Archelao legatus Mela vnus ē dynastarum illius numero, volens Herodes declarare eius maleuolentiā, acciuit ad se Alexandrū ē vinculis: & rursum in- ⁵⁰ terrogauit de fuga, quoniam & quomodo decreuissent discedere. Ad Archelaum, ille respondit, pollicitum quod inde Romam mitteret. Cæterum contra parentem nihil durius aut parū pietati cōueniens se machinatos esse, neque quicquā veritatis inesse confictis aduersariorū criminationibus. cupiuisse etiam vt Tyrannus cum sociis examina

minaretur cautius: sed illis appropriatam mortem per Antipatrum, qui admixtis suis vulgum in eos concitauerit. His dictis rex iussit & ipsum & Melam duci ad Glaphyram Archelai filiam; ut interrogaretur num ignorasset paratas Herodi insidias. quò ut ventum est, còtinuo mulier vincitū conspicata maritū, caput sibi plangens, & præ miseratione attonita clare ingemuit. iuueni quoque manantibus lacrymis, qui aderant miserabili hoc spectaculo turbati, diu nihil mandatorum poterant vel dicere vel facere. Tandem Ptolemæo, cui commissus erat iuuenis, iubente dicere, num & vxor fuerit consilij conscia: quæ potuit, inquit, non esse, carior mihi vita, & parens liberorum còmunium. ad hæc illa exclamauit, nullius mali se esse còsciam. quod si id aliquid ad salutem eius còferat, paratam se mētiri vel in suam perniciem, & nihil omnino negaturam. Tum Alexander, impiū quidem, sicut suspicatur quos minime oportuit, nihil nec ego cogitavi, nec tu es còscia: sed quòd ad Archelaum abire, & inde Romam, decreuimus. Hoc & illa fatente, Herodes ratus conuictū à se Archelaū maleuolentiæ, dedit Olympo & Volumnio literas, iussit ut inter nauigandū appellerent ad Eleusam oppidū Ciliciæ, & Archelao scripta de his redderent: & post exostulationē quòd filiis conatuū fuisset particeps, Romam inde nauigare pergerent. & si inuenerint à Nicolao placatū Cæsarem, redderent ei literas, & argumenta quæ ad conuincendos iuuenes scripta mittebantur. Igitur Archelaus pro se attulit, voluisse quidem excipere iuuenes, quòd id & ipsis & patri eorū putaret utile, ne quid ob suspicionē & dissidia durius in eos statueret: non tamen missurū fuisse ad Cæsarem, nec còfirmaturū eos in maleuolentia: Romā autē delati inuenerunt iam Herodi reconciliatum Cæsarem, eiq; literas reddiderūt. Nam Nicolai legatio ad hunc modū se habuit. Quāprimū Romā venit & in palatiū, præter ea mādāta quæ habebat, Syllæum accusandū suscepit. animaduertit enim dissidere inter se Arabas, quorū aliquot eius omnia facinora indicauerunt, & hoc autorem necatos plerosq; cognatos Obodæ manifeste coarguerunt ex ipsius literis interceptis per aduersarios.

Qua fortuita occasione Nicolaus uti non neglexit, studens Herodem reducere in gratiam Cæsaris. Sciebat enim si defensionē regis ordiretur, difficilem se habiturū iudicem. quod si accusaret Syllæum, non defore occasionē pro suo rege satisfaciēdi. contestata igitur lite, & præstituta ad agendū die, Nicolaus assistentibus sibi Aretæ legatis acriter accusauit Syllæum, intersectorē asseuerans domini ac regis sui multorumque Arabum, pecuniam etiā mutuatum ad perturbandam quietē publicam, matronasq; arguens corrupisse tam Romæ quā in Arabia: addidit his grauissimū crimen, circumuentum mendaciis eius Cæsarem, quem nihil veri de gestis ab Herode docuerit. ad hunc occasionis locum postquam ventum est, Cæsar interlocutus iussit eum omisis cæteris hoc tantū de Herode dicere, an non exercitum in Arabiam duxerit, neque duo millia & quingētos illic interfecerit, neque captiuis abductis regionem deprædatus sit. Ad hæc Nicolaus, de his se vel maxime ait docere posse, nihil horum aut certè minimam partē ita se habere, quemadmodum ab illo relata sint, neque vllam mereri indignationem. His præter opinionē auditis cum Cæsar attentius auscultaret, ille primū indicauit ei de d. talētis mutuo sumptis, deq; syngrapha in qua ascriptum erat, licere post elapsū præstitutum tempus pignora ex vniuersa regione capere: deinde, non expeditionē hostilem hanc fuisse, sed executionem iuris & repetitionē debiti. idq; non propere actum quanquā permittente syngrapha, sed appellatis prius sæpe de hac re Saturnino & Volūnio Syriæ præsidibus: postremò apud Berytum in horum præsentia Syllæo per Cæsaris fortunam iurato, omnino intra triginta dies exhibiturum se & pecuniam, & Herodis perfugas. & cum horum nihil Syllæus præstitisset, aditos rursū præsides Herodi permisisse pignora capere, atq; ita demum illum profectum in Arabiam. hoc est, inquit, illud bellū quod aduersarij tam tragice exaggerauerunt. quod tamen quæ potest bellum vocari, permissu præsidum & ex pacto illatum, post periurio violatos tum alios deos, tum in primis nomen Cæsaris: restat de captiuis iam dicere, Latrones Trachonitæ x l. primum, mox plures, fugientes Herodē metu supplicij, receptaculū sibi fecerūt Arabiam. hos Syllæus fouit & aluit in omniū hominū iniuriam, agrosq; eis dedit, & prædarū fuit particeps: quos

XII

quos tamen ipsos eodem iureiurando tenebatur restituere cum mutuaticia pecunia ad præscriptum terminū. nec potest ostendere quēquā præter hos captum in Arabia: immo ex his ipsis aliquot euaserunt. Nunc confutata etiam de captiuis inuidiosa syncophantia, audi Cæsar mendacissimū figmentū quod ad prouocandā iram tuam cōmentus est. Affirmo enim quod cum Arabū manus nos inuasisset, & vnus atq; alter è nostris cecidisset, tum demū Herodes repugnare coactus Nacebū, & cum eo x xv. non amplius cecidit, quorum singulis centuplicatis iste bis mille & quingentos cecidisse retulit. His motus Cæsar, vultu irato ad Syllæum versus, rogauit quot Arabes ea pugna desiderati sint. Hæsitante illo, & erratum in numero fatente, lectæ sunt syngrapharū conditiones, & rescripta præsidū, literæq; vrbiū cōtinentes querelas de latro-¹⁰ ciniis. Ad vltimū eò res deuenit, vt Cæsar damnato capitis Syllæo, Herodē in gratiā receperit: & pœnitens quod calumniis permotus durius scripsisset, hoc quoq; Syllæo opprobrauerit, illius mēdaciis impulsū se discessisse ab officiis amicitiae. In summa, remisit eum in prouinciam, vt postquā satisfecisset creditoribus, daret suppliciū. Cæterum Aretæ indignari pergebat, quod regiā dignitatē ac potestatē vsurparet, priusquā à se acciperet: volebatq; Arabiam quoque Herodi tradere: sed hoc consiliū mutauerunt redditæ ipsius literæ. Olympus enim & Volumnius cognito placatum esse Cæsare, mox ita vt mandatum erat obtulerunt ei literas, continentes argumēta quibus filios impietatis cōuicerat: quibus lectis visum est nō onerare insuper alio regno senem & infortunatum circa filios: admissisq; legatis Aretæ, & hætenus obiurgatis²⁰ quod rex eorum temerarie principatum sumpisset, nō expectata sua sententia, admisit munera, & regnū ei autoritate sua cōfirmavit. Post hæc Herodi iam reconciliatus scribit, dolere se vicem eius qui tales haberet filios, debereq; eum, si quid cōtra pietatem ausi sint, vt in parricidas animaduertere. se enim liberam ei potestatem permittere, quod si tantū fugam meditati sint, ipsum quoq; salua pietate oportere leni castigatione cōtentum esse. quare suum consilium esse, vt indicto cōsistorio apud Berytum Romanorum domicilium, & adhibitis præsidibus cum rege Cappadocum Archelao, amicisq; cæteris & viris illustribus, de cōmuni sententia quid statuendum sit dispiciat. atque hoc fuit argumentum epistolæ Cæsaris.

Herodis filij damnantur apud Berytum in concilio.

Cap. XVII.

30



QUA accepta Herodes supra modū gauisus est, tum quod redisset in gratiam, tum propter concessam sibi statuendi de filiis potestatem liberā: & nescio quo pacto accidit, vt qui prius in secunda fortuna durus quidē pater fuerat, non tamen temerarius aut præceps ad filiorū interitum: nunc rebus suis in melius mutatis, & recepta pristina fiducia, nouo more laxauerit habenas odiis. Ergo cōuocat per nuncios quotquot visum est Cæsari, vno Archelao excepto, vel quod hominē oderat, vel quod vereretur ne obliteret suo proposito, & postquā Berytū cōuenerunt cum præsidibus, tum cæteri exciti è diuersis vrbi-⁴⁰ bus, filios quidē, quos adducere in conciliū noluit, in Platane vico Sidoniorum detinuit, nō longe ab vrbe: vt posset eos si vocaretur sistere. ipse vero solus introgressus, corā cōcessum c. l. virorū, vsus est accusatione nō tam propter infortuniū & necessitatem miserabili, quā patri parū decora. Vehemens enim erat, & in coarguendo crimine hæsitans non satis se explicabat, multaq; furoris ac feritatis præferbat indicia. nec probationes exhibebat cognitoribus, sed aduocatos sibi eos adiūgebat indecore pater cōtra filios, literasq; ab ipsis scriptas legebat: in quibus nihil insidiarū aut impietatis inerat, sed tantū de ineunda fuga concilium, & cōuitia signa offensi animi. ad quē postquā ille peruenit vociferabatur quasi in cōfessis insidiis: remq; exaggerabat deierans mori se malle quā audire talia. Postremò dicēs sibi & à natura & à Cæsare potestatem in eos datā, addidit etiā patriam legem ita iubere: vt si cui accusato parētes ma-⁵⁰ nus imponant capiti, necesse habeant circumstātes saxis eum ferire, atq; in hunc modum interficere. quod cū sibi prōptū sit in patria & suo regno facere, tamen expectare se illorū quoq; calculos. Venire se tamen ad eos nō tā vt iudicent filios in manifestissima culpa deprehenso, quā vt per occasionē indignationi iustæ parentis suum addant

addant suffragium, & exemplum edant ad posteros, non oportere tales insidias negligi. Hæc locuto rege, & iuuenibus ne ad dicendam quidem causam adductis, qui erant in consilio videntes rem eò deuenisse, vt nulla sit spes reconciliationis & gratiæ, potestatem eius cõfirmauerunt. Et primus Saturninus vir consularis, multisque defunctus honoribus, protulit sententiam moderatam circumstantiis: damnare se quidem Herodis filios, non tamen censere interficiendos, quòd & ipse filios habeat, & Herodem præteritis infortuniis hoc maximum nolit adicere. Post illum ipsius tres filij, qui legati patris erant, eandem sententiam tulerunt. Contrà Volumnius capite plectendos pronunciat, qui tam impij erga parentem fuerint: quem deinceps maior pars secuta est, vt omnino viderentur addicti ad supplicium. Moxque inde Herodes Tyrum eos secum duxit: quòd cum Nicolaus appulisset à Roma veniens, rex prius expositis quæ apud Berytum acta fuerant, percontatus est quid Romæ amici sentirent de eius filiis. Ille respondit videri consilia iuuenum impia, coniiciendosque vinctos in carcerem. deinde pensitato diligentius negotio, si ita videatur, occidendos, ne putetur plus iræ quàm rationi tribuere. sin contrarium placeat, absolvendos, ne aliquid committatur immedicabile. eam esse Romæ plerorumque amicorum sententiam. Tum rex diu multumque tacitus secum cogitauit, & illum secum nauigare iussit. Postquam autem Cæsaream ventum est, mox omnes fuerunt de filiis solliciti, euentum expectantes. valde enim metuebant ne propter inueteratum dissidium immineret eis exitium. cùmque dolerent eorum vicem, tamen nec loqui temere, nec audire dictum aliquod liberius vacabat periculo: sed in sinu misericordiam celantes, taciti dolorem dissimulabant. Vnus omnium vetus regis miles nomine Tiro, filium habens Alexandri æqualem & amicum, quicquid alij quieti occultabant, ipse libere eloquebatur, & sæpe exclamare cogebatur in turba, perisse veritatem & iustitiam in rebus humanis, & pro his regnare cum mendaciis malitiam: eoque tantam caliginem inductam negotiis, vt ne grauissima quidem errata sua homines animaduertent. hæc loquendi libertas quamuis non abesset à periculo, omnes tamen mouebat, quòd non sine ratione fortiter se gereret tali tempore: libenterque hæc audiebant singuli, & cùm sibi cauerent silentio, eius tamen non improbabant licentiam. nam tanti mali expectatio potuisset à quouis miserationis voces exprimere. Ille verò etiam ad regem magna libertate se ingerens, postulauit solus cum solo colloqui: quod vbi concessum est: Non possum, inquit, ô rex diutius ferre hanc anxietatem animi: quæ me cogit audaces voces & mihi periculosas promere, sed tibi, si velis, vtilis. Vbi nunc est tua mens? vbi animus ille semper hætenus quantumuis arduis par negotiis? quæ nam hæc est tanta amicorum ac cognatorum penuria? neque enim tibi hos cognatos aut amicos existimo, qui tantum scelus sustinent in quondam felici regia. quid tu? quid agatur non dispicias? occidesne duos iuuenes è regina vxore susceptos, & in omni virtute eximios, te ipsum hac ætate commissurus vni filio alenti spes improbas, & cognatis quos ipse toties iudicasti dignos supplicio? An non animaduertis tacitum vulgus simul & tuum errorem damnare, & miserari calamitatem iuuenum? adhæc tum militaris turba, tum ipsi duces illis compatiuntur, & execrantur autores huius infortunij. Hæc primò sat æquis auribus accipiebat rex, admonitus tam suæ calamitatis, quàm domesticorum perfidiæ. Sed illo immodeste & militariter instante, & per simplicitatem nō habente rationem temporis, turbator iam & opprobriationem hanc magis quàm admonitionem amicam existimans, sciscitatus quoniam essent illi ægreferentes duces aut milites, nominatim indicatos omnes cum ipso Tirone vinctos iussit seruari in carcere. Huius facti occasione Trypho quidam tonsor regis accedens eum ait se non semel à Tirone sollicitatum, vt inter curandum, guttur ei nouacula præcideret, ostentata spe magnorum munerum, & primi loci inter Alexandri amicos. Hæc locutum iubet corripi: moxque tortus est & tonsor & Tiro cum filio. qui videns patrem sæuissime tractatum, obstinate cruciatus perferre, nec tamen superesse yllam spem salutis ex crudelitate regis coniiciens, ait se indicaturum veritatem, si tormenta sibi ac parenti remitterentur: acceptaque in hoc fide, dicebat conuenisse inter eos vt Tiro sua manu regē interficeret: patere enim ei aditum soli ad solum, atque ita perpetrato facinore libenter quiduis passurum in

H

Alexand

Alexandri gratiam. His dictis patrem exemit cruciatibus, incertum veritate expressa an ut se ac genitorem hoc pacto à diuturniore vexatione redimeret. Herodes autem eiecta ex pectore omni siqua prius inerat dubitatione de filiorum supplicio, nec vllum relinquens locum resipiscentiæ, properavit exequi suum propositum: & productis in concionem trecentis ductoribus militum vnà cum Tirone ac filio, tonsoréque indice, omnes accusauit apud populum, in quos multitudo quicquid ad manum veniret coniiciens, ad vnum eos interfecit. Alexander autem & Aristobulus ducti Sebasten, ibi iussu patris sunt strangulati: & corpora eorum in Alexandrium recondita sunt, vbi maternus eorum auus & plerique ex progenitorum serie siti sunt. Et fortasse alicui mirum nō videbitur, coalitum tanto tempore odium adeò excreuisse, ut modum excedens ipsam naturam vicerit. Illud merito dubitari possit, in adolescentésne ea culpa conferenda, qua patrem longo tempore exasperatum tandem in odium coniecerint immedicabile: an in ipsius duritiam, & cupiditatem tam gloriæ quàm dominationis immodicam, qui nullum ferret socium, malens omnia suo arbitratu facere: an potius in fortunam, cuius potentiæ nullis humanis rationibus resistere licet, ne sapientissimis quidem. Vnde persuasum habemus eam omnes humanas actiones præsanxisse, ut necessario consequantur: eamque vim fatum vocamus, quod nihil sit quod illa non efficiat. sed hunc sermonem ut arduum leuiter attigisse sufficiet, qui & nostris studiis non nihil tribuit, & varietatis actionum causas examinat: quæ quidem contemplatio iam olim inclusa est legis nostræ voluminibus. Cæterum ex duabus reliquis causis quod ad filios attinet, accusare quis posset eorum iuuenilem arrogantiam, & fastum regium, quod nimium tribuerint patris calumniatoribus, & in acta eius ac vitam parum æqui inquisitores fuerint, malitiose suspicaces, & linguæ temperare nescij, ac per hoc geminas ansas præbentes suis obseruatoribus, & ad ineundam regis gratiam delatoribus. Patris autem planè pudendus error est & inexcusabilis, quod neque insidiarum structarum conuictos, neque vllis huius conatus argumentis deprehensis, permisit sibi ex se genitos interficere, egregio corpore iuuenes, nec apud suos solum gratiosos, non in venationibus segnes, non in militaribus exercitiis contemnendos, aut ciuilibus facundiæ studiis. horum enim omnium non erant rudes, præsertim Alexander natu grandior. Satis erat, etiam si damnare libuisset, aut vinculis eos cohibere, aut procul à regno ablegare, cum securum faceret Romana potentia, sub cuius tutela positus ne apertam quidem vim, adeò non insidias, extimescere debuerat. nunc tam cito eos occidere impotentis affectus gratia, quid aliud est quàm argumentum impiæ licentiæ: maxime cum esset ea ætate, in quam excusatio ignorantie vel imperitiæ non competit. neque enim mora & dilatio facit eum excusatiorem. Minus enim peccatum erat, attonitum nouo aliquo casu, irritatum esse ad atrocius facinus. post longas verò cunctationes & deliberationes, postremo tale quippiam aggredi & perpetrare, sanguinarij animi est & obstinati in deterius: qualem sibi esse etiam postea declarauit, nec reliquis parcens qui antè videbantur carissimi, qui tamen minus miserabiles erant, quod meritò perirent, tamen scæuitiam arguebant similem, nec ab illorum temperantem sibi cædibus. qua de re dicturi sumus in sequentibus.

FLAVII

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IVDAICARVM LIBER

DECIMVS SEPTIMVS.

De Antipatri Herodis filij malicia.

Caput I.



10 **A**NTIPATER autem sublati fratribus agitatedis, gradu iam ad extremam contra patrem impietatem facto, nondum improbae spei satisfaciebat & in futurum audax. Liberatus enim æmulum metu, qui possent in principatus societatem, venire, in aliam maiorem difficultatem parandi sibi regni incidit videlicet odium quo populariter inuisus erat omnibus, huc accedebat quod illum magis etiam haberet sollicitum, alienati militum animi, à quibus pendebat regum securitas, si quando gens ipsa videretur novarum rerum cupida, quæ mala suamet culpa sibi
20 germanis oppressis conciliauit. & tamen haud aliter quam rex cum patre administrabat res Iudæorum, credente se Herode eius fidei, & id factum quo supplicium merebatur, interpretante argumentum benevolentiae, quasi saluti regis consulens illos prodidisset, non morem gerens odio quo tam illos quam patrem prosequeretur: quandoquidem & illos propter patrem oderat totus infensus furis: dabatque opera ut nulli essent, qui insidias eius detegerent, aut ad quos posset Herodes aperta vi petitus refugere. sed tum longe magis stimulabatur coeptos conatus persequi. Nam eo defuncto proponebat sibi certum imperium: quod si diutius vita protraheret, periculum videbat ne proditis aliquo modo suis technis patrem haberet infensissimum. Ideo nullis parcebat sumptibus in demerendis paternis amicis, hominum odia beneficiis volens obruere, præcipue quotquot Romæ
30 erant magnificentissimis muneribus sibi concilians, & ante omnes Saturninum, qui tum Syriæ præerat. Spes etiam erat fratrem ipsius corrumpi posse donorum magnitudine: pariterque regis sororem, nuptam viro inter amicos regis primario. erat enim callidissimus ad devinciendos per benevolentiam speciem hominum animos, & dissimulandi odij summus artifex. Non tamen fallebat amicitiam, quæ iam ante perspectum habebat eius ingenium, nec decipi poterat, & ideo machinis omnibus occurrebat eius malitiæ: quamvis filiam habebat nuptam eius avunculo, quam ipse Antipater post Aristobuli mortem ei iungendam curauerat. Nam alteram mariti matris filius Callæas uxorem duxerat, sed nec affinitas hæc effecit quo minus cognosceretur eius malicia, sicut nec prior illa consanguinitas extinguere meritum odium potuit. Salomen autem adamato Syllæo cupientem nubere, Herodes
40 compulit ad Alexæ coniugium, adiuuante Iulia, & ne recusaret persuadente, ne aperte inimica fratri fieret, iurato non consensum præberet alienaturum se ab ea benevolentiam. quare illa paruit auctoritati uxoris Cæsareæ, alioquin etiam utile danti consilium. Per idem tempus remissa est ad patrem Cappadocum regis Archelai filia, quondam uxor Alexandri, reddita etiam dote ex hisco regio, nequid ea de causa exoriretur controversia.

Ipse autem filiorum liberos educabat magna diligentia. Alexander enim à Glaphyra duos mares susceperat. Aristobulus à Bernice Salomes filia tres, & duas feminas. Eos aliquando presentibus amicis commendans, & filiorum deplorans infortunium, Deum precatus est nequid simile contingeret eorum liberis: sed potius virtutibus cum ætate aucti, gratiam sibi nutritionis reponerent. desponsavit etiam futuras adultis uxores, maiori ex Alexandri filiis Pheroræ filiam: Aristobuli vero filio filiam Antipatri: & eiusdem filiam itidem Antipatri filio. alteram autem filiam, Herodi suo filio, nato ex filia pontificis. mos enim nobis est patrius, plures simul uxores habere. Hæc connubia rex procuravit miseratione pupillorum, per affinitatem Antipatrum ad caritatem eorum inuitas. Sed ille eundem erga pueros animum obtinuit quem erga parentes ipsorum habuerat:

H 2 sollicitatus

II.

solicitatus etiam regis circa eos cura, ne fortè adulti officerent suæ potentia, Archelaus quoque rege adiutante nepotulos, & Pherora tetrarcha accipiente pupillarum alteram filio suo coniugem. Eodem incitabatur propter studia populi, miserantis orbatos parentibus, & ipsum autorem eius calamitatis odio prosequentis, & parati aliquando per occasionem detegere eius erga fratres malevolentiam. quapropter machinabatur de hoc negotio decreta patris irrita facere, ægre laturus si deberet eos habere potestatis participes: flexitque Herodem precibus, ut ipsi filiam Aristobuli ducere permitteret, & filio suo Pheroræ filiam: itaque præter eius sententiam mutata sunt pacta connubialia. Rex autem eodem tempore nouem uxores habebat. vna erat Antipatri mater, altera summi pontificis filia, ex qua puer natus est patrem nomine referens. erant inter 10 has & fratris filia, & confobrina, sed steriles. præterea Samaritis vna, & ex ea liberi Antipas & Archelaus, & Olympias filia, quam postea duxit regis fratruelis Iosephus. Archelaus autem & Antipas Romæ apud priuatum quendam amicum educabantur. ex Cleopatra etiam Hierosolymitana Herodem genuit & Philippum, qui & ipse Romæ educabatur; ex Pallade autem Phasaclum; ex Phædra item & Elpide filias habuit Romanaxam & Salomen. Maiores autem natu filias, Alexandri ex eadem matre sorores, quarum coniugium Pheroras contempsit, alteram Antipatro sororis suæ filio collocauit, alteram Phasaelo fratris sui filio. atque hæc fuit Herodis progenies.

De Zamari Iudæa Babylonico.

Cap. I I.

20



VOLENS deinde à Trachonitis tuta esse omnia, vicum Iudæis magnitudine vrbs decreuit in eius regionis medio condere, qui & suis esset præsidio; & vnde hostes facilius ex propinquo posset inuadere. Cùmque intellexisset forte fortuna virum Iudæum è Babylonia cum quingentis equitibus sagittariis & centum ferme cognatis Euphrate traiecto circa Antiochiam quæ sita est ad Daphnen degere, vbi à Saturnino præside Valatham castellum ad habitandum acceperat, accersuit eum vnà cum suis, pollicitus ei agros in præfectura Batanæa, quæ Trachonitidi confinis est, ut ibi opponeretur infestatoribus: omnium etiam tributorum ac vectigalium immunitatem promisit tam agris quàm hominibus. His conditionibus allectus Babylonius venit, acceptoque agro castella ibi condidit, & 30 vicum nomine Bathyram. eratque hic vir pro obice contra Trachonitis indigenis, simulque Iudæis à Babylone Hierosolyma religionis ergo petentibus, quo tutiores essent à latrociniis: multique vndique ad eum confluxerunt Iudæi obseruatores legis patriæ: & facta est ea regio valde populosa propter immunitatem quæ illis mansit Herode incolumi, Philippus deinde qui successit, pauca & non diu ab eis exegit. porro magnus Agrippa & eodem nomine filius, licet multis grauatos exactionibus, libertate tamen frui permisit: quibus succedentes Romani & ipsi grauibz tributis eos opprimunt, sed salua libertate: de quo aliàs suo tempore dicemus prolixius. Zamaris autem Babylonius, qui hanc regionem possidendam accepit ab Herode, exacta cum virtute vita, moritur egregiis liberis superstitibus, & in his lacimo equite insignis fortitudinis, qui cum ala Babylonia regis stipare est solitus. is in extrema senectute decedens filium reliquit Philippum, virum manu promptum, & virtuti si quis alius deditum, regique Agrippæ ob hæc gratum & amicissimum: qui ab eo vniuersis suis copiis exercendis ac ductandis est præpositus. 40

Antipatri contra Herodem insidie.

Cap. I I I.



CETERVM in eo rerum Herodis statu quem diximus, omnia pendebant ab Antipatro, postquam semel prospiciendi suis commodis potestatem accepit à patre, bene sperante de fide ipsius ac beneuolentia: qua tamen potestate ille audacius abutebatur, callide tegens suam malitiam, & in omnibus facile fidem à parente impetrans: eratque omnibus formidabilis ob 50 versutiam magis etiam quàm ob potentiam. Sed præcipue Pheroras illum colebat, & ab eo vicissim colebatur, circumuentus à mulieribus Antipatro fauentibus. obnoxius enim erat Pheroras & uxori & socru & sorori, quamuis exosas eas haberet propter iniurias

iniurias illatas filiabus suis virginibus. attamen ferendæ erant, & absque illis nihil facere poterat, res eius peruestigantibus, & mutuo se inuicem adiutantibus: quibus etiam Antipater erat deditissimus, tum per se, tum per matrem: nam hæc quatuor mulieres consentiebant in omnibus. Sed Pheroræ cum Antipatro propter leues quasdam res non satis conueniebat, diuellente eos regis sorore: quæ iamdudum explorabat omnia, sciens eos in regis tantum perniciem conspirare, & parata rei eius indicium facere. qui ut cognouerunt mutuam suam amicitiam suspectam hoc nomine regi & inuisam, hoc contrà excogitauerunt, ut non congregerentur in propatulo, fictisque conuiciis simularent dissidium, maxime præsentente Herode, aut alio quopiam qui ei renunciaturus id videretur: clam autem alerent & confirmarent mutuam beneuolentiam: atque ita etiam fecerunt. Hoc autem Salomen non latuit, nec cum primò excogitatum est, nec postea cum cœpit fieri. omnia enim peruestigabat, moxque ad fratrem affingens aliquid deferebat, videlicet occulta eorum conuenticula & clancularias consultationes, mirum ni euasura in ipsius perniciem, si mature sibi non prospiceret. In aliorum enim conspectu dissidentes & iactantes inter se conuitia, celare amicitiam: deinde quando soli sint consentire, dubio procul conspirantes in eos quibus occultam velint esse suam amicitiam. Hæc illa & peruestigabat diligenter, & ad fratrem mox deferebat, iam & per se non nihil intelligentem, sed cohibentē se adhuc, quòd suspectum haberet etiam fororis proclive ad calumnias ingenium. Erat enim quædam Iudæorum secta exactiorem patriæ legis cognitionem sibi vindicans, quibus tanquam Deo ut videri volebant caris, additum erat hoc mulierum sodalitium. Hi Pharisei vocantur, genus hominum astutum, arrogans, & interdum regibus quoque infestum, ut eos etiam aperte impugnare non vereatur. nam cum tota gens Iudæorum fidem suam iureiurando obligasset regi & Cæsari, hi soli non iurauerunt: excedentes sex milium numerum: quibus hoc nomine à rege multatis, Pheroræ vxor pro eis multam persoluit. cui reponentes gratiam, quoniam credebatur futura præscire ex Dei colloquiis, prædicebant, decretum esse Deo regnum ablatum ab Herode & eius progenie, transferre in ipsam & maritum Pheroram ac communes liberos. Sed hoc quoque regi per Salomen innotuit, & quòd aulicorum quosdam sollicitarent muneribus atque corrumpere.

Herodes porrò conuictis Phariseis ac supplicio traditis, amicorum concilium aduocat, & apud eos Pheroræ vxoris accusationem instituit. quòd ipsius impulsu frater conditionem regiarum virginum spreuerit: id crimen ad suam etiam iniuriam pertinere affirmans, quòd mulier ruptis legibus naturæ inter fratres serat dissidia, quibus-
 40 cunque valeat tam verbis quàm operibus. multam quoque contumacibus à se impositam illius persolutam esse impendiis, & in summa consciam esse totius recentis conspirationis. Recte igitur facturum Pheroram, si non expectatis fratris precibus sponte talem mulierem ableget, fratres inter se committentem mutuis odiis: quandoquidem ei aut huius vxoris iactura facienda sit, aut fraternæ coniunctionis ac beneuolentiæ, nec nisi illa reiecta mansurum sit integrum germanitatis vinculum. Pheroras autem quamuis vehementi regis oratione grauaretur, tamen aiebat se & fraternæ pietatis iura persancte culturum, & à coniugali caritate haudquaquam discessurum: emorique se malle, quàm sine dilecta vxore viuere. Tum Herodes licet graui se iniuria existimaret affici, irasci tamen fratri distulit, contentus Antipatro & eius
 50 matri interdixisse Pheroræ consuetudine, & vetuisse mulierum regiarum conuenticula. illi facturos se iussa regis polliciti, per latentes quoties dabatur comestationes conueniebant, præcipue Pheroras & Antipater. quin rumor erat Pheroræ vxorem cum Antipatro quoque stupri habere consuetudinem, conciliante matre ipsius Antipatri.

IIII.

H 3 Herod

*Herodes Antipatrum mittit ad Cæsarem.**Cap. IIII.*

VAPROPTER suspectum habens patrem, & veritus ne vltius serpendo eius odia ad se quoque peruenirent, scribit amicis Romæ degentibus rogans admoneant Herodem per literas, vt quàm primum se ad Cæsarem mitteret. Quo facto Antipatrum Herodes misit cum preciosissimis muneribus & testamēto, in quo ipsum Antipatrum regem declarabat, aut si ille prior vita decederet, Herodem natum sibi è filia summi pontificis. eodem tempore etiam Syllæus Arabs Romam profectus est, non factis imperatis Cæsaris: quem Antipater eorundem criminum reum egit apud ipsum Cæsarem, quorum Nicolaus antea accedebat & alter accusator Aretas, multorum honoratorum cædes apud Petram se inuito patratas obiiiciens, maxime Sohemi hominis in omni virtute præstantissimi, quin & Cæsaris seruum Fabatum ab illo interfectum fuisse ob talem quandam causam. Erat in satellitio Herodis Corinthus, cui fidei rex plurimum tribuere solitus est. Hunc Syllæus pecuniis corruptum eò perduxit, vt ei regis sui cædem sit pollicitus. hoc vbi Fabatus ex ipso Syllæo cognouit, regi mox indicauit. qui è Corintho confessionem extorsit cogitati facinoris, diligenter ex eo perscrutatus omnia: simulque duos Arabas ab eodem satellite insimulatos comprehendit, alterum virum principem, alterum Syllæi amicum primarium. qui & ipsi tormentis admoti confessi sunt ideo se venisse vt Corinthum vrgerent crebris adhortationibus ad perpetrandum facinus, atque adiuuarent etiam in opere, si ita facto opus sit. quos omnes Saturninus apud se delatos 20 Romam iudicandos amplius & puniendos transmisit.

*Pheroræ obitus.**Cap. V.*

HERORAM autem obstinate permanentem in amore coniugis Herodes in ipsius tetrarchiam ablegat: quod ille fecit libenter, addito iurciurando nunquam se rediturū, nisi Herodis morte cognita: adeo vt paulo post decumbente rege vocatus ad accipienda quædam secretiora mandata tanquam à morituro, propter sacramenti religionem recusaret. Nec tamen ille in hoc fratrem est imitatus, aut de pristino affectu quicquam remisit: sed cum Pheroras in morbum incidisset, vel inuocatus ad visendum eum venit: quo morbo postquam absum- 30 ptus est, corpus eius translatus Hierosolyma sepeliit, & publico luctu honorauit. Eares Antipatro quamuis Romam profecto malorum fuit initium, Deo tandem repesciente ab eo pœnas fratricidij. Id totum ordine sum narraturus ad exemplum humano generi, quod moneat habendam esse virtutis rationem in omnibus.

Pheroræ vxor accusatur veneficij, & Herodes cognoscit Antipatri insidias. *Cap. VI.*

V.



HERORAM mortuo Taphanite duo è libertis eius carissimi Herodæ adeunt, rogantes ne inultam pateretur fratris mortem: vtq; inquireret in miserum eius & iniustum interitum. Quo attentius aurem simul ac fidem præbente illorum sermonibus, aiunt eum apud vxorem cœnasse ea die quæ morbi 40 fuit initium, venenumque oblatum ei mixtum nouo cuidam cibi generi, quod gustatum perniciem attulerit homini. id venenum allatum ab Arabissa quadam muliercula, nomine quidem amatoriū, re autem vera Pheroræ letiferum. sunt enim Arabum mulieres veneficæ maximè. hæc autem quæ tum insimulabatur, dicebatur amicæ Syllæi familiarissima. ad eam cōparandi veneni causa profectæ fuerant vxoris Pheroræ mater & soror, & cum illa reuersæ sunt pridie quàm ille cœnā letiferā sumeret. His auditis rex ad iram concitatus torsit ancillas earū & quasdam etiam ingenuas: & cum nulla quicquam fateretur aut detegeret, postremo quædam dolore victa nihil aliud protulit, quàm quòd imprecata est Antipatri matri cruciatus similes, quandoquidem ipsa causa esset præsentium tormentorum omnibus. Hæc vox ad diligentiores inquisitiones 50 nem Herodem permouit, ita vt extorqueret earum secreta omnia, comissionesq; illas & occulta conuenticula, tum sermones patris cum Antipatro priuatim habitos, prolatos inter Pheroræ mulierculas: ne id quidem reticente, centum talenta se accepisse ab eo, vt abstineret Pheroræ colloquiis. Addebāt ancillæ quanto parrē prosequeretur

queretur odio, utq; sæpenumero apud matrem de eius lōgæuitate quereretur, dum interim etiā ipse consenesceret, ut non multum se iuuare posset tam sera successio. adhæc simul nutrirī multos fratres ac fratrum filios, ut ne sperare quidem tutò liceat: quandoquidem iam nunc si fatale quid sibi accideret, fratri destinata sit successio nō filio. addere his solitū accusationē sæuitiæ, nō temperantis nec à filiis: cuius metu Romam sibi discedendū esset, Pheroræ verò in suam tetrarchiam. Hæc quia probe congruebant cum illis quæ ex sorore antea rex audierat, exempta est omnis dubitatio: deprehensamq; in tam malitiosis conatibus Doridem matrem Antipatri, spoliata multorum talentorum ornamētis eiecit è regia: & mulieribus ex domo Pheroræ propter hoc indicium factus est placatior. Sed nihil magis eius cōtra filium indignationem cōmouit quàm Samarita Antipater, Antipatri filij procurator, qui in tormentis inter cætera de eo confessus est, quod letale venenum Pheroræ tradidisset, quo se absente ac per hoc minime suspecto patrem tolleret. id venenū allatum ex Ægypto per Antiphilum vnū ex amicis Antipatri, missum inde à Theudione auunculo ipsius Antipatri, fratre Doridis: haberiq; apud Pheroræ vxorem, à marito ad asseruandum acceptum. De quo rogata per regem mulier, habere se falsa est: & mox quasi ad afferendum id properans, de tecto seipsam deiecit. nec tamen letalis fuit casus, quia fortè in pedes cecidit. ex quo postquā se recollegit, rege pollicito incolumitatē & ipsi & familiæ, si totam rei veritatē promeret, cōtra extremos cruciatus minato si quid per obstinationem celare pergeret, iurauit se omnia dicturam ita ut acta sint: & ut multo rum tum fuit opinio, nihil omnino mentita est. Venenū id, inquit, ex Ægypto attulerat Antiphilus, paratum ibi opera fratris sui, professione medici. Theudio deinde in domum nostram intulit, & ego seruauī acceptum à meo Pherora, sed ab Antipatro tuo in tuam perniciem comparatum. Postquam igitur maritus in morbum incidit, & tu officiose ad visendū eum & curandū venisti, motus illè, & ad pietatem flexus tua beneuolentia, me accita, ô vxor, inquit, circumuenit me Antipater, dum pestiferis consiliis & veneficis ministeriis suum patrem meum fratrem appetit. Nunc igitur quandoquidem in germano nihil pietati, qua hactenus erga me vsus est video decedere, & mihi instare vitæ terminum, age ne fratricidali animo manes maiorum contaminem, me inspectate venenum illud exure. tum se sine mora prolatum iuxta viri mandatum cōcremasse, paulo seruato ut si post mariti mortem rex eam tractare vellet durius, possit ei necessitati occurrere. Hæc elocuta venenū quoque vnā cum pyxide in medium protulit. Post hæc alter Antiphili frater & communis eorum mater per tormenta idem fateri coacti sunt, pyxidem etiam agnoscendo. Accusabatur autem etiam pontificis filia regis vxor, quasi secretorum horum omnium particeps, sed conscientiam dissimulans. quapropter & ipsam rex abiecit, & filium eius è testamento deleuit, vbi successor destinatus fuerat. Socero quoq; Simoni Boethi filio sacerdotio priuato surrogauit Matthiam Theophili filium Hierosolymitani genere. Interim Roma venit Bathyllus libertus Antipatri, & subiectus quæstionibus fassus est attulisse

40 se venenum quod daret patroni sui matri & Pheroræ, ut si prius illud parum fuisset efficax, hoc posteriore Herodem aggredierentur. Simulque venerunt ad regem ab amicis Romæ degentibus literæ, instinctu Antipatri scriptæ, in quibus Archelaus & Philippus accusabantur, quod crebro crimen patris refricarent de cæde Alexandri ac Aristobuli, miserarenturq; fatum germanorum innocentium, iam enim & ipsi reuocabantur in patriam, non ob aliud quàm ut euocati fratrum interitus accessio fierent. hæc autem amici in Antipatri gratiam faciebant, magnis ab eo corrupti mercedibus: qui etiam per se patri scripsit de adolescentibus, quasi eos excusans, & verba eorum ætati imputans. Ipse interim decertabat contra Syllæum, & primatum colebat amicitias, comparatis variis ornamentis ducentorum talentorum precio. Mirum autem est, quod cum per septem menses ante eius reditum tam multa contra eum in Iudæam mota sint, nihil eorum ad eius notitiam perlatum sit. In causâ erat partim diligens itinerum obseruatio, & viarum custodia, partim populare hominum in Antipatrum odium. nemo enim erat qui suo periculo illius incolumitatem vellet quærere.

Antipater capitis damnatus in vincula conijcitur.

Cap. VII.

VI



ÆTERVM Herodes ad Antipatri literas, quib. significarat rebus ex sententia peractis breui se rediturum in patriam, dissimulata ira insidiosè rescripsit, properaret, ne quid sibi per eius absentiam quod noller accideret. Smulq; modice de matre eius questus est, pollicendo remissurum se querelas post aduentum illius: modisq; omnibus magnam caritatem præ se ferebat, veritus ne illo suspicione aliqua tactus differret ad se reditum, & moras Romæ trahens regno insidias strueret, & in se moliretur aliquid. Has literas in itinere accepit in Cilicia: eas vero quæ Pheroræ mortem nunciabant prius iam Tarenti acceperat tristi animo, non tam quod Pheroram amaret, quàm quod ille morte præuentus pollicita de patre veneno tollendo non præstiterat. Iam ad Celenderim oppidum Ciliciæ peruenerat, cum dubitare cœpit de reditu, vehemèter cōtristatus matris ignominia: & amicorum quoq; variabant sententiæ, aliis euentum alicubi expectare, aliis sine mora domum nauigare consulentibus, facile enim dissoluturum criminationes omnium, quandoquidem nunc quoq; non aliunde, quàm ex illius absentia aduersariis audacia viresq; ad calumniandum creuissent. Ab his persuasus nauigare pergit, appellitq; ad portum Sebastum, quem Herodes magno sumptu constructum sic appellauit in honorem Cæsaris. Iamq; manifestum erat incidisse Antipatrum in infortunium, nemine salutante aut accedente hominem, quem prius votis & faustis acclamationibus discedentem prosecuti fuerant: tunc verò contrariis votis licebat eum deuouere diris fraterni sanguinis vltimicibus. Forte per idem tempus Hierosolymis erat Quintilius Varus, successor Saturnino missus in Syriam, tunc verò ab Herode in consilium de rebus agendis adhibitus. Quibus vnà sedentibus superuenit Antipater omnium inscius, & ita vt erat purpuratus in regiam ingressus est. quo mox admissio, amicorum comitatus per ianitores exclusus est. Id primum mentem eius perculit, iam sentientem quod deuenisset: quando etiam pater accedentem à complexu repulit, perpetratum fratricidium & cogitatum patricidium opprobrans, & Varum cognitorem ac iudicem in crastinum denuncians. Ille tam inopinato malo velut ictus abiit attonitus: moxq; obuias inuenit matrē & uxorem: hæc erat Antigoni filia: qui ante Herodem Iudeorum rex fuerat. ab eis edoctus de omnibus, parabat se vt in iudicio subsisteret. Sequenti deinde luce præsidente Varo ac rege, adhibitisq; in confessum vtriusque amicis, acciti sunt etiam cognati regis & Salome, tum illi qui secreta consilia prolaturi erant, quique tormentis examinati fuerant: nouissimèq; serui matris Antipatri capti paulo antequàm ipse rediret in patriam, apud hos deprehensæ fuerant literæ, quarum hæc erat summa. ne reuerteretur, quando in patris notitiam peruenierint consilia omnia, vnicumque ei refugium superesse Cæsarem, & si caueat ne in patris manus deueniat. Tum Antipater procumbens patri ad genua supplex orabat ne de causa sua prius decerneret quàm cognosceret, sed defensionem rem integram seruaret: rex vero postquam iussit eum in medium sisti, deplorauit infelicitatē suam in procreandis talibus liberis, quodq; senecta ætate incidisset in Antipatrum. enumerauit deinde curas educationis & institutionis, quàmq; benigne suggessisset illi ex opibus quantum ipse cuperet: quibus rebus omnibus nihil se profecille quo minus capitalibus appeteretur insidiis, vt regnum quod iure & patris voluntate contingere poterat, ante tempus in impietatis præmium cederet. Mirariq; se Antipatrum quānam spe elatus in tantam peruenisset audaciam. Successorem enim principatus iam scripto testamento designatum fuisse: viuenti quoq; sibi ex æquo participem dignitatis, splendoris, potestatis. Habuisse quinquagena talenta redditus annui: Romam proficiscentem instructum fuisse ccc. talentorum viatico. Obiciebat deinde fratrum accusationem, quorum siue fontium idem accusator atque imitator, siue innoxiorum circumuentor ac parricida fuerit. Se enim nec cōperisse de eis quicquam nisi hoc indice, nec in eos statuisse nisi ex huius sententia. eam nunc per ipsum irritam quodammodo fieri, qui quasi hæres in patricidium illis succederet. Hæc dicenti lacrymæ obortæ orationē cum abruptissent, rogauit Nicolaum Damascenum amicitia & domestica consuetudine coniunctissimū, & pulchre eius negotij gnarum, vt prosequeretur quæ attineret ad examinatos conscios

scios, & ad conuincendum filium. Sed ille præueniens, causamq; suam exorsus diceret, hæc ipsa exempla paternæ beneuolentiæ pro se adducebat, nimirum pietatis suæ meritis reddita. Se enim & prospexisse solerter quid facto opus esset, & sicubi res operam suam postulasset, confecta dedisse omnia: nec æquum esse ut qui patrem eripuerit ab aliorum insidiis, ipse nunc eiusdē reus agatur criminis, & testatæ iam dudum pietatis nouam apud homines rerum imperitos maculam contrahat. Quā enim sibi fuisse causam sceleris, cum successionē designatus rex haberet magis quàm sperarer, & nemine vetante honorum esset participes? neque enim probabile esse, affectatum cum periculo quod iam pro virtute contigerat, & ob incertam spem contemptam certam infamiam, maxime cum is conatus fratribus nō successerit, quorum ipse & delator fuisset, & conuictorum de impietate punitor etiam. nec se pœnitere gestorum, quæ argumento sint quàm incorrupte parentē diligit. Quæ vero in vrbe per se acta sint, testem esse Cæsarem, cui non lecus ac numini nemo possit imponere: extarēq; eius de hoc literas, quas periniquum sit inimicorum & improborum hominū posthaberi calumniis, quibus nihil magis sit cordi, quàm regiā familiam inter se cōmittere, nactis comminiscendi orium per suam absentiam, quod se præsentē nunquā habere potuerint. Sub finem dicendi fidem abrogabat quæstionibus, per quas necessitas exprimeretur loquendi ad torquentis gratiam, & postremo se quoque torquendum offerebat nihil deprecans. His cum nonnihil moueretur concilium, miserabiliter lacrymante Antipatro & sibimet conuerberante faciē, ut vel inimicos subiret miseratio, Herodēsque ipse quantūuis dissimulans fieret mitior: Nicolaus ut rogatus fuerat accusationem à rege cœptā prosequēs, exaggerabat singula, proferebatq; testimonia, & indicia criminis collecta ex quæstioni subiectorum confessionibus. ad hæc extollebat regis de eo merita in educandis ac instituendis filiis, pro quibus tam malam reportaret gratiam. Nec tamen æque mirandam fuisse priorum temerariam stultitiam, qui rudi ætate corrupti à malis cōsiliariis naturales affectus pietatis aboleuissent, ambitionē principatus magis quàm opum cupidine. Sed Antipatri stupendam esse tam sceleratam audaciam, qui sæuior nocentissimis bestiis, à benefactoribus tamen iniuriam abstinentibus, nihil mollitus sit tanta parentis indulgentia, ne fratrum quidem calamitate deterritus quo minus crudelitatis eorū æmulior fieret. Atqui tu ipse, inquit, ô Antipater index fuisti tentati per illos facinoris, te inquirente coarguti sunt, tu in conuictos animaduertisti. nec improbamus quod eos iusta indignatione persecutus sis, immo miramur te imitatum eorū intemperantiā: & facile colligimus illa quoq; te non ad securitatē patris, sed ad fratrum fecisse perniciem, ut detestando eorum malitiam, pietatis erga communem parentem opinionem tibi quærerēs, & deinde ipse in eum sæuire posses impunitus, quod tandem facere aggressus es. Dum enim fratres fontes addicis supplicio, & parcis eorū locis, omnibus facis perspicuum bene conuenire tibi cū eis, quorum posthac uti possis in opprimendo patre opera. itaque duplicem voluptatem cepisti tuis dignam moribus: alterā palām quasi re bene gesta gloriabūdu sublati fratribus: alterā clam maiore facinore per occultas insidias conando patrem subuerrere, cuius modo vindex videri volueras. Si enim vere detestatus esses illorum malitiam, nunquā imitādā tibi proposuisses. Nimirū hoc agebas istis artibus, ut dignioribus sublati nullos haberes successionis æmulos, & tum demū fratricidio necē patris adderes, ut in occulto manerēt insidiæ, quibus oppugnasti germanorū capita, & non solum ipse meritū suppliciū effugerēs, verum etiā miserū parentē pœnæ tuæ vicariū supponerēs, inaudito ad hoc æui patricidio, & qualis nullū exemplū extat in omni hominū memoria. nō enim qualicunq; patri insidiatus es, sed amantiſsimo simul & indulgentiſsimo, iam regiæ potestatis particeps, iam successor designatus, tum præſenti fruendi voluptate ante tēpus permīssa, tum in futurum spe testamento patris confirmata. Tu verò cupiditatibus tuis nondū nō ex illius bonitate, sed ex tua malitia statuebas nō contētus societate patris indulgentiſsimi, nisi quoq; suam partē præriperēs: & cuius te seruatorē verbis præferbas, eum re vera quærebas perdere, nō ipse tantū scelestus, sed matri quoque inutrens eiusdē notā sceleris, & fratrum disturbans beneuolentiā, disidiisq; miscēs omnia:

& post hæc ausus es patrem vocare bestiam, ipse venenatissimis quibusque bestiis nocentior, proprio veneno abutens in coniunctissimos optimosq; de te meritos, muniensq; te custodibus ac variis tam virorū quā mulierum technis contra vnū senem, quasi nō tua sola scelesti mens satis esset ad explendum odium. Et nunc post torros tua causa viros & mulieres, seruos & ingenuos, post aperta cōiuratorum indicia, audes veritati cōtradicare: & qui dudum patrē sperasti è rebus humanis tollere, nunc quantum in te est conaris legē quoq; contra tui similes scriptam abolere, simulque Vari æquitatē, omnēque quanta est in rerū naturā iustitiam. an ideo mēitos dices tormentis examinatos, vt fidē abroges patris tui seruatoribus? tibi scilicet in tormentis plus credendū est. Non liberabis regem Vare à cognatorū iniuriis: nō dabis neci 10 hanc pessimā bestiam, pietatem erga genitorē simulantē in fratrū perniciē, ac deinde vt solus regnet deprehensum instruendis illi capitalibus insidiis? Scis patricidiū nō priuatū esse crimen, sed publicā vitæ ac naturæ iniuriā, quod cogitatū etiā nō minus quā perpetratū cōtaminet: imo quod qui nō punit, & ipse in naturam parentē est iniurius. Post hæc matris eius quædā adiecit, quæ illa garrulitate muliebri effutierat, confultos vates de regno, & sacris exitialibus impetiū regis caput: tum libidinosas & ebriosas Antipatri volutationes cum Pheroræ mulieribus: quæq; ad testimonia pertinerent per tormenta elicitæ, multa & varia, partim præmeditata, partim repentina necessitate expressa, atque hoc ipso certiora. Homines enim quicquid antea metu Antipatri silentio texerant, post versam eius fortunam vidētes accusationibus 20 inimicorum obnoxiam, odia in eum sua exaturabāt. Attamen non ita aliorum odiis grauabatur, vt propriis sceleribus, hostili in patrē animo, disturbata fratrū cōcordia, cōmissis inter se domesticis omnibus: vt qui nunquam nec odia iusta exerceret, nec amicitia fidē coleret, nisi quatenus sibi videretur cōmodū: idq; cum iam dudū à multis esset obseruatū, quo quisq; erat æquitatis amātor, eo grauior illi fuit aduersarius: & quā primū tutō licuit, magnis vociferationibus reum vrgebant, quicquid scirent certatim prodentes: cumq; variorum criminū proferrentur indicia, nihil tamen fingi apparebat, quod neque ad regis gratiam loquerentur, neque periculi metu silentio quicquā tegerent, sed damnarent omnes scelestos conatus Antipatri, eumq; nō tam ob patris securitatē quā suometipsum merito de medio tollendū cēserent, & traden- 30 dum supplicio: nec hi soli qui interrogabātur eum accusabant, verū etiam spontanei delatores pleriq; aderāt: ita vt licet callidissimus esset mendaciorū artifex, & frontis perfrectissimæ, tamen ne hiscere quidē cōtrā valeret. Postquā autem Nicolaus accusare eum & cōvincere destitit, tum Varus potestatē ei dicēdi pro se fecit, si quid haberet quo declararet suam innocentiam. Se enim nihil magis optare, & idem patrē quoque eius optare scire, quā ne in vllō obiecto deprehenderetur crimine. At ille pronus in faciē & supplicabundus humi iacens, Deū cōscientiæ suæ inspectorē obtestabatur, vt euidenti aliquo signo probaret alienū se ab omni culpa, nec quicquā vnquā molitum in patris perniciem. Is enim est mos malorū omnium, vt quoties nefariū aliquod facinus aggrediuntur, nihil nō sibi permittāt, nullo respectu diuini numinis. 40 cum autē suis sceleribus inciderunt in periculum, tum demum illis in mētem venit Deus, per cuius inuocationē & testimoniū volunt eripi, fingentes se cuncta illius arbitrio permittere: id quod tum quoq; Antipatro vsu euenit: qui cum antè omnia sic gessisset, quasi nullū numen interesset rebus mortaliū, imminente vltione destitutus iuris præliis, ad diuinā cōfugiebat potentiam, se in hoc diuinitus seruātū asseuerās, vt pro incolumitate patris excubias ageret. Tum Varus cum crebris interrogationibus nihil eliceret, illo Deum tantū inuocante, videns alioqui nullū fore finem, iubet proferri venenū in medium, vt quānam vi præditum sit experimento posset colligere: quod mox allatum, & ad bibendū datum cuidam damnato capitis, sine mora necauit hominem. quo facto surgens abiit è concilio, & sequenti die Antiochiam pro- 50

VII factus est, vbi plurimum solebat degere, quod illic esset Syrorum regia. Herodes verò cōfestim vinxit filiū, omnibus ignorantibus quæ nam fuissent eius cum Varo ante discessum colloquia, coniectura tamen erat cuncta regē facere ex illius sententia. coniecto deinde in carcerem, Romā Cæsari de eo significauit per literas, missis etiam

etiam qui coram eloquerentur mandata, docerentque quā scelerata sit hominis malitia. Per eosdem dies interceptæ sunt Antiphili ad Antipatrum ex Ægypto missæ literæ: quibus solutis hæc in eis scripta rex ipse cōperit. Misi ad te Acmes literas, etiā cum vitæ meæ periculo. scis enim quod si deprehenderer, infestas mihi duas potentes familias redderem. Tu dabis operam ut rem geras feliciter. Atque hoc fuit argumentum huius epistolæ: rex autē diligenter requisivit etiam alteram. ea tamen nusquam cōparebat, & seruus Antiphili negabat se attulisse vllam præterea. & cum diutius hærerent, vnus ex amicis regiis animaduersa quadā futura in interiore serui tunica (nā duabus erat indutus) suspicatus est in ea plica celatas literas: nec eum sua fefellit opinio: depromptaque est inde epistola hæc ferè continens. Acme Antipatro. Scripsi patri tuo quales iussisti literas: & adieci confictū exemplar epistolæ quasi à Salome ad dominā meam missæ: qua lecta scio quod pœnas ab ea tanquā ab insidiatrice exiget. Ea verò quam à Salome scriptā videri volebant, Antipatri commentū erat supposito Salomes nomine, ipsius arbitratu & cōmodo scripta, sed Acmes ministerio. Eadem & regi scripsit in hanc sententiam. Acme regi Herodi. Cū mihi sit curæ ne quid te lateat ad salutē tuam pertinens, inuentam Salomes epistolam contra te scriptam ad meam dominā, nō sine periculo transcripsi, & ad te misi: in qua postulabat ut sibi liceret Syllæo nubere. hanc tu lacerabis, ne quando propter eā vitæ discrimen adeam. Sed hoc cōmentū prodebant quæ ad ipsum Antipatrū scripserat, significās se voluntati eius obsecutā, & literas ad Herodē misisse, & insertū his exemplar fictitiarum Salomes literarū ad suā dominā, quæ insidias Herodi tenderet. Erat autē hæc Acme Iudæa genere, agens in ancillatu Iuliæ vxoris Cæsaris, operamque hanc Antipatro magna pecunia vendiderat, qua contra amitam simul & patrē vteretur. Cæterū Herodes cognita hinc filij malitia, minimū absuit quin illū euestigio tolleretur, ut cōcitatorem turbelarū omniū, qui nō solum suam & sororis salutē in periculū adduxisset, sed disciplinā etiā corrupisset domus Cæsaris. eodē incitabat eum & Salome, pectus plangēs, & mori nō recusans, si vllū extaret violatæ à se fidei argumētū idoneū. Rex autē accersito filio iubet illū cū fiducia promere, si quid haberet quod pro se afferre posset. Qui cū ad hæc ne hiscere quidē valeret, rogatus ut quādo medius teneretur deprehensus in maleficio saltē socios sceleris proderet, omnē culpā cōferebat in Antiphilum, aliū præterea nominabat neminē. ibi Herodes vehemēti dolore animi saucius cogitauit eum Romam mittere, ut apud Cæsaris tribunal parricidij causam diceret. Deinde veritus ne amicorum ope eriperetur periculo, ipsum quidem in vinculis ut antē retinuit: legatos autem & literas accusatrices misit ad Cæsarem, simul indicans adiutum eum Acmes opera, epistolarum quoque adiunctis exemplaribus.

Herodis morbus, & Iudæorum seditio.

Cap. VIII.

INTEREA dum legati instructi mandatis ac literis Romā properant, rex VIII morbo correptus testamentum condidit, successionem regni relinquens natorum minimo, exasperatus in Archelaum & Philippum calūniis Antipatri: Cæsariq; legauit mille talenta, & vxori Iuliæ liberisq; eius & amicis atq; libertis talenta quingēta. Suis quoq; filiis distribuit pecunias & agros ac redditus, similiter etiam nepotibus. Salomes etiam ratio est habita, quam propter perpetuam & inconcussam beneuolentiam ditauit egregie. Desperata deinde salute, quod iam ad septuagesimū ætatis annū accederet, mirum in modū efferatus est, iræ impatiens & amarulentus in rebus omnibus. in causā erat opinio cōtemptus, quodq; existimaret gentē lætari suis infortuniis: quam opinionem confirmauit quorundam apud populum gratiosorū seditio, mota ex causā tali. Iudas Sariphæi filius & Matthias Margalothi doctissimi erant Iudæorum, & interpretes patriæ legis præstantissimi, ob idq; cari populo quod iuuentutem disciplinis instituerent. totis enim diebus eis dabant operā quotquot cupiebāt in virtute proficere. Hi postquā cognouerūt morbum regis esse incurabile, cōcitauerunt iuuentutem, ut sublatis operibus quæ rex præter patriā consuetudinem fecerat, propugnatores pietatis se ostenderent, debitum inde expectantes præmiū. Nam hanc esse regi causam cū calamitatum domesticarum tum postremo præsentis morbi, videlicet quod contemptis legibus multa nouare ausus sit.

nam

nam hac parte multis in rebus pietatem regis hi doctores desiderabant. Inter cætera supra maiorem portam templi dedicauerat donum preciosum, aquilam auream magni ponderis, cum lex nostros homines vetet imagines statuere, aut consecrare animantium effigies. quamobrem doctores hi autores erant suis discipulis, ut aquilam illam detraherent. Et si enim res videatur non carere periculo, tamen etiam iucundæ vitæ præponendum esse honestum obitum, si contemnatur propter tuendas leges patrias, quandoquidē sempiterna fama nullo seculo passura sit gloriam eorum intermori. & alioquin ignavos iuxta ac fortes eundem manere interitum: proinde recte facturos virtutis cultores, si ex cōmuni necessitate honorē sibi decerperent, & cū hoc solatio ē præsentī vita discederēt. magnum enim leuamen esse honestis conatibus immori, ¹⁰ & periculi non contēnendū præmium, laudem transmissam ad nepotes ac posteros, cuius in partē tota cognatio tam viri quā fœminæ veniant, quo quid esse possit optabilius? Hac exhortatione accensis iuuenibus rumor superuenit extinctū regem nunciāns, & propensos iam ad facinus perpulit. itaq; claro meridie ascendentes detractā aquilā conciderunt securibus, inspectante cōgregata in templū multitudo. Quod ut renunciatum cognouit dux regius, maiore aliquā conspirationē metuens, occurrit eō cum valida suorum manu cohibiturus demolitores aquilæ: & irruens in vulgū rudem & imparatū ac conglobatum temerē, facile reliquis disiectis & cedētibus circiter XL. iuuenes resistere ausos comprehendit, cūque his autores facinoris Iudā & Matthiam turpe putantes cedere; omnesq; ad regem perduxit. Quo rogante quo ²⁰ freti, ausi sint sacratam imaginem demere, aiunt se & deliberaſſe id multo antea, & deliberatum executos, ut fortes viros decuit. Nam & honori diuino, inquit, succurrimus, & legē cuius discipuli sumus vindicauimus. Nec est quod mireris si tuis decretis leges præponimus, quas nobis Moyses autore & doctore Deo pertulit: nec recusamus mortē ac supplicium quodcunque nobis intuleris, conscij nos non ob maleficium sed pietatis causā hęc perpeti. Hęc illi non minore animo quā verbis præferentes fortitudinem, æque tum ad constanter patiendum alacres, atque antē ad fortiter agendum fuerant. Eos rex vinctos misit Hierichuntē: mōxq; accitis Iudæorum primoribus in concionem eorum lectica ob imbecillitatē delatus, cœpit commemorare labores suos exhaustos pro republica, tum instauratum templum impendiis in- ³⁰ gentibus, quale opus per cxxxv. annos nemo Asamonæorum regum ad honorem Dei valuisset perficere. nec extructum id tantum à se, verum etiam ornatum votiuis muneribus ac donariis templo dignissimis. ob hęc facta sperasse se vel post obitum sempiternam, & memoriam, & gloriam. nunc pro nefas viuo etiā ac superstiti pro beneficiis reponi iniuriā: & medio die inspectante multitudo sua dona sacrata violari ac detrahi: quæ iniuria licet in ipsum intentata, re tamen vera ad Deum magis pertineat, cuius sacra cōpilata sint. Tum honoratiores quique veriti crudelitātē eius, ne forte efferatus in se quoque grauius animaduerneret, negauerūt hęc facta ex ipsorum sentētia, viderique sibi, admissam esse rem dignam supplicio. Ille in cæteros mitior, Matthiæ pontifici ademit sacerdotiū, quasi non alieno ab hoc cōsilio, eiūque suc- ⁴⁰ cessorem dedit fratrē vxoris suæ Ioazarum. Huius Matthiæ pontificatu accidit etiam alium pontificem ad vnam diem substitui, qua Iudæi populariter ieiunium celebrāt. Nam Matthias ea nocte quæ præcedebat diem ieiunij, visus est sibi per somnum cum vxore congredi: & cū ob hoc ad rem diuinam faciendam non esset idoneus, Iosephus Ellemi filius adiutor vicarius propter cognationem ei datus est. Cæterum Herodes post mulctatum Matthiam sacerdotio, alterum Matthiam seditionis autorem

IX. eiūque socios viuos exulsit: in quam noctem etiam defectus lunæ incidit. Regi verò morbus factus est grauior, pœnam impietatis exigente numine. lento enim calore torrebatur, qui non tam externo tactu deprehenderetur, quā intus popularetur viscera. aderat & vehemens voracitas, cui necesse esset continuo cibos suggere: ⁵⁰ simulque vexabatur intestinorum exulceratione & colicis passionibus. pedes tumebant phlegmate humido & pellucido, similiterque inguina. ipsa quoque verenda putrefacta scatebant vermiculis, accedente fœda nec minus molesta tentigine, non sine fœtore grauissimo. super hęc omnia neruorum contractione laborabat & difficultate

cultate anhelitus. Quamobrem constans erat inter viros diuinos & fatidicos opinio, regem lætæ tot modis pietatis Deo pœnas expendere. Qui tamen si grauius affligeretur, quàm vt videretur posse morbo perferendo sufficere, tamen euasurum se sperabat, accersendis medicis intentus & medicamentis conquirendis vndique. protectus etiam vltra Iordanē fluuium, calidis aquis se fouebat apud Calliroen, quæ præter vim medicam potu quoque iucundæ sunt. Hæ aquæ in lacum bituminis feracem effluunt, ibi de medicorum consilio immissus, fouendus in refertum oleo solium, visus est illis iam agere animam. quare exorta comploratione familiarium excitatus & ad se reuersus, nullamque amplius salutis spem superesse intelligens, donatium militibus quinquagenas drachmas iussit distribui: magna deinde liberalitate vsus in duces atque amicos, rursus Hierichuntem reuersus est: vbi atra bile prægrauante eò immanitatis prolapsus est, vt facinus animo conciperet longe atrocissimum. Nam cum è tota ditione nobiliores Iudæorum ad eum conuenissent, euocati minaci edicto pœnam capitis intentante non parentibus, insensus ex æquo siue fontibus seu innoxiiis, vniuersos conclusit in circo: accita deinde Salome sorore maritoque eius Alexa, ait instare sibi terminum vitæ, succumbenti tantis doloribus: quod quidē ferendum esse, quando iuxta communem mortalium sortem accidat. illud permolestum esse, si carendum sit extremo honore luctus, qui debeatur regibus. non enim ignotam sibi esse Iudæorum mentem, quòd optatam suam mortem lætis accepturi sint animis, quadoquidem vel à viuente etiam tum non abstinuissent contumelias. sed illorum esse officij, leuamen aliquod præsentis huius doloris decernere. nam si assensum consilio suo præbeant, fore suum funus longe quàm aliorum regum honoratius, & manibus suis gratius, omnibus per totam ditionem non fictæ lugentibus. Ergo quàmprimum viderint se exhalasse animam, debere eos clausam Circo nobilium multitudinem cingere militibus, ignorantibus etiam tum suum obitum, non prius vulgandum quàm mandatum executi sint, iubere deinde vt circumuentos vnà omnes iaculis configerent. Quibus hoc modo cæsis duplicem se eis habiturum gratiam, vel quòd mandatorum fuerint memores, vel quòd obitum suum publico luctu honorauerint. Hæc ille cum lacrymis lamentabundus cognatos per mutuam fidem ac beneuolentiam perque omnia sacra obtestabatur, ne se extremo hoc honore fraudatum vellent, eis cōtra pollicentibus duros se operam vt cuncta iuxta ipsius mandatum fierent. Nunc sane etiam si quis præteritam eius in cognatos sæuitiam tribuere vellet pro incolumitate & securitate sollicitudini, ex hac certe nouissima eius voluntate deprehendere potest, quā inhumano animo præditus fuerit: quandoquidem iam iam è vita discessurus curabat vt ex singulis familiis vno aliquo sublato, totam gentem in luctum & carissimorum desiderium coniceret, nec lēsus à quoquam eorum, nec valens eis quicquam obicere: cum hi quibus vllum est virtutis studium, etiam inimicis tali suo tempore odia remittere soleant.

Antipatri exitium.

Cap. IX.

40 **I**N hæc mandata cognatis dat, superuenerunt à Roma literæ, à legatis missis ad Cæsarem: quarum summa erat, Acmen ab irato Cæsare occisam esse, propter locatam Antipatro operam: ipsumque Antipatrum relinqui arbitrio & regis & patris: siue in exiliū vellet eum pellere, siue capite plectere. His auditis Herodes paululum recreatus est voluptate nuncij pœnæ Acmes, & permissæ sibi potestatis libere statuendi de filio: mox repetitus graui dolore, cibi tamen avidus, malum simul & cultellum poposcit. Solebat enim & antea per se repurgatum paulatim incidendo comedere. tunc verò circumspiciebat, ferire seipsum cupiens: perpetrassetque facinus, ni Achiabus nepos ietum præueniens, clamore sublato cohibuisset eius dexterā: moxque denuo luctus cum trepidatione ac tumultu occupauit palatium, quasi rege iam agente animā. quem strepitum vbi persensit Antipater, ratus patrē vere vitam finisse, se em concepit fore vt solutus vinculis sine difficultate regnum acciperet: cœpitque cum custode carceris de missione agere, multa & in præsens & in futurū post acquisitam potestatem pollicens, ille verò adeo non paruit, vt mox conatus eius regi renunciaret,

I vtq;

utq; sollicitatus ab eo ostentato præmio. Tum Herodes qui iam antè male affectus erat erga filium, postquam audiuit custodē carceris, exclamans præ indignatione, & caput sibimet verberans, quamvis morti proximus erexit se in cubitū, iussitque vnum è satellitio sine mora eum occidere, & corpus obscuro funere cōdi in castello Hyrcanio.

Herodis mors, testamentum & funeratio.

Cap. X.



INDE mutata voluntate mutauit etiam testamentum, Antipam enim quem prioribus tabulis regni successorem destinauerat, Galilææ simul ac Perææ tetrarcham constituit. regnum verò Archelao largitus, Trachoniticam, Gauloniticam, Bataneam, & Paneada regiones tetrarchiæ nomine assignauit Philippo filio, germano fratri Archelai. Iamniā autem, Azotum & Phasac- 10 lida Salomæ sorori suæ attribuit, & argenti signati quingenta millia, habita est & cæterorum cognatorum ratio, abundeq; prospectum singulis legenda pecunia & redditibus annuis. Cæsari quoq; legauit argenti signati centies centena millia, præterque sua vasa tam aurea quàm argentea, magnūque vestis præiosæ numerum. Iulix autem Cæsaris vxori, & quibusdam amicis quinquagies cetera millia. His ita ordinatis quinta die postquam Antipatrum filium occidit, vita defunctus est post detrusum regno Antigonnū anno trigesimo quarto, ex quo autē à Romanis rex declaratus est, anno xxxvii. vir in omnes ex æquo læuus, iræ seruus, iuris dominus: fortuna autem propitia vsus, si quis alius. ex priuatis enim natus regnum assecutus est, & innumeris circumdatus periculis semper euasit feliciter, vixitq; longissimo tempore. quantum autem ad dome- 20 sticos & filios attinet, hic quoque felix fuit sua sententia, oppressis inimicis & aduersariis, sed infelicissimus meo iudicio. Cæterum Salome & Alexas priusquam regis mors innotesceret, in circo clauſos domum suam quemque dimiserunt, dicentes ipsum ita iubere, vt in agros digressi curarent suametipſorum negotia: atque hoc pacto magno

X I. beneficio vniuersam gentem sibi deuinxerunt. Indicata deinde regis morte, congregatæque in Hierichuntinum amphitheatrum omni militia, primum legerunt licentias eius scriptas ad milites, in quibus gratias eis agebat pro fide ac benèuolentia, rogabatque vt eandem seruarent & Archelao filio, quem regni successorem sibi substitueret. Deinde Ptolemæus, cui anulus regis signatorius creditus fuerat, testamentum perlegit, quod non aliàs ratum habendū esset, quàm accedente consensu Cæsaris. Moxq; 30 acclamatum est regi Archelao, & milites cateruatim vnā cum suis ducibus pollicebantur eandem quam patri hætenus præstitissent fidem atque operam, lætis ominationibus Deum illi fautorem comprecantes. Post hæc funus parabatur regi, Archelao curante vt exequiæ patri fierent quàm splendidissimæ, & omnē ornatum proferente vt in pompa comitaretur mortuum. Ferebatur autem in lectica aurea, distincta variis gemmis preciosis, & instrata purpura: corpus quoque amictum erat purpura, imposito capiti diademate, & desuper corona aurea, sceptróque in manu dextera. lecticam stipabant filij & cognatorum numerus. Hos sequebantur milites distributi per nationum genera: primum satellites, deinde Thraces, post hos Germani, & deinceps Gal- 40 li, omnes instructi velut ad præliū: reliqua deinde exercitus multitudo armata sub suis ducibus ac centurionibus. hos sequebantur quingenti famuli, ferentes aromata. ea pompa processit Herodium vsque per octo stadia, vbi quemadmodum antè mandauerat sepultus est. Et Herodes quidem sic defunctus est. Archelaus autem per septem dies iuxta patriam legem luctu parentis celebrato, & in fine luctus funebri epulo multitudini præbito, in templum ascendit: & quacunq; transiret excipiebatur gratulationibus ac faustis acclamationibus. Tum consensu suggesto sublimis in aureo folio residens, accipiebat lætus gratulatrices voces fauoris indices, & ipse vicissim omni comitate respondebat multitudini, agebatque grates quòd obliti patris sui duriciæ, nihilo deterius erga ipsum affecti essent, pollicebaturq; parem pro eorum studiis gratiam. adhuc tamen abstinere se à regis nomine, quod ab autoritate & assensu Cæsaris pen- 50 deat, penes quem sit testamenti à patre scripti confirmatio. quamobrem ne ab exercitu quidem apud Hierichuntum ultro offerente ambitiosum diadematis honorem se accipere voluisse, cū nondum constaret de legitimi collatoris animo. cæterum quàm primum constabilitus esset in imperio, curæ sibi fore vt benèuolentia omnium videatur

videatur dignissimus: daturumque operam, vt per omnia patre suo sit illis commodior. Illi verò, sicut vulgus solet, rati primis diebus aperiri mentem huiusmodi potestates ineuntium, quo mansuetius & officiosius eos colloquebatur Archelaus, eo maioribus eum ferebant laudibus, poscebantque sibi ab illo beneficia: quidam vt leuius annum tributum penderent: alij solutos dimitti quos Herodes non paucos vinxerat, & in his plerosque diu in carcere detinuerat: nonnulli vestigialium immunitatem, quibus grauabatur forum rerum venalium, magnis flagitabant vociferationibus. Horum nihil ille negabat, hoc agens vt conciliaret sibi multitudinis animos, non leue in eo momentum rerum suarum situm existimans, postremo re diuina peracta conuiuium cum amicis iniit.

Populus seditionem mouit contra Archelaum.

Cap. XI.



INTEREA Iudæorum quidam nouarum rerum cupidi per conuenticula XII. deflebant Matthiam & socios quos Herodes affecerat supplicio. Hi quoniam metu coerciti non ausi fuerant luctu honorare aquilæ aureæ violatores recens neci traditos, tunc cum clamoribus, & ciulatu in defunctum regem iactabant conuitia, quasi in mortuorum solatium: congregatique in vnum, in vindictam eorum ab Archelao deposcebant ad pœnam quosdam ex his qui cari Herodi fuerant, & ante omnia postulabant sacerdotium abrogari creato ab illo pontifici, & subrogari hoc honore digniorem alium. Archelaus autem licet importunitatē eorum indigne ferret, compescere tamen placide conabatur, quod pararet profectio-
nem ad Cæsarem, vt sententiam Cæsaris cognosceret. Itaque misso ad eos magistro militum, per eum hortatus est, vt omisso vindictæ studio, considerarent legibus pœnas dedisse quorum moleste ferrent interitum: ad hæc postulata eorum non carere iniuria, & tempus hoc alia consilia poscere, opusque esse concordia, donec ad ipsos reuerteretur confirmatus rex assensu Cæsaris. tum demum dispiciendum super his rebus, & statuendum de communi sententia: interim quiescerent ne seditionis crimen incurrerent. Hæc mandata exponenti reclamatum est strenue, periculum intentantibus quicumque conaretur verbis eos ad sanio-rem mentem reducere: quod plus suæ voluntati tribuerent, quàm auctoritati præsentium: & indignum ducerent, si amicorū quos
vivo Herode amiserant, ne mortuo quidē illo impetraretur ultio. adeo enim concitati erant, vt id tantum ius & fas putarent, quod ipsis voluptatem allaturum videbatur, ne sui quidem periculi memores, dum inimicos lædere cupiunt. & cum multi ad eos à rege mitterentur, qui partim ipsius nomine, partim ex sua persona verbis sedarent turbidos, neminem audire sustinebant, sed ad maiorem iram accendebantur, aufuri aliquid si maior accessisset numerus. Cūque festum instaret quo patrium Iudæis est vesci non fermentatis panibus (Pascha vocant, monumentum veteris ex Ægypto effugij, quo summa alacritate maiorem solito populus maculat victimarum numerum, & infinita turba, nonnullique etiam extra regionis terminos habitantes confluunt religionis gratia) seditioni deploratores legis doctorū Iudæ ac Matthiæ conglobati in templo permanebant, non deficiente victu quem illos non pudebat mendicato quærere.
Tum Archelaus veritus ne ad grauius aliquid eorum insolentia procederet, mittit tribunum cum cohorte, qui compescerent homines, priusquam cætera turba huius furoris inficeretur contagio. & si quorum emer-neret in concienda seditione ferocia, illos vt ad se adducerent. In hos turbatores illi clamoribus & hortatibus plebem exasperauerunt, & ferientes saxis plerosque occiderunt: tribunus cum paucis effugerunt saucij, quo perpetrato rursus sacris operati sunt. Archelaus porro de rerum summa periclitari sibi visus est, ni plebis impetum illum retunderet, itaque totum exercitum in eos immittit, simulque equites, qui & aduenas prohiberent occupantibus templum succurrere, & quotquot ex eis peditum euassissent, iam in tuto se existimantes ferro exciperent. ab his equitibus ad tria millia virorum cæsa sunt, reliqui fuga se in proximos montes receperunt. Archelaus autem per præconem edixit, vt omnes in sua discederent. illi metus grauioris mali festiuitate relicta abierunt, quamuis audaces & sine disciplina homines. Tum Archelaus ad mare descendit vnà cum matre sua, ducens secum Nicolaum & Ptolemæum, multosque ex amicis alios, & familia & regno com-

missis Philippi fratri sui fidei. Simul etiam profecta est Salome Herodis soror, dicens secum suam progeniem. alij quoque ex cognatis sequebantur multi, quasi collaboraturi pro paranda regia dignitate Archelao, re autem vera obnixuri ei potius, & præcipue perpetratū in templo facinus incusaturi. Cum hoc comitatu eunti occurrit apud Cæsaream Sabinus procurator Cæsaris in Syria, in Iudæam properas ad asseruandam Herodis pecuniam, quem Varus commodum interueniens retinuit: aderat enim ab Archelao accersitus per Ptolemæum. ita ille in præsidis gratiam neque arces occupauit in Iudæa, neque thesauros obsignauit regios, omnia relinquens in potestate Archelai, tantisper donec Cæsar de his aliquid statueret: & hæc pollicitus mansit Cæsareæ. **XIIII.** Sed postquam alter Romam nauigauit, alter versus Antiochiam profectus est, ¹⁰ ipse Hierosolyina petiit, & occupauit regiam. accitis deinde præfectis artium, & regiis procuratoribus, rationes reposcebat ab eis & arces sibi committi postulabat. Præfecti tamen non discesserunt à mandatis Archelai, sed omnia seruabant in ipsius aduentum integra, prætexentes ea se seruare Cæsari. Eodem tempore etiam Antipas Herodis filius Romam nauigat, parandi sibi regni spe, ad quam excitatus erat per Salomen, quasi Archelao præferendus, eo quod prioribus testamenti tabulis successor regni destinatus fuerit, quæ validiores deberent esse quàm illæ scriptæ posterius. Ducebat autem secum matrem suam, & fratrem Nicolai Ptolemæum, inter amicos olim Herodis præcipuum, & tunc suis fauētem partibus: sed maxime illum ad affectandum regnum mouit Irenæus orator, vir eloquens, & diu versatus in regiis negotiis. quapropter sua- ²⁰ dentibus quibusdam ut fratri cederet natu grandiori, & hæredi regni scripto in testamenti paterni tabulis, noluit parere huic consilio. qui postquam Romam peruenit, omnes cognati ad eum defecerunt, non tam ipsius amore, quàm Archelai odio, libertatem maxime cupientes, & degere sub Romano præside: quod si parum succederet, commodiorem sperantes Antipam quàm Archelaum, studebant illis partibus. quin & Sabinus scripsit Cæsari literas, in quibus accusabatur Archelaus. at ille per Ptolemæum Cæsari libellum obtulit, continentem ius suum & testamentum patris, simulque rationes pecuniarum Herodis obsignatas cum ipso anulo, atque ita euentum expectabat. qui perlectis his omnibus, Varique ac Sabini literis, tum quantum pecuniarum esset ac annuorum reddituum, præterea quæ Antipas sibi regnum vindicans scripserat, ³⁰ amicos in consilium aduocat, & in his Caium Agrippæ & Iuliæ filiæ suæ filium, iam à se adoptatum, primum ei locum in consistorio tribuens: moxque potestatem facit dicere volentibus de præsentis negotio. Ibi tum primus exoritur Antipater Salomes filius, vir facundissimus & insensibilis Archelao, dicens eum per ludibrium nunc de regno agere, cuius potestatem iamdudum inuasisset non expectato assensu Cæsaris, dum festo die tam multos interimeret: qui etiam si essent hanc pœnam promeriti, eius tamen exigendæ ius seruandum fuisse potestati legitimæ, non ipsi usurpandum, siue regi cum iniuria Cæsaris, cuius cōtempnisset suffragium, siue priuato, quod peius esset etiam, quare immerito nunc eum ab ipso hunc sperare calculum, quem iam quantum in se fuit, ferēdi eius iure priuauerit. Ad hæc obiciebat ei mutatos autoritate propria ⁴⁰ quosdam duces militiæ: quodque sedisset in regio solio, & tanquam rex quasdam causas determinasset, annuissetque postulatis populi, denique nihil non fecisset quod per Cæsarem confirmatus posset facere. ab illo quoque dimissos aiebat eos, qui in circo inclusi fuerant: multaque afferebat alia, partim vera, partim verisimilia propter iuuenilem ambitionem hominis recens euecti ad tantum potestatis fastigium. præterea neglectum patris luctum, & comestationes insequenti mox post eius obitum nocte celebratas: qua indignitate motum ad seditionem populum, videntem pro tantis beneficiis mortuo patri talem ab eo referri gratiam, ut interdum tanquam personatus lacrymas fingeret, per singulas autem noctes deliciis frueretur regiis. qui cum tam prauo ingenio sit præditus, nihilo gratiorem fore erga Cæsarem, si ab eo regnum acceperit, ⁵⁰ quàm hætenus fuisset erga parētem amantiissimum. Cantu enim se oblectare & choreis tanquam in morte inimici non patris, haudquaquam abesse ab immani scelere. nunc venire ad Cæsarem, ut annutu eius regnum accipiat, cum iam antè non aliter se gessisset, quàm si constabilis rex fuisset autoritate ipsius. maxime autem exaggerabatur

batur in sacro loco perpetrata cædes impia, idque die festo, quando tam hospites
 quàm indigenæ victimarum more mactati sint, & fanum refertum cadaueribus, non
 ab externo quopiam, sed ab eo qui legitimam regis appellationem prætexeret, quo
 facilius tyrannicum suum ingenium expleret exercendis passim in omnes iniuriis.
 Quare ne per somnum quidem vnquam patrem dum sanus esset, de hoc sibi post obi-
 tum substituendo principe cogitasse, vt cuius mores haberet cognitos: imò in potiori-
 bus tabulis eius aduersarium successorem destinatum Antipam. hunc enim à patre ad
 regnum vocatum non animo ante corpus præmortuo, sed integris etiam tum & ra-
 tionis & corporis viribus. Imò etiamsi iam tum tale de Archelao fuisset patris iudi-
 cium, quale in posterioribus tabulis, ipsum tamen iam satis declarasse qualisnam rex
 futurus sit, qui auctoritatem Cæsaris in confirmando regno contempserit, & priuatus
 adhuc ciues in templo iugulare non dubitauerit. His dictis Antipater, & ad faciendam
 verbis suis fidem plurimis ex ipsius cognatione testibus adhibitis, finem orationi im-
 posuit. Tum Nicolaus contrà afferebat pro Archelao, cædem illam circa templum
 commissam ipsorum improbitati imputandam, qui non prius à tumultuando destite-
 rint, quàm ille coactus sit eos vi compescere: hoc magis culpabiles, quòd non solum
 malitiam suam exercuissent, verùm aliis etiam necessitatem fecissent audendi tale fa-
 cinus. Insolentia enim eorum in speciem quidem infestatum Archelaum, sed re vera
 contumaciam hanc ad ipsius Cæsaris pertinuisse iniuriam. missos enim ab eo, qui tu-
 multuantes sedarent, facto ab ipsis impetu contra ius & fas necatos, nulla festi reue-
 rentia: quibus patrocinari non pudere Antipatrum, sine æquitatis respectu, dum mo-
 do odio quo prosequatur Archelaum morem gereret. eorum igitur esse culpam, qui
 priores iniuria non abstinerint, & aliorum arma ad defensionem sumpta in se prori-
 tauerint. Cætera quoque de quibus Archelaum accusauerant, in eos ipsos accusatores
 referebat, dicens nihil horum nisi ex illorum sententia gestum, nec ea tam iniusta esse,
 quàm ipsi videri velint, dum per hoc aliquid Archelao noceât. Tantam illis inesse cu-
 pidinem lædendi cognatum hominem, cum de patre bene meritum, tum ipsos omni-
 bus semper persecutum officiis. Testamentum certe à rege mentis compote esse
 scriptum, & posteriores semper potiores esse tabulas, has verò tanto magis, quòd Cæ-
 sari rerum domino auctoritatem confirmandi relinquant. Nec Cæsarem iniquitatem
 istorum imitaturum, qui cum maximis ab Herode viuo affecti sint beneficiis, nunc
 extremam eius voluntatem violare conentur: quin potius viri amici ac socij, & omnia
 fidei suæ permittentis, testamentum ratum habiturum. multum enim interesse debe-
 re inter horum malitiam, & Cæsaris virtutem atque fidem toti orbi cognitam. qua-
 propter non iudicaturum parum sanæ mentis decretum eius, qui probo filio succe-
 sionem reliquerit, & insuper ad ipsius fidem confugerit: quandoquidem verisimile
 non sit in deligendo successore errasse, qui tam prudenter sententiæ Cæsaris subiecif-
 set omnia. In hunc modum Nicolaus quoque dicendi finem fecit. Tum Cæsar Ar-
 chelaum ad genua sibi accidentem erexit humanissime, dignum esse regno pronun-
 cians: præ se ferens nihil se facturum, nisi testamento præscriptum & Archelao ipsi
 commodum: vidensq; hac promissione confirmatum in spe iuuenem, nihil tum am-
 plius super ea re statuit. Et dimisso concilio solus secum dispiciebat, vninc regnum
 ratum faceret, an commune sineret Herodis generi, præsertim cum omnes eius ope
 indigeant.

Seditio Iudeorum contra Sabinum, & quomodo Varus autores eius punijt.

Caput

X I I.

50 **S**ED priusquam quicquam certi de hac re determinatum sit, Marthace
 Archelai mater morbo vitam finiit, & à Varo Syriæ præside venerunt lite-
 ræ defectionem Iudeorum significantes. Nam discessum inde Archelai
 sequuti sunt magni in ea gente tumultus: ad quos compescendos cum
 Varus venisset, autoribus eius motus affectis supplicio, & maxima ex parte seditione
 compressa, reuertens Antiochiam, legionem vnā reliquit Hierosolymis, vt Iudeis
 nouandarum rerum facultatem præriperet. nec tamen quicquam hac ratione profe-
 cit. Quàmprimum enim Varus abiit, Sabinus Cæsaris procurator ibi subsistens ve-

I 3

habat

xabat Iudæos, fretus relictis illic copiis, & parem se iam putans populo. nam armatis multis satellitibus, contra Iudæos his utebatur, molestans eos, & ad defectionem irritans: ut qui & arces occupare conaretur, & violentas pecuniæ regię scrutationes faceret, privati lucri & prædæ cupidine. Igitur instante pentecoste, sicut nos vocamus celebritatem quandam patriam, confluerunt vndique multa millia non solum religionis gratia, verumetiam indigne ferentes Sabini intemperias, nec tantum ex Iudæa grauius offensâ, sed è Galilæa quoque ac Idumæa, tum à Hierichunte, & trans Iordanem sitis oppidis, omnes cupientes pœnas à Sabino expetere. partitque trifariam hoc modo castra faciunt. pars vna circum occupat, reliquarum duarum altera templum à Septentrionali & Orientali regione circumfidet. ab Occidentali altera 10 quâ sita erat domus regia. Ita inclusos vndique Romanos oppugnare etiam parabant. Tum Sabinus territus audacia hominum, quibus decretum esset aut mori, aut vincere, statim ad Varum misit literas, hortans ut properet, relictâque legionem præsentî periculo eripiat, alioqui breui contrucidandam, ipse conscensâ castelli turre celsissîma, quæ in honorem Herodis fratris à Parthis extincti Phasaelus appellabatur, manu Romanis innuebat ut in Iudæos eruptionem facerent: & cum ne amicis quidem se auderet committere, postulabat ut alij propter eius auaritiam mortis periculo se obicerent. qui postquam progredi ausi sunt, conflictus fuit acerrimus. & quamuis strenue milites rem gererent, non tamen frangebantur Iudæorum animi, licet multis cadentibus: sed circumducta suorum parte ascenderunt porticus, quæ 20 erant in extimo templi ambitu: vnde in aduersarios pugnantes vel mittebant, vel fundis intorquebant lapides, non tantum adiutores suorum, sed spectatores etiam totius prælij. quin & sagittarij è superiore loco impetebant expositos ictibus, nec valentes contrâ missilibus ad se perungere, eoque facilius vincebant. atque hæc pugnae conditio diu durauit. deinde Romani indignitate rei moti, ignem clam subiiciunt porticibus: qui multis accendentibus & fomenta aggerentibus breui ad tectum emicuit: eius materies quod esset pice ac cera obinaurationem peruncta, facile correpta est incendio, quo lacunaria illa preciosa & magnifica absumpta sunt, & quotquot illuc ascenderant improuiso perierunt exitio. pars enim cum tecto ruente vnâ præcipitati sunt, pars à circumstantibus telis confixi: nonnulli desperatione salutis 30 & vi mali attoniti, aut in flammâ sese dederunt, aut suismet gladiis confecti sunt. quod si aliqui refugientes quâ ascenderant in tutum se recipere volebant, hos omnes Romani contrucidauerunt, quod inermibus nihil prodesset ferocia, ita ut ne vnus quidem ex his qui tectum ascenderant incolumis euaderet. Tum Romani qua se incendium remisit alij ab aliis protrusi, penetrauerunt ad sacræ pecuniæ conditorium, cuius bona pars furto militum disperiit, ad Sabinum autem propalam quadringenta talenta ex ea præda relata sunt. Iudæi verò duplici calamitate affecti sunt, desideratis in ea pugna carorum amicorum plurimis, & insuper spoliato sacrario. facto tam en globo è pugnacissimis circumdederunt regiam, incensuros se eam & omnes intus occisuros minitantes, nisi quamprimum discederent: quod si mox 40 abirent, impunitatem Sabino vnâ cum suis pollicentes: pro quibus etiam aulicorum maxima pars stabat. Rufus quoque & Gratus, qui sub se habebant tria millia bellicosissimorum & strenuissimorum virorum ex Herodis exercitu, in partes Romanorum se transtulerunt: simulque equitatus Ruffo duci parebat, non mediocris sanè ad rem Romanam accessio. Interim Iudæi nihilo segnius instabant oppugnationi, muros suffodientes cuniculis, & aduersarios hortantes ut abirent, nè diutius vindicantibus se in libertatem à maioribus acceptam obsisterent. At Sabinus libenter quidem inde abduxisset milites, sed fidem promissis habere non poterat, propter ea quæ perpetrauerat, nimiam etiam æquitatem hostium suspectam habebat, & expectabat à Varo subsidium. In hoc rerum statu etiam alibi per 50 Iudæam diuersis in locis innumeri tumultus exoriebantur, ut quemque aut lucri aut vindictæ concitabat cupiditas. Duo enim virorum millia, qui aliquando sub Herode meruerant, tunc verò dimissi domi agebant, in vnum collecti bello impetebant regios, resistentes sibi ductu nepotis Herodis Achiabi: qui nusquam æquo loco eos sustinere

sustinere ausus ut veteranos & bellandi peritissimos, tuebatur se & sua quantum poterat asperitatibus accessu difficilibus. Quin & Iudas Ezechie latronum ductoris olim per Herodem magno labore expugnati filius, apud Sephorim urbem Galilaeae collecta circa se hominum desperatorum manu incurabat regis ditionem: & potitus eius armamentario, armatisque inde suis ad vnum omnibus, pecuniam quoque regiam in illis locis occupauit: iamque formidandus accolis spoliabat in quoscunque incideret, aspirans ad regnum, affectansque hoc fastigium non bonis artibus quarum imperitus erat, sed nocendi licentia. Dum ita ubique turbatur, etiam Simon Herodis regis seruus, vir alioqui & forma & statura & robore egregius in primis habitus, ausus est diadema sumere: stipatusque numerosis copiis, & rex consalutatus ab insana multitudine, placebat sibi praeter quouis alio, auspicatus potestatem diripienda ac incedenda Hierichuntina regia: passimque crematis aliis regis palatiis, & praeda concessa suae factionis hominibus, maiora etiam ausurus videbatur, ni mature occursum fuisset. nam Gratus regiorum militum dux, tum Romanorum partes fouens, suas copias contra Simonem duxit: ubi post acerrimum conflictum transamnani homines incompoti, & ferociter magis quam perite pugnantes deleti sunt. ipsum Simonem per angustas quasdam fauces fugientem Gratus assecutus obtruncauit. Apud Amatha quoque Iordani flumini apposita palatium regium incensum est a quadam hominum colluue, qualis & circa Simonem fuerat. Tantis tum furor per totam gentem grassabatur, eo quod proprium regem non haberet, qui multitudinem bonis rationibus contineret in officio: qui vero externi ad castigandos seditiosos venerant, malum potius exacerbarent, graues superbia simul & avaritia. Quandoquidem & Athronges, vir nec maioribus claris prognatus, nec virtute aut opibus subnixus, sed pastor haecenus obscurissimus, vasto tantum corpore & manuum robore insignis, attentauit dignitatem regiam, paratus animae periculo depasci nocendi licentiam. huic erant quatuor fratres, & ipsi grandi statura & manu prompti ad quoduis arduum facinus, instrumentum ut ipsis videbatur idoneum ad occupandam tyrannidem, quod eorum quisque duceret cohortem militum. magna enim ad eos turba confluxerat, quam in fratres quasi legatos distributam obire iubebat praemia: ipse diademate ornatus consultabat de rebus agendis, quarum penes se seruabat arbitrium: durauitque diu potestas huius, & non inanis regis appellatio, dum quicquid collibuisse exequitur, maxime in Romanos cadibus saeuens, & milites regios, utrisque ex aequo infensus: his propter licentiam qua sub Herode usi fuerant, Romanis propter recentem iniuriam. Id odium indies magis exasperabatur, imminabantque ubique omnibus, vel lucri cupidine, vel in consuetudinem iam versa occidendi libidine. Circa Emauntem etiam Romanam cohortem frumenta & arma in exercitum portantem insidiis exceperunt: ductoremque eius Arium centurionem cum quadraginta fortissimis peditibus telis confixerunt: reliquos nihilo meliora iam spectantes superuenientes cum regio milite Gratus seruauit, relictis caesorum cadaueribus. In hunc modum longo tempore praemia per occasionem conferentes, & Romanos non leuibus affecerunt incommodis, & suam gentem maioribus etiam inuoluerunt calamitatibus. tandem & ipsi capti sunt, vnus a Grato pugna victus, alter a Ptolemaeo. maximo natu deinde in Archelai potestatem redacto, vltimus qui supererat, fratris casu territus, & nullam videns salutis spem reliquam, quod eius copiae exhaustae essent vel morbo vel continuo laboribus, accepta fide & iureiurando ipse quoque Archelao se dedit. sed id aliquanto post factum est. Tunc vero Iudaea plena erat latrocinii, & ut quisque seditiosorum coetus coiuerat, passim reges creabantur in reipublicae perniciem, quod minima eius mali pars rediret ad Romanos, ipsi vero inter se diuturnis conflictarentur cadibus. Ceterum Varus cognito ex Sabini literis periculo, timens tertiae legioni, assumptis duabus reliquis (nam tres in vniuersum erant in Syria) & quatuor turmis equitum, auxiliisque regum ac tetrarcharum properabat in Iudaeam ut obsessis succurreret, iussis qui praemittebantur conuenire Ptolemaidem. Berytiorum etiam urbem praetereundo, mille quingentos auxiliares ab eis accepit. Arcetas quoque Petrus amicus Romanis factus propter Herodis inimicitias non paruum manum misit tam peditum quam equitum. postquam autem apud Ptolemaidam

in vnum conuenit totus exercitus, partem eius filio & amicorum vni tradidit du-
 cendam contra Galilæos eius vrbs agro finitimos. qui regionem eorum ingressus,
 profligatis quotquot ausi sunt cum armis occurrere, Sephorim cepit: & venditis sub
 hasta incolis, vrbs absumpsit incendio. Ipse Varus versus Samariā progressus cum
 exercitu, à ciuitate quidem abstinuit, quam sciebat immunem à seditioforum con-
 tagio: castra autem posuit in quodam vico, qui erat Ptolemæi possessio, Arus nomi-
 ne. cum Arabes incenderunt, propter Herodem amicis quoque eius infensū. inde
 progressi Sampho alium vicum iidem Arabes diripiunt, mōxque incendunt, quam-
 uis munitissimum. quin toto illo itinere nihil eos effugit, omnia miscentes flammis
 ac cædibus. Nam & Emmaus cremata est Vari iussu, in vindictam cæsorū ibi mili- 10
 tum, deserta tamen ab habitatoribus. Inde cum appropinquarent Hierosolymis, Iu-
 dæi qui legionē ab ea parte obsidebant, ad primum venientis exercitus conspectum
 territi diffugerunt, oppugnatione quam inceptabant relicta. Hierosolymitani autem
 Iudæi grauiter à Varo increpati, excusationem afferebāt, populum quidem propter
 festum confluxisse, bellum verò non ex sua sentētia sed ex conuenarum audacia su-
 sceptrum: & se adeò non oppugnasse Romanos, vt potius vnà cum illis oppugnati
 fuerint. & iam ante obuiam ei processerant, Iosephus Herodis regis nepos, Gratusq;
 ac Rufus cum militibus, & Romani qui obsidionem tulerant. Sabinus enim in eius
 conspectum non venit, sed subducens se clām ex vrbe, ad mare profectus est. Tum
 Varus dimissa per totam regionem parte exercitus, perquirebat defectionis autores: 20
 & indicio repertos, alios vt fontes puniit, nonnullos dimisit incolumes: actique sunt
 in cruces ea de causa circiter duo millia. Post hæc ablegato exercitu cuius non erat
 vsus amplius, quique contra eius voluntatem lucris studio multa maleficia patraue-
 rat, ipse audito decem millia Iudæorum in vnum confluxisse, properauit vt eos de-
 prehenderet. illi non ausi manus conferere, deditiōem fecerunt arbitrato Achiabi.
 Varus autem data seditioforum vulgo defectionis venia, duces eorum misit ad Cæ-
 sarem. Ille cæteris ignouit, in solos aliquot regis Herodis necessarios animaduertit,
 quòd nec cognationis nec iustitiæ respectu à nefariis armis abstinerint. Itaque Va-
 rus rebus compositis, & relicta Hierosolymis eadem legione in præsidio reuersus est

XVII. Antiochiam. Archelao autē Romæ aliud negotiū exhibitū est tali de causa. Venit 30
 eò Vari permissu Iudæorū legatio, postulans vt eis liceat suis legibus viuere: crantq;
 legati quinquaginta, quibus aderant Iudæorum vrbs incolentium plus quàm octo
 millia. cumque Cæsar cōuocasset in ædem Apollinis magno sumptu à se extructam
 concilium amicorum & primariorum ciuium, venerunt eò legati, prosequente Iu-
 dæorum turba, & Archelaus cum amicorum comitatu. cognati autem regis neq; ab
 Archelao stabant propter ipsius odium, & tamen legatis suffragari grauabātur, quòd
 puderet eos coram Cæsare aduersari homini tam propinqua coniuncto necessitudi-
 ne. Aderat & Philippus è Syria Vari hortatu veniens ea potissimum de causa, vt fra-
 tris aduocatum ageret, cui Varus bene cupiebat: deinde nonnihil sperās, si impetra-
 rent Iudæi potestatem viuendi suis legibus, fore vt diuiso in Herodis progeniem re- 40
 gno, ad ipsum quoque rediret pars aliqua. Data igitur Iudæorum legatis dicendi co-
 pia, postulantes non esse vltius sub regibus, ab accusanda Herodis iniquitate orsi
 sunt. Regem illum fuisse nomine tenus, alioquin omnibus omnium tyrannorum ar-
 tibus vsum ad subiectæ gentis perniciem, nec his contentum quasdam nouas ex suo
 commentū esse ingenio. Nec opus esse cōmemorari quàm multis vitam ademisset,
 cum longe deterior fuerit conditio superstitem, quos non modo perpetua truculen-
 tia & asperitate terruerit, sed bonis etiam eorū rapaces manus non abstinerit. itaq;
 vicinas vrbes ab exteris habitatas illum ornamentis excoluisse, quo magis in suo re-
 gno sitas exhauriret exactionibus: adegisseque gentem suam ad extremam pauper-
 tatem, quam cum primis florentem acceperit, dum nobiles ex causis parum proba- 50
 bilibus damnatos capitis insuper bonis spoliatur, aut facta viuendi gratia, nudat eos
 possessionibus. deinde cum annua tributa imposita sint per singulos, seorsum tamē
 placandam fuisse auiditatem amicorum eius & aulicorum, atq; etiam seruorum qui
 huiusmodi exigendis præessent, vt hoc pacto iniuriōsam vexationē redimerēt. Silen-
 tio

tio enim prætereundas constuprationes virginum, & per contumeliam ereptã matronis pudicitiam: quandoquidem hæc patientibus maximum sit solatium, si quàm paucissimis sciatur suum dedecus. in summa non aliter ipsis præfuisse Herodem, quàm si sæuissimæ bestię in eos cõmissum fuisset imperium. Itaque cùm multis olim ea gens oppressa sit cladibus, nullũ tamen extare in rerum monumentis exemplum, cum quo conferri possit præsens per Herodem illata calamitas. Quapropter meritò ab eis Archelaum promptis studiis regem consalutatum, quòd ita putarent, fieri non posse, quin quicunque tandem Herodi succederet, moderatius multo tractaret subditos: & in eius gratiam patrem honoratum luẽtu publico, libenter gratificaturis &
 10 in cæteris ad conciliandam sibi eius beneuolentiam. At illum quasi timeret ne non videretur germana parẽtis sui soboles, sine dilatione declarasse popularibus quid de se sentiendum sit, idque priusquam confirmatus esset in potentia, cùm totum negotium etiam tum penderet ex arbitrio Cæsaris: editũque mox subditis futuræ virtutis ac modestiæ & æquitatis specimen, dum tria millia suæ tribus ciuium Deo in ipso templo pro victimis iugulat. An non igitur omnes iustissimo illum prosequi odio, qui post tam crudele facinus, adhuc seditionis reos se conetur peragere, & ius regni sibi vindicet? Postremo summa postulatorum hæc fuit, vt mutata reipub. forma posthac sine regibus agerent, & contributi provinciæ Syriæ, Romanis parerent potestatibus. Sic enim fore perspicuum, vtrum seditionibus delectentur, & rerum nouationibus, an obedire sciant præsidibus legitimis. His peroratis à legatis Iudæorum, Nicolaus vtrique patrocinator est, dicens Herodem quidem quoad vixerit nunquam fuisse accusatum, nec esse æquum eos qui si iustam viuẽtis accusationem attulissent, castigationẽ eius sperare poterant, nunc defuncti manes criminibus lacescere. Quæ vero obiiciantur Archelao, ipsorum imputanda esse violentæ contumaciæ: qui cùm affectassent res non cõcessas legibus, & pacatores ferro ac saxis aggressi essent, nunc vitio verterent eisdem rationibus se esse cohibitos. Versa deinde in accusatores criminatione, aiebat eos libenter agitari seditionibus, quod nesciant parere legibus, esseque gentem omnium peruicacissimam. Hæc Nicolaus.

30

Cæsar Herodis confirmat testamentum.

Cap. XIII.



ÆSAR verò his auditis dimisit concilium. Paucis deinde diebus Archelaum non regem declarat, sed dimidia parte ditionis quæ Herodis fuerat ei concessa ethnarcham eum constituit, regnũ quoque pollicitus, quàm primum ille se tali honore dignum redderet. Alterum dimidium partitus est in alios duos Herodis filios, Philippum, & Antipam eum qui cum Archelao de toto regno contenderat. Huic transammana regio celsit eum Galilæa, & c c talenta annua. Batanæa vero cum Trachonitide, & Auranitis eum parte quadam Zenodori (vt vocant) domus obtigit Philippo, & centum talenta annui redditus; Archelao vero Iudæa & Idumæa, præterque has Samaria, cui ex autoritate Cæsaris tributorum quarta pars remissa est, eo quòd cæteris tumultuantibus soli quieti manserant in officio. in eius ditione comprehendebantur vrbes, Stratonis turris, Sebeste, Ioppe, Hierosolyma. nam Gazam, Gadara & Hippon græcanici instituti vrbes Cæsar ob id preparatas à regni terminis Syriæ cõtribuit. D c autem talenta quotannis redibant e sua ditione ad Archelaum. atque hoc fuit Herodis filiorũ patrimonium. Salomo autem præter legatas à fratre vrbes Iamnam, Azorũ & Phasaelida, argentique signati quingenta millia, Cæsar largitus est in Ascalone palatium: percipiebãtque ex subiectis sibi locis sexaginta talenta annua, habitans in ditione Archelai. reddita sunt etiam cæteris regis cognatis legata, ita vt testamento cauerat. Dux deinde eius filiæ virgines
 40 præter relictã sibi à patre, acceperẽ ex Cæsaris munificentia ducena quinquagena signati argenti millia, & elocatae sunt Pheroræ filiis. imò totum etiam regis legatum mille quingentorum talentorum æstimatione celsit ipsius filius, paucis aliquot vasibus sibi retentis, non tam ob precium charis, quàm ob amici memoriam.

I 5

De

XVIII.



Is ita ordinatis per Cæsarem, iuuenis quidam Iudæus genere, educatus Sidone apud quendam Romani ciuis libertum, adoptauit semetipsum in Herodis familiam, per occasionē similitudinis, qua referebat Alexandri ab illo extincti effigiem, attestantibus omnium quotquot utrunq; viderant oculis: atque hac via grassari cœpit ad regium fastigium. itaque ascito tribuli quodam fraudis socio, qui totius regiæ rerum gnarus, alioquin etiam astutus erat, & natus ad excitandas turbas egregias, illius institutione fingebat se Alexādrum illum Herodis filium, morti subtrahum cuiusdam beneficio, cui demādatum sit eius interficiendi negotium. suppositis enim necis ipsorum vicariis, & se creptum & fratrem 10 Aristobulum. His nugis inflatus, aliis quoque non desinebat fucum facere: cūque Cretam appulisset, quotquot Iudæorum venerunt in eius colloquium, omnibus rem persuasit, & auctus ab eis pecunia, traiecit in Melum insulam vbi magnam pecuniæ vim quæsiuit prætextu regiæ profapiæ. Et iam sperans recepturū se paternum principatum, remuneraturūq; beneficos, Romam properat suis hospitibus deducen- 20 tibus. cūque adnauigasset Puteolos, ibi quoq; à deceptis Iudæis simul fauore exceptus est, concurrentibus tanquam ad regē qui Herodi vel hospitij iure coniuncti, vel aliquo erant obstricti beneficio. in causā fuit hominum natura rumorū auida, præsertim conciliante formæ similitudine. nam etiam illis qui valde familiares Alexandro fuerant, persuasum erat hunc ipsum esse, non aliū, idque aliis non dubitabant 20 asseuerare iureiurando interposito. Quod postquam Romam perlatum est, vniuersa Iudæorum illic agentium multitudo profecta est obuiam, tam insperatam salutem ad Dei referentes gratiam, & publico applausu propter maternum genus excipientes hominem lætica gestatum per vias. nihil enim ei ad regium cultum deerat, suppedi- tantibus sumptum hospitibus: affluenrēque certatim multitudine, acclamabatur fau- stis ominationibus, vt fieri solet in re præter spem incolumi. Id vbi allatum est ad Cæ- sare, nolebat fidem habere nuncio, quod sciret Herodem non facile potuisse deci- pi in re tam seria: nonnihil tamen spe motus, Celadum vnum è suis libertis familiari- ter olim versatum cum adolescentibus illō mittit, iussū vt Alexandrum in conspe- ctum suum adduceret: quod ille fecit, nihilo in dignoscendo aliis sagacior. Non ta- 30 men imponi potuit Cæsari, quod non tanta esset similitudo vt etiam prudenter con- siderantes falleret. Pseudalexander enim & manus habebat duratas operē, & corpo- ris illa gratia carebat, quæ solet bene natis & educatis contingere, quod ipse non vi- xisset in tantis deliciis. Postquam igitur animaduertit conspirasse in mendacia præ- ceptorem atque discipulum, & ex composito loquentibus adesse fiduciam, percon- tabatur quid factū esset simul crepto Aristobulo, aut cūnam ille non venisset, vt vnā cum fratre ius tam præclaris natalibus debitum reposceret: Responsum est in Cypro eum mansisse, metu periculorum quibus mare nauigātes expositi sunt: vt si quid ipsis contigisset durius non omnino Mariannes genus intercideret, sed superesset saltem Aristobulus. Hæc illo asseuerante, simulque concinente autore huius fabulæ, Cæsar 40 seducto adolescente: Tibi, inquit, si non me quoque coneris fallere, merces erit im- punitas quod ad tuam salutem attinet: nunc age dicito quānam sis, & quis te ad hæc audenda impulerit. neq; enim istius ætatis est tam insidiosa malitia. Ibi ille, cū non posset aliud, totum commentum indicat, quibus modis, & à quo sit compositum. Cæsar autem Pseudalexandrum, vt pollicita seruaret, in remigium ordinem allegit, quod esset valido corpore: doctorem vero eius affecit supplicio. cæterum Meliis abunde magna multa fuit, quæ in fictitium Alexandrum frustra impenderant: atque ita creptum Pseudalexandri temerarium turpis consecutus est exitus.

Archelaus iterum accusatus Viennam relegatus est.

Cap. XV.

XIX.



ÆTHERVM Archelaus iam ethnarcha in Iudæam reuersus, Ioazaro Boe- 50 thi filio pontificatum abrogat, insimulato quod seditiosis consenserit: eamque dignitatē in Eleazarū illius fratrem collocat. apud Hierichun- tem deinde regiam magnifice reficit, aquarum quibus Neara vicus iuuabatur

batur, dimidio deriuato in palmetum recens à se in subiecto campo consitum. no-
 ium etiam vicum conditum à se denominauit Archelaida: & contempto more pa-
 trio, Glaphyram Archelai regis filiam, olim Alexandri fratris sui coniugem, & libe-
 rorum ex illo susceptorum matrem, duxit: quamuis Iudæi lege vetetur fratrum vxor-
 es ducere. Nec Eleazarus diu sacerdotio potitus est, subrogato in viuentis locū Iesu
 Siæ filio. Decimo autem principatus Archelai anno primates tam Iudæorum quàm
 Samaritarum non ferentes eius tyrannidem, detulerunt eum ad Cæsarem, maxime
 cum scirent eum contra ipsius mandatum fecisse, à quo iussus fuerat ex æquo ac bo-
 10 nō præesse subditis. Hoc audito Cæsar ira commotus accersit procuratorē eius Ro-
 mæ agentem, & ipsum Archelaum nomine. nec dignatus quicquam scribere, Vale,
 inquit, & quàm primū illum ad nos adducito. qui accelerata nauigatione in Iudæam
 delatus, reperit eum cum amicis in cōuiuio: indicatāque voluntate Cæsarīs, ad pro-
 fectionem, hortatus est. Mox ubi venit, Cæsar auditis eius accusatoribus & ipsius de-
 fensione, misit eum Viennam in exilium, quæ est vrbs Galliæ, mulctatum prius omni
 pecunia. Sed priusquam Romam euocatus est, amicis tale narrauit somnium. Visus
 est sibi videre decem spicas maturas, tritico plenas à bubus absumi: experrectusque
 non contemnendam visionem ratus, coniectores diuinos super ea consuluit. qui-
 bus dissentientibus cūm variaret interpretatio, Simon vir Esilæus præfatus veniam,
 20 ait hanc visionem Archelao significare mutationem in deterius. boves enim signifi-
 care miseriam, quòd in perpetuis laboribus degat hoc animal. præterea rerum mu-
 tationem. quia terra horum opera versata nec locum eundem retineat, nec faciem.
 cæterum decem illas spicas totidem annorum præfinire numerum. eas enim redire
 annuis vicibus, iamque instare Archelao dominationis terminum. Sic ille hoc som-
 nium interpretatus est: post cuius visionem quinta die venit in Iudæam procurator
 Archelaus, ad euocandum illum missus à Cæsare. Simile quiddam & Glaphyræ eius
 vxori accidit, Archelai regis filiæ. hæc ut iam diximus, virgo nupserrat Alexandro He-
 rodis filio, fratri huius Archelai: quo à patre occiso, iterum nupsit Iubæ regi Mauri-
 taniæ. hoc quoque defuncto viduam apud patrem agentem in Cappadocia duxit
 Archelaus, repudiata Mariamne priore coniuge. tanto ardebat amore Glaphyræ.
 30 huic degenti cum Archelao tale somnium obuolatum est. Visa sibi est Alexandrum
 venientem complexu excipere præ gaudio. Illum vero exoptulantem dicere, Con-
 firmasti Glaphyra vulgare illud dictum, non esse fidendum mulieribus, quæ virgo
 mihi coniuncta matrimonio, & communium liberorum parens, oblita nostri amo-
 ris capta es secundarum nuptiarum desiderio. ac ne ea quidem contumelia conten-
 ta, ausa es cum tertio cubare sponso, turpiter & impudenter ingressa meam fami-
 liam, & nupta Archelao, fratrem meum habere maritum sustinens. At ego non obli-
 uiscar veteris tuæ beneuolentiæ, teque liberabo ab hoc opprobrio, mihi que te meam
 vindicabo. Hoc somnium cūm illa exposuisset apud quasdam familiares sibi mulie-
 res post paucos dies vita functa est. quod ego ideo hîc referendum putauī, quòd ser-
 40 mo sit mihi de illis regibus: & alioqui res magni exempli videtur, certissimum im-
 mortalitatis animorum & diuinæ prouidentię argumentum continens. Cui verò
 hæc videntur incredibilia, fruatur opinione sua, & aliis non obstrepat qui talibus ex-
 citantur ad virtutis studia. Cæterum ditione Archelai contributa Syriæ, missus est
 illo à Cæsare vir consularis Quirinius, qui censum ageret per Syriam, & ipsius Ar-
 chelai domum venderet.

FLAVII

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IVDAICARVM LIBER

DECIMVSOCTAVVS.

Quirinius ad censendam Syriam & Iudeam mittitur à Cæsare, & procurator eiusdem Cæsaris in Iudeam venit Coponius: & quomodo Iudas Galileus res nouas molitus est. Cap. I. 10



NTEREA Quirinius senator Romanus per omnes honorum gradus ad consulatum vsque prouectus, & in primis clarus, à Cæsare mittitur in Syriam vt iura populis redderet: facultatesque censeret omnium: & cum eo venit Coponius, præfectus turmæ equitū, penes quem esset totius Iudææ rerum administratio. Quin & ipse Quirinius in Iudæam venit iam attributā prouinciæ Syriæ, vt percēferet facultates eius regionis ciuium, & Archelai pecunias in potestatem suam redigeret. Illi verò 20 tametsi primū ægrè ferrēt mentionem descriptionis, non sunt tamen reluctati pertinaciter, parendo autoritati pontificis Ioazari, qui Boethi fuit filius. atque ita illius suasu sine controuersia census peractus est. Exiit tamen post quidam Iudas Gaulanites, ortus ex oppido Gamala, qui adiuncto sibi Phariseo Sadduco, sollicitabat ad defectionem populos, censum nihil aliud quàm manifestam seruitutis professionem esse dictitans, & vniuersam gentem ad tuendam libertatem adhortans. Fore enim vt re bene gesta fortunis suis fruantur feliciter, & cōfirmati in earum possessione laudem quoque sibi parent fortitudinis: nec sperandum auxilium cœlestis numinis, nisi ipsi quoque rebus suis consulant. Accipiebantur hæc pronis vulgi auribus, ita vt accēderentur ad audendū aliquid. atque ita dici vix potest quan- 30 tum hi viri totam gentem cōturbauerint, dum omnia miscent cædibus & latrociniis, promiscuisque nullo amicorum aut inimicorū respectu prædationibus, & insignium virorum cædibus: prætextu quidem propugnandæ libertatis publicæ, sed re vera priuatorum lucrorū studio. Itaque conficiētibz se mutuo ciuibz, & furiosissima contentione certātibus, ne externus quidem hostis cessabat interim. ac ne extrema quidem fames fortè superueniens potuit eos compescere, quò minus sæuirent expugnandis oppidis, & fundendo ciuili sanguine, donec postremo malum eò progressum est, vt hostilis flamma Dei templum inuaderet. Adeo periculosum est patrios ritus labefactare & conuellere. Siquidem Iudas & Saddocus omnium hārum calamitatum autores fuere, dum super tres pristinas sectas nouam quartam inducūt, & no- 40 uitatum cupidos affatim ad se contrahunt: id quod non in præsens tantum turbauit rempublicam, sed futurarum etiam cladum fuit seminarium. Quamobrem conueniens videtur paucis de eorum placitis differere, propter quæ tot mala gentem nostram inundauerunt.

Quæ & quot sectæ fuerint apud Iudeos.

Cap. II.

II. **V**DÆI patriæ sapiētīæ studiosi iam inde à multis retro seculis in tres sectas erant diuisi, Essenorū, Sadducæorum, & eam quæ Phariseorum vocata est. De his licet nonnihil in secundo Iudaici belli volumine à nobis dictum sit, tamen nunc quoq; paucis dicere non ab re fuerit. Ergo Phariseorum victus simplex est, nullis molliū deliciis: & quicquid his ratio dictauit, id sequuntur perti- 50 naciter. maiores natu venerantur, nec audent eis respōsare monētibz aut obloqui. Fato quæcunq; geruntur tribuunt, nec tamen homini voluntatis assensum adimunt, hoc temperamento Deum vt dicentes, vt cū omnia fiant ex ipsius consilio, in homine tamē sit voluntas accedendi ad virtutē aut vitiū. Animas credunt esse immortales, & sub terris earū iudicia fieri: tum præmia quoq; contingere ex virtutis aut malitiæ

tiæ merito: & has perpetuis damnari carceribus, illis facilem esse ad vitam reditum, per hæc placita magnam sibi auctoritatem parauerunt apud populum. & quicquid ad solennes preces ac cultum diuinum attinet, iuxta horum interpretationem ac præscriptum solet fieri. Tantum habent à ciuitatibus sapientiæ, temperantiæ, & vitæ honestioris testimonium. At Sadducæorum opinio cum corpore extinguit simul & animas: nec quicquam præter legem seruandâ existimant, nam de sapientia cum præceptoribus disceptare ad virtutem reputant. huius sectæ pauci sunt, sed ferè dignitate præcipui. ex horum tamen sententia vix quicquam agitur. nam quoties magistratus licet inuiti suscipiunt, Phariseorum decretis assentiunt, ni facerent non ferendi à plebeiorum multitudine. Essenorum verò placitum vniuersitatis regimen citra exceptionem Deo asserit, immortalitatem animis: nec aliud quicquam æque ac iustitiam omni contentione expetendum existimat. ad templum autem donaria mittentes sacra ibi non faciunt, quòd sanctioribus vtantur ceremoniis: quapropter exclusi à communi fano seorsum sacrificant. moribus alioqui sunt probatissimis, agris colendis in totum dediti. Miranda etiam est eorum iustitia, qua omnes Græcos & Barbaros longe superant, multis iam seculis triti in eius continuis studiis. Facultates in commune possident, nec aliquis diues magis vtitur suis bonis, quàm quiuis nihil possidens. Atque hoc instituto viuunt virorum supra quatuor millia, nec vxores habentium, nec seruos, quòd alterum ad iniuriam communis naturæ pertinere censeant, alterum tranquillitati vitæ parum commodum. quare per se ipsi viuentes inuicem sibi ministrant. Quæstores creant viros probos ex sacerdotum numero, qui ex agrorum redditibus & frugum prouentu cibos eis conficiant. In summa eandem ferè viuendi rationem sequuntur, quam hi qui apud Dacos Plisti nominantur. Quartæ autem studium sapientiæ sectantium vitæ primus autor fuit Iudas Galilæus. hi cætera cum Phariseis consentiunt, nisi quòd constantissimo libertatis amore flagrant, credentes solum Deum dominum habendum ac principem, facilius vel exquisitissima pœnarum genera laturi vnâ cum cognatis suis ac carissimis, quàm mortalem aliquem appellaturi dominum. quod quia multis sæpe spectatum scio, plures de hoc non libet dicere. non enim vereor ne fidem non inueniant mea verba, imò illud potius, ne tam insignem patientiam & doloris contemptum parum assequantur. quæ quidem animositas plurimum in gente nostra creuit accensa acerbissimis Gessij Flori iniuriis, quibus postremo effectum, vt deficerent à Rom. pop. Et de Iudæorum sectis hæc sufficerint.

Vrbes ab Herode & Philippo tetrarchis in honorem Cæsaris conditæ.

Cap. III.

QUIRINIVS autem venditis & confiscatis Archelai facultatibus, peractoque censu, qui incidit in annum trigessimuseptimum, post victum à Cæsare in Actiaca pugna Antonium, cum mota esset contra Ioazarum pontificem plebis seditio, priuauit eum hac dignitate, & Ananum Sethi filium substituit. Herodes verò & Philippus suæ quisque tetrarchiæ res ordinauit & composuit: quorû Herodes Sephori cincta mœnibus, fecit eam totius Galilææ caput & defensaculum. aliud deinde oppidum quod tunc Betaramphtha dicebatur, cõmunitum nomine mutato Iuliada ab vxore Imperatoris appellauit. Philippus quoque Paneada sitam ad Iordanis fontes instruxit ædificiis, indito Cæsareæ nomine. Vico etiam Bethsaidæ in ripa lacus Genesarethini vrbs speciem addidit, frequentato incolis & aucto opibus, quæ Iuliæ Cæsaris filiæ cognominẽ esse voluit. Cæterum Coponio, quem cum Quirinio missum diximus, Iudæam administrãte huiusmodi quiddam accidit. In festo azymorû quod Pascha vocamus mos est sacerdotibus post mediã noctem aperire templi ianuas. tunc igitur quamprimum apertæ sunt, Samaritani quidam clam ingressi Hierosolyma, sparserunt ossa humana per porticus & per totum templum: quo factum est, vt posthac sacerdotes solito diligentiores custodias agerent. Paulo post Coponius Romam reuertitur, successore accepto M. Ambiuio: cuius tẽpore Salome Herodis regis soror vita decedens Iuliæ Iamniæ cum sua toparchia reliquit, & sitam in campo Phasaelidem, Archelaidemque plurimis palmetis consitam, quorum fructus est præstantissimus. Huic successit Annius Rufus, quo præside Cæsar fato functus est, qui secundus fuit Romanorum Imperator, præfuitque reipublicæ annos quinquaginta-septem,

K

ta septem, sex mensibus amplius & diebus duobus: in quo numero quatuordecim sunt
 anni, quibus Antonius ei fuit imperij socius & particeps. Vixit autem annos septua-
 ginta septem. Ei Tiberius Nero priuignus successit, Iulix filius, Romanorum Impera-
 tor tertius: à quo quintus Iudæorum præses missus est in Annij Rufi locum Valerius
 Gratus. Hic adempto Anano sacerdotio Ismaelem Fabi filium iussit esse pontificem:
 quo paulo post deiecto, in Eleazarum Anani pontificis filium cum honorem transtu-
 lit. Elapso deinde anno & hunc redegit in ordinem, & Simoni Camithi filio pontifica-
 rum tribuit. hic quoque anno in hac dignitate exacto, iussus est eam cedere Iosepho,
 qui cognominabatur Caiaphas. His ita gestis, Gratus Romam repetit, in Iudæa exactis
 annis vndecim: cui deinde Pontius Pilatus successor missus est. Herodes porro tetrar- 10
 cha receptus in amicitia Tiberij, de ipsius nomine urbem à se conditam vocauit Ti-
 beriada, electo ad hoc optimo agro Galilæe in ora lacus Genesarethici: vnde non lon-
 ge apud Emmauntem vicum sunt aquæ calidæ. hæc partim à conuenis, partim à Gali-
 læis habitata est: quorum nonnulli eò migrare coacti sunt, quidam etiam è nobilitate
 sedes illic sibi optauerunt. quòque maior esset frequentia, recepti sunt ad incolendum
 etiam tenuissimi quique vndecunq; confluentes, & in his aliquot quos non satis con-
 stabat esset liberos. hos magnis imunitatibus ac beneficiis persecutus astrinxit ad
 habitandum, alij domos, alij agros argitus: quo minus horrerent ædificatam præter
 ritum patrium in solo multis sepulchris referto: cū iuxta nostras leges ad septem dies
 impurus habeatur, qui in talibus locis habitet. Eodem tempore Phraates Parthorum 20
 rex per insidias sublatuſ est à Phraatace filio, huiusmodi de causa. Phraates habens le-
 gitimos liberos, ancillam Italici generis Thermusam nomine, inter cætera dona à Cæ-
 sare missam, primum in concubinarum numero habuit. procedente deinde tempore
 obtupefactus præcellenti mulieris forma, suscepto iam ex ea Phraatace filio, legitimo
 thoro eam sibi coniunxit. Quæ cū quicquid vellet regi persuaderet, cogitans filio
 suo Parthorum regnum astruere, intellexit nihil se effecturam, nisi ebligarentur legiti-
 mi Phraatis filij. Persuasit igitur marito, vt Romam eos obsides mitteret: quod illis sine
 cunctatione faciendum fuit, patre voluntati Thermusæ tam obnoxio. Interea Phraa-
 taces solus domi ad regnum educabatur: qui tædiosum ratus expectare dum à patre
 decedente principatum acciperet, cum matre contra eum conspirauit, cum qua cre- 30
 ditus est etiam stupri habere consuetudinem. Ergo parricidio simul & incesto exosus
 popularibus, prius quàm confirmaret suas opes per tumultum pulsus interiit. Tum
 verò nobilissimi Parthorum animaduertentes non posse sine rege consistere ipsorum
 rempublicam, nec tamen volentes eligere alienum ab Arsacidarum sanguine, putan-
 tesque satis esse semel violatam regiam maiestatem Italicæ mulieris libidinibus, Hero-
 dem per legatos acciuerunt. Is erat quidem regij generis, sed inuisus multitudini pro-
 pter nimiam crudelitatem, quòd intraçtabilis esset, & ad iram pronissimus. hunc con-
 iurati aliquot interfecerunt, vt quidam tradunt, in conuiuio. solent enim perpetuo ge-
 stare gladios. Vt verò à pluribus fertur, in venatione occisus est. Legatione deinde
 missa Romam, petierunt regem vnum ex obsidibus, prælatuſque est Vonones cæte- 40
 ris fratribus. Videbatur enim capax eius fortunæ, quam ei duo maxima in terris offe-
 rebant imperia, externum simul & domesticum. Sed breui pœnitentia subiit barbaros,
 natura mutabiles, & indignitatum impatientissimos. dedignebantur enim facere im-
 perata mancipij, sic vocantes obsidē, & hac appellatione exaggerantes ignominiam.
 non enim belli iure sibi regem impositū, sed quod turpius sit, per pacis contumeliam.
 moxque vocant Artabanum in Media regnantem, Arsacidam genere. ille paruit liben-
 ter, & præsto fuit cum exercitu. cui cū occurrisset Vonones, primum manēte etiam
 tum in officio vulgo Parthorum, prælio victus Artabanus retro in Mediam repulsus
 est. Sed paulo post instauratus copiis Vononem ausum configere vicit egregie, ita vt
 cum paucis equitibus in Seleuciam confugeret. Artabanus autem magna cæde graf- 50
 satus in profligatos barbaros, & clade attonitos, in Ctesiphontem se recepit cum vi-
 ctricibus copiis. Ille igitur hoc modò regnum adeptus est. Vonones autem refugit in
 Armeniam, & à principio quidem affectauit eius regionis dominium missis Ro-
 mam legatis super hoc negotio. Vt verò repulsam passus est à Tiberio, pertaſo igna-
 uiam

uiam hominis, & moto Parthi comminationibus bellum iam intentatis: destitutus omni spe regnandi, quod potentiores Armeniorum Niphatem accolentes sequerentur factionem Artabani: Silano Syriæ præfidi se dedit. is respectu educationis quæ illi Romæ contigerat hominem apud se asseruauit in Syria. Armenis autem Orodem vnum è suis filiis Artabanus regem imposuit. Per idem tempus cum Antiochus quoque Comagenæ rex fato concessisset, contentio nata est inter plebeios & nobiles, his regnum in prouinciæ formam redigi postulantibus, plebe contra cupiente sub rege, ut antè viuere: quapropter Germanicus ex s. c. ad res Orientis componendas missus est, fortuna occasionem quærente illius exitio. post redactam enim in meliorem statum Syriam, Pisonis opera veneno sublatu est, sicut dicetur aliàs.

Iudeorum contra Pontium Pilatum seditio.

Cap. IIII.



CÆTERTVM Pilatus Iudææ præfès à Cæsarea Hierosolyma traducto in hyberna milite, signa cum effigie Cæsaris in urbem intulit ad legis nostræ contumeliam, qua cautum est ne habeamus huiusmodi effigies. & ideo qui ante hunc fuere præfides, cum signis aliter insignitis solebant urbem ingredi. primus Pilatus ignaris omnibus noctu illatas effigies Hierosolymis statuit. quod ubi cognitum est ciuibus, magno agmine petierunt Cæsaream, ubi per multos dies supplices orauerunt præsidem, ut transferret illas imagines aliò. Pilato vero pernegante se facturum quod coniunctum esset cum iniuria Cæsaris, cum Iudæi precari non desinerent, sexto post die iussis clam in armis esse militibus, sedit pro tribunali in stadio, captata loci opportunitate, quod aptissimus esset insidiis. ibi compellatus iterum de eodem negotio, signum dat militibus, ut eos circumueniant, mortem minitans, nisi quam primum quiescerent, & suam quisque domum discederent. at illi procidentes humi, & exertos præbentes iugulos, manifeste præ se ferebant, vita sibi cariorem esse obseruationem legis patriæ. Tum Pilatus admiratus tam constans legum studium, continuo reportauit eas imagines Cæsaream à Hierosolymis. deinde aquæ ductum struere aggressus est ex sacro ærario, inducturus aquas Hierosolyma à ducentesimo stadio. id ægerrimè tulit populus, & congregati per cœtus numerosos vsque ad multa hominum millia, vociferationibus conabatur eum detertere à proposito. nonnulli verò ita ut sit apud inconditam multitudinē, etiam conuiitiis laceßebant præsidem. at ille milites sub populari habitu clam armatos fustibus iussit reliquā multitudinem corona cingere: & quamprimum vulgus cœpit iacere conuiitia, dedit illis signum ex composito. illi suprā quam mandatum erat vsi sunt fustibus, tumultuatores & quietos cædentes nullo discrimine. Ibi tam inclementer accepti inermes ab instructis, pars occisi sunt, pars discesserunt saucij: atque hoc modo compressa est seditio.

Eodem tempore fuit Iesus, vir sapiēs, si tamen virum eum fas est dicere. Erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum qui libèter vera suscipiunt: plurimòsq; tam de Iudæis quam de gentibus sectatores habuit. Christus hic erat: quem accusatum à nostræ gentis principibus, Pilatus cum addixisset cruci, nihilominus non destiterunt eum diligere, qui ab initio cœperāt. Apparuit enim eis tertia die viuus, ita ut diuinitus de eo vates hoc & alia multa miranda prædixerunt: & vsque in hodiernum Christianorum genus ab hoc denominatum non deficit. Circa eadem tempora etiam aliud Iudæos turbauit incommodum, & Romæ in sacris Isidis summa turpitudine deprehensa est. Dicam igitur prius de Isiacorum nefando scelere, ac tum demum res Iudæorum prosequar. Erat Romæ Paulina, mulier non minus probitate morum quam natalium claritate illustis, adhæc opulenta & formosa, ut quæ esset in ipso ætatis flore, sed in primis ornata pudicitia. Nupta autem erat Saturnino, viro tali coniuge dignissimo. huius amore captus est Decius Mundus iuuenis non obscurus in equestri ordine: & quia maior erat fœmina, quam quæ posset corrumpi muneribus, eo magis accendebatur amantis infania, ita ut offerret ei pro vnica nocte ducenta drachmarum millia. ac ne sic quidem valens eam flectere, non ferens amoris impotentiam, decreuit morbum simul & vitam finire inedia. hoc eius propositum non fefellit Iden libertā Mundi paternam, variis instructam sed nō probatis artibus, quæ indigne ferens obstinationem iu-

K 2 uenis,

V.

V.I. Iesus

VII.

Turpitude
in sacris I
prehensa.

uenis, blanda oratione conuentum animare conata est, spem ei faciens effecturam se ut potiat Paulinæ complexibus. Cūque ille preces eius libenter acciperet, ait sibi opus tantum drachmarum millibus ad expugnandam mulieris pudicitiam. Ita recollato iuvene, & accepta quantam petierat pecunia, nouam doli viam ingressa est, videns Paulinam non capi pecuniis. Sciens porro eam vehementer addictam Iſidis cultui, tale quiddam comminiscitur. Conuentis aliquot ex eius sacerdotibus, accepta fide silentij, & quod efficacissimū est ostentato præmio, in præsens viginti quinque millibus, & alteris totidem post nauatam operā, indicat eis amorem iuuenis, rogās ut omnibus modis adniterentur eum reddere voti compotem. Illi auri cupidine tacti, benigne sunt polliciti, quorū natu maximus propere se ad Paulinā cōtulit, & admissus impetratōq; absq; arbitris colloquio, venire se ait missum ab Anubide captū ipsius forma, & iubete ut ad se veniat. Illa libenti animo accepit nuntium, mōxq; iactabat se apud familiariter notas mulieres, quod dignata sit amore Anubidis; marito quoq; indicat, cōdictam sibi cœnam & cubile Anubidis. id eo facilius concessum est, quod cognita & probata esset viro pudicitia cōiugis. itaque in templum proficiscitur, & post cœnam instante somni tempore inclusa per sacerdotem, tenebris conciliantibus in latentem ibi Mundum incidit: totāq; eam noctem obsecuta est iuueni, Deo se gratificari existimans. Eo deinde abeunte priusquam sacerdotes doli cōscij surgerent, Paulina mane ad maritum reuersa congressum cum Anubide prædicat, & idem apud amicas quoq; magnificis verbis exaggerat. Illis nec credere libebat rei naturam considerantibus, non mirari tamen non poterant ob insignem mulieris pudicitiam. Die deinde post rem patrata tertio Mundus adamatæ forte fortuna obuius, ô factū bene Paulina, inquit, quod & ducenta illa millia mihi seruaſti, quæ potuisti tuis facultatibus addere, & morem nihilominus meæ voluntati gessiſti. Nihil enim meā refert quod Mundū contempſiſti, quandoquidem prætextu Anubidis optata voluptate expletus sum. atq; his dictis abiit. At mulierum primū deprehensio flagitio, vestem sibi lacerat, & re tota ad maritum delata, obsecrat ne tam insigne ludibriū impunitum sinat. maritus porro Imperatori totum significat. Tiberius postquā accuratissima inquisitione didicit omnia, sacrificos illos impostores in crucē egit, vnāq; Idem inuētricem huius sceleris, cuius præcipua opéra fuit in corrupenda pudicitia mulieris: dirutōq; templo statuam Iſidis iussit mergi in Tyberim, Mundū autem mitiore pœna exilij castigasse contentus est, crimen eius in Cupidinis impotentiā referens. Et Iſiacorum quidem facinus huiusmodi extitit. Nūc quod promisi reddetur, de Iudæorum per id tempus Romæ degentium aduersitatibus.

Quid Iudæis Romæ degentibus acciderit, & de Pilato.

Cap. V.



RAT quidam Iudæus, qui ne legibus pœnas daret, metu solum verterat, vir modis omnibus pessimus. Is tum Romæ agens gerebat se pro Mosai- cæ legis interprete, ascitis in societate tribus aliis per omnia sui similibus. his cum se in disciplinam dedisset Fulvia mulier nobilis amplexa legem Iudæicam, persuaſerunt ei, ut purpuram & aurum in Hierosolymitanum templum mitteret: quæ accepta in proprios vsus verterunt, quō iam antè destinauerant. Id postquā Tiberius ex amico suo Saturnino ipsius Fulviæ marito de iniuria coniugi facta quæsto cognouit, iussit vniuersos Iudæos ex vrbe pelli. Ex quibus Consules delectu habito, quatuor milia militū miserunt in Sardiniam, plurimos etiam qui patria religione detrectabant militiam, affecerunt pœnis grauissimis. Ita propter quatuor sceleratos omnes Iudæi coacti sunt vrbe cedere. Interea ne Samaritani quidē tumultu carere. Concitauit enim eos impostor quidā pro nihilo dicens mendacium, & omnia comminiscens ad plebis gratiam, iūbens ut conuenissent in montem Garizim apud eam gentem sanctissimū, asseuerans se illic eis ostensurum sacra vasa re- fossa, quæ ibi Moyses deposuerit. Illi creduli sumptis armis Tirathabam vicum in- scderunt, expectantes ibi cōfluentes cæteros, ut magno agmine montem ascenderent. Sed Pilatus prior cliuum montis occupat equitibus suis & peditibus, qui prælio congressi cum Samaritis apud vicum collectis, alios fuderunt, alios in fugam compulerunt: multos etiam viuos captos abduxerunt, quorum præcipuos & potentiores Pilatus mulctauit

inulſit capite. Tum primates adeunt Vitellium virum conſularem, & Syriæ præſidem, Pilatūque cædis accuſant, negantes defectionem fuiſſe à Romanis illum concurſum in Tirathaba, ſed refugium contra Pilati violentiam. At Vitellius Marcello amico ad procurationem Iudææ miſſo, Pilatum iuſſit Romam proficiſci, reſponſurum apud Cæſarem ad obieſta per Iudæos crimina. Ita ille decem annis exactis in ſua prouincia, quum neceſſe haberet parere Vitellio, ad urbem iter ſuſcepit: quò prius quàm perueniret, vita exceſſit Tyberius.

Vitellij aduentus Hieroſolyma, & quomodo à Tyberio mandata accepit, vt impetratis ab Artabano obſidibus bellum contra Aretam ſuſciperet. Cap. VI.

10



ITELLIVS autem in Iudæam profectus peruenit Hieroſolyma, in ipſa VII. feſtiuitate quam Paſcha dicimus: vbi exceptus honorificentiffime, remiſit ciuibus totum vectigal fructuum venalium, & ſtolam cum ornatu pontificio permiſit in templo aſſeruari à ſacerdotibus, quemadmodum & olim hoc ius habuerant. Sed eo tempore deponebatur in Antonia, ob hanc cauſam. Hyrcanus pontifex eius nominis primus extructa prope templum turri, debebat in ea maiorem temporis partem: & quoniam hanc ſtolam habebat in ſua cuſtodia, qua nemo præter illum utebatur, recepturus priuatum habitum, eò loci illam deponebat. Idem mos fuit etiam ſucceſſoribus ipſorum poſteris. Herodes autem re- 20 gnum adeptus, turrim hanc opportuno loco ſitam magno ſumptu exædificatam denominauit ab amico Antonio, & ſtolam, ita vt ibi reperta eſt, detinuit, ratus eo magis obnoxium ſe habiturum populum. Idem fecit Archelaus filius eius, & ſucceſſor, cuius regno in prouinciam mutato, Romani ſimul & pontificiæ ſtolæ poſſeſſionem naſti ſunt, in cella ad hoc ipſum ſtructa repositæ, & obſignatæ ſigillo pontificum atque cuſtodum ſacri ærarij, præfecto caſtelli accedente ibi lucernam quotidie. Hanc ſeptimo ante feſtum die præfectus exhibebat pontifici: qua purificata indutus ſacrorum tempore, ſequenti die ruſſum eam reponebat in cellam vbi antea condita fuerat. Id fiebat ſingulis annis ter ieiunij tempore. Vitellius autem in noſtrorum ſacerdotum poteſtatem eam ſtolam tradidit, iubens ſecurum eſſe præfectum quoniam illa reponatur, aut 30 quando proferatur in uſum pontificum. Hoc gratificatus genti, & in locum Iosephi Caiaphæ pontificis ſubrogato Ionatha Anani pontificis filio, iter fecit verſus Antiochiam. Eodem tempore à Tiberio literas accepit, mandante vt cum Artabano ſœdus & amicitiam faceret. Verebatur enim ne occupata Armenia, maiora damna inferret imperio. Quam amicitiam ita demum ratam fore, ſi ille obſides traderet, maxime ſi regium filium. His ad Vitellium ſcriptis, ſimul Hiberorum & Alanorum reges magnis præmiis ſolicitauit ad inferendum quamprimùm bellum Artabano. Et Hiberi ipſi quidem quicuerūt, ſed Alanis tranſitum dederunt per ſuam regionem, & patefactis portis Caſpiis immiſerunt eos in regnum Artabani. Quo factò & Armeniam denuo Parthi amiſerunt, & peruadente totam eorum ditionem bello, nobiliſſimi quique eius 40 gentis ceciderunt vnà cum regis filio & multis popularium millibus, regiòq; tota hac incurſione vaſtata eſt. Vitellius etiam pecunia corruptis aliquot amicis & cognatis regiis ipſum Artabanum conabatur occidere. Ille intellecta fraude, nec inueniens remedium, quò ab optimatibus immineret periculum, habensque ſuſpectos & eos qui in fide manebant, quaſi beneuolentiã fingerent prima qua; occasione tranſituri in partes aduerſas, fuga ſe ad ſatrapias ſuperiores ſeruauit incolumẽ. Vbi ex Dahis ac Sacis contracto magno exercitu, & debellatis inimicis, reſtitutus eſt in imperiũ. His auditis Tiberius petiit amicitiam Artabani, & aſſentiente illo, conuenerunt ad Euphratem rex & Vitellius: vbi in medio pontis ſibi occurrerunt, cum ſuo quiſque ſatellitio. Poſtquam autem de ſœdere conuenit, Herodes tetrarcha vtrunque excepit conuiuio, tabernaculo magno ſumptu erecto in medio fluminis. nec multo poſt Artabanus miſit 50 Tiberio filium Darium obſidem cum multis muneribus, inter quæ etiam virum ſtatura cubitorum quinque, genere Iudæum, Eleazarum nomine: qui propter vaſtatem gigas cognominatus eſt. Poſt hæc Vitellius Antiochiam rediit, Artabanus in Babylo- niam. Tum Herodes volens primus nunciare Cæſari de impetratis obſidibus, omni-

bus diligenter perscriptis misit ad eum tabellarios, nihil amplius relinquens significandum per consularem præsidem. quare superuenientibus Vitellij literis, Cæsar rescriptis, omnia sibi iam antè esse cognita ex Herodis nuntiis. Quo ille grauiter offensus, & factum in deteriore partem accipiens, iram celabat in pectore, donec ad Caium peruenit rerum regimen. Tunc etiam Philippus Herodis frater diem suum obiit, anno Tiberij principatus vigesimo, quum ipse præfuisset trigintaseptem annis Trachonitidi & Gaulanitidi, ac Batanæ, vir perpetuo modestus, & amator quietis ac otij. Degebat enim semper in sua ditione. Quoties domo progrediretur, iter faciebat cum paucis selectis comitibus, subsequente sella in qua sedens solitus est iura reddere: & si quis ex occurso opem eius inuocaret, sine dilatione mox ibi sella posita residens causam cognoscebat, aut fontem damnaturus, aut absoluturus innoxium. Obiit autem Iuliane, & illatus in monumentum quod iam antè sibi construxerat, magnifice ac sumptuose funeratus est. Et quia sine liberis decesserat, ditionem eius Tiberius prouinciæ Syriæ attribuit, ita tamen, ut tributa in ea tetrarchia collecta, seruarentur intra ipsius regionis terminos.

Herodis bellum quo ab Areta superatus est.

Cap. VII.



INTEREA Herodem inter & Aretam regem Petræ bellum tali de causa exoritur. Herodes tetrarcha uxorem habebat Aretæ filiam, cum qua iam multo tempore conuixerat. Romam deinde iter faciens diuertit ad Herodem fratrem, sed genitricis natum alia, Simonis pontificis filia. Huius uxoris Herodiadis amore captus, quæ erat Aristobuli communis fratris filia, & Agrippæ maioris soror, ausus est de impetrando eius coniugio mentionem facere. Qua assentiente, conuenit inter eos, ut quàm primum ille Roma reuerteretur in patriam, mulier migraret in eius domicilium. Intercessit autem & hoc pactum, ut Aretæ filiam eiiciat. Post hæc Romam nauigat. Vbi postquam expediuit negotia propter, quæ venerat, domum reuersum uxor, comperto quid pactus sit cum Herodiade, dissimulanter rogat, ut se mittat Machæruntem, castrum situm in confiniis regionis Aretæ subditæ, quantum poterat celans suum propositum. Morem gessit Herodes mulieri, putans eam nihil sensisse. Illa quæ iam antè curauerat apud Machæruntem, patri suo tunc obnoxiam, ad iter omnia parari, à præfecto eius excepta, deducuntibus Arabibus, magna celebritate peruenit in ædes patris: eiq; indicauit Herodis animum. Unde simultate nata sequuta est de Gamalitici agri finibus contentio: & contractis utrinque copiis bellum per legatos gestum est, commissioque prælio Herodis exercitus internecione periit, proditus à quibusdam exulibus, qui pulsus à tetrarchia Philippi, tunc merebant Herodis stipendia. Hæc Herodes per literas Tiberio significat. Ille vero indigne ferens Aretæ audaciam, scribit Vitellio, ut ei bellum inferat, & aut uiuum captum abducatur, aut occisi caput ad se mittatur. Atq; hæc fuerunt madata Tiberij. Apud Iudæos autem fuit opinio, iusta ultione numinis deletum Herodis exercitum, propter Ioannem qui Baptista cognominatus est. Hunc enim tetrarcha necauit virum optimum, Iudæos excitantem ad virtutum studia, & in primis pietatis ac iustitiæ, simulque ad baptismi lauacrum: quod ita demum Deo gratum aiebat fore, si non ab vno tantum alterove peccato abstineant, sed animis per iustitiam prius mundatis, addant & puritatem corporis. Quumque magni concursus ad eum fierent, plebe talis doctrinæ auda, Herodes veritus ne tanta hominis autoritas defectionem aliquam pararet, quod viderentur nihil non facturi ex eius consilio, iudicauit satius esse prius quàm noui aliquid exoriretur illum tollere, quàm rebus turbatis seram poenitentiam agere. itaque victum missum in Machæruntem supra dictam, illic occidi imperat. quod factum sequuta est Iudæorum existimatio, ab irato Deo perditum esse Herodis exercitum.

XI. Vitellius autem ad bellum paratus Arabicum, assumpris duabus legionibus, & leuis armaturæ, atque equitum auxiliis missis à sociis regibus properans versus Petram peruenit Ptolemaidem. Quumque vellet per Iudæam exercitum ducere, occurrunt eius regionis principes, deprecantes transitum. Neq; enim patrios ritus permittere,

tere, vt inferantur vllæ imagines, quales Romana signa habebant pleraque. Quorum precibus flexus mutauit sententiam de itinere proposito: missoque per magnū campum exercitu, ipse cum Herode tetrarcha & amicis ascendit Hierosolyma, sacrificaturus Deo in festiuitate quæ tum instabat publica. Quò postquam ventum est, honore summo exceptus à populo, hæsit ibi triduo: & interim à Ionatha in fratrem eius Theophilum pontificatum transtulit. Quarta autem die literis acceptis de obitu Tiberij, populum sacramento adegit in fidem Caij noui principis: reuocatasque ex itinere copias in hiberna dimisit, omisso bello propter delatum in alium Imperium. Ferunt Aretam accepto expeditionis Vitellij nuncio collegisse ex auguriis, impossibile esse ad Petram peruenire illum exercitum. Vnum enim è ducibus prius moriturum, vel qui bellum paret, vel cuius iussu paretur, vel eum contra quem mouendum sit. Vitellius Antiochiam repetiit. Agrippa autem Aristobuli filius ante vnum annum Romam venerat, vt propter negotia quædam conueniret Cæsarem. Sed prius quàm de hoc dicam, explicabo Herodis progeniem, vel quòd ad præsentem narrationem id pertineat: vel quo magis appareat, quantum valeat diuina prouidentia, quandoquidem absque pietate nihil prodest nec numerosa soboles, nec vlla humana potentia, vt licet videre in Herode, cuius intra centum annos tam copiosa proles, exceptis paucis periit: quod sanè exemplo potest esse hominibus ad retundendam insolentiam: simulque in primis videtur memorabile, quomodo Agrippa ex priuata fortuna, præter omnium quibus notus erat opinionem, ad tantam potentiam peruectus sit. Et quamuis iam antè de ea re facta sit mentio, dicemus tamen hîc quoque diligentius. Herodi magno ex Mariamne Hyrcani filia natæ sunt duæ filiæ. harum altera Salampso nomine nupsit Phasælo regis ex fratre Phasælo nepoti, idque ex ipsius patris autoritate: altera vero dicta Cypros Antipatro, & ipsi nepoti Herodis ex sorore Salome. Phasælus è Salampsonè genuit quinque liberos, Antipatrum, Herodem, Alexandrum, & filias Alexandram ac Cypron, quæ nupsit Agrippæ Aristobuli filio. Alexandram verò duxit Timius Cyprius vir nobilis, in quo matrimonio absque liberis defuncta est. Cypros Agrippæ duos filios peperit, tres filias, Bernicē, Mariamnen, Drusillam. filij verò Agrippa & Drusus dicti sunt: quorum Drusus ante pubertatis annos obiit. Cum horum patre etiam reliqui germani educabantur apud aum, Herodes & Aristobulus, simulque Bernice: hi nepotes Herodis magni ex filio, Bernice verò neptis è Salome sorore & Costobaro nata est. Orbatî enim erant infantes adhuc patre Aristobulo, quem vnâ cum Alexandro ab Herode occisum diximus. Postquam autem per ætatem maturuerunt, Herodes hic Agrippæ frater duxit Mariamnem filiam Olympiadis Herodis regis filia, prognatam ex Iosepho qui regis frater fuerat: & ex ea suscepit Aristobulum. Tertio fratri Agrippæ Aristobulo nupsit Iotape Sampsigerami Emesenorum regis filia, ex quibus nata est filia surda, & ipsa Iotape nomine. & hi quidem ex tribus fratribus sunt progeniti. Herodias verò soror eorum nupsit Herodi magni Herodis filio, quem susceperat è Mariamne filia Simonis pontificis, ex quibus prognata est Salome: postquam natam Herodias in contemptum legis patriæ denuo nupsit Herodi mariti germano eodem patre genito, relicto priore adhuc superstite. Is fuit Galilæorum tetrarcha, Salome autem filia Philippo nupsit Herodis filio tetrarchiam habenti Trachonitidis. Quo sine liberis defuncto Aristobulus eam duxit filius Herodis, eius qui Agrippæ fuit frater. Ex hoc posteriore matrimonio nati sunt filij tres, Herodes, Agrippa, Aristobulus. atque hæc est Phasæli & Salampsonis progenies. Cypros autem Antipatro filiam Cypron peperit, quam duxit Alexas Selcius, Alexæ filius, & ex ea filiam item Cypron genuit. Herodes autem & Alexander, quos dixi fuisse fratres Antipatri, sine prole discesserunt. Cæterum Alexander Herodis regis filius qui à patre necatus est, Alexandrum & Tigranem filios suscepit è Glaphyra Archelai Cappadocum regis filia. ex his Tigranes apud Armenos regnans cum apud Romanos delatus esset, sine liberis obiit, Alexander autem Tigranem fratri cognominem filium habuit, qui Armenis per Neronem rex impostus, Alexandrum filium genuit. hic Antiochi Comagenorum regis filiam duxit Iotapen, & Lesidis in Cilicia rex à Vespasiano cōstitutus est. Progenies autem

XII. Alexandri ab initio ab institutis patriis ad religionem Græcorum desciuit. Reliquæ autem Herodis regis filiæ nulla relicta prole è vita excefferunt. Percensitis igitur Herodis posteris qui ad Agrippæ regni tempora pertigerunt, superest vt narremus quibus ille fortunis iactatus, postremo ad maximam dignitatē ac potentiā eualerit.

Navigatio Agrippæ ad Tiberium, & quomodo accusatus vinculus sit, utq; post excessum Tiberij à Caio eius successore solutus sit. Cap. VIII.



PAVLO ante Herodis regis obitum Agrippa Romæ degens, & per conuictum insinuatus in familiaritatem Drusi Imperatoris Tiberij filij, natus est etiam amicitiam Antonix Drusi maioris coniugis, commendatione matris suæ Bernices, quæ apud illam erat in precio. Cùmque natura esset liberalis & magnanimus, quàm diu mater vixit noluit ingeniū suum exerere, ne in eius indignationem incideret: sed postquam Bernice defuncta est, factus iam sui arbitrij, partim quotidiani victus splendore, partim liberalitatibus immodicis, præcipue in liberos Cæsaris, quorū fauorem captabat, redactus ad inopiam, non potuit amplius Romæ viuere: quando & Tiberius amisso filio veruit amicos eius in conspectum suum venire, ne recrudesceret per eos defuncti desiderium. His de causis retro in Iudæam abiit re male gesta, profusa pecunia, nec habens qui creditoribus mutuaticiam pecuniam redderent, & quidem multis ac importune urgentibus. Quare nullum consilium expediens, & pudore præsentis status, secessit in castrum Idumææ Malatha, cogitans miseram vitam aliquo pacto abrumpere. Quod eius propositum vbi Cypros vxor persensit, omnibus modis id impedire conata est: ad sororem quoque eius Herodiadem scripsit, significans & quid Agrippa decreuerit, & qua necessitate adactus: hortatâque est eam vt pro iure cognationis afferret auxilium, & se in hoc imitaretur, quæ quantum posset subleuaret eius miseriam, quamuis in longe minoribus facultatibus. Accersitus igitur à sorore, eiusque coniuge, iussus est habitare Tiberiade, assignata certa pecunia vnde viueret, & magistratu eius ciuitatis in eum collato, quo esset honoratior. Nec tamen diu Herodes in ea voluntate perstitit, quamuis ne sic quidem satis fieret propinqui necessitatibus. Cùm enim apud Tyrum in conuiuio largius indulgissent poculis, non tulit Agrippa contumeliam, exprobrante Herode inopiam, & quòd suo sumptu hominem aleret. quare ad Flaccum virum consularem & tum Syriæ præsidem se cõtulit, cum quo Romæ amicitiam cõtraxerat. à quo receptus cum eo viuebat, iam antè habente apud se Aristobulum, fratrem quidem Agrippæ, sed inimicum, non obstante tamen hac simultate, quo minus ex æquo vtrunque complecteretur proconsul. Sed Aristobulus nihil remittebat de odio, nec prius quieuit, quàm & Flaccum infensum fratri redderet, ex occasione huiusmodi. Damasceui cum Sidoniis contendentes de finibus, disceptaturi apud Flaccum, cognito, quòd Agrippa multum apud eum posset, rogauerunt, vt adesset ipsoꝝ partibus, polliciti magnam pecuniâ: qui mox paratus fuit omnia pro Damasceui facere. Aristobulus autè quia pactos de pecunia senferat, fratrem apud Flaccum detulit. Et facta inquisitione, ac deprehensò crimine, Agrippa excidit amicitia præsidis: rursumque ad extremam egestatē relapsus venit Ptolemaida, & quòd non haberet vnde aliàs viueret, decreuit nauigare in Italiam. Sed cùm deesset pecunia, iussit Marsyam suum libertum vt quauis arte à fœneratoribus eam sumeret. Ille Protrum Bernices Agrippæ matris libertum, qui defunctæ patronæ testamēto in Antonix clientelam venerat, rogat vt accepta fide sub syngrapha daret mutuum. Alter iam antè debere sibi nonnihil Agrippam asseuerans, extorsit à Marsya syngrapham viginti millium drachmarum Atticarum, detractis sibi de ea summa duobus millibus & quingentis, eo facilius, quòd non poterat Agrippa aliter facere. Recepta igitur pecunia profectus Anthedonem, & ibi nauem nactus, parabat se itineri. Id vbi comperit Herennius Capito procurator Iamniæ, misit eò milites exacturos argenti trecenta millia, quorum debitor Cæsaris fisco factus est dum adhuc Romæ ageret: atque ita imposita est illi manendi necessitas. & tunc quidem facturum se iussu simulat: sed quamprimum nox terris incubuit, præcisus nauis retinaculis nauigar Alexandriam. Ibi ab Alexandro Alabarcha poposcit mutuò ducenta argenti millia. Ille non ipsi se mutuaturum

mutuaturum professus est, sed Cypro, conjugalem amorem in ea demiratus & virtutes cæteras, fideiussit mulier. & mox Alexander quinque talentis repræsentatis Alexandriæ, reliquam summam exhibiturum se promisit Puteolis, profusionem Agrippæ veritus. Ita Cypros expedita mariti navigatione in Italiam, ipsa cum liberis in Iudæam itinere pedestri reuersa est. Cæterum Agrippa postquam Puteolos appulit, scripsit ad Tiberium Cæsarem degentem Capreis, venisse se officij causa significans, & potestatem accedendi eam insulam postulans. Tiberius nil cunctatus humanissime rescripsit, gratulans ei reditum ad Capreas incolumem. Nec minore alacritate præsentem excepit & amplexu & hospitio. Postridie Cæsar receptis literis ab Herennio, quod Agrippa trecentis millibus mutuo sumptis, nec ad cõstitutum tempus persolutis, de reddendo admonitus, fuga se è subiectis ipsius procuratori locis propriens, exigendi facultatē ademisset, ægrè tulit: mandauitque cubiculariis non prius admitti hominem quàm persoluto debito. Ille nequaquam ira Cæsaris attonitus, ab Antonia Germanici & Claudij postea principis matre petiit mutuo trecenta millia, ne periclitaretur de amicitia Cæsaris. quæ memor Bérnices huius matris consuetudinis, familiariter enim ea fuerat vsa, simulque educatum fuisse ipsum cum suo Claudio, præbuit ei pecuniã illam: & reddito debito, nemine prohibente fruebatur amicitia principis: adeoque conciliatus est Cæsari, vt is nepotem suum commendaret Agrippæ, mandarétque vt progredientem semper comitaretur officij gratia. hoc beneficio deuinctus & deditus Antonia, cœpit Caium nepotē eius colere, gratiosum apud omnes & honoratū ob parētis memoriam. Erat ibi forte Allus Samarita libertus Cæsaris. ab eo mutuatus decies centena millia, debitum Antonia reddidit: reliquum materiam habuit demerēdi Caium officiosus. A quo receptus in intimam amicitiam, quodam die dum vnà gestarēt incidit in confabulationem de Tiberio: & quia soli erant, precatus est Tiberio, vt quàm primum principatus locum Caio digniori cederet. has voces excepit Eutychns, libertus Agrippæ, & auriga: ac tum quidem siluit. Insimulatus deinde à patrono quasi vestē ei furto subduxisset, sicut re vera subduxerat, & ex fuga retractus, cum perductus esset ad Sisonem vtrbi præfectum, rogatus fugæ causam, ait se habere secreta quædam quæ cuperet indicare Cæsari, ad salutem ipsius pertinentia: quapropter vinctus missus est Capreas. hunc Tiberius more suo detinebat in vinculis, quod esset cunctator, si quis vnquã alius aut rex aut tyrannus. nam neque legationes sine mora admittebat, & præsidibus provinciarū vel procuratoribus successorem non mittebat, nisi mortuis. Proinde vinctos quoque negligebat audire, moræ hanc rationem reddens amicis scitantiibus: legatos quidem ideo admitti tardius, ne illis citò dimissis alij denuo creati redeāt, atque ira obruatur continuo excipiendis & dimittendis legationibus. Potestates autem semel constitutas ideo sinere, vt parcarur subditis. cum enim natura omnis magistratus ad auaritiã sit pronior, externum cui nullus certus sit præstitutus terminus, eo magis ad rapinam sollicitare homines. itaque si diutius eo fruuntur, exatiatos lucris legiores ad rapiendum fieri. quod si successor immineat, non suffecturos eorum auiditati provinciales, dum decessor tanto magis spoliatur, quanto minus temporis ad hoc faciendum sibi putat reliquum. Vtebaturque hac similitudine. Consauciati cuiusdam vulnere muscæ agminatim ingruentes operuerant, eum quidam forte fortuna præteries miseratus est, purans languidiorem, quàm vt illas posset arcere: accedensque propius parabat eas depellere. orante autem saucio vt sic eum sineret, quæsiuit alter causam cur ita liberari ab hac molestia negligeret. tum ille: imò his abactis maiorem molestiam mihi faceres: nam hæc iam saturatæ sanguine remiserunt nonnihil. quod si recentes accederent, & famelicæ, me iam antè pessimè affectum facile perderent. quare se quoque aiebat hac ratione providere subditis, multorum rapacitate vexatis, qui

more muscarum eos infestaret, maxime si ad innatam cupiditatem metus citò desinendi accederet. quod autem veram narrem de ingenio Tiberij, testatur mihi factum ipsum, nam cum duobus supra viginti annis obtinuerit imperium, duos in vniuersum Iudæis misit gubernatores, Gratum & successorem eius Pilatum. nec aliter se gessit circa ceteros imperio subditos. Vinctorum quoque causas ideo se aiebat serius

*Tiberius cum
et quare.*

*similitudo
ti quem muscæ
uerant.*

cognoscere, ne affecti supplicio cito leuentur malis quæ meruerint antea actis sceleribus, nunc dum longiores moras terunt, multo grauius reddi illorum infortunium. Sanè hæc fuit causa cur Eutychus tam diu egerit in vinculis, priusquàm Cæsari aures ei præbere sit collibitum. Procedente deinde tempore à Capreis venit Tusculanum, stadiis ferè centum ab vrbe dissitum, & Agrippa rogauit Antoniam, efficeret ut tandem audiretur Eutychus, cognoscereturque cuius accusaret patronum criminis. nam Antonia in magno honore habebatur apud Tiberium, vel propter affinitatē, quod Drusi fratris vxor fuerat: vel propter continentiam, quod florente etiā tum ætate vidua recusarit alteras nuptias, licet hortante Augusto ad iterandū coniugium, in eoque vitæ genere omnem cauerit infamiam. huc accedebat priuatū beneficium, quo maxime 10 deuinxerat hominē. Cū enim res nouas contra eum moliretur Seianus amicorum vnus, vir valde potens propter præfecturam prætorianorum militum, cōspirantibus multis senatoribus & libertis Cæsaris, & viris militaribus, tantum illi conflatum erat periculum, ut minimū quin opprimeretur abfuerit: quo tempore illustris opera fuit Antonia, per quam occursum Seiani malitiæ. quā primū enim intellexit insidias compositas in principem, rem totam ei perscripsit accuratissime: traditisque literis Palanti seruatorum suorum fidissimo, misit eum Capreas ad Tiberium, quibus ille cognitis Seianum occidit, & socios consilij: Antoniaque iam antè habitæ in precio, maiorem etiam in posterū fidem habuit per omnia. Hac igitur hortante ad audiendum Eutychum, respondit Tiberius: Huic quidem si quid contra Agrippam mentitus sit, 20 præsentem pœnā sufficere: sed videndum illi esse, ne dum inconsultius à liberto pœnas expetit, inquisitione facta, malum quod alteri molitur sibiipso cōciliet. quod ubi Agrippa audiuit ex Antonia, tātō magis vrgebat inquiri de hoc negotio: & cū nulum orandi finem faceret, naçta opportunitatem Antonia, videns Tiberium à prandio lectica gestari, præcedēte ipsius nepote Caio vnā cum Agrippa, accessit propius: & pedibus eum comitata, petiit vocari & examinari Eutychum. Ad quam ille: Deos testor Antonia, quod non spōte, sed tuis coactus precibus faciam quod facturus sum. quo dicto Macroni Seiani successorī imperat Eutychū adducere. quo sine mora veniente, rogat eum Cæsar quidnam cōtra eum afferat à quo libertatem acceperit. qui respondit: Domine, veſtabantur in curru Caius iste & Agrippa, me sedente illis ad 30 pedes: ubi post multos sermones vltro citroque habitos, Agrippa his verbis ad Caium vsus est: O si iam tandem dies illa veniat, qua senex iste decedens te orbi relinquat principem. nihil enim huic voto obesse posset nepos eius Tiberius. quem tu facile opprimeres. Tum verò ad publicam orbis felicitatē mea quoque priuatim accederet. His verbis Tiberius facile credens, non nihil etiam veteri offensa motus, quod Agrippa iussus colere Tiberium ipsius ex Druso nepotem, neglecto hoc mādato totus in Caium erat propensior: versus ad Macronem, huic, inquit, iniice vincula. At Macro non satis intelligens quēnam ille diceret. neque enim de Agrippa suspicari tale quid poterat, cunctabatur donec exactius rem perciperet. interim Cæsar aliquantisper gestatus per circum, denuo Macronem appellans. An non, inquit, iussi ut 40 huic vincula iniicias? quo scitante cui tandem, Agrippæ inquā, ille respondit. Agrippa vero ad preces versus, per memoriam filij, cuius consuetudine simul educatus familiarissime vsus fuerat, & per collata in adolescentem Tiberium officia rogabat veniam. sed frustra, prætorianis ita ut erat purpuratum in vincula trahentibus. cūque æstus esset vehemens, & præ inopia vini sitis eum vreret, conspiciatus quendam è Caij seruis nomine Thaumastum gerentē hydriam poposcit potum. & cū libenter oblatum hausisset, inquit, certè tuo bono puer exhibuisti mihi hoc ministeriū: quā primū enim hanc necessitatem euasero, impetrabo tibi libertatē à Caio, quandoquidem etiā vincto mihi non es grauatus ministrare, ut antea dum pristina mihi fortuna maneret integra. nec fefellit hominem, sed gratiam ei reposuit. nam regnum 50 adeptus Thaumastum à Caio impetratum manumisit, & bonorum suorum dispensatorem constituit. quin & moriens hunc Agrippæ filio Bernicæque filia reliquit eadem ministerij conditione, apud quos in precio vsque ad extremum diem habitus consenuit. Sed id postea contigit. Tunc verò Agrippa vinctus ante regiam stabat inter alios

alios quosdam æquè vinctos, incumbēs præ mœrore in quandam arborem. cui cùm inledisset bubo, vnus è vinctis natione Germanus alitem conspicatus, scitatus est è milite quinquam esset ille purpuratus. & cognito Agrippam esse, Iudæorum nobilissimum, rogauit militem vt liceret sibi propius ad eum accedere. cupere enim se quædam de ipsius patria cognoscere. quo impetrato, & adhibito interprete, ô iuuenis, inquit, contristat te quidem tam repentina & improuisa fortunæ mutatio: nec facile credes propè esse effugium, sic consulente rebus tuis diuina prouidentia. Sed testor patrios deos, & qui huic regioni præsident, & qui nos perduxerunt in hæc vincula, quòd nihil auribus tuis daturus sum, neq; te inani consolatione lætaturus: non ignarus quòd huiusmodi prædictiones si euentus frustretur, maiorem afferant mœstitiæ cumulum, quàm si nunquam omnino auditæ fuissent. itaque æquum duxi vel cum meo periculo interpretari tibi quid dii portendant manifestis auspiciis. Fieri non potest quin confestim euadas ex his vinculis, & mutatis rerum vicibus ad amplissimam dignitatem simul atque potentiam peruenias, vsq; ad eorum inuidiam quibus nunc videris miserabilis. Felicem quoque habiturus es vitæ exitum, relictis in opum successione liberis. Memento autem quādo hanc alitem iterum videris, quintum ex eo diem fatalem tibi futurum. Hæc sunt quæ tibi cælestes missa hac aue nunciant: cuius rei cùm habeam præscientiam, visum est impartiri te hac lætitia, quo spe futuri commodi leuius feras præsens infortunium. proinde rogo vt quamprimum felicitatem istam repræsentari tibi senties, des operam vt nos quoque eripiamur ex his aduersitatibus. hoc Germani præsagium tam videbatur Agrippæ ridiculum, quàm postea maximam admirationem est promeritum. At Antonia grauiter ferens calamitatem iuuenis, Tiberium quidē pro eo deprecari putabat non solum difficile, sed propter repulsam inutile etiam: apud Macronem tamen obtinuit vt in custodia seruaretur à militibus commodis moribus præditis, cōiutorēque haberet centurionem ei curæ præpositum, & quotidianis vteretur lauacris, & pateret ad eum libertis atq; amicis aditus, quorum subleuaretur officiis. admittebāturque ad eum, Silas amicus, & è libertis Marſyas atque Stichus, inferentes ei cibos quibus delectabatur: & stragula quasi venalia circumferentes, noctu substernebant permissu militum iam ante præmonitorum Macronis imperio. atque in hunc modum sex menses exegit in custodia. Cæterum Tiberius Capreas reuersus primum languore modice tentatus est: inualecente deinde morbo iam male de se sperans, per Euodum libertorum suorum carissimum accersit filios, quasi ad extremum colloquium. erant autem ei non naturales, sed adoptiui. nam Drusum vnicum filium amiserat. supererat huius filius Tiberius, cognomine Gemellus, & Caius ex Germanico fratre natus, iam adultus & disciplinis liberalibus pulchre excultus, adhæc graciosus apud populum propter paternarum virtutum memoriam. ille enim apud omnes in maximo honore habitus est, quòd esset modestissimis moribus, comis in alloquiis, & nemini se præferēs. quibus artibus non senatus modo ac populi fauorē sibi parauit, verum etiam quotquot vbiq; sunt prouincialiū, quos partim affabilitate, partim officiis deuinxerat. quam ob rem defunctum omnes non honoris simulatione luxerūt, sed veris lacrymis prosecuti, tanquam in priuata quisque mœstitia. adeo citra omnem omnium offensam vixerat: quod & filio eius plurimum profuit, cùm apud cæteros, tum maxime apud militare multitudinē, quæ pro ipsius dignitate tuenda nullum periculum non adiutura videbatur. at Tiberius cùm Euodum iussisset in crastinum summo mane filios adducere, precatus est deos patrios, vt manifesto aliquo indicio designarēt futurum successorem in imperio, cupiens quidem id nepoti ex filio relinquere, sed non ausus rem tam arduam tentare inconsultis numinibus. Itaque augurium cōcepit, cum sibi successurum, qui sequenti mane prior ad salutandum se venerit. quare pædagogum nepotis præmonuit, vt mox prima hora adolescentem adduceret, ratus Deum huic principatum annuere. sed aliter visum est cælesti numini. nam cùm Imperator hæc volutans diluculo iussisset Euodum eum è filiis introuocare qui prior aduenisset, egressus ille Caium offendit pro cubiculi foribus. nam Tiberius auiti propositi ignatus ientaculo remoratus est. Tum Euodus, vocat te, inquit, pater: simulq; introducit iuuenem.

iuuenem. Quo viso Imperator cogitare cœpit diuinam prouidentiam, per quam sibi adempta sit potestas statuendi quæ decreuerat: sentiēsq; diuersum cordi esse superioris, non tam suam voluntatē irritam doluit, quàm vicem infelicitis nepotis, cui non satis esset principatum adimi, nisi etiam incolumitas in vltimū discrimen veniat: quandoquidem alio potētiore futuro, parū cum tutatura videbatur sanguinis propinquitās in æmulatione potentiae, altero non ante securū putante suum principatū, quàm si insidiis præoccuparit alterū. erat enim Mathematicorū quoq; disciplinis addictior, iuxta quorum consilia in tota vita pleraq; agere est solitus. nam & Galbam olim venientem cōspicatus versus ad intimos quosdam amicos, En, inquit, virū, futurum aliquando Romanorū principem. In summa nemo Cæsarum vnquam tantā fidem habuit diuinationibus, non vanas expertus aliquoties, Tunc quoque magno mœrore affectus est ob id quod acciderat, non secus ac si nepotē iam extinctum cerneret: seq; ipsum culpabat, qui cōfugisset ad huiusmodi omina. cū enim liceret ei securo ē vitæ excedere, nunc corruptā sibi hanc felicitatē præscientia futuri carissimorū infortunij. Itaq; quamuis turbatus inopinata principatus sui successione, inuitus & reclamante animo sic Caium alloquitur. Fili, etiam si Tiberius propiore consanguinitate me contingat, tamen cū meum de te iudicium, tum vero deorū immortalium suffragium secutus, tibi in manus trado Romanū imperium, rogo autem vt hoc adeptus non sis immemor beneuolentiæ nostræ, qui tibi sum tantæ felicitatis autor: & quā poteris gratiam mihi referas, amore complectendo fratrem Tiberium: quandoquidem mihi nihil gratius pro hoc beneficio, quod post Deos totum meum est, potes repone- 20 nere, quàm si illi non desis quem tibi natura voluit esse coniunctissimum. nam alioquin etiam scire te oportet, illo superstitē stabilius fore tuum imperium: extincto vero, infelicitatis tibi adesse exordiū. Periculosa enim est solitudo dignitatis culmē obtinentibus: & qui in consanguinitatis iura peccant, nunquam diuinā vltionem effugiunt. Hæc Caio extrema mandata dedit Tiberius, omnia quidem pollicenti, sed fide. Quamprimum enim principatū assecutus est, fratrē iuxta illius præsagium sustulit: & ipse quoque aliquāto post coniuratorū insidiis oppressus est. At Tiberius Caio successore sibi designato post paucos dies obiit, cū vixisset in imperio annis viginti duobus, mensibus quinque, diebus tredecim. post quem Caius reipub. præfuit, quartus in imperatorū serie. Romani vero nunciato eius obitu vehementer quidē gauisi sunt, non tamen audebant credere: non quod verum esse nuncium non cuperent, quod iamdudum magno redemissent libenter: sed quod vererentur ne tentati falsis nuntiis, si intempestiue gaudiū suum detegerent, delatorū opera in certissimā perniciem incurrerent. Nemo enim ante eum patriciorū ordinē grauius afflixerat, quod esset iracundus & implacabilis, etiam sine causā odio plerosque prosequens, & pro innata sæuitia mortem leuissimam pœnā existimans. quapropter optatissimam hanc famam non sunt ausi fronte hilari excipere, intelligentes quantum subesset spei frustratæ periculū. Marſyas verò Agrippæ libertus cognita morte Tiberij, curriculo ad patronum properauit, lætissimum ei nuncium afferēs. quem cū offendisset petentem balneum, admoto capite sermone Hebraico, mortuus est, inquit, leo. id ille satis intelligēs, inopinatóque perfusus gaudio, at tibi, inquit, tum pro cæteris officiis, tum pro hoc nuncio quam tandem dignam gratiam referam, si modo vera nuncias. tum centurio qui custodiæ præerat, animaduertens tam Marſyæ festinum aduentū, quàm insecutam illius verba hilaritatem Agrippæ, suspicatusque accidisse noui aliquid, rogauit qua de re inter se conferrent. quibus primo cunctantibus, cū ille vrgere non desineret, tandem Agrippa vt iam familiari aperuit omnia. ibi centurio gratulatus ei plurimum hanc felicitatem, cœnam lautam apposuit. Sed dum epulis simul indulgetur & poculis, ecce tibi quidam superueniens affert incolumere esse Tiberium, & breui in urbem reuersurum. quibus verbis territus grauius centurio, capitalis culpa sibi conscius, quod cū victo lætum conuiuium iniuisset nunciato imperatoris obitu, proturbat Agrippam de lectulo, hæc insuper intonans. Tū me impune falles mentitus mortem Cæſaris, & non capite lues hanc linguæ petulantiam? Et cum dicto vinciri iubet, solum hacenus, & accuratius in posterum custodiri cum imperat: 50

perat: totamque eam noctem in his malis Agrippa exegit. postera verò die rumor de Tiberij morte increbruit, palàm id iactatibus hominibus, quibusdam etiam sacra hac de causâ facientibus: mórque allatæ sunt à Caio binæ literæ, alteræ, quibus senatui significabat successisse se in defuncti imperium: alteræ ad Pisonem vrbi præfectū, idem indicantes, mandantésque vt Agrippam è castris dimissum restitueret in id quod antè habitauerat domicilium. quapropter bono animo vixit postea: nam licet custodiretur, tamen suo victitabat arbitrio. Caterùm Caius Romam reuersus, Tiberij simul corpus referens, more solenni funus celebrauit sumptuosissime: & cùm vellet Agrippam eadem die solutum dimittere, monitu Antonia superedit: non quòd ea male vellet homini, sed negabat decoram hanc festinationem, ne videretur hoc odio Tiberij facere, si confestim solueret quem ille vinxerat. elapsis tamen non multis diebus, accersitum ad se domum tonderi, vestémque mutare præcipit. imposito deinde in eius caput diademate, tetrarchiæ quæ Philippi fuerat, regem constituit, adiecta Lysaniæ quoque tetrarchia, & pro ferrea catena dedit auream pari pondere. in Iudæam autem Marullum misit præsidem. Altero deinde anno principatus Caij Cæsaris Agrippa petiit veniam nauigandi in suum regnum ordinandi eius gratia, reuersurum se hoc peracto pollicitus. Quod vbi imperator annuit, præter omnium spem rex apparuit, insigni exemplo quanta sit in rebus humanis fortunæ potentia, reputatione præsentis felicitatis & egestatis pristinae. & alij quidem beatum prædicabant, qui spes suas secutus esset pertinaciter, alij vix credebant tantam felicitatem hominis.

Quomodo Herodes tetrarcha in exilium missus est.

Cap. I X.

HERODIAS autem Agrippæ soror, nupta Herodi tetrarchæ Galilææ atque Perææ, inuidebat fratri hanc potentiam, quem in celsiore quàm maritum cerneret fastigio: vrebat eam nimirum, quòd qui profugerat non valens debita dissoluere, tum reuersus erat auctus dignitate ac fortuna tā splendida: hancque mutationem iniquissimo ferebat animo, præsertim quoties illum videret ornatum regis insignibus per turbas inuchi: adeoque non poterat imperare suis affectionibus, vt maritum assiduis hortatibus ad similia speranda, & suscepta transmarina peregrinatione apud urbem ambienda erigeret: negans sibi vitam ferendam diutius, si Agrippa Aristobuli à patre supplicio traditi filius, & ob extremā inopiam metu creditorum profugus, reuersus regno fruatur: ipse verò filius regis, & à cognatis ad regnum inuitatus, per desidiā nihil tale affectaret, priuata vita contentus. Atqui maritum inquit, si tibi antehac molestum nō fuit, in minore quàm olim pater dignitate agere, nunc saltem honorem familiæ debitum appete. neque ferendum puta existimatione cedere viro, qui tuis quondam sustentatus sit opibus: neque per tuam patiaris ignauiam, vt illi videatur plus in paupertate superfuisse ad quærendam ampliorem fortunam industriæ, quàm tibi in tam opimis facultatibus: quasi non pudendum sit te nunc ab eo secundum censerī, qui paulo antè nisi tua misericordia non potuit viuere. Ergo Romam eamus non parcentes nec labori, nec auri argentive impendiis, quandoquidem non tam hæc seruare sit optabile, quàm parando regno insumere. at ille resistebat aliquandiu quietis amore, & suspecta habens Romana negotia: conabaturque eam in diuersam sententiam traducere. mulier contrā quanto magis eum tergiuersari videbat, tanto vrgebat improbius, nihil non tentandum censens regni cupidine: nec prius destitit quàm mariti extorqueret consensum, non valentis alias eius importunitatem excutere. itaque sine parsimonia facto apparatu exquisitissimo, vnā cum Herodiade Romam proficiscitur. Agrippa porrò cognita eorum mente ac apparatu, ipse quoque se accinxit ad resistendum: & quamprimum eos è portu soluisse didicit, etiam ipse Romam misit Fortunatum suum libertum ad imperatorem cum muneribus, & literis scriptis contra Herodem: simulque mandauit, vt per occasionem amplius cum principe super hoc negotio differeret. Qui subsecutus Herodem, & secunda nauigatione vsus, tantum modò à tergo relictus est, quòd tum primum ad Cæsarem admissus superuenit, literasque reddidit. vterque enim Puteolos appulit, & Caius tum fortè apud Baias repertus est: id oppidulum est Campaniæ, quinque fermè stadiis à Puteolis distantum:

L

fitum:

fitum: vbi palatia sunt splendidissima, dum imperatorum quisque superiorem vincere contendit magnificentia: inuitantibus eò lauacris calidis sponte è terra scaturientibus, tam ad fartiendam corporum valetudinem, quàm ad animos otio relaxandos commodis. Itaque Caius simul ab Herode salutatus est, priorem enim cum admiserat: simul Agrippæ perlegit literas, accusantes Herodem, quòd prius cum Sciano conspिरasset in Tiberium, & nunc iterum Artabano Partho faueret contra Caij nouum imperium. argumento erat ipsius tetrarchæ apparatus, qui in armamentariis suis haberet tantum armorum, quantum instruendis virorum septuaginta millibus sufficeret. Quare Cæsar commotus, percontatus est Herodem, verane essent quæ nunciarentur de armorum numero. quo annuente, neque enim vera negare poterat: satis approbatam¹⁰ putans defectionem, ademptam illi tetrarchiam ad Agrippæ regnũ adiecit, pecuniam quoque eius donans Agrippæ indici: Herodem verò perpetuò damnauit exilio apud Lugdunum urbem Galliæ. Cognito deinde sororem Agrippæ esse Herodidem, pecuniam ei propriam concessit: & ratus non libenter fore marito calamitatis sociam, in Agrippæ gratiam se illi parsurum promisit. ad hæc illa: Tu quidem Imperator, vt tua maiestate dignum est loqueris: sed mihi coniugalis amor impedimento est quo minus fruor hac indulgentia. non enim æquum censeo, vt cui secundæ fortunæ fui socia, cum nunc in aduersa deferam, at ille indigne ferens tam excelsum animum in fœmina, ipsam quoque cum Herode expulit, & bona eius Agrippæ largitus est. atque hæc fuit vindicta quam Deus intulit tum Herodiadi fratris successus inuide ferenti, tum Hero-²⁰ di ad obsequendum vaniloquentiæ vxoris nimis facili. Caius porrò primo ac sequenti sui principatus anno rempub. administrauit egregie: moderatèque se gerens, & Romanorum sibi fauorem conciliauit & prouincialium. procedente verò tempore infatus potentia magnitudine, oblitus est se esse hominem, & contumeliosus in superiores, ad reliquam insaniam diuinos etiam honores vsurpare ausus est.

Iudeorum & Græcorum apud Alexandriam seditio.

Cap. X.

XV.



VMQVE inter Iudæos & Græcos Alexandriam habitantes exorta esset seditio, terni ab vtraque parte legati delecti ad Caium missi sunt. Apion verò Alexandrinorum legationis princeps multa in Iudæos iactauit crimina, in³⁰ terque cætera quòd Cæsarem non prosequerentur debitis honoribus. nam cum quàm latè patet orbis Romanus Caio extruantur templa & altaria, & pari honore colatur cum cæteris numinibus, solos istos turpe putare dedicare illi statuas, aut iurare per nomen Cæsaris. Hic acerbe inuecto Apione, multisque aliis quæ ad exasperandum Caium ficerent, Philo è Iudæorum legatis potior, vir per omnia clarissimus, Alexandri Alabarchæ frater, & non imperitus philosophiæ, parabat causam suæ gentis agere. Sed repulsus est à Cæsare iubente illum abire, & per iracundiam vix temperante ab iniuria: quapropter eiectus conuitio, versus ad Iudæos affectatores, Nunc, inquit, oportet bono esse animo, quando Caius iratus est, nunc enim Deus nobis⁴⁰ contra illum aderit.

Caius in Syriam mittit Petronium iussu Iudæis bellum inferre, nisi malint recipere ipsius statuum.

Cap. XI.



AIVS porrò indigne ferens à solis Iudæis ita se despici, legatum in Syriam mittit Petronium successurum Vitellio: iubetque vt cum valido exercitu inuadat Iudæam: & si spõte id admittant, statuam eius in templo Dei collocet. quòd si detrectent, bello deuictos imperata facere adigat. is assumpta administratione rerum Syriæ, dedit operam, vt exequerentur mandata Cæsaris: contractisque quantum poterat auxiliis, cum duabus Romanis legionibus hybernauit apud Ptolemaidem, primo vere bellum illaturus: quod & Caio significauit per literas.⁵⁰ qui collaudata eius industria, hortatus est cum ad agendum gnauiter, & frangendam bello gentis contumaciam. Interim Iudæorum multa millia venerunt Ptolemaidem ad Petronium, deprecaturi ne quid facere cogerentur contra leges patrias. Quòd si omnino decretum sit statuam in fano ponere, ipsos primum interficeret, ac tum de-
mum

mum suo arbitratu rem perageret. nam quantisper superessent, non posse ferre violari
 legislatoris sui decreta, tot retro seculis obseruata ab optimis patribus. Ad hæc Petro-
 nius commotior, Hæc, inquit, quæ affertis fortè valerēt apud me aliquid, si meis ipsius
 consiliis & auspiciis rem gererem: nunc necesse est me subseruire decretis Cæsaris,
 quibus contrauenire impune nō licet. Ad hæc Iudæi, Si tibi Petroni certum est à præ-
 scripto Caij non discedere, neque nos transgrediemur legis nostræ mandata, freti di-
 uina potentia, & maiorum nostrorum virtutis æmuli. neque enim sumus adeo pusilla-
 nimes, vt quæ nobis cæleste numen imperauit proposito felicitatis præmio, ea præua-
 ricemur intempestiua vitæ cupidine. quapropter feremus fortunam quamlibet, dum-
 10 modo patriæ legis religio maneat incolumis: & parati sumus subire pericula, speran-
 tes Deum nobis non defore, propter cuius honorem non reformidamus ancipitem
 fortunæ aleam. Hoc malumus quàm tibi per ignauiam parendo incurrere perpetuam
 ignominiam, simulque ob neglectas leges indignationem numinis, cuius vel te iudice
 potior quàm Caij habenda est ratio. Ibi Petronius animaduertens eorum obstina-
 tam peruicaciam, neque se posse sine certamine & cæde statuam dedicare Cæsaris,
 cum amicis & famulatio properauit Tyberiadem, vt ex propinquo melius res Iudæo-
 rum dispiceret. Iudæi verò magnum timentes è Romano bello periculum, sed maius
 ex violatis legibus, iterum multorum millium numero occurrunt Petronio Tiberia-
 dem, supplicantes ne se ad eam necessitatem cogeret, nè sacratam urbem pollueret
 20 vetitis imaginibus. Tum Petronius: pugnabitis igitur cum Cæsare, nec illius opes, nec
 vestram imbecillitatem adhibentes in cōsiliū? Non pugnabimus, inquiunt, sed mo-
 riemur citius, quàm discedamus à legibus. simulque procumbentes ac nudantes iu-
 gulos, paratos se aiebant ad excipiendos gladios. atque hoc pacto perduratum est per
 quadraginta dies continuos, neglectis interim agriculturæ operibus cum maxime se-
 mentis essent tempora: quandoquidem certissimum illis erat propositum, mortem
 potius quàm statuam illam admittere. In hoc rerum statu Aristobulus Agrippæ regis
 frater, & Elcias Magnus cognomine, cum optimatibus cæteris eius familiæ, Iudæo-
 rumque primatibus accedunt Petronium, rogantes, vt consideraret obstinationem
 populi, nè illis desperandi ansam præberet, quin potius Caio scribat quanta perui-
 30 cacia reclametur dedicationi statuæ: vtq; relicto agriculturæ studio, de bello quidem
 nulla virium fiducia non cogitent: sed parati sint mori potius quàm tantam religionis
 labem in se admittere. ad hæc semente omiſsa instare latrocinia, dum non est vnde
 possint persolui vectigalia. forte enim flecti posse Cæsarem ne quid sæuius in eam gen-
 tem statuatur, nè illi rebellandi materiam præbeat. Quòd si non moueatur ab infe-
 rendi belli proposito, tum demum aggrediendum esse negotium. atque hæc fuerunt
 preces Aristobuli. Petronius verò partim deprecatoris respectu enixe vrgentis, & ip-
 sius rei magnitudinis, partim contentiosi Iudæorum propositi, ratus indignum tam
 multa hominum millia in gratiam insanientis Caij perdere, & cæleste numen suamq;
 ipsius cōscientiam reueritus, maluit absurditatem rei per literas docere imperatorem
 40 vel suo periculo: non ignarus quàm ille esset iracundo ingenio, & ad vindicandum
 prono, nisi quis quàm primum furenti morem gesserit. Sic enim existimabat, etiam si
 ille non decedat de sententia, & fortasse indignationem in ipsum vertat cunctantius
 mandata exequentem: esse tamen boni viri officium, pro incolumitate inſontis tam
 numerosi populi vel certum interitum non refugere. Ergo indicto Iudæis conuentu
 ad Tiberiadem, postquam adesse vidit multa millia, progressus in concionem ait ex-
 peditionem non à se vltro susceptam, sed mandato Cæsaris: cuius executionem dif-
 ferri periculosum esse, propter indignationem summæ potestatis: & alioqui conue-
 niens esse, vt ipse ab autoritate illius pendeat, per quem ad tantum dignitatis fastigium
 euectus sit. attamen vestræ, inquit, salutis meam securitatem aut existimationem non
 50 præferam, quos scio meritò pro patriis legibus contendere. imò ne mihi quidem pro-
 batur, summi Dei templum temerari principum licentia. quamobrem legatos ad
 Caium missurus sum, per quos cognoscat vestram irreuocabilem sententiam, quan-
 tumque in me erit hortabor vt honestissimæ vestræ voluntati assensum suum præ-
 beat. Deus cuius potentia superior est omnibus humanis conatibus, faxit vt & religio

vestra integra ac inuiolata maneat, & ille per immodicā honoris cupiditatem nullum sibi contrahat piaculum. Quod si offensus iram omnem in me verterit, patiar quoduis periculum, siue in corpus siue in vitam illi sēuire libeat, modo ne tam ingentem vestram multitudinem propter constantem bonam voluntatem perire videam. Abice igitur quò suum quemque vocat negotium, & terram labore vestro colite. Legationem autem ipse in urbem missurus sum, & quicquid in rem vestram potero, tam per me agam, quā per amicos meos & necessarios. His dictis concionem dimisit, hortatus, ut agros colerent interim, & bono essent animo. & ille quidem sic populum pro sua virili consolatus est. Deus autem manifeste ostendit Petronio suam prouidentiam, quòdque omnibus iuste atque honeste cœptis propitius faueat. Vix enim orationem finierat, cū repente imber præter omnium opinionem decidit, nullis tam serena die signis præmonstratus, & hominibus propter diurnam ac continuam siccitatem cœlitus pluuiam penè desperatibus, etiam si nubes viderent, quæ toties spem eorum frustratæ fuerant. Quapropter terra tum præter solitum præterque expectationem rigata largis imbribus, Iudæis spes facta est non irritas fore preces Petronij. Quin & ipse præses magis etiam obstupescit, euidenter cernens cura esse Deos res Iudæicas, attestante tam insigni prodigio, ut nemo nisi impudens posset contradicere. cūque accuratè super hoc negotio scripsisset ad Cæsum, dehortans ne tam multa millia in extremam desperationem atque perniciem adduceret, neque enim nisi bello compulsos discessuros à religione patria: ne seipse mulctaret luculentis ex ea gente prouentibus, æternūque apud eam sibi pararet improperium: id quoque adiecit, quā carus sit Deo populus, quāque manifestis signis declararet suam erga illos beneuolentiam. Hæc Petronius. Rex autem Agrippa, qui tum fortè Romæ degbat, indies Caio reddebatur familiarior: quando etiam conuiuium tale illi exhibuit, de industria procurato apparatu sumptuosissimo, adhibitoque omni exquisitissimarum lauticiarum ac voluptatum genere, ut omnes à tergo relinqueret in hoc certamine, atque ipsum etiam Cæsarem. tantum illi studium fuit demerendi principis per omne obsequium. is demiratus eius tam animum quā magnificentiam, qui etiam supra vires ac facultates placere sibi contenderet, volensque cum eo certare mutuis officiis, iam vino quoque factus hilarior, Agrippam ad lætitiā prouocantem sic allocutus est. Equidem & ante expertus sum tuam beneuolentiam, quando viuo etiam tum Tiberio ne periculis quidem à me colendo deterritus es: & nunc video te modò mihi gratificeris, nulli rei parcere, ne facultatum quidem tuarum ratione habita. quare cū turpe mihi sit à te vinci officiis, quicquid hætenus per me cessatum est iam pensabitur: tantūque ad pristinam meam erga te liberalitatem accedat enixe dabo operam, ut maximum ad futuram tuam felicitatem momentum allaturum sit. Sic ille benigne promittebat, ratus ampla latifundia postulaturum, aut urbium aliquarum vectigalia. ille verò quamuis iam pridem preces parauerat, tamen hætenus dissimulatum demum per occasionem aperuit, dicens neque olim propter priuatum commodum præter mandatum Tiberij se illum coluisse: & nunc nihil aliud captare præter ipsius gratiam. nam & priorem munificentiam vberiore fuisse quā vnquam spe concipere potuisset, quantumuis improba. et si enim tu, inquit, maiora præstare valeas, meis tamen non solum meritis, sed cupiditatibus etiam abunde satisfactum est. ibi Caius attonitus hominis modestia, magis vrgerè cœpit, ut vellet uti sua beneficentia, nihil non polliceri perseuerans. Tum Agrippa: Quādoquidem domine liberalitatem tuam tam benigne mihi offers, equidem peram, sed nihil quod ad diuitias attineat, quibus iam per tuam gratiam abundo. illud potius postulabo, quod impetratum & pietatis opinionem, & perpetuū fauorem numinis tibi conciliet. Mihi quoque gloriosum erit, si post innumeras alias hanc vnam etiam mihi feceris gratiam. Rogo igitur, ut mandatum reuoces, quod Petronio dedisti, de statua in Iudæorum templo ponenda. hæc ille velut aleam iaciens, nō ignarus quantum subesset periculū, quòdque capitale esset placitis Caij contradicere. Imperator autem simul officiōsa liberalitate delinitus, simul pudendam vanitatem ducēs, si corā tot testibus ultro ad petendum prouocato, repente mutatus denegasset gratiam: suspiciens etiam virtutem hominis, qui

qui pluris faceret pietatem, suæq; gentis tranquillitatem, quàm incrementum dominationis, aut redituum, fecit eum voti compotem. Scripsit igitur Petronio, collaudans eius industriam in comparando exercitu, & in exequendis mandatis, quæ acceperat, quod autem ad statuam attineat, si quidem dedicata sit & posita, sinēdam esse. sin minus, non esse cur in eo negotio plus laboris capiat: sed debere eum soluto exercitu reuerti ad intermissa officia. remissum enim esse hoc Iudæis in Agrippæ gratiam, cui tantum honoris à se haberi, vt non possit voluntati eius contradicere. In hunc modum Caius scripsit Petronio, priusquam ad defectionem spectare Iudæos cognosceret. alatis postea de rebellionem rumoribus, indigne ferens gentis audaciam, & contemptum imperij, homo omni dedecori obnoxius, nullamque rationem honestatis habens, & impetu iracundiæ quouis abripi solitus, quem refrænare nunquam studuit, imò ad felicitatem suam pertinere putans, si quàm maxime affectioni huic indulgeret, denuo scribit eidem in hanc sententiam: Quoniam plus apud te valuerunt Iudæorum munera, quàm mea mandata, quibus neglectis omnia illis gratificatus es, temet iudicem facio quid de teipso stutuere debeas, semel indignationem meam meritis. Volo enim te exemplū fieri & præsentibus & posteris, nullo modo irrita habenda mandata imperatoria. Hæc epistola missa quidem est ad præsidem, nō tamen Cæsare viuo reddita, qui perferebant tardius nauigantibus, ita vt prius ille alias acceperit literas, nuntiantes de Caij exitio. Deus enim non fuit immemor Petronij, & periculorū quæ propter ipsius honorem atque Iudæorum religionem subiit: sed amoto à reipub. habenis Caio propter impie affectatos diuinos honores, tanto maior habita est illi gratia tam à Romanis quàm à prouincialibus, maximo fauore præcipuis senatoribus eum prosequentibus, in quos potissimum Caius debacchari est solitus. Is extinctus est non multo postquam Petronio scripserat illam mortis denunciatricem epistolam. Causam autem propter quam Caius sublatus est, & quemadmodum comparata sunt in eum insidia, procedente stilo significabimus. cæterum Petronio prius redditæ sunt literæ de cæde imperatoris, ac tum demum superuenerunt illæ, quibus iubebatur mortem sibi consciscere. quare lætatus fortuito tyranni interitu, admiratus est Dei prouidentiam, qui sine dilatione mercedem habiti sibi honoris persoluerit, & Iudæis præsentem opem attulerit. Et ille quidem miro hoc modo euasit mortis periculum.

Quo in statu res Iudæorum apud Babylonem fuerint, & de Asineo ac Anileo fratribus.

Cap. XII.

Neciderunt in ea tempora graues motus Iudæorum apud Mesopotamiam XVI.
ac Babyloniam habitantium, cædesque & calamitates quales nusquam memorantur in superioribus narrationibus, de quibus accurate tractaturus, causas etiam ab origine repetam. Neerda dicitur vrbs Babylonix, frequens populo, & agro fertili, qui tantam multitudinem possit alere. ad hæc non patet hostium assultibus, cineta fluentis Euphratis & firmissimis mœnibus. eidem flumini est & Nisibis apposita: quare Iudæi freti locorum natura, sacrū didrachma quod Deo ex more solent offerre, cæteramque votiuam pecuniam, in his vrbibus deponebant tanquam in communi ærario, inde suo tempore transmittendam Hierosolyma: quæ deinde à multis hominum illò deducebatur, metuentium latrocinia Parthorum, quorum ditioni tum suberat Babylonia. Ex his Iudæis erant Asineus & Anileus fratres, Neerdenfes patria, orbatu patre, & à matre ad tetrini opificium adhibiti, quod non indecorum habetur illis gentibus, vbi & viri exercent lanificium. hos officinæ magister, apud quem artem didicerant, quod serius aliquando ad operandum accessissent, castigauit verberibus, illi credentes se affectos iniuria, detractis armis quæ seruabantur in eius domus pariete, contulerunt se in quendam locum vbi fluuius scinditur, vberem pascuis, & frugum fertilem, cæterorumque fructuum, qui reponuntur in hycmem. ad eos mox confluit iuuenum quisque egentissimus, quorum armis stipati pro ducibus se gerebant, nemine cohibente maleficia. cum enim facti essent inexpugnabiles, & arcem sibi construxissent, dimissis exactoribus tributa colligebant ab accolis, certum videlicet pecoris numerum, & quantum in alimenta eorum sat erat,

L 3 promit

promittentes amicitiam morem sibi gerentibus, & propugnationem contra externam vim si qua ingrueret: contra occisionem gregum ac pastorum, si detrectarent imperata facere. quapropter necessitate coacti mittebant eis quantumcunque poscerent. quo factum est, ut aucta eorum potentia, validi essent ad incursum quoslibet, nemoque vicinorum auderet eos offendere, aut armis cum illis congredi: adeo ut ad Parthorum quoque regem rumor hæc detulerit. Satrapa autem Babylonie postquam hæc audiuit, volens crescens adhuc malum opprimere, priusquam maius aliquod inde proveniret incommodum, collecto quantum poterat à Parthis ac Babylonis exercitu, properavit contra eos, cupiens ex improviso opprimere: obsessaque palude suos iussit aliquantisper quiescere. postridie verò Iudæis sabbaticas ferias otio 10 publico celebrantibus, ratus non ausurum hostem in certamen descendere, sed nullo negotio victos se abducturum, paulatim procedebat, ut derepente in eos irrueret. Asinæus verò qui tum fortè positus prope se armis cum sociis desidebat in otio, Viri, inquit, hinnitus equorum mihi aures perculit; non qualis est passim pascentium, sed qui sessorem tergo vehant: nam & frænorum sonitum sentio, vereor ne circumventi simus ab hostibus. sed procurrat aliquis speculatum, qui nobis quid immineat certo renunciaret. optarim autem vana esse, quæ diximus. moxque quidam profecti visum, celeriter redeunt, non falsam suspensionem fuisse referentes: adesse ultores acceptæ iniuriæ. ex insidiis se obrutos equitatu copioso velut pecora, ne ad repugnandum quidem paratos, vetante propter ferias patria consuetudine. at Asinæus 20 longe aliter quàm speculatori videbatur statuit, non concedendam censens hanc voluptatem hostibus, ut per otium in se grassarentur cædibus: quin potius virtutis & præsentis necessitatis memores cogniti debere, ut si ita fors ferat, non inulti pereant: primisque correptis armis suos exemplo ad similem exciuit audaciam, ad conferendas cum hoste manus eos animans. & quia contemptim veniebant rem factam se habere putantes, multis cæsis reliquos coegit terga vertere. Eius pugnae postquam ad Parthorum regem fama peruenit, admiratus fratrum audaciam, concupiuit eorum aspectum & colloquium: confestimque ad eos misit fidissimum è satellitibus qui hæc verba illis referat: Regem Artabanum tametsi iniuriam eorum violentia in suo regno acceperit, indignationem tamen virtuti ipsorum remittere: misissetque se qui fide 30 data impunitatem & securitatem itinerum eis offerret ipsius nomine, quod amicitiam eorum cuperet, sine fraude omni & insidiis, paratam esse regis munificentiam, foreque ut hac sua virtute posthac rege fauente vrantur melius. Tum Asinæus ipse quidem profectionem distulit, fratrem verò Anilæum misit cum quibus potuit munibus. Iuit ille ad regem, & facile admissus est. Artabanus autem videns Anilæum solum venisse, rogavit cur nam domi reliquisset Asinæum. cognitòque metu illum se continere intra palustria: per patrios deos decieravit, nihil eos se læsurum in fidem venientes: idque porrecta iuveni dextra fanciit, quod apud barbaros conuenturos certissimum est argumentum fiduciæ, nam post datam dextram apud eos nec fallere fas est, nec diffidere, cessantibus omnino suspicionibus. Tum quoque Artabanus hoc pa- 40 cto remisit Anilæum, persuasurum fratri, ut simul veniat. Hoc autem agebat rex volens conciliatis sibi his fratribus per Iudæorum virtutem illas satrapias continere in officio, quæ videbatur ad defectionem spectare occupato rege alibi. Verebatur enim ne dum ipse rebelles perdomat, Asinæus auctis apud Babyloniam viribus, siue volentibus provincialibus, siue inuitis non temperaret à maleficiis. Hoc igitur consilio illum accersit. Asinæus verò facile à fratre in eam sententiam inductus est, præsertim commemorante quàm luculenter erga ipsos rex affectus sit, quodque ad firmandam fidem iusiurandum interposuerit. quare primo quoque tempore ad Artabanum ambo perveniunt, ille perlibenter eos excepit, in primis miratus generosum Asinæi animum, quod videret brevis statura hominem, & primo aspectu contemnenda specie quasi 50 nullius precij, apud amicos distitans, nihil esse in tantillo corpore, quod tam vasto animo respondeat, & inter epulas ostensum magistro militum Abdagasi prædicaui, denarrans quanta fortitudine bella gerere soleat. Is cum rogasset, ut bona regis venia liceret illum interficere, pœnæque tot maleficiorum de eo sumere, quibus Parthos

thos læferat: negauit se hoc permissurum in hominem qui se credidisset suæ fidei, data dextra confirmatæ & iureiurando adhibito. Quòd si, inquit, vir bellicosus haberi vis, nihil opus habes meo periurio ad abolendam Parthorum ignominiam: sed redeuntem aggressus per vim absq; meo consensu opprime. Mane deinde accito Asinæo: Tempus tibi est, inquit, iuuenis domū reuerti, ne diutius hic ducum in te odia prouoces, qui te fortassis etiam me inuito conarētur interficere. commendo autem tibi terram Babyloniam, vt eam tua cura tutam à latrociniiis & illęsam custodias. mihi vicissim cordi erit tua incolumitas, quandoquidem tuum caput non dubitasti meæ fidei committere. hæc locutus, datis mox muneribus Asinæum dimittit. ille domum

¹⁰ reuersus castella partim noua condidit, partim quę prius habuerat firmavit munitio-
nibus: breuique in tantum auctus est, quantū ante cum nemo alius, à talibus exorsus
initijs: nec contentus honoribus Babyloniorū, à Parthorum quoq; obseruabatur du-
cibus, qui in vicinas prouincias mittebātur cum imperio. Adeo creuit eius autoritas
vnā cum potentia, vt Mesopotamia tota ab ipsius penderet nutibus. In hac felicitate
florentior indies exegit annos quindecim: quæ non prius cœpit in deterius vergere,
quām neglecto pristino virtutis studio, cōtemptisq; institutis patriis, voluptate victi
dediderunt se externis libidinibus. Venerat forte in eas regiones Parthorū quidam
dux cum coniuge tam aliis dotibus quām insigni forma laudatavsq; ad miraculum:
hanc siue aspectu siue fama cognitā adamauit Asinæi frater Anilæus: & cum neq; suis

²⁰ imperare posset cupidinibus, neq; vlla alia spes esset potiēdi muliere, bello maritum
eius petiit: primòque confictu cæso Partho, vxor in victoris potestatē & thalamum
peruenit: quod quidē magnarum calamitatū tam ipsi quām fratri fuit principiū. cum
enim amisso priore marito captiua duceretur, simulacra patriorum numinum quæ
gentilitio ritu & domi secum habere solebat & in itinere, clām inter cæteram supel-
lectilem aduexerat. ea primum colebat sine arbitris. Deinde in thorum recepta, &
nacta fiduciam, propalām operabatur sacris quæ à defuncto acceperat. id factum ob-
iurgabatur ab amicis vtriusq; fratris primariis, indignum facinus dictitantibus, contra
Hebraicę gentis ritus ac leges ductam vxorem barbaram, deditam impiis patrię suę
superstitionibus. quare videndum ne dum nimium indulgent voluptati corporis, à

³⁰ principatu excidant, quem diuino fauore cōsecuti sint. Sed adeo nihil profectum est
his admonitionibus, vt præcipuus quidam confossus sit dum liberius inuehirur: qui
moriens iratum numen imprecatus est fratribus eorūque sociis, vlturum læsam &
religionem & amicitiam, vtq; simili & ipsi ab inimicis afficerentur exitio: illi quidem
quòd autores iniurię fuerint, hi quòd patrocinatorē legum per summiū nefas op-
primi passi sint. quamuis enim moleste ferrēt talia, plus tamen apud eos valebat præ-
teritę virtutis memoria, cui acceptam ferebant præsentem felicitatē. sed indignatio-
nem eorum accēdit mulieris impietas, non ferentium pertinaciter amplexam sacra
Parthica: factòq; concursu ad Asinæum vociferabantur in Anilæum: dicentes oport-
tere eum, si prius parum potuit quid vtile sit dispicere, nunc certē erratū corrigere,

⁴⁰ priusquam id publica expietur pernicie. nam & connubium illud nemini probari, vt
parū conueniens patriis ritibus: & supersticiosum numinum cultū quem mulier sibi
permittat, pertinere ad Dei veri iniuriam. at ille quamuis agnosceret peccatū fratris
allaturū sibi ac suis magnū aliquod incommodum, victus tamen germanitatis affectu
facile ignoscebat succumbenti tam indomitis cupidinibus. Sed cum maiores indices
concurfus ad eum & vociferationes fierent, tandem super ea fratrem admonuit, an-
teacta obiurgans, & iubens vt resipiscat in posterū, mulieremq; domum ad cognatos
ipsius remittat. nihil tamen hac admonitione effectū est: quia mulier sentiens propter
se murmur esse in populo, & verita ne Anilæo propter amorē sui durius aliquid acci-
deret, veneno Asinæū sustulit, secūra quòd sub amatore iudice impune auferret hoc

⁵⁰ facinus. Cæterum Anilæus ad se vnū iam principatu redactō, cum exercitu fecit im-
petum in vicos Mithridatis viri apud Parthos nobilissimi, qui in matrimonio habe-
bat Artabani filiam: eosque magna prædā abacta populatus est. nam & pecuniam
multam & mancipia reperit: pecoraque & res alias quibus fortunę possunt auctio-
res fieri. Mithridates vero qui fortē tum non procul aberat, audita vicorū expugna-
tione,

tione, indigne ferens ultro se ab Anilæo laceſſitum iniuria, habitamq; ludibrio ſuam dignitatem iudicans, excita iuuenum manu. collectoq; equitatu quàm potuit maximo, obuiam proſectus eſt conſicturus cùm Anilæo: & cum ad vicum quẽdam ex ſuis perueniſſet, ibi quieuit: quod decreuiſſet poſtridie Iudæos aggredi ſabbato inſtante quod illis religioſo otio colitur. qua de re præmonitus Anilæus à barbaro natione Syro alterius cuiuſdam vici incola, & inter cætera diligenter edoctus quo loco Mithridates celebraturus eſſet cum ſuis conuiuium: iuſſo curare corpus milite, noctu contra hoſtes properauit, vt inopinos opprimeret. quò delatus circa quartam vigiliam, partim ſopitos occidit, partim attonitos fuga coëgit ſalutẽ quærere. Mithridatẽ etiam viuum captum ſecum abduxit, nudum ſuper aſinum impoſitũ, quæ apud Parthos grauiſſima habetur cõtumelia. quem cùm ſic ad ſyluam quandam perduxiſſet, hortatibus amicis vt illum interficeret, ipſi diuerſum viſum eſt, neganti occidendum virũ genere apud Parthos præcipuũ, & honoratũ affinitate regia. præteritarũ enim iniuriarũ poſſe impetrare veniam. quamuis enim offenſus ſit Mithridates, habiturũ tamen pro conceſſa incolumitate gratiam. quòd ſi grauius in eum conſulant, non quieturum regẽ niſi magnis cædibus in Iudæos Babylone delegentes vindicet: quibus parcendum eſſe propter coniunctionem ſanguinis, & vt ad illos ſibi pateat refugium, ſi qua clades accidat vt ſunt belli viciffitudines. eam ſententiã approbavit multitudo cætera, atq; ita Mithridates dimittitur, qui domũ reuerſus ab vxore exceptus eſt conuitio, quòd regis gener poſt acceptas à Iudæis tot tam inſignes iniurias, nunc captiuſ etiam vitam eis debere ſuſtineret precariam. Aut igitur, inquit, priſtinã virtutẽ recipe, aut Deos teſtor. quibus curæ eſt regum dignitas, me tua conditione non uſuram poſtea. ille partim non ferens quotidianum opprobrium, partim timẽs mulieris elatum animum ne diuortium faceret, inuitus quidem, coëgit tamen quantas potuit copias, indignum ſeipſe vita exiſtimans, ſi homo Parthus Iudæis victoriam cederet. Anilæus vero vbi cognouit aduentare illum cum valido exercitu, turpe ducẽs continere ſe intra paluſtria, & ſperans fortunã contra hoſtes priori ſimilem, fretuſq; milite iam aſſueto vincere, & ipſe contrà eduxit copias: cui præter veteranos multum etiam prædæ cupidine ſe adiunxerant, rati proſtigandum hoſtem quamprimum in conſpectum venerit. progreſſos autem meridiano tempore per regionẽ inaquoſam ad nonaginta ſtadia Mithridates adoritur, æſtu & ſiti laborẽque itineris adeo feſſos vt arma ægrè ſuſtinerent, ipſe recentibus viribus: conſeſtimq; in fugam verſis tanta cædes ſecuta eſt, vt multa virorum millia caderent. Anilæus autem ſtipatus glòbo iuuenũ effuſiſſima fuga ſe in quandam ſyluam recepit, relicta Mithridati lætiſſima victoria. Verũ ad Anilæum breui confluxit magna multitudo perditorum hominũ, qui licentiã pluris quàm propriam ſalutem facerẽt: itaque detrimentum quod acceperat in prælio, ſuppletũ eſt duntaxat numero. neque enim conferendi erant cum his qui ceciderant, eo quòd eſſent rudes militiæ. Duxit tamẽ eos contra Babyloniorum caſtella, latẽque vaſtabat omnia. Tum Babylonij reliquiq; hoſtes miſerũt Neer-
 dam ad Iudæos qui Anilæum depoſcerent ad ſuppliciũ. quod cùm non impetrarent: neque enim illis integrum erat hominẽ dedere, ad pacem eos inuitauerunt. quibus tractationẽ de conditionibus pacis admittentibus, miſſi ſunt tam ab illis quàm à Babyloniiſ legati ad Anilæum. tum Babylonij perluftrato diligenter loco in quo ſe ille continebat, clàm noctu irruunt in ſopitos & grauatos crapula: & impune quotquot adepti ſunt interficiunt, & ipſum Anilæum inter cæteros. Tum vero hoc metu exoneratus Babylonis populus, qui antehac non auſus erat odium effundere in noſtros homines, cum quibus illi propter diuerſos ritus perpetuum eſt diſſidium, nunc his nunc illis præualentibus: ſublato inquam Anilæi ſodalitio, in Iudæos vndique coortus eſt. Itaque non ferentes eorum violentiam, & ſentientes ſe ad conſtigendum impares, nolentes cum eis habitare amplius, migrarunt Seleuciam. urbem eius regionis præcipuam, à Seleuco Nicanore olim conditam. hæc commune eſt Macedonum, Græcorum, & Syrorum domicilium. eò poſtquã confugerunt Iudæi, per quinquennium nulla affecti ſunt iniuria. ſexto autem anno peſte apud Babylonem graſſante, denuo inde migratum eſt, quam multitudinem excipiente Seleucia, ſequuta eſt Iudæos

dæos maior calamitas ex huiusmodi causâ. in hac vrbe semper Græcis male cum Syris conuenit, Græcorum tamen factione præponderâte. quò postquam à Iudæis migratum est, eorum fauore conditio Syrorum cœpit esse potior, aucta viris bellicosis, & periculorū contemptoribus. quare Græci succumbentes, & videntes se non posse recuperare dignitatem pristinam manente Iudæorum & Syrorum consensu, suos quisque familiares Syros appellauerunt de pace & amicitia, id quod facile impetratum est. nam cùm vtrinque primatibus commissum esset negotium, secuta est reconciliatio, quam ita demū ratam fore placuit, si vtriq; Iudæos cōmunibus prosequerentur odiis: eosque ex improviso aggressi, occiderunt supra quinquaginta virorū milia: nec vllus euasit, nisi si quem amici aut vicini seruauit misericordia. hi deinde secesserunt Ctesiphontē urbem Græcanicam vicinam Seleuciæ, vbi quotannis rex hibernare est solitus, habens ibi maiorem supellectilis partem repositam, ibique sedes fixerunt, tutos se rati regiæ maiestatis reuerentia. Cæterum Babyloniorum ac Seleucensium terror omnes eius tractus Iudæos peruagatus est: quando quicquid erat Syrorum in illis regionibus, cum Seleucensibus conspirauit in eorum perniciem. quo factum est vt plerique Neerdam & Nisibim se receperint, securitatē suam reponentes in earum munitioribus, quæ alioquin etiā habitantur à viris bellicosissimis. Atq; ita se tunc habuerunt res Iudæorum per Babyloniam.

20 FLAVII IOSEPHI
ANTIQUITATVM
IYDAICARVM LIBER
DECIMVS NONVS.

Quomodo Caius à Cherea cæsus est.

Cap. I.

30



A I V S porro non in solos Iudæos Hierosolymis & in vicinis regionibus degentes debacchatus est, sed terra marique quàm late Romanum patet imperium, quod maioribus repleuit calamitatibus, quàm quæ vnquā veterum monumentis sunt proditæ. Sed maxime Roma ipsa eius sæuitiam experta est, nihilo hac parte meliori conditione quàm vrbes cæteræ, præsertim senatores ac patricij, cæteraque nobilitas: innumerisque iniuriis vexabatur qui vocantur equites, opibus & dignitate senatoribus proximi, vtpote ex quorum ordine senatorum

40 habeatur delectus: hi enim ignominie afficiebantur & exiliis cædibsq; & confiscationibus, quæ tum ferè cædis accedebant præmium. Se verò pro Deo gerebat, non contentus humanis honoribus coli à subditis, & Capitolium frequētans templorum omnium in vrbe celeberrimū, Iouem eius præsidem appellatione fratris salutare ausus est. Aliis quoq; operibus suam declarabat insaniam, quādo à Puteolis vrbe Campaniæ ad Misenum alterum maritimum oppidum grauatus triremi traicere, & alioqui ad suam dominationem pertinere existimans, si à mari eadem quæ à terra obsequia exigeret, ab vno promontorio ad alterū ponte iuncto medio sinus spacio, curru vltro citroque vectatus est: id enim demum iter dignum esse maiestate sui numinis. Templorum etiam Græcanicorum nullum in spoliatū reliquit, & omnes insignis artificij tabulas atq; statuas edicto ad se comportari imperauit, quicquid ubiq; terrarum pulchri esset, in pulcherrimo loco, hoc est, Romana vrbe spectari debere dictitās. his spoliis palatiū suum & hortos exornauit, aliosq; suos secessus per Italiam. ad hæc Iouem qui à loco in quo vniuersis Græcis colitur, cognominatur Olympius, opus Phidias Atheniensis statuarij, ausus est iubere in Urbem transferri: quod tamen factum

L 5

non

non est, architectis apud Memmium Regulum, cui demādatum erat hoc negotium, negātibus loco moueri posse illæsum simulachrum, & absq; vitio, aiunt etiam prodigiis fidem excedentibus Memmiū veritū, distulisse imperata facere: quæ ipse inseruit excusantibus cessationē suam literis. cūque capite luendum esset neglectum mandatum, interitus Caij hominē exemit periculo. Eò denique infantiæ prouectus est, vt natam sibi filiam in Capitolium delatam, in simulachri genua deponeret, quasi communem sibi cum Ioue prolem, in medio se relinquere dicens iudicium, vtro maiore parente sit genita. atq; hæc agentem tolerabant tamen homines. Permisit etiam seruis licentiam deferendi suos dominos qualicunque crimine: quod eo grauius erat, quia ex ipsius Cæsaris autoritate, & in eius gratiam gerebantur omnia: adeo vt Claudium ausus sit Pollux mancipium ipsius reum facere: & Caius sustinuit inter iudices audire patrum dicentem causam capitis, sperans sumpturū se de illo suppliciū: quod tamen ei non licuit. Itaque cū totum suæ ditionis orbem repleisset sycophantiis, & feruos erexisset contra dominos, passim illi tendebantur insidiæ, alios ira stimulante ad vindictam acceptæ iniuriæ, aliis ipsius cæde imminētē sibi perniciem præcauere volentibus. Certè ius publicum, nisi illo sublato, saluum manere non potuit, præcipue nostra gens eius cæde crepta est ex ipsis interitus faucibus. quapropter libet mihi accurate denarrare totum negociū, vel ideo vt argumentum sit diuinę potētiae, quod & in aduersis soletur homines, & modestiæ fortunatos admoneat, ne opinione diurnæ felicitatis falsi, neglecta virtute in perpetuam corruāt miseriam. Tres in illius necem conspirationes factæ sunt, quarum singulæ autores habebant viros fortissimos. nam Æmilius Regulus à Corduba Hispaniæ ciuitate oriundus manū coniuratorum circa se habebat, quorū opera illum tolleret. alterius Cæsius Chærea tribunus erat caput. Annius quoque Minucianus non paucos ad opprimēdum tyrannum conciuerat. His Caius inuisus erat, Regulo quidem quod is natura omnem iniquitatem oderat. erat enim magnanimus, & liberali ingenio præditus, ita vt non dissimularet sua consilia: quæ cum multis cōmunicauit, vel amicis, vel alioqui viris strenuis. Minucianus verò partim Lepidum vlciscendi cupidine, quem illi amicissimum & ciuem cum primis egregiū Caius occiderat: partim metu, quod videret eius odia semper esse exosis capitalia, decreuit illum ferro inuadere. Chærea non ferebat exprobratā sibi à Caio molliciem, & alioqui quotidiana pericula quibus propter familiaritatem eius erat expositus, optime se putabat nece ipsius euasurū. Commune autem omnium illorum erat propositū, superbæ ac impotenti eius dominationi finem imponere. spes enim erat, successurum negocium, & re bene gesta seruandam ope sua rempublicam, cuius salutis honestum esse vel vitam impendere. Sed Chærea fuit feruentior cæteris, tum cupiditate parandi sibi clari nominis, tum quod propter tribunatum faciliorem accessum habebat ad perpetrandum facinus. interim Circenses ludi agebantur, quibus impēdio delectatur Romanus populus, & alacriter in circum concurrens, quicquid desiderat ab imperatoribus flagitat, & illi postulatis eius perlibenter indulgent, tum quoque contentione magna rogabāt, vt tributorum ac vectigalium releuaret onera. ille non ferens eorum vociferationes, dimissis militibus iubet clamatores illos passim correptos duci ad supplicium: multiq; hoc pacto capite plexi sunt. idque tulit populus, & cessauit à clamoribus, exemplo doctus maiore vitæ rationem habendam quàm pecuniæ, quod viderent pro importuno eius studio multis repræsentatum interitum. Hæc magis etiam Chæream incitauerūt ad aggrediendum facinus, & compescendam immanem Caij ferociam. Et sepe quidem epulantem inuadere decreuerat, certis tamen rationibus id distulit: non quod dubius esset propositi, sed quia captabatur occasio commodior, vt non irritò conatu rem ad effectum deduceret. iam autem non modicum tempus exegerat in prætoriana militiæ. tum verò exactionibus præpositus, & debitis in fiscum redigendis, quorū quædam dilatione solutionis conduplicata fuerant: dum in exigendo terit tēpus, & afflictæ fortunæ hominū miseratione exequitur mandata negligētius, conciuuit in se iram Cæsaris, non sine probro effœminati ac segnisi animi. nec hoc contentus, quoties ille redeuntibus vicibus signum à se peteret, fœmineum aliquod & probrosum dabat vocabulum.

vocabulum. atque hæc faciebat, cum ipsum non pueret in quibusdam à se institu-
 ris sacris vti amictu muliebri, cincinnisque & alio ornatu quo sexum mentiretur: &
 post hæc audebat exprobrare Chæreæ turpitudinem. qui & quoties talia signa acci-
 peret ferebat indignissime, & magis etiam cum rideretur tradens ea militibus essetq;
 cæteris tribunis ludibrio. nam allaturo eo signum à Cæsare, prædicabât fore vt affer-
 ret tale aliquod ludicrum. quapropter ausus est sibi aliquot asciscere, iustam iræ cau-
 sam præferens. in his erat Popedius vir ordinis senatorij, omnibus ferè perfunctus
 honoribus, alioquin Epicureus & tum sectator otij. hunc detulerat inimicus eius
 Timidius, quod in Caium iecisset cõiutia: & testem adhibebat Quintiliam mimam,
 10 propter formam adamatam cum aliis multis, tum Popedio. quæ cum nollet amato-
 rem suum falso, vt erat, testimonio grauare in causâ capitis, Timidius vrgebat tor-
 mentis eam subiici. Tum Caius exasperatus Chæream iubet sine mora torquere
 Quintiliam, ideo potissimum ei solitus cades & quæstiones iniungere, quod puta-
 ret hæc executurum inclementius, quo mollicia: notam effugeret. Quintilia porrò
 cum torquenda duceretur, consiorum cuiusdam obiter pedem calcavit, innuens
 vt bono esset animo, nèue ad tormenta ipsius expauesceret: se enim ea perlaturam
 obfirmato animo. itaque crudeliter eam examinavit Chærea, non sponte, sed neces-
 sitate coactus. Cùmque illa perduraret, duxit eam in Caij cõspectum, affectam mo-
 dis miserabilibus. Cuius miseratione indignè laceratæ Imperator nonnihil flexus,
 20 Popedium absoluit, & pecuniis solatus est mulieris calamitatē, quam fortiter æquē
 ac feliciter tolerauerat. Id vero indignissimè tulit Chærea, sic traduci putans suam
 scuitiam, quasi tam immodicam, vt ipsum Caium remedium eius adhibere oport-
 teat. quamobrem sic Clementem & Papinium alloquitur, quorum hic & ipse tribu-
 nus erat, ille præfectus vrbis cohortum. Nos quidem Clemens in tuendo Im-
 peratore nunquam officio nostro defuimus. nam nostra opera & industria coniu-
 ratorum alij necati sunt, alij tormentis intantum lacerati, vt ipsi vix sint miseres.
 Sed hæccine sunt nostræ militiæ munia? Tacente ad hæc Clemente, sed vultus ru-
 bore pudorem fatente ministeriorum talium, cæterum verbis non auso suggillare
 insaniam Cæsaris, Chærea iam confidentius commemorare cœpit calamitates vrbis
 30 & imperij. harum, inquit, causa vulgi sermonibus in Caium refertur: sed si rei disqui-
 ratur veritas, ego mi Clemens, & hic Papinius, & ante nos tu Romanis, imò toti hu-
 mano generi horum malorum causa sumus, qui mandata eius exequimur: & cum
 finem imponere possimus eius tum in ciues, tum in reliquos subditos debacchatio-
 nibus, per tam fixa ministeria facti sumus ex militibus satellites ac carnifices, non
 pro libertate Romanorum aut Imperio gestantes arma, sed pro eius incolumitate
 qui eorum tam animos quàm corpora in seruitutem redigit, contaminantesque nos
 quotidie cruore cætorum & atrocissimis quæstionibus, donec ipsius iussu ab aliis pa-
 ri modo trāctabimur. non enim hoc modo cariores ei reddimur, sed suspectiores
 potius: & alioqui assuetus cædibus, quas libidine moderatur, non iudicio, nequa-
 40 quam conuiescet prius quàm nos quoque cæteris adiciat: nimirum iam destinatos
 exitio, nisi mature prospicimus & communem libertati, & nostrismet periculis. Cle-
 mens autem etsi approbaret Chæreæ sententiam, tacere tamen eum iussit, ne spar-
 sis in plures his sermonibus, & euulgato ante effectum consilio, raperentur ad sup-
 plicium. expectandam esse optabilem occasionem, fortuito alicunde offerendam.
 sibi quidem ob ingrauescentem iam ætatem non satis esse animi: & habere se tutiora
 consilia: nam honestiora ne cogitari quidem posse. His dictis Clemens domum se
 recepit, secum agitans quæ audierat, quæq; ipse dixerat. Chæreas autem nonnihil
 timere incipiens, ad Cornelium Sabinum & ipsum tribunum properat, quem virum
 quod non contemnendum nosset libertatisque amatorem eximium, & ferentem
 50 ægrè præsentem statum reipublicæ, expeditum aliquod ab eo expectans consilium,
 decreuit ei rem proponere, sollicitus etiam ne per Clementem res proderetur, &
 omnem moram periculosam existimans in tanto negotio. hunc postquam liben-
 ter id accipere intellexit, vt qui iam ante pari modo animatus, ideo tantum hæctenus
 siluerat, quod cum nemine auderet communicare suam sententiam: tunc verò ope-
 ram

ram etiam polliceri non modò silentium, magis etiam confirmatus est in proposito. itaque rati non amplius cunctandum, ambo ad Minucianum se conferunt, magnitudine animi ipsis similem, & eodem accensum virtutis studio, Caio vero suspectum propter necem Lepidi, hominis Minuciano coniunctissimi, & insuper communi obnoxium periculo. omnibus enim honoratis Caius erat terribilis, præ cæteris in tales sæuire solitus: & iam ante significationem aliquam inter se dederant, quæ tum agebantur iniquo se ferre animo. quamvis enim metus periculi non sineret eos manifeste proferre odium quo Caium prosequerentur, tamen occultus quidam eius rei sensus mutuam inter illos benevolentiam conciliauerat. Et quoniam Minucianus dignitate præstabat, homo cum primis ciuium nobilis, omnemque laudem meritus, soliti etiam antea plurimum illi deferre, in eo quoque congressu postulabant ut ipse initium sermonum faceret. ille rogauit Chæream, quòdnam signum ea die ab imperatore accepisset. vulgatum enim iam erat per urbem, quomodo ei soleret dandis signis illudere. ibi Chærea cupide arrepta occasione, fretusque Minuciani fide: At tu mihi, inquit, libertatem signum da: cui gratias habeo, quòd me ultro properantem excitas. neque mihi ampliori adhortatione opus est, si quidem tibi quoque idem placere video, & priusquam conueniremus iam antè consensimus. gladius hic quo accinctus sum, ambobus sufficiet. quare age aggrediamur opus te auctore, equidem volens ac libens sequar quocunque iusseris, adiutus tua prudentia. nec te debet tardare ferri inopia, dum animus tanto facinore dignus superest, à quo etiam ferrum solet efficaciam sumere. ipse certè totus feror in hoc negotium, securus quid mihi post eueniat: quandoquidem nec libet, nec vacat de me priuatim dispicere in publica seruitute patriæ, sublatis legibus, & omnibus imminente à Caio perniciæ. & dignus sum opinor vel te iudice cui credatur hoc ministerium, quando & tibi eadem probari video. Tum Minucianus sic animatum sentiens, complexus hominem collaudatum hortatus est ut pergeret, apprecatus ut superi conatus eius ratos habeant: atque ita mutuùm confirmati diuersi abeunt. Ferunt hoc consilium quodam omniui fuisse firmatum. Nam ingrediente curiam Chærea, vox cuiusdam è turba audita est, iubens eum, diis iuuantibus, destinata perficere. & primo suspicatus est rem ab aliquo è coniuratis proditam: deinde intellexit incitari se aut à quopiam conscio, aut voce Dei, cui curæ sunt res mortalium. iamque multi participes insidiarum armati aderant & senatores & equites, simulque militum quotquot erant conscij. nemo enim erat qui non putaret necem Caij pertinere ad salutem publicam, & ideo pro se quisque dabant operam ne quis in hoc facinore cæteris virtute cederet, cunctis tam verbis quàm opere in exitium tyranni conspirantibus. Nam & Callistus his se adiunxit Caij libertus: qui vnus plurimum apud eum poterat, socius quodammodo tyrannidis, & formidatus omnibus, abundansque pecuniis quas ex munerum corruptelis parauerat: utebaturque immodice hac potentia, suspectum nihilominus habens principem, cuius ingenium norat implacabile, & in semel destinatis pertinax. ipsi autem inter alias periculi causas hæc erat non postrema, quòd esset pecuniosus nimium. quare ad Claudium clam desciscebatur, colens eum quòd speraret successurum in imperium, & iam tum obsequiis captans eius gratiam, quò tandem apud illum quoque esset in precio. nam & iactauit apud eum, iussu se ut veneno ipsum tolleretur, & hætenus semper commentum differendi causas innumeras. Videtur autem mihi hoc finxisse in gratiam Claudij. nec enim ille si patrum necare voluisset, tulisset excusationes Callisti: & liberto cessanti imperata facere mox repræsentatum fuisset meritum præmiū. Claudius tamen qui diuino quodā fauore Caij furorē euasit, gratiam Callisto persuasus habuit pro nunquā accepto beneficio. Cæterum Chæreæ conatus differebantur indies consciorum quorundam segnicie. nam ipse inuitus cunctabatur, omne tempus patrando huic facinori opportunum iudicans. etenim aggrediendi ascendentem in Capitolium ad mactandas pro filiæ salute victimas sæpe dabatur occasio: vel præcipitandi in forum è fastigio basilicæ, numos inde aureos & argenteos spargentem populo: vel opprimendi celebrantem arcana sacra quæ ipse instituerat. nam ipse Caius incautus erat propter securitatem,

licet

licet versaretur inter continue præparatos ad insidias. Itaque inter suos iactabat Chærea, si putarent illum à diis seruari, sibi vni & animum esse & facultatem, vel absque ferro conficiendi hominem: adeò infensus erat cōiuratis, timens ne elaberetur occasio. at illi videbant quidem eum pro communi libertate sollicitum, postulabant tamen paulisper differri negotium, ne si parum succederet, turbaretur tota ciuitas, & factis inquisitionibus præcluderetur viris fortibus ad opprimendum tyrannum aditus. satius igitur esse dum ludi aguntur in palatio adoriri facinus. hi celebrantur in honorem Cæsaris, qui primus dominationem à populo in se transtulit. & extructa ante regiam scena, conueniunt eò spectatum Romanorum nobiles vnà cum vxoribus ac liberis, præ-
¹⁰ sente etiam principe. ibi conclusis tam multis millibus intra modicum spatium, conatum facile successurum, non valentibus etiam si velint succurrere, protectoribus domesticis. Assensit Chærea, decretumque est primo ludorum die rem aggredi: sed plus fortuna potuit quàm consilium, ita vt vix tertio statuta peregerint, qui fuit ludorum dies vltimus. tum Chærea fociis conuocatis, Multum, inquit, elapsum est temporis, quod nobis segnicem exprobat in honestis consiliis: quæ verendum est ne prodita in nihilum recidant, & Caius exasperatus magis etiam sæuiat. An non videtis quòd ad hunc modum nihil aliud fit, quàm libertatis detrimentum, & tyrannidis accessio? cùm debeamus nobis primùm securitatem parare, deinde aliis perpetuam felicitatem, vnde ad nos & gloria maxima reditura sit. illis verò tam honesto proposito non
²⁰ contradicentibus, cunctatibus tamen adhuc, & per stuporem silentibus: quid, inquit, boni viri, differimus? an nescitis hunc esse spectaculorum diem vltimum, post quæ peracta Caium esse nauigaturum? Decreuit enim nauigare Alexandriam Ægypti visendæ gratia. pulchrum verò fuerit, si emittamus è manibus hoc propudium hominis, terra marique triumphaturum de Romanorum ignauia. An non ignominiosum sit, nos Ægyptio cuipiam libertatem oppressam non ferenti hanc gloriam cedere: ego certe deliberationes vestras non expectabo amplius, sed periculum faciam hodie, ita vt fortem virum decet quicquid fors ferat libentius perpessus, quàm vt me viuò alius laudem tyrannicidæ occupet. his dictis & seipsum accendit, & cæteris animum addidit, vt omnes sine dilatione rem aggredi cuperent: moxque palatium armatus
³⁰ gladio petiit, quod ita mos sit accinctos tribunos signum ab Imperatore petere: & fortè ea die vices petendi ad ipsum redierant. Et iam confluebat multitudo ad palatium, magno tumultu se inuicem protrudendo, dum quisque locum spectandi præripere nititur, magna voluptate hanc contentionem spectante Caio: quòd nec senatoribus assignata essent loca, nec equitibus, sed promiscue sedebant viri cum mulieribus, & serui confusi cum ingenuis. progressus deinde imperator rem diuinam fecit Augusto Cæsari, ad cuius tum honorem ludi celebrabantur: & cadente victima cōtiguit respergi cruore togam Asprenatis vnus è senatorum numero, quod ominosum ei fuit, licet tum risu exceptum à Cæsare. nam & ipse in eo tumultu occisus est. Fertur Caium ea die præter naturam suam fuisse affabilem, ita vt insueta comitate omnibus fuerit miraculo. Peracto sacro confedit inter amicos in theatro, quod compactile instaurabatur
⁴⁰ per singulos annos hoc modo. duas habebat ianuas, alterā versus subdialem arcem, alteram versus porticum, per quam actores ingrediebantur & egrediebantur, non turbato spectatorum confessu: qua parte erat cella quædam tabulatis intersepta, vbi mimi versabantur, & musici. Cùmque iam & multitudo cætera sederet, & Chærea cum reliquis tribunis non procul à Cæsare, qui dextrum theatri cornu tenebat: Batibius vir prætorius submissa voce rogauit assidentem sibi Cluuitum consularem, ecquid noui audisset. quo negante, ergo, inquit, scito instare hodie certamen tyrānicidij. tum Cluuitus, tace, inquit, bone vir, ne quis hæc Achiuorum exaudiat: alludens Homérico carmine. Sparsis deinde in spectatores missilibus, quæ pomis constabant & auibus
⁵⁰ propter raritatem gratis, Caius delectabatur diripiente hæc certatim populo: moxque duo quædam ominosa secuta sunt. Nam mimus inductus est in quo iudex deprehensus in crucem suffigitur: & fabula acta est Cinyra, in qua & ipse & eius filia Myrrha occiditur multumque feticij cruoris fusum est tam circa crucifixum, quàm circa Cinyram. quin & eundem diem fuisse aiunt, quo olim Philippus Amynthæ filius rex Ma-

M

cedonum

cedonum ab amico Pausania cæsus est, dum theatrum introgreditur. Cæterum Caio dubitante, permanerétne vsque finem spectaculi, præsertim cum dies esset ultimus: an lotus & cibo sumpto reuerteretur, ut erat solitus: Minucianus supra Caium assidens, veritus ne periret occasio, iam enim Chæream egressum viderat, surrexit iturus ad confirmandum hominem, eum Imperator comiter apprehendens lacinia, Quoniam, inquit, bone vir, quem ille reueritus sedit denuo, sed vicit timor: & paulo post rursus surrexit, Caio non amplius retinente, quod eum putaret abire ad aliquid necessarium. Tum Asprenas etiam hortatus est Cæsarem, ut more solito lotus & pransus tum demum reuerteretur: cupiebat enim, ut conscius, quod statutum erat peragi. Et iam Chæreæ coniuratos disposuerat, ut suo quisque loco, nauaret operam: ægréque mo- 10 ras ferebant, quod iam esset hora nona dici: & Chæreæ volebat in theatrum reuerti, atque in sedentem irruere, quamvis enim intelligeret id sine multa equitum, qui aderant ac senatorum cæde non posse fieri, existimabat tamen eam bene rependi libertate publica, iamque tendebat in theatrum, cum subito strepitu significatur surrexisse Cæsarem. Tum coniurati turbam dimouent, quasi Caio hoc volente: re autem vera captantes solitudinem quo facilius possent cædem perficere, præcedebant autem eum Claudius patruus, & M. Minutianus sororis eius maritus, & Valerius Asiaticus, quos dimoueri vetabat sua dignitas, eos ipse sequebatur cum Paulo Aruntio, mox ubi regiam ingressi sunt, relicta recta via per quam eum præstolabantur seruorum ministeria, & quæ Claudius cum aliis præcesserat, deflexit ad infrequentem quandam 20 cryptam ducentem ad balineas, pueros etiam eo loco visurus, qui venerant ex Asia, partim ad concinendos hymnos sacrorum domesticorum, partim ad saltandam pyrrichen in theatro, ibi occurrens ei Chæreæ signum postulat, & illo probrosum quiddam dante, conuitio simul ac ferro eum adortus ferit grauiter, non tamen letali vulnere: quod quidam data opera factum putant, ut multis ictibus consauciatus periret cruciabilis, mihi non fit verisimile, quia tale facinus non admittit lenta consilia, quod si hoc animo id fecit Chæreæ, videtur mihi fuisse omnium stultissimus, qui maluerit indulgere iracundiæ, quam celeriter se ac suos eximere periculo: maxime quando non deerant, qui Caio possent succurrere, nisi quamprimum exhalaret animam, alioqui videbitur se & amicos potius quam illum affligere voluisse, cum posset re bene 30 gesta clam se ultoribus eius subducere, non perdendo temere tempus, vel seipsum potius. Verum hæc quisque, ut libuerit æstimet. Caius porro præ dolore vulneris, quod humerum inter & collum impactum ne ulterius procederet osse iuguli retentum est, neque exclamauit attonitus, neque inuocauit opem amici ullius, siue quod nemini satis fideret, siue præ superbia: gemitu tantum edito, fuga se propiciebat ulterius, quem paratus in hoc Cornelius Sabinus impulit, ut in genu procideret: moxque circumfistentium vna vox erat, repete, atque ita confecerunt eum, illatis certatim crebris ictibus, extremum autem inflixisse fertur Aquila, qui ultimum exitium illi attulit, author autem facinoris merito Chæreæ dicendus est, quamvis enim adhibuerit socios, omnium tamen primus id concepit animo, & modum per- 40 ficiendi inuenit, primusque ausus est consilium communicare cum aliis, quod ubi probari sensisset, coniuratos in vnum contraxit vsus eximia prudentia, & ad audendum accendit crebris adhortationibus: cumque res operam posceret, hic quoque primus in eum irruit, & sua virtute cædem exorsus trucidati cadaver proculcandum aliis præbuit, quapropter merito quicquid & à sociis perpetratum est, ipsius prudentiæ, industriæ atque virtuti, acceptum ferendum est. Sic Caius finit multis confosius vulneribus. Quo interfecto, Chæreæ cum sociis recipere se quæ venerant, videbat impossibile: siue attoniti magnitudine facinoris, quod non leue esset periculum occidisse imperatorem gratiosum apud insanam multitudinem, paratis ad ultionem militibus: siue quod angustæ erant viæ ubi patrata est cædes, & refertæ famulis ac custo- 50 dibus, qui omnes ea die præsto erant ad officium, proinde per aliam viam contulerunt se ad ædes Germanici, cuius filium Caium tum necauerant, hæ fuerunt contiguae palatio: quod ita vnum erat, ut tamen ex cultum esset ædificiis per partes à singulis imperatoribus, quorum appellationem retinebant, iamque elapsi è turba satis ruti

tuti erant pro tempore, tantisper dum in occulto esset casus Cæsaris, primi autem Germani censerunt eius interitum, cohors satellitum ex ea gente lectorum ad principis custodiam: homines natura iracundi, ut quibus alij barbari, quod plerunque quid fiat non intelligant, robusti corpore & primos hostium impetus excipere soliti, & magnum ad victoriam momentum asferre in quamcunque partem incubuerint. hi cognita morte Caij vehementer indoluerunt, non ipsius virtutibus rem metientes, sed suis commodis, quod graciosus apud illos fuerat crebris largitionibus beneuolentiam eorum sibi comparans: moxque duce Sabino (is non sua, aut maiorum virtute, ut qui gladiator fuerat, sed insigni robore ad tribunatum prouectus est) strictis gladiis discurrebant per domos scrutabundi ubinam laterent interfectores Cæsaris: & primum forte oblatum Asprenatem frustatim lacerauerunt, eum cuius togam cruore victimæ respersam diximus, infausto sanè auspicio. post hunc Norbanum nacti sunt ciuem nobilissimum, & genus ducentem à multis imperatoribus: qui nihil apud furētes fieri suam dignitatem videns, homo validus extorsit gladium reluctanti ei, qui primus se inuaserat: videbaturque non inultus moriturus, ni circumdatus multorum simul obrueretur ictibus. tertius è senatoribus Anteius cum paucis mala fortuna sicut priores in Germanos incidit, pertractus eò cupidine visendi Caij cadaueris, quem vehemēter odebat. eius enim patrem eodem nomine appellatum non contentus egisse in exilium, occidit postremo missis illò militibus. pascebat igitur oculos gratissimo spectaculo: 20 verum audito tumultu latebras quærans, non effugit Germanorum diligentem perquisitionem, per iram fontes iuxta atque infontes trucidantium, & illi quidem tali fato absumpti sunt. ceterum postquam in theatrum rumor de morte Caij perlatus est, plus demirationis inuenit quàm fidei. quidam enim etsi perlibenter interitum eius acciperent, quem iam dudum optauerant, præ timore tamen credere non audebāt. aliis contra ideo non libebat credere, quia verum esse volebant, atque etiam maius putabant quàm ut humana virtute posset effici. hi fere erāt pueri ac foeminæ atq; mancipia. tum nonnulli ex militibus: quod eius stipendia merentes simul exercebant tyrānidem, ministri superbix, concutientes optimum quemque ciuium, & prædarum participes. mulieres autem & iuuentus deliniti, ut solet vulgus, spectaculis, muneribus gladiatoris, viscerationibus, oblectamentisque id genus aliis: quarum prætextus erat voluptas. 30 populi, re autem vera seruiebant crudelitati & insanix principis. apud seruos item graciosus fuerat propter licentiam cōtemnendi dominos, contra quos in eo paratum habebant præsidium. Facile enim erat fidem impetrare confictæ calumniæ, & indicata herili pecunia non libertatem solum assequi, sed & diuitias, quod delatoribus octaua confiscatorum bonorum esset decreta. nobilium autē etiam si quibus credibile fieret, vel quod aliquid præferant, vel quod verum esse misere cupiebant, adeo non proferebant gaudium, ut ne audiuisse quidem se fingerent: alij ne spe frustrata proditæ voluntatis pœnas luerent: insidiarum alij conscij, & tanto magis præ se ferentes ignorantiam, ne forte suspecti his quibus expediebat tyrannum viuere, deposcerentur ad supplicium. nam & diuersus rumor sparsus est, esset quidem faucium, non tamē occisum, 40 verum diligēter curari à medicis. quo factum est, ut audientiū nemo declararet suum animum: aut enim amici eius erant, qui nunciabant, & hoc ipso suspecti quasi fautores tyrannidis: aut contrā infensi homini, & ideo nimis cupide etiam falsa pro veris credita communicare cum aliis putabantur. accessit & alius rumor, qui maxime nobilitatis obscurauit gaudium: eum contempto vulnere periculo, sic ut erat cruentatum procurrisset in forum, atque ibi cōcionari apud populum. ita illi in diuersos affectus distrahebantur rumore ancipiti: non tamē loco se mouere ausi sunt metu calumniæ, sciētes non tam referre quo ipsi animo id facerent, quàm quo factum interpretarentur delatores & iudices. Sed postquam Germani strictis gladiis circūdedere theatrum, nemo 50 spectatorum non putabat de se actum. & ad cuiusuis ingressum expauescebant, quasi iam iam contrucidandi: hærebantque inopes consilij, ut quibus nec manere tutum esset, nec egredi. tandem irruentibus militibus clamor toto theatro tollitur suppliciter deprecantium, & excusantium insidiarum ignorantiam, siue insidiæ illæ fuerint, siue quid aliud. addebant & planctus, & lachrymas, deosque innocentix testes

inuocabant, & alia faciebant ac dicebant, quæ eos docebat præsentia neum vitæ periculum. His flexa est ira militum, ne quid durius in spectatores consulerent: quandoquidem hoc ipsum quamuis furentibus immanè videbatur, circumlata cæsorum cum Asprenate capita, & in ara deposita, quorum aspectu nihil miserabilius visum est spectatoribus, dignitatem eorum & infelicitatem reputantibus, & de se quoque sollicitis, quod incerti essent etiamnum an omnino periculum euaserint. itaque etiam qui iustissimis odiis Caium prosequiebantur, non tamen sincerum capiebant gaudium, timentes ne auctarium eius cædis fierent, nulla certa spe ostendente se miseris. Tandem Aruntius homo graciosus, qui vocalis erat utpote præco rerum venalium, paraueratque sibi ex eo quaestu diuitias ingentes cum pari potentia, theatrum ingreditur habitu quam maxime ad luctum composito. quamuis enim infensissimus esset Caio, tamen urgente presenti discrimine ad dissimulandam læticiam, præferens insignia mœoris omnia, quibus vti mos est in carissimorum desiderio, nunciat eius mortem, non passus multitudinem diutius ignorare quæ acciderant. deinde cœpit reuocare Germanorum impetum. simulque tribuni iuebant gladios recondere, significantes imperatoris interitum: quæ quidem certissima salus fuit cōstipata in theatro multitudinis, & eorum qui quomodocunque inciderent in Germanos: qui si aliquam spem incolumitatis illius habuissent, à nullo abstinuissent maleficio. adeo illum diligebat, ut suarum animarum iactura redemptam salutem eius cuperent, nullo respectu calamitatis reipublicæ. itaque tum demum cognita eius morte, cohibuerunt impetum quo in vindictam ruebant, vel quod iam non amplius erat tempus declarandæ beneuolentiæ, aut referendæ gratiæ: vel quia timebant non impune sibi fore tantam violentiam, senatu in se animaduerso si forte ad eum rediret rerum regimen. Sic tandem Germanorum rabies sedata est, per Caij cædem paulo antè excita. Cæterum Chærea, qui valde timebat Minuciano, ne periret in furetes Germanos incidens, singulos militum præhabat, de eo rogans, precibusque cominans eis salutem hominis: quo factum est, ut ille vnâ cum Clemente ad eum perductus collaudarit tam egregium facinus, testatus id esse de re publica, eique senatus nomine gratias egerit, quod nec in deliberando consilium, nec in peragendo animus illi defuerit: dicens hanc esse naturam tyrannidis, ut elata breui voluptate ex impotentis & iniquæ dominationis licentia, infelicem sortiatur vitæ exitum, ut inuisa bonis omnibus: quod & Caio tunc accidisse, qui iam tum ante conspirationem initam legum contemptu, & non ferendis iniuriis etiam amicissimos à se alienauerit, à quibus nunc peremptus videatur, cum reuera ipse sibi exitij causa fuerit. Iamque & in theatro spectatores tumultuabundi consurrexerant, huiusmodi occasione diffugiendi præbita. Arcyon medicus corruptus, ut curaret quosdam saucios, prætextu parandorum remediorum dimisit proximos: re autem vera, ut sese presenti periculo eximerent. Interea senatus in curiam conuenit, populusque in comitium confluens trucidatores Caij quærebat, & is quidem serio, senatus verò tantum in speciem. cumque Valerius Asiaticus vir consularis progressus esset ad tumultuantes & indignantes latere interfectores Cæsaris, multis eum rogantibus quisnam esset eius cædis autor, Vtinam ego, inquit. Consules autem edictum proposuerunt, in quo continebatur Caij accusatio, iubentes ut domum redirent tam populus quam milites, populo quidem magnam relaxationem pollicendo, militibus verò præmia, si modo nihil turbarent & abstinerent ab iniuriis, nam metus erat ne exasperati clade aliqua ciuitatem afficerent, neve ad rapinas verterentur & sacrilegia. iam autem totus senatorum ordo conuenerat, præcipue qui cædis erant conscij: audebantque sperare aliquid, quasi ad se deuoluto rerum moderandarum arbitrio.

Quomodo Claudius principatum adeptus sit.

Cap. I I.



N HOC rerum statu repente Claudius domi arripitur: Conuenientes enim in vnum milites, & collatis de rebus gerendis consiliis, videbant populum non suffecturum tot urgentibus negotiis, si ad ipsum rediret rerum administratio: nec sibi vilem eam fore, si desinerent esse ministri principatus & quodammodo socij. optimum igitur visum est rebus adhuc

huc turbatis principem eligere Claudium, defuncti patrum, nemini eorum, qui tum in senatum coiuerant non præferendum, siue natalium claritatis, siue liberalis eruditionis habenda esset ratio: qui constitutus in rerum fastigio præmia cuique pro meritis decernat. hæc sententia simul approbata est, & Claudius correptus à militibus. In senatu autem Cn. Sentius Saturninus, non nescius Claudium raptum, & instare virtutis certamen, quasi protusus, nec tamen inuitus, intrepide orationem dignam ingenuis, & generosis auditoribus exorsus est in hanc ferme sententiam: Etsi incredibile videtur, Quirites, quod præter omnem spem nobis offertur post tam longum temporis spatium, tenemus tamen libertatem, incertum quidem quàm diu mansuram, & in potestate deorum sitam quorū hoc munus est: sed quæ in præsens certè exhilarare nos valeat, quicunque sequatur exitus. bonis enim viris iucundum est vel vnam horam liberos in libera patria viuere, veterisque illius & florentis reipub. aliquem gustum capere. equidem priscae illius libertatis non memini, vt post eam sublatam natus, præsentis sanè sum cupidissimus, & felices existimo quibus datum est in illa nasci atque institui honestis studiis: proximūque post deos immortales honorem his viris habendum censeo, quorum virtute vel sero tandem hac ætate nobis eam degustare contigit: quæ felicitas vtinam perpetua propagetur ad posteros. nam nobis vel hæc dies sufficit, tam iunioribus nostrū quàm senioribus: his quia non omnino ignari bonorum libertatis morientur libentius: illis quia virtutis exemplum recens propositum est, quod æmulari sit longe pulcherrimū, & non degenerare à claris maioribus. quamobrem nihil nobis magis curandum est, quàm vt cum virtute viuamus, quæ sola libertatem parit suis cultoribus. mihi res veterum auditu tantum sunt cognitæ. ex his verò, quæ ipsi videre licuit, satis intellexi quantum malorum ciuitates inuehant tyrannides, virtutem omnem de medio tollentes, & opprimentes ingenuos spiritus, metum contrà atque adulationem docentes, quando non iuxta legum prudentiam, sed ad arbitratum principum administrantur omnia. Ex quo enim Iulius Cæsar potestatem populi diminuit, & proculcatis legibus subuertit rempublicam, oppresso iure seruans suis cupiditatibus, nullum malorum genus est quo non attrita sit ciuitas, dum inter successores eius posterior quisque præcedentem studet vincere in abolendis patriæ moribus, & exhaurire urbem generosis ciuib: quòd existimarēt hoc ad suam pertinere securitatem, si rem habeant cum deprauatis hominibus, & optimorum virorum non solum magnanimitatem premant, sed ipsos etiam perdant non vno mortis genere: idque cum multi iam deinceps in potestatis fastigio collocati fuerint, & singuli non ferendis grauaminibus onerauerint rempublicam. Quorum vnus Caius qui hodie fato suo functus est, grauiora patrauit quàm cæteri, non in ciues solum, sed & cognatos & amicos pariter immittens indomitam suam iracundiam, & iniustas pœnas eis infligens, insensus diis simul & hominibus. Tyrannis enim non sufficit voluptatum studium & superbia, neque rapinæ & adulteria, sed præcipuum commodum ducunt si inimicorum totas excindant familias. pro inimicis autem habent omnes liberos, nec ad placandos eos vlla iniuriarum patientia est efficax. etenim conscij sibi quàm multis malis oppleuerint homines subditos, etiam si illi cōtemptim ferant suum infortunium, ipsi tamen maleficentiæ suæ memores, ita demum securitatem sibi pollicentur, si illos possint omnino tollere. His malis leuati, & nemini nisi vobis inuicem obnoxij, id quod & præsentis concordie & futuræ securitatis certissimum pignus est, instaurate collapsum ciuitatis decus, & iusta cura reipub. in pristinam integritatem restituite. Liberum est sententias proferre de his quæ displicent, quando nullus dominus ceruicibus imminet, cui potestas sit in earum authores animaduertere. quid enim aliud nuper crescentem tyrannidem aluit, quàm istorum segnicies, qui nulla in re libidini eius refragati sunt? quietis enim voluptate victi, & assueti mancipiorum more viuere, dum honestæ morti turpem vitam præferunt, coniecerunt ciuitatem in calamitates non ferendas, quas partim audiuius, partim vidimus. Ante omnia verò tyranni interfectores honores quàm maximos decernite, Chæreæ præcipue: qui vir diis fauentibus tum consilio tum manu nobis libertatem peperit: cuius rationem haberi decet, vt pro adito libertatis amore periculo, à liberatis digna præmia recipiat.

piat. honestissimum enim est benefactoribus grātiam reponere, qualis & vir hic habendus est, Brutorum ac Cassiorum æmulus interfectorum Iulij Cæsaris: & hac parte antefendus, quod illorum opera bellis civilibus perturbatum est totum Romanum Imperium: hic verò cæso tyranno omnibus malis ciuitatem eripuit. Hæc Sentius senatu magna cum voluptate audiente, & quotquot equitum aderant, tum exurgens Trebellius Maximus, anulum ei detrahit, in quo lapillus erat inclusus insculptam habens Caij effigiem: quod ille tum intentus aliò non animaduertat: statimque ea contracta est. Et iam nox processerat, cum Chærea signum à consulibus petiit: atque illi Libertatem dederunt, adeò autem mutatas res mirabantur, vt ipsis sibi vix satis crederent. tunc enim primum ex quo reipub. administratio populo est adempta, signi dandi mos ad Consules rediit, penes quos ante Cæsares Imperium fuit in milites. id acceptum Chærea militibus tradidit his, qui à senatu stabant, videlicet quatuor cohortes amantiores imperij legitimi quàm tyrannidis. hi mox abierunt cum suis tribunis, pauloque post etiam populus lætus ac spei plenus, multum sibi placens ob reuersam in pristinum statum rempublicam, & Chæreæ nihil non tribuens. Is indigne ferens superesse vxorem Caij & filiam, mittit vnum è tribunis Iuliū Lupum, qui vtramque interficiat: ideo potissimum illi demandato negotio, quod Clementis esset cognatus, & dignus, vt in partem veniret tyrannicidij, quasi totius consilij à principio conscius. non deerant tamen è coniuratis quidam, quibus crudele videretur læuire in mulierem, quando Caius non ipsa incitante, sed suopte morem gerens ingenuo ciuitatem affligerat, & florem nobilitatis extinxerat: alij contra illam potissimum malorum omnium causam asseuerabant, à qua amatorio potionatus inciderat in insaniam, atque ita vnam veneficam attulisse toti Romano orbi calamitates maximas. quorum sententia postremo vicit, & Lupus properauit ad hoc ministerium, ne quid moraretur publicum commodum. cumque venisset in palatium offendit Celsoniam humi stratam iuxta mariti cadauer, inopem omnium, quæ solent exhiberi mortuis, & fixatam cruore vulnerum, afflictam se cum iacente simul filia. nec alia vox eius audiebatur quàm Caij accusatio, quod amantissimæ vxori non paruisset præmonenti toties. quod quidem tum ambiguum visum est, sicut nunc quoque duplicem interpretationem recipit: aliis sic intelligentibus, consuluisse eam, vt rediret ad saniorē mentem, & in ciues læuire desineret, moderatūque principem ageret, ne fortè prouocati eius crudelitate, parem ei vicem reponerent: aliis contra, instigasse eam maritum, vt sine mora coniuratos plecteretur, & quamuis nihil comperti haberet quod animaduersione dignum sit, suæ tamen securitati prospiceret. idq; tum exprobratum illi, quod etiam admonitus segnior fuerit. adeò in diuersum sensum trahebantur verba mulieris. quæ dum aduenientem Lupum animaduertit, ostenso iacentis cadauere, cum lacrymis & lamentis rogabat, vt propius accederet: utq; sensit cædis causa eum venisse, non magni pendentem verba nihil ad suum propositum facientia, confestim nudatum iugulum præbuit, miserabiliter suam conditionem deplorans, & vrgens ne differret inceptæ à fociis fabulæ extremum actum addere. atque ita magno animo necem pertulit, cuius comitem habuit etiam filiam infantulam: quod mox ipse factum renunciauit Chæreæ. Ita Caius quarto sui principatus anno finiit, vir & ante principatum maleficus, voluptatibus deditus, & fautor delatorum, periculorumque metuens, atque ea de causa sanguinarius, vnicum fructum potentia existimans si abuteretur ea contra immeritos, & prædas ex iniustis cædibus ac rapinis ageret: attollens se supra humanum fastigium, & diuinitatis opinionem affectans, popularique assentatione deprauatissimus: legum cancellos non secus quàm virtutis impedimenta abominans, & intimam quidem amicitiam pili faciens, quoties ira stimuletur ad vindictam ac supplicia: osor honorum virorum omnium, quicquid collibuisse citra omnem contradictionem licere sibi postulans. quare ne à sororis quidem Germanæ stupro abstinuit, ex quo illi maxima apud ciues exorta est inuidia, propter incredibilem & multis retro seculis inauditam libidinis licentiam. opus autē eius regale, aut magnicum nullum est memorabile, aut excogitatum ad vtilitatem hominum, præter receptacula extructa circa Rhægium & Siciliam naui-

bus frum

bus frumentariis ex Ægypto venientibus. hoc enim citra controuersiam maximum opus est, & vtilissimum nauigantibus, ac ne id quidem absolutum est: sed imperfectum mansit remissa contentione operantium. In causâ fuit studium rerû inutile, & quodd pecuniam in priuatas suas voluptates insumere maluit, quàm in publicam magnificentiam. alioquin orator facundus, & peritus vtriusque literaturæ tam Græcanicæ quàm patriæ: facileque intelligebat omnia, ad quorumuis orationes respondens ex tempore: & vel in maximis negotiis suadendi facultate præditus siquis alius, quam vel ingenij felicitate, vel diuturna exercitatione sibi parauerat. ad cuius laudis æmulationem magnos stimulos ei pater addiderat, Tiberij qui ante hunc imperauit

¹⁰ ex fratre nepos, eximius in hoc studiorû genere, à quo degenerare in hac parte erubuit, qua cæteros ciues à tergo reliquerat. nec tamen ei bona institutio profuit, quominus licentiam adeptus perniciem sibi accerferet: intantum ardua res est eos sapere, quibus adest quiduis faciëtibz impunitas. Vñs enim honestissimis amicis à principio, quo facilius bonâ opinionem sibi pararet, tandem eos à se alienauit vsurpanda immodica licentia, quorum odiis indies gliscentibus postremo per insidias eorundem oppressus est. Cæterum Claudius, vt suprà dixi, cognito Caij casu, & hac de

²⁰ causa perturbatione totius palatij, de sua salute anxius latebat in quodâ angulo, nullam periculi causam habens præter claritatem natalium. nam priuatam vitam agens permodesse se gesserat, vel mediocri statu cõtentus, literis que se oblectabat Græcis maxime, omnem negotiorum deuitans strepitum. tum vero attonita vulgi multitudine, regia referta discursantibus cum furore ac cõsternatione militibus, plebe quasi metu dominationis soluta vltro citròque ruente temere, prætoriani qui potiores habentur inter reliquos milites, consultare cœperunt quid agendum sit, non tam solliciti de nece principis, quem iure cæsum existimabant: quàm quomodo rebus suis prospicerët, Germanis in interfectores sæuiantibus, suimet respectu magis quàm vtilitatis publicæ. quæ omnia magis augebant trepidationem Claudij, maxime cùm videret circumferri Asprenatis & vnâ cum eo cæsorum capita. stabat enim in quodam loco gradibus aliquot accessibili, obscuritate eius se occultens. ibi Gratus vnus è palatinis militibus, non valens satis vultum eius discernere præ tenebris, hominem ta-

³⁰ men esse videns qui latere cupiat, propius accessit, licet rogatus vt discederet: & tandem protractum agnouit, inclamans alios sequentes, profecto hunc esse Germanicum, dignum qui vacantem imperatoris locum occupet. Tum Claudius videns eos paratos vt se rapiant, metuensque ne iubere Caio plecteretur capite, rogabat vt sibi parcerent, innocentiam suam commemorans, & excusans se inscium rerû omnium. ad quæ Gratus subridens dextra prehensum sic alloquitur, Desine de incolumitate esse sollicitus, cùm potius debeas animum ad principatû erigere, quem dij Caio sublato tuæ virtuti offerunt, orbem terrarum tandem respicientes fessum calamitatibus. quare age maiorum tuorum solium recipe. moxque attollunt eum in humeros non valentem præ metu simul ac gaudio pedibus insistere. iam enim complures præ-

⁴⁰ toriani circa Gratum versabantur, ita vt quidam putantes Claudium rapi ad supplicium, miserarentur vt hominem innoxium, & qui totam ætatem exegisset in ocio, ac sæpe sub Caio adductus esset in vitæ periculum: quidam etiâ dictitarent, ad Consules pertinere de eius causâ iudicium. Verum militibus magis ac magis affluentibus, & diffugiëte inermi multitudine, Claudius non procedebat propter imbëcillitatem corporis, quando etiam ipsius lecticarij fugerant, desperâtes de salute domini quem raptum viderant. itaque cùm hi soli tenerent palatiû, partem vrbis vt ferunt antiquissimam, & iam attentarent curam reipublicæ, maior etiam fiebat cõfluxus cæterorum militum, Claudium libenter videntium, & magno studio conantium eum ad principatum euehere, etiam ob Germanici fratris memoriam, cuius gloria hærebat adhuc

⁵⁰ in animis hominum. ad hæc succurrebant præcipuorum senatorum cupiditates immodicæ, & quantum per eas peccatum sit ante mutatum statum reipublicæ. quæ quia in pristinum restitui iudicabant impossibile, rursus non esse in rem suam videbant, si vnus quispiam citra ipsorum operam potiretur imperio, cùm liceat prouecto Claudio dignam ab eo pro meritis gratiam recipere: has & alias inter se conferen-

res consultationes, cum aliis quoque affluentibus communicabant. cūque idem omnibus probaretur, armatis cinctum sublimem in castra pertulerunt, vt ibi sine impedimento reliqua peragerent. dissidium autem inter senatum & plebem incidit dum illi ad pristinam redire dignitatem, & inductam à tyrannis seruitutem effugere cupiunt: plebs contrā hanc felicitatem eis inuidens, & fr̄num eorum cupiditatibus imperatoriam potestatem esse existimans, sibi que aduersus potentiorum iniurias præsidium, gaudet auditis quæ Claudio contigerunt, sperans huius opera caritaturam se bellis ciuilibus, & aliis malis quæ olim Pompeianis temporibus ciuitatem affligerant. Senatus porro cognito quod milites Claudium in castra transportauerint, lectos sui ordinis viros illo miserunt, qui eum doceant non esse per violentiam affectandum imperium: præstare vt senatui permittat curam reipublicæ, & vnus sit e senatoribus, iuxta leges prouisurus cum aliis quomodo res administrari debeant: memineritque quā misere tractata sit ciuitas vel à prioribus dominis, vel nuper Caio principe, sub quo ipse in communi fuisset periculo: neque decere vt qui tyrannidem in alio detestatus sit, nunc patriam sponte intemperis eius subiiciat. quapropter si senatui pareat, & cū laude ad pristinum reuertatur otium solitam virtutem retinens, fore vt maximis cumuletur honoribus à liberis ciuibus, & opinionem optimi viri lucrifaciat, qui non grauetur sub legibus per vices nunc præesse aliis, nunc subiici. quod si nihil motus Caij exitu pergat in propositis, se certē obnixuros eius conatibus. nam & non contemnendam militum manum stare à suis partibus, & armorum superesse copiam seruitiorūque multitudinem, quorum opera in promptu sit. Sed præcipuam spem esse in deorum auxilio, qui pro recto & honesto certantes adiuuare soleat: nihil autem honestius quā pugnare pro libertate patriæ. Hæc legati Veranius & Broccus, ambo tribuni plebei: procumbentesque ad eius genua suppliciter orabant, ne ciuitatem in bellum ciuile coniiceret. Et cū viderent eum septum magna frequentia militum, & nihil esse collatos ad hunc consules, rogabāt, vt si principatum ambiret, mallet eum à senatu accipere. hoc enim æquius fore & felicius, si absque violentia, cū bona offerentium gratia habenas imperij capefferet.

Dissidium inter senatum & plebem.

Cap. III.

30

PORRO Claudius sciens senatus arrogantiam, modeste legatis respondit pro tempore: sed parum tutum ratus se in eorum fidem committere, fretus hortatibus militum operam impigram pollicentium, incitante etiam Agrippa decreuit principatū ultro oblatum non dimittere e manibus. Is enim postquam suæ dignitatis autorem Caium exanimem collocasset in lectulo, & composuisset vt tum poterat, persunctus hoc officio prodiit ad eius satellites, nuncians viuere quidem eum, sed quia crucietur vulneribus, nunc se medicos ea de causa petere. Cæterum vbi cognouit raptum esse à militibus Claudium, agrē dimota turba ad eum peruasit, & nactus eum turbatum, pronūque ad cedendam potestatem senatui, confirmauit hortatus vt magno animo in retinendo principatu pergeret. Iamque vnus erat e fautoribus Claudij, cū accersitus à senatu, ignarum se omnium simulans, & vnguentatus tanquam à computatione veniens, ex senatoribus quæsiuit quid de Claudio factum sit. quibus id quod verum erat respondentibus, & insuper ipsius sententiam de præsentī statu postulantibus: se quidem aiebat pro senatus dignitate nullum recusare periculum, suadere tamen vt magis spectent vtilitatem reipublicæ, quā quæ in præsens grata videantur auribus. contendentibus enim de principatu opus esse armis & militibus, ne imparatis in certamen descendentibus aliquid aduersum accidat. illis & arma sibi superesse dicentibus, & collaturos se pecuniam: nec deesse militem, & posse armari seruitia vocata ad pileum: subiunxit rex: vtinam p.c. conatus vester succedat. non dubitabo tamē quæ in rem vestram puto promere. scitis qui à Claudio stant veteranos esse & rei militaris longo vsu peritissimos. pro nobis autem erit mancipiorum præter omnem opinionem liberatorum colluies intra&abilis, quos ne gladium quidem satis scientes stringere, opponemus viris exercitatissimis. quamobrem mihi placet mitti ad Claudium qui

ci

ei deponere principatum suadeant, & ad eam legationem meipsum offero: hæc ubi persuasit cum aliis aliquot mittitur, & Claudio seorsum trepidationem senatus indicat: auctorque fuit, ut responderet sicut decet ad summam potestatem euectum principem. Respondit igitur, mirum non videri quod senatus ægrè ferat subesse vnius arbitrio, expertus aliquot principum sauitiam. nunc vero degustaturum eum etiam æquam ac moderatam dominationem, quæ nomen quidem principatus habeat, sed reuera omnia gerat de communi sententia. quare non esse cur de eius fide dubitent, quem in varia temporum conditione nunquam ab honesto discessisse suis ipsi oculis viderint. cum his mandatis legati dimissi sunt: moxque concionem apud prætorianos habuit, sacramento adactos ut in fide maneant, viritumque diuisit quina drachmarum millia. sub diluculum autem Cons. senatum vocauerunt in capitolini Iouis ædem: quorum alij delituerunt in vrbe, ne irent: alij rus mature sunt profecti, præuidentes quoniam res euasura esset, optantesque tutam seruitutem cum otio potius quam ancipitem aleam reparandæ dignitatis pristinæ. conuenerunt tamen centum non amplius, quibus consultantibus de præsentî negotio, repente clamor militum pro foribus stantium tollitur, vnum Imperatorem à senatu creari postulantium, ne quod detrimentum patiatur imperium communicatum pluribus. & suam quidem sententiam proferebant de vni alicui committendo imperio, in illorum autem potestate sinebant delectum eius qui videretur principatu dignior: quod senatui valde

10 incommodum accidit, in locum speratæ libertatis succedente metu à Claudio. nec tamē deesset qui affectarent rerū fastigium, propter nobilitatē generis, affinitatēue coniunctam cum Cæsaribus. nam M. Minucianus vir cum primis clarus, & in matrimonio habens sororem Caij Iuliam, seipsum offerebat, consulibus aliam ex alia causationem neſtentibus. Valerium etiam Asiaticum alter Minucianus interfecto Caij cohibuit. fuissetq; cædes quanta vix vnquam aliàs edita, siquis permissus fuisset cum Claudio de principatu contendere. præsto enim erat gladiatorum non contemnendus numerus, & cohortes vigilum, cum magna manu remigum vltro confluentium. quapropter multi metu ab ambiendo sunt deterriti, quod vel sibiipsis timerent, vel

20 populo. Deinde appetente iam die Chærea cum sociis aderant allocuturi milites: quos illi cum viderent manu silentium innuere, concionari non passi sunt, omnibus vnum imperatorem, idque sine dilatione poscentibus. Tum verò minime senatus poterat expedire cōstitutionem reipublicæ, militibus auctoritatem eius contemnentibus, & interfecto Caij amplissimum ordinem militari insolentiæ cedere non patientibus. Tandem Chærea non continens iram quod imperatorem peterent, daturum se ait, si quis signum afferret ab Eutycho. is erat autiga Prasinus Caio dilectissimus, cuius equitio stabulis extruendis ille viles operas exegerat à militibus: idque tum eo dicto exprobrabat eis Chærea, multaque alia, allaturum se Claudij caput minitans. indignum enim esse, si post insanum stulto principatum committant. At illi verbis eius nihil moti, strictis gladiis, & subiectis signis tendebat ad Claudium, adiun-


30 ctuti se his qui iam sacramento ipsius se obligauerant. ita senatus desertus est à suis propugnatoribus, & consules fermè in priuatorum redacti ordinem, mœstitia stuporeque occupatis omnibus, nec scientibus quidnam agendum post irritatum in se Claudium. iamque pœnitentes alius in alium iactabant conuitia. Tum Sabinus è tyrannicidis vnus in medium progressus, citius se eos omnes contrucidaturum ait, quam passurum ut se inspectante imperium committatur Claudio, & asciscatur vltro nea seruitus: simulque Chæream obiurgabat, quod cum primus contempsisset Caium, nunc metu mortis videatur publicam libertatem prodere, quasi vero sine hac vlla voluptas vitæ possit esse viris fortibus. ille contra hac amissa sibi certum ait mortis propositum, velle tamen prius tentare mentem Claudij. Interim in castris

40 multi senatorum per confertos milites enitebantur ad officium exhibendum Claudio, & inter cæteros alter Consul Q. Pompeius, eo magis inuisus militibus, quod senatum ad libertatem hortatus fuerat. quamobrem strictis eum inuadentes gladiis perpetrassent cædem, nisi fuissent à Claudio cohibiti, qui ereptum periculo alsidere iussit suo lateri. sed non idem honor habitus est reliquis senatoribus qui cum eo si-

50

mul venerant: aliquot enim etiam plagas acceperunt; repulsi dum illum salutare pro-
perant: Aponius verò discessit saucius, & eorum nemo non periclitatus est. Rex
Agrippa etiam autor fuit Claudio ut mitius se erga senatores gereret: his enim sub-
latis non habiturum quibus imperet. Cui ille libenter paruit, iussitque eos conueni-
re in palatium, quò ipse per mediam urbem lectica delatus est, deducuntibus militi-
bus non sine vexatione plebeie multitudinis. è tyrannicidis autem Chærea & Sabinus
conspicui processerant in publicum contra edictum Pollionis, quem Claudius
paulò ante Prætorianis præfecerat. Ipse perlatus in palatium conuocatis amicis ca-
pitalem sententiam in Chæream protulit. Quamvis enim facinus per se videbatur
magnificum, perfidie tamen crimen obiectum est, & exemplum erat statuendum¹⁰
securitati futurorum principum. ductus est igitur ad supplicium vnà cum Lupo aliisque
compluribus. Fertur Chæream magno animo tulisse id infortunium, nihil mu-
tato vultu ad indecorum habitum, atque etiam Lupo exprobrantem lachrymas.
cùmque is detracta veste quereretur de frigore, ille cauillatus est, lupum nunquam
offendi frigore. Et inspectante corona eorum qui deduxerant, rogauit militem, num
exercitatus esset ad cædes, & num acutum haberet gladium: postulauitque eum quo
ipse Caium interfecerat. denique vno ictu feliciter periit. Lupus autem deiecto ani-
mo parum fortiter ceruicem præbens pluribus ictibus demum confectus est. Paucis
post diebus quando solenne parentandi tempus rediit, populus Romanus dum suo-
rum quisque manes honoraret, eadem opera etiam Chæreæ suam partem in ignem²⁰
coniiciebant, apprecati ut propitius non irasceretur ipsorum ingratitude. atque hic
fuit exitus Chæreæ. Sabinus autè non solum absolutus à Claudio, verum etiam per-
missus eandem quam antè præfecturam gerere, iniquum ratus, si à fide coniuratis
data descisceret, in corpus adacto capulo tenus gladio suamet manu optatum qua-
siuit interitum.

*Quomodo Claudius Agrippæ paternum regnum reddidit, & edicta eius in
Iudeorum gratiam. Cap. IIII.*

V.  LAVDIVS porrò ablegatis militibus quicunque suspecti esse poterant,
edictum proposuit, quo Agrippam in regno per Caium antè concessio³⁰
confirmabat, collaudans simul eius operam & industriam: addita insu-
per Iudæa & Samaria, quòd olim ad eius aui Herodis regnum pertinuis-
sent. has igitur velut familiaris debitas restituit. Abilam autè & finitimam
eius ditionem in Libano, quæ Lyfaniæ fuerat, adiunxit de suo. Fœdus deinde regis
cum Rom. po. in æs incisum est in urbis foro medio. Antiochum autem suo regno
priuatum Comagena donauit & parte quadam Ciliciæ, dimisit etiam Alexandrum
Lyfimachum Alabarcham veterem amicum, & olim procuratorem suæ matris An-
toniæ, quem Caius iratus vinxerat: cuius filio Marco Bernice desponsa fuit Agrippæ
filia: quo defuncto ante nuptias, rex virginem Herodi suo fratri eam collocauit, im-
petrato illi regno Chalcidis à Claudio. Per idem tempus apud Alexandriam inter⁴⁰
Iudæos & Græcos exorta est seditio. Occiso enim Caio gens Iudæorū sub eius im-
perio vehementer oppressa, & multis iniuriis ab Alexandrinis affecta, cœpit animos
resumere: moxque ad arma ventum est. Tum Claudius per epistolam mādāt Ægy-
pti præsidi, ut seditionem illam compescat: & ad preces Agrippæ ac Herodis regum
edictum Alexandriam & Syriam mittit scriptum in hanc sententiam. Tiberius Clau-
dius Cæf. August. Germanicus, trib. pot. edicit. Quoniam cognitum habemus, Ale-
xandrinis Iudæos iam inde ab initio ius eius ciuitatis ex æquo cum Alexandrinis cæ-
teris consecutos à regibus, sicut patet ex instrumentis super hoc conscriptis & con-
stitutionibus regiis, post adiectamque imperio nostro per Augustum Alexandriam
mansisse illis sua iura integra, cōseruata per missos illò diuersis temporibus præsides,⁵⁰
nullamque de eorum iure controuersiam extitisse etiam cum Aquila præfuit Alexan-
driæ: permissumque eis ab Augusto, ut in defuncti ethnarchæ locū alium suis suffra-
giis substituerent, utque quisque in suis ritibus maneat, neque cogatur religionē patriam
deserere: cæterum Alexandrinos concitados contra cōciues suos Iudæos c. Cæsaris
temporibus,

poribus, propter insolentē illius insaniam, dum contra patriam gentis religionē pro Deo coli ab eis postulat, & recusantibus infensus est: volo incōcussa esse iura eorum à Caij insania: eisque ius esse perseverandi in patriis ritibus. iubeoque vtrunque partem quoad fieri potest dare operā ne quid turbarum commoveatur, idque proposito hoc edicto ita statuo. atq; hæc erant quæ in illo edicto continebantur. in reliquum autem orbem Romanum tale missum est: Tiberius Claudius Cæsar Augustus Germanicus, Pontifex max. trib. pot. Cos. designatus. 11. edicit. Petentibus à me Agrippa & Herode regibus mihi amicissimis, vt permitterem Iudæis in imperio nostro de gentibus vti suo iure quemadmodum antea, sicut & Alexandriam habitantibus concessimus: libenter precibus eorum annuimus, non deprecatorum tantum causa, sed quia ipsos dignos iudicamus hoc nostro beneficio, propter servatā populo Romano fidem & amicitiam. Æquissimum igitur censeo, nullam ne Græcam quidem urbem negare illis ius suum, quandoquidem & sub D. Augusti principatu conservatum eis fuit integrum: licebitque in posterum Iudæis per totum nostrum imperium sparsim habitantibus vti maiorum suorum moribus, quos iam nunc moneo vt hac nostra gratia contenti modestius se gerant, neque conspuant religiones externarum gentium: suis autem suo arbitratu viuant legibus. atque hoc meum edictum ciuitatibus, coloniis, & municipiis Italicis, ac provincialibus per magistratus publicari volo, ad reges quoque atq; dynastas transmitti, non minus triginta continuis diebus ita proponendum vt ab omnibus humi stantibus possit perlegi.

Agrippæ in Iudæam reditus.

Cap. V.

Is edictis Alexandriā & per totū imperiū dimissis Claudius Cæsar declaravit quomodo in Iudæos animatus fuerit: moxq; Agrippam ad curam sui regni misit auctū maioribus honoribus commendatūq; per literas præsidibus provinciarū simul & procuratoribus omnibus. at ille vt re bene gesta magna celeritate reuersus est: & quamprīmū peruenit Hierosolyma, votiuā sacrificia persoluit, nihil omittēs eorū quæ lege præscripta sunt. vnde & multos Nazaræos tonderi mandauit: & catenā auream à Caio donatam pondere parem illi ferreæ quæ regias manus vinxerat, monumentū aduersæ fortunæ mutatæ in prosperā suspēdit in sacratio supra gazophylaciū: quæ doceret spectatores & sublimia posse correre, & Deum valere illa erigere denuo. omnes enim admonebātur per hanc consecratā catenam, quod Agrippa leui de causa priuatus dignitate sit victus, pauloq; post cōpedibus solutus splendidiorē quā ante principatū adeptus sit: eam esse naturā rerum humanarū omniū, vt celsissima quæq; prolabātur facile, rursumq; inclinata restituantur in pristinū fastigium. Rite igitur votis Deo redditis Agrippa Theophilū Anani filium submouit à summo sacerdotio, & Boethi filium Simonē cognomine Cantharā in eius locū substituit. erāt autē Simoni fratres duo, & Boethus pater, cuius filiā Herodes rex uxorem duxerat, sicut diximus. idem igitur quod fratres & pater sacerdotium Simon adeptus est: quemadmodū olim sub imperio Macedonū idem contigit 40 tribus filiis Simonis pontificis, eius qui Onia patre prognatus est, vt supra meminimus. Constituto deinde pontificatu rex Hierosolymitis beneuolentiæ gratiā retulit, remisso eis tributo quod soliti erant in singulas ædes pendere, decorū putans si non pateretur se vinci amore mutuo. Magistrū autē præfecit toti suæ militiæ Silam, quem multorū & difficilium laborum indiuiduum socium habuerat. Paulo post Doritæ quidam iuuenes natura temerarij religionis specie posuerunt in Iudæorū synagoga statuam Cæsari, quod Agrippam vehementer commouit ad iracundiam, quod cares perditum iret instituta patriæ. Quare sine mora ad Petroniū Syriæ præsidem profectus questus est de Doritarum audacia. qui & ipse non minus ægrè terens hoc facinus vt impium, nouatoribus illis asperius scripsit in hanc fermē sententiam.

50

Epistola Petronij ad Doritas pro Iudæis scripta.

Cap. VI.



DVLIVS Petronius, legatus Tiberij Claudij Cæs. Aug. Germanici, magistratibus Dorienſium. Quoniam tam audax est quorundam veſtrū insolentia, vt etiam cōtra edictum Claudij Cæs. Aug. Germanici, quo Iudæi permittuntur suis legibus viuere, synagogam eorum profanauerint, illata Cæsaris

Cæsaris statua, quod religioni ipsorū non est licitum, atque hoc factō non Iudæorum tantum pietas læsa est, sed numen etiam Cæsaris, cui rectius in proprio templo statuā poneretur quā in alieno, maxime in synagoga, cū iustum sit & imperatoris iudicio comprobātū, ut sui quisque loci sit dominus: ne mea decreta commemorē post contemptam autoritatē Cæsaris, qui Iudæis non religionem tantū permisit, verum etiam æquum ciuitatis ius cum Græcis cohabitantibus: his ergo de causis eos qui contra edictum Augusti ausi sunt talia, indignantibus etiam propriis magistratibus, hæc furore populi, non suo consensu facta asseuerantibus, iubeo per centurionem Vitellium Proculum ad me adduci rationem reddituros. Magistratus autem hortor, ut si videri volunt his consensum suum non accessisse, centurioni fontes indicent, 10 dentque operā ne quid turbæ aut rixæ oriatur, quam quidam captare videntur: cū contrā ego & mihi carissimus rex Agrippa nihil æquē curemus, quā ne vlla Iudæis detur occasio excitandi tumultus defensionis prætextu. Quo autem melius cognoscatis, quæ nā sit super hoc negotio voluntas Augusti, adiunximus eius edictū apud Alexandrinos propositū: quod iam antè satis notum omnibus, carissimus rex Agrippa mihi sedenti pro tribunali recitauit, ius suum postulans, & ut suis beneficium Cæsaris maneat incolume. Quamobrem iubeo ut in posterum nullam quærat seditionum materiam, & cæleste numen suis quisque colat ritibus. Ita tum Petronius rem curauit, ut & admissum erratum corrigeretur, & in posterum caueretur ne quis tale quippiam audeat. Rex autem Agrippa Simonem Cantharam pontificatu priuauit, 20 quem Ionathæ Anani filio reddere voluit, digniorē hūctali sacerdotio existimans. Sed ille recipere noluit sic excusans: Equidem tuam rex beneficentiam libenter amplector, contentus tua voluntate qua mihi tantus honor oblatu est, etsi me Deus indignum iudicauit summo pontificio, sed mihi sacrū illum amictum semel sumpsisse satis est: tunc enim sanctius illum accepi quā nunc recipere. quod si quæris, ostendam qui honore hoc sit longe dignior. est mihi frater & apud Deum, & apud te rex innocentior, ab omni peccati labe mundior, quem autē tibi commendare ut idoneum officio pontificis. qua hominis modestia delectatus rex, omisso Ionatha iuxta ipsius consilium, fratri eius Matthiæ sacerdotium id detulit: nec ita multo post Petronio Marfus in administranda prouincia Syria successit.

30

Gesta Agrippæ usque ipsius obitum.

Cap. VII.

VII.



ILLA autem magister militiæ regiæ, quia per omnem fortunam ei fidus nullius vnquam periculi socius esse detrectauerat, sed vel difficillimos labores pro eo sæpe susceperat, fretus amicitia postulabat etiam paris honoris esse particeps. quapropter grauabatur regi aliquo modo cedere. semperque licentius agebat cum eo. & in familiaribus colloquiis molestus erat interdum extollens se immodice, & sæpe prioris fortunæ aduersitates in memoriā reuocās ut ostentaret, quā studiosus ipsius cultor fuerit, nunquam non labores in eius gratiam exhaustos memorans. quæ cū sine modo repeteret, opprobare videbatur, ita ut rex tandem offenderetur immodica libertate hominis. iniucunda enim est temporis in- 40 glorie acti memoria, & stultum est indefinenter exprobrare debitum. postremò intantum exasperatus est regis animus, ut iræ plus quā rationi tribuens non contentus sit ademisse illi præfecturam, verum etiam vincitū in ipsius patriam adseruandum miserit. Elapso deinde aliquanto tempore lenita iam ira, & ratione defæcata in consilium adhibita, reputauit quantum laborū vir ille pro se pertulisset: cūque natalem suum celebraret, omnibus occupatis circa hilaritates ac epulas accersiu Silam, ut mox interesse velit regio conuiuio. ille ut erat moribus ingenuis non dissimulauit indignationem cuius iustam causam habere videbatur, vocantibus se respōdens, ad quem honorem me rex reuocat, paulo post eo priuaturus? neque enim prius beneuolentiæ præmium mihi diuturnum esse passus est, sed spoliavit eo me affectū con- 50 tumelia. nisi fortē putat linguam mihi posthac fore minus liberam: imò fretus conscientia nunquam clamare desinam ē quantis cum eripuerim calamitatibus, quātum laborum tulerim, ut illi incolumitatem & honores parerem: pro quibus officiis nunc præmiū retuli vincula & obicū carcerem. ego certē horū nunquam obliuiscar, sed etiam

etiam apud manes manebit mihi huius iniuriæ memoria. Hæc ille vociferabatur, iu-
bens, vt eadem regi referrent. qui cùm videret immedicabilem, reliquit eum in cu-
stodia. Conuersus autem ad Hierosolymorum curam, muros nouæ quæ vocatur ci-
uitatis permuniit sumptu publico, latiorésque & altiores quàm antè fuerant reddidit:
& fecisset aduersus omnem humanam vim inexpugnabiles ni Marsus Syriæ præses
Claudio Cæf. significasset eam rem per literas. qui suspicatus molituros aliquid noui,
diligenter scripsit Agrippæ, vt à munienda vrbe desisteret: atque ille mox paruit. Erat
autem is rex adeò natus ad liberalitatem ac beneficiis demerendos populos, vt ma-
gnis sumptibus pararet sibi celebritatem nominis, pro magna voluptate ducens quæ-
10 sitam munificentia gloriam, longe alius quàm Herodes, qui ante eum regnauerat. ille
enim maliciosus erat ac procliuis ad sæuitiam: & propter mutuum odium manifeste
præferens erga Græcos maiorem quàm erga Iudæos beneuolentiam: vt qui externas
vrbes ornaret pecuniarum largitionibus, aliàs balnea & theatra, aliàs templa & porti-
cus extruens: Iudæorum autem nullum oppidum ornatu aliquo dignatus est memo-
rabili, nec vlla liberalitate profectus est. Agrippa contrà mitissimo fuit ingenio, in
exteris omnes ex æquo beneficus, liberalis & humanus, in suæ gentis homines beni-
gnus, & promptus ad iuuandos præ cæteris in aduersitatibus. quapropter libenter &
continue degebat Hierosolymis, institutorum ac rituum patriæ seruator religiosissi-
mus. purus enim erat à contaminamentis omnibus, nec vlla dies ei præteribat absque
20 sacrificio. Accidit aliquando, vt quidam Hierosolymita legisperitus nomine Simon
aduocata concione per regis absentiam agentis tum Cæsareæ, criminaretur illum, vt
impurum & arcendum templi aditu, quod non nisi dignis pateat. id vbi præfectus vr-
bis illi significauit per literas confestim accersuit hominem: à quo forte fortuna re-
pertus in theatro, assidere sibi eum iussit. móxque sedata voce & placide, Dic mihi, in-
quit, quid tibi non probatur ex his quæ facimus. qui cùm nihil haberet quod diceret,
precatus est veniam. tum rex citius quàm quisquam opinaretur reconciliatus est, cle-
mentiam magis quàm iram decere reges existimans, & lenitatem animi magis quàm
celsum. itaque illum dimisit non sine munere. inter alias autem multas eximiis
ornamētis honorauit ciuitatem Berytiam, magnis sumptibus extructo ibi theatro pul-
30 cherrimo, simulque æque magnifico amphitheatro, & ad hæc balineis ac porticibus,
nullis parcens impendiis modo absolutam operibus pulchritudinem adderet. dedica-
tio quoque horum celebrata est splendidissime, exhibitis in theatro spectaculis &
musicorum omne genus certaminibus, aliâque voluptatum varietate: in amphithea-
trum verò ad ostentandam magnificentiam inductis plurimis gladiatorum paribus.
volens deinde spectatores oblectare etiam cateruatim commissis pugnatoribus, ex
maleficis in hoc destinatis duas cohortes fecit septingentorum quamque hominum,
vt illis per imaginem belli decernentibus, pœna noxiorum in pacis voluptatem verte-
ret. atque ita omnes mutuis absumpti sunt vulneribus. Post hæc apud Berytum *VIII.*
peracta migravit in urbem Galilææ Tiberiada. suscipiebatur autem ab aliis regibus:
40 venítque ad eum Antiochus Comagenæ rex, Emesinorum Sampsigeranus, Corys
qui regnabat in minore Armenia, Polemónque Ponti regulus: & præter hos Herodes
frater rex Chalcidis. hos omnes summa hospitalitate excipiebat, ostendens per hoc
animi sui magnitudinem, ne videretur indignus, qui expeteretur à tot regibus, qui-
bus adhuc apud eum morantibus Marsus Syriæ præses superuenit. Seruans igitur de-
bitam Romanis reuerentiam vsque ad septimum lapidem illi obuiam processit: quod
quidem simultatis cum Marso initium factum est, dum eodem cum hospitibus curru
vectus, suspectam præsidii redderet tantam regum concordiam. ratus enim id non esse
è republica, per idoneos nuncios mandauit singulis, vt sine mora discederent: quare
Agrippa vehementer offensus est. Marso quidem hac de causa exosum habuit. Mat-
50 thiæ verò adempto pontificatu successorem dedit Elioncum Cithæi filium. Iámque
tertium Iudææ totius regni annum exegerat, cùm peruenit in urbem Cæsaream,
quæ prius Stratonis turris dicta est: vbi solennes ludos celebrauit pro salute Cæsa-
ris: ad quam festiuitatem magna multitudo nobilium ac procerum conuenerat ex tota
N prouin

provincia. eius celebritatis die secunda processit mane in theatrum, amictus veste tota ex argento mirabili opere contexta, quæ radiis exorientis solis perculsa & diuinum quendam fulgorem emittens, venerationem cum honore incutiebat spectantibus. moxque adulatores perniciosi aliunde acclamantes, Deum consalutabant, rogantes vt fauere propitius. hætenus enim, vt hominem reueritos, nunc agnoscere & fateri in eo quiddam mortali natura excellentius. hanc impiam adulationem ille nec castigauit, nec repulit: pauloque post suspiciens vidit supra caput suum bubonem funi extento insidentem: moxque, vt sensit hunc esse calamitatis nuncium qui olim felicitatis fuerat, ex intimis præcordiis indoluit. secuta sunt ventris tormina, statim à principio vehementia. conuersis igitur in amicos oculis: En, inquit, ego ille vestra appellatione Deus vitam relinquere iubeor, fatali necessitate coarguente vestrum mendacium: & quem immortalem salutastis, ad mortem rapior. Sed ferenda est voluntas cælestis numinis. neque enim male viximus, imò tanta felicitate, vt omnes me beatum prædicent. hæc locutus crescente dolore discruciabatur. prope igitur relato in regiam rumor sparsus est breui esse moriturum. quamobrem contestim totus populus vnà cum vxoribus atque liberis saccum indutus more patrio supplicabat Deo pro salute regis, omnia miscens lamentis & ciulatibus. Rex autem in celsiore decumbens cubiculo, & in faciem stratos humi prospiciens, non temperabat sibi à lacrymis. cruciatu deinde per continuos quinque dies nihil se remittente confectus vitam finiit, annum natus quartum supra quinquagesimum, postquam regnasset per septennium. 20 quatuor enim annos sub Caio Cæsare obtinuit regnum. primum in Philippi tetrarchia per triennium, cui quarto demum anno accessit & Herodis tetrarchia, tribus deinde annis sub Claudio Cæsare præter iam dictam ditionem in Iudæa quoque regnauit & Samaria, simulque Cæsarea. ex annuis autem redditibus percipiebat cum plurimum M C C. myriadas. nec his contentus, mutuum accipiebat pecunias. Cum enim esset munificus, impensis non sufficiebant redditus, quod liberalitatem exerceret sine parsimonia. Cæterum priusquam euulgaretur regis obitus, Herodes dynasta Chalcidis, & Chelcias magister regis militis conspirantes simul Aristonem miserunt, qui Silam communem amborum inimicum interficeret, quasi hoc à rege mandatum acceperit. 30 Atque hic fuit Agrippæ regis exitus. Superstites autem ei fuerunt, filius quidem vnus Agrippa annum agens decimumseptimum: filiarum verò tres. ex quibus Bernice nupta erat Herodi patruo, nata annos sexdecim: reliquæ duæ tum etiam virgines erant, Mariamne & Drusilla, hæc septennis à patre desponsata Iulio Archelao Chelcias filio, illa decennis Epiphani filio Comagenorum regis Antiochi. Postquam autem cognitum est excessisse Agrippam, Cæsarienses & Sebasteni beneficiorum eius obliti pessimam ei retulerunt gratiam, conuitia non dicenda iactantes in defunctum: militum quoque vulgus, qui tum forte aderant, protractas è palatio filiarum statuas vnanimiter detulerunt in lupanaria, eisque vt poterant illudebant modis quos turpe sit eloqui: instructisque per loca publica epulis conuiuia celebrabant coronis redimiti & delibuti vnguentis, libantes interim Charoni, & sibi inuicem propinantes 40 præ gaudio quod ex obitu regis conceperant. Atque hæc agentibus nec Agrippæ recentia merita succurrebant, nec auus eius Herodes urbium illarum conditor, quas portibus & templis magnificentissime ornauerat. Filius porro defuncti Agrippa Romæ erat eo tempore, educabaturque apud Claudium Cæsarem, qui audito Agrippæ obitu, & contumeliis quibus cum Cæsarienses ac Sebasteni post mortem affecerant, illius quidem causa indoluit, ingratis autem populis vehementer iratus est. contestim igitur voluit successorem paterni regni Agrippam iuniorem mittere, simul vt iureiurando satisfaceret. Sed liberti & amici qui multum apud eum poterant dissuaserunt, negantes tutum admodum adolescenti & vixdum egresso pueritiam tantum regnum committere, cui administrando sit impar, quodque etiam viriles 50 grauare possit humeros. cumque visi essent æquum dicere, Cæsar præsidem Iudææ totiusque regni misit Cuspium Fadum, defuncto hoc honoris tribuens, ne Marsum inimicum in regnum eius induceret. Ante omnia autem Fado iniunxit, vt Cæsarienses

rientes & Sebastenos acriter castigaret, propter inflictam mortuo iniuriam contumeliâsque illatas adhuc iuuenibus. aliam verò Cæsariensium & Sebastenorum cum quinque illis cohortibus ablegaret in Pontum illic militaturas: militesque è Romanis legionibus Syriam tuentibus delectos in eorum locum substitueret. nec tamen ei iussioni satisfactum est. Missa enim legatione flexerunt Claudium, ut manere eos in Iudæa permitteret: qui sequentibus temporibus maximarum calamitatum Iudæis fuerunt initium, & seminarium belli exorti Floro præside. quamobrem Vespasianus victor, ut paulò post dicitur, eos ex illa regione aliò transtulit.

10

FLAVII IOSEPHI

ANTIQUITATVM

IVDAICARVM LIBER

VICESIMVS.

20

Philadelphensium & Iudeorum dissidium, deque stola sacerdotali.
Caput I.

30



40

DEFUNCTO rege Agrippa, sicut superiore volumine diximus, Claudius Cæsar misit successorem Marso Cæsium Longinum, memoriæ regis amici hoc tribuens, à quo viuo adhuc per literas sæpe rogatus fuerat, ut Marsum amoueret ab administratione rerum Syriæ. Fadus autem qui procurator Cæsaris in Iudæam venit, offendit Iudæos trans amnem Iordanem habitantes contendere cum Philadelphensibus de Mix vici finibus, referti viris bellicosissimis. Ceperant autem arma transamnenes sine consensu primatum & magistratuum, multosque Philadelphensium intertecerant. His cognitis Fadus vehementer iratus est, quod non expectassent suum iudicium, si putabant sibi factam à Philadelphensibus iniuriam, sed ita temerè ad arma concurrissent. Comprehenfis igitur tribus præcipuis seditionis autoribus vinciri eos mandauit. horum vnum Annibam nomine affecit supplicio, reliquos duos Amaramum & Eleazarum exilio puniit. Nec ita multo post capitis damnauit Tholomeum latronum principem victum ad se perductum, qui plurima damna inrulerat Idumæis & Arabibus: deditque operam, ut tota Iudæa purgaretur à latrociniiis. Accitis deinde pontificibus & Hierosolymitanorum primatibus, mandatum Cæsaris eis exposuit, ut talarem tunicam, & sacerdotalem stolam, quam solum summum pontificem induere fas est, in castellum Antoniam deponerent, ut esset in Romanorum potestate quemadmodum olim fuerat. Illi non audentes contradicere, rogabant tamen Fadum & Longinum (venerat & ipse Hierosolyma cum copiis, timens ne ad Fadi postulata Iudæi molirentur noui aliquid) primum, ut legatos sibi ad Cæsarem liceat mittere, qui ab eo petant sacræ stolæ seruandæ ius: deinde, ut expectetur super ea postulatione rescriptum illius. Responsum est permissuros, ut legati mittantur, si prius darentur obsides. Quùmque promptè liberos suos dedissent, legati profecti sunt. Qui postquam Romam peruenerunt, Agrippa iunior defuncti filius, qui tum fortè apud Claudium agebat, ut diximus, cognito qua de causâ venissent, rogauit Cæsarem, ut Iudæis sacræ stolæ custodiam petentibus annuere dignetur, & Fado super eo negotio scribere. Tum Cæsar vocatis ad se legatis, ait se hoc eis concedere, iubens, ut Agrippæ gratiam habeant. hoc enim se illius donare precibus. cui

N 2 respon

responso talem epistolam addidit: Claudius Cæsar Germanicus trib. pot. v. Cof. designatus IIII. Imp. x. p. r. Hierosolymitanorum magistratibus, senatui & populo, totique Iudæorum genti salutem. Quoniam Agrippa alumnus meus piissimus, quem ego domi educo, adduxit ad me vestros legatos, gratias agentes, quod sedulo genti vestræ provideam, rogantēque enixē, ut pontificalem stolam & coronam vobis seruire liceat, concedo quod petitis, quemadmodum ante vir optimus & mihi carissimus Vitellius concesserat: vestræque voluntati annuo primum motus pietate propria, & quia placet quemque religiosum esse more suæ patriæ: deinde, ut gratificer Herodi regi & iuniori Aristobulo, quos & mihi deuotissimos noui, & vestri studiosissimos, meritōque illorum amicitiam plurimi facio. Scripsi autem de hac re & Cuspido Fado procuratori meo per Cornelium Ceronis, Tryphonem Theudionis, Dorotheum Nathanaelis: & Ioannem Ioannis filium. Datæ quarto Calendas Iulias, Rufo & Pompeio Syluano Cof. Eodem tempore & Herodes dynasta Chalcidis, defuncti Agrippæ frater, petiit à Cæsare potestatem in templum & sacrum ararium, iusque eligendorum summorum pontificum: impetrauitque hæc omnia, ita ut etiam posteris eius idem ius manserit vsque ad belli Iudaici exitum. Ipse Herodes Canthara in ordinem redacto, Iosepho Cænci summum pontificatum contulit.

Quomodo Helena Adiabænorum regina & eius filij religionem Iudaicam complexi sint.

Cap. I I.

20



PE r idem tempus Abiabænorum regina Helena, & Izates eius filius, ad religionem Iudæorum se transtulerunt propter causam talem. Monobazus Adiabænorum rex, congnomine Bazeos, sororis amore captus, in vxorem ductam grauidam reddidit. Accidit deinde, ut vnā accubās, & manum reclinatam habēs in vxoris vterum, vocem quandam sibi videretur audire, iubentem, ut manum à ventre tolleret, néve premeret fœtum, qui ut non sine diuina prouidentia inchoatus sit, ita finem habiturus esset fortunatissimum. Hac voce ille territus, mox ut excitatus est, rem vxori indicauit: & natum eo partu filium Izaten nominauit. suscepit autem iam ante Monobazum hoc seniore ex Helena, & alios filios ex aliis vxoribus, manifeste tamē omnem caritatem in hunc vnum contulit: vnde exorta est germanorum inuidia, indies magis ac magis crescentibus illorum odiis, Izatem sibi præferri dolentibus. Hæc pater licet intelligeret, ignoscebat tamen filiis, quod is affectus non à malitia procederet, sed quisque cupiebat patri esse quàm carissimus. Izatem verò cui valde timebat à frateris odiis, cumulatam magnis muneribus misit ad Abemerigum, regnantem tunc apud castrum quod Spasini vocant accolæ, commendans ei salutem filij. Is libenter accepit adolescētem, quem complexus singulari beneuolentia, filiam ei collocauit, cui nomen fuit Samacho: addita nomine dotis quadam regione, vnde luculentos redditus percipiebat. Porro Monobazus iam admodum senex, videns sibi superesse modicum vitæ spacium, concupiuit videre ante suam mortem filium. Accersitum igitur filiū magno affectu excepit. ei que donauit regionem, quæ dicitur Caron, amoni feracissimam. in ea seruantur arcæ reliquiæ, qua Noc fertur euasisse diluuium, ostenditurque ibi hodie quoque videre volentibus. In hac regione Izates vixit vsque ad patris obitum. Qui postquam fato functus est, Helena regina accitis eadem die magnatibus suis & satrapis, ac præfectis militum, Non ignoratis, inquit, quod maritus meus hæredem sui regni Izatem oprauit, eumque hoc honore indicauit dignissimum, attamen vestrum quoque super hac re iudicium expecto. Beatus enim est non qui ab vno, sed qui plurium consensu principatum accipit. hæc illa, ut experiretur voluntatem concilij. Quibus auditis proceres primum more suo reginam adorauerunt, deinde probari sibi sententiam reginæ dixerunt, libenterque parituros Izatæ, quem scirent merito & ex communi popularium voto, patris iudicio prælatum cæteris fratribus. offerebantque suam operam, ut primum fratres eius atque cognatos occiderent, quo securius nouo regi pararetur imperium. sic enim liberum fore à metu, in quo esse posset

posset propter illorum inuidiam & odia. ad hæc Helena gratias egit pro tanta beneuolentia, differendam tamen fratrum eius necem censuit in aduentum filij, & expectandam ipsius sententiam. Tum procures consuluerunt, vt saltem victos asseruaret donec ille veniat, quo magis in tuto sit regnum Izatæ: interim aliquem cui maxime regina fideret, procuratorem regni constituendum. Paruit his Helena, & proregem fecit grandio rem filium Monobazum, imposito ei diademate, & dato patris anulo signatorio, simulque sampsera, vt ipsi vocant: iussitque eum administrare rempub. donec frater veniat. Is autem celeriter venit audito patris obitu, & vltro cedenti Monobazo fratri in principatum successit. Cæterum eo tempore quo Izates apud Spasini
10 castrum agebat, Iudæus quidam mercator Ananias nomine, familiaritatem nactus regiarum mulierum, docebat eas veri Dei cultum ritu Iudaico. per has deinde cum Izatæ innotuisset, ipsum quoque in eandem opinionem traducit: accitumque à patre in Adiabenam comitatus est magnis precibus pertractus. forte autem acciderat, vt etiam Helena ab alio quodam Iudæo instituta leges diuinitus traditas complecteretur. Izates porro nouus rex postquam in Adiabenam reuersus offendit fratres & cognatos in vinculis, tulit id ægerrime. & cum occidere hos aut victos seruare vetaret pietas, contra affectos iniuria dimittere parum tutum videretur, nequando de vindicta cogitarent: partem eorum vnà cum propriis filiis Romam ad Claudium Cæsarem misit, partem ad Artabanum Parthum, futuros utrobique obsides. cognito deinde quod mater mul-
20 tum deleteretur Iudæorum moribus, dedit operam, vt & ipse ad eam religionem transferret. cumque existimaret se non esse perfectum Iudæum, nisi circumcideretur, paratus erat, & hoc facere. quod postquam mater rescivit, conabatur impedire, periculosum esse dictitans. multum enim eam rem à rege alienaturam subditorum animos, si eum ad externos ritus desciscere cognoscerent: neque vlllo pacto laturos Iudæum in regio solio. sic illa aliquantisper cupiditatem eius retinuit. rex autem cum Anania consulit consilium, qui matris sententiam comprobans, minatus est se eum relicturum nisi ab hoc proposito desisteret. timere enim se ne si occulta proferrentur in vulgus, ipse arriperetur daturus pœnas, vt author omnium, qui non docenda regem docuerit. Licere autem ei etiam absque circumcisione Deum pie colere, si Iudæorum instituta pla-
30 ceant. in hoc enim magis sitam religionem quam in circumsione corporis: daturumque Deum veniam, si necessitate coactus signaculum id omitteret, metu ne qua exoriat subditorum defectio. his verbis tum regi persuasit quod voluit. Aliquanto autem post, nondum enim omnino hæc cupiditas exciderat, alius quidam Iudæus è Galilæa profectus, Eleazarus nomine, legis valde peritus habitus, eum ad rem perficiendam impulit. ad salutandum enim regem admissus, cum eum offendisset legentem sacra Moysis volumina: Nescis, inquit, ô rex, quantam iniuriam legi & per hanc Deo facias. nec enim satis est decreta eius nosse, sed præstat imperata eius facere. Quam diu manebis incircumcissus? si nondum legisti legem circumcidi iubentem, nunc certe lege, vt scias quanta sit impietas hanc omittere. His auditis rex non distulit negotium, sed secedens
40 in aliud cubiculum, accito chirurgo fecit quod iussus est: deinde accersita matre & præceptore Anania, indicauit eis quid actum sit. quos continuo stupor ac metus non mediocris corripuit, ne si res perueniret ad vulgi notitiam, rex principatum amitteret, non ferentibus populis imperium viri alienis religionibus dediti. sibi quoque videbant imminere periculum, vt consiliis & autoribus eius consilij. Sed Deus prouidit ne eueniret quod illi timuerant. nam ex multis periculis & ipsum Izatem eripuit, & eius liberos, in rebus dubiis & desperatis incolumitatem eis expediens, & ostendens quod ad se respicientibus, sibi que vni fidentibus, pietatis fructus integer maneat. Sed de his postea narrabimus. Helena porro mater regis videns res regni pacatas, & filium opinionem omnium tam domesticorum quam exterorum beatum diuina fauente prouidentia, desiderio capta est visendi Hierosolyma, templumque illud apud omnes mortales famosissimum, vt ibi Deum adoraret, votiuasque victimas redderet. Et quia facile com meatum impetrauit à filio, postquam magnos apparatus in eam processionem fecisset, instructa copioso viatico descendit in Hierosolymitanam urbem, deducente filio dierum aliquot itinere. accidit autem peropportune eius aduentus ciuib. Cum
50

enim per id tempus ciuitas graui fame premeretur, & multi perirent alimentorum inopia, regina Helena ex suis alios misit Alexandriani comparaturos vim magnam tritici, alios in Cyprum, qui copiam ficuum passerum inde adueherent: quibus omnibus breui reuersis, cibos egenis distribuit, atque hoc beneficio memoriam immortalē sibi apud nostram gentem peperit. Filius quoque eius Izates comperto quanta fame laboret ille populus, multum pecuniae misit Hierosolymitanorum primatibus. Sed horum regum beneficia quibus nostram ciuitatem iuuerunt, dicentur postea.

III.

Cæterum Parthorum rex Artabanus, cum sensisset structas sibi insidias à sacerdotibus, nec putaret tutum manere in suo regno diutius, decreuit ad Izatem se conferre, eius consilio quæsiturus salutē, & si fieri posset etiam reditum in patriam. Assumptis igitur 10 cognatis & familiaribus circiter mille numero, incidit in Izatem in itinere, ex regio strepitu sibi cognitum, ipse non notus ei de facie, ad quem propius accedens primum adorauit more patrio, deinde in hæc verba erupit. Ne despicias mo rex tuum supplicem, nõve contemnas opis indigum. Deiectus enim in pauperum fortunam, è regio fastigio, ad tuum auxilium confugi. Quamobrem ad instabilitatem humanæ felicitatis respiciens, tuis quoque rebus prospice, cum intelligas quibus omnes sumus obnoxij casibus. Si enim me inultum fueris, animabitur in cæteros quoque reges audacia, inconditæ multitudinis. Hæc ille demisso vultu lacrymans. Izates autem audito eius nomine, vidensque altare supplicem Artabanum, ab equo descendit, & Bono, inquit, animo esto rex, nec turberis præsentī calamitate quasi immedicabili: breui enim si 20 nem habebis tua moestitia: inueniesque amicum & socium meliorem, quàm fortè sperasti hætenus: aut enim te in Parthorum regnum restitutam, aut meum tibi cedam. Hæc loquutus imposito in equum Artabano, ipse eum comitabatur pedibus, maiori regi hunc honorem exhibens. Id Parthus rex, ut in per molesto iurauitque per futuram suam fortunam ac dignitatem, descendit, nisi ille rursus ascenderet, & præcederet. Tum alter morem ei gesturus in equum insiliit, & perducto in suam regiam omnem honorem habuit, in consensibus ac conuiuiis honoratiorem locum ei cedens, habita ratione non præsentis eius status, sed dignitatis pristinae, reputansque eadem posse cuius mortalium accidere. Scripsit etiam ad Parthos suadens, ut suum regem reciperent, fidem suam interponens non fore eum iniuriarum memorem: paratus 30 & iurando omnem illis dubitationem eximere. Parthii verò non recusabant eum recipere, sed posse se negabant, quod iam principatum dedissent alteri, nomine Cinnamo, periculum enim esse, ne altero reuocato omnia flagrant bellis ciuilibus. Cinnamus autem voluntate procerum cognita, cum esset alumnus Artabani, & alioqui honesto ingenio præditus, scribit ei, ut accepta à se fide reuerteretur, recepturus amissum dignitatis fastigium: à quo ille persuasus rediit. Cinnamus autem obuiā profectus, adorato & regis appellatione salutato diadema suo capiti detractum imposuit. Sic Artabanus Izatæ opera in regnum suum restitutus est, unde eiectus fuerat à magnatibus. Nec suis beneficiorum inmemor, sed affecit Izatem maximis, qui apud ipsos habentur honoribus: nam & tiam rectam ei gestare permisit, & in aureo 40 lecto cubare, quæ honoris insignia concessa sunt solis Parthorum regibus. donauitque ei regionem magnam ac bonam, ademptam ditioni regum Armenia, cui nomen est Nisibis, in ea olim Macedones condiderant urbem Antiochiam, Mygdoniam cognomine: atque hos honores Izates accepit à Parthorum rege præmium. Non multo post Artabanus moriens regnum reliquit Vardani suo filio. hic ad Izatem profectus, suās ei, ut vellet sibi belli aduersus Romanos gerendi esse socius, quod tamen impetrare non potuit. Adiabenus enim non ignorans quanta esset Romanorum fortuna ac potentia, censebat illum tentare impossibilia. Ad hæc quia quinque adolescentes filios miserat, ut linguam nostram & disciplinas diligenter discerent, simulque matrem adoraturam in templo, sicut diximus, segnior erat, & Vardanem quoque conabatur deducere à proposito, continenter denarrans ei Romanorum gesta, & potentiam, ratus se hoc modo absterriturum eum à lacerandi eos cupidine. Parthus autem his offensus continuo bellum indixit Izatæ, ex quo tamen nullum retulit operæ præmium, Deo frustrante spes eius vanissimas. Parthi enim

enim postquam cognouerunt mentem Vardanis, & quòd Romanis bellum inferre statuerit, illo cæso principatum eius fratri Gotarzæ commiserunt. huic quoque paulo post sublato per insidias, Vologesus frater successit, qui duobus germanis eodem secum patre genitis regna distribuit, Paçoro grandiori Mediam, Tiridati minori Armeniam. Porro Monobazus regis frater & cognati cæteri videntes Izatæ propter eximiam erga Deum pietatē res prospere succedere, prædicarique cum paßim tantæ felicitatis nomine, cœperunt & ipsi cogitare de relinquenda religione patria, & assumendis Iudaicis ritibus. id ubi olfecerunt eius regni magnates, ægrè ferentes dissimulauerunt tamen indignationem, opportunitatem expectantes per quam ab eis pœnas repeterent. Scribunt igitur Abiæ regi Arabum, magnam pecuniam ei pollicentes, si expeditionem contra suum regem susciperet: promittebantque primo statim cõflictu se eum deserturos. Effe enim sibi animum pœnas de eo sumere propter contemptum ritus patrij. ißtòque cum Arabe fœdere, hortabantur ne differret negotium. Paruit ille, & cum magno exercitu contra Izatem venit. Cùmque iam hostes in cõspectu essent inituri prælium, priusquam ad manus veniretur, omnes sui ex composito eum deserunt: tergâque vertentes hostibus, tanquam panico terrore perciti fugam celeriter ineunt. Nec tamen Izatæ animus concidit: sed sentiens se à magnatibus proditum, ipse quoque intra castra sese recipit, ubi inquisitione facta in auctores ignominia, postquã deprehendit quosdam de fuga pactos cum Arabe, his supplicio deditis, postera die cum hoste confligit: cæsisque plurimis, reliquos veram fugam cõggit capessere. ipsum regem acriter persequutus in castrum Arsamum compulit: impetûque facto in moenia, vi illud cepit. eo direpto ingenti præda potitus in Adiabenam triumphabundus reuersus est, quamuis Abiam viuum in suam potestatem redigere non valuerit, quia capriuitatem voluntaria morte præuenerat. Proceres autem Adiabënorum primo conatu frustrati, & à Deo in manus sui regis traditi, ne sic quidem quiescebant: sed denuo scribunt Vologeso regi Parthorum, rogâtes vt Izatem interficiat, & dynastam alium quempiam genere Parthum sibi præficiat: exosum enim suum regem aiebant, eo quòd patriæ religioni externam prætulit. His auditis Parthus ad bellandum excitus, cùm nullam haberet iustam occasionem, honores quos ipsius pater ei concesserat, repetiit: bellum interminatus, si imperatis contradiceret. Quo nuncio Izates supra modum est territus, turpe ducens honoris gratia sibi concessis per metum cedere: sciensque quòd etiam si ipse imperata faceret, Parthus tamen non quiesceret, decreuit totam rem Deo committere: iacturus extremam de capite aleam: fretusque huius auxilio liberos & vxores in munitionissimum quoddam castellum deposuit, frumentum autem in arces: quo facto fœnum omne flammis corruptit & pabulum: atque ita præparatus expectabat aduentum hostium. Cùmque Parthus numerosas equitum atque peditum secum propere trahēs copias opinione citius venisset, posuissetque castra ad fluuium qui Adiabenam à Media dirimit: Izates quoque non longe inde castra metatus est, habens circa se equitum sex

40 millia. in ea castra Vologesus præmisit nuncium, qui hosti indicaret quantis ipse se stiparetur copiis, contractis è toto imperio quàm late patet Bactra inter & Euphratem fluuium. minabaturque daturum eum pœnas ingratitude erga dominos: ac ne Deum quidem quem coleret, posse eum è suis manibus eripere. Hæc referere nuncio, Izates respondit, scire quidem se nullo modo conferendum esse Parthorum viribus, nec tamen ignorare Deum esse longe potentiorē vniuersis mortalibus: atque ita dimisso nuncio supplex humi ante Deum procidit, cinere caput turpatum, & ißtò sibi vnà cum vxore ac liberis ieiunio, his precibus Deum inuocans: Si non frustra me dominator domine tuæ bonitati dedidi, tæque merito solum & primum habeo dominum, veni in auxilium, non tam me defensurus ab hostibus, quàm illorum oppressurus audaciã, qui nefaria lingua immanes voces non horruerunt iactare contra tuam potentiam. Sic implorantem & lamentantem exaudiuit Deus: illaque ipsa nocte Vologesus receptis literis, significantibus Daharum & Sacarum validam manum contempta regis absentia populari regionem Parthicam, infecto negotio retrorsum cum exercitu abiit: ita vt euidenter appareret Izatem tum seruatum diuina prouidentia.

uidencia. Non multo autem post exacto ætatis anno quinto supra quinquagesimum, regni vigesimoquarto, superstibus quatuor liberis masculis, successionem tamē regni reliquit fratri Monobazo, referens ei gratiam bona fide seruati sibi absenti principatus olim post communis patris obitum. Mater porro Helena mortem eius compertam tulit grauiter, vt par erat orbatam amantissimo filio: magnam tamen consolationem habuit, cum audiret successisse suum maiorem natu filium, ad quem cōueniendum sine mora profecta est reuersaque in Adiabenam, non multo tēpore Izatæ superuixit. Monabazus autem ossa eius & fratris sui misit Hierosolyma, condenda in extructis ab ipsa pyramidibus tribus numero, tertio ab vrbe Hierosolymitana stadio disitis. Sed quæ Monobazus regni sui tempore gesserit, dicemus postea. Fado¹⁰

III. porro procuratore apud Iudæam præstigiator quidam nomine Theudas persuasit magnæ vulgi multitudini, vt assumptis suis facultatibus sequerentur se ad Iordanem fluuium. prophetam enim se iactabat, pollicēs scisurum se verbo fluuium & facilem præbiturum transitū, taliq; promissione permultis imposuit. At Fadus effecit vt nihil lucrifacerent ex sua insipientia, immisis in eos turmis equitū: qui ex improviso irruentes ex his multos interemerunt, multos viuos ceperunt, & in his ipsum Theudam, cuius caput abscissum reportarunt Hierosolyma: atque hæc sunt quæ Iudæis contigerunt administrationis Cuspj Fadi tempore.

Quomodo Tiberius Alexander procurator filios Iudæ Galilei punijt. Cap. III.

V. **E** Ap o autem successit Tiberius Alexāder, eius Alexandri filius qui Alā: 20
barchiæ magistratum gessit Alexandria, omnium in eā vrbe suo tempore ditissimi, qui etiam erga Deum pietate superauit filium, desertorem religionis patriæ. horum tempore magna illa fames Iudæā tenuit, quando regina Helena frumentum ingenti sumptu ex Ægypto comparatum in egenos distribuit, vt iam dictum est. eodem tempore etiam filij Galilæi Iudæ Iacobus & Simon sublati sunt de medio, eius qui agente Syriæ censum Quirinio Iudæos sollicitabat ad defectionem à Romano populo: hos enim Alexander crucis affecit supplicio. Herodes autem rex Chalcidis Iosephum Canydx filium priuauit summo pontificio, ei que succedere iussit Ananiam Nebedæi filium. Tiberio Alexandro successit Cumanus, quo tēpore idem Herodes Agrippæ magni frater vita excessit octauo an- 30
no principatus Claudij, superstibus tribus filiis: quorum Aristobulus ex priore vxore natus est, è Bernice verò fratris filia Bernycianus & Hyrcanus: eius principatum VI. Claudius Cæsar Agrippæ iuniori donauit. Sub eodem Cumanus exorta seditione Hierosolymis multi Iudæorum desiderati sunt, cuius causam primum explicabimus.

Quomodo plurimi Iudæorum circa templum oppressi sunt. Cap. II.

I N S T A N T E Paschæ festo per quod nostris hominibus vesci panibus fermentatis mos est, concurrentibus vndique ad solennitatem turbis plurimis, veritus Cumanus ne inde nasceretur motus aliquis, iussit cohortem vnā armatā stare supra templi porticus, cohibituram tumultum 40
si quis forte existeret. nam idem & alij ante illum præsides factitauerunt festiuitatum temporibus. eius festi die quarta miles quidam ostēdit populo nudata genitalia: qua contumelia furentes vociferabantur non se affectos, sed ipsum Deum quem honoraret ea celebritas. & quidam audaciores in Cumanum iactabant conuitia, dicentes ab illo submissum petulantem illum militē. his auditis Cumanus & ipse non medio-
criter irritatus est: rogabat tamen vt desinerent mouere seditionem festo tempore. cumque illi adeo non parerent, vt maioribus etiam impeterent eum conuitiis, iubet totum exercitum cum armis conuenire in Antoniam castellum templo imminens, vt suprā docuimus. vulgaris autem multitudo viso aduentu militū territa, cœpit magno impetu fugere. & cum essent angusti viarum exitus, rati à tergo hostem insequi, 50
comprimebant se inuicem inter fugiendum, & conculcabant in angustiis, ita vt perirent plurimi. viginti enim millia extinctorum illo tumultu numerata sunt: verūque in luctum festalæ iocunditatis, omnes sacrificiorum & precationum obliui, dediderunt se lamentis ac eiulatibus: tantam cladem intulit vnus militis impudentia. Vix hic luctus desierat,

desierat, cum aliud malum accidit. Quidam enim qui ex illa turba fugientes euaserant, in publica via centesimo ab vrbe stadio Stephanum Cæsaris seruum iter facientem aggressi sunt latrocinio, omnesque eius diripuerunt sarcinas. quo audito Cumanus confestim eò misit milites, iussos ut vicos loco propinquos diriperet. in hac populatione miles quidam libros Mosaiscos in quodam vico inuentos protulit, eosque lacerauit in conspectu omnium, multis debacchatus & in legem, & in gentem totam conuitiis. Hoc ubi ad Iudæos perlatum est, facto concursu agmine magno petunt Cæsaream, in qua tum Cumanus agebat, supplicantes ut non suam, sed læsi numinis vlcisceretur iniuriam. Tum præses veritus defectionem populi, de amicorum consilio militem illum
 10 violatorem legis securi ferit, atque hoc modo tumultum iam repullulantem sedauit.

Seditio Samaritas inter & Iudæos orta.

Cap. V.



O s t hæc inter Samaritas & Iudæos oritur dissidium initiis talibus. *VII.*
 Mos erat Galilæis per dies festos Hierosolyma petentibus iter facere per Samariam. Aliquando igitur cum transirent vicum Samaritarum ditioris, qui Nais dicitur, in Magno campo situs, commissa inter viatores & vicanos pugna multi Galilæorum desiderati sunt. Id indigne ferentes eorum primates Iudæos ad arma conciuerunt, hortantes ut se in libertatem assererent. Seruitutem enim etiam per se molestam, tum verò fieri intolerabilem, si cum subditorum iniuriis coniuncta sit. Cumque magistratus lenire eos conaretur, pollicenturque se Cumano persuasuros, ut poenas de cædis autoribus sumeret: vulgus contemptis pacificatoribus, arma corripit, ascito in auxilium Eleazaro Dinæi filio. Is ex professo latro multis iam annis in montibus errans vicos Samaritanorum incendit & rapinis vastauerat. At Cumanus cognitis quæ gesta fuerant, assumit Sebastenorum alam, & quatuor cohortes peditum: armatisque etiam Samaritanis contra Iudæos profiscitur: quos affecutus multos perimit, plures viuos captos abducit. Tum verò Hierosolymitanorum primi genere atque honoribus, ut viderent ad quantam calamitatem ventum sit, induti sacco, & capita sparsi cinere, modis omnibus conabantur flectere multitudinem, præ oculis ei ponentes diruendam patriam, & templi incendium, liberosque cum vxoribus captiuos abducendos ut profanis nationibus seruiant: rogabantque ut mutato consilio, & abiectis armis quiescerent in posterum, & suas quisque domos repeteret. His verbis tandem persuasi dilapsi sunt, latrones verò ad loca munita reuersi sunt denuo. Atque ex eo tempore vniuersa Iudæa repleta est latronum receptaculis. Porro Samaritanorum primates Numidium Quadratum Syriæ præfidentem tunc Tyri degentem conueniunt, & Iudæos accusant, quod vicos eorum diripuerint ac incenderint, addentes non tam se ægrè ferre propriam iniuriam, quam contemptam Romanorum potestatem, ad quorum cognitionem spectaret de iniuriis provincialium decernere: nunc istos quali nulli usquam essent Romanorum magistratus, vicinos infestasse excursionibus. quamobrem nunc se venisse, ut vindictam impetrarent à præside. Hæc fuerunt querelæ gentis Samariticæ. Iudæi contra & seditio-
 30 nis & pugnae causam in Samaritas referebant, sed maxime in Cumanum, qui muneribus illorum corruptus tantam cædem dissimulanter tulerit. His auditis, Quadratus iudicium distulit, dicens se prolaturum sententiam, postquam præsens apud Iudæam rei veritatem exactius cognouerit. Ita tum infecto negotio discessum est. Paulo verò post Quadratus venit in Samariam, ubi cum iussisset reos causam suam dicere, compertum Samaritanorum culpa tumultum illum excitatum. Cognito deinde quod & Iudæorum quidam res novas moliti sint, in crucem egit quos Cumanus viuos ceperat. Inde profectus in vicum Lyddam instar vrbis amplum, sedens pro tribunali, & iterum Samaritanorum causam audiens, didicit è quodam Samarita, Dortum Iudæorum primatem cum aliis quatuor sociis Iudæos ad defectionem sollicitasse: quos præ-
 40 ses affecit supplicio. Ananiam vero summum pontificem, & Ananum ducem viuos Romam misit, ut apud Claudium Cæsarem facti sui rationem redderent. Primores enim Samaritanorum atque Iudæorum, simulque Cumanum procuratorem, & tribunum Celerem ire in Italiam iussit ad imperatorem, ut sub eo iudice decerneretur de
 50

M 5 his

his quas inter se habebant controuersis. Ipse veritus ne nouum aliquid Iudæi molirentur adiit Hierosolyma: vbi pacata inuenit omnia, populūque occupatū patrio festo, & operantem sacrificiis. Credens igitur nihil nouaturos, reliquit agentes festa, & Antiochiam repetiit. Cumanus porro & Samaritæ Romā missi statuta die iubentur causam suam dicere. Comparauerant autem sibi fauorem libertorum & amicorum Cæsaris: quorum opera vicissent aduersarios Iudæos, nisi Agrippa iunior tum Romæ degens, & Iudæorum primores premi fauore potētum videns, multis precibus obtinuisset ab Agrippina vxore Claudij, vt marito persuaderet legitime causam cognoscere, & in deprehensos tumultus autores iustam proferre sententiam. Claudius igitur his precibus præmolitus, auditis partibus vt comperit à Samaritanis factū 10 tumultus principium, eos qui tum ad iudiciū venerant supplicio tradidit. Cumanum vero mulctauit exilio. Celerem vero tribunū iussit perductum Hierosolymā inspe-

IX. tante toto populo raptari per vias, atque ita enecari hominem. Procuratorē deinde in Iudæam misit Claudium Felicem, fratrem Pallantis. Post hæc anno imperij sui duodecimo Agrippam donauit Philippi tetrarchia & Batanæa, adiuncta his Trachonitide cum Abila: quæ tetrarchia Lyziæ fuerat. Chalcidem vero ei abstulit, cū iam dynasta illius fuisset quadriennio. His donationibus ornatus à Cæsare iuuenis collocauit Azizo Emesēnorū regi circumciso sororē Drusillam. Epiphanes enim Antiochi regis filius recusauit eius nuptias, quod mutata sentētia Iudæorum religionē amplecti nollet, vt erat pollicitus puellæ parentibus. Mariamnen quoque matrimonio 20 coniunxit Archelao Chelciæ filio, cui ab Agrippa patre iam ante desponsata fuerat: ex quibus nata est filia Bernice nomine. Drusilla autē non multo post dimissa est ab Azizo ex causa huiusmodi. Felix cū esset Iudææ procurator, viâ hac terminarum omnium pulcherrima amore eius captus, Simonem amicum suum, Iudæum genere Cyprium, pro magno se gerentē ad eam misit, qui mulierē sollicitaret vt relicto priore marito ipsi nuberet; beatam fore pollicens si non fastidiret hominē. illa male consultâ volēs euadere molestationes sororis Bernices, inuidētis sibi formæ præcellentiam, consensit calcata religione patria Felici nubere; natōq; ex hoc marito filio nomen Agrippæ imposuit: qui iam adultus quomodo cum vxore perierit Vesutiani clade incendij tempore Titi Cæsaris, dicemus postea. Porro Bernice post Herodis 30 obitum, qui idem maritus eius & patruus fuerat, aliquāto tempore in viduitate acta, cū spargeretur rumor cum fratre eam cōgredi, suauit Polemoni regi Ciliciæ, vt circumciscus prius se duceret, rata sic se coarguturam mendacium. Nec reculauit Polemon inductus maxime mulieris diuitiis: id tamē coniugium diuturnū non fuit, propter intemperantiā vt fertur discedente ab eo Bernice: qui mox desertus ab vxore, & ipse Iudææ religionis desertor factus est. Eodēque tempore etiam Mariamne dedignata Archelaum migravit in thalamum. Demetrij, primi inter Alexandrinos Iudæos tam opibus quā genere, & tum Alabarchiæ magistratum gerentis, ex quo filium nomine Agrippinum genuit. Sed de horum singulis post dicemus diligētius.

X. Cæterum Claudius Cæsar exactis in imperio tredecim annis, & octo mensibus, 40 diebusque viginti factō functus est, asseuerātib; quibūsdam sublatum esse vxoris veneficio, huius mulieris pater fuit Germanicus Imperatoris frater, maritus verò Domitius Ænobarbus vnus ex Romanis illustrioribus: post cuius mortem diu viduam tandem Claudius duxit, adducentem in familiam filium patri cognominem Domitium: priorem autem vxorem Messalinam ob zelotypiam occiderat, matrem communium filiorum Britannici & Octauij: nam Octauiam omnium suorum liberorum natu maximam ex Pætina prima vxore susceperat: quam Neroni collocauit. sic enim nomen priuigno adoptato mutauerat. Agrippina autem verita ne Britannicus adlatus à patre acciperet successione imperij, volēsq; principatum suo filio quærere, procurata vt fertur morte Claudij, cōtestim ad prætorianos milites misit præfectum 50 eorum Burrum cum tribunis & libertorum potentissimis, qui Neronem ad eos perductum Imperatorem consalutarent. At Nero principatum sic adeptus Britannicum clam veneno sustulit, nec multo post Agrippinam matrē suam ferro propalā, hanc illi gratiam non pro natiuitate solum referens, verum etiam quod eius artibus ad imperium

perium prouectus sit. Occidit & vxorem Octauiam, multosque viros illustrissimos, quasi coniuratos in suam perniciem. Sed de his rebus scribere superfedeo. non desunt enim qui res Neronis scripserunt: quorum aliqui in gratiam eius vt bene de se meriti, veritatem neglexerunt: alij indulgentes suis odiis, tam impudentibus mendacijs in eius famam debacchati sunt, vt merito damnandi sint in historia. quos equidem non miror de Nerone mentitos, quando ne superiorum quidem imperatorum gesta scribentes rationem veritatis habuerunt, quos tanto post nati nulla iusta de causa odisse poterant. sed istis veritatis contemptoribus liceat vt libet scribere, quando delectari videntur hac licentia. nos vero quibus propositum est à veritate nusquam
 10 discedere, quæ à nostro argumento aliena sunt paucis attingimus: quæ verò nobis Iudæis acciderunt, ea non tanquam obiter tractamus, ne calamitatum quidem ac errorum commemoratione vitata. Ergo ad res nostras narrandas reuertamur. XI.
 Primo Neronis principis anno, regi Emesorum Azizo defuncto frater in principatu successit: minoris autem Armeniæ dominium Aristobulus Herodis regis Chalcidis filius à Nerone accepit. Agrippæ quoque idem princeps partem Galilææ donauit; iubens Tiberiada & Tarichæas parere eius imperio: addita his & Iuliade trans Iordanem sita, agròque eius habitato vicis xiiij.

Gesta Felicis Iudææ præsidis.

Cap. VI.

- 20 **C**ÆTERVM Iudææ res prolabebatur vsque in deterius. tota enim referta erat latronum receptaculis, & magicis præstigiatoribus imperitique vulgi seductoribus. quorum multos, sicut & latrones, Felix quotidie comprehensos afficiebat supplicijs: & in his Eleazarum Dinæi filiū, qui non mediocrem latronum globum circa se habebat, dolo viuum in potestatem suam redegit: data enim ei fide quod nihil mali esset passurus, persuasit vt ad se veniret: moxque vinctum Romam transmisit. cūque odio prosequeretur Ionatham summum pontificem, vt admonitus ab eo sæpe de administrandis melius rebus Iudaicis, ne omnium errorum inuidia publica in ipsum recideret, ad cuius preces Cæsar hunc procuratorem miserat, rationē excogitauit qua liberaretur ab eius molestis interpellationibus. Graue enim est nocendi cupidis si admoneantur crebrius.
- 30 Qua de causa Felix amicum Ionathæ fidissimum Doram Hierosolymitam genere induxit promissa pecunia, vt sicarios ipsi pontifici immitteret: quod ille in gratiā præsidis perfecit his artibus. Quidam quasi religionis ergo in urbē ascenderunt siccis clam succincti sub vestibus, qui permixti Ionathæ famulicio peremerunt hominem. cuius facinoris quia nemo ultor extitit, inuitati hac licentia sicarij per singula festa ventitantes, & tela celantes pari modo immixti turbis, alios confodiebant propter priuatas inimicitias, alios conducti pecunia, idque non modò in reliquis vrbis partibus, sed in ipso templo etiam. nam & ibi interdum ausi sunt cædes patrare, ac si nihil hoc modo pietatem læderent. vnde fas est credere Deum tanta impietate offensum auersatum esse Hierosolyma: templòque vt non amplius puro domicilio Romanos induxisse
- 40 purificaturos id flammis lustralibus: gentique cum liberis simul & vxoribus seruitutis iugum imposuisse, quo castigatiores redderentur hoc infortunio. Et vrbs quidem talibus incestabatur latrocinijs. Impostores autem & magi turbas illecebras post se trahebant in solitudines, pollicentes se diuinitus ostensuros eis clarissima signa & prodigia: persuasq; multitudo mox pœnas luit dementiæ. retractos enim eos Felix neci dedit. Eodem tempore quidam ex Ægypto venit Hierosolyma vatē se esse profi-
 50 tens & plebi suadens vt secuta se in montē Oliuētī ascenderet, qui è regione vrbis ad quintū abest stadium: illic enim visuros suo iussu cadere Hierosolymorū mœnia, ita vt per eorum ruinas aditus in ciuitatem pateat. Quo cognito Felix iubet milites arma sumere: stipatusq; multis equitibus ac peditibus erumpens inuadit turbā seductam ab Ægyptio: quorū quadringentis occisis, ducentos viuos cepit: Ægyptius ipse pugna elapsus disparuit. Post hæc latrones rursus ad rebellandum Romanis incitabant populū, distitantes excutiendum illorum imperium, & non assentientiū vicos direptos absumebant incendijs. Apud Cæsaream quoq; inter Iudæos habitatores
 & Syros de pari iure ciuitatis rixa exorta est. nam Iudæi pbtiore cōditione volebant esse,

esse, quod urbis eius conditor Herodes rex fuerit Iudæus genere: id Syri non inficiabantur quidem, sed aiebant urbem turrim Stratonis dictam à principio, quo tempore nullum Iudæum habitasse inibi. Quæ res post peruenit ad cognitionem præsidum, correptisque ex utraque parte tumultus autoribus affecerunt eos verberibus, atque hoc modo seditionem compresserunt aliquandiu. rursum enim oppidani Iudæi freti diuitiis per contumeliam Syros laceſſebant conuitio. qui tamen inferiores quod ad facultates attinet, ferocientes tamen eo quod plurimi Romanis per ea loca militantium Cæsarienses essent & Sebasteni patria, aliquantisper & ipsi regerebāt in Iudæos conuitia. deinde ad lapides ventum est, ita ut multi utrinque vel fauciantur vel caderent. penes Iudæos tamen fuit victoria. Felix autem ut vidit contentione progressam usque ad belli speciem, profiliens rogabat Iudæos ut desinerent: quibus non parentibus immisit armatos milites: multisque caſis, plures captiuos fecit: & multas eorum domos diuitiis refectas in prædam concessit militibus. Iudæorum verò honoratiores ac modestiores sibi ipsis timentes rogauerunt Felicem ut militibus receptui caneret, parceretque iam, & resipiscendi facultatem concederet: id quod præses indulſit eorum precibus. Per idem tempus Agrippa rex summum sacerdotium Ismaëli contulit Phabæi filio: & ipsi summi pontifices dissidere cœperunt à sacerdotibus & primatibus Hierosolymitanorum civium singuli que incedebant stipati manu audacissimorum & seditiosorum hominum, cōſtantesque inter se mutuis certabant cōuitiis & lapidationibus: nec erat qui compesceret, quali vacante urbe magistratibus. Intantum exarsit summorum pontificum impudentia, ut auderent seruos suos in areas mittere, qui auferrent debitas sacerdotibus decimas, aliquotque pauperiores è sacerdotum ordine alimentorum inopia fame deficerent. Tanto plus tum pollebat violentia seditiosorum quam iustitia.

De procuratore Porcio Festo, & de sicarijs.

Cap. VII.



CÆTERVM postquam Felici successor Porcius Festus à Nerone missus est, primores Iudæorum Cæsaream incolentium Romam profecti sunt Felicem accusaturi: dedissetque omnino pœnas iniuriarum quibus Iudæos affecerat, nisi Nero eum donasset Pallatis fratris precibus, qui tum in precio erat apud principem. Cæsariensium etiam Syrorum duo præcipui, Beryllum qui pædagogus Neronis fuerat, tunc verò Græcis epistolis scribendis præerat, magna pecunia corruerunt ut impetraret ab imperatore literas, quibus abrogaretur Iudæis eius ciuitatis ius, hætenus commune ex æquo cum Syris cohabitatoribus: id quod ille facile obtinuit. ex his literis postea calamitatum nostrarum omnium causæ ortæ sunt. Iudæi enim Cæsarienses ubi cognouerunt quæ scripta sunt, magis etiam perstabant in seditionibus, donec initium belli conflatum est. Cum autem venisset in Iudæam Festus, offendit totam afflictam à latronibus vicos passim populantibus, quorum ferocissimi appellati sicarij. tunc ad maximum numerum excreuerant, utentes gladiolis instar acinacis Persici, incuruis, quales sicas Romani nominant, unde latronibus ipsis cognomen est inditum, multorum cæde infamibus: qui, ut iam dictum est, festis diebus admixti turbæ undique in urbem confluenti religionis gratia, nullo negotio quotquot collibuisseſ tollebant de medio. aliquando etiam armati inuadebāt inimicorum vicos, direptosque tradebant incendio. Festus autem equestres & pedestres copias misit contra quendam impostorem magum, qui homines post se trahebat in solitudinem, deceptos vanis promissis, quasi opem eius incolumes euasuri essent à malis omnibus. hi vniuersi vnà cum seductore ab immixtis militibus oppressi sunt. Eodem tempore Agrippa rex extruxit insigni amplitudine domum prope porticum in regia Hierosolymitana, quæ Assamonæorum fuerat, sitam in edito loco unde amoenissimus prospectus patebat contemplari urbem volentibus, cuius voluptatis rex cupidus è cubiculo spectabat quicquid circa templum fieret. id ubi viderunt Hierosolymitani procures, tulerunt indignissime. neque enim leges nostræ concedunt spectari quid agatur in templo, præsertim sacrificia. quamobrem altum parietem excitauerunt supra exhedram, quæ erat in interiore templo versa ad solem occiduum. hæc non solum regij triclinij prospectum arcebat opposita, verumetiā occidentalis extra templum sitæ porticus, ubi festis diebus Romani stationes habebant ad templi custodiam.

quo

quo facto tam rex offensus est quàm Festus præses prouinciæ, qui etiam iussit parietem dirui. ciues autem rogauerunt, vt liceret sibi legatos ea de re ad Neronem mittere, negantes se posse viuere, si quid demoliretur de templi ædificiis. quo impetrato miserunt ad imperatorem decem ciues eximios, & Ismaelem summum pontificem, & Chelciam custodem sacri ærarij. Qui audita legatione non solum ignouit, sed permisit etiam sic manere parietem, gratificatus in hoc vxori suæ Poppæ piæ fœminæ, quæ pro Iudæis deprecatrix fuerat: quæ decem illos viros redire permisit, Chelciam verò & Ismaelem apud se detinuit tanquam obsides. Id postquam Agrippa rescuit, pontificatum detulit Iosepho cognomine Cabi, Simonis quondam summi pontificis
10 filio.

De procuratore Albino.

Cap. VIII.

CÆSAR autem de Festi morte accepto nuncio Albinum in Iudæam misit præsidem. Rex verò Iosepho iusso priuatam vitam agere, sacerdotium eius dedit Anani filio, & ipsi vocato Anano eodem quo pater nomine. Seniores istum Ananum aiunt fuisse omnium felicissimum, vt qui filios habuerit quinque, omnes potitos summi Dei pontificio, cum prius ipse ad satietatem hac dignitate esset perfunctus: quod ad eam ætatem nulli antè summorum pontificum contigerat. Iunior autem Ananus, is quem nunc summum pontificatum accepisse diximus, audax erat & ferox ingenio, secta Sadducæus, quod hominum genus apud Iudæos in iudicando est seuerissimum, vt antè docuimus. Talis igitur cum esset, tem-
20 pus opportunum se nactum ratus, mortuo Festo, Albino adhuc agente in itinere, concilium iudicum aduocat: statutumque coram eo fratrem Iesu Christi Iacobum nomine, & vnà quosdam alios, reos impietatis peractos lapidandos tradidit: quod factum omnibus in ea ciuitate bonis & legum studiosis vehementer displicuit: missique ad regem clam nunciis rogauerunt mandaret Anano, ne quid tale posthac ageret. nam ne nunc quidem recte egisse. Quidam etiam Albino occurrētes venienti ab Alexandria, docuerunt eum non licuisse Anano sine ipsius consensu aduocare concilium. horum verbis ille persuasus iracunde scripsit pontifici, daturum sibi pœnas minitans: &
30 Agrippa rex eam ob causam post tertium mensem ablatum ab eo pontificatum Iesu Damnei filio concessit. Albinus porrò, vt venit Hierosolyma, omnem curam & diligentiam adhibuit, vt pacaret prouinciā, interfectis multis sicariis. Ananias autem pontifex indies apud populum celebrior fiebat & carior, honorabaturque ob liberalitatem ab omnibus: quotidieque Albinum donis venerabatur & summum pontificem. Sed habebat seruos pessimos, qui adiuncto sibi audacissimo quoque obeuntes areas, vi auferebant sacerdotum decimas, pulsantes eos, qui cunctarentur reddere. alij quoque pontifices faciebant similia, nemine valente compefcere: multique sacerdotum quibus antè ex decimis alimenta fuerant, tunc absumebantur inedia. At sicarij die festo qui tum superuenerat noctu urbem ingressi viuum ceperūt scribam ducis Elea-
40 zari. is erat Ananiæ pontificis filius. hunc vinctum abduxerunt, ac deinde miserunt Ananiam, qui eorum nomine promitteret scribam dimittendum, si pater Albino persuaderet, vt ex eorum numero decem captiuos solueret: tum Ananias urgente necessitate ab Albino impetrauit, quæ latrones illi postulauerant, id quod maiorum calamitatum fuit initium. Latrones enim semper aliquam artem comminiscabantur, qua ex Ananiæ cognatis quempiam interciperent, nec prius dimittebant, quàm è suis aliquot reciperent autique denuo magno numero, & recepta audacia, totam eam regionem vastabant. Hoc tempore Agrippa rex prolatis pomœriis Cæsareæ quæ Philippi dicitur, mutato nomine in Neronis honorem vocauit eam Neroniada: & theatrum apud Berytios impendiis magnis exædificatum ornauit spectaculis annuis, assignata in eum
50 vsum ingenti vi pecuniæ. Frumentum enim donauit ei populo, & oleum viritim distribuit: totamque eam urbem ornauit statuis passim dispositis atque expressis ad antiqua clarorum artificum archetypa imaginibus: & omnia penè sui regni ornamenta in eam ciuitatem transtulit: vnde magnam sibi apud subditos parauit inuidiam, quod suos spolians externam urbem excoleret. eodem rege iubente Iesus Gamalielis filius
O in sum

in summo pontificatu successit Iesu Damnei filio non libenter sibi cedenti, unde natum est inter vtrumque diffidium. ascitis enim globis audacium iuuenum sæpe à conuitiis prorumpabant ad lapides. Sed inter alios eminebat Ananias ex amplis facultatibus largitione plurimos sibi concilians. Costobarus quoque & Saulus suam quisque circa se manum habebat sceleratorum hominum, orti genere regio, & propter Agrippæ cognationem fauorabiles, alioqui violenti & ad spoliandos infirmiores promptissimi. atque ex illo maxime tempore labare cœpit nostra respub. & indies in deterius ruere. Porro Albinus audito Gessium Florum sibi successurum venire, videri volens gratificatus Hierosolymitanis ciuibus, productis vinctis, quotquot erant in manifeste capitali culpa iussit interimi: reliquos, qui leuioribus de causis coniecti erant in vincula, reductos in carcerem pecuniis multatos dimittebat alium post alium. atque in hunc modum vacuato vinctis carcere Iudæa repleta est latronibus. Interca Leuiticæ tribus homines quorum erat sacros hymnos in templo canere, adito rege induxerunt eum precibus, vt aduocato concilio decerneret eis vsum stolæ lineæ, quæ tum solis erat concessa sacerdotibus. hanc enim nouationem pertinere ad perpetuam ipsius regni memoriam. neque frustra fuit eorum postulatio. Rex enim de concilij sententia permisit hymnorum cantoribus, vt deposito priore habitu, lineum, vt voluerunt sumerent. Aliam etiam eiusdem tribus partem addictam templi ministeriis, ipsorum precibus motus permisit sacros hymnos canendos ediscere: quæ omnia fiebant contra instituta legis patriæ, nunquam violatæ absque piaculo. Iam absolutum erat & templi ædificium. Populus igitur cum videret esse in otio circiter octodecim opificum millia, solitorum hætenus in templo ex operarum mercedibus victum quærere, nolensq; sacram pecuniam repositam habere nequando præda Romanis fieret, simulque opificibus inde prouisum cupiens: quod vel vna hora operato statim mercès repræsentaretur: suasisit regi, vt Orientalem instauraret porticum. ea templi extima claudēbat profundæ valli & angustæ imminēs, ac proinde subnixa muro quadringentos alto cubitos, saxi constructo quadratis valde cædendis: eratque cuiusque saxi longitudo cubitorum viginti, sex verò altitudo: opus Solomonis regis, qui primus integrum templum condidit. Rex autem cuius curæ Claudius Cæsar fabricam templi commiserat, reputans, quodcunq; opus demoliri facile, reparari difficile, maxime talem porticum egentem & tempore longo & pecuniis plurimis, non annuit populi precibus: sed urbem candido saxo cōsternere si liberet non vetuit. Post hæc Iesu Gamalielis filio pontificatum abrogatum concedit Matthiæ Theophili filio, quo pontifice Iudaicum bellum habuit initium. Conueniens videtur præsentī historiæ narrare de pontificibus, quæ origo eorum, & qui ad hunc honorem admittantur, & quot vsque ad finem eius belli fuerint. Primus igitur omnium hoc Dei sacerdotium gessisse fertur Moylis germanus Aaron pontifex: quo defuncto successisse mox filios, ac deinde illorum posteritati mansisse hunc honorem perpetuum. unde consuetudo obtinuit accepta à maioribus, neminem Dei pontificem fieri nisi descendentem ab Aaronis sanguine, nec eam dignitatem concedi vel regibus oriundis alio genere. Fuerunt igitur vniuersi à primo Aarone vsque Phanaſum, quem belli tempore seditiosi declarauerunt pontificem, LXXXIII. numero. horum XIII. præfuerūt sacris ab eo tempore quo primum in deserto Moyſes erexit Deo tabernaculum, vsque dum in Iudæam ventum est, vbi Deo templum ædificauit rex Solomon. nam à principio pontificibus non succedebatur nisi mortuis: deinde viuētib; etiam subrogari cœperunt alij. Itaque hi XIII. cum essent duorum Aaronis filiorum posterī, per cōtinuatas successiones hoc honore potiti sunt, sub his primò penes optimates administratio fuit reipublicæ, post ad monarchas, postremò ad reges transiit. ex quo autem die patres nostri ductu Moyſis Ægyptum sunt egressi, vsque ad templum à Solomone rege conditum, elapsi sunt anni DCXII. post XIII. illos pontifices alij XVIII. secuti sunt, à tempore Solomonis regis sibi succedentes, vsque dum Nabuchodonosor Babyloniorum rex contra nostram urbem expeditione facta templum incendit, & translata tota gente Babylonem, Iosede cum quoque pontificem illo abduxit. horum pontificatus tempus CCCXLVI. annorum fuit, mensium sex, dierum decem, tempus Iudæorum gubernantibus regibus. post

post septuagesimum autem Babylonice captiuitatis annum Cyrus Persarum rex dimissis Babylone Iudæis & reuersis in antiquam patriam permisit templum denuo condere, quando Iesus Iosedeci filius assumpsit summum sacerdotium. Hic & eius posterique quindecim vniuersi vsque ad regem Antiochum Eupatora statum reipub. popularem rexerunt per annos cccc xiii. Caterum iam dictus Antiochus cum suo duce Lyfia primus Oniam cognomento Menelaum apud Berytum vita simul priuauit, & sacerdotio, repulsoque à successione eius filio, Iacimum constituit summum pontificem, natum quidem ex Aaronis progenie, sed non ex eadem familia. quamobrem Onias defuncti Oniæ pontificis filius nomine patrem referens, in Ægyptum profectus & insinuatus in Ptolemæi Philometoris ac Cleopatrz eius coniugis amicitiam, persuasit eis, vt in Heliopolitica præfectura Deo templum instar Hierosolymitani extruerent, seque illic pontificem constituerent: de quo templo sæpe aliàs diximus. Iacimus autem triennio in pontificatu exacto mortuus neminem successorem habuit, sed per septennium sine pontifice mansit ciuitas. Dein postquam Assamonæorum familiæ principatus nostræ gentis est creditus, rebellantes Macedonibus Jonathan creauerunt summum pontificem, qui septennio toto præfuit. quo per insidias Tryphonis sublato è viuis, frater eius Simon obtinuit id sacerdotium. cui dolo generi oppressio inter epulas, filius Hyrcanus in honore successit. eum cum per vnum & triginta annos gessisset, iam decrepitis successoris Iudææ reliquit suo filio, qui alio nomine Aristobulus est dictus.

huic frater hæres fuit tam regni quàm sacerdotij, postquam ille sumpto tum primum diademate vnum annum vtraque dignitate potitus est. Is nomine Alexander & ipse regnum coniungens pontificatui cum vigintiseptem annis præfuisset rebus Iudaicis moriens Alexandræ vxori permisit deligendi pontificis arbitrium. illa Hyrcano id addixit, exactoque in regia potestate nouennio è viuis excessit: quo toto tempore Hyrcanus eius filius pontificatum tenuit. nam post matris obitum Aristobulus frater moto bello victum pontificem ad priuatam vitam redegit, & sibi ipse regnum simul vsurpauit ac sacerdotium: exactisque in vtraque dignitate tribus annis, & totidem mensibus, cum superueniens Pompeius vi cepisset Hierosolyma, à victore victus Romam missus est cum liberis: & Hyrcanus restitutus in pontificatum, principatum quoque suæ gentis accepit, sed absque diademate: præterque priores illos nouem, per alios xxxiii. annos summum sacerdotium obtinuit. Post quos completos Barzapharnes & Pacorus dynastæ Parthorum traiccto Euphrate bellum Hyrcano inferunt, eoque viuo abducto Aristobuli filium Antigonom regem constituunt: qui post tres annos & totidem menses expugnatus ab Herode & Sosio, apud Antiochiâ iussu Antonij dedit supplicium. Herodes autem accepto à Romanis regno non amplius ex Assamonæo genere creauit pontifices, sed eum honorem quibusuis ex sacerdotum ordine concessit etiam obscuris, absque vno Aristobulo. hunc enim Hyrcani à Parthis capti nepotem, & Mariamnes suæ vxoris fratrem, ob fauorem populi, & Hyrcani aui memoriam summo sacerdotio dignatus est. deinde veritus ne omnes in illum essent propensiores, apud Hierichuntem arte necauit natantem in piscina, vt suprâ diximus: neque postea vlli ex Assamonæorum posteritate hoc sacerdotium committere voluit. idem fecit in ordinandis pontificibus Archelaus eius filius, & Romani, qui post illum cum potestate præfuerunt prouinciæ. Sunt igitur, qui ab Herodis principatu vsq; in diem qua templum & vrbs incedente Tito conflagrauit, pontificatum gesserunt, in vniuersum numero viginti octo: tempusque eorum sacerdotij centum anni, & septem insuper: quorum aliqui sub Herode fuerunt, & Archelao eius filio: defunctis autem his penes optimates fuit respublica, collocatis in eius fastigio pontificibus: de quibus hætenus dixisse sufficit.

Quomodo Florus Albini successor tantis Iudeos affecerit iniurijs, vt coacti sint arma sumere.

Cap. IX.

50



ESSIVS autem Florus Albino successor à Nerone missus plurimis Iudeos repleuit calamitatibus. is Clazomenus erat genere, adduxitque secum Cleopatram coniugem non minus improbam, per quam, vt Poppeæ Augustæ amicam, Iudææ administrationem impetrauerat. adeo verò potestate

O 2 testate

restate violentèr abusus est, vt Albinum Iudæi desiderarent quasi beneficum. nam ille quantum poterat clam erat malus & nocens: Florus cōtra quasi ad ostentandam mis-
 sus malitiam, publice traducebat nostræ gentis iniurias, nihil sibi ad summam in rapi-
 nis & suppliciis iniquitatem reliquum faciens. erat enim inflexibilis ad misericordiam,
 nullis vnquam lucris satiabilis, vndecunque parua æque captans ac magna, vt etiam
 latronum esset particeps. multi enim illum quæstum exercebant de incolumitate,
 quam ab eo redimebant decisis prædarum partibus: adeoque nullus erat iniuriarum,
 vel modus, vel finis, vt miseri Iudæi non ferentes rapacem latronum insolentiam, cō-
 gerentur laribus relictis & patriis ceremoniis, ad externos fugere; iudicantes vbiuis
 etiam apud Barbaros se viuere posse commodius. Et quid multis verbis opus est? Bel-
 lum contra Romanos suscipere solus Florus nos compulit, malens semel vniuersos
 quàm paulatim perdere. Itaque secundo anno postquam is venit procurator in pro-
 uinciam, duodecimo verò Neronis imperij, bellum id cœptum est: quo tēpore quan-
 ta vel coacti fecimus, vel perpeffi sustinuimus, exacte cognoscere poterunt, qui di-
 gnabuntur legere libros à nobis conscriptos de bello Iudaico, atque hīc dicendi finem
 faciam de antiquitatibus, quas belli argumentum sequitur. Præsentis autem operis
 textus continet totum illud tempus inter primam creationem hominis & annum
 Neronis principis duodecimum: quæq; per tot secula Iudæis, vel in Ægypto obuene-
 runt, vel in Palæstina cæteraque Syria, tum quas clades ab Assyriis & Babyloniis acce-
 pimus, quove modo tractati simus à Persis & Macedonibus, & postremò à Romano 20
 populo. his enim omnibus accurate descriptis, etiam pontificum successiones recen-
 suimus, continuatas per annorum duo millia: pari diligentia regum quoque res ordi-
 ne tradidimus, & status reipublicæ monarcharumque potentiam, per omnia secuti
 auctoritatem sacrorum voluminum, ita vt à principio sumus polliciti, ausimque adde-
 re quòd nemo alius scriptor Iudæus, externusve potuisset hoc argumentum tanta fide
 Græcis hominibus prodere. ego enim tribulium meorū confessione disciplinas egre-
 gie calleo, Græcanicę quoque literaturæ non sine profectu dedi operam, quamuis ex-
 quisitam pronunciandi rationem assequi per patriam consuetudinem non licuit. no-
 stri enim homines nō suspiciunt eos, qui multas perdidicerunt linguas, quod studium
 profanum apud eos habetur & seruis commune cum ingenuis. solos autem sapientes 30
 suo suffragio pronunciant, qui legis & sacrarum literarum tantam assecuti sunt peri-
 riam, vt eas etiam interpretari valeant. qua in re cū multi collocarint operam, vix
 vni successit atq; alteri, quibus mox dignum præmium contigit. Fortassis autem nulla
 inuidia prohibet etiam de meo genere, gestisque per totam vitam rebus pauca expo-
 nere, dum adhuc supersunt, qui vel attestari possunt, vel coarguere: atque ita conclu-
 detur harum antiquitatum tractatio comprehensa viginti voluminibus, versuum verò
 sexaginta millibus. Quòd si Deus concesserit, compendio rursum referam belli
 casus, & quæ nobis in præsentem vsque diem euenerunt, quæ incidit in de-
 cimum tertium annum principatus Domitiani Cæsaris, ætatis verò
 meæ sextum & quinquagesimum. Promisi etiam scripturum
 me quatuor libros de Iudæorum opinionibus, & quas 40
 de Deo eiusque essentia, & de legibus, quare
 per eas liceat nobis fa-
 cere, alia non
 liceat.

F L A

FLAVII IOSEPHI

V I T A.



10 **M** I H igitur genus est non obscurum, sed longa serie, ductum à sacerdotibus : & sanè quemadmodum apud alios aliæ nobilitatis rationes censentur, ita apud nostrates ius sacrorum habere argumentum est illustris originis. ego autem non solum ex sacerdotum oriundus sum genere, verumetiam ex vice prima inter viginti quatuor illas, quas inter nō mediocre discrimen est. quin & ad regium genus per matrem pertineo : quandoquidem Asamonæorum familia, ex qua illa prognata est, tempore longo regnum simul & sacerdotium in gente nostra obtinuit. nunc ipsam seriem propagationis pertexam. Atauus mihi fuit Simon Psellus cognomine, quo tempore Hyrcanus Simonis pont. filius eius nominis primus summum sacerdotium tenuit. is nouem filios habuit, & in his Matthiam Aphliæ cognomine. hic
 20 ex Ionathæ summi pontificis filia Matthiam Curtum suscepit, primo anno Hyrcani principis. ex eo Iosephus progenitus est anno regni Alexandræ nono : qui Matthiam genuit annum decimum regnante Archelao. is porrò me genuit imperij C. Cæsaris anno primo, ipse autem filios habeo tres : quorum Hyrcanus maximus, natus est anno quarto Vespasiani principis, deinde septimo Iustus, nono Agrippa. atque hanc generis nostri successionem, ut est in publicas tabulas relata huc transcripsi, parui faciens improborum calumnias. Matthias autem meus pater, non nobilitate solum, sed multo magis iustitia fuit celebratus, cuius nomine totis quàm ampla sunt Hierosolymis innotuit. ipse à pueritia cum Matthia eisdem parentibus nato incumbens disciplinis egregie profeci, visusque sum intellectu & memoria præcellere : ita ut iam tum quar-
 30 tumdecimum annum agens laudem consecutus ex literarum studiis etiam à pontificibus & vrbis primoribus de penitiori legum sensu consuleret. sextumdecimum deinde ingressus decreui nostratium sectarum gustum aliquem capere, quas tres esse diximus, Phariseorum, Sadduceorum, & Essenorum : sic enim faciliorem delectum fore putabam, si omnes cognoscerem. itaque duro victu & magno labore per omnes tres transij : ac ne hac quidem experientia contentus, cum audissem Banum quendam in solitudine viuere, amictum sibi parantem ex arboribus, & sponte pro-
 uenientibus alimentis utentem, crebrisque nocte ac die lauacris frigidis ad castitatem tuendam, cœpi eius institutum imitari : exactisque in eius contubernio tribus annis, postquam concupitis satis potitus sum, in urbem redij. Iamque vnde viginti an-
 40 nos natus civilem vitam aggressus sum, addictus Phariseorum placitis, proxime ad Stoicam apud Græcos sectam accedentibus. Post annum verò ætatis sextum supra vigesimum Romam mihi proficisci contigit ob causam hanc. Quo tempore Felix in Iudæa procurator erat, sacerdotes quosdam mihi familiares, viros honestos & bonos, ob leuem quandam culpam vinctos Romam misit, ad iuros causam suam apud Cæsarem. quos ut aliquo pacto eriperem periculo, præsertim cum audirem, ne in calamitate quidem constitutis curam pietatis excidisse, & fidei ac nucibus eos vitam sustentare, veni Romam multis in mari exhaustis periculis. merfa enim nostra naue in medio mari Adriatico, circiter sexcenti per totam noctem natauimus, & diluculo demum Cyrenaicam nauem Deo fauente conspicati, octuaginta fermè nostrum felicio-
 50 re vsi natatu in eam recepti sumus. ita seruatus Dicæarchiam, siue Puteolos, ut Itali vocare malunt, familiaritatem contraxi cum Alituro mimorum actore, qui Iudæus genere Neroni carus erat : per quem ubi Poppeæ uxori Cæsaris innotui, confestim per eam impetraui absolutionem illis sacerdotibus : præterque magnis donatus ab ea muneribus in patriam reuersus sum. ibi deprehendi iam nouarum rerum studia gliscere, mul-
 O 3 tósque

rósque ad defectionem spectare à Rom. pop. Itaque conabatur seducere ad meliorem mentem reducere, proponens eis ob oculos cum quibus essent bellum gestum, nimirum cum Romanis, quibus & peritia rei militaris, & felicitate essent impares: monebámque ne temere ac imprudenter patriam seque & suos in extremum periculum conicerent. ad hunc modum vehementer dehortabar, infelicissimum belli finem prospiciens. nec tamen quicquam profeci, tanta erat tum desperatorum insania. Veritus igitur ne eadem cōtinententer apud eos repetens in odium atq; suspiciōnem inciderem, quasi fautor hostium, néve hoc nomine comprehensus ab eis neci traderer, occupato iam castello Antonia secessi ad templum interius. deinde post occisum Manahemum & primates latronum cohortis rursus ex templo prodij, versabárque cum pontificibus & Phariseorum primoribus, non mediocriter sibi timentibus. videbamus enim populum arma corripuisse, ipsi inopes consilij. & cum non possemus tumultuatores compescere, quòd ea res non careret periculo, simulabamus quidem nos probare illorum sententiám, suadebamus tamen, ut se continerent, & hoste abire sinerent, quòd speraremus Gessum breui venturum cum validis copiis, & cum tumultum sedaturum. At ille reuersus, & in praelio cum multis occisus, sua clade extremam toti nostræ genti calamitatem attulit: mox enim belli autoribus additus est animus, sperantibus omnino Romanos deuincēdos, quo tempore & aliud quiddam accidit. Syriæ urbium circumuicinarum habitatores Iudæos intra eadem mœnia secum degentes comprehensos vnà cum vxoribus, & liberis trucidabant, sine vllò crimine: quippe qui neque deficere à Romanis cogitauerant, neque contra ipsos priuatim aliquid moliti fuerant. Sed inter cæteros eminuit impia Scythopolitarum immanitas. Cum enim bello peterentur à Iudæis exteris, coegerunt suos Iudæos contra tribules arma sumere, quod nostris vetitum est legibus: horúmque ope hostes profligati sunt. post victoriam autem obliti fidei sociis inquilinis debitæ, omnes occiderunt, cum essent multa hominū eius gentis millia. nec mitius tractati sunt Iudæi Damasci incolæ. Sed de his prolixius in libris De bello Iudaico narrauius: nunc ob hoc tantū earum cladum memini, ut sciat lector nostram gentem nō vltro, sed necessitate compulsam ad id bellum deuenisse. Itaque profligato Gessio Hierosolymitanorum primores cum viderent latrones ceterosque pacis turbatores habere armorum copiam, veriti ne ipsi inermes inimicis obnoxii fierent, ut post accidit: cognitóque quòd Galilæa nondum tota à Romanis defecisset, sed pars eius etiam tum quiete ageret: miserunt eò me & alios duos sacerdotes, viros honestos ac bonos, Ioazarum & Iudam, ut prauis illis hominibus persuaderemus arma deponere: doceremúsque satius esse committi ea gentis optimatibus. placere enim, ut illi arma in futurum semper parata habeant. expectandum tamen dum certò sciatur quidnam Romanis sit animi. Cum his mandatis in Galilæam veniens reperi Sephoritas in magno discrimine, tuentes patriam contra Galilæorum vim volentium eam diripere, quòd perstarent in amicitia Romani populi, fidemque seruarent Senio Gallo tum Syriæ præfidi. His ego securitatem reddidi sedata infesta multitudine: permisiq; ut quoties vellent in Dora (ea Phœnices vrbs est) ad suos mitterent, quos obsides Gessio dederant. Tiberiadis autem incolas inueni iam arma sumpsisse ob huiusmodi causam. tres in hac vrbe factiones erant. vna honestorum virorum, cuius caput erat Iulius Capella. Is & qui cum sequebátur, Herodes Mirari, Herodes Gamali, Cōpsus Compfi: Crispus enim huius frater olim à maiore Agrippa ei vrbi præfectus tum in suis possessionibus trans Iordanem agebat: hi omnes inquā autores erant manendi in fide regis & Rom. pop. solus ex nobilitate Pistus dissentiebat in gratiam Iusti sui filij. Altera factio è plebeis & obscuris constans bellandum decernebat. In tertia Iustus eminebat Pisti filius, dubitare se de bello simulans, sed interim occulte mutationem rerum cupiens, cuius occasione sperabat se consecuturum aliquam potentiam. itaque progressus in concionē conabatur docere multitudinē, quòd eorū ciuitas inter Galilæas semper sit habita: quòdque metropolis eius regionis fuerit Herodis tetrarchæ tempore, qui ipse conditor Sephorim ei subiecerit. hanc præminentiam ei mansisse & sub Agrippæ patris imperio, vsque ad Felicem Iudææ præsidem: nunc demum postquam Agrippæ iuniori à Nerone donata sit, primatum amisisse. mox enim Sephorim

ex quo

ex quo Romanis parere cœpit, reliquæ regioni præpositam : desuiffetque apud se archiua & mensam regiam. His & aliis multis in regem iactatis cum irritasset ad defectionem populum, aiebat nunc esse tempus, correptis armis, & assumptis in societatem reliquis Galilæis primatû sibi de integro vindicare omnibus fauentibus Sephoritarum odio, quos pertinaciter hærentes in Romanorû amicitia libenter aliqua clade afficerent : iuuandósque eos conatus totis viribus. His dictis permouit multitudinem, quòd haberet popularem quandam facundiam, & saniora suadentes verborum præstigiis vinceret. erat enim etiam Græcarû disciplinarum non imperitus, quibus fretus ausus est rerum tunc gestarum historiam texere, quo veritati fucum faceret. Sed de huius nequitia, & quomodo vnà cum suo fratre patriâ penè subuerterit, procedente sermone narrabimus. Tunc autem Iustus ciuibus persuasus, quibusdam etiam coactis arma capere, cum omnibus egressus incendebat vicos Hippenorû atq; Gadarenorum, contiguos Tiberiadis agro, & Scythopolitanorû finibus. quæ dum apud Tiberiadem geruntur, Gischalorum status erat talis. Ioannes Leui filius videns ciuium suorum quosdam ferocientes iugum Romanorû excutere velle, conatus est eos retinere in fide & officio: quod tamen nullo modo efficere valuit: interim vicini populi, Gadareni, Gabaraganæi, & Tyrij collectis validis copiis irruentes expugnant Gischala, quibus incensis atq; dirutis domum se recipiunt. qua iniuria Ioannes accensus, suis omnibus armatis, conflictuque cum prædictis populis habito, instauratâ patriam securitatis causa cinxit mœnibus. Gamala autem in Romanorum fide perstabant ob causam hanc. Philippus Iacimi filius, Agrippæ regis præfectus, præter spem dum regia Hierosolymitana oppugnaretur elapsus in aliud periculum incidit, ne iugularetur à Manahemo & sociis eius latronibus: seruatus est tamē interuētu cognatorû quorundam Babyloniorû, qui tum erant Hierosolymis: quintâque post die quò minus adgnosceretur mutato capillitio fugam iniit. & cum peruenisset ad quendam suæ possessionis vicum situm prope castellum Gamala, accersuit aliquâmultos sibi subditos. interim diuinitus ei quiddam accidit, quod alioqui perituro salutem attulit. nam repentina febre correptus literas ad Agrippam & Bernicen scriptas liberto cuidam cômisit, qui Varo eas redderet: huic enim tum rex & regina curandam regiam crediderant, ipsi Berytum profecti obuiam Gessio. At Varus acceptis Philippi literis, cognitôque quòd euaserit, tulit id grauitus, veritus ne posthac rex & regina nõ egerent sua opera, vt Philippo incolumi reddito. productum igitur ad plebem eum qui literas attulerat, & accusatum tanquã falsarium, quòdque fictum nuncium attulisset, Philippum Hierosolymis cum Iudæis contra Romanos bellum gerere, supplicio tradidit. qui cum non reuerteretur ad Philippû, ille causam nesciens rursus alium misit cum literis, renunciaturum quidnam priori accidisset, cûrue ita differret reditû. Verum & hunc Varus oppressit per calumniam. etenim à Cæsariensibus Syris inflatus fuerat vt aspiraret ad sublimia, dicentibus fore vt Agrippa interficiatur à Romanis ob rebellionem Iudæorum, & ipsi detur regnû debitum propter cognationē regiam.

40 nam constabat Varum esse regij generis, descendentem à Sohemo tetrarcha Libani. Is igitur spe tali elatus literas apud se retinuit, diligenter cauens ne peruenirēt in manus regias: obseruabatq; omnes exitus, nequis clam elapsus renuntiaret regi quæ ibi fierent: multosque Iudæorum interficiebat in gratiam Syrorum Cæsariensium. quin & in Bathanaæa Iudæos qui Babylonij vocantur, Bathyram incolentes decreuit ope Trachonitarum inuadere: vocatisq; ad se Cæsariensibus Iudæis duodecim primariis, iussit eos profectos illò nunciare suo nomine tribulibus, relatû sibi esse quòd bellum aduersus regem molirentur: sed quia non liberet credere, denunciare vt arma ponerent. id enim argumentum fore certissimum, quòd meritò fidem non habuerit falsis rumoribus. adiunxit, mittendos esse viros septuaginta ex optimatibus, qui crimen obiectum diluant. fecerunt iussû illi duodecim: & cum Bathyram venissent ad suæ gentis homines, eosque nihil noui moliri inuenissent, persuaferunt vt septuaginta viros mitterent. hos aduentantes cum duodecim legatis Cæsaream, Varus stipatus regio milite in itinere exceptos vnà cum ipsis legatis interficit, ac mox pergit contra Iudæos incolentes Bathyra. sed præuenit eum quidam ex illis septuaginta casu

seruatus, quo nuncio moniti arreptis armis receperunt se cum vxoribus & liberis in castellum Gamala, relictis vicis refertis multis opibus, & pecorum ingenti numero. quo audito Philippus & ipse eodem se contulit. ad cuius aduentum acclamabat populus vt ducem se eis præberet, & contra Varum ac Cæsarienses Syros bellum susceperet, fama enim sparserat regem ab his occisum esse. Philippus verò comprimebat eorum impetum, collata in eos regis beneficia in memoriam reuocans, tum quanta esset Romanorum potentia, quam rebellando irritare immani periculo non careat. atque ita tandem vicit huius viri consiliū. Rex porro cū sensisset Varum velle apud Cæsaream Iudæos cum vxoribus & liberis multorum millium explentes numerum interficere, misit ei successorem Equum Modium, vt alibi dictum est. Philippus autem¹⁰ tem Gamala & vicinam regionem in Romanorum fide continuit. Interea cū venissem in Galilæam, certis nunciis super his rebus edoctus, scripsi Hierosolymitanorum concilio, quid me iuberent sciscitans. rescriptū est vt in Galilæa maneam, eiusq; tutelæ provideam, retentis etiam collegis, si illis ita visum sit. hi cū multum pecuniæ parassent ex debitis sibi sacerdotij nomine decimis, statuerāt reuerti in patriam: sed rogati vt tantisper mecum essent dum componeremus omnia, facile assenserūt. Cū his igitur à Sephoritarum vrbe profectus in Bethmauntem vicum veni distitum quatuor stadiis à Tiberiade: missoque nuncio accersiui ad me senatum Tiberiadis & primores eius populi. qui postquam affuerunt, & inter hos Iustus quoque, dixi me vnā cum collegis legatū à populo Hierosolymitano missum ad eos, vt agerem de diruendo palatio, quod ibi à se extructum Herodes tetrarcha variis animalium picturis ornauerat, cū id vetitum sit nostris legibus: rogabāmq; vt nos quantocyus id facere permetterent. Quod cū diu Capella & suæ factionis homines recusassent, tandem magna contentione assensum eis expressimus. interim dum nos ea de re contendimus, iam Iesus Saphiæ filius nautarum & inopum factionis dux assumpta aliquam multorum Galilæorum manu palatium incenderat, ratus se bonam prædam inde paraturum, quia testā eius quædam inaurata viderat: multaque in eo diripuerunt præter animi nostri sententiam. nos enim post colloquium cum Capella & Tiberiensium primatibus apud Bethmauntem habitum in superiora Galilææ nos recepimus. Tum Iesu factio Græcos omnes eam urbem habitantes intetimit, & quotquot inimicos ante id bellum habuerant. His auditis vehementer commotus descendi in Tiberiadem, dedique operam vt quicquid possem recuperare ex dirēptis regis facultatibus, candelabra corinthia, mensas regias, & rudis argenti satis magnam copiam. quæcunque autem recepi, regi seruire statui. accitis igitur decem è senatu potioribus & Capella Antylli filio, vasa illa eis tradidi, interdicens, ne cuiquam præter me ea redderent. Inde Gischala cum collegis ad Ioannem veni, cogniturus quidnam haberet animi: mōxque deprehendi eum rerum nouarum cupidum affectare tyrannidem. rogabat enim me vt sibi potestatem facerem exportandi frumentum Cæsaris, quod in superioris Galilææ vicis erat repositum, dicens se id velle impendere in structuram mœniū patriæ. at ego cū olfecissem eius conatus & consilia, negabam me hoc ei permittere. cogitabam enim id frumentū aut Romanis seruare aut mihi ipsi, quod haberem iam curam eius regionis à ciuitate Hierosolymitana mihi cōmissæ. ergo cū nihil à me impetraret, collegas appellauit super hoc negotio futurorum improvidos, & auidos munerum. ab his largitione totum eius provinciæ frumentum obtinuit, me non valente contra duos cōtendere. deinde altero dolo Ioannes vsus est. aiebat enim Iudæos Cæsareæ Philippi incolas, regis cui suberāt mādato intra mœnia cohibitos, querētes de olei puri penuria, id à se petere, ne præter moram cogātur vti Græcorum oleo. hæc autem non religionis respectu dicebat, sed victus turpis lucri cupidine. sciens enim apud Cæsarienses sextarios duos drachma vna venire, Gischalis autem octuaginta sextarios drachmis quatuor, totum illud⁵⁰ oleum quod ibi erat ad eos transmisit, me quoque vt videri volebat permittēte. non enim volens mittebam, sed metu ne si obliscerem lapidarer à populo. postquam igitur concessi, plurimum pecuniæ Ioannes quæsiuit hoc maleficio. ex hoc oppido remisi collegas Hierosolyma, totūsq; posthac fui in comparandis armis & muniēdis urbibus.

urbibus. accitis deinde latronū fortissimis, cū viderem non posse illis arma adimi, persuasi multitudinē ut mercede eos conduceret, conducibilibus docens habere eos stipendiarios, quā sinere agros incursionibus eorum diripi: atque ita eos dimisi sacramento obstrictos ne nisi vocati in regionem nostram venirent, aut nisi stipem debitam reciperet, iussos prius abstinere à Romanis & accolis iniuriam. Sed ante omnia curavi in pace continere Galilæam. cūque vellem optimates eius regionis circiter septuaginta prætectu amicitiae habere quasi obsides fidei, ascitos in amicitia feci mihi comites & iudicandi socios, pleraque decernens ex ipsorum sententia, in primis curans ne temere discederem à iustitia, ut ne abstinerē ab omni corruptela mun-
 10 nerum. agens igitur annum trigésimum, qua ætate etiam si quis temperet cupiditatibus illicitis, difficile tamen euadit calumniatorum inuidiam, maxime si cum magna potestate sit, nulli mulieri vim intuli, & nihil mihi obtrudi sum passus, ut rei nullius indigus: imò ne debitas quidem mihi ut sacerdoti decimas accipere volui ab afferentibus. ex manubijs tamē partem post deuictos Syros accolæ recepi, quas me Hierosolyma misisse ad cognatos fateor. Cūque bis Sephoritas vi expugnassem, Tyberien-
 20 ses quater, Gadarenses semel, & Ioannem sæpius insidias mihi molitū in potestatem redegissem, neq; de ipso neq; de villo memoratorum populorum pœnas sumere sustinui, ut procedente stilo indicabimus. quamobrem opinor Deum recte factorum inspectorem, & tunc me eripuisse ex inimicorum insidijs, & post sepe è multis peri-
 30 culis, sicut suo loco dicitur. Tanta autē erga me erat vulgi Galilæorum fides ac beneuolentia, ut expugnatis eorum oppidis, & in captiuitatem abductis familijs, non tantum gemitus suis calamitatibus, quātur curæ incolumitati meæ tuendæ impenderent. Hæc videntem Ioannem inuidia subiit: rogauitque me per literas ut sibi permitterem valetudinis causā apud Tiberiadem foueri aquis calidis: quod ego nihil suspicans libenter annui: quin & his quibus ciuitatibus administratio per me fuerat: credita scripsi, ut diuersorium ei pararent & comitibus, rerūq; ad commodum vi-
 40 ctum idonearū copiam. ipse interim agebam in vico Galilææ qui Cana dicitur. Ioannes autē postquam venit Tiberiadem, egit cum oppidanis ut obliti datæ mihi fidei ad se deficerent: multique preces eius libenter admiserunt, homines gaudentes nouitatibus, & mutationum audi procliuesq; ad dissidia: præcipuè vero Iusto & patri eius Pisto cupide arrepta est deficiendi à me ad Ioannem occasio. id tamē consilium interuētū meo feci irritum. Venerat enim ad me à Sylā, quem Tiberiensibus ducem præfeceram, nuncius voluntatem eius populi indicans, & hortans ut properet: alioquin fore ut ciuitas breui in aliorum potestatem veniat. lectis igitur Silæ literis, cum ducentis viris per totam noctem iter feci, præmisso nuncio qui aduentū meum significaret Tiberiensibus. manē autem iam ciuitati proximo plebs mihi venit obuiam, & Ioannes inter alios. qui cū valde turbato vultu me salutasset, veritus ne detecto suo conatu veniret in capitis periculum, propere se recepit in diuersoriū. cūq; peruenissem in stadium, dimissis absque vno satellitibus, retentisque decem armatis, allo-
 50 qui cœpi concionem Tiberensium stans in celfo quodam suggesto: hortabāq; eos ne tam citò deficerēt, alioqui fore ut breui eos fidei mutatæ pœniteat: neq; illis post hac quenquam crediturum facile, nimirum merito suspectis ob hanc præsentē perfidiam. Vix hæc effatus eram, cū audio ex meis quendam iubentem me descendere. non enim tempus esse conciliandæ Tiberensium beneuolentiæ, sed prospiciendi incolumitati propriæ, quomodo inimicos effugiam. Ioannes enim postquam didicit me penè solum esse, delectos è mille suis militibus fidsimos miserat iussos me interficere: iamque veniebāt, & patratum fuisset facinus, nisi ocyus desiliuissem cum Iacobo satellite, subleuatus ab Herode Tiberiensis: à quo deductus ad lacum, nauigio quod fortè ibi nactus sum conscenso, euitatis præter opinionē inimicis perueni Taricheas. eius urbis incolæ audita Tiberensium perfidia vehementer irati, correptis armis hortabantur ut se contra eos ducerem, dicentes se velle vlcisci læsi ducis iniuriam: facinusque hoc renunciabant per totam Galilæam, quo omnes concitarent contra Tiberiada, rogantes ut frequentes ad se conuenirent, facturi de consilio ducis id quod visum fuerit. itaque magnus vndiq; Galilæorum armatorum concursus

factus est; postulantium ut Tiberiada inuaderem, expugnatamque diruerem, & incolas cum totis familiis sub hasta venderem. idem suadebant & amici qui ex ea vrbe euaserant. ego verò non annuebam, indignum ratus ciuilis belli initium facere, & censens non debere eam contentionem ultra verba progredi: imò ne ipsis quidem aiebam id conducere, si Romanis inspectantibus diffidiis intestinis se conficiant. hac ratione demum Galilæorum ira placata est. Ioannes porrò ubi non successerunt insidiæ, sibi ipsi timuit, & assumptis armatis quos circa se habebat relicta Tiberiade Gischala petiit: inde ad me scripsit factum excusans, quasi non fuisset eius conscius: rogabatque nequid suspicarer de ipso, addens iuramenta cum diris execrationibus, quo magis scriptis suis fidem astrueret. At Galilæi, quorum è tota regione denuo magnus cum armis affluerat numerus, sciētes hominem esse malum & periurum, rogabant ut se contra eum ducerem, promittentes funditus se deleturos & ipsum & patriam eius Gischala. Actis igitur pro fauore gratiis, pollicitus sum me eis non cessurū officiis ac beneuolentia: rogabam tamen ut cohiberent seipsos, & darent mihi veniam quòd tumultus compescere mallem absque cædibus. concesserunt id mihi Galilæi, moxque Sephorim venimus. oppidani autem quibus decretum erat permanere in fide Romani populi, timentes meum aduentum, conati sunt me in alia negocia distrahere, quo ipsi securius degerent: missoque nuncio ad Iesum latronū principem agentem in confiniis Ptolemaidis, magnam pecuniam ei sunt polliciti, si cum octingentorum manu quam alebat, bellum nobis inferret. is promissis motus voluit nos nec opinantes & imperatos aggredi. itaque rogat me per nuncium, ut sibi salutandi me potestatem facerem, quo impetrato, quandoquidem non præferam insidias, assumpta latronum cohorte iter fecit prope. non tamen ei successit tentatum facinus. cum enim iam non longe abesset, quidam ex eius cohorte transfuga conatum ipsius mihi indicat. quo audito processi in forum simulans me nihil scire de insidiis, sequente armatorum Galilæorum multitudine, & inter hos quibusdam Tiberiensibus, deinde dispositis qui seruaret vias, iussi portarum custodes ut solum Iesum cum primis venientem intromitterent, cæteros excluderent, & si vi tentarent irrumperere, plagis repellerent. quibus imperata facientibus intrauit Iesus cum paucis: iussusque à me arma cōfestim proiicere, nisi interfici mallet, videns se cinctum armatis paruit. tum qui eum sequebantur exclusi ut ducem suum captum senserunt, euestigio fuga se proripiunt: & ego seorsum abducto Iesu dixi me non ignorare paratas mihi insidias, quibusue id factum sit autoribus; daturum tamen erroris veniam, si mutatus vellet esse mihi fidus in posterum. quo omnia pollicente dimisi hominem, permissum quos prius habuerat colligere: Sephoritis vero pœnam interminatus sum nisi posthac quiescerent. Per idem tempus venerunt ad me duo Trachonitarum magnates regis subditi, adducentes suos equites, & afferentes tam arma quàm pecuniam. hos cum Iudæi circumcidi cogerent, si velint inter ipsos versari, non siui ut eis molesti essent: asseuerans oportere suo quenque arbitrato & non alieno impulsu Deum colere: neque committendum ut eos securitatis causa confugisse ad nos pœniteat: atque ita persuasa multitudine, viris illis consuetum victum abunde præbui. Interea rex Agrippa copias mittit duce Equo Modio, quæ Magdala castellum vi capiant: quæ tamen obsidere id non ausæ, insensis viis infestabant potius Gamala. Ebutius autem Decadarchus qui Magni campi præfecturā tenuit, audito quòd in Simoniada vicum venissem situm in Galilææ finibus, distantem ab ipso sexaginta stadiis, noctu assumptis quos circa se habebat centum equitibus, & ferme ducentis peditibus, Gabensiumque auxiliis, nocturno itinere in eum vicum peruenit. contra quem cum meorum explicuissem validam aciem, conatus est nos in planiciē prolicere, fretus equitibus. nihil tamē profecit, quia moueri loco nolui, quippe videns eum potiores habiturum, si cum essemus omnes pedites descenderemus in campestria. cumque aliquandiu strenue repugnasset Ebutius, tandem animaduertens nullum esse eo loco usum equitum, signo receptui dato Gabam abiit infecto negocio, tribus tantum in pugna amissis. ego verò euestigio secutus sum cum armatorum duobus milibus, cumque venissem Besaram, quod oppidum in Ptolemaidis situm confiniis stadio vigesimo

vigesimo abest à Gaba, vbi tum erat Ebutius : dispositis foris per vias stationibus militum, quo tuti essemus ab incurſu hostium, donec frumentum exportaremus, cuius magna vis è circumuicinis reginæ Bernices vicis eò congesta fuerat:oneratisque plurimis camelis & asinis quos in hoc adduxeram, transmisi frumentum id in Galilæam : absolutoque hoc negotio, feci Ebutio pugnandi copiam. Eam cum ille detrectaret audacia nostra territus, verti me in Neapolitanum, audito quod popularis sit agrum Tiberiensium. is cum equitum ala præsidio erat Scythopoli. hoc igitur ab ulteriore Tiberiensium vexatione prohibito, totus eram in prospiciendo rebus Galilææ. Cæterum Ioannes Leui filius, quem diximus degere Gischalis, postquam cognouit omnia mihi ex sententia succedere, amarique me à subditis, & timeri ab hostibus, iniquo id tulit animo. ratusque non esse in suam rem meam felicitatem, non mediocri inuidia tactus est : speransque se meos successus impediturum si subito-
 10 rum in me concitaret odia, sollicitauit Tiberienses & Sephoritas, ratus etiam Gabarenos ad se defecturos, quæ ciuitates sunt in Galilæa præcipuæ. aiebat enim suo ductu longe melius administranda omnia. & Sephorientes quidem, quòd utroque nostrum posthabito ad Romanos spectarent dominos, non assenserunt homini. Tiberienses autem defectionem quidem recusabant, pollicebantur tamen illi quoque amicitiam. Gabareni autem Ioanni se addixerunt, autore Simone ciue primario, qui Ioannis erat amicus & socius. Nec tamen aperte ad eum defecerunt, quippe qui
 20 vehementer timebant Galilæos, iam ante experti eorum erga me beneuolentiam: sed aliam captabant occasionem insidiis. Et sanè periculum adiui maximum de causa tali. Dabaritteni quidam audaces iuuenes cum animaduertissent vxorem Ptolemæi procuratoris regij cum magno paratu deducentibus aliquot equitibus per Magnum campum ex ditione regia in Romanorum prouinciam iter facere, in eos repente irruunt: fugatæque muliere quicquid secum portabat diripiunt: quo facto Taricheas vbi tum eram, quatuor mulos adducunt onustos vestimentis variæque supellestili: inter quam & vasa erant argentea non pauca, & quingenti numi aurei. Hæc ego seruare volens Ptolemæo, vt eiusdem tribus homini, quòd lex nostra ne inimicos quidem tribules fraudare permittat, dixi his qui attulerant oportere ea seruari, vt
 30 diuenditorum precium conferatur in Hierosolymitanæ vrbis mœniorum fabricam. id iuuenes illi permoleste tulerunt, non admissi in partem prædæ vt sperauerant: quapropter sparsi per vicos Tiberiadis rumorem disseminant, velle me Romanis eam regionem prodere. Finxisse enim prædam destinatam esse præmuniendis Hierosolymis: re autem vera in hoc eam seruare, vt rapta domino suo restituam. qua quidem in re nil eos fallebat opinio. post discessum enim iuuenum accitis duobus primariis ciuibus, Dafsione & Iannæo Leui filio, regi amicissimis, mandauit eis. vt raptam supellestem ad illum transmitterent, mortem interminatus si hoc secretum proferrent apud quenquam mortalium. Sed cum Galilæos rumor peruasisset, me
 40 velle regionem eorum Romanis prodere, omnibus incitatis ad sumendum de me supplicium, Taricheatæ quoque fidem habentes iuuenum commenticiis sermonibus, suaserunt meis satellitibus & militibus reliquis, vt me dormientem deferentes in circum venirent, cum cæteris ibi de abrogando mihi imperio cōsultaturi. qui persuasi multos ibi iam ante congregatos inueniunt, vnanimiter vociferantes vindicandum esse in proditorem rei publicæ. Sed præcipue instigabantur à Iesù Saphiæ filio, qui tum summum magistratum gerebat, vir malus & natus mouendis tumultibus, seditiosusque vt qui maxime. Is tum præ se ferens Moysis tabulas in medium progressus, Si vestri, inquit, nulla cura tangimini, at sacratas has leges nolite contemnere, quas publico odio prosequendus Iosephus iste vester dux sustinuit prode-
 50 re, quantumvis atroci pœna dignissimus. Hæc effatus & exceptus acclamatione populi, assumptis armatis ad ædes vbi diuersabar properat cum certo interficiendi me proposito, me nihil tumultus sentiente & quiescente interim prælaxitudine: cum subito Simon vnus satellitum, qui tum solus mecum permanſerat, viso incurſu ciuium me excitat: indicatque instante periculo simul hortatur, vt potius generosi ducis more vitam abrumpam, quàm inimicorum arbitrio moriar. Hæc illo monente,

te, ego salute mea Deo commissa mutataque veste in cœtum atratus prodij, & suspensum à ceruice gestans gladium, per viam illam qua neminem aduersariorum occursum sciebam in circū veniens visendum me præbui, in faciem prostratus & terram rigans lachrymis, ita vt omnes mouerem ad misericordiam, cumque sensissem mutatos affectus populi, conatus sum eorum sententias scindere, priusquam armati reuerterent à meis ædibus: falsusque me non alienum ab obiecto crimine, postulabam vt primum discerent in quem usum seruarem relatam ad me prædam, ac tum demum si liberet me interficerent. Multitudine vero iubente me dicere, armati reuersi & me cōspicati irruunt occidendi animo. Sed cohibiti plebis vocibus, represserunt suum impetum, rati post confessionem prodicionis & seruata regi pecuniæ, habituros se meliorem occasionem patrandi facinoris. Itaque facto silentio, Viri fratres, inquam, si vobis videor mortem commeritus, nec ipse mori recuso: volo tamen ante exitium veritatem apud vos proloqui. Equidem cum animaduertissem ciuitatem hanc commodissimam hospitibus, multosque relictis propriis patriis delectari vestra consuetudine cuiusvis fortunæ futuros socios, decreueram mœnia vobis condere ex istis pecuniis, propter quas ad hoc destinatas exorta est tanta vestra indignatio. ad hæc verba Tarichenses & hospites conclamant, gratias mihi agentes & iubentes me bono esse animo. Galilæi vero atque Tiberienses perstabant in iracundia, factumque est inter ipsos dissidium, his minantibus pœnam, illis contra securum me esse iubentibus. postquam autem & Tiberiensibus promisi me ædificaturum mœnia & aliis opportunis ciuitatibus, fidem habentes pollicitis dilabebantur ad suum quisque domicilium: & ego præter omnem spem elapsus è tanto periculo, cum amicis & viginti armatis domum reuersus sum. Sed denuo latrones & seditionis autores, timentes sibi ne peccati pœnam luerent, cum sexcentis armatis concurrunt ad meum diuersorium, incendendi illud animo: quorum aduentu nunciato ratus turpe fugere, decreui vti contra eos audacia. clausis igitur meo iussu ædium foribus, ipse è cœnaculo postulabam vt ad me aliquot mitterent, accepturos ob quam tumultuabantur pecuniam, nequid habeant quod stomachentur amplius. quo facto turbulentissimum ex his qui intrò recepti sunt, verberibus cæsum & alteram manum abscissam suspensamque à collo gerentem, rursus eieci, rediturum ad eos qui se miserant. ac illi mirum in modum sunt territi: timentesque similem pœnam si ibi morarentur diutius, quippe qui putabant me plures domi habere armatos, subito omnes diffugiunt: sicque hoc stratagemate alteras euasi insidias. Nec tamen defuerunt qui rursus concitarent vulgum, negâtes magnates illos regios qui ad me confugerant oportere viuere, nisi transirent ad eorū ritus à quibus salutem peterent: criminabanturque eos vt Romanorum studiosos & veneficos: moxque tumultuabatur multitudo decepta à loquentibus ad gratiam. Quo comperto ego contra docui populum, non esse exagitandos qui ad ipsos contugerint: cauillatus in vanitatem obiecti veneficij, frustra Romanos tot legiones alere, si veneficorum opera possint victoriam consequi. His verbis paulisper placati, vbi digressi sunt rursus in magnates illos irritabantur à quibusdam perditis, vt etiam armati ad eorum ædes quas Tarichææ habitabant concurrerent, interfecturi homines. Quod vt audiui, valde timui ne hoc scelere patrato nemo posthac ad nos cōfugeret. quamobrem assumpris quibusdam aliis propere veni ad eorum diuersorium: quo clauso, & perducta inde fossa ad lacum, accitum nauigium cum eis inscendens, traieci in Hippenorum confinia: & reddito eis equorum precio, quos in tali fuga abducere non poterant, dimisi multum rogatos vt præsentem necessitatem forti ferrent animo: nam & ipse permoleste ferebam, cogi me rursus in hostilem terram exponere viros, qui semel se meæ fidei commiserant: satius tamen ducens Romanorum manu eos, si ita contingat, cadere, quàm in mea ditione per scelus opprimi. Illi tamen seruati sunt, rege concedente errati veniam. Et horum quidem hic fuit exitus. Tiberienses porro per literas regem rogauerunt, vt in eorum agrum præsidium mitteret, defectionem pollicentes. Quo facto quàm primum ad eos veni, postulabant vt mœnia sibi promissa extruerem. Audiuerant enim Taricheasiam cinctas mœnibus. ego vero annui, & cōgesta vndique

vndique materia iussi architectos opus id aggredi. Post triduum verò me à Tiberiade digresso Taricheas triginta stadiis inde distitas, forte fortuna conspectus est Romanorum equitatus non longe à Tiberiade iter faciens, quos oppidani rati esse regios, mox in regem honorificas voces, in me contumeliosas iactare ausi sunt: moxque cursum quidam veniens renunciat illorum motum ad defectionem spectantium: id quod me valde perterritum, quòd instante tum sabbato armatos à Taricheis domum dimiseram, quo quietius Taricheatæ sine militari turba feriantur: & alioquin quoties eo loco degerem ne satellitio quidem utebar, fretus probata sæpe incolarum beneuolentia. itaque cum septem tantum milites & aliquot amicos circa me haberem, anteceps eram consilij. nam reuocare copias sub vesperam non placebat, quibus postera die neque necessaria arma tractare permittebatur nostris legibus. Quòd si Taricheatas eorumque hospites prædæ spe inuitatos illò ducerem, videbam in eis non esse satis virium. & res dilationem non pariebat, quòd timerem ne à rege missi occupata vrbe me excluderent. quapropter decreui uti stratagemate. Euestigio amicorum fidiſsimos Taricheatarum portis apposui, neminem permissuros egredi: cõuocariſque familiarum primatibus, singulos iussi nauem in lacum deducere, eaque cum gubernatore inscensâ me sequi. Tum & ipse cum amicis & septem illis militibus consensu nauigio petebam Tiberiada. At Tiberienses, vt cognouerunt nullas à rege venire copias, lacum verò totum refertum nauibus, attoniti & ciuitati suæ timentes ac si naues militem veherent, mutauerunt priorem sententiam. itaque positis armis obuiam mihi cum vxoribus & liberis prodeunt, excipientes me faustis acclamationibus. quòd putarent me non sensisse ipsorum propositum, rogantésque vt propitius in eorum urbem adueniam. Ego autè propius accedens iussi gubernatores longe à terra ancoras iacere, ne appareret oppidanis nauigia esse inania: ipse naui vna aduectus proxime, cum eis exposulabam, quòd tam stulte ad violandam fidem mihi datam essent faciles: deinde pollicebar certam veniam, si decem primates ad me mitterent: quo sine mora factò, in nauem impositos mihi Taricheas in custodiam. Atque hac arte alios post alios accipiendò paulatim vniuersum senatum & parem ex primoribus populi numerum illò transuexi. Tum reliqua multitudo, vt vidit in quanto esset periculo, rogabat, vt tumultus autorem supplicio traderem. Is Clitus dicebatur, audax & remerarius iuuenis. Ego, qui nefas ducebam virum tribulem interficere, & tamen necesse habebam pœnam de eo sumere, Leuiam vnum è satellitibus iussi, vt accedens ei manum alteram præcideret: qui cum non auderet solus in tantam multitudinem progredi, ne timiditas eius sentiretur à Tiberiensibus vocato Clito, quoniam inquam meritis es ambas manus amittere homo in me tam ingratus & perfidus, esto nunc tibi ipse carnifex, ne tibi cunctanti grauius inferatur supplicium. Cumque multis precibus alteram manum sibi donari peteret, ægre annui. moxque libenter, ne ambabus mulcetur, arrepto cultro sinistram sibi præcidit. Atque hoc modo is tumultus est compositus. Me deinde reuersò Taricheas, Tiberienses, vt cognouerunt stratagemam quòd vsus sum, mirabantur quòd absque cæde sedauissem ipsorum vesaniam. Ego autem accitis è custodia Tiberiensibus, & in his Iusto patrèque eius Pisto, adhibui eos conuiuio: & inter epulandum dixi me non ignorare Romanos potentia mortales omnes præcellere, dissimulare tamen propter latronum multitudinem: suadebámque vt & ipsi idem facerent expectantes meliora tempora, neque interim grauatim ferrent meum imperium, quandoquidem non daretur alius dux commodior. Iustum etiam admonēbam, quòd ante quàm ego Hierosolymis venissem, Galilæi fratri eius manus amputauerint, obiectis fictitiis literis & falsi crimine: quòdque post Philippi discessum Gamalitæ à Babyloniis dissidentes Charetem occiderint ipsius Philippi consanguineum: & quòd Iesum eius fratrem, ipsius Iusti sororium, aqua & modica pœna affecerint. His allocutus eos in conuiuio, iussi mane Iustum cum suis abire liberos. Paulo autem antè Philippus Iacimi filius à Gamala talem ob causam abierat. Quamprimum didicit Varum à rege Agrippa defecisse, successorémque ei missum Modium Equum virum sibi amicum, de suo statu significauit ei per literas: quibus ille receptis perlibenter cognouit Philippum esse incolumem: easque literas ad regem ac

P

reginam

regiam misitum agentes apud Berytum. Tum rex, ut intellexit falsum fuisse rumor-
 rem quod Philippus ducem se Iudæis contra Romanos præbuerit, misit equites, qui
 cum ad se deducèrent: venientemque complexus comiter, ostentabat hominem
 Romanis ducibus; nunc esse dicens: quem fama defecisse à Romanis vulgauerat:
 moxque iubet cum assumpta manu equitum properare in Castellam Gamala, & ab-
 ductis inde domesticis Babylonios in Batanzam restituere: dareque operam modis
 omnibus nequid noui moliantur subditi. His mandatis à rege acceptis Philippus ad
 exequendum ea properat. Iosephus autem quidam medicaster ascitis iuuenum au-
 dacissimis, & concitatis Gamalensium primatibus, suadet populo, ut à rege deficerent,
 armisque arreptis vindicarent se in libertatem pristinam: atque ita alios pertraxerunt
 in suam sententiam, cæcis qui auderent contra hincere. In his perit & Chares Iesusque
 huius consanguineus, & soror Iusti Tiberiensis, sicut supra diximus. Post hæc me ro-
 garunt per literas, ut præsidium ad se mitterem, & simul, qui oppidum eorum cin-
 gant mœnibus: ego verò utrunque annui. per eodem dies Gaulanitis quoque regio
 ab Agrippa deficit usque ad vicum Solymam: Soganni etiam & Seleuciæ locis natura
 munitis addidi mœnia. Superioris etiam Galilææ vicos quamuis prærupto situ mu-
 niui similiter, Iamniam, Amerytham, Charaben. In Galilæa verò permuniui oppida
 Taricheas, Tiberiada, Sephorim: vicos, Arbelorum speluncam, Bersobe, Selamen,
 Iotapata, Capharath, Comosogana, Napapha, & montem Itabyrium. In ea loca &
 frumenti magnam vim condidi, & arma quibus se tuerentur contuli. Interim Ioan-
 nes Leui filius indies maiori me prosequeretur odio, meos successus ferens grauit-
 er. cumque decreuisset omnino me de medio tollere, postquam Gischala patriam cinxit
 mœnibus, Simonem suum fratrem cum centum militibus mittit Hierosolyma ad Si-
 monem Gamalielis filium, rogans, ut cum Hierosolymitana ciuitate ageret, ut mi-
 hi abrogato imperio, rebus Galilææ Ioannem ipsum suffragio communi præficerent.
 hic Simon Hierosolymitanus erat illustri cum primis genere. Phariseus secta, quæ
 quidem videtur exactius tenere leges patrias: insigni vir prudentia, & qui labantes
 res posset consilio suo in integrum restituere: utebaturque iampridem Ioannis ami-
 citia, mihi insensum tunc temporis. Motus igitur amici precibus suadet pontificibus
 Anan & Iesu Gamalæ filio, aliisque suæ factionis hominibus, ut me crescentem tol-
 lerent, nec paterentur ad summum gloriæ fastigium euadere. id enim fore ipsis quo-
 que conducibile, si amoueret à præfectura Galilææ. Sed non esse cunctandum Ana-
 no & cæteris, ne hoc consilio prodito urbem inuadam cum exercitu. Hæc consulenti
 Ananus pontifex retulit non esse id facile, cum tam multi pontifices & primores
 populi testes sint mihi bene administratæ prouinciæ: nec æquum esse accusare eum
 cui nihil possis obicere. Tum Simon iubet illos totam rem silentio tegere: sibi cu-
 rare futurum, ut quamprimum à Galilæa submouear: accitoque fratre Ioannis, man-
 dauit ei, ut munera ad Anani amicos mitteret. ita enim fortè citius concessuros in
 suam sententiam. Sic tandem Simon effecit quod voluit. Ananus enim & socij cor-
 rupti largitionibus, consilia de abrogando mihi præfectura conferunt, è ciuibz ne-
 mine alio conscio. itaque placuit mittere viros præstantiores genere, eruditione pa-
 res. horum plebeij erant duo, Ionathas & Ananias Pharisei: tertius verò Ioazarus sa-
 cerdotalis generis, Phariseus hic quoque: Simon verò ex ordine pontificum, or-
 minium natu minimus. hos iusserunt aduocata Galilæorum concione querere cur
 ita me diligant. quod si respondeatur quia Hierosolymita sim: dicere sibi quoque
 Hierosolyma esse patriam. Sin autem peritiam legum in me probent, dicendum
 nec sibi ignotos esse ritus patrios. quod si sacerdotij nomine me diligi dixerint, refe-
 rendum ex ipsis quoque duos fungi sacerdotio. ita instructi collegæ Ionathæ argen-
 teorum quadraginta millia ex ærario accipiunt. Et quia per idem tempus Iesus qui-
 dam Galilæus cum sexcentorum militum cohorte Hierosolyma venerat: accitum
 hunc numerato trium mensium stipendio conducunt, iussum sequi Ionatham & col-
 legas, imperatæque eorum facere: eisque adiungunt trecentos ciues mercede auto-
 ratos similiter. His ita paratis legati profiscuntur, comitante Ioannis fratre cum
 suis centum militibus, mandatum habentes ab his, qui se miserant, ut si sponte ab ar-
 mis

mis discederem, viuum me Hierosolyma mitterent: si repugnarem, freti mandato impune interficerent. Eisdem etiam literæ ad Ioannem datæ sunt, hortantes, vt sit paratus bellum contra me gerere. quin & Sephoritis, Gabaritis atque Tiberiensibus autores fuerunt, vt Ioanni contra me ferrent auxilia. Hæc cum pater meus ex Iesu Gamalæ filio consiliorum omnium particeps mihiq; amico cognita ad me perscripisset, male me habuit ingratitude ciuium per inuidiam occidere me volentium, nec minus ægre ferebam vocari me solliciti parentis precibus, dicentis cupere se meum conspectum ante obitum. quapropter amicis aperui omnia, addens post triduum relicta præfectura abiturum me in patriam. quo audito mœsti omnes & flentes deprecabantur ne se deseram perituros si destituantur meo imperio. Cùmque apud me propriæ salutis quàm præcum illorum potior haberetur ratio, veriti Galilæi ne ob meum discessum contemnerentur à latronibus, dimissis nuntiis per totam regionem suam indicant me velle discedere. quo audito multi vndique conuenerunt cum vxoribus & liberis non tam mei desiderio, vt opinor, quàm metuentes sibi met. me enim præsentem in tuto sibi esse videbantur. Venerunt igitur ad me populariter in Magnum campum, vbi tum agebam apud vicum Asochim: quo tempore mirabile somnium noctu mihi obuersatum est. cum enim in cubili essem mœstus & turbatus ob recens acceptas literas, visus est inhi vir quidam adstans dicere: Desine ô bone tristari & metuere. nam hæc tristitia magnum te reddent ac fortunatum per omnia. succedent enim feliciter non hæc solum, sed & multa alia. quare perdura memor quod oporteat te & cum Romanis bellum gerere. Post hoc somnium surrexi volens in campum descendere. tum verò me conspecto multitudo Galilæorum mixta mulieribus & pueris prostrata in faciem cum lacrymis supplicabat ne se imminente hoste deseram, neve meo discessu regionem suam prodam inimicorum iniuriis. & cum precibus nihil agerent, adiurabant me, vt maneam, iactantes multa conuicia in Hierosolymitanum populum, qui se in pace non sinerent. Hæc audiens & videns plebis mœsticiam flexus sum misericordia: non indignum ratus pro tanta multitudine, vel apertum sustinere periculum. itaque mansurum me annui, & iussis adesse ex omni eo numero quinque millibus cum armis ac com meatibus, cæteros dimisi in suam quen-

que patriam. cùmque præsto essent illa quinque millia, assumptis his & tribus millibus militum quos ante habueram, & octoginta equitibus, iter feci in vicum Chabolonem situm in confiniis Ptolemaidis: ibique continebam paratas copias, quasi gesturus bellum contra Placidum. venerat is cum duabus cohortibus & turma equitum, missus à Cestio Gallo, vt incenderet vicos Galilæorum vicinos Ptolemaidis, & cùm ille militem suum vallo cinxisset non longe à Ptolemaidensium mœnibus, ego quoque castra metatus sum procul à Chabolone sexaginta stadiis. quapropter sæpe militem vtrunque produximus quasi conflicturi prælio, sed conatus omnis intra velitationes constitit. quippe Placidus quanto audidiorem pugnandi me cerneret, tanto magis ipse metu detrectabat prælium, nusquam secedens à Ptolemaide. Per idem

tempus veniens cum collegis Ionathas, quem missum Hierosolymis diximus à factione Simonis & Anani pontificis, conabatur me per insidias capere, non ausus aperte aggredi: scripsitque ad me literas huiusmodi. Ionathas & collegæ legati Hierosolymitarum Iosepho salutem. Quoniam Hierosolymis relatum est eius ciuitatis primatibus, Ioannem Gischalenum sæpe tibi terendisse insidias, miserunt nos, vt obiurgaremus hominem, iuberemusque in posterum imperata tua facere. quare, vt de tuo quoq; consilio prouideamus in futurum quid agendum sit, rogamus quamprimum ad nos non inagno comitatu venias: neque enim vicus hic capit turbam militum. hæc ita scripserunt alterutrum sperantes, aut habituros se venientem sine armis obnoxium: aut si copias armatas adducerem, iudicaturos perduellem patriæ. has literas quidam eques attulit, iuuenis audax, qui olim regi militauerat. erat autem hora noctis iam secunda, & forte cum amicis Galilæorumque optimatibus discumbebam in conuiuio. cùmque famulus renunciasset venisse ad me quendam Iudæum equitem, meo iussu intrò vocatus salutauit neminem. tantum epistola prolata, hanc, inquit, tibi mittunt, qui nunc venerunt Hierosolymis. & alij quidem conuiuiæ mira-

bantur frontem militis: ego verò hortatus sum cum sedere & nobiscum cœnam sumere. quod ubi recusavit, epistolâ ita, ut acceperâ manu retinens, cum amicis fabular de rebus aliis: ac paulo post surgens ablegatis aliis cubitum, retentisque solum quatuor amicis intimis, & puero iussu vinum promere, apertam epistolam percurrere vidente nemine: & celeriter animadverso argumento denuo complicatam tenens manibus ac si nondum legissem, iussi militi viginti drachmas numerari in viaticum. quibus acceptis cum egisset gratias, intelligens hominem lucri esse cupidum, & hoc facile expugnabilem: Si inquam nobiscum potare volueris, accipies drachmam in singulos cyathos. accepit ille conditionem, & multum vinum ingurgitans quo plus mereret pecuniæ, iamque ebrius secreta continere non potuit: sed nemine rogante ultro fassus est structas mihi insidias, & quod damnatus essem capitis. Quibus auditis rescripsi ad hunc modum. Iosephus. Ionathæ & eius collegis salutem, Quod valetis quodque in Galilæam venistis gaudeo, maxime quia iam possum traditis vobis rerum gubernaculis reuerti in patriam, cuius reuiscendæ iam pridem desiderio teneor. quamobrem libenter ad vos non solum in Xalloe venirem, sed longius etiam, vel si nemo me accerferet. Veniam tamen dabit non valenti nunc id facere. apud Chabolonem enim manendum est, & obseruandus Placidus, ne quod conatur irrumpat in Galilæam. præstat igitur, ut ipsi vos huc conferatis ad me lecta hac epistola. Valete. His literis datis ad perferendum militi, misi cum eo triginta Galilæorum nobilissimos, iussos salutare tantum homines illos, & nihil dicere præterea. additis etiam singulis militibus fidei in singulos, qui obseruarent ne missi à me aliquod haberent cum Ionathæ colloquium. Post horum discessum legati frustrati prima experientia, aliam epistolam mihi scripserunt talem. Ionathas cæterique legati Iosepho salutem. Denunciamus tibi, ut absque militibus ad tertium diem venias ad nos in oppidum Gabara, cognituros de Ioanni obiectis per te criminibus. His scriptis & consalutatis Galilæis quos miseram veniunt in Iapham vicum Galilææ maximum & munitissimum refertumque habitatoribus: ubi excepti sunt clamoribus plebis vociferantis vnâ cum mulieribus ac pueris, abirent, & sinerent se frui duce optimo: eadêque erat vox omnium, nullius nisi Iosephi se parituros imperio. Itaque legati hinc discedentes infecto negotio Sephorim se conferunt urbem Galilææ maximam: cuius incolæ studiosi Romanorum venientibus quidem prodierunt obuiam: de me autem nihil dixerunt, nec in laudē nec in vituperium. at postquam inde descenderunt in Asochim, qualibus apud Iaphenos excepti sunt clamoribus: nec iam cohibentes iracundiam, iubent suos milites, ut fustibus acclamatores illos abigant. Gabara autem venientibus præsto fuit Ioannes cum tribus militum milibus. At ego, qui iam ex literis præsenferam quod bellum mihi inferre decreuerint, assumptis tribus milibus militum. relictoque in castris quodam amico fidissimo, recepi me in Iotapata, ut vicinus eis essem ad quadragesimum stadium: scripsiq; eis in hunc modum. Si omnino vultis, ut ad vos veniam, quadringenti quatuor in Galilæa sunt vici partim, partim oppida. ad horum quemlibet veniam absque Gabaris & Gischalis. altera enim patria est Ioannis, altera socia & amica ciuitas. His literis receptis legati non rescripserunt amplius, sed aduocato amicorum concilio, & Ioanne quoque adhibito, consultabant quomodo me possent aggredi. censebat Ioannes scribendum esse ad singulos Galilææ vicos & oppida: esse enim in singulis vnum saltem & alterum mihi infensum: eos prouocandos quasi contra hostem publicum. idem decretum mittendum Hierosolyma, ut & eius urbis ciues cognito iudicatum me esse hostem à Galilæis, confirmarent eam sententiam suo suffragio. ita fore, ut præsentī Galilæorum fauore destituar. hoc consilium assensu cæterorum comprobatum est: moxque circa horam noctis tertiam ad me est perlatū, renunciante Sacchæo transfuga. Quamobrem videns non esse cunctandi tempus, Iacobum virum fidelem ac strenuum iubeo cum ducentis militibus obseruare vias ferentes à Gabaris in Galilæam, & viatores comprehensos ad me mittere, maxime apud quos reperiantur literæ. adhæc Hieremiam & ipsum ex amicorum meorum numero cum sexcentis militibus misi in fines Galilææ

lilæ quâitur Hierosolyma, iussu latores epistolarum interciperè, & ipsos quidem coniicere in vincula, literas verò ad me transmittere. His mandatis, edixi per nuncios Galilæis, ut in crastinum cum armis & trium dierum cibariis ad Gabara mihi præsto sint. eis verò quos circa me habebam militibus in quatuor partes diuisis fidiſſimos satellitum præfectos constitui, iussos neminem ignotum militem inter suos admittere. Postera verò die circa horam quintam veniens Gabara, inuenio ante oppidum totum campum plenum armatis quos è Galilæa exciueram in auxilium, & præter hos magnam rusticani vulgi multitudinem. in quorum cœtu postquam concionaturus constiti, omnes acclamabant benefactorem appellantes me & seruato-
 10 rem suæ patriæ. tum ego actis pro fauore gratiis, suasi eis, ut infestarent neminem, contentique comœatu proprio è castris ad diripiendas villas non excurrerent. velle enim me omnem tumultum absque cæde componere. euenit autem, ut qua primum die custodes viarum disposui, tabellarij Ionathæ in eos inciderent: quibus ita, ut iusseram detentis in custodia, postquam perlegi literas legatorum plenas conuiciis & mendaciis, silentio dissimulans ire ad eos decreui. at illi audito meo aduentu, cum omnibus suis & Ioanne receperunt se in Iesu domicilium: id erat turris magna, & nihil ab arce differens. ibi abdita cohorte militum, & clausis absque vna ianuis, expectabant me ad salutandum se venturum ex itinere: iussis prius militibus, ut venientem me solum intromitterent exclusis cæteris. sic enim putabant me facile posse in
 20 suam potestatem redigi: sed fefellit eos opinio. olfaciens enim insidias, quàm primum eò perueni, ingressus è regione eorum situm diuersorium, dormire me finxi. legati verò credentes me vere sopitum quiescere, descendentes in campum sollicitabant multitudinem, ut me male ducis officio fungentem desererent: sed contrà quàm sperabant accidit. ad primum enim eorum conspectum exortus est clamor Galilæorum, testantium qua me pro meritis complecterentur beneuolentia: inculcabantque legatos quòd nulla laceſſiti iniuria venissent ad turbandam tranquillitatem publicam, abire iubentes, eo quòd non admissuri essent præfectum alium. his mihi renunciatis non dubitavi in medium progredi. itaque propere descendi auditorus quid legati afferant. ibi procedenti mihi applausum est certatim ab omnibus, & acclamatum ab
 30 agentibus gratias pro rebus administratis optime. his auditis Ionathas & cæteri extimuerunt ne salutis periculum adirent in cursu tantopere fauentis mihi populi, cogitabantque aufugere. sed quia non erat id eis liberum, me postulante, ut mancant, stabant mœsti vix rationis compotes. Igitur cohibitis turbæ acclamationibus, & fidiſſimis militum ad vias seruandas appositis, ne nos inopinos Ioannes inuaderet, iussisque in armis esse omnibus, ne quis repentinus hostium incurſus terrorem eis incuteret: primum literarum mentionem feci, quibus ad me scripserant, missos se à Hierosolymitanorum ciuitate, ad finiendas inter me & Ioannem controuersias, meque ad comparandum euocauerant: moxque ne inficiari possent, protuli ipsam epistolam, atqui, inquam, si contra Ioannis criminationes apud te Ionatha tuosque collegas reddenda
 40 esset mihi vitæ ratio, adductis pro me duobus tribusve probis viris testibus, necesse fuisset approbatis testibus & examinatis testimoniis absolui me vestra sententia. nunc verò ut ſciatis bene à me administratas res Galilææ, nolo tres testes probitatis adducere, sed hos omnes vobis exhibeo. ab his rationem vitæ meæ poscite, an cum omni honestate & iustitia eis præferim. Vósque viri Galilæi adiuro ne veritatem celetis, sed coram his tanquàm iudicibus proferatis siquid à me peccatum est. nondum hæc verba finieram cum vna omnium vox exoritur, benefactorem me suum & seruatorem appellantium: anteaquæ omnia suo testimonio probantium, & ut in posterum mei similis esse pergerem rogantium. affirmabant etiam iureiurando omnes, saluam esse per me vxorum suarum pudicitiam, & nullam sibi vnquam à me illatam molestiam.
 50 Post hæc duas Ionathæ epistolas à custodibus meis interceptas & ad me delatas, audientibus multis Galilæis legi maledictis refertissimas, meque falso insimulantes quòd tyrannum verius quàm ducem agerem. multaque alia continentes per summam ficta impudentiam. has literas dicebam mihi vltro oblatas à tabellariis, nolens aduersarios scire de custodiis, ne absterrentur à mittendis posthac literis. at concio commota in

Ionatham atque collegas quasi interfectura irruit, & patratum fuisset facinus; nisi fu-
 rentes à me fuissent cohibiti. legatis verò pollicitus sum errati veniam, si resipiscerent,
 & in patriam reuersi vera de administratione mea referret. his dictis eos dimisi, quam-
 uis scirem non facturos pollicita. populus autem efferabatur in eos, rogans, ut pœnas
 sumere de illis sinerem. itaque omnibus mihi utendum fuit artibus quo eos eriperem,
 quòd scirem omnem seditionem perniciosam esse reipub. multitudo porrò perstabat
 in iracundia, vnòque impetu omnes ruebant ad Ionathæ diuersorium. ego verò vi-
 dens eos non posse retineri amplius, conscenso equo edixi, ut sequerentur me ad So-
 ganam vicum Arabum, distantem inde viginti stadiis. atque hoc stratagemate caui ne
 viderer ciuili belli fecisse principium. postquam autem ventum est prope Soganam, ¹⁰
 iussi agmen sistere: monitisque ne essent ad iniquam iram tam præcipientes, centum æ-
 tate ac dignitate præstantes deligo, qui se parent profecturi Hierosolyma, & accusatu-
 ri apud eum populum autores seditionum & turbatores suæ reipublicæ. Mandaui
 præterea, ut si possent populum oratione sua flectere, impetraret publicas literas, qui-
 bus mihi confirmaretur præfectura Galilææ, & Ioânes iuberetur inde discedere. Cum
 his mandatis celeriter expeditos tertia die post concionem dimisi, additis, qui eos de-
 ducerent quingentis militibus. Samariam quoque amicis scripsi, darent operam, ut
 legati per eorum agrum iter tutò faciant: iam enim ea vrbs Romanis erat subdita: &
 illac necessario fuit eundum properantibus & sequentibus viarum compendia: ut ter-
 tia die peruenirent Hierosolyma. quin & ipse eos deduxi vsque Galilææ confinia, ap- ²⁰
 positis per vias custodibus, ut non facile quiuisset legatorum cognoscere. quo
 facto aliquantisper apud Iapha moratus sum. Ionathas autem & collegæ suo conatu
 frustrati remiserunt Ioannem Gischala: ipsi deinde profecti sunt Tiberiadem, speran-
 tes eam in suam potestatem vêturam, quandoquidem Iesus tunc magistratum ibi ge-
 rens per literas erat pollicitus, persuasurum se populo, ut ad eos deficiat. illi igitur cum
 hac spe iter ingressi sunt. mihi autem rem totam Sila per nuncium significat, relictus
 ibi, ut dixi vicarius, redire me quàm primum postulans, cuius monitu reuersus prope-
 re, in salutis discrimen talem ob causam incidi. Ionathas & socij Tiberiade multos ad-
 uerſæ mihi factionis ciuium ad defectionis consilia pertraxerant: quare aduentu meo
 territi, confestim ad me venerunt: ac primum maectum animi dicentes, gratulabantur ³⁰
 mihi præsentem honorem partum ex optima administratione Galilææ: eam enim glo-
 riam in se quoque redundare, quorum & ciuis essem & discipulus. deinde meâ quàm
 Ioannis amicitiam se malle professi, iuebant, ut me domum conferrem, promittentes
 effecturos se mox, ut ille in manus meas perueniat: atque hæc religiosissimo apud nos
 sacramento confirmarunt, cui nefas putare non credere. post hæc rogauerunt, ut aliò
 secederem, quòd instaret sabbatum. nolle enim se aliquid tumultus excitare in Tibe-
 riensium populo. tum ego nihil suspicatus iui Taricheas, relictis nihilominus in ciui-
 tate, qui curiose obseruarent sermones de me hominum. per totam etiam viam feren-
 tem à Taricheis Tiberiadem certos disposui, qui à relictis in ciuitate cognita & quasi
 per manus tradita, ad me deferrent. Sequentem igitur die populus conuenit in proſeu- ⁴⁰
 cham quam vocant, precationis domum amplam & capacem tantæ multitudinis: quò
 postquam venit & Ionathas, non ausus aperte defectionis mentionem facere, dixit
 opus habere ciuitatem præfectis melioribus. At Iesus summus magistratus nihil dissi-
 mulans, præstat, inquit, ô ciues obedire nos quatuor viris quàm vni, præsertim illustri
 ortis genere, & prudentiæ nomine celebribus, simul ostendens cum suis collegis Io-
 natham. hæc verba mox Iustus collaudans pertraxit ciuium quosdam in suam senten-
 tiam. Plebs autem non assentiebat horum orationibus, & dubio procùl exorta fuisset
 seditio, nisi concionem soluisset sexta hora superueniens, quæ nostros ad pran-
 dium vocare solet sabbatis, ita legati consultatione dilata in diem posterum, abie-
 runt infecto negotio. quibus confestim mihi renunciatis, decreui mane venire Ti- ⁵⁰
 bериadem: cùmque illuxisset diei sequentis initium, à Taricheis eò veniens offendi
 congregatum iam in proſeucha populum, nondum satis scientem ad quid conue-
 nerit. Tum legati præter expectationem me viso valde sunt territi. Tandem in men-
 tem eis venit rumorem spargere, visos esse Romanorum equites in finibus eius agri
 ad

ad locum qui Homonœa dicitur: quo data opera crebrescente: iidem ipsi autores eius vociferabantur, non permittendos hostes ita impune populari agrum in conspectu omnium. quod ideo faciebant, ut me digresso ad ferendas colonis suppetias, ipsi interim urbem occuparent alienatis à me animis ciuium. At ego licet scire ipso-
rum propositum, feci tamen quod voluerunt, ne viderer contemnere Tiberiensium pericula. progressus igitur ad dictum locum postquam ne vestigium quidem vidi
hostium, reuersus itinere properato offendi conuenisse vnà senatum simul & popu-
lum, & legatos apud concionem prolixa accusatione in me inuehi, quod neglecta
belli cura propriis tantum indulgerem voluptatibus. His dictis proferebant quatuor
10 epistolas, quasi scriptas ad se à Galilæis extremos eius regionis fines tuentibus, &
implorantibus suum auxilium. His auditis Tiberienses creduli clamare cœperunt
non desidendum esse vltius, sed ferendam opem tribulibus in tanto periculo. ego
contrà legatorum fucum intelligens, aio me sine mora iturum quò belli vocet ne-
cessitas: sed quia è diuersis quatuor locis literæ venerint, Romanorum incursiones
nunciâtes, oportere in totidem partes diuisis copiis, singulos legatorum præfici sin-
gulis. decere enim viros fortes non consilio solum rem laborantem iuuare, sed du-
ctu etiam suo & auxilio. me enim non posse nisi vnâ exercitus partem ducere. Pla-
cuerunt hæc multitudini, mōxque cogebat & ipsos exire ad obeunda ducum mu-
nia. at illi vehementer animo turbati sunt, conatu suo frustrato per machinationes à
me oppositas. Ibi vnus eorum Ananias nomine, vir malus & maleficus, suadet indi-
20 ci publicum ieiunium in diem posterum, utq; ad eandem horam omnes in eundem
locum inermes conueniant, nimirum agnoscetes sine diuina ope nihil agi armis
hominum. hæc autem non pietatis ergò dicebat, sed ut me exarmaret vnâ cum meis
militibus. tum ego quoq; obediui necessariò, ne viderer piam admonitionem con-
temnere. Itaque digressis domum omnibus Ionathas & collegæ scribunt Ioanni, ut
ad se mane veniat quanto possit comitatu militum. facile enim me in potestaté suam
redactò voti fore compotem. ille acceptis literis libenter paruit. Postera die satelli-
tum duos fortissimos ac fidissimos iubeo celatis sub veste breuibus gladiis mecum
prodire in publicum, ut nos possemus defendere contra inimicorum siqua existeret
iniuriâ: ipse quoq; thorace indutus & accinctus gladio quàm occultissime in Pro-
30 feucham ad precandum conueni. Iesus autem me cum amicis ingressò, astans fori-
bus reliquorum ex meis admitti permisit neminem. Iamque nobis ritu patrio preca-
tiones incœptantibus, exurgens Iesus ex me quærit de supellectili incensæ regis, ru-
dique argento, apud quem sint hæc deposita, quorum ideo tum mentionem facie-
bat, ut tempus in Ioannis aduentum tereret. Respondi Capellam habere omnia, &
decem illos Tiberiensium ciues primarios: iussique ut ex ipsis scitarentur an vera lo-
querer. Quibus habere se fatentibus, Quid, inquit, illi viginti aurei, quos argenti ru-
dis certo pondere vendito recepisti, in quē vsum à te conuersi sunt? Et hos, inquam,
dedi in viaticum legatis missis Hierosolyma. ad hæc Ionathas & collegæ responde-
runt, non recte factum quòd legatis ex publica pecunia mercedem soluerim. Plebe
40 autem commota ob euidentem hominum maliciam, cum intelligerem non procul
à seditione rem abesse, volens magis etiam contra eos irritare populum: Si, inquam,
male factū est quòd legatis mercedem dedi ex publico, non est cur molesti mihi sitis
amplius. nam ipse persoluam istos viginti aureos. tum populus tanto magis accen-
sus est, quanto euidentius erat iniquum illorū in me odium. Tum Iesus videns rem
contra quàm sperabat succedere, iussit. solo senatu remanente abire cæteram multi-
tudinē. neq; enim per tumultum posse inquisitionem de tanto negotio fieri. po-
pulo autem reclamante nunquam fore ut me solum inter eos deserant, venit quidam
clam Iesu nuncians, non longe abesse Ioannem cum armato milite. Tum Ionathas
non amplius se continens, Deo fortasse sic salutis meæ prospiciente, alioquin enim
50 non euasissem Ioannis impetum: Desinite, inquit, Tiberienses de viginti aureis in-
quirere. non enim meretur Iosephus propter hos supplicium: sed quia tyrannidem
affectat, & principatum sibi parauit decepta imperita multitudine. & cum dicto in-
terfecturi conabantur mihi manus iniicere. quo visò mei comites strictis gladiis in-

tentando vulnera absterruerunt eos: simulque populus sublati lapidibus ferire vo-
 lens Ionatham, eripuerunt me ab inimicorum violentia, cumque paulum progressus,
 incidissem in viam per quam Ioannes veniebat cum manu militum, territus deflexi
 per quendam angiportum ad lacum: atque ita conscensa naue Taricheas euasi, tan-
 tum non oppressus inopinato periculo. Quamobrem accersitis mox Galilæorum
 primatibus denarraui eis quomodo præter ius & fas penè occisus fuero à Ionatha
 & Tiberiensibus. qua iniuria concita tota Galilæorū multitudo, hortabatur ne cun-
 ctarer inimicis bellum inferre, sed sinerem eos ire, ipsumque Ioannem & Ionatham
 atque collegas delere funditus. attamen compescebam eorum iracundiam, expe-
 ctare iubens donec cognoscamus quidnam legati nostri à Hierosolymitanorum ci- 10
 uitate afferant. aiebam enim oportere nos nihil citra eorum assensum agere. his ver-
 bis persuasi sunt. Ioannes autem tunc quoque irritato conatu reuersus est Gischala.
 Post paucos aliquot dies legati nostri reuersi nunciabant Hierosolymitanum popu-
 lum valde irasci Anano & Simoni Gamalielis filio, quod absque consilio publico le-
 gatis missis conati sint me dimouere à præfectura Galilææ: aiebantque minimum
 abfuisse quin ædes eorum incensæ sint à populo. attulerūt etiam literas, quibus Hie-
 rosolymorum primates ex autoritate populi, confirmabant me Galilæis præsidem:
 simulque Ionatham & collegas eius iuebant quantocyus domum repetere. His li-
 teris receptis veni in vicum Arbela, quò Galilæorum cōuentum indixeram: vbi iussi
 legatos narrare quàm indigne Hierosolymitani tulerint Ionathæ maliciam, quòdque 20
 eius regionis præfecturam suo decreto mihi ratam fecerint, & Ionatham cum suis
 iusserint inde decedere. ad quos confestim transmissi eam epistolam, obseruare iussio
 tabellario, quidnam facturi sint. illi recepta epistola territi non mediocriter, accer-
 sunt Ioannem & senatores Tiberiensium, & primates Gabaræ, cōsulentes eos quid-
 nam oporteat facere. Tiberienses igitur censebant debere eos constanter obtinere
 administrationem reipublicæ, nec deserere urbem quæ semel ipsorum fidei se com-
 miserit, maxime cum ego eos vellem inuadere. hoc enim me minatum mēiti sunt.
 idem probabat & Ioannes, addens mittendos esse duos è collegis Hierosolyma, qui
 me accusent apud populum, quòd non recte curem res Galilææ: dicens id persuasu-
 ros facile, tum ob ipsorum autoritatem, tum quòd omne vulgus natura sit mobile. 30
 Placuit Ioannis sententia: moxque Ionatham cum Anania mittunt ad Hierosolymi-
 tanum populum, reliquis duobus manentibus apud Tiberiadem. deducebantur au-
 tem securitatis causa à centum è suis militibus. Tiberienses porro factis diligenter
 mœnibus, iusserunt habitatores urbis arma sumere: & à Ioanne, qui tum Gischalis
 erat, acciuerunt non paucos milites, qui sibi essent, si ita fors ferret, contra me præsi-
 dio. Interim Ionathas cum suis iter faciens vt venit Darabitta, qui vicus in Magno
 campo situs est in extremis Galilææ finibus, media nocte in stationem meorum mi-
 litum excubantium incidit: qui iussos arma ponere asseruauerunt vinctos quo loco
 mandaueram. mihi autem Leui eorū militum præfectus rem totam significat: itaque
 per biduum dissimulato negotio, per nuncios hortatus sum Tiberienses vt ab armis 40
 discederent. at illi rati Ionatham iam peruenisse Hierosolyma, nihil responderunt
 præter conuitia. nec tamen sum deterritus quominus arte contra eos vterer, nefas
 ducens belli ciuilis initium facere. Volens igitur eos extra mœnia prolicere, selecta
 militum decem milia diuisi trifariam. Horum partem subsidentem Doris occulte
 collocaui: mille vero in alio loco montano similiter, distante quatuor stadiis à Tibe-
 riade, expectantes dum signum procurrendi acciperent. ipse vico egressus substiti in
 propatulo. id videntes Tiberienses procurabant continuo iacentes amarulenta di-
 cteria: tantæque eos tum insania corripuit, vt proposita funebri lectica ornata ma-
 gnifice, circa eam me videlicet lamentarentur per ludibrium. at ego tacitus fruebar
 eorum stultitia. Volens autem Simonem per insidias intercipere & cum eo Ioaza- 50
 rum, rogavi vt paulum extra urbem cum amicis & stipatoribus securitatis causa
 procederent. Velle enim me per colloquium fœdus cum eis ferire, & prouinciæ cur-
 ram diuidere. Tum Simon stultitia simul & lucri cupidine captus non recusauit ve-
 nire: Ioazarus verò insidias suspicatus remansit. aduenientem igitur Simonem com-
 mitatum

mitatum amicis & corporis custodibus excepi humaniter, gratias agens quòd venire dignatus sit. paulò vero post inambulando, quasi sine arbitris dicturus aliquid seductum ab amicis longius, mediúmque arreptum sublimem tradidi perducendum in vicum proximum: datóque signo militibus, petebam cum eis Tiberiadem. cúmque vtrínque coortum esset acre prælium, nostris iam cedentibus cohortatione animum reddidi, & Tiberienses tantúm non victores intra mœnia cõpuli. immissa deinde alia manu per lacum, mandavi ut quam domũ primam occupassent incenderent: quo factó Tiberienses vi captam urbem rati, abiectis armis supplicabant cum mulieribus & pueris ut victis parcerem. ego vero precibus flexus, impetum militum cohibui: & ¹⁰ dato receptui signo iam vespere ad curandum corpus abij: adhibitoque Simone ad conuiuium, cõsolabar hominem, promittens remissurum me cum Hierosolyma instructum viatico & deductoribus securitatis causa additis. Insequenti verò die cum decem armatorum milibus Tiberiadem ingressus sum: & accitis in stadium primatibus populi, iussi quínam essent defectionis autores dicere. eos indicatos iniectis vinculis misi Iotapam. Ionatham autem & collegas solutos numerato etiam viatico, militibus quingentis deducendos Hierosolyma tradidi. Deinde Tiberienses iterum ad me conueniunt orantes veniam, & quod hætenus cessatum sit repẽsuros se pollicẽtes futuris officiis: rogabantque ut direpta bona veteribus dominis restituerem. ²⁰ mox igitur edixi ut omnia conferrentur in medium. cúmque cunctarentur milites, quendam ex eis conspicatus, cultiorem solito, scitatus sum vnde eam vestem nactus sit: & falsum rapina esse partam castigavi verberibus, omnibus grauiorem pœnam comminatus nisi proferrent quicquid rapuerant: congestaque præda plurima singulis ciuium agnoscentibus sua reddidi. Hoc loco libet paucis reprehendere Iustum huius argumenti scriptorem, cæterosque qui historiam polliciti veritate neglecta, non verentur ad gratiam odiúmque mendacia posteritati prodere: nihil enim ab instrumentorum falsariis differunt, nisi quòd hos magis corrumpit impunitas. Is ut videretur bene tempus insumere, res hoc bello gestas scribere aggressus, multa mentitus de me, ne de sua quidem patria vera loquutus est. Quamobrem nunc mihi incumbit necessitas, ut ad coarguenda quæ de me falso, testatus est, proferam quæ hætenus silui. nec mirum videri debet, quòd tam diu id facere distulerim. ³⁰ historicum enim dicere quidem vera necesse est, licet tamen ei non inuehi in malos acerbius, non quòd illi hac gratia digni sunt, sed propter seruandam modestiam. Ut igitur ad te iam sermonem vertam Iuste historicorum tuo testimonio grauissime, quomodo ego & Galilæi in causa fuimus, ut patria tua deficeret à rege simul & Romanorum Imperio: quandoquidem priusquam ego ex decreto ciuitatis Hierosolymitanæ in Galilæam dux mitterer, tu cum tuis Tiberiensibus armis correptis populariter ausi estis infestare etiam Syrorum Decapolim. Tu enim illorum vicos incendiisti, & in illo conflietu tuus famulus cecidit. atque hæc non à me tantum dicuntur, sed & in Vespasiani imperatoris commentarios relata sunt: quòdque apud Ptolemaidem Decapolitani crebris clamoribus flagitauerunt ut Imperator de te pœnas sumeret, nimirum autore calamitatum suarum omnium. fecissetque id sine dubio, nisi Agrippa rex te sibi ad supplicium deditum, donasset sororis Berenices precibus, seruatum tamen longo tempore in custodia. Quin & ea quæ post gessisti in republica, satis declarant tum viram tuam reliquam, tum quod defectionis à Romanis autor ciuibus tuis fueris: id quod euidentibus argumentis paulo post docebimus. nunc etiam alij Tiberienses propter te accusandi sunt, & docendus lector quòd neque Romanis neque regi fideles amici fueritis. Urbium Galilæarum maximæ sunt Sepphoris & Tiberias tua Iuste patria. Sed Sepphoritæ in meditullio regionis siti, & habentes circa se vicos plurimos, quoniam decreuerant seruare fidem dominis, & me excluderunt, & edicto vetuerunt ne quis ciuium suorum Iudæis militare audeat: utque à me minus sibi esset periculi, per fallacias induxerunt me prius ut mœnibus urbem eorum cingerem. Quibus absolutis præsidium sponte receperunt à Cestio Gallo tum gerente res in Syria, me cõtempo qui tum terrori eram cæteris propter potentiam. Iidem cùm oppugnarentur Hierosolyma & commune gentis nostræ templum esset

in periculo, non miserunt suppetias ne viderentur arma contra Romanos sumere. Tua vero iuste patria sita ad lacum Genesareticum, & distans ab Hippo triginta stadiis sexaginta à Gadaris, à Scythopoli centum & viginti, oppidis ditionis regiae, nullique vicina Iudaicarum urbium, si voluisset facile Romanis fidem seruare potuit. nam & publice & priuatim vobis erat armorum copia. Quòd si ego tunc in causa fui, vt tu iuste dicis, quis fuit postea? nam me scis priusquam oppugnarentur Hierosolyma in Romanorum potestate venisse, & vi capta Iotapata castellaque multa alia, multosque Galilæorum absumptos pugnis variis. Tunc igitur oportebat vos nihil amplius à me timentes arma proicere, & regi ac Romanis accedere, siquidem non ultro sed coactos id bellum suscepisse vos dicitis. At vos expectastis donec Vespasianus ad mœnia vestra omnes admoueret copias, ac tum demum arma posuistis metu periculi. imò expugnanda erat vestra ciuitas, nisi rex excusata vestra stultitia impetrasset vobis à Vespasiano veniam. Non mea igitur est culpa, sed vestra qui hostiles gessistis animos. An non meministis quoties victoria de vobis potitus neminem interfecerim. Vos vero dissidentes inter vos non propter regis aut Romanorum studium, sed propter vestram maliciam, centum octogintaquinque ciues occidistis, quo tempore ego à Romanis oppugnabar in Iotapatis. Quid an non in Hierosolymitana obsidione recensita sunt Tiberiensium duo milia, qui partim ceciderunt, partim viui capti sunt. An ideo te hostem fuisse negabis, quia tum ad regem perfugeras? Atqui hoc ipsum te fecisse aio à me perterritum. Dicis me esse malum hominem. Quid tu cui capitis per Vespasianum damnato rex Agrippa remisit supplicium: & cum te magna pecunia donasset, iterum atque iterum coniecit in vincula, totiesque egit in exilium: semel etiam quem ipse duci iusserat, reuocauit à morte motus Berenices sororis suae precibus. Postea toties in maleficiis deprehensum cum te praeponisset scribendis epistolis, vt comperit hic quoque te mala fide rem agere, in conspectum suum venire prohibuit. Sed in hæc diligentius inquirere desino. Cæterum tuam demiror impudentiam, qui asseueres omnibus qui hoc argumentum scripserunt te id tractasse melius, cum ne hoc ipsum quidem scias, quid in Galilæa gestum sit. Eras enim tum apud regem in Beryto, ac ne Iotapata quidem oppugnationem cognouisti, aut quomodo me oppugnatus gesserim potuisti discere, quando nemo superstes fuit qui tibi renunciare valuerit. Sed forte dices te exacte perscripsisse quæ circa Hierosolyma gesta sunt. Et quæ potuisti, cum nec ei bello interfueris, nec legeris Vespasiani commentarios. Non legisse te autem hinc conicio, quia scripsisti contrarium. Quòd si confidis te scripsisse melius omnibus, cur viuo Vespasiano ac Tito quorum auspiciis id bellum gestum est, & Agrippa superstite cognatisque eius viris Græcarum literarum peritissimis, non edidisti tuam historiam? Ante viginti enim annos eam scripseras, & poteras à consciis habere testimonium. Nunc postquam illi non sunt inter nos amplius, nec putas esse qui coarguat, ausus es librum edere. At non sic ego, neque meis scriptis timui: sed ipsis opus id imperatoribus tradidi, cum adhuc recens id bellum penè versaretur in hominum oculis. Conscius enim mihi eram veritatis seruatae per omnia, vnde speratum testimonium consequutus sum. Quin & aliis multis mox communicauì eam historiam, quorum nonnulli bello interfuerant, sicut rex Agrippa & cognati eius aliquot. ipse sanè Titus Imperator adeò è solis illis libris cognitionem earum rerum homines petere voluit, vt sua manu subscriptos in bibliotheca publicari iusserit. Rex autem Agrippa septuagintaduas ad me dedit epistolas, testimonium veritatis ferentes, quarum duas subieci, vt ex ipsis rem tibi cognoscere liceat. Rex Agrippa Iosepho suo carissimo salutem. Perlibenter legi tuum librum, in quo mihi videris accuratius hæc scripsisse quàm cæteri. Quare & reliquum mihi mittito. Vale mi carissime. Rex Agrippa Iosepho suo carissimo salutem. Ex tuis scriptis mihi videtur non esse opus vt de me discas aliquid. Attamen vbi conueniremus, coram te docebo quædam quæ nescias. Sic ille absolutæ meæ historiæ de veritate fuit testis, non assentando: neque enim id eum decuit: non item per irrisionem vt tu fortasse dicturus es: multum enim ab eo abfuit talis ingenij prauitas: sed in hoc tantum vt ipsius testimonio lectori commendaretur

daretur scriptorum meorum veritas. Et hæc quidem ad Iustum necessariorum dicta sunt
 hætenus. Ego porro compositis rebus turbatis Tiberiensium, aduocaui amicorum
 consilium, consulaturus quid cum Ioanne agendum sit. Placuit autem omnibus, ut
 armatis vniuersis Galilæorum copiis illum inuaderem, & pœnas de eo sumerem tan-
 quam autore totius dissidij. Mihi tamen non probabatur hæc sententia, quod mal-
 lem sine cæde tumultibus illis finem imponere. Quapropter iussi eos omnem adhi-
 bere diligentiam ut scirentur nomina Ioannem sectantium. Quo facto, & comperto
 quinam essent hi homines, edictum proposui, quo data fide inuitabam omnes eius
 factionis qui modò resipiscerent, ad amicitiam: præscripto viginti dierum termino
 10 his, qui suis rebus vellent consulere. Alioqui si in armis permanerent, minabar me
 incensis eorum ædibus facultates daturum in prædam populo. his auditis illi non me-
 diocriter perterriti Ioannem deserunt: & inermes ad me venerunt numero quatuor
 milia. Soli autem apud eum manserunt ciues ipsius, & mille quingenti mercenarij
 Tyrij. Atque hac arte victus à me ille posthac in patria metu se continuit. Sub idem
 tempus Sepphoritarum ausi sunt arma sumere, freti firmitate mœnium, & quod me vi-
 derent distineri rebus alijs. Itaque mittunt ad Cestium Gallum tunc Syriæ præsidem,
 rogantes ut aut ipse cito ciuitatem occupet, aut saltem mittat eò præsidium. Gallus
 verò venturum quidem se promissit, sed non significauit quo tempore. at ego id sen-
 tiens cum copiis in eos feci impetum, & urbem expugnaui fortiter. Hanc occasio-
 20 nem Galilæi nacti, & rati venisse tempus exatiandi quibus & Sepphoritas prosequen-
 bantur odia, videbantur funditus deleturi tam urbem quam incolas. Irruentes igitur
 in vacuas ædes ignem iniiciunt: nam homines metu in arcem refugerant. Diripien-
 bantur autem omnia, & nullum modum faciebant deprædandi cognatos homines.
 Hoc auimaduertens, & magno dolore affectus iussi eos desinere, admonens nefas
 esse ad eum modum tractare eiusdem tribus homines. Postquam verò neque preci-
 bus neque imperio coerceri poterant prægrauantibus odijs, mandaui amicorum fi-
 dissimis, ut rumorem spargerent, diuersa parte irrupisse Romanorum validum exer-
 citum. Id autem feci ut sic represso Galilæorum impetu seruaretur Sepphoritarum
 ciuitas. Et bene hoc stratagema celsit, quando territi tali nuncio relictis rapinis, cir-
 30 cumspiciebant quò fugerent: præsertim cum viderent me ducem idem facere. Ad
 confirmandam enim rumorem simulabam me pariter metuerem. Ita Sepphoritarum meo
 commento præter spem seruati sunt. Sed & Tiberias minimum quin diripere-
 tur absuit ob causam huiusmodi. Primarij quidam senatores scripserunt regi, rogan-
 tes ut veniens ciuitatem reciperet. Rescripsit ille venturum se propediem, & cuidam
 suo cubiculario nomine Crispo genere Iudæo literas ad Tiberienses perferendas tra-
 didit. Hunc in itinere agnitum & comprehensum ad me pertraxerunt Galilæi: moxque
 re cognita vniuersa multitudo arma corripit. Postridie verò multi confluentes vn-
 dique venerunt Asochim quò tunc diuerteram, vociferando proditricem esse & re-
 gis amicam Tiberiadem: postulabantque ut permitterem eos illò profectos fundi-
 40 tus ciuitatem diruere: & alioquin Tiberienses non minus quam Sepphoritas ode-
 rant. Mihi interim non veniebat in mentem quomodo eam ciuitatem iratis Galilæis
 eriperem. Nam literas regem vocantes scriptas ab eis inficiari non poteram, mani-
 feste arguente eos rescripto regio. Itaque cum diu tacitus mecum cogitarem, Tibe-
 rienses, inquam, peccasse & ipse fateor: neque obsistam quò minus vobis prædæ sint.
 Attamen cum iudicio faciēda sunt talia: Non enim soli Tiberienses libertatis nostræ
 proditores sunt, sed multi præterea Galilæorum nobilissimi. Expectandum est dum
 fontes inquisitione facta comperiam, & tunc demum poteritis omnes simul tractare
 pro meritis. Hæc loquutus persuasi multitudini, moxque sedati dispersi sunt. Nun-
 cium autem illum regis cum coniecissem in vincula, post paucos dies necessariam
 50 quandam protectionem simulans, clam accitum monui, ut militem suum custodem
 obrueret poculis, atque ita ad regem fugeret. Tiberias autem iam iterum constituta
 in extremo excidij periculo, meo stratagemate seruata est. Eodem tempore Iustus
 Pisti filius ad regem per fugit me inscio: causa autem fugiendi fuit hæc. Cum primum
 nasceretur bellum Iudaicum, Tiberienses decreuerant regi parere, & à Romanis
 non

non deficere. Iustus vero persuasit eos arma capere, sperans rebus turbatis inuasurum se patriæ tyrannidem. Non tamen assecutus est quod concupiit. Nam & Galilæi Tiberiensibus infensi recordatione eorum quæ ante bellum ab eis passi fuerant, non sinebant Iustum potiri gubernaculis: & ego cum potestate missus in Galilæam à Hierosolymitano populo, sæpenumero adeo accēdebar, ut vix à nece temperarem, non ferēs Iusti sceleratum ingenium. ille igitur veritus ne ira tandem in cædem prorumperet, ad regem se contulit, sperans commodius & securius apud eum se posse degerere. Sepphoritæ autē præter opinionem elapsi è priore periculo, iterum ad Cestium Gallum miserunt, rogātes ut ocyus ciuitatem caperet, aut mitteret aliquam manum militum, quæ incursiones hostium reprimeret: nec prius destiterunt, quàm illo mit-¹⁰ tente equites & pedites bene multos, noctu eos reciperent. Vastatis deinde circum vicinis agris à Romano exercitu, collectis meis militibus veni in Garisimam: vbi positus castris viginti stadiorum interuallo procul à Sephori, noctu assultum feci ad mœnia: cumque per scalas euassissent in ea multi milites, bonam vrbs partē in potestate habui. Sed paulo post coacti propter locorum ignorantiam recessimus, occisis duodecim Romanorum peditibus & duobus equitibus, præterque Sepphoritarum paucis aliquot: ipsi vero vnum solum desiderauimus. Aliquanto post in planicie conferto prælio cum equitibus, diu repugnantes fortiter, tandem profligati sumus. circum-²⁰ uento enim me à Romanis, nostri terga verterunt eo casu territi. In ea pugna cecidit Iustus vnus meorum satellitum, qui olim in regio satellitio fuerat. Per idem tempus venerant regiæ copię peditum simul & equitum, ducente Sila præfecto regis satellitum. hic ad quintum stadium procul à Iuliade castris munitis stationes militū disposuit per vias, eam quæ fert Cana, quæq; in castellum Gamala, ut eorum locorum habitatoribus commeatus intercluderet. Quo audito misi eò duo milia militum cum præfecto Hieremia: qui positus prope Iordanem annem castris à Iuliade interuallo stadij, nihil præter velitationes quasdam fecerunt, donec ipse ad eos veni cum tribus militum milibus. Sequenti verò die celatis prius insidiis in valle quadam non longe à castris hostium, prouocabam ad pugnam regios, mandato ut nostri simulata fuga ad locum infessum sequētes pertraherent, id quod factum est. Sila enim ratus nostros sedulo fugere, eò prouectus est ut à tergo haberet militem locatum in insidiis,³⁰ quod eius copias valde terruit. tum ego celeriter conuersus inuasi regios, & in fugam compuli: fuissēque potitus ea die insigni victoria, nisi fortuna quædam male inuidisset nostris conatibus. Equus enim ex quo pugnabam in cœnosum quendam locum delatus vnà mecum prolapsus est: quo casu contusis manus articulis, deportatus sum in vicum Cepharnoma. id auditum à meis reuocauit eos à persequendis hostibus, quod valde solliciti essent nequid durius mihi accideret. accitis igitur medicis & curata manu, mansi ibi eam diem correptus febre etiam: deinde ex medicorum sententia noctu translatus sum Taricheas. quod vbi Silæ & regiis est cognitum, rursum eis animos addidit. & quia negligentius custodiri castra audierant, noctu trans Iordanem collocata in insidiis turma equitum, diluculo prouocauerūt nostros⁴⁰ ad prælium. Quibus non detrectantibus & progressis in planiciem, coorti è latebris equites turbatis nostrorum ordinibus coegerunt eos fugere: interfectisque sex tantum è nostris reliquerunt imperfectam victoriam. audito enim quosdam milites aduectos esse per lacum à Taricheis Iuliada, metu cecinerunt receptui. Non multo autem post Vespasianus comitante Agrippa rege Tyrum peruenit: vbi clamores Tyriorum in regem coorti sunt, hostem suum simul & Romanorum appellantis. ducem enim eius militiæ Philippum prodidisse Hierosolymis regiam, & Romanorum in ea præsidium, idque factum iussu regis ipsius. Vespasianus autem obiurgata Tyriorum impudētia, quod virum dignitate regia sublimem & Romanorum amicum, afficerent contumeliis: ipsi regi suasisit mittere Philippum Romam ad reddendam ra-⁵⁰ tionem eorum quæ gesta sint. Sed Philippus in conspectum Neroni non venit: cum enim offendisset eum laborantem extremo periculo propter bella ciuilia, retro ad regem reuersus est. Postquam autem Ptolemaidem Vespasianus attigit, Decapolitanorum primates magnis clamoribus Iustum deferabant, quod vicos eorum incen-
derit:

derit: quamobrem ille regi eum dedit, vt subditis ipsius pœnas lueret. rex verò imperatore inscio coniecit hominem in vincula, vt iam antè diximus. Tum Sepphoritz obuiam progressi salutato Vespasiano præfidiū ab eo accipere duce Placido: cum quibus mihi negotium fuit donec ipse Imperator venit in Galilæam. De cuius aduentu, & quomodo post primum ad Taricheas cōflictum recepi me Iotapata, atq; ibi post longam oppugnationem viuus captus sum, quomodo ve solutus, quæq; gessimus Iudaici belli tempore, hæc omnia in libris de eo bello conscriptis narrauimus: nunc memoranda videntur & illa, quæ in eis libris non diximus, duntaxat quæ ad vitam nostram pertinent. Expugnatis Iotapatis in Romanorum potestatem redactus asseruabar summa diligentia, in honore tamen à Vespasiano habitus, cuius etiam iussu duxi captiuam quandam virginem Cæsariensem patria. hæc nō diu mecum mansit, sed me soluto, & in comitatu imperatoris hærente, abiit Alexandriam. Alteram vxorem duxi Alexandriæ, & inde cum Tito missus sum Hierosolyma: vbi sæpe mortis periculum adij, Iudæis magnopere conantibus me capere, vt afficerent supplicio, & Romanis quoties aliqua clades accideret, meæ proditioni imputantibus, & Imperatori continenter acclamantibus, vt proditorem tolleret. At Titus non ignarus belli vicissitudinum, importunas militū vociferationes trans mittebat silentio. Vrbe deinde vi capta, sæpe hortatus est me, vt ex ruinis patriæ quicquid vellem sumerem, dans mihi hoc faciendi licentiam. ego verò collapsa patria nihil ad consolationem mearum calamitatum duxi potius quàm poscere libera corpora, quæ vnà cum sacris voluminibus libenter mihi ab imperatore concessa sunt. non multo post & frater cum amicis quinquaginta mihi deprecatori donatus est: in templum etiam ingressus permissu illius, cum inuenissem ibi inclusam magnam mulierum & puerorum multitudinem, quotquot ex eis amicorum meorum & familiarium esse comperi, eripui omnes circiter centum & quinquaginta numero: quos ne precio quidem accepto dimisi in pristinum statum redditos. Missus deinde à Tito Cæsare cum Cereali & mille equitibus in vicum qui Thecoa dicitur, ad considerandum an locus esset castris idoneus, cum illinc reuertens viderem multos captiuos in crucem suffixos, & in his tres mihi quondam familiares agnoscerem, vehemēter indolui, & cum lachrymis accedens indicaui rem Tito: qui cuestigio iussit demptos curari diligentissime. horum duo inter medicorum manus exhalauerunt animam, tertius verò superuixit. Cōpositis deinde Iudææ rebus Titus coniiciens rus quod habebā circa Hierosolyma mihi fore inutile, propter milites Romanos, qui ibi relinquendi erant ad regionis custodiam, alia prædia mihi donauit in campestribus: & repetiturus Romam, honoris causa nauigationis me assumpsit socium. vt verò in urbem peruenimus, multis Vespasianus me dignatus est beneficiis. nam donatum ciuitatis iure diuersari iussit in ædibus quas ipse antequam Imperator fieret habitauerat, pensionēque honorauit annua, nihil de benignitate subtrahens donec viueret, id quod periculum mihi conciliauit per meæ gentis inuidiam. Iudæus enim quidam Ionathas nomine tumultu apud Cyrenen excitato, & collectis indigenarum duobus milibus, illis quidem autor fuit exitij: ipse verò victus ab eius prouinciæ præside, & ad Imperatorem missus, aiebat à me sibi subministrata arma & pecunias. nec tamen Vespasiano suis mendaciis imposuit, sed damnatus luit pœnas capite. Post hæc & aliis inuidorum appetitus calumniis, omnes euasi Dei prouidentia. à Vespasiano præterea dono accepi in Iudæa latifundium, quo tempore vxorem dimisi offensus incommodis eius moribus, quamuis iam tres ex ea suscepissem liberos: quorum duo defuncti sunt, Hyrcano solo superstite. Post eam duxi aliam mulierem Cretensem Iudæam genere, parentibus natam domi nobilissimis, & moribus inter cæteras eximiis, vt ex conuictu eius comperi. ex hac duo mihi nati sunt filij, Iustus grandior, & post eum Simonides Agrippa cognomine, & huiusmodi quidem sunt res nostræ domesticæ. mansit autem mihi perpetua Cæsarum beneuolentia. Nam defuncto Vespasiano Titus successor in eodem quo pater honore me semper habuit, nec vllis aduersum me accusationibus vnquam credidit. Post hunc Domitianus maioribus etiam me cumulauit honoribus. nam & accusatores meos Iudæos capite puniit, & seruum eunuchum filij mei pædagogum, meum calumniatorem puniri mandauit. & quod est honorificen-

Q.

tissimum

tissimum, immunitatem prædiorum, quæ in Iudæa habeo, mihi concessit. Domitia porro Cæsaris vxor nunquam mihi bene facere destitit. Hæc sunt, quæ per omnem vitam à me gesta sunt, ex quibus qui volet de moribus meis iudicet. Tibi autem Epaphrodite virorum optime dedicato Antiquitatum toto contextu, hîc in præsentiarum scribere defino.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM

*Iudaicarum libri vigesimi finis, & loco Appendicis vita Iosephi ipsius,
Sigismundo Gelenio interprete.*

10

FLAVII IOSEPHI

DE BELLO IYDAICO

LIBRI VII.

*Interprete Rufino Aquileiensi, ad Græcum collati & emendati per
Sigismundum Galenium.*

20

P R O L O G V S.



VONIAM bellum, quod cum populo Romano gessere Iudæi, omnium maximum, quæ nostra ætas vidit, quæq; auditu percepimus, ciuitates cum ciuitatibus gentesve commisisse cum gentibus: quidã, non quòd rebus interfuerint, sed vana & incongrua narrantium sermones auribus colligentes, oratorum more perscribunt: qui verò præsto fuerunt, aut Romanorũ obsequio, aut odio Iudæorum contra fidem rerum falsã confirmant: scriptis autem eorum partim accusatio, partim laudatio cõtinetur: nusquam verò exacta fides reperitur historiæ: idcirco statui, quæ retro barbaris antea misi, patria lingua digesta, Græce nunc his, qui Romano Imperio reguntur exponere, ego Iosephus Matathia filius Hebræus genere, sacerdos ex Hierosolymis: qui & initio cum Romanis cõfluxi, posteaq; gestis, quia necessitas exegit, interfui. Nam cum hoc, vt dixi, bellum grauissimum exortum est, Romanorũ quidem populum domesticus motus habebat: Iudæorũ autem, qui ætate validi, & ingenio turbulenti erant, manu simul ac pecunia vigentes adeo tẽporibus insolẽter abusi sunt, vt pro tumultus magnitudine, hos possidendarũ spes, illos amittẽdarum partium Orientis metus inuaderet. Quoniam Iudæi quidẽ cunctos etiam, qui trãs Euphratem essent, gentiles suos, secum rebellaturos esse crediderant. Romanos autem & finitimi Galli irritabãt: nec Germani quiescebant: dissensionũq; plena erant omnia post Nerone: & multi quidẽ temporum occasione Imperiũ affectabant: lucri autem cupidine exercitus rerũ nouandarum cupidi erant. Itaque indignum esse duxi, errantẽ in tantis rebus dissimulari veritatem: & Parthos quidẽ, ac Babylonios, Arabũq; remotissimos & vltra Euphratem gentis nostræ incolas, itẽmq; Adiabenos, mea diligentia vere cognoscere, vnde cõpisset bellũ, quantisq; cladibus cõstituisset quòve modo desisset: Græcos verò & Romanorum aliqui, qui militiam secuti nõ essent, figmentis siue adulationibus captos, ista nescire. Atqui historias audent eas inscribere, qui præter hoc (vt mihi quidem videtur) quòd nihil sanè referunt, etiã de proposito decidunt. Nam dum Romanos volunt magnos ostendere, Iudæorũ res extenuant, & in humilitatem deiiciunt. Non autem intelligo, quoniam pacto magni esse videantur, qui parua superauerint. Et neq; longi tẽporis eos pudet, quo bellum tractũ est: neq; multitudinis Romanorum, quàm in ea militia labor exercuit: neq; ducum magnitudinis: quorũ profecto gloria minuitur, si cũ multum pro Hierosolymis desudauerint, rebus per eos prospere gestis

gestis aliquid derogetur. Nectamen ego contentione Romanas res extollentium, gentiles meos amplificare decreui: sed facta quidem vtrorunque sine vlllo mendacio prosequar: dicta verò de factis reponā, dolori atque affectioni meæ in deflendis patriæ cladibus indulgēs. Nam quòd domesticis dissensionibus est euerſa, & in templum sacroſanctum inuitas Romanorum manus atq; ignem Iudæorum tyranni traxerē, teſtis eſt, qui eam vaſtauit, ipſe Cæſar Titus: per omne bellum miſeratus quidem populum, quod à ſeditioſis cuſtodiretur: ſæpe autē conſulto differri paſſus ciuitatis excidiū, protrac̃to obſidionis ſpacio, dūmodo belli pœniteret autores. Quod ſi quis me aduerſus tyrannos eorūque latrocinium accuſatorie loqui putet, vel patriæ miſeriis inge-

10 mentem calumniari præter legē hitorię, dolori veniā tribuat. Ex omnibus enim, quæ Romano Imperio parent, ſolam noſtrā ciuitatem contigit ad ſummum felicitatis faſti-
giu m euadere, eandēq; in extremum miſeriæ deiici. Deniq; omniū poſt condita ſe-
cula res aduerſas, ſi cum Iudæorū calamitatibus conferantur, ſuperatum iri non ambi-
go. Et horū autor nullus externus eſt: vnde nec fieri poteſt, vt à queſtibus temperetur. Si quis autem durior miſericordiæ ſit iudex, res quidem tribuat hitoriæ, lamenta verò ſcriptori: quāquam merito Græcorum diſertos increpauerim, qui tantis rebus ſua me-
moria geſtis, quarū comparatione præterita olim bella exigua redduntur, iudices reſi-
dent aliorum faciundæ detrahentes: quorū & ſi doctriñā ſuperant, propoſito vincun-
tur. Ipſi verò Aſſyriorū & Medorum geſta perſcribunt, veluti minus recte à ſcriptori-

20 bus antiquis fuerint expoſita: cū in ſcribendo tantum eorum viribus cedant, quantum ſententiæ. Erat enim vnicuiq; ſtudiū, quæ vidiffet facta, conſcribere: quoniam & inter-
uiſſet rebus geſtis, & efficaciter quod promittebat, impleret: mentiriq; apud ſcientes, inhoneſtum eſſe videretur. Enim verò noua quidem neq; ante cognita memoriæ tra-
dere, ſuiq; temporis res cōmendare poſteris, laude ac teſtimonio dignū eſt. Induſtrius autem habetur, non qui alienam diſpoſitionē atq; ordinem tranſfert, ſed qui noua di-
cendo etiam corpus propriū conficit hitoriæ. Sed ego quidem ſumptu ac labore ma-
ximo, qui cū ſim alienigena, Græcis ſimul & Romanis geſtarum rerū memoriā re-
pono. Ipſis autem indigenis, ad quæſtum quidem ac lites, ora patent, linguæq; ſolutæ ſunt, ad hitoriā verò, in qua verum dicendum eſt, ſummāq; ope negotia colligenda

30 ſunt, obmutefcunt: conceſſa infirmioribus neq; ſcientibus licentia ſcribendi res à prin-
cipibus geſtas. Honoratur itaq; apud nos hitoriæ veritas, quæ à Græcis negligitur. Ab
origine quidem Iudæos repetere, qui fuerint quòve pacto ab Ægyptiis diſceſſerint, quāq; regiones errando peragrauerint, & quas vel quoties incoluerint, & quemad-
modum inde migrauerint, neq; huius eſſe temporis, & præterea ſuperuacaneum exi-
ſtmaui: quoniā multi ante me Iudæorum de maioribus huius gētis veriſſima compo-
ſuerunt: & nonnulli Græcorum, quæ illi ſcripſerant, patria voce proſecuti nō multum
à veritate deuiarunt: ex eo autem hitoriæ principium ſumam, quo ſcriptores eorum
& prophetæ noſtri deſuerūt. Et bellum quidem meis temporibus geſtum, latius quāq;
potuero diligentia referam: quæ verò ætate mea ſunt antiquiora, ſummatim breuitérq;

40 percurram: Quomodo Antiochus cognomēto Epiphanes, deuicta penitus Hieroſo-
lyma, cū triennium ſexq; menſes eam tenuiſſet, ab Aſamoniæ filius expulſus eſt. De-
inde quòd eorum poſteri de regno diſſentientes, ad res ſuas occupandas populū Ro-
manum Pompeiūq; traxerunt: quomodóq; Herodes Antipatri filius eorum poten-
tiæ finem fecerit, auxilio Soſij. Tum, quomodo Herode mortuo, plebis in eos orta ſe-
ditio eſt, Auguſto quidem imperante Romanis, Quintilio autem Varo prouinciā
obtinente. Quódq; bellum anno duodecimo imperij Neronis eruperit: quāmq; mul-
ta per Ceſtium acciderint: quantāq; ad primos impetus armis Iudæi peruaſerint: quó-
que modo accolæ permunierint: & quòd Nero propter acceptas Ceſtij ductu clades
ſummæ rei metuēs, Veſpaſianum bello præpoſuerit: & quòd is cum maximo filiorum

50 Iudæam intrauerit, quantūq; Romanorum exercitum ducens: quantāq; manus au-
xiliorum per omnem cæſa fuerit Galilæam: & quòd eius ciuitatū quaſdam vi ceperit,
alias deditione. Vbi etiam Romanorū in bello diſciplinā curāmque rerum, & vtriuſq;
Galilææ ſpatia, & naturā finēſq; Iudææ, necnon & peculiarem terræ qualitatem, la-
cūſq; & fontes, captarūq; ciuitatum mala, cum fide ſicut vidi, aut pertuli, expediam.

Nec etiam miseras meas celauerim, cum scientibus eas relaturus sim. Deinde, quod iam fessis rebus Iudæorum, Nero quidem mortem obierit: Vespasianus autem in Hierosolymam properans, imperij causa retractus sit: quæque signa de hoc ei contigerint, Romæque mutationes: & quod inuitus à militibus, Imperator declaratus sit: & quod eo disponendæ reipublicæ gratia in Ægyptum digresso, Iudæorū status seditionibus agiturus sit: quoque modo tyrānis succubuerint, eorūque inter se discordias mouerint. Et quod ex Ægypto Titus reuersus, bis Iudæorum fines ingressus sit: quoque modo exercitum, & quo in loco congregauerit: vel qualiter, & quoties ciuitatē affecerit ipso præsentē seditio. Aggressus quoque numerosos & quantos erexit aggeres: triūmque murorum ambitum & magnitudinem, siue mensuram, & munitionem ciuitatis: & faci-¹⁰ ni templique dispositionem: ad hæc aræ spacium, mensuramque verissimè dicam: festorum quoque dierum mores aliquos, septemque lustrationes, & munia sacerdotum. Itemque pontificis vestes, sanctaque templi cuiusmodi fuerint, sine aliqua dissimulatione, vel adiectione memorabo. Narrabo deinde tyrannorum in suos gentiles crudelitatem, Romanorūque in alienigenas humanitatem: quotiesque Titus, ciuitatem simul ac templum seruare cupiens, ad concordie fœdera dissidentes prouocauit. Disseram verò populi vulnera, & calamitates: quamque multa mala nunc bello, nunc seditionibus, nunc fame perpeSSI, postea capti sint. Nec verò, aut perfugarum clades, aut captiuorum supplicia prætermittā: vel quemadmodum templum inuito Cæsare conflagrauerit. quamque multæ opes sacræ flamma raptæ sint: ac totius, quæ reliqua erat, ²⁰ ciuitatis excidium: & quæ præcesserant portenta, atque prodigia, vel tyrannorum captiuitatē, vel qui seruitio abducti sunt, multitudinem: aut cui quisque fortunæ sit distributus: & quod Romani quidem belli reliquias persecuti sunt, deuictorūque munimina funditus eruerunt: Titus verò peragrata regione cuncta restituit. eiusdemque reditum in Italiam, ac triumphum. Hæc omnia septem libris comprehensa, adnixus ne vituperationem à rerum scientibus & qui bello interfuerunt sustineam, studiosis veritatis magis quam voluptatis perscripsi. Narrandi autem initium faciam hoc ordine, quo capita sunt digesta.

FLAVII IOSEPHI³⁰

DE BELLO IYDAICO

LIBER I.

De vastatione Hierosolymæ ab Antiocho.

Cap. I.

*Ant. li. 12.
cap. 6.*



VM potentes Iudæorum inter se dissiderēt eo tempore, quo de tota Syria cum Ptolemæo Sexto Antiochus, qui Epiphanes dictus est, ambigebat (erat autem illis contē-⁴⁰ tio de potentia, quod honoratus quisque grauitè ferret similibus subiugari). Onias quidā ē pontificib. postquā præualuit, Tobix filios expulit ciuitate. Illi autē supplices ad Antiochum confugerunt, petentes vt ipsis ducib. in Iudæā irrumperet. Idque regi persuasum est, iampridem sic animato. Quare cum magnis militum copiis egressus & ciuitatem fortiter expugnatā capit, & maximā eorum multitudinem, quibus Ptolemæus carior erat, interfecit. Darāque passim militibus prædandi licētia, ipse & templū spoliauit, & quotidianæ religionis assiduitatem per annos

*Ant. lib. 13.
cap. 4.*

tres, sexque menses inhibuit. Pontifex autem Onias effugit ad Ptolemæum: acceptoque ⁵⁰ ab eo in Heliopolitana præfectura solo, ibi oppidū condidit Hierosolymis simile, templūque ædificauit: de quibus iterum opportunè referemus. Veruntamen Antiocho neque præter spem deuicta ciuitas, neque populatio, neque tantæ cædes satis fuere: sed intemperantia vitiorum, eorūque memoria quæ in obsidione pertulerat, Iudæos cogere

cogere cœpit: vt abrogato more patrio, nec infantes suos circumcidere, porcosque *Ant. lib. 12*
super aram immolarent. quibus omnes quidem aduersabantur, optimus verò quisque *cap. 7.*
propterea trucidabatur. Et Bacchides præsidii ab Antiocho præpositus, ad naturalem
crudelitatem suam præceptis impiis obsecundans, omnimodam iniquitatem excessit:
cùm & singulatim viros honorabiles verberaret, & communiter quotidie speciem ca-
ptæ vr̄bis exhiberet: donec eos atrocitate incommodorum, qui ea patiebantur, ad vin-
dictæ audaciam irritauit. Denique Mathatias Asamonæi filius, vnus ex sacerdotibus, *Ant. lib. 12*
ex vico cui nomē Modin est, cum manu domestica (nam quinque filios habebat) sicis *cap. 7. 8.*
armatus, Bacchidem occidit: & statim quidem præsidiorum multitudinem veritus, in
10 montes refugit. Multis verò ex populo sibi sociatis, recepta fiducia descendit: com-
missioque prælio, superatos duces Antiochi ex Iudææ finibus exegit. Secundis autem
rebus potentiam nactus, suisque volentibus, quòd ab alienigenis eos liberasset, impe-
rans, moritur relicto Iudææ principatu, qui filiorum suorum natu maximus erat. Ille au-
tem (nec enim cessaturum existimabat Antiochum) & indigenarum conflauit exerci-
tum, & cum Romanis primus amicitiam pepigit: Antiochumque Epiphanem iterum
in fines suos ingredientem vehementissima percussam plaga repressit. Adhuc autem
feruente victoria, in præsidia ciuitatis impetum fecit: necdum enim cæsa fuerant: habi-
tòque consuetu, milites de superiori ciuitate, quæ pars sacra dicitur, ad inferiorē com-
pellit. Fano autem potitus, & locum purgauit omnem, muroque cinxit: & vasa noua
20 diuinis rebus curâdis fabricata, in templum intulit, veluti prioribus profanatis: aramque *Ant. lib. 12*
aliam ædificauit, & religionibus dedit initium. Sacro autem ritu vix ciuitati reddito, *cap. 14. 15.*
moritur Antiochus. Regni autem eius, & in Iudæos odij filius Antiochus heres existit.
quare coactis peditum millibus L. equitum autem prope v. millibus, LXXX. verò ele-
phantis, montana Iudææ per partes aggreditur. & Bethsuram quidem oppidum capit.
in loco verò cui Bethzachariæ nomen est, quâ transitus erat angustior, Iudas cum suis
copiis occurrit. & prius quàm congredierentur agmina, Eleazarus frater eius, prospe-
cto præter alios excelsò elephante, turrique maxima & munimentis aureis ornato, il-
lic Antiochum esse ratus à suis procul excurrit: ruptaque hostili acie ad elephantum
vsque peruenit. sed illum quidem quem regem esse opinabatur, cōtingere, quòd mul-
30 tum superemineret, minime potuit. beluam verò in aluo percussam super se deiecit,
& obritus interiit: nulla alia re gesta nisi quòd magnum opus aggressus, vitam gloriæ
posthabuit. qui tamen regebat eleplantum priuatus erat. & si casu in eo fuisset Antio-
chus, nihil plus Eleazaro præstitisset audacia, quàm vt sola spe præclari facinoris mor-
tem videretur optasse. hoc autem fratri eius totius prælij præfagium fuit. nam fortiter
quidem Iudæi diuque decertarunt: sed à regiis secunda fortuna vsis, numeroque præ-
stantibus superati sunt: multisque interfectis Iudas cum cæteris in Gophniticam to-
parchiam refugit. Antiochus autem ad Hierosolymam profectus, ibique dies paucos
commoratus, penuria utensilium abstinit: relicto quidem ibi præsidio, quantum satis
esse arbitrabatur: cætera verò multitudine ad hycmandum deducta in Syriam. disces-
40 su autem regis Iudas non quiescebat, sed accessione multorum suæ gentis animatus, *Ant. lib. 12*
cap. 18. aggregatis etiam quos ex prælio receperat, apud vicum Adasæ cum Antiochi ducibus
congregatur: factisque fortibus in prælio cognitus, multis hostibus interfectis occu-
buit. & in diebus paucis frater eius Ioannes occiditur, insidiis eorum captus, qui cum
Antiocho sentiebant.

De successionibus principum à Ionatha vsque ad Aristobulum. Cap. 11.



50

V M autem successisset ei frater Ionathas, & in aliis quæ ad indige- *Ant. lib. 13.*
nas pertinerent, cautius se ageret, suamque potetiam Romanorum *cap. 1.*
amicitia corroboraret, Antiochi quidem filio reconciliatur. non ta-
men horum ei quicquam profuit ad depellendum periculum. Nam-
que Tryphon tyrannus, Antiochi quidem filij tutor, sed insidiis eum
captans, & præter hoc amicis nudare cupiens, Ionathan cùm ad An-
tiochum paucis comitatus Ptolemaida venisset, dolo comprehendit. eoque vincto
contra Iudæam mouit exercitum. vnde repulsus à Simone Ionathæ fratre, quòdque

Q 3 ab eo

- Ant. lib. 13. cap. 9.* ab eo superatus esset, iratus eundem Iouathan interfecit. Simon autem fortiter regendis rebus intentus, Zæra quidem & Ioppen, & Iamnam capit. Euertit autem & Accaron subactis præsidii; aduersusque Tryphonem Antiocho auxilium præbuit, qui Doram ante expeditionem quam in Medos fecit obsidebat. Sed regis audiatem satiare non potuit, quamuis neci Tryphonis suam quoque operam adhibuisset. Non multo enim post Antiochus Cendebeum ex ducibus suis ad vastandam Iudæam opprimendumque seruitio Simonem cum exercitu misit. Ille autem, quanquam senior erat, bellum tamen iuueniliter administrabat: & filios quidem suos cum validissimis præmisit, parte verò multitudinis comitatus alio latere aggreditur: multisque per multa loca insidiis etiam in montana dispositis, in omnibus superat, clarissimæque poritus ¹⁰ victoria, pontifex declaratur: & ducentos septuaginta post annos Iudæos liberat à dominatione Macedonum. sed & ipse periit in conuiuio, captus insidiis Ptolemæi generi sui: qui eius coniuge, duobusque filiis in custodiam conclusis, certos misit, ut Ioannem tertium, cui etiam Hyrcanus nomen fuit, interficerent. Cognito autem impetu, qui parabatur, adolescens ad ciuitatem properabat, multo populo fretus, & propter memoriam paternæ virtutis, & quod iniquitas Ptolemæi cunctis esset inuisa, voluit autem Ptolemæus etiam alia porta ingredi ciuitatem, sed à populo reiectus est, qui naturius Hyrcanum susceperat. & is quidem statim recessit in quoddam ultra Hierichunta castellum quod Dagon vocatur. Hyrcanus autem paternum honorem pontificis assecutus, postquam Deo sacrificia reddidit, velociter Ptolemæum petit & matri ²⁰ simul & fratribus adiumento futurus: castellumque aggressus, aliis quidem rebus superior erat, iusto autem dolori cedebat. Ptolemæus enim quoties premeretur, matrem eius fratresque in murum productos, palam, ut possent conspici, verberabat: eisdemque præcipitandos, nisi quam primum recederet, minabatur. Vnde Hyrcanum quidem plus timor ac misericordia, quam iracundia commouebat. Mater verò eius nihil plaris, aut intentata nece perterrita, manus protendens, filium precabatur, ne vel suis fractus iniuriis, parceret impio: siquidem ipsa sibi mortem à Ptolemæo propositam immortalitate duceret meliorem, dummodo ille pœnas eorum, quæ in domum suam contra fas admisisset, expederet. Ioannes autem nunc obstinationem matris cogitans, ac preces eius audiens, ad irruendum impellebatur: modò verberari eam lac- ³⁰ rarique conspiciens, effœminabatur: totusque plenus doloris erat. Ob hæc autem diu tracta obsidione, feriatu annus aduenit: quem septimo quoque circuitu redeuntem, apud Iudæos cessare moris est, exemplo septimorum dierum. Et in hoc Ptolemæus obsidionis requiem nactus, fratribus Ioannis vnâ cum matre occisis, ad Zenonem confugit, qui Cotylas cognominatus est, Philadelphiz tyrannum. Antiochus autem ob ea, quæ per Simonem passus fuerat, iratus in Iudæam ducit exercitum: ibique assidens Hierosolymis, Hyrcanum obsidebat. Ille autem patefacto sepulchro Dauid, qui regum ditissimus fuerat, ablatisque inde pecuniæ plus quam tribus millibus talentorum, & Antiocho persuasit, datis ei trecentis talentis ab obsidione discedere, primisque Iudæorum priuatis opibus alere peregrina cœpit auxilia. Rursusque tamen quan- ⁴⁰ do Antiochus contra Medos bello suscepto tempus ei vindictæ præbuit, confestim aduersus ciuitates Syriæ perrexit, vacuas propugnatoribus esse ratus: quod & verum fuit. Medabam quidem & Samæam cum proximis, necnon & Sichimam, & Garizim ipse cepit, & super his Chuthæorum gentem, adiacentia fano loca incolentium, ad exemplum eius, quod est Hierosolymis, ædificato. Cepit autem & Idumææ non paucas alias ciuitates, & præterea Doreon, & Marisa. In Samariam verò usque progressus, vbi nunc est Sebaste ciuitas ab Herode rege condita, ex omni eam parte concludit: filiosque suos Aristobulum & Antigonum obsidioni præfecit. Quibus nihil remittentibus, ad hoc famis penuria, qui erant intra ciuitatem venerunt, ut etiam insuetam carnem cogerentur attingere. Igitur Antiochum adiuto- ⁵⁰ rem sibi aduocant, Spondium cognominatum. qui cum prompta eis voluntate paruisset, ab Aristobulo & Antigono superatur. & ille quidem ad Scythopolim usque persequentibus eum, memoratis fratribus effugit: hi verò in Samariam reuersi, & multitudinem iterum intra murum concludunt, & expugnata ciuitate ipsam diruunt:

diruunt: & habitatores eius captos abducunt. Prospere autem gestis ita cedentibus, alacritatem refrigerare non sinebant: sed cum exercitu Scythopolim vsq; progressi, & ipsam peruaserunt, & agros intra Carmelum omnes, inter se partiti sunt.

De Aristobulo, Antigono, Iuda Essæo, Alexandro, Theodoro, & Demetrio. Cap. III.



SECUNDARVM autem rerum Ioannis & filiorum eius inuidia seditionem gentilium concitauit, multique aduersus eos collecti non quiescebant, donec aperto bello deuicti sunt. reliquum verò tempus Ioannes cum fortunatissime viueret, & optime rebus per annos xxx. & tres administratis, & quinque filiis relictis moritur: vir plane beatissimus, & qui nullam dedisset occasionem, cur eius causa de fortuna quispiam quereretur. Denique tria vel maxime præcipua solus habebat. nam & gentis princeps, & pontifex erat, & præterea propheta: cum quo Deus ita colloquebatur, vt futurorū nihil penitus ignoraret. quinetiam de duobus maioribus filiis suis, quòd rerum domini permāsurū non essent, præuidit atq; prædixit. quorum vitæ quis fuerit exitus, narrare non indignum videtur, quantumq; a paterna felicitate diuerterint. Patre nanque mortuo maior Aristobulus translato in regnum principatu, diadema sibi primus imposuit: quadringentis & octoginta annis ac tribus mēlibus, postquam populus in eam terrā deuenit seruitio quod apud Babylonios sustinuit liberatus. Fratrem vero à se secundum Antigonū (nanq; illum diligere videbatur) in honore pari producebat: alios autem victos custodiæ tradidit. Matrēque itidem colligauit, ausam aliquid de potestate contendere. nanque hanc rerum dominam Ioannes reliquerat. Eòque crudelitatis processit, vt victam fame necaret. Horum autē facinorū pœnas Antigoni fratris morte persoluit, quem plurimum amabat, quēmq; regni participem habebat. nam & hunc interemit, adductus criminationibus per maleuolos regni compositis. Itaque primo quidem Aristobulus dictis fidem non habebat, qui & fratrem magnipēderet, & pleraque liuore fingi arbitraretur. Sed cum Antigonus ex militia clarus rediisset, festis diebus, quos tabernaculis positis Deo celebrare mos patrius exigebat, euenit eodem tēpore vt aduersa valetudo Aristobulum corripere. Antigonus verò circa festorū solenniorum finem armatis comitatus templum ad orandum quammaxime petiuit, plūsque in honorem fratris ascendit ornatus. Tūmq; delatores nequissimi regem adeuntes, & armorum pompam, & Antigoni arrogātiā priuata fortuna maiorem esse criminabantur: quòdque maxima caterua stipatus, vt illum interficeret eò venisset: nec enim perpeti honorē solum ex regno habere, cui regnum ipsum liceat obtinere. His paulatim, quamuis inuitus tamen credidit Aristobulus, ac ne vel suspicari quicquam videretur, prospiciēs, & vt incerta præcaueret, suos quidem satellites in quendam subterraneum & tenebrosū locum transire iubet. Ipse autem iacebat in castello, Bari antè, post autem Antonia cognominato: & vt inermi quidem parcerent, occiderent autem Antigonom, præcepit, si cum armis adiret. necnon & ipsū Antigono qui præciperent mihi, vt inermis veniret. ad hæc regina satis callidū cum insidiatoribus consilium capit. nanque his qui ad eum missi fuerant persuadet, vt mandata quidem regis taceant, dicāt verò Antigono, quòd frater audisset, arma sibi eum pulcherrima in Galilæa ornatūque bellicū fabricasse: quæ ne singulatim inspiceret, morbo impeditum fuisse: nunc autem, præsertim cum aliò discessurus sit libenter eum videret armatū. His auditis, Antigonus (ne quid enim male suspicaretur, fratris suadebat affectus) cum armis velut ostentatum se veniens, properabat. Sed vbi ad obscurū transitum, qui Stratonis pyrgus vocabatur, accessit, à satellitibus interceptus est: certūmq; documentum præbuit, omnē beneuolentiā, iūsque naturæ calumniis cedere, nullāque optimarum affectionum tantū valere, vt inuidiæ perpetuo possit obistere. In hoc autē etiam Iudam quis non rectē miretur? Essæus erat genere, qui nunquam diuinādo aberrauit, neque mentitus est. Is Antigono transeunte per templum, mox vt eum vidit, ad notos qui aderāt exclamauit (non paucos autē discipulos siue consultores habebat) Papè, nunc mihi pulchrū est mori, quando ante me veritas interiit; mearūmq; prædictionum aliquod mēdacium deprehensum est. Viuit enim iste Antigonus, qui hodie deberet occidi. Locus autē neci eius apud Stratonis pyrgum fatus

fuerat destinatus. & ille quidem sexcētorum abhinc stadiorū interuallo distat. Horæ verò diei sunt quatuor: sed & vaticinationem tempus effugit. Hæc locutus senior, mœsto vultu & mente sollicita secum multa reputabat. & paulo post interfectus Antigonus nunciatur, in loco subterraneo, qui eodem nomine quo maritima Cæsarea, Stratonis pyrgus appellabatur: & hoc fuit quod vatem fefellit. At verò Aristobulo confestim sceleris pœnitundine morbus ingrauescit: semperq; facinoris cogitatione sollicitus, perturbato animo tabescebat, donec mœroris acerbitate visceribus lacertis subito sanguinem vomeret. Hunc ergo vnus è seruulis eius ministerio destinatus foras efferens, prouidentia numinis errauit: & vbi Antigonus erat occisus, super extantes adhuc cædis maculas cruorem interfectoris effudit. Ululatu autē eorum qui id conspexerant continuo sublato, tanquam puer de industria sanguinē illic libasset, clamor ad aures regis peruenit, causamque requirebat: & cum eam prodere nullus auderet, ad rescindendum magis ardebat. ad extremum verò minitanti, vimque adhibenti, verū quod erat indicauerunt: atq; ille cum lachrymis opplesset oculos, quantumque poterat ingemuisset, hæc dixit: Sperandum certè non erat, vt maximū Dei lumen facta mea nefaria laterēt. nam citò me vltix cognatæ cædis iustitia persequitur. Quàm diu ô corpus improbū fratri matrīque damnatam animā detinebis? quàm diu paulatim illis libabo sanguinē meum? simul totum accipiant: neq; iam meorum viscerum inferias fortuna derideat. His dictis ilico moritur, cum non plus anno regnasset. Vxor verò fratrem eius vinculis dissolutis regem constituit Alexandrum, qui ætate maior erat, & modestia præstare videbatur. Sed ille potestatem adeptus, fratrem quidem alterū regnum appetentē occidit: alterum autē priuata vita contentū ablatis rebus secum habebat. Prælium etiā cum Ptolemæo cognomēto Lathyro committit: qui oppidum Asochin ceperat, & multos quidem peremit hostium, sed victoria in Ptolemæi partes propensior fuit. Postea verò quàm ipse pulsus à matre Cleopatra discessit in Ægyptum, & Gadaram obsidione capit Alexander, & castellum Amathuntis, omniū maximū quæ trans Iordanē sita erant, vbi preciosissima quæque bonorum Theodori filij Zenonis habebantur. At Theodorus repente superueniens, & proprias res recipit, & sarcinas regis aufert, Iudæorumque ferè decem millia interficit. Verū Alexander receptis post cladē viribus, aggressus maritimas regiones Raphiam capit, & Gazam, itēq; Anthedonē, quæ postea ab rege Herode Agrippias nominata est. His autem seruitio domitis, cōcitatur in eum festo die populus Iudæorū. Nam plerumq; epulæ seditiones accendunt. nec videbatur insidias posse comprimere, nisi conductitios haberet auxilio Pisidas & Cilicas: nam Syros mercenarios respuebat, propter ingentiam cum Iudæorum gente discordiam. Cæsis autē supra octo milibus ex turba rebellium, Arabiæ bellū intulit. Ibique Galaaditis ac Moabitis subactis, tributōque his imposito, ad Amathunta regressus est. Cūq; Theodorum metus eius secundis successibus perculisset, castellum sine præsidio repertū funditus eruit. mox autē congressus cum Oboda rege Arabum qui locū fraudi opportunū in Galaadensi regione occupauerat, captus inlidiis totum amisit exercitū in vallem altissimā compulsum, atq; obtritū multitudine camelorū. Ipse vero elapsus in Hierosolymā, olim sibi gentē infensam ad nouarū rerum motus magnitudine cladis accendit. Fit autem etiā tunc superior, crebrisq; præliis non minus quinquaginta millibus Iudæorum per sex annos interfecit: nequaquam tamen victoriis lætabatur, quoniam regni sui vires cōsumeret. Vnde armis omisis, sermone placido cum subiectis redire in gratiā conabatur. Illi autē inconstantiam eius morūq; varietatē in tantū oderant, vt percontanti, quoniam pacto eos sedare posset: dicerēt, si moreretur. nam vix etiā mortuo daturos veniā, qui tam multa scelerate fecisset. simul etiā Demetrii auxiliū, cui cognomen Acæro, accersuerūt. qui cū his maiorum præmiorum spe facile paruisset, venissetq; cum exercitu, miscētur auxiliis eius Iudæi circa Sichimā. Vtroq; tamen Alexander mille quidem equitibus, sex autē peditum mercenariorum millibus exceperit, cū haberet rex Iudæis quoq; prope ad decē millia bene sibi cupientiū, aduersarum partis essent equitū tria millia, peditūq; millia quadraginta. Et priusquam veniretur ad manus, intercedentibus nunciis & præconibus, reges transfugia tentabāt: Demetrius

*Ant. lib. 13.
cap. 19.*

*Ant. lib. 13.
cap. 20.*

Demetrius quidem Alexandri mercenarios, Alexander autem Iudæos qui Demetrium sequerentur, obtemperaturos sibi sperantes. Sed cum neque Iudæi sacramenta, neque fidem Græci contemnerent, armis iam quo minus decernebant. Superatque prælio Demetrius, quamuis Alexandri mercenarij multa & animose & fortiter gessissent. Euētus autem pugnae præter spem cedit utrique. nam neque hi qui Demetrium acciuerant, in partibus victoris permanserūt: & immutatae fortunæ misericordia, sex Iudæorum milia se ad Alexandrum, qui in montes effugerat, contulerunt. Huius inclinationis momentum Demetrius ferre non potuit: sed Alexandrum iam quidem collectis viribus prælio sufficere ratus, omnem verò gentem ad eum transire existimans, mox inde digressus est. non tamē reliqua multitudo ob abscessum auxiliorum simultates deposuit: bello autem assiduo tam diu cum Alexandro decertabat, donec plerisque interfectis cæteros in Bemefelim ciuitatem cōpulit, eaque subacta in Hierosolymam captiuos abduxit. Verūm immoderata fecit iracundia, ut crudelitas eius ad impietatem vsque procederet. Octingentis enim captiuorum in media ciuitate crucifixis, mulieres earūque filios in conspectu matrum necauit, atque hæc potās, & cum suis concubinis recubans, prospectabat. Tanta autem populū terror inuasit, ut etiam diuersæ partis studiosi proxima nocte octo millia hominum extra totam Iudæam profugerent: quorum exilij mors Alexandri finis fuit. Cū eiusmodi factis tandem ægrēque regni otium quæsisset, ab armis requieuit.

20 *De bello Alexandri cum Antiocho & Areta, deq; Alexandra & Hyrcano. Cap. II II.*



VR SVS autem fit ei turbarū initium Antiochus, qui etiam Dionysus dictus est, Demetrii quidē frater, sed eorum nouissimus, qui Seleucum generis autorē habebant. hunc enim timēs qui Arabas parato bello pulsarat, totū quidem super Antipatrida montibus proximum, & inter Ioppes littora spaciū, fossa altissima diremit. ante fossam verò murū ædificauit excelsum, turresque ligneas, ut faciles aditus obstrueret, fabricauit: nec tamen Antiochū arcere valuit. Exustis enim turribus fossisque repletis, cum suis copiis transgressus est. Vindictaque posthabita, qua deberet eum à quo prohibitus est vlcersi, protinus contendit in Arabas. Horū autē rex in loca suæ nationi cōmodiora cedens, mox ad pugnam cum equitatu reuersus (habebat autē numerū decē millium) imparatos ex improviso Antiochi milites inuadit. Valido autē prælio commisso, quā diu quidē supererat Antiochus, durabat eius exercitus, quamuis eum passim Arabes trucidarēt. Vbi verò procubuit (succurrendo enim victis semper in periculis aderat) omnes terga dederunt: maximaque pars eorum cū in acie, tum in fuga absimitur. Reliquos autem in vicum Cana delapsos, alimentorū penuria perire cōtigat, præter admodū paucos. Hinc Damasceni Ptolemæo Minnæi filio infensi Aretā sibi sociant: Syriaque cædes regē cōstituunt, qui bello illato Iudææ, postquam pugna vicit Alexandrum, pactione discessit. Alexander autē Pella capta Gerasam petiuit rursus opum Theodori cupidus: triplicique ambitu circumdatis defensoribus, locum expugnauit. Necnon & Gaulanen & Seleuciā, & eam quæ Antiochi Pharanx dicitur, sub iugū mittit. Ad hæc autē capto Gamala castello validissimo, eiusque præfecto Demetrio multis criminibus inuoluto, in Iudæā regreditur, expleto in militia triennio: lætusque à gentilibus ob res prosperè gestas excipitur. Belli autē requiē secutum est morbi principiū. Et quoniā quartano febriū recurſu fatigabatur, depulsum iri valetudinē credens, si rursus animū negotiis occupasset, intēpestiua militiæ sese dedit: & ultra vires corpus laboribus vexans, inter ipsos tumultus trigesimo & septimo regni anno moritur: idque Alexandræ cōiugi suæ reliquit: Iudæos eius vel maxime dicto obediētes fore non dubitās: quod longe ab eius crudelitate discrepās; & iniquitati resistens, beneuolentiā sibi populi comparasset. Neque spes eum fecellit. Nanque opinione pietatis obtinuit muliercula principatū. Quippe quæ morē gentis patriū probe norat, & qui sacras leges temerassent ab initio detestabatur. Cū autē duos filios Alexandro genitos haberet, natu quidem maximū Hyrcanū, & propter ætatem declarat pontificem, & quod præterea senior esset quā ut potestate regia molestus cuiquā videretur, regē cōstituit: minorē autē Aristobolū, priuatū viuere maluit, quod feruētioris esset ingenij. Iungit autē se eiusdē

Q 5

mulieris

*Ant. lib. 13.
cap. 22.*

mulieris dominationi quædam Iudæorū factio, Pharisei: qui præter alios pietatē colere putarentur, & peritius leges interpretari: ob eam causam magis eos suspiciebat Alexandra, diuinæ religioni superstitione deseruiens. Illi autē paulatim fœminæ simplici insinuati, quosuis pro sua libidine summouendo, deponendo, itēq; vinciendo, ac soluendo, iam procuratores habebantur: prorsus ut ipsi quidem regiis commodis fruerentur, expensas verò ac difficultates Alexādra perferret. Sed eadē mire callebat res administrare maiores: itaq; augēdis copiis semper intenta, duplicē cōflauit exercitum: neq; pauca mercenaria parauit auxilia, quibus non modò statum suæ gētis roborauit, sed etiā metuendam se reddidit externæ potentiæ. Imperabat autē aliis, verum Phariseis ipsa vltro parebat. Denique Diogenē quēdam insignē virum, qui Alexandro fuerat amicissimus, interficiunt, eius factum consilio criminati, ut oſtingenti (quos suprà memorauī) regis iussu tollerentur in crucē. nihilominus autē Alexādræ suadebant, ut & alios, quibus autoribus Alexander in eos fuisset concitatus, occideret. Cūq; his nimia superstitione nihil abnuendū putaret, quos sibi libuisset ea specie trucidabant, donec optimus quisq; periclitantiū ad Aristobulū confugeret, atque ille matri persuasit, ut his propter dignitatē parceret, ciuitate autē pelleret quos nocentes existimaret. Igitur illi quidē data sibi copia per regionē dispersi sunt. Alexandra vero in Damascū misso exercitu, quoniā Ptolemæus sine intermissione ciuitatē premebat, illam quidem nulla re memorabili gesta cepit. Regem autē Armeniorum Tigranē, qui admoto Ptolemaidi milite, Cleopatrá circumsedebant, pactioibus donisque sollicitat. Sed illum domesticarū turbatū metus, ingresso in Armeniā Lucullo, iamdudum inde retraxerat. Inter hæc Alexandra morbo laborante, minor eius filius Aristobulus, cum famulis suis quos multos habebat, omnesque pro ætatis fauore fidelissimos, vniuersa castella obtinuit: & pecunia quam ibi reperit cōductis auxiliis regē se declarauit. Ob hæc miserata querelas Hyrcani mater, coniugē Aristobuli cum filiis includit apud castellū quod à Septentrione fano adiacēs, Baris antea vocabatur ut diximus, postea verò Antonia cognominata est, imperāte Antonio, quemadmodum de Augusti & Agrippæ nomine Sebaste & Agrippias aliæ ciuitates appellatæ sunt. Antē tamē Alexandra moritur, quàm in Aristobulū fratris eius Hyrcani contumelias vindicaret: quē deiici regno curauerat, quod ipsa nouē annos administrait. Et hæres quidē omniū sit Hyrcanus, cui regnū etiam viua cōmiserat. Verum Aristobulus viribus atq; autoritate præstabat. Habito autem inter eos circa Hierichunta de rerū summa conflictu, pleriq; Hyrcano relicto transeunt ad Aristobulum. Hyrcanus autē cum reliquis fuga peruenit in castellū Antoniā: ibiq; salutis obſides naſtus (erat enim ibi in custodia, ut præmisimus, coniunx Aristobuli cum filiis) priusquā grauius aliquid accideret, ea lege in cōcordiā rediit, ut regnū quidē Aristobulus haberet, ipse verò cederet, quasi frater regis aliis honoribus cōtētus. Hoc modo in fano recōciliati, cū in cōspectu circūstantis populi benignissime alter alterū cōplexus esset, domus permutat: & Aristobulus quidē discedit in regiā, Hyrcanus autē in Aristobuli domū.

Ant. li. 14.
cap. 1.

De bello Hyrcani cum Arabibus & expugnatione Hierosolymæ.

Cap. V. 40

Ant. li. 14.
cap. 2. 3. 4.



ET V S verò & alios eius inimicos præter spem dominantis occupat, & maxime Antipatrū iamdudū Aristobulo inuisum. Erat autē genere Idumæus, & nobilitate ac opibus gentis suæ princeps. Is igitur & Hyrcanū ut ad Aretam regē Arabiæ cōfugeret, eiūsque auxilio regnū repeteret hortabatur, & ipsi Aretæ ut Hyrcanū susciperet atq; in regnū deduceret suadebat, multū obtrectans Aristobuli moribus, multisq; Hyrcanū laudibus prædicās. simulq; admonerat quòd eum deceret regno clarissimo præsidētē, iniquitate oppressis manum porrigere: Hyrcanū autē iniuriā pati, qui principatu iure successionis sibi debito excidisset. Sic instructis & præparatis ambobus, nocte cum Hyrcano ex ciuitate profugit: citatōque cursu in oppidū quod Petra dicitur saluus euasit: ea est Arabiæ regia. Ibi postquā Hyrcanum in manū regis Aretæ tradidit, multis diētis multisq; muneribus ut auxiliū præberet, quo in regnū deduceretur, effecit. Erant autē peditū equitūq; millia L. quibus nequaquā restitit Aristobulus: sed primo impetu superatus, in Hierosolyma fugere cogitur: atque omnino captus esset, nisi dux Romanorum Scaurus aduersus

aduersis horum temporibus imminens soluit obliuionem. nanque is ex Armenia quidem in Syriam missus erat à Pompeio Magno qui cum Tigraue bellum gerebat. Sed ubi Damascus venit, reces à Metello & Lollio captam reperit: his inde submotis, cognitòque in Iudæa quid ageretur, illuc velut ad quæstû cucurrit. Denique mox ut fines ingressus est, Iudæorum legati ad eum veniunt à fratribus, vtrisque ut sibi potius adiumento essent orantibus. Sed trecentis talentis quæ Aristobulus ei miserat, iustitia posthabita est. Tot enim acceptis Scaurus ad Hyrcanû & Arabes legatos misit; Romanorum eis & Pompeij nomen intentans, nisi ab obsidione desisterent. Itaque & Aretæ ex Iudæa in Philadelphiam recedit metu perculsus, & Scaurus Damascus redit. Aristobulus autem quod captus non esset, satis sibi esse non credidit: sed omnibus quas haberet copiis collectis, persequabatur hostes: & circa locum quem Papyrona vocant prælio cômisso, supra sex eorum millia cædit: in quibus erat & Cephala frater Antipatri. Hyrcanus verò & Antipater Arabum privati auxilio, spem in aduersarios transtulerunt. & cum Pompeius Syriam ingressus Damascum peruenisset, ad ipsum confugiunt, multisque muneribus ei datis, eadem illa quibus ad Aretam vsu fuerant allegantes, magnopere precabantur ut Aristobuli violentia damnata, regno Hyrcanum restitueret, cui tam græte quàm moribus deberetur, sed nec Aristobulus sibi defuit, corruptione Scauri fretus. Venerat autem quantum potuit ornatus cultu regio: Ant. li. 16. deinde offensus obsequiis, neque ferendum existimans abiectius quàm regem deceret cap. 6. 7. vtilitati seruire, à Diòspoli regrediebatur. Ob hoc iratus Pompeius, etiam Hyrcano eiusque sociis hoc precantibus, Aristobulum petit, & Romano simul exercitu & Syrorum instructus auxiliis. Cum vero Pellam & Scythopolim prætergressus Coras venisset, vnde Iudæorum fines incipiunt per mediterranea loca subeuntibus, cognito Aristobulum in Alexandriû confugisse (castellum est magnifice structum, in monte præcelso situm) mittit per quos eum iuberet inde descendere. Ille autem decreuerat, quia pro imperio vocaretur, periclitari potius quàm parere. sed populû videbat horrescere: & amici monebant ut Romanam vim cogitaret, quam sustinere non posset. Itaque horum consiliis obediens, descendit ad Pompeium: quodque iuste regnaret, multis pro se dictis in castellum redit: & cum iterum descendisset prouocatus à fratre, ac de suo iure cum eo disceptasset, denuo regreditur non prohibente Pompeio: 30 Erat autem inter spem timoremque medius: & veniebat quidem velut exoraturus Pompeium ut sibi cuncta permitteret, ad montem verò reuertebatur, ne quid regis dignitati derogare videretur. quia tamen castellis cum Pompeio cedere placebat, hisque præpositos monere literis ut decederet, quibus præceperat ut non nisi manu sua scriptis epistolis obtemperaret: iussu quidem facit: sed in Hierosolimam cum indignatione discessit: bellòque iam congregi cum Pompeio cogitabat. Ille autem, nec enim tempus apparatus dandum putauit, statim eum insequitur. multum quippe alacritati eius addiderat, circa Hierichuntem Mithridatis mors nunciata. Vbi pinguis- 40 ma Iudææ regio & palmarum plurimum ac balsamum nutrit: cuius inciso lapidibus acutis robore stillantem lachrymam ex vulneribus colligunt. Cumque illic pernoctasset, mane in Hierosolimam properabat. Itaque hoc eius impetu perterritus Aristobulus, supplex occurrit, pecuniamque pollicitus, quodque senectipsum ei cum ciuitate permitteret, Pompeium mitigtat saeuientem. Nec tamē quicquam eorum quæ promissum effectum est. Gabinium enim qui ad suscipiendam pecuniâ missus fuerat, ne in oppidum quidem Aristobuli socij receperunt. His commotus Pompeius, Aristobulum in custodiam collocat: ad ciuitatem verò profectus, explorabat qua ex parte facilius esset accessus. nam & murorum eius firmitatē oppugnari posse facile non videbat: vallēque pro mœnibus horribilem, sanumque illic cernebat proximum, adeo tutissima munitione circumdatum, ut etiā si ciuitas caperetur, secundum esset hostibus in eo refugium. Hoc autem diu quid faceret hæsitante, seditio intra ciuitatem orta est: Aristobulus quidem sociis bellum geri potius regemque liberari dignum esse censentibus: qui verò cum Hyrcano sentirent, Pompeio portas aperiri. Metus autem hos plures faciebat, Romanorum constantiam reputantes. Denique victa pars Aristobuli concessit in templum: & ponte qui ab eo ciuitati iungebatur abscisso, ut ad vltimum usque resisteret, instrueb

Ant. li. 14.
cap. 7. 8.

instruebatur. Cum autē alij Romanos recepissent in ciuitatem, hisque domū regiā tradidissent, adhuc obtinēda Pompeius vnum ē ducibus suis Pisonem cum militibus intromittit. isque præsidiis in ciuitate dispositis, quia nemini eorum qui in templum confugerant pacē persuadere poterat, omnia quæ circum erant oppugnationi parabat: Hyrcano eiūsque amicis ad consilia conferenda, & ad efficienda quæ iuberet alacriter animatis. Ipse verò ad partes septemtrionales fossāque vallēque replebat omni genere materiæ per milites cōportato, cum per se opus esset difficilimū, propter immensam altitudinem, & præterea Iudæi modis omnibus desuper obsisterent, mansissetque labor imperfectus, nisi Pompeius obseruatis diebus septimis, quibus Iudæos religio ab omni opere manus abstinere compellit, per eos aggerem cumulare præcepisset, inhibitis à prælio militibus. Pro solo enim corpore Iudæis etiā per sabbata pugnare licet. Igitur iam valle repleta, & impositis aggeri turribus, ad motūsque machinis Tyro allatis, mœnia tentabat. Desuper obstantes lapidibus repellebātur, cum diu turres obsidentium magnitudine simul & pulchritudine præstātes, vim repugnantium sustinerent. Verumtamē Romanis tunc plurimū defatigatis, Pompeius Iudæorum tolerantia & in aliis admiratus est: & præcipue, quod nihil ceremoniarum inter media tela versantes intermiserunt. sed velut in alta pace ciuitas ageret, quotidie sacrificia & victimas, omnēque Dei cultū diligentissime celebrarunt, nec vel in ipso excidio cum ad aram in dies singulos trucidarentur. legitimis religionis suæ muneribus abstinerunt. Mense igitur obsidionis tertio vix vna turre deiecta, in sanum irruptum est. Primus autem murū transcendere ausus est Syllæ filius Faustus Cornelius, & post eum centuriones duo Furius & Fabius cum suis cohortibus. & circumsepto vndique sano, alios aliò confugientes vel etiā paulisper repugnantes interficiūt. Vbi plurimi sacerdotū, quanquam hostes strictis gladiis irruentes videbāt, intrepidi tamē in peragendis rebus diuinis perscuerabāt: & in ipso libandi templūque adolendi ministerio mactabantur, saluti quoque præferentes religionis obsequiū. Multos autē sui gentiles aduersæ partis studiosi trucidabant, plurimi sese in rupes præcipitabāt. nonnulli furibundi cunctis quæ circa murum erant in desperatione succēsis, pariter conflagrabant. Itaque Iudæorū quidem millia duodecim occubuerunt: Romanorum verò per pauci: sed plures sauciati sunt. Nihil autē grauius in illa clade Iudæorum genti visum, quàm sanctū illud arcanū, neque cuiquā prius visum alienis esse detectum. Denique Pompeius vnā cum suis comitibus in templū ingressus, vbi neminem præter pontificē adesse fas erat, quæ intus erant candelabra cum lychnis & mensis in quibus libare atque adolere moris est, & vascula ex auro cuncta spectauit: congestamque pigmentorū molē, sacræque pecuniæ ad duo millia talentorū. Nec tamē vel hæc vel aliud quicquā de sacrosanctis opibus siue instrumentis attigit: sed postero die post excidiū purgare templum ædituos iussit, & solennia sacra celebrare. Ipse autē Hyrcanū pontificem declarauit: quod se & in aliis rebus alacrem obsidionis tempore præbuisset, promptamque ad bellum agrestium multitudinem ab Aristobulo reuocasset: per quæ sicut imperatorem bonū decuit, beneuolentia potius quàm timore plebē sibi conciliauit. Inter captiuos etiā comprehensus Aristobuli socer idēque patruus tenebatur. & illos quidem qui maxime belli causa fuissent, securi percussit. Faustum verò & qui vnā fortiter operam nauauerant, præclaris præmiis donat: & Hierosolymis tributum indicit. ablatas autem genti etiā quas in Cœlesyria cœperant ciuitates, Romano qui tunc erat præsidi parere iussit: propriisque tantū finibus circumcludit. Instaurauit autem in gratiam cuiusdam ex libertis suis Demetrii Gadarenis, etiā Gadaram, quam Iudæi subuerterant. Mediterraneas præterea ciuitates ab eorum imperio liberauit, quas præuenti non exciderant, Hippon, & Scythopolim, & Pellam, & Samariam, & Marisam: itēque Azotum, & Iamnam, & Arethusam: nec non & maritimas, Gazam, & Ioppen, & Doram, & quæ pridem Stratonis pyrgus vocabatur, post autem ab Herode rege clarissimis ædificiis trāsformata, Cæsarea nominata est: easque omnes indigenis ciuibus redditas prouinciæ Syriæ coniunxit. Huius autem & Iudææ, cunctorumque administratione ad Ægypti vsque fines & flumen Euphratem cum duabus legionibus Scauro permissa, Romam ipse per Ciliciam properauit, captiuū ducens

Aristob

Aristobulum cum familia. Erant autem filia dux, totidemque filij: quorum vnus Alexander ex itinere fugit, minor autem Antigonus cum sororibus Romam vectus est.

De bello Alexandri cum Hyrcano & Aristobulo.

Cap. V I.



INTEREA Scaurus in Arabiam ingressus, ad Petram quidē regionum asperitate prohibebatur accedere: quæ autem circum erant, omnia vastabat, multis & in hoc malis afflictus. nam exercitum fames premebat: cui tamen

Ant. li. 14.

cap. 9.

Hyrcanus per Antipatrū victui necessaria suppeditabat, quem velut Aræ familiarem etiam Scaurus ad eum legauit, vt bellum pactione deponeret. Itaque per-

Ant. li. 14.

cap. 10.

10 tum. Alexander autem Aristobuli filius, qui Pompeium fugerat, magna manu medio tempore congregata, Hyrcano grauis imminerebat, Iudæamque depopulabatur. quem quidem maturē debellare posse credebat: quoniam disturbatum quoque à Pompeio murum Hierosolymis renouatum esse confidebat: nisi Gabinus in Syriam missus, qui Scauro successerat, quum in aliis fortem se præbuisset, tum etiam in Alexandrum mouisset exercitū. Huius autem ille imperū veritus, & ampliorem militum manum congregabat: donec facta sunt decem millia peditum, & mille quingenti equites: locaque opportuna muris, hoc est, Alexandrium & Hyrcanium, & Machærunta non longe ab Arabiæ montibus, muniebat. Igitur Gabinus cū parte copiarū præmissis M. Antonio, ipse cum toto exercitu sequebatur. Lecti autem Antipatri comites, aliæque Iudæorum

20 multitudo, quorum Malichus & Pitholaus principes erant: iunctis cum M. Antonio viribus suis, Alexandro obuiā processerunt: neq; ita multo post aderat cum suis copiis Gabinus. Alexander autem, quod tum in vnum cōfertam hostium multitudinem sustinere non poterat, abcessit. Cūque Hierosolymis appropinquasset coactus prælio decertauit: amissisque sex millibus, quorū tria viua capta sunt, tria verò prostrata, cum reliquis effugit. Gabinus autē vbi Alexandriū castellum venit, quia multos deseruisse castra cognouit, promissa delictorū venia conabatur eos ante prælium sibi coniungere. Cū autē illi nihil mediocri cogitarent, plerisque interfectis, reliquos in castellum concludit. In hoc prælio dux M. Antonius multa præclare gessit: & quamuis semper & vbiq; vir fortis apparuisset, tamen nunc etiā suum vicit exemplum. Gabinus autē reli-

30 ctis, qui castellum expugnarent, ipse ciuitates adire, & intactas quidem cōfirmare, subuersas autē erigere curabat. denique iussu eius & Scythopolis habitari cœpit, & Samaria, & Anthedon, & Apollonia, & Iamnia, & Raphia, & Marisa, & Dora, & Gadara, & Azotus, aliæq; multæ, latis ciuibus atq; incolis ad eas concurrentibus. His autem recte dispositis regressus Alexandrium, vehemētius vrgebat obsidium. Qua re territus Alexander, omnibus desperatis legatos ad eum misit, & ignosci delictis orans, & quæ sibi parerent castella Machærunta & Hyrcanium tradere non dubitans: quin etiā Alexandrium eiisdē potestati permisit. Quæ quidē Gabinus omnia consilio matris Alexandri funditus eruit, ne rursus belli alterius receptaculum fieret. Aderat autem, quo suis Gabiniū palparet obsequiis, viro suo cæterisque captiuis metuens, qui Romam fuerant abducti. Post hæc ergo Gabinus Hyrcano Hierosolymā deducto, cique sani cura mandata, cæteris reip. partibus optimates præfecit: omnemque Iudæorum gentem in conuentus quinque diuisit: vno Hierosolymis, altero Doris, itēque tertio, vt apud Amathunta respondeat, destinatis: quarto Hierico, & quinto Sephoris Galiliæ ciuitas attributa est. Singulari autē vnus dominatione Iudæi liberati, libenter ab optimatibus regebantur. Veruntamen non multo post euenit, vt turbarū his fieret initium elapsus Roma Aristobulus: qui magna iterum Iudæorum manu conflata partim cupida mutationis, partim quibus olim dilectus erat, primum occupat Alexandrium: idque recingere muro tentabat. Deinde cognito quod Gabinus Sisennam & Antonium & Seruiliū duces contra se cū exercitu misit, in Machærunta cōcedit: vulgūq; imbellis onere deposito, solos armatos prope ad octo millia militum secum duxit: inter quos & Pitholaus erat secundarū partium rector cum mille viris ex Hierosolymis profugus. Romani autem sequebantur, habitoque confictu, aliquandiu cum suis Aristobulus fortiter dimicando perseuerabat, donec vi Romanorum subacti, cæsa sunt virorum v m. propè verò ad duo millia in quendam tumulum confugerunt. cæterique mille cum

Ant. li. 14.

cap. 11.

Ant. li. 14.

cap. 12.

R

Aristob

Aristobulo, perrupta Romanorum acie, in Machærunta coacti sunt. Vbi rex cum in ruinis prima vespera tetendisset, sperabat quidem aliam se manum per inducias belli posse contrahere, castellumque bene munire. Impetum autem Romanorum supra quam poterat, per biduum remoratus postremo capitur: & cum Antigono filio, qui Romæ secum fuerat victus, ad Gabiniū atque inde Romam perductus est. Sed illum quidem senatus carceri inclusit, filios autem eius in Iudæam transmisit, quia Gabinius scripserat per epistolas, id pro traditione castellorum coniugi Aristobuli spondidisse. Parato autem Gabinio bellum Parthis inferre, Ptolemæus impedimento fuit. Qui reuersus ab Euphrate, petebat Ægyptum, Hyrcano & Antipatro amicis vsus ad omnia, quæ militiæ necessitas exigebat, nam & pecuniis & armis eum & frumento Antipater¹⁰ & auxiliis adiuuit. Et Iudæis in ea parte vias, quæ Pelusium ducerent, obseruantibus, transmittere Gabinium persuasit: alia verò Syria discessu Gabini commota, & Iudæos iterum Alexander Aristobuli filius ad defectionē reduxit: & maxima multitudine conflata, Romanos omnes, qui per eam terram degerent obtruncare decreuerat. Quam rem Gabinius metuens (iam enim ex Ægypto redierat) hoc tumultu instante, nonnullis dissidentium præmisso. Antipatro concordiam persuasit. Cum Alexandro autem millia triginta remanserant, & ille ad bellum promptus erat. Itaque ad pugnam egreditur. Occurrunt autem Iudæi, & circa montem Itaburiū congressi, decem millia sternuntur: cæteram verò multitudinem fuga dispersit. Et Gabinius ad Hierosolymam reuersus (id enim Antipater voluit) remp. eius composuit: deinde hinc profectus, Nabathæos pugna superat, & Mithridatem & Orfanem à Parthis perfugas clam dimittit: eosque militibus aufugisse dixit. Interea Crassus ei successor datus Syriam suscepit. Is in Parthicæ militiæ sumptum, & omne aliud aurum templi quod Hierosolymis erat, abstulit, & à quibus Pompeius temperauerat, duo millia talentorum. Euphratem verò transgressus & ipse perit & exercitus eius: de quibus non est huius temporis commemorare. Post Crassum autem Parthos in Syriam properantes irruere Cassius inhibuit, receptus in prouinciam. Eius autem fauore quæsito, in Iudæam festinabat: captisque Taricheis, prope ad tria millia Iudæorum abducit in seruitium. Occidit autem etiam Pitholaum, seditiosos Aristobuli colligentem, cuius necis suasor erat Antipater. Huic autem nupta fuit ex Arabia nobilis femina nomine Cypris: unde filios quatuor, Phæ-³⁰ faelum, & regem Herodem, & Iosephum, & Pheroram, & Salomen filiam habebat. Cum autem omnium, qui vbique potentes essent, amicitiam hospitii familiaritatēque conquireret, præcipue regem Arabum per affinitatem sibi sociauit: eiusque fidei commendans filios suos ad eum misit: quoniam bellum cum Aristobulo gerendum suscep-
erat. Cassius autem compulso ad otium per conditiones Alexandro, ad Euphratem reuersus est, Parthos transitu prohibiturus, de quibus alio loco referemus.

De Aristobuli morte, & bello Antipatri contra Mithridatem. Cap. VII.

*Ant. li. 14.
cap. 14.*



*Ant. li. 14.
cap. 15.*

CÆSAR autem post senatus & Pompeij fugam trans mare Ionium, rebus omnibus Romæque potitus, solutum vinculis Aristobulum cum duabus⁴⁰ cohortibus velociter ad Syriam misit: & hanc facillimè & cuncta Iudææ proxima per illum subiici posse ratus, verum & spem Cæsar, & Aristobuli alacritatem præuenit inuidia. Nam veneno peremptus à Pompeij studiosis, aliquandiu etiam sepultura in solo patrio carebat, corpusque mortui seruabatur melle conditum, donec ab Antonio Iudæis missum est in monumentis regalibus sepeliendū. Occiditur autem Alexander quoque filius eius, à Scipione securi percussus Antiochiæ, secundum Pompeij literas, accusatione eius pro tribunali prius habita super his, quæ in Romanos admiserat. Ptolemæus autem Minnæi filius, qui Chalcidem sub Libano tenebat, captis eius fratribus, filium suum Philippionem, qui eos arcesseret, mittit Ascalonem: atque ille abstractum ab Aristobuli cōiuge Antigonom, eiusque sorores ad-⁵⁰ ducit ad patrem. Amore autem captus, minorem earum coniugio sibi copulat, ob eamque postea causam à patre occiditur. Accepit enim Ptolemæus in matrimonium Alexandram perempto filio: huiusque affinitatis gratia fratres eius propensiore cura tuebatur. Antipater autē Pompeio mortuo in clientelam Cæsar, & quia
Mithrid

Mithridates Pergamenus ab accessu Pelusij prohibitus, cum exercitu quem ducebat in Ægyptum, apud Ascalonem morabatur, non solum Arabas, quamuis hospes esset, auxilium ferre persuasit: verū & ipse armata Iudæorum tria circiter millia secum mouit. Excitauit autem præsidio Syriæ quoque potentes, & incolam Libani Ptolemæum, *Ant. li. 14. cap. 16.* & Iamblichum, & Ptolemæum alterum, quorum gratia ciuitates illius regionis alacri animo bellum pariter inchoarunt. Iamque fretus Mithridates auctis propter Antipatrum copiis, Pelusium proficiscitur. Et quia trāsire vetaretur, ciuitatem obsidebat: Antipater verò in hac oppugnatione clarius enituit. Effracto enim ex parte sua muro, primus in ciuitatem cum suis insiluit. & Pelusium quidem captum est: vltius autem
 10 eos progredi non sinebant Iudæi Ægyptij, terrarum incolæ, quæ appellantur Oniæ. Quibus tamen Antipater non modò ne obstarent, verumetiam, vt victui necessaria præberent militi, persuasit. Vnde factum est, vt nec Memphitæ ad manus venirent, vltroque sese traderent Mithridati, atque ille Delta iam peragrato pugnam cum cæteris commisit Ægyptiis, in loco cui nomen est Iudæorum Castra: cūque in acie omni dextro cornu liberauit Antipater, circumgressus fluminis ripam. Læuum enim cornu contra se positum superabat. Facto autem in eos impetu qui Mithridatem persequerentur, multos occidit: tamque diu reliquos fugientes agebat, donec etiam castris eorum potitus est, octoginta tantum de suorum numero amissis. Octingentos autem ferè Mithridates cū fugeret perdidit. Præter spem verò seruatus ex prælio, vacuus in
 20 uidia, testis rerum ab Antipatro gestarum fuit apud Cæsarem. Vnde ille tunc quidem Antipatrum spe & laudibus incitatum ad subeunda pro se pericula reddidit promptiorem. In quibus omnibus bellator audacissimus comprobatus est, multaque perpeffus vulnera, toto corpore gerebat signa virtutis. Pòst autem quādo rebus in Ægypto compositis, ad Syriam rediit, & Romana cum ciuitate simul & immunitate donauit: aliisque rebus honorando, amicissimèque tractando, dignum æmulatione reddidit: ciuidemque gratia etiam pontificatum confirmauit Hyrcano.

De accusatione Antipatri apud Cæsarem, de pontificatu Hyrcani & Herode bellum mouente.

Cap. VIII.

30 **H**ODEM verò tempore Antigonus quoq; Aristobuli filius cū venisset ad Cæsarem, maioris præter opinionē felicitatis causam præbuit Antipatro. Nam qui de patris morte queri deberet, propter inimicitias Pompeij veneno, quantum putabatur, perempti, & crudelitatis in fratrem accusare Scipionē, nullūque inuidiæ dolum admiscere miseriis, vltra hæc Hyrcanum & Antipatrum criminabatur, veluti se patrio loco cum fratribus iniquissime pellerent, multisque gentem iniuriis afficerent, dummodo satiarentur: quòdque in Ægyptum auxilia ipsi Cæsari non beneuolentia, sed timore veteris discordiæ miserint, & vt amorem Pompeij deprecarentur. Ad hæc Antipater, veste proiecta, multitudinem vulnerum demonstrabat. & qua fide quidem Cæsarem coluisset, verbis nō esse opus dixit: nam corpus etiam se tacente clamare: Antigoni autem mirari audaciam, qui cū hostis Romanorum sit filius,
 40 & fugitiui Romanorum, nouarūque rerum studium vorūque seditiosum patris habeat, apud Romanorum principem alios accusare conetur, bonique aliquid adipisci tentet: quem hoc solum oportere contentum esse quòd viueret. Nāque nunc cum non propter inopiam desiderare facultates: sed, vt in eos, qui dedissent, Iudæorum seditiones accenderet. Quæ vbi Cæsar audiuit, Hyrcanum quidem pontificatu digniorem esse pronūciauit: Antipatro autem cuius vellet potestatis detulit optionem. Qui
 50 permissio dignitatis modo ipsi, qui daret, Iudææ procurator declaratus est. & præter hoc impetrauit, vt subuersa patriæ mœnia renouare sibi liceret. Et hos quidem honores Cæsar incidendos in Capitolium misit, vt iustitiæ suæ virtutisque signum Antipatri memoriæ traderetur. Antipater verò vbi de Syria Cæsarem prosecutus est, in Iudæam reuersus, ante omnia patriæ muros à Pompeio dirutos reparabat: omniāque lustrando, ne quid in illis regionibus barbarum esset, nunc interminando, nunc etiam suadendo curabat: vnumquemque admonēs, quòd si cum Hyrcano sentirent, in otio atque opulencia victuri essent, fortunisque suis & communi pace potituri: sin spe vana

Ant. li. 14. cap. 16.

R 2 duceren

ducerentur eorum, qui priuati quæstus gratia res nouas optarent, se quidem non procuratorem, sed dominum omnium, Hyrcanum verò tyrannum pro rege, itémq; Romanos & Cæsarem hostes pro amicis & rectoribus habituri: nec enim passuros huius potestatem labefactari, quem ipsi regem constituissent. Sed quamuis hæc diceret, tamen etiam per se, quoniam Hyrcanum segniorem videret, neque tam efficacem quàm regni posceret sollicitudo, statum prouinciæ componebat. Et Phasaelum quidem natu maximum filiorum suorum militibus præpositum, Hierosolymæ eiúsque territorio præfecit: Herodem verò ætate posteriorem, nimisque adolescentem, Galilææ destinat, similia curaturum: qui cum natura strenuus esset, citò materiam ubi animi magnitudinem exerceret, inuenit: captumque latronum principem Ezechiam, quem prædari maximo agmine continentia Syriæ deprehendit, ipsum aliósque latrones multos interfecit. Eaque res adeo grata fuit Syris, vt per vi-¹⁰cos atque oppida caneretur Herodes, veluti per eum pace reddita, & possessionibus restitutis. Ex huius denique operis gloria, Sexto etiam Cæsari propinquo magni Cæsaris, & Syriam tunc administranti est cognitus. Quin & Phasaelus fratris indolem contentione bona superare certabat, augendo erga se beneuolentiam Hierosolymis habitantium: atque illam quidem ciuitatem possidens, nihil autem contumeliose per insolentiam potestatis admittens. hinc & Antipater obsequiis regalibus ab ea gente colebatur, & honores ei tanquam rerum domino omnes habebant. Nec tamen ipse propterea minus fidelis, aut beneuolus Hyrcano fuit. Verum fieri non potest, vt liuor²⁰ rem quisquam in secundis rebus effugiat. Namque Hyrcanus, quamuis & antea tacitè sua sponte mordeatur adolescentium gloria, maximèque rebus ab Herode gestis, & crebris nunciis laudes eius per singula facta prædicantibus angeretur: à multis tamen inuidis, qui regias infestare solèt, quibúsque Antipatri eiúsque filiorum probitas officiebat, instigabatur: dicentibus quòd Antipatro & filiis eius rebus traditis, solo cõten-³⁰tus & hac potestate vacuo regis nomine sederet. Et quàm diu sic errabit, vt in se reges producat? Nec enim eos vel simulare iam procurationem, sed certe esse dominos ipso reiecto: cuius nec mandatis nec epistolis præter Iudæorum legem tantam multitudinem peremisset Herodes: illumque nisi regnet, sed adhuc priuatus sit, ad iudicium venire debere, rationem tam ipsi regi quàm patriis legibus redditurum, quæ indemnita-⁴⁰tos occidi non sinerent. His paulatim accendebatur Hyrcanus. Ad extremum autem iracundia prodita, causam dicturum Herodem iubet accersiri: atque ille & patris monitu, & quòd ei fiduciam res gestæ darent, firmata prius Galilæa præsidiis, ad regem proficiscitur. Ibat autem cum forti caterua, ne vel derogare videretur Hyrcano, si plures duceret, vel igni nudus pateret. Sextus autem Cæsar adolescenti metuens, ne quid apud inimicos deprehensio mali fieret, ad Hyrcanum mittit, qui ei manifeste denunciarent, vt homicidij crimine liberaret Herodem. Hyrcanus autem, qui cum diligeret, per se quoque id cupiens, absolutionem decernit. Atque is inuito rege euasisse ratus, Damascum recessit ad Sextum, nequaquam paratus obedire, si denuò fuisset ac-⁵⁰citus. Rursúmque ab improbis irritabatur Hyrcanus, qui dicerent iratum Herodem abiisse, & vt se contra ipsum strueret, properasse. Hæc autem rex vera esse existimans, quid ageret nesciebat: quoniam potentiorum inimicum videbat. Cum verò à Sexto Cæsare dux militum per Syriam itémque per Samariam declaratus esset Herodes, neque solum propter gentis fauorem, sed etiam viribus suis terribilis putaretur, in timorem extremum incidit, iamiamque illum contra se credens cum exercitu esse venturum. Neque opinione deceptus est. Namque Herodes intentatæ sibi accusationis iracundia, cõstatam militum multitudinem in Hierosolymam ducebat, vt Hyrcanum regno deponeret. Idq; fecisset, ni pariter egressi pater & frater fregissent eius impetum, deprecantes, vt & ipse vindictam minis tantum, solaque indignatione metiretur: regi autem parceret, sub quo ad hoc potentia processisset: ac si propterea quòd in iu-⁵⁰diciu vocatus esset, indignaretur: quia tamen absolutus est, gratias ageret, neque tristibus quidem paria referret, saluti verò esset ingratus. Quòd si etiam momenta bellorum reputanda viderentur, iniquitatem militiæ consideraret: neque omnino de victoria bene speraret, qui cum rege cõgressurus esset domestica consuetudine iuncto,

& de

& de se bene merito : sed uero autem nunquam, nisi quòd maleuolorum consiliis impulsus, umbram ei tantum iniquitatis intentasset. Paruit his Herodes, qui speratis putauerat posse sufficere, suasque vires demonstrare nationi. Et inter hæc discordia Romanorum circa Apamiam bellumque domesticum oritur : quoniam Cæcilius Bassus fauore Pompeij Sextum Cæsarem dolo necauerat, eiusque militem occupauerat. Alij verò Cæsaris duces, mortis eius vlciscendæ gratia, cunctis viribus Bassum petebant. Quibus tam interempti quàm superstitis Cæsaris causa, quòd ambobus esset amicus, Antipater per filios suos misit auxilia. Cùm autem bellum traheretur, ex Italia successor ante dicti Sexti venit Marcus.

10

De Romanorum dissidijs post mortem Cæsaris & insidijs Malichi.

Cap. I X.



O D E M tempore magnum bellum inter Romanos conflagrat, dolo Cassij & Bruti Cæsare interfecto, postquam triennium septemque menses tenuit principatum. Maximo autem motu cædis eius gratia concitato, & optimatibus inter se dissidentibus, propria spe quisque ducebatur ad id quod existimabat esse commodius. Itaque Cassius Syriam petit, occupaturus militem, qui Apamiam circumsidebat: vbi & Marcum & dissidentes cohortes Bassus conciliauit, simulque obsidione liberauit Apamiam. Ipse verò exercitum ducens stipendium ciuitatibus indicebat: nec modus erat exactionum. Cùm autem Iudæos quoque

Ant. li. 14. cap. 20.

20 septingenta talenta iussisset cōferre, minas eius veritus Antipater, filiis suis & aliis amicis mature pecuniæ cogendæ curam distribuit, & inter eos Malicho cuidam ex amicis: adeò necessitas urgebat. Primus autem Herodes Cassij fauorē promeruit, qui ex Galilæa parte sua, talenta centum attulit, propterea quæ inter eximios amicos numerabatur. At verò ceteros tarditatis arguens Cassius, ipsis ciuitatibus irascebatur. Eòque Gophnam & Ammauntem, & duas alias ciuitates ex vltioribus depopulatus, ibat quidem quasi Malichum interfecturus, quòd remissior in exigendo fuisset. Verùm & huius & cæterarum ciuitatum interitum repressit Antipater, centum ilico talentis Cassio delinito. Nequâquam tamen Malichus post abitum Cassij, beneficiorum Antipatri memor fuit. Sed illi ipsi, quem sæpenumero memorabat sui seruatorem fuisse, periculum

30 moliebatur, iniquitatis suæ impediuentum abolere festinans. Itaque Antipater & vires eius & calliditatem metuens, flumen transit Iordanem, ad vlciscendas insidias collecturus exercitum. Deprehensus autem Malichus Antipatri filios impudentia superat. Nam & Phasaelum apud Hierosolymam præfidiis appositum, & Herodem, qui custodiam curabat armorum multis excusationibus & sacramentis circumuentos impellit, vt ipsis intercedentibus reconciliaretur Antipatro : atque ita denuo per Antipatrum exorato Marco, tunc in Syria militem regente, seruatus est: qui Malichum statuerat occidere, quòd nouis rebus studuisset. Cæsare verò adolescente & Antonio cum Bruto & Cassio bellum gerentibus, Marcus & Cassius exercitu de Syria conflato, quòd magnum momētum, vbi vsus poposcit, Herodes fuisset, ipsum quidem totius Syriæ pro-

40 curatorem præficiunt, equitum illi manu peditumque attributa : si autem bellum defuisset, regnum quoque Iudææ Cassius se eidem delaturum esse pollicitus est. Euenit autem, vt Antipatro & spes & fortitudo filij, causa mortis fieret. Horum enim metu Malichus, ministro quodam regio pecunia corrupto, mixtum ei veneno poculum dari persuadet. Atque ille quidem iniustitiæ Malichi præmium fuit post conuiuium mortuus, vir & aliàs strenuus rebusque administrandis idoneus, & qui regnum recuperatum conseruasset Hyrcano. Malichus autem insensum propter suspicionem veneni populum, negando placabat : simulque, vt validior esset, armatorum sibi copias conquirebat. Nec enim Herodem cessaturum arbitrabatur, quin etiam mox cum exercitu necis paternæ vltor adueniret. Sed Phasaeli fratris consilio, qui cum palam minimè persequendum

50 esse dicebat, ne vulgi seditio concitaretur, & purgantem se tunc Malichum patienter admisit, & suspicione liberum esse concedens, clarissimas paterno funeri celebrauit exequias. Cōuersus autem in Samariam, & ciuitatem composuit seditione turbatam, perque dies festos in Hierosolymam remeabat, præmissis ac comitantibus armatis : cui Hyrcanus, ita suadente ob metum Malicho, denunciat, ne alienigenas superinducat in-

R 3 digenis

digenis festum pure castéque celebrantibus. Herodes autem, & ipso qui præceperat, causaque contempta, nocte ingressus est. Iterumque Malichus ad eum veniens, Antipatrum flebat. Contraque ille se falli, cum vix animi dolorem premeret, simulabat: & tamen de nece patris apud Cassium per epistolas questus est, cui propterea Malichus inuisus erat. Itaque non modò, ut mortem patris vlcisceretur, ei rescripsit: sed etiam tribunis quibus præerat, ut in causa iusta Herodi opem ferrét, occulte præcepit. Et quoniam capta Laodicia, vndique ad Herodem conuenerant optimates cum muneribus & coronis, ipse quidem hoc ultioni tempus destinauerat. Malichus autem id Tyri fore suspicabatur: & filium suum tunc apud Tyrios obsidem, statuit subducere, & ipse in Iudæam fugam parabat. Salutis autem desperatio stimulabat, ut etiam maiora cogitaret: nam & Iudæorum gentem contra Romanos excitaturum se credidit, dum bello aduersus Antonium Cassius occupabatur, deiectoque Hyrcano facillime regnaturum. Sed profecto irridebat eius septem fatale decretum. Etenim quò intenderet animum suspicatus Herodes, & ipsum & Hyrcanum ad cœnā vocat. Deinde seruorum quendam instruendi conuiuij specie mittit. Sed res erat, ut tribunis prædiceret ad insidias egredi: atque illi præceptorum Cassij memores, ad littus ciuitati proximum armati gladiis occurrunt, ibique circumseptum Malichum multis vulneribus interficiunt. Hyrcanus autem statim cōcidit stupore dissolutus: vixque anima recepta, Herodem percontabatur quis Malichum occidisset. Et cum è tribunis vnus respōdisset, Cassij præceptum: planè, inquit, & me & patriam meam Cassius seruat incolumem: qui ambo-
rum insidiatorem peremit. Vtrum autem ex animo dixerit, an quòd timore factum probaret, incertum est. Sed enim Malichum hoc modo vltus est Herodes.

De Herode accusato & vindicato.

Cap. X.

*Ant. li. 14.
cap. 20.*



POST QUAM VERÒ Cassius excessit è Syria, iterum Hierosolymis orta seditio est, cum Felix in Phasaelum mouisset exercitum, & in Herodem, fratris pœna vellet necem Malichi vindicare. Casu autem Herodes cum Fabio Romano duce apud Damascum habitabat: & ne cupiēs auxilio foret, morbo impediabatur. Interea Phasaelus etiam sine cuiusquam auxilio superauit Felicem: probrumque ingrati obiciebat Hyrcano, qui & Felici studuisset, fratremque Malichi castella occupare permisisset. Iam enim multa tenuerat, omniumque tutissimum Massadam. Nec tamē ei quicquam contra vim Herodis potuit sufficere, qui mox, ut conualuit, & alia recepit, & illum ex Massada supplicem dimisit, & Marionem Tyriorum tyrannum ex Galilæa pepulit: tria enim castella possederat. Tyriisque quos ceperat, vitam concessit omnibus: nonnullos etiam donatos abire iussit, vnà & sibi ciuitatis beneuolentiam, & tyranno comparans odium. Marion autem à Cassio quidem meruerat tyrannidem, qui tot Syriæ tyrannos præfecerat: sed ob Herodis inimicitias etiam Antigoni Aristobuli secum ducebat, & Ptolemæum, propter Fabium, quem Antigonus sibi pecunia sociatum, adiutorem incepti habebat. Cuncta verò socer Ptolemæus Antigono subministrabat. Contra quos Herodes instructus, in aditu Iudææ commisso prælio, victoriapotentior: fugatoque Antigono, redit in Hierosolymam, pro merito gestæ rei omnibus carus, ut etiam quibus antea despectus erat, tunc in eius familiaritatem sese dederint, propter Hyrcani affinitatem. Namque is Herodes iam pridem ex indigenis habuerat uxorem non ignobilem, quæ Doris vocabatur, & Antipatrum ex ea suscepit filium. Tunc autem duxerat Alexandri, cuius pater fuit Aristobulus, filiam Mariamnen, Hyrcani neptem ex filia, atque inde regi familiaris erat. Sed ubi Cassio circa Philippos interfecto, Cæsar in Italiam, & Antonius in Asiam discesserunt: legatis ab aliis ciuitatibus ad Antonium missis in Bithyniam, etiam Iudæorum optimates accusatum veniunt Phasaelum & Herodem: quòd illis rerum summam vi possidentibus, nomen tantum honorabile superesset Hyrcano. Ad quæ Herodes, qui præsto erat magna pecunia placatum sic Antonium affecit, ut ne verbum quidem inimicorum eius pateretur audire. Et tunc quidem ita digressi sunt. Quum autem denuo Iudæorum primates centum viri, Antiochiæ proximam Daphnen ad Antonium venissent, amoris Cleopatrz iam seruietem, delecti à cæteris, qui eloquentia & dignit

*Ant. li. 14.
cap. 21.*

dignitate præstabant, aduersus fratres accusationem proponunt. Respondebat autem Messala, causæ defensor, astante etiam propter affinitatem Hyrcano. Auditis deinde vtrisque partibus, Antonius percontabatur Hyrcanum, quoniam essent regedis rebus apertissimi. Cumque is Herodem, eiusque fratres aliis prætulisset, voluptate repletus (nam & hospes eorum paternus erat, humanissimèque ab Antipatro susceptus, eo tempore quo in Iudæa cum Gabinio venerat) tetrarchas ambos declarat, totius eis Iudææ procuratione permessa. Legatis autem id ægrè ferentibus, quindecim eorum correptos, carceri tradidit, quos etiam penè occidit. Cæteros autem reiecit cum iniuria: vnde maior tumultus Hierosolymis excitatus est. Denique mille legati iterum
 10 Tyrum missi sunt, vbi commorabatur Antonius in Hierosolymam paratus irruere. Et contra eos vociferantes, magistratus Tyriorum directus est, data ei licentia, ut quos comprehendisset, occideret: præceptoque ut eorum potestatem confirmare curaret, qui tetrarchæ ipsius essent Antonij suffragio constituti. Ante hæc autem Herodes usque ad litus cum Hyrcano progressus, multis eos admonebat, ne & sibi interitus, & patriæ belli causa fierent, dum inconsiderate contendunt. Illis autem tanto magis id indigne ferentibus, Antonius missis armatis, multos occidit, multos etiam vulnerauit. quorum & saucios cura, & mortuos sepultura Hyrcanus dignatus est. Non tamen ideo qui effugerant quiescebant: perturbando enim ciuitatem, Antonium irritabant, ut etiam quos in vinculis haberet, occideret.

De bello Parthorum contra Iudeos & fuga Herodis ac fortuna. Cap. XI.

20 **B**ARZAPHARNE autem Parthorum satrapa Syriam biennio post cum regis filio Pacoro detinente, Lysanias patris sui mortui successor Ptolemæi Minnæ filij, mille satrapæ talenta pollicitus, & mulieres quingentas, ei persuadet ut Antigonom in regnum inducerent, Hyrcanumque deponerent. Impulsus igitur ab eo Pacorus, ipse quidem per maritima loca perrexit, Barzapharnem autem itinere mediterraneo iussit irrumpere. Sed maritimorum Tyrij Pacorum excluderunt, cum Ptolemaidenses eum & Sidonij recepissent. Ille autem quendam regium pincernam, cognominè suum, equitatus ei parte attributa, ad Iudæam iussit accedere, & exploraturum hostium consilium, & vbi usus exegisset, præsidio futurum Antigono. quibus Carmelum populantibus, multi Iudæi ultro ad Antigonom con-
 30 fluunt, ad expeditionem alacriter animati. Ille autem ad locum qui Drymos dicitur, occupandum eos præmittit: vbi commissæ pugna, depulsisque hostibus & effugatis, Hierosolymam cursu petebant: auctique multitudine, usque ad regiam processerunt. Excepti autem ab Hyrcano & Phasaelo, forti acie in foro configunt. Ibique hostes in fugam versos pars Herodis in fanum concludit: custodisque his sexaginta viros apponit, per ædes proximas collocatos. Sed hos quidem intensus fratribus populus, igne consumit. Herodes autem iracundia peremptorum congressus cum populo, multos obtruncat: inque dies singulos inuicem sese per insidias incurfantibus, assiduæ cædes erant. Instante verò die festo, qui Pentecoste vocatur, omnia circa templum, totaque ciuitas plebe rustica repleta est, & pleraque armata. Et Phasaelus quidem muros, He-
 40 rodes autem cum paucis domum regiam custodiebat. Inuasisque de improviso hostibus in suburbano, complures quidem peremit, omnes autem in fugam vertit, & hos in ciuitatem, alios in fanum, alios in extremum vallum includit. Interea pacis arbitrum Pacorum Antigonus petit admitti. Exoratus autem Phasaelus & ciuitate & hospitio cum quingentis equitibus Parthum recepit, prætextu quidem componendæ seditionis venientem, re autem vera ut adiuuaret Antigonom. Denique Phasaelum dolo perpulit, ut ad Barzapharnem legatus de pace proficisceretur: quamuis multa dissuadente Herode, atque ut insidiatorem occideret, ne se eius fallaciis dederet, admonente: natura enim Barbaros fidem negligere. Exiit etiam Pacorus cum Hyrcano, quo minus suspectus esset: nonnullisque relictis equitibus apud Herodem, quos Eleutheros
 50 vocant, cum cæteris Phasaelum prosequabatur. Sed vbi ad Galilæam venerunt, indigenas quidem dissidentes atque armatos offendunt: satrapam verò conueniunt satis callide & officiis amicitiae dolos regem. Denique postquam dona eis dedit, redeuntibus insidias posuit. Illi autem in maritimum quendam locum deducti, cui nomen est

Ecdippon, fraudem intelligūt. Ibi enim de promissis mille talentis audierūt: & quòd Antigonus plerasque mulieres ex his quas ipsi haberēt, inter quingentas Parthiis deuouisset: quòdque sibi semper à Barbaris præstruerentur insidiæ, ac olim capti essent, nisi mora fuisset, dum Hierosolymis caperetur Herodes, ne sibi præscius quæ de his agerentur, caueret. Hæc iam non verba erant solum, nam & custodes haud procul abesse conspiciebat. Et tamen Phasaëlus Hyrcanum deferere non sustinuit. quamuis eum sapius moneret Offilius vt fugeret: cui Saramalla Syrorum tunc ditissimus dixerat, quemadmodum essent omnia de insidiis constituta. Sed conuenire satrapam maluit, atque in os exprobrare, quòd se insidiis appetisset: ac maxime quia pecuniæ causa talis extitisset, cùm plus ipse pro salute daturus esset, quàm pro regno promississet Antigonus. Ad hæc Parthus subdola satisfactione iuræque iurando suspicionem deprecatus, perrexit ad Pacorum: statimque à Parthis qui remanserant, quibûsq; iussum erat, Phasaëlus atque Hyrcanus comprehenduntur, periuriâ simul ac perfidiam execrantes. At interim pincerna ad hoc missus, Herodē capere moliebatur: cùmque fallere, vt extra murum procederet, sicut sibi mādaturum fuerat, conabatur. Ille autem suspectos habere solitus Barbaros, & tunc minimè dubitans in hostes incidisse literas quæ insidias indicarent, prodire nolebat: quanquam satis idoneam causam Pacorus obtenderet, epistolas portantibus obuiam ire debere: nec enim ab hostibus esse captos, aut quicquam de insidiis, sed quæ Phasaëlus gessisset, his contineri. Iamdudum autē ab aliis audierat Herodes, fratrem suum Phasaëlū esse correptū: & Hyrcani filia²⁰ Mariamne prudentissima fœminarū, multis cum precibus ne prodiret orabat: nē se crederet manifestis iam conatibus Barbarorū. Adhuc autē Pacoro cum socijs deliberante, quonam modo clām patraret insidias, nec enim fieri posse vt tantæ sapientia vir ex aperto circumueniretur, nocte Herodes cum propinquis sibi ad Idumæam ignatis hostibus proficiscitur. Eo cognito, Parthi eum persequabantur. Et illē matrē quidem fratresque suos, desponsatamque puellam cum matre, minimòq; fratre prætereundum iter iussit. ipse autē caute cum famulis suis Barbaros retenrabat: multisque per omnes conflictus interemptis, ad castellum Massada properabat. Grauior³⁰ es autē in fuga Parthis Iudæos expertus est. Qui cùm semper molesti fuissent, à sexagesimo tamen ciuitatis stadio aliquandiu etiam acie decertauerunt. Vbi Herodes victoria potitus, cùm multos interfecisset, ipsūque locū in memoriā præclari facinoris ædificatū, locupletissima exornauit regia, arcemque in eo munitissimā condidit, ac de suo nomine Herodion vocauit. Et tunc quidē cùm fugeret, multos sibi adiungebat. Postea verò quā Thresam Idumææ peruenit, occurrit ei frater Iosephus, turbamque sequentiū diminui persuadet: nec enim capacem esse tantæ multitudinis Massadam. Erat autem supra quā nouem milliū multitudo. Itaque paruit Herodes eius cōsilio, & impares quidem necessitati per Idumæam dimisit cum viatico, lectissimos autem maximèque necessarios tenuit, atq; ita in castellū receptus est. Deinde ostingentis ibi relictis, qui mulieres defenderent, itēque commeatu, qui satis esset obsessis, ipse in Petrā ciuitatem Arabiæ perrexit. Parthi autem apud Hierosolymam⁴⁰ in prædam versi, in fugientiū domos ac regiā irruerant, solis Hyrcani pecuniis abstinentes: quæ trecenta talenta superabant, aliorū verò spe minores inueniebantur: quoniam Herodes iam pridem Barbarorū perfidiā suspicans, quicquid in opibus pretiosum in Idumæam multo antè comportauerat: eiusq; sociorū itidem quisque fecerat. Verumtamen postquā præda potiti sunt Parthi, ad hoc iniuriæ processerūt, vt omnē terrā illam bello implacato replerent, Maris quoque ciuitate vastata: nec solum Antigonū regem constituerent, verumetiā Phasaëlum & Hyrcanū vinctos ei traderent verberandos. At ille Hyrcani quidem auriculas dentibus trūcat, vt ne solutus quidem mutatis rebus vnquā pōtificatum recipiat: ab integris enim celebrari sacra oportet. Phasaëli verò virtute præuentus est Antigonus. Qui cùm nec ferri copiā, nec manus⁵⁰ liberas haberet, ad saxum fracto capite interiit: atque ita probato, quòd verus Herodis frater esset, Hyrcanusque degenerasset, viriliter moritur: dignum antea vita obitum assecutus. Fertur tamen & aliud, quòd ex illa quidem plaga resipuerit, sed veluti curandi eius causa, missus ab Antigono medicus, venenis malis vulnus expleuerit,

- uerit, eoque illum pacto peremerit. Vtrumuis autē verius sit, præclarū habet initium. Deniq; aiunt eum prius quā efflaret animā, cognito ex quadam muliercula, quod Herodes euasisset, dixisse: Nunc bono animo discedam, qui ultorem inimicorū reliquerim. Ille quidem hunc exitum habuit. Parthi autē quanquam mulieribus caruerint, quas maximē cupiebant, rebus tamen cum Antigono apud Hierosolymā compositis, vinctum in Parthiam Hyrcanum ducunt. Herodes autem obstinatus in Arabiam, velut adhuc viuo fratre suo festinabat: vt pecunias ab rege acciperet, quibus solis exoratum iri pro Phasaelo sperabat auaritiam Barbarorum. Etenim cogitabat, si Arabs minus memor fuisset paternæ amicitiae, animoq; liberali parcior, vel mutuum ab eo sumere, quod redemptionis causa præberet: pignori opposito ipsius filio quem redimeret. Secum enim habebat fratris filium, septem annos natum: trecentaque talenta dare decreuerat, interpositis precationi Tyriis. Sed profecto studium fortuna præuenerat: & Phasaelo mortuo nequicquam fratrem diligebat Herodes. Non tamen vel apud Arabas saluam amicitiam reperit. Denique Malichus rex eorum præmissis qui hoc admonerent, quamprimū reuerti eum ex finibus suis iubet, simulatione quidem Parthos per legatos petisse, vt Herodem Arabia pelleret: certa vero causa fuit, quod vicem Antipatro debitā negare proposuerat, neque pro beneficiis ab eo perceptis aliquid eius filiis gratiae rependere, consolationis egentibus. Impudentiae vero suadores habebat, qui Antipatri vellent abiurare deposita. Erāt autē circa eum potentissimi. Proinde Herodes vbi Arabas ex ea sibi causa hostes esse deprehēdit, vnde amicissimos existimabat, eaque respōdit nunciis, quæ dolor imperauit, Ægyptū versus recedit. & prima quidē vesp̄era in quodam agreste fanū, dum post se relictos reciperet, diuertit. Postero autem die cum Rhinocoluram peruenisset, fratris ei mors nunciatur. acceptoque tanto luctu, quantum curarum æstus deposuit, ibat vlt̄erius. Itaque Arabem sero facti pœnituit: & qui reuocarent eum, quem contumeliose tractauerat, velociter misit. Herodes autē in Pelusium peruenerat: ibique transitu prohibitus ab eius rei speculatoribus, rectores adit: & illi famam viri dignitatēque reueriti, Alexandriam eum prosequuntur. Ingressus autem ciuitatem, à Cleopatra honorifice susceptus est, ducem sibi militum fore eum ad ea quæ parabat, existimante.
- 30 Posthabitis autem reginæ precibus, neque hyemis asperitatem, neque marina discrimina, quod minus nauigaret Romā, extimuit. Circa Pamphylia vero periclitatus, maiore oneris parte reiecta, vix in Rhodum vehemēter bello Cæsij vexatā, saluus euadit. Amicorū autem suorū, Ptolemæi & Saphinij receptus hospitio, licet rei pecuniariæ premeretur inopia, maximam tamen ædificat nauim triremem: eaque cum amicis delatus Brundisiū, atq; inde cōtinuo Romā profectus, familiaritatis paternæ gratia primū cōuenit Antoniū: eiq; tam suas quā totius generis clades exponit: quodque affinibus suis in castello relictis, atq; obsidione cinctis ad eū hyeme supplex nauigasset. Itaq; tantæ miserationis casum miseratus Antonius, & memoria quidē iunctæ cum Antipatro dexteræ, tum verō ipsius qui aderat cōtēplatione virtutis, etiā tūc
- 40 eum regē cōstituere proposuit Iudæorū, quem ipse tetrarchā antea fecerat. Non minus autem quā fauore Herodis, odio ducebatur Antigoni. Hunc enim & seditiosum, & Romanis inimicum esse arbitrabatur. Cæsare quidem habebat multo quā ipse paratius renouantem Antipatri expeditiones, quas in Ægypto cum eius patre pertulerat: & hospitium & in rebus cunctis beneuolentiam: cum præter hæc ipsius quoque Herodis strenuitatem cerneret. Verumtamen & senatum conuocabat, vbi Messala, & post eum Atratinus, astante Herode, patris eius merita, & ipsius circa populum Romanū fidem prosequēbantur, quo simul hostem Antigonum demonstrarent: non solum quod intra breue tempus is dissidere cœpisset, verumetiam quod antea quoq; populo Romano despecto, Parthorū suffragio regnum curauisset accipere. His autē commoto senatu, cum Antonius etiam bello cōtra Parthos gerendo vtile esse diceret Herodem regem creari, omnes assentiunt. Dimissoque senatu, Antonius quidem & Cæsar egrediebantur, medium stipantes Herodem. Consules autem cum aliis magistratibus antecedeabant, cæsuri hostias, decretūque senatus in Capitolio reposituri. Primo autē die regni Herodis, apud Antonium cœnatum est.

De bello Herodis è Roma redeuntis, pro Hierosolyma & contra latrones. Cap. XII.

*Ant. li. 14.
cap. 23.*



ODEM verò tēpore Antigonus apud Massadam inclusos obsidebat. aliis quidem viētui necessariis abundantes, aquæ autē inopes. Vnde Iosephus quoque frater Herodis cum ducētis familiaribus suis ad Arabas confugere cogitabat: audito quòd eorum quæ in Herodem commiserat, Malichum pœniteret: castellumque reliquisset, nisi circa noctem, qua exiturus erat, plurimum imbrium cōtigisset effundi. aqua enim repletis puteis, fugiendi causa non erat, adeo ut etiam ultro in Antigoni militem eruptiones auderent: multosq; nunc aperto prælio, nunc insidiis neci darent: non tamē illis omnia pro voto cedebant, sed ipsi quoq; interdum cum aduerso casu reuertebantur. Interea dux Romani militis Ventidius, 10 prohibutum missus Parthos à Syria, post illos in Iudæam venit: verbo quidem ut Iosepho & qui vnà obsidebantur, ferret auxilium: re autem vera, ut pecunias auferret Antigono. Itaque cū non longe ab Hierosolymis tetendisset, quæstu expletus, ipse quidem cum maxima exercitus parte discessit. Silonem verò cum paucis, ne furtum deprehenderetur, si omnes abduxisset, reliquit. Antigonus autem sperans iterū Parthos sibi adiumento fore, Silonem interim placabat: ut pendente spe, nihil inquietaret.

*Ant. li. 14.
cap. 24.*

Iam vero naui ex Italia in Ptolemaidem deuectus Herodes, non parua manu coacta externorum atque gentilium, per Galilæam aduersus Antigonū properabat, Ventidij & Silonis fultus auxilio: quibus Gellius ab Antonio missus, ut Herodem in regnum deducrent, persuasit. Horum autē Ventidius quidem turbas in ciuitatibus, 20 quæ propter Parthos euenerant, componebat. Silonem verò Antigonus in Iudæa mercede corruerat. Non tamen Herodes opis egebat: in dies enim singulos, quo magis iter promouebat, augebantur eius copiar. nam præter paucos omnis ei Galilæa consensit, & propositum habebat præmium necessarium Massadam, ut primum affines suos obsidione liberaret, sed impedimento fuit Ioppe. Hæc enim prius, quòd hostilis esset, eximenda videbatur: ne dum ipse peteret Hierosolymā, receptaculum à tergo aliquod inimicis relinqueretur. Silo autem iungit agmina, inuenisse gaudens resistendi occasionem, quòd eum persecutio premeret Iudæorum. Hos autē Herodes paræ manus excursionem perterritos, mature in fugam vertit: & Silonem male repugnantem, periculo eripit. Deinde capta Ioppe, suos liberaturus ad Massadam 30 festinabat: dum indigenarum alios amicitia paterna sibi sociaret, alios ipsius gloria, nonnullos vtriusque beneficiis debita vicissitudo: plurimos tamē spes, ut à rege certissimo. Iamque validissimas quæsierat militum copias: sed Antigonus iter eius impediebat, loca insidiis opportuna præoccupans, unde nullum aut minimū afferebat hostibus detrimentum. Herodes autem facile receptis ex Massada pignoribus suis & rebus, à castello in Hierosolymam perrexit. Cui se Silonis milites & multi ex ciuitate iunxerūt, virium eius timore perculsi. Castris autem positis ad occiduam regionem oppidi, custodes eius partis ipsum sagittis & iaculis impetebant: ab aliis vero per cuneos excurrentibus primæ frontis acies tentabantur. Herodes autē primo circa muros præconis voce declarari iussit, populi se bono & salutem ciuitatis aduenisse: pœ- 40 nāsque ab nullo quamuis manifesto inimico repetiturum, sed discordissimis etiam offensarum obliuionem daturum. Deinde cū allocutionibus contrariis pars Antigoni obstaret, quò minus aut præcones exaudire, aut voluntatem mutare quispiam posset, quod reliquum erat, suis imperat murorū defensores deturbare: atque illi statim sagittis cunctos ex turribus in fugam verterunt. Ibi tunc Silonis detecta corruptio est. Multis enim militum subornatis, qui rebus egere se necessariis acclarent, pecuniāque alimentis poscerent, atque hyemandi gratia in loca opportuna dimitti (nam ciuitati proxima deserta erant, ita omnibus ab Antigono antè prouisis) & incitabat exercitum, & ipse recedere conabatur. Herodes autē non solum duces qui Siloni parerent, sed etiam milites vbi plurimi essent conueniendo, rogabat ne se 50 destituerent, quem scirent à Cæsare & Antonio & senatu deductum, in vno die pollicitus eos penuria soluere. Deinde hæc precatus ipse agros adit: tantāque his exhibuit copiam comædatus, ut Silonis omnes accusationes perimeret. simulq; prospiciens, ne vel in posterum ministrare desineret, accolæ Samaritæ per epistolas admon-
nebat

- nebat (nam ciuitas eius se clientelæ dederat) vt alimenta & vinum & oleum, & pecora in Hierichunta deferret. Hoc vbi audiuit Antigonus, statim qui frumentatu hostes prohiberent, atq; insidiis opprimerent, per agros dimittit. Illique iussis obediunt, & magna iam manus armatorum super Hierichunta fuerat congregata. Discreti autem montibus insidebant, siqui exportaret victui necessaria speculantes. Non tamen Herodes otiosus erat, sed decem cohortibus comitatus, quinque Romanorum, & quinque Iudæorum, quibus permixti erant etiã mercede cõducti trecenti, præterea paucis equitibus Hierichunta peruenit: & ciuitatem quidem vacuam habitatoribus repperit, quingentos vero cum mulieribus ac familiis montium occupasse cacumina.
- ¹⁰ & hos quidem captos dimisit: Romani autem in reliquam ciuitatem irruunt, eamq; diripere, cum plenas domos offendissent omnigenis opibus. Rex autem apud Hierichunta præsidio collocato, reuersus est: Romanumque militem in his quæ sibi accesserant ciuitatibus, hoc est Idumæa, & Galilæa, & Samaria, hyematurum dimisit. Antigonus quoque Silonis corruptione meruit, vt exercitus partem Lyddenses susciperent in Antigoni gratiam. Et Romani quidem armorum cura soluti, rebus omnibus abundabāt. Herodes autem non quiescebat, sed Idumæam duobus millibus peditum, & quadringentis equitibus, misso etiam fratre suo Iosepho, communiuit, ne quid noui cum Antigono tentaretur. Ipse autem, matre cum aliis quos ex Massada liberauerat affinibus suis in Samariam translata, ibique tutissime collocata vt cætera
- ²⁰ Galilææ subuerteret, atque Antigoni præsidia expelleret, proficiscitur. Cùmque Scaphorim, licet vehemētissime ningeret, peruenisset, facillime ciuitatem capit, custodibus eius ante aggræssionem fuga dilapsis: ibique suis militibus, quos hyems fatigauerat, recreatis (erat enim magna copia comineatus) aduersus latrones in speluncis degentes direxit animũ: qui pleraq; illius regionis incurstantes, non minoribus quàm belli cladibus incolas afficiebant. Præmissis autẽ tribus peditum cohortibus, vnãque ala equitum in vicum Arbelam, ipse diebus quadraginta post cum reliqua manu superuenit. Nec tamen eius incursum hostes extimere, sed armati obuiam procedebant, peritia bellatoris fisci, & ferocitate latronis. Deinde prælio cõmisso, dextro ipsorum cornu, sinistrũ Herodis in fugam pellitur. Ille autẽ de suo dextro circumgressus,
- ³⁰ velociter subuenit, & suos quidem à fuga retrahit: irruendo autem in hostes impetũ persequentium refrenabat, donec à fronte pugnãtes violentiæ concesserũt: qui tamen eos vsq; ad Iordanẽ cadendo persequeretur: & magna fugientium parte perempta, cæteri trans fluuium disiecti sunt: & Galilæa metu est purgata, nisi quod in speluncis latitantes reliquerant, eorumq; causã diutius ibi remorandum fuit. Quamobrẽ primum laboris fructũ militibus rependebat, centũ quinquaginta argenti drachmas singulis diuidendo: eorumq; ducibus multiplicatam summã ad hyberna mittẽdo. Phæroræ autem fratri minimo scripsit, vt & foro venalium consuleret, murq; castellum Alexandriũ cingeret: quæ ab illo curata sunt. Interea circũ Athenas versabatur Antonius. Ventidiũ autẽ ad bellum cõtra Parthos Silonem atq; Herodẽ accersit: mandato eis per epistolas, vt Iudææ statum antẽ componerent. Sed Herodes, libenter ad
- ⁴⁰ Ventidiũ Silone dimisso, ipse aduersum latrones in speluncis habitãtes mouet exercitum. Istæ autẽ speluncæ in præruptis montibus erant, vndique inaccessæ, transuersosque tantũ ac perangustos ascensus habebant: saxumque ab earum fronte vsq; ad fauces altissimas pertingebat, rectũ vallibus imminẽs, vt aliquandiu quidem rex pro loci difficultate quid ageret, incertus esset. Postremò autẽ placuit, vt molimine vteretur satis incauto. Etenim valētissimus quisq; demissus arculis, exponebatur in ostia speluncarum. Hicque cum familiis eos mactabant, ignemque repugnantibus iniiciebant. Cùmque aliquos ex his conseruare vellet Herodes, vt ad se accederent, voce præconis edixit. Sed illorum neque voluntarius se quisquam ei tradidit: sed & quos
- ⁵⁰ vis coëgerat, multi mortẽ captiuitati prætulērunt. Vbi etiam senior quidam, septem filiorum pater, orantes cum matre pueros, vt egredi sibi ad fœdera permitteret, occidit hoc modo: Iussit exire singulos, ipse ad ostium stabat, & prodeuntem quenque filiorum trucidabat. Herodes autem è specula hæc prospiciens, & dolore conficiebatur: & vt filiis parceret, seni dexteram cum precibus porrigebat. Ille autem dictis eius

*Ant. li. 14.
cap. 24.*

*Ant. li. 14.
cap. 25.*

eius nequaquam mitior factus, insuper humilem animū Herodi exprobrauit. & post filios occidit uxorem: deiectisque desuper mortuis, postremò semetipsum præcipitem misit. Speluncis igitur & qui in his erant ita subactis, Herodes relicta exercitus parte, quantū ne quis rebellare tentaret satis esse arbitrabatur, eique parti Ptolemæo præposito, in Samariam rediit: scutorum quidem tria millia, sexcētos verò equites in Antigonum ducens. Tūcque propter eius abscēsum naſti licētiā, quibus Galilæam turbare mos erat, Ptolemæum quidem ducem aggressi, nec opinātem interficiunt. Agros autem vastabant, in paludes atque in abditissima loca refugiētes. Quibus cognitis Herodes mature succurrit: & magnam quidem eorum multitudinem morte consumit. Omnibus autē castellis obsidione liberatis, huius mutationis causa 10 multā exegit à ciuitatibus pecuniam, centum talenta. Iam verò Parthis expulsis, occiso etiam Pacoro, Ventidius Antonij literis monitus, equitum mille auxilia duarūque legionum, aduersus Antigonum mittit Herodi. eorum autem ducem Machæram, ut se adiutum veniret, per epistolas rogauit Antigonus, & de iniuria Herodis multa conquestus, & pecuniam dare pollicitus. Sed is: nec enim ad quos missus fuerat, negligēdum putabat, cū præsertim plura daret Herodes. in proditione quidem ei non paruit, simulata vero amicitia res Antigoni exploratū perrexit, non admissio Herodis consilio, dissuadentis id fieri. Antigonus autē, quia præsensit quid cogitaret, ciuitatem ei clausit, & tanquam hostem arcebat à mœnibus, donec Machæram incepti puduit, & in Amathuntem ad Herodem recessit. Iratus autem quod res 20 aliter cesserat, quoscunque Iudæos offendisset interficiebat, ut nec vel Herodianis parceret: sed ut Antigonianis omnibus abutebatur. Hæc cū ægrè ferret Herodes in Machæram quidem vindicare voluit, tanquā in hostē: iracundiam verò repressit, & ad Antonium properabat, apud eum accusaturus Machære iniquitatē. Ille autem delicta sua reputans, velociter regem consequitur: utq; in gratiam secū redeat, multis precibus efficit. Neque tamen Herodes à proposito suo reuocatus est quò minus ad Antonium pergeret. Sed cū audisset eum magnis viribus oppugnare Samosatam, iuxta Euphratem validissimam ciuitatem, acrius festinabat, opportunum hoc tempus esse perspicuens demonstrādæ virtutis, & ut magis magisque placeret Antonio. Deniq; mox ut ad eum venit, finem attulit obsidioni, multis Barbaris interfectis, ma- 30 gnāque prædæ parte sibi destinata: ut Antonius quidem, quanquam eius virtutem antea mirabatur, tamen etiam tunc magis eandem opinionem haberet, multūque ad honores eius spēmque regni adderet: Antiochus verò tradere Samosatā cogeretur.

De morte Iosephi, & obsidione Hierosolymæ per Herodem, & Antigono occiso. Cap. XIII.

*Ant. li. 14.
cap. 25.*



UM hæc agerentur, res Herodis in Iudæa fractæ sunt. Reliquerat enim Iosephum fratrem suum, qui omnia procuraret, cum mādatis huiusmodi, ut nihil ante reditū suum aduersus Antigonū moueret, quia non firmum esset auxiliū Machære, quantū ex delictis superioribus appareret. Verū Iosephus, ubi fratrem procul abesse cognouit, immemor præceptorū, Hierichūta cum quinque cohortibus à Machæra secū missis petit, ut maturo mēsiū tēpore frumen 40 ta diripiat. Incurſu autē hostiū per montana atq; aspera loca oppressus, & ipse cadit, magnā viri fortis in ea pugna gloriā consecutus, & omnes Romani milites pereunt. Recens autē lectæ de Syria cohortes erāt, nec veteranorū quenquā permixtū habebant, qui belli imperitis opitulari posset. Antigonus autē victoria minime contentus fuit, sed eò processit iracundiæ, ut mortuum quoque Iosephum verberaret. Deniq; nactus corpora mortuorū, etiam caput eius abscidit, quamuis L. talenta Pheroras frater pretium redemptionis offerret. tanta verò nouitas post Antigoni victoriam Galilææ res occupauit, ut qui partibus eius magis fauerent, productos primates Herodis studiosos lacu submergerent: multaque in Idumæa quoque mutarentur, ubi Machæra castelli cuiusdam instaurabat mœnia, cuius nomen est Githa. nec horum quicquam 50 Herodes audierat. Captis enim Samosatæ Antonius, & præposito Syriæ Sosio iusso ut Herodem quoque aduersus Antigonum adiuuaret, discessit in Ægyptum. Sosius autem duabus cohortibus in Iudæā præmissis, quarū Herodes vteretur auxilio, ipse cum cætera manu militū sequebatur. Herodi autē degenti prope Daphnem Antiochiæ,

chiæ, mortem fratris somnia manifesta significant. Cúmque turbatus profiluisset è stratis, ecce nuncij cladis intrabant: quare præ dolore paululum questus, maxima parte luctus dilata, in hostes properabat, vltra vires iter accelerans. & vbi ad Libanum venit, octingentos montis accolæ assumit auxilio, vnamque his iungit Romanorum cohortem. cum quibus nõ expectata luce, Galilæam ingressus est, hostesque obuios in eum quem reliquerant locum auertit. & assidue quidem castellum oppugnare tentabat: sed prius quàm id caperet, asperrima hyeme coactus, in vicum proximum recepit exercitum. paucis autem diebus post, auctus etiam alterius cohortis præsidio, quàm Antonius miserat, tanto hostibus terrori fuit, vt castellum nocte desererent. Iamque per Hierichunta properans ibat, vt quàm primum interfectores fratris sui posset vlcisci, vbi etiam mirabilis ei monstrique similis casus euenit: vnde præter spem liberatus, opinionem quòd Deo carus esset adeptus est. nam cū multi honorati vespera illa apud eum cœnauissent, postquam dimisso conuiuio omnes egressi sunt, confestim cœnaculum concidit. Id autem commune sibi tam periculorum quàm salutis præsagium, quantum ad futurum bellum pertineret, esse coniiciens mane primo castra mouet: hostiumque sex circiter millia de mōtibus decurrentes, prima tentabant agmina: & manū quidem cum Romanis conferere non satis fidebant: lapidibus autē ac telis eos, dūmodo plurimos sauciarent, eminus appetebant. vbi Herodes quoque ipse præteriens, latus iaculo vulneratur. Antigonus autem se nõ solum audacia suorum, sed etiā multitudine superiorē videri cupiens, Pappum quēdam ex contubernalibus suis cum manū militum in Samariā mittit, quibus quidem Machæra erat præmiū victoriæ. Herodes verò terrā peruagatus hostilem, quinque municipia capit, duosque habitatorū millia consumit. exustisque domibus, ad exercitum redit, circa vicū, qui appellatur Cana tendentē. In dies autem singulos magna ei multitudo Iudæorum vel ex ipsa Hierichunte, vel ex aliis regionibus accedebat: cū hos odium moueret Antigoni, alios ipsius Herodis præclara facinora. Enimuero multos ratione carētes, mutationis cupiditas impellebat. hoc autem congregari festināte, Pappi milites neque multitudine hostium, neque impetu perterriti, acriter ad pugnam ex altera parte procedunt. sed vbi agmina conflixerunt, ceteri quidam paulisper restiterunt. Herodes autē fratris cædis recordatione periculosius dimicās, dummodo eius vlcisceretur autores, aduersam aciem facillime superat. deinde semper integros aggrediēdo, vniuersos in fugam vertit. erat enim plurima occumbentium strages. cū alij quidē in vicum vnde venerant compellerentur. nouissimus autem ipse instaret, atque infinitos occideret. postremo ruēs inter fugiētes hostes in vicum irrupit: cū omnes domus armatis essent refertæ, plenāque propugnatorū desuper recta: & quoniā foris deprehensos facillime superabat, disturbādo ædes intus abditos extrahebat, alios conuulsis obrutos tectis, multos simul necabat. si quis autē subterfugisset ruinā eum gladiis armati milites excipiebāt, tantāque cadauerum per omnes vias multitudo coaceruata est, vt etiā victoribus ipsis transitus obstrueretur. hanc plagam hostes adeò nõ tulerunt, vt confluentium turba, conspectis, qui in vico perissent, fuga discederent. statimque successu fretus Herodes ad Hierosolymam perrexisset, nisi eum hyemis asperitas prohibuisset. Hæc enim perficiendæ victoriæ fuit impedimentum, & ne penitus opprimeretur Antigonus, obstitit, qui ciuitatē iam deserere cogitabat. Herodes autem ad vesperam, cū lassos amicos reficiendi corporis gratia dimisisset, ipse adhuc ab armis calidus, more militis lauātū ibat. Siquidē vnus tantum puer eum sequebatur. Et prius quàm in balneum perueniret, obuio ei quidā ex hostibus gladio armatus occurrit, deinde alter & tertius & plures. Et hi confugerant armati ex acie in balneum, sed perculsi etiā tum metu ac latitantes, vt regē viderunt, illum quidē stupore debilitati ac tremētes, cū inermis esset prætereunt: exitus verò quā fugerent cursu petebant. Itaque cū alius casu, qui eos deprehenderet nullus adesset, Herodi autem nihil pati satis fuisset, omnes effugiunt. Postero autē die Pappum quidē, Antigoni militum ducem, abscisso capite obrūtcat: idque Pheroræ magistro exercitus fratri suo mittit in perempti fratris ultionem. nāque Pappus erat qui Iosephū interfecerat. Vbi autem rigor hyemis cessit, Hierosolymam repetiit: murisque admoto milite (annus autē tertius agebatur, ex quo Romæ rex fuerat declaratus) pro templo castra posuit, quā facili-

S lior

*Ant. li. 14.
cap. 12.*

lior erat expugnatio, & antea Pompeius ceperat ciuitatem. Exercitu autem in opera distributo, suburbanisque diuisis, tres quidem leuare aggeres, & super eos turres edificare iubet. relictis autem, qui operibus instarent impigerrimis amicorum, ipse in Samariam vadit, vxorem accepturus, Alexandri filij Aristobuli filiam, sibi desponsatam, vt diximus: & dum obsidet, succisua opera nuptias curaturus: quippe iam hostes despiciebat. igitur vbi eam duxit, ad Hierosolymam redit, auctus militum copiis: eique Sosius cum magna manu equitum peditumque sociatur: qua mediterraneo itinere præmissa, ipse per Phœnicem iter fecit, vniuerso autem exercitu congregato, ad peditum legiones vndecim, equitumque sex millia, præter auxilia Syrorum, non pro minima parte ducenda propè à Septentrionali muro castra collocarunt: Herodes quidem senatusconsulto fretus, quo rex fuerat declaratus: Sosius verò Antonio, à quo milites quibus præerat, sciret missos Herodi auxilio. Iudæorū autem intra ciuitatem agentium populus varie turbatus erat. Nam circa templum infirmior multitudo conueniens furore agebatur, multaque veluti diuinitus de temporibus diſtitabat: & qui audaciores essent, in cateruas conglobati, multis modis latrocinabantur: maxime ex locis oppido proximis victui necessaria diripientes, neque aut equis, aut viris alimenta relinquebant. bellatorum autem constantiores obsidentibus oppositi, è muris opus aggerum prohibebant, & contra instrumenta oppugnantium, semper nouum aliquod obstaculum moliebantur. In nulla re autem æque ac cuniculis superabant. Rex autem aduersus latrocinia quidem occultas excogitauit militum insidias, quibus eorum reprimerentur excursus: inopiam verò alimentorum longinquis transuectionibus adiuuari disposuit. ac pugnae intenti, quamuis omnem modum audaciæ supergrederentur, Romanorū tamen peritia vincebantur. nihilominus aperte cum his, certa morte proposita, confligebant. Ex improviso autem Romanis per cuniculos intermedios emergentibus, prius quam muri aliqua pars dirueretur, alteram eius vicem muniebant. Prorsus autem neque manibus neque machinis deficiebant, quoniam vsque ad vltimum repugnare decreuerant. denique tanto exercitu circumsidente, per quinque menses obsidium tolerauerunt: donec quidam ex his quos lectos habebat Herodes, ausi murum transgredi, ciuitatem irrupere, & post eos Sosij centuriones. Igitur ante omnia sano proxima capiebantur: & infuso exercitu plurima ubique mors erat: Romanis quidem propter obsidionis moras iratis: Herodis verò manu Iudæica summo intèra studio, ne quis penitus ex aduersariis euaderet. Maſtabantur autem quamplurimi, & per angustiores vicos oppidi, & in domos compulsi, etsi ad templum etiam confugissent: nec vlla erat, aut senectutis, aut muliebris infirmitatis miseratio. Denique licet rex ubique mittens rogaret, vt parcerent, nemo tamen dexteram continuit: sed veluti furētes, omnem perſequebantur ætatem. Ibi tunc etiam Antigonus, neque priorem neque præſentē fortunam cogitans, domo descendit, & ad pedes Sosij proſternitur. Ille autem nihil eum tantæ mutationis causa miseratus, & intemperanter derisit, & Antigonom appellauit: neque tamen etiam custodia liberum dimisit, vt ſœminam. Iraque ille quidem vincſus afferuabatur. Herodes autem cum iam hostes vicisset, vt externa quoque auxilia compeſceret providebat. Viſendi enim templi, ſanctorūque eius studio, omnis multitudo peregrina fuerat incitata. Ob eamque rem, hos minis, alios precibus, nonnullos armis etiam refrēnabat: acerbiorē, quam ſi victus fuiſſet, exiſtimās ſibi fore victoriam, ſi quod videri nefas eſſet, culpa ſua viſum fuiſſet. mox autem etiam rapinas in ciuitate prohibuit, multa inuectus in Sosium, ſi vacuefacto viris & pecuniis oppido, Romani regem ſe ſollicitudinis reliquiſſent: qui pro tanta ciuium cæde, totius orbis terræ impetium, vile pretium iudicaret. Illo autem iuſtum eſſe dicente, vt pro labore obſidionis prædandi licentiam milites haberent: ipſe de ſuis facultatibus mercedem ſingulis diſtributurum ſe aſſeuerauit. Atque ita redemptis patriæ reliquiis, promiſſa compleuit. Nam & militum quenque liberaliter, & pro merito, duces, ipſumque Sosium regia largitate donauit, vt nemo egens pecuniis abiret. Poſt hæc Sosius aurea corona Deo dedicata, ex Hieroſolymis remeauit, Antonio vincſtum Antigonom ducens. & illum quidem vana ſpe vitæ cupidum vsque ad vltimum diem, ignauia digna ſecuris excepit. Rex autem Herodes diſcreta multitudine ciuitatis, ſuarum quidem partium ſtudioſos,

*Ant. lib. 15.
cap. 1.*

diolosos, quo magis beneuolos, sibi faceret, honorifice tractabat: Antigonianos autem neci tradebat. & quum pecunia defecisset, diuiso quicquid ornamentorum haberet, Antonio eiusque comitibus misit. non tamen omnino ne quid pateretur redemit. Iam enim Antonius Cleopatraz amore corruptus, in omni re cupidini cesserat. Etenim Cleopatra, vbi tanta cognationem suam sœuitia persecuta est, vt neque propinquus sanguine superesset, cædis rabiem contulit in extraneos: Syrorumque optimates apud Antonium criminando suadebat eos interfici, vt eo modo cuiusque possessiones dominio suo facilius quæreret. Postea verò quàm in Iudæos atque Arabes vsque extendit avaritiam, vt reges eorum Herodes & Malichus interirēt, occulte moliebatur. Cui
 10 cum verbotenus annuisset Antonius, occidere quidem bonos viros tantosque reges iniustum esse duxit: verum inter amicos vltra non habuit: sed multa terra ex eorum præcisa finibus, & quod erat in Hierichunte palmetum in quo balsamum gignitur, & ciuitates præter Tyrum & Sidonē cunctas intra flumen Eleutherum ipsi dedit. Quorum potita dominio, ad Euphratem vsque Parthis bellum inferentem profecuta Antonium, per Apamiam & Damascum in Iudæam venit. Atque hic Herodes, licet magnis muneribus infensum eius animum mitigasset, tamen ducentis talentis annuis abscissas regno suo possessiones impetrat sibi locari: ipsamque omnibus obsequiis placans, Pelusium vsque deducit. Nec multum interea tempus & Antonius ex Parthis aderat. captiuumque Artabazen Tigranis filium dono Cleopatraz ducebat. Nam cum
 20 pecuniis omnique præda, Parthus illi statim condonatus est.

De insidijs Cleopatraz in Herodem, & Herodis prælio contra Arabes, & ingenti terræmotu. Cap. XIIII.



ONCITATO autem bello Aëtico, Herodes quidē cum Antonio *Ant. li. 15.*
 proficisci paratus erat, & aliis per Iudæā turbis liberatus, & Hyrcanio *cap. 5.*
 potitus, quē vicum Antigoni soror tenebat: veruntamen à Cleopatra callide ne periculorum Antonij particeps fieret, interclusus est. Regibus enim, vt diximus, insidias tēdens, bellum in Arabas, vt Herodi cōmitteret, persuadet Antonio. quos si vicisset, Arabiæ: sin autem victus esset, Iudæę domina cōstitueretur, alterumq; potentiū per alterum pessumdaret. Sed hoc eius consilium Herodi feliciter cessit. nam primum in Syros hostes ducens, magnum quem cōflauerat equitatum, circa Diospolim in eos mittit, & quamuis fortiter resistentes, superauit. qui cū iam victi essent, magno motu Arabes suscitantur: & infinita manus in Syriæ cœles Canathā congregati, expectabant Iudæos. vbi rex eos Herodes cum exercitu aggressus, bellum consultius administrare tētabat, castraq; muro cingi præcipiebat. non tamen ei paruit multitudo, sed priore victoria freti Arabas impetunt. & prima coitione in fugam versos vrgebant: in persecutione verò insidiis periclitatur Herodes, Canathensibus ab Athenione immissis, qui ex Cleopatraz ducibus semper ei fuerat inimicus. Namque horum incurſu recreati Arabes, pugnam repetunt: iunctisq; agminibus circa saxosa loca & deuia, Herodis militem fugant, plurimis cæde prostratis. Qui verò ex prælio seruati sunt, in vicum Ormizam cōfugiunt.
 40 vbi etiam castra eorum cum hominibus circumuenta Arabes, sicut erant plena ceperunt. Neque multo post accepta clade, Herodes aderat cum auxiliis, serius quàm vsus poposcit. Huius ei vulneris causa fuit, præpositorum militibus contumacia, quòd iussis obedire noluerunt. non enim repentino commissio prælio vllum Athenio insidians tempus habuisset. rursus tamen vltus est Arabas, assiduus fines eorum incurſionibus infestans: quòdque semel victus est, sæpe rependit. Sed dum inimicos persequitur, incurrit ei diuinitus alia calamitas, septimo regni anno & Aëtico bello feruente. nanq; *Ant. li. 15.*
 veris initio terra mota, infinita quidem pecorum, triginta verò hominum millia pere- *cap. 6.*
 mit, cū exercitus mansisset incolumis, quoniam sub diuo tēdebat: ibique Arabas in
 50 maiorem audaciam fama sustulit, tristibus nuntiis grauius semper aliquid affingens. vnde velut omni subuersa Iudæa, terræ obtinendæ spe, quia neminem superesse credebant, in eam irruunt, legatis prius interfectis, qui ad se venerant à Iudæis. Herodes autem aduentu hostium perterritam suorum multitudinem, tam magnitudine, quàm assiduitate calamitarum fractam, ad repugnandum incitare tentabat: hæc dicens: Ra-

tionem habere non videtur, cur vos præsens formido perculerit. nam diuinæ quidem indignationis plagas mœrori vobis esse non miror. Ignauum autem est perpeti idem, etiam cum incurſus hominum repellendi ſunt. Ego enim tantum abeſt, vt hoſtes poſt terræmotum pertimeſcam, quod magis putauerim Deum hæc illis illecebram immiſſiſſe, vt pœnas redderent, non enim tantum manu armiſque freti, quantum noſtris calamitatibus, veniunt. Fallax autem ſpes eſt, quæ non ſuis viribus nititur, ſed alienis aduerſis. Neque verò vel ſecundæ res, vel contrariæ, apud homines certæ ſunt: ſed in vtranque partem videas fortunam nutare viciffim, vt exemplâ vobis propria demonſtrabunt. Nempe prælio ſuperiore victores, poſt ab hoſtibus victi ſumus. & nunc ergo, quantum æſtimare licet, illi capiuntur, victores ſe fore credentes. Nimis enim con-¹⁰ fidens incautus eſt: metus autem prouidentiam docet. Itaque mihi quidem hoc ipſum quod timetis, fiduciam ſuggerit. Nam cum ferocioreſ quàm opus erat fuiſtis, & præter voluntatem meam in hoſtes egreſſi eſtis, Athenion inſidiandi tempus inuenit. nunc autem veſtra cunctatio, & minus alacer animus, vt videtur, certam mihi victoriam ſpondet. Cōuenit tamen ante prælium ſic eſſe affectos, in ipſo autē opere virtutem exerere: conſceleratiſque hoſtibus planum facere, quod neque humanum aliquod malum, neque ira cæleſtis vnquam deprimit fortitudinem Iudæorum, donec ſpiritus vitæ ducunt, vel eorum quiſquam in bonis ſuis Arabas dominari patietur, quos aliquoties pene captiuos abduxit. nihil autem vos terreat rerum anima carentium metus: neque arbitremini, terræ concuſſionem, alicuius futuræ cladis eſſe por-²⁰ tentum. Naturalia nanque ſunt elementorum quoque vitia: nullūque damnum inferunt, niſi quod ex ipſis euenerit. nam peſtilentiæ quidem, vel famis, vel terræmotus ſignum aliquod tardante malo fortæſſe præceſſerit: ipſa verò cum extiterint, ſui magnitudine finiuntur. Cæterum quid nobis amplius quàm terræ concuſſio, bellum nocere poterit etiam victis? Imò enim verò maximum imminentis excidij monſtrum, ſponte ſua, neq; alienis manibus inimicis accidit, qui legatos noſtros præter omnium hominum leges crudeliter maſtauerunt, talēſque Deo pro belli euentu hoſtias ceciderunt. Non enim effugient maximum eius lumen inuictamque dexteram, ſed continuo pœnas dabunt: ſi patrio repleti ſpiritu, in vindictam violati fœderis animos excitemus. pergite quiſque non pro coniugibus neque pro liberis, aut pro patriæ pericu-³⁰ lis pugnaturi, ſed legatorum cædis ultores. Illi melius quàm nos, qui viuimus exercitum regent: vobiſque mihi obedientibus, periclitabor ipſe pro cæteris. Pro certo enim ſciatis, fortitudinem veſtram ſuſtineri non poſſe, niſi temeritate lædatur. His adhortatus milites, vbi eos alacres vidit, ſacra Deo celebrauit: deinde cum exercitu Iordanem fluuium tranſgreſſus eſt. Caſtris autem Philadelphiz poſitis, haud procul ab hoſtibus, quaſi de interiacente caſtello contenderet, pugnam eminus irritabat, quamprimum cupiens congredi. nam & hoſtes præmiſerant, qui caſtellum occuparent. Sed illos quidem regij facile repulerunt, collémque tenuerunt. ipſe verò quotidie producto ad prælium milite, inſtructaque acie, Arabes laceſſebat. Cum autem nemo contra procederet (quædam enim eoſ vehemens formido tenebat, & ante multitudinem dux⁴⁰ Althemus timore obriguerat) vallum eorum diſturbat ipſe aggreſſus: eoque modo coacti ad pugnam confuſis ordinibus, mixtiſque cum equitibus pedites egrediuntur: etſi multitudine ſuperiores, Iudæis tamen alacritate impares, quamuis audaciores eoſ faceret victoriæ deſperatio. & quandiu quidem reſtiterunt, non magna eorum cædes facta eſt: vbi verò terga nudauerunt, multi à Iudæis, multi verò à ſemetiſſis conculcati perierunt. Denique millia v. in fuga ceciderunt, cæteraque multitudo intra vallum compulſa eſt, eoſque ſtatim circumſeptos obſidebat Herodes. & licet armis propè adeſſet excidium, tamen aquæ penuria vehementer vrgebat. Cùmque rex arrogātius eorum legatos deſpiceret, & talenta quinquaginta pro redemptione offerentibus, magis inſtaret: denique ardeſcente ſiti, cateruatim exeuntes, ultro ſe Iudæis tradebant,⁵⁰ adeo, vt quinque diebus quatuor millia vincirentur, ſexto reliqua multitudo ad pugnam deſperata ſalute procederet. Quibus congreſſus Herodes, iterum ſeptem millia circiter ſternit: & tam magna plaga ultus Arabiam, extincto virorum eius ſpiritu, tantum profecit, vt eius patronus ab ea gente optaretur.

Herod



O x autem illum excepit desueta rerū sollicitudo propter amicitiam *Ant. li. 15.*
 Antonij, post victoriā Cæsaris apud Actium. Veruntamē plus timo- *cap. 7.*
 ris habebat, quā ipse patiebatur. Nec enim Cæsar victū iudicabat,
 Antonium, donec Herodes cū eo superesset. Itaq; rex periculis de-
 creuit occurrere: Rhodūmq; transmissus, vbi Cæsar eo tēpore mo-
 rabatur, adiit eum sine diademate, veste quidem cultūq; priuato, sed
 fastu regio, neq; dissimulata veritate corā eo hæc dixit: Ego quidē, Cæsar, rex factus ab
 Antonio, fateor vtilē me fuisse regē Antonio. Neq; dissimulauerim, quod omnimo-
 10 do armis quoq; me grauē expertus esses, nisi Arabes prohibuissent. Veruntamē & au-
 xilia ei pro viribus meis misi, & multa frumenti millia: sed nec accepta apud Actiū pla-
 ga, bene de me meritum deserui. Nam cū auxiliij minus commodarem, optimum ei
 consilium dedi, vnam esse dicens Cleopatraz mortem aduersorum correctionē. quam
 si occidisset, & pecunias ei, & muros ad tuitionē, & exercitum, & memetipsum belli
 contra te socium pollicebar. Sed profecto eius aures Cleopatraz amores, & Deus, qui
 tibi victoriā donaret, obstruxit. Vnā ergo cum Antonio victus sum, & diadema cum
 eius fortuna deposui. Ad te autem veni, spem salutis de virtute præsumēs: & vt in exa-
 men adduceretur properans, qualis amicus alicuius fuerim. Ad hæc Cæsar: Imò verò
 20 saluus esto, inquit, & nunc regnato certius. Nam meritis es, qui plurimos regas, cū
 amicitiam tanta fide tuearis. Experire autem, vt etiam felicioribus fidus permaneat:
 siquidem ego præclarissimam spem de tua magnanimitate mihi promitto. Recte ta-
 men fecit Antonius, qui magis Cleopatraz, quā tibi paruit. Te nanque lucrati sumus
 propter eius amentiam. Prior autem ab officiis cœpisti, quantum apparet, quem ad-
 uersus eorum gladiatores idonea auxilia misisse Ventidius perscribit. Quare interim
 tibi decreto firmitatem regni præbeo. Experiar autem ipse quoque bene tibi aliquid
 facere, vt non desideres Antonium. Huius sermonis humanitate regem ne quid de
 amicitia sua dubitaret hortatus, & diadema illi imposuit, & indulgētiā decreto con-
 signat: in quo multa magnifice in eius laudem commemorauit. Ille autem prius eum
 muneribus delinitum rogabat, vt Alexandrum quendam supplicem, ex amicis Anto-
 30 nij, iuberet absolui. Sed vicit iracundia Cæsaris, multa illum & grauia pro quo roga-
 batur admisisse dicentis, quibus repulit deprecantem. Postea verò ad Ægyptum cun-
 tem per Syriam Cæsarem, Herodes cunctis accepit regni diuitiis, tūmq; primum
 cum eo milites recensente, circa Ptolemaidem equo vectus est, cœnāque illi cum
 omnibus amicis exhibuit, atque insuper exercitus eius epulis cūcta distribuit. Prospe-
 xit etiam, vt per arida loca proficiscētibus ad Pelusium, atque inde redeuntibus aqua-
 rum copia non deesset. Nec fuit quicquam vtensilium, quod desideraret exercitus.
 Pro his denique meritis paruum esse Herodi regnum, tam Cæsar quā milites existi-
 mabant. Ideoque postquam venit in Ægyptum, iam Cleopatra & Antonio mortuis,
 non solum cæteros eius honores auxit, verum etiam regno partem finium addidit,
 40 quam Cleopatra dempserat. Et præterea Gadara, Hippon, Samariam: maritimarūmq;
 insuper ciuitatum Gazam & Anthedonem, & Ioppen, & Pyrgum Stratonis: & ad hæc
 satellites quadringentos Gallos ei donauit, quos antea Cleopatra stipatores habebat.
 nulla autē res magis liberalitatem Cæsaris incitabat, quā magnus animus accipien-
 tis. Post primam verò Actiada, etiam regionem, quæ Trachon vocatur, eius ditioni
 subdidit, eique continentem Batanzam, itēque Auranitin, ex huiusmodi causa. Ze-
 nodorus, qui domus Lysaniæ conductor erat, non cessauit vnquam ex regione, quæ
 Trachon dicitur, latrones Damascenis immittere. Illi autem ad Varum tūc rectorem
 Syriæ confugerunt, eūque deprecati sunt, quo suas miseras Cæsari declararet. Cæ-
 sar autem his cognitis ei rescripserat, vt latrocinium penitus curaret extinguere. Va-
 50 rus autem milite aggressus loca suspecta, expurgauit latronibus terram, ipsāmq; Ze-
 nodoro abstulit: quam Cæsar, ne latronum denuo contra Damascum receptaculum
 fieret, Herodi dedit, eūque præterea totius Syriæ procuratorem constituit. Et deci-
 mo anno reuersus iterum in provinciam, ne quid eo inconsulto procuratoribus lice-
 ret amministrare præcepit: ac Zenodoro mortuo terram omnem, quæ inter Trachonem

nem & Galilæam erat, eidem attribuit. Quod autem maius his omnibus existimabat Herodes, à Cæsare quidem post Agrippam amabatur, ab Agrippa verò post Cæsarem. Hinc ad summum felicitatis euectus, & ad maiorem subleuatus animum, maximam prouidentiae partem obsequio pietatis impendit.

De urbibus & ædificijs instauratis & conditis ab Herode, deque munificentia qua usus est erga exterarum gentes, eiusque felicitate. Cap. XVI.

*Ant. li. 15.
cap. 10, 12.
13, 14.*



LTAQUE anno regni sui quintodecimo, & templum instaurauit, & duplum terræ spatium, quàm fuerat circa templum, muro amplexus est, ingenti sumptu & magnificentia singulari. Argumento erant in ambitu fani magnæ¹⁰ porticus, eique iunctum à Septentrione castellum. Et illas quidem à fundamentis erexit. Hoc autem nulla re minus, quàm regni sedes largis opibus renouatum, Antoniam vocauit, in honorē Antonij. Quin etiam domo sibi regia in superiori parte ciuitatis extructa, duas ædes in ea maximas atq; pulcherrimas, quibus ne templum quidem vsquam conferri posset, ædificauit: easque amicorum vocabulis vnā Cæsaream, Agrippium alteram nominauit. Nec verò solis testis memoriam eorum & cognomina circumscripsit, sed in totas etiam ciuitates studium liberalitatis extēdit. nam in Samaritica regione oppidum muro pulcherrimo per viginti stadia circumdatum, Sebasten appellauit, deductis eò sex milibus colonorum, terræque fecundissima his attributa: vbi templum quoque maximum inter ædificia, & circum id aream trium & 20⁰ semis stadiorum Cæsari dedicauit, eiusdemque oppidi habitatoribus præcipua legum beneficia præstitit. Ob hæc alterius terræ adiectione donatus à Cæsare, aliud ei templum circa Iordanis fontē candido marmore posuit, qui locus appellatur Panium. Vbi montis quidam vertex in præcelsum editus, propter subiecti lateris vallem specus aperit vmbrosus, quā profundæ altitudinis rupes, ad immensum liquentis guttæ receptaculum concauatur, vt stagnantis aquæ copia demittentibus aliquid, donec terram inueniant, longitudo nulla sufficiat. Foris autem è speluncæ radicibus oriuntur fontes: & (vt quidam putant) hoc est Iordanis principium. Sed veri fidem in posterioribus indicabimus. Quin & apud Hierichunta, inter castellum Cyprum & priores domos regias, meliores alias, & quæ commodiorem vsum præberent aduenientibus fabricatas, 30⁰ eorundem amicorum nominibus vocitauit. Prorsus non est idoneus regni locus, quem honore Cæsaris nudum reliquerit. Postea verò quàm fines suos templis repleuit, in prouinciam quoque honores eius effudit, & in multis ciuitatibus templa, quæ Cæsaria vocantur, constituit. Cum autem inter maritimas ciuitates vidisset vnā vetustate iam fessā, quæ Stratonos pyrgos vocabatur, & pro loci natura munificentiae suæ capacem, totam eam candido saxo reparatam, clarissima regia decorauit, & in ea maxime innatam sibi animi magnitudinem demonstrauit. Nam inter Doram & Ioppen, quarū media ciuitas sita est, omnis ora maritima adeò fuit importuosa, vt omnes, qui ad Ægyptum ex Phœnice nauigarent, in saxo fluctuare cogerentur, minas Africi metuentes: cuius etiam mediocris aura, tantas vndarum moles ad scopulos erigit, vt 40⁰ remeante æstu gurgitis, per aliquantum spatium maris feritas augeatur. Sed rex liberalitate ac sumptibus deuicta natura, Piræo maiorem portum fabricauit, & in eius penetralibus alias nauibus stationes fecit altissimas. Et quanquam totus ei locus aduersabatur, tamen ita cum difficultate certauit, vt firmitas quidem structuræ nequaquam mari cederet: pulchritudo verò tanta esset, quasi nulla res ardua præpedisset ornatum. Metitus enim quantum diximus portui spatium per viginti vlnas in profundum saxa demisit, quorum pleraque pedum quinquaginta longitudinis, & altitudinis nouem, & latitudinis decem, nonnulla verò etiam maiora fuerunt. Expleto autem spatio quod vnda celabat, in ducentos pedes murum dilatauit. Ex quibus centum repellendis erant fluctibus antè constructi, vnde etiam procymia dicebantur: ceteri autem 50⁰ tem saxo portus quo cingitur muro subiecti sunt, magnis turribus interpositis, quarum maxima atque pulcherrima ex nepote Cæsaris Drusum cognominata est. Crebri autem fornices ad deducenda, quæ portus haberet: pròque fornicibus & circum eos crepido saxea, & lata, quæ naues egredientes exciperet, deambulatio. aditus autem

Septem

Septentrionalis erat. Ventorū enim pro situ loci placidissimus est boreas, ad ostium vero colossi tres, vtrinque fulti columnis: quarum à leua quidem intrantibus stantes solida turris sustinet: dextra verò duo proceri lapides iuncti, & partis aduersæ turris magnitudinem superantes. domus autem portui connexa, candido item lapide: parique mensura spatiorum, ciuitatis viæ tendentes in portū. Contra ostium verò portus, in colle, Cæsaris templum magnitudine simul & pulchritudine præcipuum: in eoque Cæsaris colossus non minor quàm Iouis apud Olympiam, cuius ad exemplar factus est, Romano autem par, & Iunoni quæ Argis est. Oppidum autem prouinciæ dedicauit, rebúsque aduecticiis portum, Cæsari verò conditoris honorem, vnde ciuitati nomen Cæsarææ imposuit. Quinetiam & cætera opera, forum, theatrum, amphitheatrū, digna vocabulo collocauit: & quinquennali certamine instituto, nomen ei Cæsaris donauit. Primusque ipse in centesima nonagesima & secūda Olympiade maxima præmia proposuit: vt non solum victores, sed & proximi & tertij successores eorum regalibus diuitiis potirētur. Anthedona quoque renouatam, quam bella subuerterant, Agrippium vocauit: nimiaque beneuolentia, nomē amici etiam portæ inscripsit, quam ipse in templo ædificauit. sed nec parentes suos ita quisquam dilexit, nam & patri monumentum optimo regni campo ciuitatē condidit, fluminum arborūque ditissimam, eamque Antipatridem nuncupauit. & super Hierichūta castellum natura tutū, & pulchritudine præcipuum, muro cinxit, atq; in honorem matris

20 Cyprum vocauit: fratrique Phasælo turrim cognomine Phasælidem Hierosolymis ædificauit, cuius ambitus & in magnitudine liberalitas postea declarabitur. Aliamq; ciuitatem in regione quæ à Hierichunte in boream tenditur, Phasælum nominauit. Cognatis autem & amicis æternæ gloriæ traditis, ne sui quidem fuit immemor: sed castellum contra montem Arabici lateris propugnaculo permunitum, de suo nomine Herodium vocauit: tumulūque in mammæ formam manufactum, qui stadiorum sexaginta spatio ab Hierosolymis aberat, similiter nominatum, munificētius accurauit. Etenim rotundis quidem turribus cacumen eius amplexus est. Ambitū autem compleuit ædibus regiis liberalissime exornatis: vt non solum interna membrorum facies clarior esset, verum etiam foris parietes ac maceriæ tectaque largis infusa

30 diuitiis elucerent. Aquam etiam plurimam ingēti sumptu ex longo interuallo induxit, pēque ducentos gradus marmoris candidissimi fabricauit ascensum. Erat enim totus collis manu factus, & vehemēter excelsus. Quin & aliam circa radices eius regiam, ac diuerforia, quæ & sarcinas & amicos recipere possent, ædificauit: vt pro rerum quidem omnium copia ciuitas esse videretur castellum: circumscriptione verò, domus regalis. Tantis autem constructis ædificiis, animi sui magnitudinem in plurimis etiam externis ciuitatibus demonstrauit. Nanque apud Tripolim & Damascum & Ptolemaidem, publicas balneas quæ gymnasia dicūt: Bibli autē murum, exhedras vero & porticus, foraque & templa Beryti ac Tyri: necnon & apud Sidonem, & Damascum theatra condidit. Maritimis autē Laodicensibus aquæ ductum: apud Asca-

40 lona verò Nymphaea siue lacus ornatissimos, & balneas, item peristylia, tam opere quàm magnitudine miranda cōstituit. Sunt quibus etiam lucos portusque præstitit. Multæ ciuitates ab eo, tanquā regni sociæ, agris quoque donatæ sunt. Ad exhibitionem vero thermarum aliis redditus annuos ac perpetuos delegauit, quemadmodum Cois, ne quando beneficij gratia deficeret, ad hæc frumēta cundis ministravit egen-
tibus: & Rhodiis ad instruendam classem pecunias sæpe multisque in locis præbuit, incensūque Pythium in meliorem formam reparauit sumptibus suis. Quid dicam eius in Lycios aut Samios liberalitatem? pēque omnem Ioniam eorum quæ desiderasset quisque, largitiones? Nōne etiam Athenienses & Lacedæmonij, & Nicopolitani, & in Mysia Pergamus, Herodis sunt plena donariis? Nōne Antiochensum

50 Syriæ plateā, cū plena cœni ab omnibus vitaretur, per viginti stadia prolixā, strauit polito marmore: declinandisq; imbribus, quàm longa esset porticibus ornauit? Sed hæc quidem propria quis dixerit illorū, quibus ea detulit, populorū. Quod autē Eli-
densibus præstitit, non solum Achaiæ commune, sed etiam totius orbis terræ munus videtur, per quem Olympiaci certaminis gloria diffunditur. Nam cū hoc deficere

sumptuum videret inopia, quodque solum ex veteri Græcia restabat collabi, non solum agonotheta ipse factus est, eo lustro, quod cum Romam nauigaret, offendit: sed etiam perpetuos pecuniarum redditus instituit, ut nunquam eius memoria agonothetæ munere fungi desineret. Inextricabile opus fuerit, debitorum siue tributorum remissiones exponere, sicut Phasaelitas & Balancotas, aliæque circa Ciliciæ municipia leuauit annuis pensionibus: licet multum eius animi magnitudinem timor fregerit, ne quam pateretur inuidiam: velut maius aliquid aucuparetur, si beneficiis amplioribus afficeret ciuitates, quam qui eas haberent. Quin & corpore usus est, quod animo conueniret. cumque summus venator esset, in hoc tamen ipso equitandi peritia quæ cuperet assequebatur. Denique vno die quondam quadraginta teras subegit. Est autem aptorum altrix illa regio, sed magis ceruis & onagris frequentatur. Bellator autem erat, qui sustineri non posset. itaque multos etiam in exercitatione terrebat: quibus & torquendo iaculo directissimus, & sagittarum librator videbatur egregius. Præter animi autem corporisque virtutem, fortuna quoque secunda usus est. Raro enim contra votum eius, belli cessit euentus. & si quando id accidit, non ipsius culpa, sed aut prodicione quorundam, aut temeritate militum factum est.

De dissidio Herodis cum filiis Alexandro & Aristobulo. Cap. XVII.

*Ant. li. 15.
cap. 3. 8. 9.
& lib. 16.
cap. 13.*



T vero publicam ei felicitatem maiores inuidere domestici, & aduersi casus ex muliere ceperunt, quam maxime diligebat. Nam quia regis meruit potestatem, repudiata quam prius acceperat uxorem ex Hierosolymis genus ducentem, quæ Doris vocabatur, Mariamnen sibi coniunxit, Alexandri filiam Aristobuli filij: unde domus eius in discordiam venit, & antea quidem, maxime vero postquam Roma regressus est. nam primum Antipatrum ex Doride filium, eorum causa quos Mariamne susceperat, expulit ciuitate: totis festis diebus eò comedendi facultate concessa. Deinde auum coniugis Hyrcanum, ex Parthis ad se reuersum propter insidiarum suspicionem peremit: quem captum quidem, occupata Syria, Barchapharnes abduxerat: miserati verò gentiles liberauerunt, qui ultra Euphratem colebant. Et si monitis eorum paruisset, ne ad Herodem transiret, non interisset. Verum mortis eius illecebra, fuit neptis matrimonium. hoc enim fretus, multoque amplius patriam desiderans, venit. Herodem autem commouit, non quod regnum affectaret, sed quod ipsi iure deberetur. Quinq; autem filiorum quos ex Mariamne susceperat, duæ foeminae, cæteri mares erant. horumq; minimo Romæ in studiis mortuo, duos maiores natu, & propter matris nobilitatem, & quod iam regnanti sibi fuissent geniti, regie producebat. Sed enim fortior amor his Mariamnes suffragabatur: qui in dies singulos proficiens, adeo succendebat Herodem, ut eorum nihil sentiret quæ propter dilectam sibi dolerent. Tantum namq; in eum Mariamnes erat odium, quantum ipse illam amabat. Habes igitur ex rebus quidam ipsis inimicitarum probabiles causas, ex amore verò fiduciam, in os ei, quæ Hyrcano auo suo fecisset obiciebat, quæq; in fratrem Aristobulum egisset. Nec enim vel huic, quanquam puer erat, parcebat: quem pontificem in decimo septimo ætatis anno creatum, post honorem statim occidit. Atq; ille quidem cum sacra veste amictus ad aram accessisset festo die, populus omnis illachrymavit: & tamen noctu missus in Hierichunta, ibi sicut mandatum fuerat, lacu submersus à Gallis interiit. Hæc igitur Herodi Mariamne probro dabat, sororemque eius & matrem maledictis atrocioribus dehonestabat. Sed ille quidem amore mutus erat. Graui autem indignatione mulieres sæuebant: & quo maxime commoueretur Herodes, insimulabant eam adulterij: præter alia multa, quæ verisimilia fingeretur, hæc accusantes, quod in Ægyptum imaginem suam misisset Antonio: proque immoderata libidine, absentem se properasset ostendere viro mulierum cupidine infanienti, & qui vim posset inferre. Id veluti fulmen aliquod emissum perturbauit Herodem, maxime quidam amoris causa zelotypia succensum, deinde etiam cogitantem Cleopatram sæuitiam, cuius gratia & Lyfanius rex & Malichus Arabs erant perempti. Non enim coniugis amissione, sed morte sua periculum metiebatur. Itaq; profecturus Iosepho Salomes sororis suæ viro, quem fidum habebat, & pro affinitate beneuolum, commendabat uxorem: mandato ei clam, ut eam interficeret, si etiam se occidisset Antonius. Verum Iosephus non maligne,

maligne, sed regis amorē mulieri cupiens demonstrare, quod ab ea nec mortuus pa-
 teretur diuelli, secretum ei sermonem aperit. Et illa reuerso Herode, multaque inter
 fabulas de affectu iurante, quodque nunquam esset alterius mulieris amore captus:
 Valde, inquit, amor erga nos tuus mandatis Iosepho comprobatus est, quibus ut me
 occideret præcepisti. His auditis quæ occulta credebat, amēs erat Herodes ilico: nec
 vnquā Iosephum mandata sua proditurū fuisse ratus, nisi eam corrupisset, præ dolore
 insaniebat. Cūmq; stratis exiluisset, in regia spatatur: ibique tunc Salome soror eius
 arrepto tempore criminādi, suspiciōē de Iosepho confirmauit. Vnde Herodes im-
 moderata zelotypia furens confestim vtrunque iussit interfici. Deinde poenitudo se-
 10 quebatur insaniam: & postquam iracūdia concidit, amor iterū calefcebat. Tanta vis
 autem cupidinis erat, ut ne mortuam quidem putaret eam, sed præ ægritudine tan-
 quam viuam alloqueretur: donec processu tēporis funere cognito, mœroris magni-
 tudine cum quo superstitem dilexerat æquauit affectum. Maternæ autem iracundiæ
 succedunt filij, & immanitatem sceleris reputantes, non aliter suspectum patrē quā
 si hostis esset, habebant: idq; & antea, quā diu Romæ in studiis erant, & multo ma-
 gis postquam in Iudæam reuersi sunt. Siquidem cum ætatibus eorum, mentiū quoq;
 roborabatur affectio. Iam verò maturi coniugio, vnus amitæ suæ Salomes, quæ ma-
 trem amborum accusauerat, filiam duxit: alter Archelai Cappadocum regis. Vnde
 accessit etiam libertas odio, & occasiones ex eorum confidentia delatoribus collatæ
 20 sunt. Itaque apertius quidam cum rege colloquebantur, quod ei per vtrunque filium
 struerentur insidiæ: & alter quidem vltices materni exitij simul cum fratre armaret
 manus: alter vero, hoc est Archelai gener, socero fretus etiā fugā pararet, ipsum apud
 Cæsarem accusaturus Herodem. His igitur criminationibus repletus Herodes, ve-
 luti propugnaculo sibi futurum aduersus filios, adducit Antipatrū ex Doride susce-
 ptum: hisque illum proponere modis omnibus cœpit. Qui cū hanc mutationem *Ant. li. 16.*
 tolerabilem non putarent, ac priuata matre æditum proficientem viderent, indigna- *cap. 4.*
 tionē cohibere pro sua nobilitate non poterant: sed in singulis quibus offenderētur,
 iram prodebāt. Et illi quidem in dies singulos magis magisque negligebantur. Anti-
 pater autem etiam sui causā fauorabilis erat: nam & patri blandiri callide nouerat, &
 30 varias in fratres suos calumnias conferebat, quædā ipse dictitans, amicos verò suos ad
 alia diuulgāda submittens, donec omnino spem regni abscidit fratribus suis. In testa-
 mento enim ipse aperte quoque iam successor fuerat declaratus. Denique tanquam
 rex etiam ad Cæsarem missus est, cultūque regio & cæteris obsequiis præter diade-
 ma utebatur. Tempore autem voluit etiam suam matrē in cubile Mariamnes indu-
 cere: duobusque armorum generibus in fratres vsus, blanditiis & calumniis regi ob-
 repsit ut etiā de filiorum morte cogitaret. Quapropter Alexandrum quidem secum
 Romam pater abstractum, veneni sibi dati reum apud Cæsarē postulauit. Ille autem
 vix deplorandi copiam nactus, & licet apud imperitissimum iudicem, tamen Hero-
 de & Antipatro prudentiorem, delicta quidem patris verecūde suppressit: in se vero
 40 delata crimina fortiter diluit: periculorūque socio fratre purgato, mox de Antipa-
 tri calliditate, & de suis iniuriis questus est: cū præter innocentia conscientia elo-
 quentia iuaretur. erat enim acerrimus in dicendo. postremo prolocutus quod eos
 pater libenter occideret, crimen illi obiecit. & lacrymas quidem cunctis excussit: ve-
 rum Cæsarem sic affecit, ut eorum accusationibus spretis, Herodem statim reuoca-
 ret in gratiam. Hac autem lege reconciliatio facta est, ut adolescentes quidem pa-
 tri in omnibus obedirēt, ille autem relinqueret regnum cui vellet. Postea rex Roma
 reuersus, licet soluissē criminibus filios videretur, nondum tamen erat suspiciōibus
 liberatus: quoniam argumentum odij sequebatur Antipater, etsi verecundia recon-
 ciliatoris palām proferre inimicitias non auderet. Cū autem Ciliciam præternau-
 50 gans Elæusam delatus esset, suscepit eum benignissime Archelaus, pro salute generi
 gratiam referens, & redintegratæ concordia causa latus: quippe nihil moratus ami-
 cis Romæ scripserat, ut in causā dicenda suffragarentur Alexandro: & vsque ad Ze-
 phyrium deduxit talentis xxx. donatum. Postea verò quā Hierosolymam perue-
 nit Herodes, populo conuocato, tribusq; filiis prope astantibus causam reddit pro-
 sectionis:

fectionis : multasque Deo gratias agit, multas etiā Cæsari, qui domus suæ perturbationem sedasset: & quod regno maius esset, concordiam filiis præstitisset, quam ego, inquit, arctius copulabo. Nam ille quidem me regni dominum & successorum iudicem constituit. Ego autē cum mea cōmoditate illi gratias refero, trēsque filios meos reges designo, huiusque sententiæ meæ socium primum Deum fieri precor, deinde vos. Nanque huic ætas, illis nobilitas successionem regni cōciliat, & quidem magnitudo eius etiā pluribus sufficit. Quos autē Cæsar iunxit, & pater instituit obseruate: non iniustis eos, neque disparibus, sed meritis colentes honoribus. Nec enim tanta quis afficiet eum lætitia, cui præter ætatē obsequitur, quātum ei, quem despiciet, doloris infliget. Quos autem singulis cōiunctos esse oporteat propinquos atq; amicos, ¹⁰ ego distribuā, & concordiae sponsores illos constituam: pro certo sciens, seditionum contentiōnumque causas ex contubernaliū nasci malitia: hōsque si boni fuerint, affectiones tueri. Rogo autē vt non solum isti, sed etiam primates ordinum exercitus mei, in me solo spem habeant in præsentia. Non enim regnū, sed regni honorē filiis meis trado: & iucunditate quidē quasi rectores potientur, pondus autē rerū tamen si nolim, meum est. Consideret autē quisq; vestrum ætatem meam, vitæq; institutum, necnon etiā pietatem, nam neq; senex adeo sum, vt de me citò desperetur: neq; voluptatibus assuetus, quæ adolescentium quoque vitam spacio breuiore concludunt. Diuinitatē verò ita coluimus, vt in longum nos æuum progressuros esse credamus, quod si quis in contemptū meum filiis meis placere maluerit, etiā pro illis mihi sup- ²⁰ plicium dabit. Ego enim, non quod inuideā ex me genitis, honorifice eos haberi veto: sed quia noui hæc studia adolescentibus ferociæ nutrimēta suggerere. Itaq; si cogitent qui ad eos se applicant, bonis quidem apud me paratum esse præmiū, seditionis verò apud ipsos etiam quibus lenocinabantur, infructuosam fore malignitatem, omnes profectò mecum, hoc est, cū filiis meis sentient. Nanque ipsis expedit me regnantem, mēque his esse concordem. Vos autem, o boni filij, sacram primum retinentes mente naturam, cuius affectiones inter feras bestias saluæ sunt, deinde Cæsarem qui nos reduxit in gratiam, mēque tertium qui ea quæ iubere liceat rogem: fratres permanete. Iam nunc autē vobis & vestimēta, & obsequia dabo regalia: Deūmq; oro vt cōseruet iudiciū meum, si concordēs eritis. Hæc locutus, singulos benigne ³⁰ cōsalutauit, populūmq; dimisit: alios conuenientia dictis eius optātes: qui vero mutationis erant cupidi, ne audisse quidem se quicquam simulantes. Fratres autem dissensio non reliquit, sed peiora suspicantes alius de alio digressi sunt. Nanq; Alexander & Aristobulus ægrè ferebant confirmatum esse Antipatro meritū, Antipater autem succensebat vel secundo loco fratres haberi. sed tamen ille pro varietate morū, & reticere secreta nouerat, & quāto sibi essent odio multa fraude celabat. His autem pro nobilitate generis, in lingua erat quicquid venisset in mentem. Et multi quidem his instigandis operā dabant, plures autem amicorum sese explorandi causa insinuebant. Itaque omne quod dictum esset apud Alexandrum, statim apud Antipatrū erat, & ab Antipatro ad Herodē cum adiectione deferabatur. Nec vel simpliciter aliquid ⁴⁰ prolocutus, adulescens innoxius habebatur, sed cuncta eius verba in crimina vertebantur: maximāque minimis affingebantur, sicubi liberior paulo fuisset. Semper autem qui eum irritarent submittebat Antipater, vt mendacia sua veras occasiones haberent: multisq; falso vulgatis, vnum quid comprobatū fidem omnibus faceret. Sed huius quidem amicorum quisque aut natura taciturnus erat, aut muneribus parabatur, ne quid occultum expromeret: nec errasset aliquis, si Antipatri vitam malitiæ dixisset arcanum. Alexandri verò familiares, aut pecunia corruptos, aut impulsos blanditiis, quibus expugnauit omnia, fures ac proditores eorū quæ contra se dicerentur sue agerentur, effecerat. Cū autem caute vniuersa committeret, astutis etiam criminationibus aditus ad Herodem moliebatur: fratrisque personam gerens aliis de- ⁵⁰ latoribus subornatis utebatur. Si quid in Alexandrum nunciassent fauore simulato, id quod primo reprehendisset, mox otiose astruendo, regis iracundiam prouocabat: omniāque ad insidias referebat, & vt necem patris Alexander optare videretur. nihil enim maiorem fidem calumniis suggerebat, quā si eum purgaret Antipater. His accensus

- accensus Herodes, quantum in dies singulos de affectu adolescentium detrahebat, tantum adiciebat Antipatro. In eandem vero partem inclinari sunt etiam qui regno parebant: hi volentes, alij pro imperio, sicut Ptolemæus amicorum clarissimus, regisque fratres, ac tota progenies. omnia nanque in Antipatro sita erant: & quod Alexandro fuit acerbissimum, cuncta in eorum perniciem, matris Antipatri consilio gerebantur. Nouerca enim sæuior erat, multoque plusquam priuignos oderat, quos regina mater ediderat. Sed quanquam omnes, ut Antipatro magis obsequeretur, spes inducebat: non minus tamen præcepta regis quenque ab adolescentibus separabant: qui carissimis edixerat, ne quis ad Aristobulum vel eius fratrem accederet, aut se ad
- 10 eos applicaret. non solum autem regalibus erat formidini, verumetiam externis amicis. Nulli enim regum tantum potestatis Cæsar dederat, ut fugitiuos suos quamuis ex ciuitatibus non subiectis ei liceret educere. Adolescentes autem delata in se facinora nesciebant, hisque propterea capiebantur incautius. Nullus enim palam incusabatur à patre: sed affectu refrigerante paulatim intelligentes, aduersus dolorem asperius excitabantur. Eodem autem modo etiam Pheroram patrum, & Salomen amitam, contra illos commouit Antipater, assidue velut cum vxore sermocinando quibus in eos instigaretur. Huius autem inimicitias augebat Alexandri quoque vxor Glaphyra, multa de sua nobilitate commemorans, cunctarumque se quæ in regno uiuerent dominam esse dictitans: paternum enim genus à Temeno, maternum autem à
- 20 Dario Hystaspis filio ducere, multumque ignobilitatem despiciens sororis & vxorum Herodis: quarum quæque propter formam, non propter nobilitatem esset electa. Nanque multas ei fuisse diximus vxores: quod liceret Iudæis more patrio plures habere, quodque rex pluribus oblectaretur. Omnibus igitur propter superbiam & contumelias Glaphyræ inuisus erat Alexander. Salomen autem Aristobulus, & si socrus eius erat, ipse inimicam sibi reddidit, & ante quidem propter maledictam Glaphyræ sæuientem: frequenter enim humilitatem generis obiciebat vxori: quodque ipse priuatam, reginam vero frater suus duxisset Alexander. Hoc Salomes filia cum fletu matri nunciauit. Addebat autem, quod aliorum quoque fratrum matres idem Alexander & Aristobulus, si regnum obtinuissent, textrices cum ancillis facere minitarentur,
- 30 ipsos quoque vicorum scribas, scilicet irridentes, quod literarum studiis operam darent. His commota Salome, quod iracundiam cohibere non posset, Herodi cuncta indicauit. Satis autem idonea videbatur contra generum dicens. Et præter hæc alia quædam criminatio diuulgata est, quæ succendit animum regis. Audiuit enim Alexandrum & Aristobulum crebro matrem implorare, casumque eius cum gemitu atque imprecationibus conqueri: ac sæpe illo quædam ex Mariamnes vestimentis posterioribus diuidente coniugibus, minitari solitos esse, quod citò pro regalibus deliciis nigris vestibus indueretur. His de causis Herodes licet constantem animum adolescentium formidaret, tamē ne spem correptionis absunderet, ad se eos vocauit: Romam
- Ant. li. 16.
enim migraturus erat: & quasi rex pauca interminatus, pluribus quasi pater monuit: cap. 7.
- 40 rogauitque ut fratres diligerent, promissa priorum peccatorum venia, si post hæc meliores fierent. Illi autem criminationum inuidiam deprecando, fictas eas esse dicebant, purgationisque suæ fidem rebus ipsis posse constare: verum ipsum quoque debere, omissa facilitate credendi, aditum maledictis obstruere. nunquam enim calumniatores defore, dum cui persuadeatur extabit. Cum his cum mature placuissent, ut patrem, præfenti metu reiecto, de futuris morere cœperunt. Etenim cognouere Salomen sibi esse infensam, & patrum Pheroram: uterque autem sæui & graues erant: sed amplius Pheroras, qui totius quidem regni præter diadema socius esset: proprios autem redditus haberet centum talentorum, totiusque trans Iordanem terræ fructus ipse caperet, à fratre sibi dono data. Quinetiam tetrarcham cum fieri beneficio Cæ-
- 50 saris, idem Herodes impetrauerat: regalique coniugio dignatus erat, sorore vxoris suæ nuptum ei collocata. Et post illius mortem, desponderat ei filiarum suarum maximam, trecentis talentis in dotem datis. Sed regale matrimonium Pheroras, ancillæ amore captus, refugerat. quamobrem iratus Herodes, filiam nuptum dedit fratris filio, qui post à Parthis occisus est. Mox autem morbo Pheroræ venia data, indignationem

gnationem remisit. De hoc autem erat vetus opinio, quòd etiam viua regina Herodem opprimere voluisset veneno. Sed tunc plurimis delatoribus aditus erat, vt quãuis amantissimus fratris esset Herodes, fide tamen eorum quæ audisset, adduceretur ad metum. Itaque de multis qui suspecti erant habita quæstione, postremò ad Pheroræ amicos venit, quorũ nulla quidem fuit de maleficiis aperta confessio, sed quòd cum amica subrepta in Parthos cogitasset effugere prodiderunt: huius autem consilij & fugæ conscium esse Aristobulũ Salomes maritum: cui rex eam tradidit, postquam superior adulterij causa peremptus est. sed nec Salome criminatione libera manserat. nam & hanc frater Pheroras accusabat, quòd cum Syllæo procuratore Obodæ regis Arabum de nuptiis constituisset, quem inimicissimum Herodes habebat. Con-¹⁰ uicta autem & in hoc, & in omnibus quæ Pheroras detulerat, indulgentiam meruit: itaque ipsum etiam rex Pheroram criminibus soluit. Domus vero tempestas in Alexandrum transiit, totaque capiti eius incubuit. Tres erant eunuchi regis carissimi, & ex genere famulatus neminem id latebat. Vni enim vinum ministrare fuit cura, alteri cœnam apponere, tertius autem dormitum eum collocabat, & cum ipso cubabat: hos muneribus maximis Alexander cupiditati suæ subiecerat. Itaque postquam regi hæc sunt indicata, vi tormentorum coacti, & stuprum statim confessi sunt, & quibus essent ad hoc promissis inducti aperuerunt: quomodo eos fefellisset Alexander, nullam in Herode spem habendam esse, improbo sene, commemorans, & qui capillos inficeret, vt ob hoc etiam eum iuuenem putarent: verum se coli oportere, qui etiam²⁰ inuito eo regni esset futurus successor: neque multo post ab inimicis pœnas repeteret, fortunatosque amicos suos beatosque faceret, ac præ cæteris ipsos. Quin & obsequia potentium Alexandro clam parere, militumque rectores, itemque ordinum principes occulte ad eum conuenire dixerunt. Hæc Herodes adeò pertimuit, vt non auderet statim delata proferre, sed exploratores die noctumque submittens, dicta factaque singula scrutabatur: & de quibus suspicio esset, ilico trucidabat. Itaque regnum eius acerbissima iniquitate repletum est. Nam pro suo quisque odio vel inimicitijs, calumnias finxere, multique regis iracundia cædis cupida contra aduersarios abutebantur. & mendacio quidem confestim fides habebatur: erant autem criminationibus ipsis velociora supplicia. Denique accusabatur qui modo accusauerat: & cum eo qui³⁰ ante se conuictus esset, duebatur ad pœnam. De vita nanque periculum regis quæstiones breuiore compendio terminabat. Ad hoc autem scuitiæ processerat, vt nec eorum quenquam humanis aspiceret, qui accusati non essent: verum etiã amicis immitissimum sese præberet. Itaque multis etiam regno interdixit, & in quos potestatem non habebat, in eos dictis asperis sæuebat. Accessit malis Antipater, collectaque propinquorum caterua, nullum criminationis genus omisit. Tantis autem ineptia sua regem commentisque delatorum timor inuasit vt stricto instare sibi gladio videretur videre Alexandrum. Denique subito & ipsum correptum in vincula coniecit, & in amicorum eius tormenta perrexit: multi autem tacite moriebantur, nulla voce supra conscientiam prodita. alij vero quibus mendacium impatiëntia doloris extorsit, de patris⁴⁰ eum insidijs cum fratre Aristobulo cogitasse dixerunt: tempusque obseruare, vt illo dum venaretur occiso, Romam profugerent. His tamen verisimilia non erant, sed necessitate cruciatus ex tempore fingeantur, libenti tamen animo rex credebat, pro consolatione accipiens vinciti filij, ne id fecisse videretur iniuste. Verum Alexander quoniam suspicionem patris nullo modo aboleri posse arbitrabatur, vltro malis assentiendum putauit: ac digestis aduersus inimicos quatuor libris, fatetur insidias, earumque se plurimos socios habere perscribit: ante omnes autem Pheroram & Salomen. Hanc enim etiã stupro sibi quondam esse mixtam, cum vim noctu adhibuisset inuito. Iamque libri in manibus erant Herodis: multa & graui de optimatibus clamantes, cum mature in Iudæam Archelaus venit, metuens genero simul ac filia, quibus etiã prouidentif-⁵⁰ simo consilio succurrit, regisque minas arte dissoluit. Mox enim cum eo congressus, vbi nam est, clamat, exitiabilis gener meus? aut vbi participale caput aspiciam, quod meis manibus ipse lacerabo: addamque filiam meam bono merito nouo? nam etsi consilij particeps non est, quia tamẽ eiusmodi viri coniunx fuit, inquinata est. Miror autem patientiam

*Ant. li. 17.
cap. 8.*

*Ant. li. 16.
cap. 8. 9.*

patientiam tuam, cuius periculum agitur, quòd adhuc viuit Alexander: ego namque ita ex Cappadocia properans veniebam, vt qui & illum reperirem olim dedisse supplicium, & de filia quæstionem tecum haberem, quam tui tuæq; dignitatis cõtemplatione illi desponderam. At nunc de vtroque nobis consulendum est: licet nimium pater sis, & ad puniendum insidiatorem filium minus fortis. Permutemus dexteras, & alter alterius iracundiæ vicarij succedamus. Talibus increpans, quamuis pertinacem fallit Herodem. Itaque ille quos Alexander præscripserat libros, legendos ei præbet, singulisque capitulis insistens, cum eo deliberabat. Vnde occasionem sui consilij nactus Archelaus, paulatim causam in eos, qui scriptis continebantur, & in Pheroram contulit.

10 Cùm autem sibi credere regem videret, cõsiderandum est, inquit, ne forte adolescentulus tot nequissimorum insidiis circumueniatur, non tu ab adolescentulo. nec enim apparere causam, cur in tãtum ruerit scelus, qui & nunc regno potiretur, & successiorem regni speraret, nisi aliquos haberet huius persuasionis autores, qui ad deteriorem partem lubricum atatis impellerent. Ab eiusmodi namq; hominibus non solum adolescentulos falli, verũetiam senes, domosque clarissimas totaque regna solere subuer-
ti. Cõsentiebat dictis Herodes, iramque paulatim remittebat in Alexandro, & in Pheroram excitabatur. nanque hic erat librorum quatuor argumentum. qui vbi propensio-
riorem esse regis animum sensit, & in omnibus apud eum amicitiam Archelai præu-
lere, quã honeste non posset, ex impudentia salutem quæsiuit. relictõque Alexandro,

20 confugit ad Archelaum. & ille negat se videre. quo pacto eximat tot criminibus inuolutum, quibus manifeste conuinceretur regem insidiis voluisse decipere, omniũque malorum præsentium adolescenti causa fuisse: nisi malit ommissis artibus callidis, & negandi pertinacia, de quibus insimularetur omnia confiteri, & à fratre, præsertim cui dilectus esset, veniam petere. nãque ad hoc ei modis omnibus se quoq; opem laturum. Paruit Archelao Pheroras, atraque veste cum lacrymis, vt quã miserabilis appareret, instructus, ad pedes Herodis accessit: veniamque meruit postulans. & se quidem sceleratum esse fatebatur: nãque omnia quæ sibi obiicerentur fecisse. horum autem causam esse diminutionem mentis atque insaniam, ex mulieris amore cõceptam. Itaque postquam stetit Pheroras suimet ipse accusator ac testis, tunc eum iam Archelaus ex-
cusando, Herodis iracundiam mitigabat, propriis vsus exemplis: etenim se quoque à
30 fratre multo grauiora perpeßum, naturale ius dicebat anteposuisse vindictæ. Quippe in regnis, velut in magnis corporibus, semper aliquam partem pòdere ipsa tumescere: quam recidi quidem non oportere, leniter verò curari. Multa in hunc modum locutus Archelaus, Herodem quidẽ Pherorę placidũ reddidit. ipse autẽ Alexandro tandiu manebat iratus, filiãque ab eo distractam secũ abducturum se aiebat, donec Herodem compulit vltro pro adolescentulo deprecari, vt iterũ ei filiã desponderet. Satis autem grauatim Archelaus cui vellet eam præter Alexandrũ collocari permisit: maximi enim pendere, quo iura inter se affinitatis inuiolata permancant. Rege autem sibi filium ab eo donatũ affirmãte, nisi matrimonium diremisset, quòd & liberos iam ha-
40 berent, vxor quoq; ab adulescẽte diligeretur: quæ si remaneret, peccatorũ foret obliuio: si verò discederet, causã de omnibus desperandi: molliorem nanq; fieri audaciam: si domesticis affectionibus distrahatur: vix tandem cessit, vnãque & ipse rediit cũ adulescente in gratiam, & patrem eius reduxit. Procul dubio tamen eum Romã mitti debere ait, cum Cæsare collocuturum: de omnibus enim sese literas ad eum fecisse. Vtrum igitur Archelai consilium, quo generum periculo liberauit, peractũ erat, & redintegrata concordia in epulis & humanitate cõiunctus familiariter versabatur. Abeuntem autem muneribus talentorum septuaginta, solio quoq; aureo gemmis ornato, & eunuchis, & concubina donat Herodes, quæ Pannychis vocabatur: itẽmq; amicorum eius quenq; pro merito. quin & cognati regis omnes, iussu eius Archelao dona splen-
50 didissima dederũt: cũque tam ipse quàm optimates Antiochiã vsque profecuti sunt. Non multo pòst quidam in Iudæam venit, Archelai consiliis multo potentior: qui non solum reconciliationẽ gratiæ Alexandro quæsitã fecit irritam: verumetiã causã fuit, vt per-
raret. Laco erat genere, nomine Eurycles, ad regni desiderium amore pecuniæ corruptus. Iã enim luxũ eius regia tolerare non poterat. Is amplissimis donis Herodi oblatis,

T velut

*Ant. li. 16.
cap. II.*

velut eorum, quæ aucuparetur illecebra, cum statim multiplicata recepisset, immaculatam liberalitatem nihil esse ducebat, nisi regum sar guine cōparasset. Itaque regem adulatione falsisque de ipso laudibus, & sermonis calliditate circumuenit: matureque perspecto eius ingenio, dictis simul & factis quæ illi placerent, inter primos eius amicos habetur. Nam & rex & omnes eius comites libenter ciuem Spartæ patriæ causâ, præcipuo dignum honore ducebant. Ille autem postquâ fragilitatem domus animaduertit, fratrumque inimicitias & quemadmodû pater in singulos esset animatus, Antipatri quidem hospitio præuentus erat. Simulata verò amicitia fallebat Alexandrum, olim se & Archelai sociû esse mentitus, quo etiâ citius quasi probatus obrepfit. Moxq; ab eo fratri quoq; Aristobulo commēdatus est. Pertentatis autem personis omnibus,¹⁰ aliam alio modo subibat: ac primum fit Antipatri mercenarius, & Alexandri proditor: illum exprobrando castigans, quod & quum fratrum sit maximus, spei suæ negligat insidiatores: Alexandrum verò, quod regina creatus, & regiæ vir coniugis, filium priuatæ mulieris pateretur regno succedere, præsertim quum haberet magnam occasionem Archelaum: quæ quidē adulescenti bona fide suadere videbatur, quod amicitiam simulasset Archelai. Vnde nec Alexander quicquam metuens, & de Antipatro quæ se mouerent apud eum querebatur: & quod nihil mirû faceret Herodes, si cum matrem illorum interemit, ipsis quoque regnû eius auferret. quorum causâ Eurycles & miserari eos & condolere simulans, etiâ Aristobulum ad ea dicenda pellexit: atque ita querelis in patrem ytroque deuincto, referens ad Antipatrû secreta discedit: afflicto quoq;²⁰ insidiarum mendacio, quas ei fratres parasse affirmabat, ac penè iam strictis gladiis in eum irruere. Ob hæc autem multa pecunia donatus ab Antipatro, laudator eius erat apud patrem: & ad extremum necis Alexandri & Aristobuli redempta opera, ipse accusatoris partibus fungitur. Cûmque adisset Herodem, vitâ ei se rependere pro beneficiis & sibi delatis, & lucē referre dixit pro hospitio: olim Alexandrû exacuissē in eum gladium, & confirmasse dexteram: verû sceleri tanto fuisse impedimento, quod societatem facinoris assimulasset. Alexandrû enim dicere, non bene se cum Herode actum putare, quod regnum obtinuisset alienum, & post matris eorum necem principatum eius dilacerasset, nisi etiam degenerem coaptaret hæredem, auitumque ipsorum regnum Antipatro spurio traderet. Proinde semet Hyrcani manes & Mariamnes ultum³⁰ ire. Nec enim decere successionē regni ab huiusmodi patre sine cæde suscipere: multis autem rebus ad hoc excitari quotidie, quia nihil sibi omnino loqui sine calumnia liceret. Nam si de nobilitate aliorum fiat mentio, sine ratione se contumeliis affici, patre dicente, solus generosus Alexander, & cui pater sit pro ignobilitate dedecori. In venationibus quoq; offendere, si taceat: si verò laudet, cauillatorem appellari. & prorsus imitem sibi patrem inueniri, solique Antipatro indulgentem: ob quæ vel emori non recusare nisi ex vōto insidiæ successissent: sin eum occidisset, primum salutis occasionem fore Archelaû socerum suum, ad quem facile possit effugere: deinde Cæsarem, qui nunc vsque ignoraret mores Herodis. nec enim sic ei adstaturum, vt antea, patris præsentiam formidâdo, nec de suis tantum criminibus locuturum, sed primum⁴⁰ totius gentis ærumnas, & quod ad necem vsque tributis opprimeret vulgaturû. deinde in quibus deliciis, quibusq; actibus partæ sanguine pecuniæ consumptæ sint, & qui vel quales ex illis fuerint locupletati, quæ causâ ciuitatis afflicta: ibi autem lamentaturum & aui & matris necem, omniâque scelera regis resecturû: quibus cognitis nemo se iudicauerit patricidam. His Eurycles in Alexandrum falso delatis, Antipatri laudes prosequabatur, illum solum, qui patrem diligeret esse confirmans, quique adhuc insidias retardasset. Rex autem nondû præteritæ suspensionis dolore compresso, intolerabilis iracundiæ feritate perturbatur. Iterumque hoc tempus nactus Antipater, alios accusatores fratribus subornauit, qui eos dicerent cum Lucundo & Tyrannio clâm colloqui solitos esse, equitum regis olim principibus, tunc verò propter quasdam offensiones⁵⁰ ordinibus motis. Hac denique indignatione succensus, confestim eos tormentis Herodes subdidit. Illi autem nihil eorum se, quæ crimini darentur, scire confessi sunt. Sed oblata est quædam velut ad præfectû castelli Alexandrij ab Alexandro scripta epistola, deprecante vt cum Aristobulo fratre se in castellum reciperet, si patrem interfecissent: tamque armis quàm aliis subsidiis eos vti permetteret. Hanc Alexander

Dioph

Diophanti commentum esse dicebat, qui regis erat notarius, homo audacissimus & cuius libet manus literas imitari percallidus. Itaque multis sæpe falso conscriptis, ob hoc postremo occisus est. torto autem castelli præfecto, nec eius indicio quicquam Herodes eorum, quæ delata erant verum esse cognouit. Sed quamuis nullum documentum validum proferretur, filios tamen asseruari præcepit. Euryclem verò domus suæ pestem, ac totius sceleris fabricatorem, bene de se meritum datorumque salutis appellans, talentis quinquaginta donauit. Ille autem prius quàm certa fama nunciaret, ad Archelaum properat: aususque dicere, quòd Herodem reconciliaffet Alexandro, ab illo quoque pecunias capit. deinde in Achaïam transgressus, ad similia facinora male quæsitis abusus est. Postremo apud Cæsarem accusatus, quòd dissensionibus repleuisset Achaïam, & ciuitates spoliaret, in exilium mittitur: atque hoc eum modo pœnæ Alexandri & Aristobuli persecutæ sunt. Hoc loco dignum est Coum Euaratum huic Spartiatæ conferre. Namque is cum amicissimus esset Alexandro, eodemque tempore quo Eurycles ibidem erat, aduenisset, percontanti regi super his, quæ ille insimularet, iuratus nihil se ab adolescentibus audisse affirmavit. nec tamen id quicquam miseris profuit apud Herodem, solis maledictis aures paratissimas aperientem: eumque gratiosissimum sibi iudicantem, qui secum eadem crederet: iisdemque moueretur. Incitabat præterea Salome crudelitatem eius in filios. Nam ad hanc Aristobulus, quo periculis inuolueret, quam & socrum habebat & amitam, monitum miserat, ut salutem suam consuloret: quasi rex eam decreuisset occidere, iterum insimulatam, quorum ante fuerat accusata: quòd Syllæo Arabi nubere cupiens, quem sciret eius inimicum, occulte illi secreta regis nunciaret. Et hoc fuit extremum quo tanquam tempestate oppressi adolescentes, non secus ac turbine pessundati sunt. Salome enim protinus contendit ad regem, eique monita Aristobuli prodit: atque ille ulterius durare non passus, utrumque filium vinxit, & separatos asseruari præcepit. Deinde Volumnium militiæ magistrum, & ex amicis suis Olympum descripta ferentes iudicia, proficisci iussit ad Cæsarem: qui postquam Romam naui delati, regis literas reddiderunt. vehementer quidem Cæsar ob adolescentes indoluit, verum potestatem in filios à patre auferendam non duxit. Denique rescribit ei, ut ipse sui dominus esset arbitrij: melius tamen facturum dicens, si in communi cōfessu propinquorum suorum prouinciæque rectorum de insidiis quæreret: eosque si delato crimini reperiret astrictos, occideret. si verò fugam tantum esse meditados, mediocri supplicio contentus esset. Paret scriptis Herodes: cumque Berytum quò Cæsar iusserat, peruenisset, cogit iudicium. Præfederalunt autem rectores, quibus à Cæsare scriptum fuerat, Saturninus & Pedanius legati, & cum his Volumnius procurator, itemque propinqui regis & amici, nec non & Salome & Pheroras, & post hos optimates Syriæ, præter Archelaum regem: namque hunc Herodes, quòd Alexandri focer esset, suspectum habebat. Sed filios quidem satis prouido consilio in iudiciū non produxit: sciebat enim quòd si tantum visi fuissent, omni modo ad misericordiam cunctos impellerent: si verò etiam dicendi copiam nacti essent, facillime Alexander obiecta dilueret. Igitur illi quidem custodiebantur in Platane, vico Sidoniorum. Exorsus autem rex, veluti cum præsentibus ageret, commouebatur. & insidias quidem timide obiciebat: nam probationibus deficiebat. maledicta verò & probra & iniurias, & peccata plurima in se admissa prosequabatur: eaque morte grauiora esse cōfessoribus demonstrabat. postremo cum nemo contradiceret, semetipsum argui miserabiliter questus, acerbamque victoriam vincere, singulos sententiam proferre rogat in filios. & primus Saturninus cōdemnandos esse adolescentulos, sed non morte pronunciauit. Nec enim fas esse cum tres ipse astantes habeat filios, mortem alienis decernere. Idem etiam duobus legatis visum est, eosque nonnulli alij secuti sunt. Tristem verò sententiam primus Volumnius dixit, cunctique post eum Herodis æmulatione, vel odio: neque indignatione quisquam necandos esse adolescentes iudicauit. Tum autem vniuersa Iudæa & Syria, suspensa quidem operiebatur huius tragœdiæ finem: sed nemo existimabat Herodis crudelitatem ad parricidium usque processuram. Ille tamen filios Tyrum traxit: atque inde naui Cæsarcæ deuectos, quo mortis genere perimeret cogitabat. Interea vetus quidam regis miles, Tiro nomine, qui & filium habebat Alex-

*Ant. li. 16.
cap. 12.*

*Ant. li. 16.
cap. 13.*

T 2 xandro

xandro assuetum atque amicum, & ipse diligebat adulescentulos: præ nimia indignatione mentis postremo circumueniens clamitabat conculcatam esse iustitiam, veritatem periisse, naturam esse confusam, vitamque hominum iniquitatis esse plenam, & omnia quæ dolor contemptori vitæ dictasset. Deinde ipsum etiam regem ausus adire: **Mihi** verò, inquit, omnium videris esse infelicitissimus, qui contra carissimos nequissimis credas. Siquidem Pheroras & Salome fidem apud te aduersus filios tuos habent, quos sæpe ipse mortis supplicio dignos esse iudicasti: neque aduertis hoc eos agere, ut iustis successoribus destitutus, cum solo remaneas Antipatro, capi facile regē optantes. Veruntamen cogita, ne ille quoque militibus odiosus sit, propter eandem omnium fratrum. Nullus enim est, qui non adulescentium misereatur, principū autem plurimi etiam palam grauer ferunt. hæc dicēs, simul eos quibus res indigna videretur nominabat. Rex autē statim illos & ipsum cū filio comprehendi iubet. Ibique tum alius quidem regius tonsor, nomine Tryphon, nescio qua exagitatus insania, semetipsum indicans profilit: ac mihi quoque Tiro, inquit, iste persuasit, ut occasione tondendi nouacula te occiderem: magnāque inde Alexandrū daturum munera pollicebatur. His auditis, Herodes & Tironem eiusque filiū, & tonsorem subdidit quæstioni. Cūque illi pernegarent, tonsor autem amplius nihil diceret, Tironem vehementius torqueri iussit: tumque filius eius, patris miseratione commotus cuncta se regi, si cum sibi condonasset, indicaturum promisit. Eoque relaxato, ipsius occidendi patrem suum habuisse voluntatem dixit, impulsū ab Alexandro. Hoc autē quibusdam fictum ab adulescente videbatur, quo tormentis eriperet patrem, nonnulli verum esse affirmabant. Herodes tamen & militum principibus & Tirone pro concione accusatis in eos armauit populum, ut ibidem cum tonsore lignorum & lapidum ictibus interirent. Filios verò in Sebasten missos, quæ non longo à Cæsarea interuallo dictaret, profocari iubet: eaque remature perfecta, in castellum Alexandrium mortuos asportari, cum Alexandro materno auctore sepeliendos. Hic finis Aristobulo & Alexandro vitæ fuit.

De conspiratione Antipatri contra patrem.

Cap. XVIII.

*Ant. li. 17.
cap. 21.*



ANTIPATRUM verò, cū iam sine controuersia successionem regni speraret, intolerabile gentis excepit odium, cunctis scientibus, illum omnes fratribus suis conseruisse calumnias: nihilque minus timor cum non mediocris sollicitabat, crescēte sobole peremptorum. Erant enim Alexandro ex Glaphyra filij duo, Tigranes & Alexander: irēmque Aristobulo ex Berenice Salomes filia, Herodes & Agrippa & Aristobulus, filiarūque Herodias & Mariamne. Sed Glaphyram quidem Herodes cum dote sua in Cappadociam dimisit, postquam Alexandrum interfecit: Berenicen autem Aristobuli coniugem, auunculo Antipatri nuptum dedit: ut enim Salomen, quam infensam habebat, sibi reconciliaret Antipater, istas nuptias excogitauit. Idem verò etiam Pheroram muneribus aliisque obsequiis, atque amicos præterea Cæsaris ambiebat, magnas Romā mittendo pecunias. Saturninum enim cum aliis omnibus apud Syriam donis expleuerat. Hoc autem magis inuisus erat cunctis, quo plura donabat, velut opes tantas non munificentia largiretur, sed metu consumeret. Itaque eueniebat, ut nec accipientium beneuolentia quicquam profecerit: quibusque nihil dedisset, acerbiores inimicos haberet. In distributionibus autem munerum quotidie largior erat, cū præter spem videret orbos pueros ab Herode curari: quantumque illum peremptorum cædis pœniteret, prolis eorum miseratione significari. Conuocatis enim propinquis atque amicis suis, & pupillis astantibus cū lacrymis opplesset oculos, dixit: Horum quidē mihi patres fortuna quædam tristis eripuit, ipsos autem orbitatis misericordia cum natura commendat. Experiar, itaque, ut etsi pater infortunatissimus fui, auus tamen sim prouidentior, & à quibus post me regantur, amicissimos mihi relinquam. Despo deo igitur filiam tuam Pherora maximo filiorum Alexandri, ut ei curator sis necessarius: tuo verò Antipater filio, Aristobuli filiam: **eris** enim hoc modo pater orbatæ. Sororem verò eius meus Herodes accipiet, ex pontifice auctore materno prognatus. Et de his quidem hoc sit iudicium meum, neque id quicumque dirimat, qui me amabit. Precor autem etiam Deum bono regni mei, meorumque nepotum copulare nuptias, atque hos pueros placidioribus, quam patres eorum oculis aspi

lis aspicere. Postquam hæc locutus est, fleuit, & puerorum dexterâs iunxit, benignissimèque consalutatis singulis dimisit concilium. Statim dirigit Antipater, quantòque dolore affectus esset neminem latuit pupillorum. namque honorè apud patrè quoque sibi derogatū existimabat: iterumque de rebus cunctis periculum fore, si Alexandri filiis præter Archelaum etiam Pheroram tetrarcham adiutorem habere licuisset. Ad hæc reputabat odium suum, & orbitatis miserationem, qua tota gens flecebatur, quanto viuentium puerorum studio, & quanta memoria mortuorum ipsius scelere tenerentur Iudæi. Itaque omnimodo dirimere sponsalia statuit. & callide quidem patri surrepere timuit, sæuienti acriterque vigilanti ad suspicandum. palàm verò cum supplex adire ausus est, coràmque deposcere, ne se honore priuaret, quo dignum esse iudicasset, nudumque regis nomen habere vellet, regni autem substantiam penes alios esse. Nec enim posse rerum obtinere dominatum, si præter auum Archelaum, etiam Pheroras Alexandri filiis socer esset adiunctus. Instantissime verò precabatur quia numerosa esset regia progenies, nuptias permutari. Nouem namque regi vxores erant, sed harum septem vnde filios susceperat, ipsum Antipatrū ex Doride, Herodem autem ex Mariamne pontificis filia: itémque Antipam & Archelaum ex Malthace Samaritide, filiàmque Olympiadem, quam frater eius Iosephus habuerat, ex Hierosolymitide verò Cleopatra Herodem & Philippum, necnon ex Pallade Phasaelum. Habebat autem filias quoque alias, Roxanen & Salomen, vnam ex Phædra, & alteram ex Elpide: duâsque vxores sine filiis, cōsobrinam & fratris filiam: & præter has Alexandri & Aristobuli sorores duas ex Mariamne. Cùm igitur tanta prolis copia superesset, aliter nuptias iungi postulabat Antipater. Rex autem perspecto eius animo, quid de pupillis cogitaret, vehementer iratus est: quippe filiorum quos interfecerat casum reputans, verebatur ne etiâ hi quandoque criminationum Antipatri præmium fierent. Sed tunc quidem sæuioribus dictis cum protelat. Postea verò blanditiis eius adductus, sponsalia reformauit: ac primum ipsi Antipatro Aristobuli filiam collocat, filium verò eius iungit filiæ Pheroræ. Hinc licebat aduertere: quantum Antipatri valuerit adulatio, quod idem in simili causa impetrare Salome nō potuit. hanc enim quamuis soror esset, atque hæc sæpe intercedente Iulia vxore Cæsaris postulasset, Arabi Sylæo nubere non passus est: sed inimicissimam sibi fore iurauit, nisi ab hoc studio destitisset. posteaque inuitam Alexæ cuidam ex amicis suis in matrimonium dedit: eiusque filiarum vnam Alexandri filio, alteram Antipatri auunculo tradidit. Natarum autem Mariamnes vna, sororis filium habebat Antipatrum, altera fratris Phasaelum. Sic interrupta pupillorum spe Antipater, & pro sua commoditate affinitatibus iunctis, expectatione certa nitebatur: adiectâque malignitati fiducia, nequaquam erat tolerabilis: nam quia singulorum odium vitare non poterat, securitatem sibi ex terrore quærebat: cùm præterea Pheroras ei veluti iam confirmato regi obsecundaret. Quin & mulierum conflata in aula conflictio, nouas turbas excitabat. Etenim Pheroræ vxor cum matre ac sorore sua, necnon & matre Antipatri, multa in regia insolenter agebat, ausa etiam duas regis filias contumeliose tractare: cui rei maxime ab Antipatro erat obiecta. Itaque cùm illi inuisæ essent, alias quidem morigeras habebant: sola verò Salome aduersabatur eorum concordia: quòdque non bono regis coirent, apud ipsum insimulabat. Cognita verò eius delatione mulieres, quòdque Herodes ægre tulisset aperto quidem conuentu & familiaritate abstinuerunt, contrà verò & discordare inter se rege audiente simulabant: cùm his adeo colluderet Antipater, vt palàm Pheroram minime dubitaret offendere: occultos autem cœtus & nocturnas comessationes agebant: earumque cōsensionem fecit obseruatio firmiorem: cùm horum nihil ignoraret Salome, sed Herodi cuncta nunciaret. Ille autem ardens iracundia, maximèque aduersus Pheroræ coniugem, quòd eam præter cæteras accusaret Salome, aduocato cognatorum amicorumque concilio, & alia multa mulieri & filiarum contumelias crimini dedit, quòdque Phariseis mercedem contra se præbuisset, fratremque sibi hostem reddidisset expugnatum venenis. Postremò conuersus ad Pheroram, vtrum, ait, se fratrem, an vxorem vellet optare? Cùmque ille se citius vita dixisset quàm coniuge cariturum, incertus quid ageret, ad Antipatrum sermonem contulit: ac ne cum Phe-

*Ant. li. 17.
cap. 3.*

*Ant. li. 17.
cap. 4.*

rora, vel eius coniuge, aut quouis alio, qui ad eam pertineret, vnquam colloqueretur edixit. Verùm ille palàm præcepta custodiens, in occulto cum his pernoctabat: metuensque obseruationem Salomes, per amicos in Italia degentes, vt Romam proficisceretur, effecit ipsorum perlatis literis, vbi Antipatrum aliquanto post tēpore ad Cæsarem mitti oportere perscriberent. Igitur Herodes nihil moratus, eum misit: cunctis quæ vsui forent, magnâque pecunia liberaliter instructum, testamentumq; vnâ ei portandum dedit, in quo rex ipse Antipater inscriptus erat, & Antipatri successor Herodes, ex Mariamne pontificis filia procreatus. Quin & Syllæus Arabs itidem Romam, neglecto Cæsaris præcepto, nauigauit: de his cū Antipatro certaturus, de quibus cum Nicolao causam ante dixerat. Non leue autem cum Areta rege suo certamen habebat, cuius & alios amicos interfecerat & Soemum in Petra oppido potētissimum, redemptoque Fabato procuratore Cæsaris fautore utebatur etiam in Herodem. Sed maiore pecunia data Herodes Fabatum à Syllæo alienauit: ac per eum quæ Cæsar iusserat exigebat. ille autē cū nihil dedisset, accusabat apud Cæsarem Fabatum, dispensatorem esse dicens, non quæ ipsi, sed quæ Herodi expedirent. Quibus commotus ad iracundiam Fabatus, adhuc autem apud Herodem in honore maximo habebatur, secretorum Syllæi proditor factus est: regique indicauit, quod Syllæus Corinthum eius satellitem pecunia corrupisset, cūque asseruari oporteret. Neq; rex id facere dubitauit; quoniam Corinthus iste, licet in aula regis esset educatus, ex Arabia tamen fuerat oriundus. Igitur mox non illum solum corripi, sed etiam duos alios Arabas iussit apud eum repertos, vnum Syllæi amicum, alterum Phylarchum. Qui subditi quæstioni, magna pecunia Corintho, vt Herodem occideret, persuasisse confessi sunt: atq; etiam à Saturnino Syriæ rectore interrogati, Romam transmissi sunt.

De veneno Herodi parato, & quomodo compertum sit,

Cap. XIX.



AT Herodes Pheroræ vehementius imminabat, vt repudiaret vxorem: neque quomodo mulierem plecteret inueniebat, cū multas in eam odij causas haberet, donec ipsum etiam fratrem cum ea supra modum indignatus eiecit, Pheroras autem æquo animo accepta iniuria, in retrarchiam suam recessit, iuratus vnum sibi exilij finem fore mortem Herodis, neque ad eum reuersurum esse dum vixerit, Deniq; nec ægrotum quamuis sæpe accitus fratrem inuisere voluit, cum quibusdam mandatis eum quasi moriturus vellet instruere. Sed ille quidem præter spem conualuit. Postquam autem Pheroras in morbum incidit, tum Herodis patientia demonstrata est. Nam & venit ad eum, & humanissimè curatum voluit: sed morbum superare non quiuit: intra dies enim paucos est mortuus. Quem licet vsque ad vltimum vitæ diem dilexisset Herodes, tamē quod illum quoque veneno peremisset, fama vulgatum est. Verùm eius corpore in Hierosolymam deportato, luctum maximum cunctæ genti denunciauit, clarissimâque funus sepultura dignatus est. Vnus quidem interfecto Alexandri & Aristobuli, hunc exitum vitæ sortitus est. Transiit autem in Antipatrum autorem pœna sceleris, ex interitu Pheroræ nata principium. Quidam enim ex eius libertis, cū regem tristes adiissent, fratrem ipsius Pheroram veneno interceptum esse dicebant. nam quendam ei cibum obtulisse coniugem suam, & non eo quo solebat modo conditum: eoque sumpto illum morbo protinus esse correptum. Venisse autem ante biduum, matris ac sororis eius accitu quandam veneficam mulierculam ex Arabia, vt venenum Pheroræ conficeret amatorium: & pro amatorio dedisse mortiferum Syllæi cōsilio: namque illi notam fuisse. Percussus igitur plurimis suspicionibus rex, ancillas & nonnullas libertinas quæstioni subiecit. Ibique tum exclamat aliqua doloris impatiens: Deus cæli terræq; rector, in matrem Antipatri, quæ horum nobis malorum causa est, vindicer. Hoc rex initium nactus, persequebatur vltèrius indaginem veritatis. Mulier verò & matris Antipatri familiaritatem cum Pherora ciuisque mulieribus, & occultos eorum conuentus aperuit: quodque Pheroras & Antipater redeuntes à rege, tota cum illis nocte potare soliti essent, seruis omnibus exclusis & ancillis. Vna quidem libertinarum hæc indicauit. Cū autem ancillæ separatim singulæ torquerentur, patuit omnium dicta cong

*Ant. li. 17.
cap. 5.*

congruere, qua de causa Romam quidem Antipater ex composito, Pheroras verò trans flumen secedere curauisset. Nam sæpe illos in sermone dixisse, quòd post Alexandrum & Aristobulũ ad ipsos eorũque coniuges transiturus esset Herodes. Nec alicui posse parcere, qui Mariamne eiũsque filiis minimè pepercisset: ideòq; melius esse, ab hac belua quàm longissime fugere. Sæpe autem dixisse matri Antipatrũ conquerentem, quòd cùm ipse iam canus esset, pater in dies singulos iuuenesceret, seq; fortasse prius quàm regnare incipiat moriturum: aut si vnquam ille decesserit (quando autem istud futurum?) voluptatẽ sibi successione omnino fore breuissimã. Pululare præterea hydræ capita, hoc est Alexãdri & Aristobuli filios: sibi autem filiorum
10 quoq; spem ademptam esse patris iniuria: qui non eorum quenquam post mortem suam regni successorem, sed Mariamnes filium scripsisset hæredem. Qua quidem in re prorsus cum senectute delirare, si testamento suo standum arbitraretur. se nanque vt ex eius progenie nemo superesset curaturũ. Quinetiam cùm omnes patres, quibus inuisi vnquam filij fuerunt, odio vincat: plus tamẽ eum etiam fratres odisse. Denique nuper sibi ne cum Pherora colloqueretur, centum talenta donasse: atq; cùm Pheroras diceret, quid enim per nos lædebatur? respondisse Antipatrũ, vtinam cunctis ablatis nudos se dummodo viuos relinqueret. Verum hoc nequaquã fieri posse, vt tam pestiferam bestiam quisquam effugiat, sub qua nec amicis esse palàm liceret. Denique nunc occulte, inquit, conuenimus: licebit autem apertè, si virorũ spiritum
20 manusque habeamus. Hæc in tormentis ancillæ prodiderũt, & quòd Pheroras cum illis Petram fugere cogitasset. Vt omnibus autem dictis Herodes crederet, centum talentis effectũ est. De his enim soli Antipatro dixerat. Igitur ante alios in Doridem Antipatri matrem furor eius erumpit: eamque omni ornatu, quem illi donauerat, spoliata, multis comparato talentis, expellit. Deinde ira deposita, Pheroræ mulieres à tormentis recreabat. Timore autem pauidus erat, & ad omnes suspiciones excitabatur: multosque innocentes, metu ne quem nocetium prætermitteret: in tormenta ducebat. Hinc ad Samaritam se conuertit Antipatrum, qui procurator erat Antipatri, & ex illius tormentis comperit, necandi sui causa ex Ægypto Antipatrum venenum malum petiisse, per quendam Antiphili amicum: idque ab eo Antipatri
30 auunculum accepisse Theudionem, ac Pheroræ tradidisse: cui mandasset Antipater vt Herodem occideret, dum ipse Romæ abesset, ac suspicione careret: Pherorã vero venenum vxori suæ dedisse seruandum. Itaque hanc euocatam, statim rex quod acceperat afferre iubet. Illa vero quasi allatura egressa, de tecto se præcipitem dedit, vt eo modo probationes & regis tormenta præueniret. Sed Dei prouidentia, sicut apparet, quæ ab Antipatro pœnas repeteret, non in caput, sed in diuersam delata partem, periculum mortis euasit. Portatãque ad regem, vbi resipiscere potuit (nam casus eam perturbauerat) quamobrem se præcipitasset interrogata, adiurante rege, quòd vera dicenti remitteret omne supplicium: sin falsa promere maluisset, corpus eius tormentis absumeret, neque sepulturæ quicquam relinqueret: paulisper tacuit.
40 deinde inquit, Secreta custodio, cùm Pheroras obierit, Antipatro qui nos omnes perdidit seruitura? Audi rex, & tecum Deus testis mihi veritatis, qui falli non potest. Cùm Pheroræ morituro lacrymans asiderem, tunc ille me ad se vocauit: En multum, inquit, coniunx de fratris erga me animo sum deceptus. Nam qui sic me diligeret, inuisum habui, & necare cogitaui: qui tanto nunc mei, quamuis necdum mortui, dolore confunditur. Sed ego quidem impietatis precium fero: tu vero quod in eum seruas relictum nobis ab Antipatro venenum, huc affer propere, meque vidente consume, ne ad inferos quoque vlticem huius sceleris conscientiam deferam. Ita vt iussit attuli: & magnam quidem veneni partem sub obtutibus eius in ignem effudi: modicum verò mihi propter dubios casus, & quæ te metuerem, reseruauit. His dictis, illa quidem omnino paululum quiddam veneni habentem pyxidem profert: rex
50 vero in matrem fratremq; Antiphili contulit quæstionem. Verùm hi quoq; Antiphilum ex Ægypto attulisse pyxidem fatebantur, illũque venenum à fratre apud Alexandriam exercete medicinam accepisse dicebant. Totum autem regnum circumcunctes Alexandri & Aristobuli manes, ipsi crãt incertarum rerum exploratores atq;

indices, & à suspicionibus remotissimos ad probationes trahebant. Denique etiam pontificis filiam Mariamnem, consciam esse maleficiorum patuit. Hoc enim tortis eius fratribus demonstratum est. Rex autem matris audaciam filij quoque pœna coercuit. Nam quem illa pepererat Herodem, patri successorem scriptum ex testamento deleuit.

De Antipatri in Herodem malignis studijs deprehensis & ultis. Cap. XX.



OST hæc etiam Bathyllus, nouissima consiliorum Antipatri fides documentis accessit. Nanque is erat quidem libertus eius: aliud autem venenum ferens, hoc est, aspidum virus, aduenerat, aliorumque serpentum succos: ut si prius fuisset inualidum, hoc se Pheroras cum sua coniuge in regem 10 armaret. Idem vero præter susceptam contra salutem patris audaciam, velut operam succisiuam, habebat epistolas aduersum fratres compositas ab Antipatro. Erant autem Romæ in studiis Archelaus & Philippus, iam adolescentuli, magnique animi, regis filij, quos Antipater velut imminentes spei suæ remouere festinans, quasdam in eos literas ipse finxit, amicorum nomine Romæ degentium. Nonnullis autem corruptis scribere persuasit, quod multis patrem maledictis carperent, ac de Alexandri & Aristobuli nece manifeste quererentur, sequi accitos esse grauitur ferrent: iam enim pater eos redire præceperat, idque maxime sollicitabat Antipatrum. Quinetiam prius quam proficiscerentur, in Iudæa constitutus Antipater, eiusdem modi contra eos Romæ literas mercabatur: patremque adeundo vitandæ suspicionis causa, fratres purgare simulabat: quasdam falso scripta, quasdam vero adolescentiæ peccata esse commemo- 20 rans. Quo quidem tempore scriptoribus epistolarum, quas in fratrum perniciem simulabat, plurimis pecuniis datis, sumptuum confundere tentabat indicia, vestem preciosam variisque stragula, poculaque argentea necnon & aurea comparando, aliaque plurima instrumenta, ut preciorum magnitudine mercedem falsariis erogatas celaret. Denique ducenta talenta retulit expensa, & eorum maxima fuit occasio causa Syllæ. Vniuersis autem malis tunc minoribus maiore correctis, cum omnia quidem tormenta de parricidio, epistolæ vero de iteratis fratricidiis conclamarent, nemo tamen ex Iudæa venientium, quo loco fortunæ domus essent ei nunciauit, quamuis inter scelus probatum & ipsius reditum septem mensium interualla fluxissent. Ita erat inuisus omnibus. Fortasse autem etiam quibus indicandi voluntas fuit per interfectorum fratrum 30 manes obmutescabant. Denique Roma literas misit, continuo se venturum esse, quodque honorifice dimissus esset à Cæsare nuncios. Rex autem insidiatorem manibus tenere, desiderans: timensque ne si quid præcisset, forte caueret, ipse quoque literis beneuolentiam simulans, & alia familiarissime scripsit, & ut reuersionem suam maturaret orauit. Nam si properasset, matris suæ quoque offensionem posset componere, quam expulsam esse non ignorauit Antipater. Primam quidem iam de morte Pheroræ susceperat epistolam apud Tarætum, cumque vehementer luxerat: id autem nonnullis de patruo laudabile videbatur: sed quantum intelligi datur, causa doloris erat, quod insidiæ pro voto non cesserant: neque tam Pheroram flebat, quam maleficiorum ministrum. Præterea metus cum quidam ob ea quæ confecerat occupabat, ne 40 quando fortè deprehenderetur venenum. Tunc autem in Cilicia patris epistola sibi reddita quam supra memoraui, statim quidem festinabat: sed postquam in Celenderin delatus est, subit eum quædam materni casus cogitatio, anima iam per semetipsam diuinante. Et amicorum quidem prudentiores ei suadebant, ne prius patrem conueniret, quam pro certo cognosceret, quibus ex causis matrem suam repudiasset: nanque timere, ne fortè criminibus matris adderetur. Minus autem prudentes, & visendæ patriæ cupidi magis, quam quid Antipatro esset utile considerantes, ut properaret monabant, ne ex ipsa mora & patri causam prauæ suspicionis, & occasionem præberet calumniantibus. Nunc enim si quid motum est, in absentem esse factum: nec enim præsentem illo quenkum id ausurum fuisse. Absurdum autem videri, propter suspensiones in- 50 certas certis bonis carere, neque mature se patri reddere, ab eoque regnum accipere, quod solo ipso niteretur. Paruit his Antipater, impellente fortuna, transmissusque in Sebastum Cæsariæ portum deferretur. Occurrit autem illi præter opinionem maxima solitudo

*Ant. li. 18.
cap. 8.*

solitudo cū omnes eum deuitarent, nullūque auderet accedere. Nam etsi semper æquē inuisus erat, odio tamen ut proderetur tunc data libertas est. Multos autē auer-
tebat ex rege formido, quoniā cūctas iam ciuitates de Antipatro fama repleuerat,
solūsq; de se quid ageretur Antipater ignorabat. Nec enim vel clarius eo quisquam
deductus est, cū Romam nauigaret, vel ignobilius inde susceptus est. Enimuero
clades ille domesticas intelligens, calliditate celabat, metuque penē mortuus, vultu
confidentiam simulabat. Et neque fugæ spes vlla erat, neque circumstantibus malis
emergere poterat: certūmq; nihil ei de domo, ne ibi quidem nunciabatur: id enim
regis interminatio prohibuerat. Vnde interdum etiā spes eum pertentabat hilarior,
¹⁰ aut nihil esse deprehensum, aut si quid esset, hoc sese impudentia sua diluturū, ac dol-
lis, quæ sola instrumēta salutis haberet. Itaque his armatus, sine amicis in regiam ve-
nit, qui à prima ianua cum iniuria sunt repulsi. Fortē autem Varus Syriæ rector intus
aderat. Ingressus inde ad patrem, confirmatūque audacia, velut eius salutādi causā,
propius accedebat: cū ille obiecta manu, & capite declinato, exclamat: Et hoc par-
ricidæ est, ut me amplexari velis, qui tot maleficiis inuolutus sis. Dispereas, impium
caput: neq; me attingas, prius quā criminibus te exuas. Dabo enim tibi iudiciū &
iudicē, qui opportune præsto est, Varum. Abi, & quemadmodum te purges in diem
crastinū meditare. nam & tempus indulgeo calliditatibus tuis. Ad hæc metu obstu-
pefactus Antipater, quia respōdere nihil potuit, reuersus est. Cū autem ad eum ve-
²⁰ nissent mater & vxor, cūctas ei probationes exposuerūt. Tūque recepta mente,
quo pacto sese defenderet cogitabat. Postero autē die rex adhibito propinquorum
atq; amicorum cōcilio, Antipatri quoque amicos vocat. Ipse autem cum Varo resi-
dens, cūctos indices iussit adduci, in quibus erant etiam serui matris Antipatri qui-
dam pridem comprehēsi, qui ab ea literas ad eum deportauerūt huiuscemodi: Quo-
niam illa omnia patri tuo cognita sunt, caue ne ad eum veniās, nisi aliquod auxilium
à Cæsare impetraueris. Itaque his vnā cum aliis introductis, ingreditur Antipater.
Cūque pronus ante pedes patris cecidisset: Oro, inquit, pater, ne quid de me præ-
iudices, sed integras aures satisfactioni meæ præbeas. Demonstrabo enim me inno-
xium, si tu velis. Ille autem magna voce imperato ei silentio, ad Varum locutus est:
³⁰ Quod & tu Vare, & quiuis iustus iudex, Antipatrum morte dignū iudicauerit, certo
scio. Vereor autē ne mea quoque tibi sit inuisa fortuna, omniūque calamitate dignum
deputes, qui tales filios genuerim. Atqui hoc tibi magis miserandus videri debeo,
quod erga tam scelestos indulgentissimus pater fui. Nam illis prioribus adhuc ado-
lescentulis regnū detuleram, eosque Romæ educatos amicos Cæsaris feceram: sed
quos aliis inuidendos regibus æmulandōsque constitui, meæ salutis hostes inueni,
quorum tamen interitus Antipatro magis profuit. Isti enim quod iuuenis & succes-
sor meus futurus esset, maxime securitas quærebatur. at verò hic belua, patiētia mea
suprà quā sātis erat expletus, in me satietatem suam profudit: eiūque diu viuere sum
visus, meāmq; senectutem grauiter tulit, réxq; fieri non nisi parricidio passus est. quæ
⁴⁰ quidem profectò noui qua ratione cogitauit: quod eum ex agro abiectum reduxe-
rim, & exclusis quos mihi regina pepererat filiis, regni mei vicarium declarauerim.
Equidem tibi Vare confiteor meæ mentis errorem. Ego illos contra me filios irrita-
ui qui Antipatri gratia spes eorum iustas abrui. Quid enim tantum de illis, quātum
de isto bene sum meritis? cui viuus etiam potestatem meam penē concessi: apertē
autē regni successionem testamento reliqui, & præter destinatos ei separatim quin-
quaginta reditus talentorum, sumptum passim mea pecunia subministraui: ac nuper
Romā quoq; nauigaturo dedi trecenta talenta, quēmq; solum ex omni familia mea,
tanquam patris seruatorē, Cæsari commendauī. Aut quid illi tantum sceleris, quan-
tum Antipater admisit? quodue de his habui indicium, quale demonstraui hu-
⁵⁰ ius insidias? etiam approbo, quia ausus est aliquid parricida, rursūmq; veritatē dolis
sperat obtegere: tibi Vare cauendum. nam ego istā beluam noui: & quā sit verifi-
milia dicturus, iam nunc prospicio, fletūsq; simulatos. Hic est qui me quondā mone-
bat, ut viuum Alexandrū cauerem, neq; meum corpus omnibus crederē. Hic est qui
vsque ad cubile meum solebat ingredi, & circumspicere, ne quis mihi forte parasset
insidias.

insidias. Hic somni mei custos erat, & securitatis dator, qui consolaretur luctum peremptorū, & viuentiū fratrum beneuolentiā diiudicaret: hic propugnator & satelles meus. Quum eius calliditas Vare in mētem venit, & quemadmodū singula simulasset, vix me credo viuere, tamq; grauem insidiatorē quo pacto effugerim miror. Verumtamen quia fortuna quædam excitat cōtra me domū meam, mihique amicissimi semper infensi sunt: ego quidem fatorū iniquitatem flebo, & mecū ipse solitudinem gemam. Nemo autē qui meum sanguinem sitierit elabetur, etiamsi per omnes filios meos indicia ventura sint. Hæc dicens, ipse quidē interrupto sermone tacuit, dolore confusus. Nicolaum autem vnum ex amicis probationes iussit exponere. Inter hæc autē Antipater sublato capite, cū prostratus ante patris pedes maneret, exclamat: ¹⁰ Tu pater meas partes defendisti. Nam quomodo ego parricida, quem tu semper seruatorē te habuisse cōmemoras? Aut si ficta, vt dicis, simulataque mea pietas fuit, cur in aliis tam callidus, in hoc adeo demens fui, vt non intelligerē, quod si homines lateret tanti sceleris cogitatio, cælestē latere iudicem omnino non posset, qui vbique præsto esset, & cuncta conspiceret? An fratrum exitus ignorabā, quos ob id Deus ultus est, quia tibi male cogitauerant? Quid autē fuit cur me tua salus offenderet? Spes regni? Sed regnabam. Odij suspicio? Sed diligebam. An ex te merus aliquis? Quin tui seruans, aliis timendus eram. Fortassis egestas causa fuit? Multo minus. Quis enim magis expensarū habuit potestatem? Si autē omnium hominū perditissimus essem, immanisq; bestię animū gererem, certe mansueti patris beneficiis vincerer: quem, ²⁰ sicut tu dixisti, reduxeris, totque filiis anteposueris, viuusque regē declaraueris, aliorūque bonorū magnitudine reddideris inuidendum. ô me miserū, acerbissimamq; peregrinationē meam, quā longū liuori tēpus magnūque insidiantibus spatium præbui. Sed tamen tibi pater tuusq; rebus abieram, ne Syllæus tuam contemneret senectutem. Roma mihi testis est pietatis, & princeps orbis terræ Cæsar, qui me patris amatorem sæpe vocitabat. Accipe pater has eius literas. hæc fictis in me criminatōnibus veriores. his me defendo. hæc affectus erga te mei argumēta certissima. Recordare quā inuitus hinc nauigauerim, latentes in regno contra me inimicitias non ignorans. Tu pater imprudens me perdidisti, tu compulisti vt darem accusandi tempus inuidiæ. Verum ad indicia veniam. Ecce adsum, terra marique nihil vsquam parricida perpeffus. Sed nondū me hoc argumento diligas, nam & apud Deum, & apud te pater, condemnatum me esse scio. Condemnatus autem deprecor, ne aliorū tormentis fidem habeas: in me feratur ignis, per viscera mea pergant instrumenta pœnarū, ne parcas scelesto corpori. Nam si parricida sum, tormentorū expers mori non debeo. Talia cum lacrymis ac ciulatu vociferans, & omnes alios, & Varum ad misericordiam prouocauit: solum autē Herodem, quo minus fleret, iracundia cōtinebat, documētis veris intentum. Ibi autē Nicolaus, iussu regis multa de Antipatri calliditate præfatus, & misericordiæ spem abstulit, & atrocissimā accusationē instituit, cuncta quidem regni maleficia ascribēs: maxime vero fratrum interitum, quos ipsius calumniis interfectos esse demonstrans, etiam superstitionibus eum insidiari quasi successione captatoribus affirmabat. Nam qui patri venenum parasset, multo minus à ⁴⁰ fratribus abstineret. Cū autem ad veneni probationē venisset, per ordinem proferbat indicia, etiam de Pherora crimen exaggerans, veluti illum quoque Antipater fratricidam fecisset, corruptisque regis amicissimis, scelere omnē domum repleuisset. Atq; ita multis aliis dictis & probatis perorauit. Varus autem cū respondere iussisset Antipatrū, & ille nihil amplius elocutus, quā, Deus testis est innocentiae meæ, silensque iaceret, venenum petiit, idque cuipiam damnatorum capitis ex custodiis bibendum dedit: eoque statim mortuo, quædam in secreto cum Herode sermocinatus, gesta in concilio Cæsari scripsit: posterorq; die inde discessit. Nihilq; minus rex Antipatro vinculis tradito, cladis suæ nuncios ad Cæsarem misit. Post hæc Salomen ⁵⁰ appetisse insidiis arguebatur Antipater. Quidā enim è seruis Antiphili Roma venerat, epistolas ferens cuiusdam Acmes nomine, ancillæ Iuliæ: quibus ad regē scriptis, indicauerat Salomes epistola inter literas Iuliæ reperta, clām ei beneuolentiæ causā misisse. Ipsius autem Salomes epistolis & maledicta in regem acerbissima, & accusatio

latio maxima continebantur. Sed hæ ab Antipatro erant fictæ: isque Acmen pecunia corruptam, ad Herodem eas mittere persuaserat. Epistola enim eiusdem mulierculæ ad ipsum scripta id prodidit, cuius verba hæc sunt: Sicut voluisti patri tuo scripsi, & alias apistolas mihi, certo sciens, regem sorori suæ minime posse parcere, si eas recitauerit. Bene autem facies, si consummatis omnibus, pollicitationum tuarum memor fueris. Hac epistola & quæ in Salomen sunt composita deprehensis, regē subiit cogitatio, ne fortè etiam Alexander falsis epistolis fuisset oppressus: quòdque penè sororem propter Antipatrum occidisset, anxius erat. Itaque non est ultra cunctatus, quò minus ab eo sumeret omnium causa supplicium: sed ne propositis satisfaceret, ¹⁰ graui morbo impeditus est. De Acme tamen ancilla, & in Salomen fictione conflata, dedit literas ad Cæsarem. ac propterea testamento mutato, exemit nomen Antipatri, regemque scripsit Antipam, præteritis Archelao & Philippo natu maioribus. nam & hos Antipater insimulauerat. Cæsari autem post alia pecuniaria munera mille talenta, & vxori eius ac filiis, itémque amicis & libertis, propè quinquaginta: cæterisque omnibus agrorum & pecuniarum non parum distribuit, ac sororem Salomen luculentissimis donis honorauit. In testamento quidem ista correxit.

De Aquila aurea, mortēque Antipatri & Herodis.

Cap. XXI.

²⁰ **M**ORBUS autem ingrauescebat, quòd eum senectus pariter ac mœror vgeret, & annos iam septuaginta natus esset: & filiorum cladibus animum *Ant. li. 17. cap. 8.* adeò habebat afflictum, vt nec bona valetudine quicquam iucunditatis admitteret. Acriorem autem faciebat ægritudinem, quòd Antipater viueret. Hunc enim non obiter & aliud agens, sed cùm ipse conualuisset, cogitabat occidere. Ad has ei calamitates accidit etiam populi quidam tumultus. Erant in ciuitate sophistæ duo, qui summe scire leges patrias videbantur: & propterea per omnem gentem maxima gloria prædicabantur: Iudas filius Sepphoræ, & alter Margali Mathias. Hos non pauci adolèscantium sectabantur, cùm leges exponerent, & in dies singulos puberum exercitum congregabant. Qui cùm regem audissent mœrore ac morbo tabescere, apud notos loquebantur, opportunum iam tempus esse, vt Deus ³⁰ vindicaretur, fabricatæque aduersus leges patrias opera destruerentur. Siquidem in templo nefas sit, imagines, aut vultus, aut cuiuslibet animalis cognomine simulacrū haberi. Hoc propterea dicebatur, quòd supra maximam portā templi Aquilam collocauerat auream. Eumque tunc monebant sophistæ vt tollerent: pulchrum esse dicentes, etiam si quod inde periculum immineret, pro legibus patriis mori non recusare: sic enim decedentibus, & animā immortalem, & bonarum rerum sensum perseuerare perpetuo: minus autem fortes, & sapientiæ suæ nescios amare animam imperitia: magisque morbo cupere, quàm virtute defungi. Dum hæc illi differerēt, rumor subito peruagatur, regem ferè iam mori: vnde etiam confidentius adolèscentes coronam adorti sunt: ipsoque meridie, quum plurima multitudo versaretur in templo, ⁴⁰ crassiss demissi funibus, Aquilam ex tecto auream securibus abscidebant. Quare statim regis duci nunciata, non parua ille manu comitatus ad templum cucurrit: & propè ad quadraginta iuuenes comprehensos regi exhibuit. Qui primum interrogati, an Aquilam ipsi auream concidere ausi essent, fecisse confessi sunt: deinde quo iubente, lege patria responderunt. Cùm vero, quid exultarent tantum, quibus mors immineret, ab his quæreretur: quia post mortem bonis plurimis frui sperarent, asseruerunt. His itaque rex commotus, magnitudine iracundiæ morbum superat, atq; in concionem procedit. Deinde multum in eos quasi sacrilegos inuectus, & quòd occasione legis patriæ quædā maiora tentassent, velut impios supplicio dignos esse iudicauit. Populus autē metuens, ne per multos quæstio iret, precabatur, vt primum ⁵⁰ facinoris suasoribus, deinde in eo deprehēsis pœnæ subditis, cæteris indignationem remitteret. Tandem igitur exoratus, & ipsos rex qui funibus dimissi erāt cum sophistis viuos incendi, & reliquos qui vnā comprehensi sunt, obtruncandos carnificibus tradidit. Hinc totum eius corpus morbo occupatum variis doloribus differebatur. nam febris quidem nō mediocris erat: prurigo autem intolerabilis habebat omnem corporis

corporis superficiem. Assiduis autem vexabatur coli tormentis, pedesque; tanquam ex
Ant. li. 17. intercutis vitio tumuerant. Quin & inflatio ventriculi, putredóque virilis membri
cap. 9. vermiculos generās, ac præterea creber anhelitus, & irrupta eum suspiria, membro-
 rumque; omnium contractio fatigabat: ut qui hæc ad diuinitatem referrent, ultionem
 eam esse dicerent sophistarum. Ille autem, quamuis cum tot morborum cruciatibus
 luctaretur, vitæ tamē cupidus erat, & remediis excogitatis salutē sperabat. Denique
 Iordanem transgressus, apud Calliroen aquis calidis utebatur, quæ in lacum feracem
 bituminis, qui Asphaltites vocatur, effluētes, præ dulcedine potui sunt. Ibi autē cor-
 pus eius, quod medicis oleo calidiori foueri placuerat, in solum plenum demersum
 ita dissolutum est, ut etiam lumina quasi mortuus resoluta torqueret. Deinde pertur- 10
 batis qui eum curabant, ad clamorem quidem illorum respicere visus est. desperata
 vero salute, militibus quinquagenas drachmas, multamque; pecuniam rectoribus atque;
 amicis diuidi iussit. Cū autem rediens ad Hierichunta venisset, atra iam bili corre-
 ptus, & penē ipsi morti minabatur, factūque nefariū excogitauit. Collectos enim
 cuiusque vici ex omni Iudæa nobiles, in locum cui nomen est Hippodromus, cōclu-
 di præcepit. Deinde Salome sorore & Alexa marito eius ad se vocatis: scio, inquit,
 mortem meam festis gaudiis celebraturos esse Iudæos. Verū per alios lugeri pote-
 ro, & præclarissimos honores sepulturæ assequi, si quæ præcipio feceritis. Hos viros
 qui habentur in custodia, cū animam efflauero, statim militibus circumdatos occi-
 dite: ut etiam inuita omnis mihi Iudæa, omnisque; domus illacrymet. Et simul his man- 20
 datis, legatorum quos Romam miserat, epistolæ sunt allatæ, quibus Acmen ancillam
 Iuliæ iussu Cæsaris interemptam, & Antipatrum morte damnatum esse indicabatur.
 Quin & si pater eum in exilium dare mallet, id quoque; permisisse Cæsarem, scriptum
 erat. Herodes autem paululum hoc nuncio recreatus, doloribusque rursus victus
 (nam inedia tussisque pariter violentia distendebatur) fatum præuenire conatus est:
 sumptoque malo, etiam cultellum poposcit: sectum enim comedere consueuerat.
 Deinde circumspecto ne quis arbiter impediret, tanquam se percussurus dexteram
 sustulit. Cū vero Achiabus consobrinus eius accurrisset, manūque continuisset,
 ululatus maximus in regia statim, qua si rex mortuus esset, excitatus est. Eoque pro-
 pere audito, Antipater fiduciā recepit: lætusque; iam custodes promissa etiam pecunia, 30
Ant. li. 17. rogabat, ut se soluerent, atque; dimitteret: quod eorum princeps non solum ne fieret ob-
cap. 10. stitit, sed etiam regi velociter nunciauit. Ille autē fortius exclamās, quā vires ægro-
 tantis valebant, continuo satellitibus missis occidit Antipatrum: mortuūque; sepeliri
 præcepit in Hyrcanio. Deinde rursus corrigit testamētum, & successorem quidem
 Archelaum natu maximum Antipæ fratrem scripsit, tetrarcham vero Antipam. Post
 interitū autem filij quinque; diebus exactis moritur: annos quidem trigintaquatuor, ex
 quo interfecit Antigonum, regno potitus: triginta verò septem, postquam rex à Ro-
 manis declaratus est. Et in aliis quidē omnibus, secunda fortuna usus est, si quis alius.
 Regnum enim quod priuatus sibi quæsierat, tanto conseruatū tempore, filiis suis re- 40
 liquit. In rebus autem domesticis infelicissimus fuit. Salome autem, antequam resciret
 mortē regis exercitus, cum marito progressa, vinctos absoluit, quos occidi man-
 dauerat: ipsum dicens mutasse consilium, & vnumquenque iussisse domum dimitti.
Ant. li. 17. Atque; ita post horum abitum militibus indicatur. Quibus in concionem cum alia tur-
cap. 12. ba in amphitheatrum apud Hierichunta collectis, Ptolemæus anuli regis custos, quo
 signare solitus erat, & fortunatū illum cœpit dicere, & multitudinem consolari. Reli-
 ctamque; ab eo militibus epistolam recitauit, in qua multū rogabat, ut beneuolo animo
 successorem suum fouerent. Deinde post epistolam testamentū legebat, in quo Phi-
 lippum quidem heredem Trachonis, proximarūque; regionum: tetrarcham verò,
 sicut suprà diximus, Antipam: regem autem Archelaum scripserat: eidemque; anu-
 lum ad Cæsarem ferre mandauerat, assignatamque regni administrati notitiam. 50
 Omnium nanque dispositionum suarum dominum & confirmatorem Cæsarem esse
 voluit, cætera verò seruari iuxta superius testamentum. Quo perlecto, confestim
 clamor secutus est omnium Archelao gratulantium: militesque per cuneos & po-
 pulus adeuntes, suamque; promittebant, deique beneuolentiam precabantur. Hinc ad
 sepeliendum

sepeliendum regem operam contulerunt. Nihil autem munificentiae prætermisit Archelaus, sed omnem ornatum extulit regium in funeris pompa ducendum. Lectus quippe totus erat gemmis auróque distinctus, torus autem purpuravariatus, corpúque super eum velatum itidem purpura. Capiti autem diadema erat impositum: corona verò desuper aurea, sceptrumque in dextera, & circa lectum filij cum propinquis, præterea satellites agmēque Thracium, Germanique & Galli, velut ad bellum instructi omnes antecedeabant. Cætera verò militum manus armata, ducésque suos ordinumque principes sequebantur decenter. Quingenti autem serui ac liberi odores ferebant: corpus autem per ducenta stadia portatum est in castellum Herodion: ibique secundum ipsius regis mandata sepultum est. Et Herodis quidem regis hic finis fuit.

FLAVII IOSEPHI

DE BELLO IYDAICO

L I B E R I I.

20

De successoribus Herodis, & ultione direptæ aureæ aquile.

Cap. I.



30

VRBARVM autem nouarum principium fuit, Archelao Romam proficiscendi necessitas. Diebus enim septem in lugendo patrem consumptis, epulisque teralibus prolixè populo exhibitis (Hic autem mos apud ludæos necessario multos ad inopiā redegit: nam qui eum neglexerat, impius æstimabatur) candida veste indutus procedit ad templum. Ibique variis fauoribus exceptus à plebe, ipse quoque in excelso tribunali, solioque aureo residens, humanissime vulgus admisit: eisque & quòd sepulturā patris sedulo curauissent, gratias egit, & quòd

*Ant. li. 17.
cap. 12.*

sibi quasi certo iam regi, magnos honores habuissent. Verum se tamen ait non potestate solum interim, sed etiam ipso regis nomine temperare, donec à Cæsare sibi confirmata fuerit successio, qui etiam testamento rerum esset omnium dominus constitutus. Idcirco enim se apud Hierichunta voluntati exercitus restitisse, cum sibi diadema voluisset imponere. Cæterum pro alacritate ac beneuolentia, æque militibus ac populo plenam se vicissitudinem relaturum, si ab his quorum etiam esset imperium, certus rex declaratus fuisset: studiūque sibi esse, ut erga illos rebus omnibus patre melior appareret. His gauisa multitudo, statim eius mentem magnis tentare petitionibus cœpit. Namque alij tributa leuari, alij vectigalia tolli, quidam solui custodias acclamabant. Cunctis autem postulatis, in gratiam populi facile annuebat Archelaus. Deinde celebratis hostiis, cum amicis erat in epulis. Ecce autē subito post meridiem congregati non pauci nouarum rerum studiosi, vbi communis luctus de rege cessauit, propria lamēta suscipiunt, flentes eorum casum, quos propter abscisam ex porta templi aquilam auream Herodes morte damnauerat. Dolor autem non occultus erat, sed clarissimis questibus, fletuque iusto & planctu ciuitas personabat, virorum causa videlicet quos pro templo ac legibus patriis interuisse dicebant. Eorum autem mortis pœnas, ab illis quos Herodes pecunia donasset, repetendas esse clamitabant: ac primum, quem is constituerat pontificem reiiciendum, aliūque pietate præstantem, magisque purum optari debere. Quibus etsi mouebatur Archelaus ad ultionem, tamen eum profectionis festinatio cōtinebat, metuentem, ne si sibi multitudinem reddidisset inimicam, motu eius impediretur. Quamobrem monendo magis quàm vi experiebatur sedare turbatos: missoque magistro militum, ut quiescerent, eos rogabat. Sed illum seditionis autores, vbi ad templum venit, prius quàm verbum faceret, lapidibus pro-

*Ant. li. 17.
cap. 12.*

V turbarunt:

turbarunt: & aliis post eum mulcendi sui gratia missis, multos enim legabat Archelaus, iracunde omnia responderunt: neque si numero auditi fuissent, otiosi fore videbantur. Itaque instante azymorum die festo, qui apud Iudæos Pascha vocitatur, plurima victimarum copia plenus, infinita quidem ad templum ex agris multitudo religionis causa descendit, cum illi qui sophistas lugebant in templo consisterent, nutrimenta seditioni quærentes. Hoc autem metu Archelaus, antequam omnem populum morbus iste corrumpere, cohortem militum & tribunum, qui etiam seditionis principes comprehenderent, eo dirigit: contra quos omne vulgus excitatum, multos lapidum ictibus interfecit: saucius verò tribunus vix elabitur. Et illi quidem statim, veluti nihil mali actum esset, ad celebranda sacra conuersi sunt. Sed Archelao sine cæde iam multitudo comprimi non posse videbatur. quamobrem totum illis immisit exercitum, pedites per ciuitatem simul omnes, equitesque per campum: qui cum sacrificiis occupatos singulos inuasissent, propè ad tria millia hominum occidunt: reliquam verò manum per montes proximos disiecerunt. præcones autem sequebantur Archelaum, iussu eius vnumquemque, ut domum recederet admonendo. Itaque cuncti neglecta diei festiuitate, abiere. ipse autem cum matre, necnon & Popla, & Ptolemæo, & Nicolao amicis, ad mare descendit: relicto Philippo regni procuratore, itemque rerum familiarium curatore. Vnà verò egressa est cum filiis suis Salome, fratrisque regis filij, generque, specie velut Archelao ad obtinendam successionem adiumento futuri: certa verò causa, quæ contra leges in templum admissa fuerant, delaturi. Interea fit illis Cæsareæ obuiam Sabinus Syriæ procurator, ad Iudæam veniens, ad pecunias custodiendas Herodis. quem ulterius progredi Varus inhibuit, multis accitus Archelai precibus, intercedente Ptolemæo. Et tunc quidem Sabinus in gratiam Vari, neque ad arces venire properauit, neque thesauros paternæ pecuniæ clausit Archelao: sed usque ad cognitionem Cæsaris se otiosum esse pollicitus, apud Cæsaream commorabatur. Postea verò quàm sibi obstantium vnus Antiochiam petiit, alter, hoc est, Archelaus Romam nauigauit, mature profectus in Hierosolymam, regiam tenet: custodumque principibus, itemque dispensatoribus euocatis, rationes pecuniarum discutere conabatur, & arces occupare tentabat. Non tamē immemores Archelai mandatorum custodes erant, sed in obseruando singula quæque perseuerabāt, causam custodiæ magis Cæsari quàm Archelao tribuentes. Ad hoc autem Antipas quoque de regno certabat, posteriore superius Herodis testamentum firmitus esse defendens, in quo rex ipse Antipas fuerat scriptus: eique se tam Salome quàm multi alij cognati, qui cum Archelao nauigarant, suffragio fore promiserant. Ducebat autem secum matrem, fratremque Nicolai Ptolemæum, in quo pro fide apud Herodem probata, non nihil videbatur esse momenti. Namque illi fuerat amicorum carissimus. Oratori autem Irenæo propter dicendi acrimoniam plurimum confidebat. vnde etiam qui se monuerant, ut Archelao pro ætatis merito & secundi testamenti voluntate cederet, audiendos esse non censuit. Romæ verò migrauerunt ad eum cunctorum studia propinquorum, quibus inuisus erat Archelaus, quique præcipuè liberi omnes sui que iuris esse cupiebant, & aut Romano magistratu administrari, aut si hoc non impetrarent, Antipam regem habere. Ad hoc etiam Sabini opem nitebatur Antipas, qui Archelaum per epistolas accusauerat apud Cæsarem, Antipam verò multum laudauerat. Itaque digesta crimina Salome & cæteri, qui cum ea sentirent Cæsari tradiderunt, & post eos Archelaus gestorum suorum perscripta capitula, patrisque anulum per Ptolemæum, rationesque administrationis intromisit ad Cæsarem. Ille autem secum præmeditans ea, quæ ab vtraque parte dicerentur, vbi & regni magnitudinem, multitudinemque reddituum animaduertit, atque insuper Herodis familiam numerosam, perlectis etiam Vari ac Sabini literis, optimates Romanorum ad concilium vocat, in quo tunc primū ex Agrippa ac filia sua natum Caium sedere iussit, filium adoptiuum: atque ita partibus prosequendi copiam dedit. Igitur Salomes filius Antipater (namque is erat orator acerrimus eorum, qui aduersabantur Archelao) accusationem proposuit, insimulās Archelaum, quasi verbis quidem de regno videretur contendere, re autem vera iamdudum rex esset effectus, & apud aures modo Cæsaris cauillaretur, quem iudicem successionis expectare noluisse. Nam post Herodis mortem,

Ant. li. 17.

cap. 13.

10

20

30

40

50

mortem, quibusdam, ut diadema sibi imponerent subornatis, regis eum more in folio aureo residentem, partim ordines militiæ permutasse, partim condonasse promotiones: & insuper his omnia annuisse populo, quæ velut à rege impetranda petisset: maximorumque reos criminum, quos pater suus vinxerat, absoluisse: qui cum ista fecisset, modo regni umbram à Domino postulaturus venisset, cuius sibi corpus ipse rapuisset, ut non rerum, sed vocabulorum dominum esse Cæsarem demonstraret. Ad hæc ei, quod etiam luctum patris assimulasset, obiiciebat: cum interdum quidem personam componeret in mœrorem, noctu verò ad comestationes usque potaret. Denique seditionem vulgi ex hac indignatione conflaram esse dicebat. Totius enim orationis vires, eorum multitudine, qui circa templum cæsi fuerant, astruebat. Hos enim ad diem festum quidem venisse: ad hostias verò, quas ipsi mactandas venerant, crudeliter esse iugulatos: tantumque in templo funerum esse congestum, quantum nullum ab externis illatum bellum implacabile cōgessisset. Itaque huius crudelitatis Herode præscio, ne spe quidem regni unquam eum dignum esse visum, nisi cum sanæ mentis inops erat, animo deterius ægotante quàm corpore, & quem in secundo testamento successorem scriberet, ignorabat: præsertim, qui priore testamento successorem scriptum incusare nihil posset, quod incolumi corpore, omnique vitio purgata mente fecisset. Ut tamen quis firmitus esse ponat morbo laborantis arbitrium, ipsum se Archelaum abdicasse regia dignitate, multis in eam contra leges admissis. Nam qualem fore si acciperet à Cæsare principatum, qui antequam acciperet, tantum populum peremisset? Multa in hunc modum prosecutus Antipater, multis ex numero circumstantium propinquorum in singula crimina testibus exhibitis peroravit. Surrexit autem Nicolaus defensor Archelai, & ante omnia cædem in templo necessario factam esse perdocuit: nam quorum necis argueretur, non regni solum, sed etiam ipsius iudicis, id est, Cæsaris hostes fuisse: aliorum autem criminum suasores aduersarios ipsos demonstravit. Secundum verò testamentum idcirco ratum manere postulabat, quod Herodes in eo successoris sui firmatorem Cæsarem constituisset. nam qui tantum sciret, ut rerum Domino potestate sua cederet, nec unquam in hæredis errasse iudicio, sed sano corde quem constitueret elegisse, qui per quem constitui deberet non ignoravit. Cū autem omnibus expositis, etiam Nicolaus perorasset, in medium progressus Archelaus, ad genua Cæsaris accidit. ocyus. Quo perbenigne Cæsar erecto, quod paterna quidem successione dignus esset, ostendit: certum verò nihil pronunciauit. Sed illo die dimisso concilio, se cum ipse de cognitis deliberabat, utrum ex his, qui testamento continerentur, aliquem regni oporteret constitui successorem, an toti familiæ distribui principatum. Multitudo enim personarum egere subsidio videbatur.

De pugna & strage Hierosolymis inter Iudeos & Sabinianos.

Cap. I I.

SE D antequam de his quicquā statueretur à Cæsare, mater Archelai Malthace morbo correpta moritur. Et variæ literæ de Syria perlatae sunt, Iudeos defecisse nuntiâtes: quod Varus fore prospiciens, in Hierosolymam postquam Archelaus nauigarat, ascendit, ut incentores seditionis prohiberet. Et quia multitudo cessatura non videbatur, ex tribus quas ex Syria duxerat secum legionibus, vnam in ciuitate reliquit: atque ita in Antiochiam ipse remeauit. At Sabinus cū postea in Hierosolymam venisset, causas nouarum rerum Iudæis præbuit: modo vim custodibus, ut sibi arces traderent, adhibendo, nunc maligne regis exquirendo pecunias. Non autem solis relictis à Varo militibus fretus erat, sed etiam seruatorum suorum multitudine, quos etiam omnes armatos avaritiæ ministros habebat. Festo autem quinquagesimo die, quæ Pentecoste à Iudæis vocatur, septies septem diebus exactis rediens, ex eorum numero vocabulum nata, non religionis solennitas populum, sed indignatio cōgregauit. Denique concursus infinitæ multitudinis ex Galilæa, itēque Idumæa & Hierichunte, trānsque Iordanem positis regionibus, factus est: cū indigena ex ipsa ciuitate populus Iudæorum, & numero simul & alacritate præstaret: & tripartita manu terna castra collocauerunt, vna in Septentrionali regione templi, altera in meridionali Hippodromū versus, tertiāque in occiduo prope

*Ant. li. 17.
cap. 14.*

V 2 regiam

regiam tractu, circumfessosque Romanos undique obsidebant. Sabinus autem multitudine pariter, eorumque spiritu perterritus, crebris quidem Varum nunciis precabatur, ut quam mature ferret auxilium, quasi occasione delenda legione, si quid moræ interuenisset. Ipse verò in altissimam castelli turrim, quæ Phasaelus vocabatur, euadit, fratris Herodis cognominem, quem Parthi necauerunt. Hinc legionariis, ut in hostes irruerent, signum dabat. Nam præ timore nec ad eos quibus ipse præerat, descendere audebat. Eius autem præcepto milites obedientes, in templum volant, vehementiq; cum Iudæis pugna configunt: in qua dum nemo desuper adiuuaret, imperitos belli peritia superabant. Postea verò quam multi Iudæi porticibus occupatis, à vertice telis eos appetebant, plurimi conterebantur: & neque ex alto iaculantes vlisci facile poterant, neque cominus dimicantes ferebant. ab utrisque tamen afflicti succendunt porticus, opere, magnitudine atque ornatu mirabiles. ibique tum multi flama subito comprehensi aut ea consumebantur, aut in hostes desilientes ab ipsis occidebantur: alij retrorsum cedentes præcipitabantur ex muro: nonnulli desperata salute, incendij periculum suis gladiis præueniebant. Qui tamen ex mœnibus obrependo in Romanos fecissent impetum, metu attoniti nullo negotio subigebantur, donec omnibus, aut interemptis, aut timore disiectis, thesauro Dei defensoribus destituto manus milites attulerunt, & x l. ex eo talenta diripuerunt: quorum quæ furto sublata non sunt, conquisiuit Sabinus. At Iudæos multo plures, magisque pugnaces, tam virorum quam opum interitus in Romanos cōtraxit. Obsessaque his regia minitabantur exitium, nisi quam primum inde secederent: Sabino, si vellet, vnà cum legione abeundi copiam pollicentes. Quibus opitulabantur regionum plurimi, qui ad eos sponte transfugerant. Pars tamen bellicosior erat, Sebastenorum tria millia, hisque Rufus & Gratus præpositi, vnus peditum rector, at verò equitum Rufus: quorum vterque vi corporis atque prudentia, etiam si nullam manum obedientem haberent, magnum tamen momentum belli Romanis addidissent. Itaque Iudæi quidem instare obsidioni, simul & castelli mœnia tentantes, & ad Sabinum clamantes, ut discederet, neu impediret habituros tanto post tempore patriam libertatem. Sabinus autem quamuis optaret euadere, fidem tamen pollicitationibus non habebat: sed eorum lenitatem, insidiarum esse illecebram suspicabatur: simulque auxilium Vari sperans, obsidionis periculum perferebat. Eodem tempore per Iudæam plurimis locis tumultus erat, multosque ad regni cupidinem tempus impulerat. Nam in Idumæa quidem duo millia veteranorum, qui sub Herode militauerant, congregati, armisque instructi cum regis decertabant: quibus Achiabus regis consobrinus, ex vicis munitissimis repugnabat, campestre prælium declinando. In Sephori autem Galilææ, Iudas filius Ezechie latronum principis, ab Herode quondam rege capti, qui tunc illas regiones vastauerat, non parua multitudine collecta, ruptisque regis armamentariis, & omnibus quos circa se habebat armatis, cōtra potentie cupidos manus mouebat. Trans flumen quoque Simon quidam ex regis seruis, pulchritudine simul & vastitate corporis fretus, imposito sibi diademate, cum latronibus quos congregauerat ipse circuiens, & apud Hierichunta regiam, & multa alia magnifica diuersoria igni corrupti, facilem sibi prædam ex incendio comparans. Omnesque habitationes, quibus aliquid decoris erat, concremasset, nisi Gratus regionum peditum rector ex Trachone sagittarios, itemque Sebastenorum pugnacissimos ducens, properasset occurrere. Vbi peditum quidem in pugna multi consumpti sunt: ipse autem Simonem compendio præuenit, ardua valle fugientem, & ex transuerso percussus in ceruice deiecit. Incensæ sunt autem & quæcunque Iordani proximæ fuerunt sedes regie, apud Betharantes, quorundam aliorum manu conflata ex locis vltioribus. Tunc enim pastor quidam, cui nomen Athrongæus, regnum affectare ausus est: quod ut speraret, vi corporis animæque fiducia mortem contemnens impulsus est, ac præterea fratrum quatuor sibi similium robore, quorum singulis tanquam ducibus & satrapis attributa manu armatorum, ad incursus utebatur. Ipse autem veluti rex maiora negotia procurabat. Et tum quidem etiam diadema sibi imposuit. Non paruo autem post tempore, cum fratribus suis vastando territoria, & occidendo præcipue Romanos, itemque regios perseuerauit: cum nec Iudæorum quisquam effugeret:

*Ant. li. 17.
cap. 15.*

ret, qui lucrum aliquod ferens venisset in manus. Ausi sunt etiam apud Ammauntem repertum Romanorum agmen circumuenire, qui frumenta legionibus atque arma portabant. Vbi Arium quidem centurionem & quadraginta fortissimos iaculis confecere: ceteri verò in eodem periculo constituti, auxilio Grati, qui cum Sebastenis aduenit, elapsi sunt. Multis in hunc modum contra indigenas, itemque alienigenas per omnes bellum gestis, post aliquod tempus tres ex his comprehensi sunt: natu quidem maximus ab Archelao, duo verò, qui ætate sequebantur, in manus Grati ac Ptolemæi delati. Nam quartus Archelao pactione concessit. Sed hic finis eos postea secutus est. Tunc autem atrocissimi bello cunctam inflammabant Iudæam.

10

De Vari gestis circa Iudeos crucifixos.

Cap. III.



ARVS autem acceptis Sabini & principum literis, toti legioni metuens, opem his ferre properabat. Itaque cum duabus reliquis legionibus, & quatuor alis equitum, in Ptolemaida profectus, eodem regum atque optimatum auxilia convenire iussit. Ad hæc à Beritis etiã, cum per eorum transfret oppidum, mille & quingentos accepit armatos. Vbi vero in Ptolemaidem tam cetera manus auxiliorum, quàm pro-

Ant. li. 17.

cap. 16.

pter Herodis inimicitias Aretas rex Arabum nō cum exiguo numero equitum pedumque peruenit, statim exercitus partem in Galilæam, quæ Ptolemaidem propinqua

erat, dirigit, amici sui Galli filio his rectore preposito. Qui mox & aduersus quos ierat, omnes in fugam vertit: & Sephori ciuitate capta, ipsam quidem incendit, incolas verò eius seruitio subiugauit. Varus autem ipse cum omni exercitu Samaria potitus, ciuitate quidem abstinuit, quòd inter aliorum turbas nihil eam mouisse deprehendit: castris autem ad vicum positis, qui appellatur Arun, Ptolemæi possessionem propterea direptam ab Arabis, qui & amicis Herodis infensi erant, inde ad Sappho progreditur, alterum vicum tutissimum: quem similiter, omnesque reditus ibi repertos depopulati sunt. Cædis autem ignisque plena erant omnia, nec prædationi Arabum quicquã ob-

stabat. Exusta est & Ammaus iussu Vari, necem Arii cæterorumque indigne ferentis, habitatoribus eius fuga dispersis. Hinc progressus ad Hierosolymam cum exercitu, solo visu Iudæorum castra disiecit: & alij quidem per agros abiire fugientes: qui verò intra ciuitatem degebant, suscepto eo, seditionis causas in alios cōferebant, nihil quidem se penitus mouisse dicentes, sed propter diem festum receptam necessario multitudinem, in ciuitate obsessos esse potius cum Romanis, quàm cum dissidentibus cōspirasse. Ante verò obuiam ei venerant Iosephus, Archelai consobrinus, & cum Grato Rufus, ducentes exercitum regium, & Sebastenos, & Romanos milites ornatos habitu consueto. Sabinus enim nec in os Vari venire ausus, iam dudum ex ciuitate ad mare discesserat. Varus autem dispartitum aduersus autores tumultus per agros dimisit exercitum: multisque sibi exhibitis, quos minus turbulentos inuenisset, custodiæ tradidit: maximè verò nocentium propè ad duo millia cruci suffixit. Adhuc autem circa Idumæam superesse decem armatorum millia nunciato, confestim Arabas domum abire

iubet: quòd eos non auxiliantium more uti militia, sed pro sua libidine, & supra quàm ipse velleret, agros vastare perspexit: suis autè comitatus agminibus, in aduersarios properabat. Verum illi se Varo prius quàm in manus veniretur, Achiabi consilio tradiderunt. Varus autem multitudini venia data, duces eius interrogandos misit ad Cæsarem. At ille cum ignouisset cæteris, in nonnullos regis cognatos (erant enim quidam inter eos Herodis propinqui) animaduertit, quòd omnino contra regem suum arma cepissent. Varus autem hoc modo rebus apud Hierosolymam compositis, eademque legione, quæ dudum in præsidio ciuitatis fuerat, ibi relicta, Antiochiam rediit.

De ethnarcha Iudeorum instituto.

Cap. IIII.

50



OMÆ autem Archelao alia rursus cum Iudæis causa cōflata est: qui ante seditionem permissu Vari, legati exierant, ius genti suæ liberum petitori. Erant autem numero quinquaginta, qui venerant, & astabant eis plus quàm octo millia Iudæorum Romæ degentium. Itaque cōuocato à Cæ-

Ant. li. 17.

cap. 17.

V 3 fare

fare optimatum Romanorum amicorumque concilio in Palatini Apollinis templum, quod priuatum ipsius erat ædificium admirandis opibus exornatum, multitudo quidem Iudæorum constitit cum legatis, cōtraque Archelaus cum amicis. Cognatorum autem amici ab vtraque parte secreti erāt. nam & cum Archelao stare propter odium atque inuidiam recusabant, & cum accusatoribus conspici pudore Cæsaris prohibebantur. Inter quos erant etiam Philippus Archelai frater, beneuolo animo duabus ex causis præmissus à Varo, vt & Archelao subuenirēt, & si regnum Herodis nepotibus eius distribui placuisset, partem aliquam mereretur. Iussit autem accusatoribus exponere, quæ nam contra leges fecisset Herodes: primum nō se regem, sed omnium, qui vsquam fuissent, tyrannorum crudelissimum tolerasse dicebant. Deinde multis ab eo 10 trucidatis, ea pertulisse superstites questi sunt, vt beatiores mortui putarentur. Non enim tormentis solum cum lacerasse corpora subiectorum, sed etiam gentis suæ ciuitatibus deformatis exteris ornauisse, populisque alienis Iudææ sanguinem cōdonasse. Pro antiqua verò felicitate ac patriis legibus, nationem suam tanta egestate simul ab eo atque iniquitate repletam, prorsus, vt plures ex Herode paucis annis clades sustinuerint, quàm omni æuo maiores sui, postquam ex Babylone discessere, perpeSSI sunt, Xerxe tunc regnante ad discordias cōcitati. Verum se tamen ad modestiam ex aduersæ fortunæ consuetudine profecisse, vt etiam successionem voluntariam acerbissimæ seruitutis subirent: qui & Archelaum tanti tyranni filium, patre mortuo regem appellassent nihil morati, & vnà cum eo luxissent mortem Herodis, ac pro eius successore 20 vota celebrassent. Illum autem quasi metueret, ne non certus eius filius videretur, à cæde trium millium ciuium regni sumpsisse primordia: & quia principatum meruerit, tot immolasse Deo hominum victimas, tot festo die tēplum cadaueribus impleuisse. Recte igitur eos, qui de tantis malis superessent, aliquādo respexisse calamitates suas, & belli lege cupere vulneribus excipiendis ora præbere: atque ab Romanis precari, vt Iudææ reliquias misericordia dignas existimarent: néve quod ex ea natione restaret, his obiicerent, à quibus crudelissime lacerabatur: sed patriam suam coniungi Syriæ finibus, ac per iudices Romanos administrari decernerent: hoc enim modo probatum iri, Iudæos qui nunc veluti turbulenti ac belli cupidi reprehenduntur, moderatis rectoribus obedire nosse. Iudæorum quidem accusatio eiusmodi petitione conclusa est. 30 Cū autem surrexisset contra Nicolaus, primum criminibus, quæ in reges erant proposita, dissolutis, nationem cœpit arguere: quia neque gubernari facilis esset, naturaque regibus vix pareret. vnà etiam propinquos Archelai, qui se ad accusatores cōtulerant, insimulabat. Sed tum quidem partibus Cæsar auditis, conuentum diremit. Paucis autem diebus post, mediam regni partem sub ethnarchiæ nomine dedit Archelao: etiam regem, si se dignum præbuisset, facturum esse pollicitus. Reliquam verò dimidiam in duas tetrarchias diuisit, duobusque aliis Herodis filiis attribuit: vnā Philippo, alteram Antipæ, qui cum Archelao de regno certauerat. Huius parti cesserat trans flumen regio, & Galilæa: quarum ducenta talenta redditus erant. Baranæ verò & Trachon, & Auranitis, & quædam partes domus Zenonis, circa Ianniā, Philippo destinatæ sunt: 40 quæ talentorum centum redditus ministrabant. Archelai verò ethnarchia Idumæam, omnemque Iudæam, & Samariam habebat quarta tributorum parte leuatam, pro munere quia non rebellasset cum cæteris. Ac ciuitates quibus imperaret ei traditæ sunt, Stratonis pyrgus, & Sebaste, & Ioppe, & Hierosolyma. Cæteras autem, Gazam & Gadaram & Hippon, regno auulsas, Syriæ Cæsar adiecit. Erant autem redditus Archelai, quadringenta talenta. Quin & Salomen præter illa, quæ testamento regis ei relicta erant, Iamniæ dominam, & Azoti, & Phasaclidis idem Cæsar constituit: regiámque apud Ascalonem largitus est: ex quibus omnibus talentorum sexaginta redditus colligebantur. Domum verò eius ethnarchiæ subdidit Archelai. Quum autem cæteris quoque Herodis propinquis testamento relicta soluisset, duas eius filias virgines 50 extrinsecus quingentis millibus pecuniæ donauit: easque nuptum Pheroræ filiis collocauit. Diuiso autem Herodis patrimonio, etiam sibi relictas ab eo facultates ad mille talenta eis distribuit: exceptis suo nomine quibusdam rebus vilissimis propter honorem defuncti

De

De subditicio falsoque Alexandro, eoque deprehenso.

Cap. V.



INTEREA quidam iuuenis natione Iudæus, apud quendam libertinum *Ant. li. 17.*
Romanorum in Sidoniorum oppido educatus, illum se formæ similitudi- *cap. 18.*
ne, quem Herodes necauerat, Alexandrum esse mentitus, fallendi spe Ro-

nam venit. Huius autem facinoris habebat socium quendam gentilem suum, omnes regni actus optime scientem: à quo instructus affirmabat eorum se misericordia, qui sui atque Aristobuli occidendi causa missi fuerant, similibus corporibus subditis, morti esse subreptos. Denique his multos iam Iudæos fefellerat, in Creta degentes: ac liberaliter illic acceptus, Melumque inde transmissus, ibique ampliore
10 quæstu cumulatus, etiam hospites suos magna verisimilitudine Romam secum nauigare pellegerat. postremò delatus Dicæarchiam, multisque muneribus ab Iudæis eius loci donatus, quasi rex à paternis amicis deducebatur. Ad hoc enim fidei processerat formæ similitudo, ut qui Alexandrum illum viderant, planèque nouerant, hunc eum esse iuraret. Igitur omnes etiam Romæ Iudæi, visendi eius studio circumfusi properabant: & infinita multitudo per vicorum angustias, quocunque ferebatur, conueniebant. Tanta nanque dementia multos ceperat, ut illum sella portarent, ac regale obsequium propriis ei sumptibus exhiberent. Sed Cæsar Alexandri vultum optime sciens (accusatus enim apud eum fuerat ab Herode) & si prius quàm videret hominem, fallaciam similitudinis aduerterat, hilariori tamen animi spei non nihil
20 indulgendum putauit: & Celadum quendam, qui Alexandrum bene cognosceret, misit, ut ad se adolescentem deduceret. Qui illo conspecto, statim personæ differentiam coniectura deprehendit. Maximè verò, ubi corporis eius duritiam, & seruilem formam considerauit, intellexit omne commentum. Valde autem commotus est: dictorum eius audacia: de Aristobulo enim percontantibus, saluum quidem illum esse commemorabat: consulto verò non adesse, quia apud Cyprum degeret cauendo insidias: minus enim se circumueniri posse disunctos. Itaque ab aliis ei separatam vitam dixit à Cæsare præmium fore, si tantæ fraudis prodidisset autorem. Id autem se facturum ille pollicitus, ad Cæsarem sequitur: & Iudæum indicat, qui formæ suæ similitudine abusus esset ad quæstum. Tanta enim dona ex ciuitatibus cum singulis
30 abstulisse docuit, quanta viuus Alexander non accepisset. Risit his Cæsar: & falsum quidem Alexandrum, propter habitudinē corporis, remigum numero inseruit, suaforem vero eius interfici iussit. Melius autem sumptuum detrimentum pro amentię precio satis esse iudicauit.

De Archelai exilio.

Cap. VI.



ETHNARCHIA vero suscepta, memor discordiæ superioris Archelaus, *Ant. li. 17.*
non solum Iudæis, sed etiam Samariensibus crudeliter abusus est. Nonòque *cap. 19.*
principatus sui anno legatis contra se ab utrisque ad Cæsarem missis, ipse quidem in exilium pellitur Viennam Galliæ ciuitatem: patrimonium vero eius fisco Cæsaris adiudicatur: quem quidem prius quàm euocaretur ad Cæsarem
40 huiusmodi somnium vidisse commemorant: Nouem spicas plenas & maximas à bobus comedi somniauerat: accitos deinde vates, Chaldæorumque nonnullos, quidnam illo putarent indicari somnio, consuluerat. Aliis autem aliter interpretantibus, Simon quidam Essenus genere, dixerat spicas annos arbitrari, bouesque rerum mutationes: eo quòd agros arando verteret ac mutarent. Ideoque regnaturum quidem illum esse tot annos, quot significasset numerus aristarum: varias autem rerum mutationes expertum, esse moriturum. Hisque auditis, Archelaus quinque diebus post ad causam dicendam est euocatus. Dignum autem memoria duxi, etiam coniugis eius Glaphyræ somnium, Archelai filie Cappadocum regis referre: quam cum Alexander prius habuisset uxorem, frater huius de quo loquimur, Herodis filius regis, à quo
50 ille interfectus est, sicut iam designauimus, post illius mortem Iubæ regi Libyæ nuptam, eoque defuncto domum reuersam, domique apud patrē in viduitate degentem, Ethnarches Archelaus ubi conspexit ad hoc amoris accensus est, ut eam statim repudiata coniuge sua Mariamne, sibi copularet. Hæc igitur breui tempore postquam in Iudæam rediit, videre visa est superstantem sibi Alexandrum dicere: Satis fuerat tibi

V 4

Lybicum

Liby cum matrimonium : sed tu illo non contenta, rursus ad meos penates reuertes auidissima viri tertij, & quod grauius est, mei fratris iuncta matrimonio. Equidem non dissimulabo contumeliam, reque licet inuitam recuperabo. Atque hoc expósito somnio, vix biduum superuixit.

De Simone Galileo, de tribus sectis apud Iudeos.

Cap. VII.

*Ant. li. 18.
cap. 12.*



G I T V R Archelai finibus in prouinciam redactis, procurator Coponius quidam eques Romanus missus est, ea sibi à Cæsare potestate mandata. Hoc disceptante, Galilæus quidam, Simon nomine, defectionis arguebatur : quia indigenas increparet, si tributum Romanis pendere paterentur, dominosque post Deum ferre mortales. Erat autem propriæ sectæ sophista, nulla in re similis aliis. Etenim tria sunt apud Iudeos genera philosophiæ. Horum vnum Pharisei profitentur, alterum Sadducei, tertium vero, quod etiam probabilius habetur, Esseni colunt, gente quidem Iudæi, verum inter se mutuo amore coniunctissimi : & qui præter cæteros voluptates quidem quasi maleficia vitarent : continentiam vero seruare, neque cupiditati succumbere, virtutem maximam ducerent. Itaque nuptias quidem fastidiunt, alienos verò filios, dum adhuc molles sunt, eruditioni traditos, pro cognatis habentes, suis moribus diligenter instituunt. non quia coniugia vel humani generis successionem censeant perimendam : sed quia cauendam putent intemperantiam sceminarum, nullam earum vni viro fidem seruare credentes. Quin & diuitiarum cōtemptores sunt, rerumque apud eos communicatio admirationi habetur, neque inuenias alteri alterum opulentia præstare : legemque sibi dixerunt, vt qui disciplinam suam sectari vellent, bona contubernio publicaret. Ita enim fore, ne vel paupertatis humilitas, vel diuitiarum dignitas appareret : sed permixtis facultatibus, velut inter fratres, vnum esset omnium patrimonium. Probros autem ducunt oleum, & si quis vel inuitus vnctus fuerit, mūditiis corpus absterget : quoniam squalorē decorem putant, dummodo semper in veste sint candida. Designatos autē communium rerum procuratores habent, & ad vsus omnium singulos indiuisos. Non est autem illis vna ciuitas certa, sed in singulas multi domicilia transferunt, & aliunde aduenientibus sectæ suæ professoribus, quicquid habeant promptum exhibent quasi proprium. Denique tanquam consuetissimi ad eos ingrediuntur, quos nunquam antè viderunt. Hinc est, quod cum peregrinantur, propter latrocinia tantum armantur, neque præterea quicquam ferant. In singulis autē ciuitatibus, ex eodem collegio specialis curator hospitum constituitur : qui eorum vestimenta cæteraque vsui necessaria tueantur. Amictus autem cultusque corporis omnibus pueris, in metu & sub cura magistri agentibus, par est. Nec vero vestitum siue calceos mutant, nisi aut omnino conscissis prioribus, aut longi temporis vsu consumptis. Nihil autem inter se mercantur aut vendunt : sed egenti quisque quod habet præbens, refert ab eo quod ipse non habet : quamuis etiā sine permutatione eundem libera sit facultas, à quibus libuerit accipiendi quod opus sit. Præcipue circa Deum religiosi sunt. Nanque ante solis ortum nihil profani loquuntur, sed ei patria quædam vota celebrant, quasi vt oriatur precatæ. Deinde ad quas venerunt singuli artes, à curatoribus dimittuntur. Cumque ad horam quintam studiose fuerint operati, rursus in vnum cōgregantur : linteisque præcincti velaminibus, ita corpus aquis frigidis abluunt. Atque hac lustratione facta, in eadem secreta coeunt, quo neminem alterius sectæ hominem aspirare concessum est, ipsique purificati, velut in sanctum quoddam templum in cœnaculum veniunt : quibus ibi cum silentio residentibus, pistor quidem panes ordine, vnum autē vasculum ex vno pulmento singulis cocus apponit. Deinde voce cibum sacerdos anteuenit : neque gustare quenquam fas est, nisi prius Deo celebretur oratio. Post finem quoque prandij vota repetunt. Nam & cum incipiunt, & cum desinunt, quasi datorem victus, Deum laudibus canunt. Tunc veluti sacris illis depositis vestimentis, in opere usque ad vesperam versantur. Similiterque inde reuersi cœnant, considentibus etiā hospitibus, si quos fortè interuenisse repperint. Neque vero clamor vniquā tectum illud, neque tumultus inquietat : cum etiam loquendi ordine aliis alij cedant : eorumque silentium, extra tectum constitutis arcanum quoddam videatur venerabile. Cuius quidem rei

rei perpetua sobrietas causa est, quódq; apud eos edendi aut potandi modus satuitate definitur. Sed quamuis aliarum rerum nihil sine præcepto faciunt curatoris, tamen in his duobus, hoc est iuuando & miserendo sui iuris sunt. Nam & subuenire dignis, cum opus est, suo arbitrio cuiq; licet, & indigentibus alimenta porrigere. Sanè cognatis dare aliquid sine curatoribus, interdictum. Iidem iracundiæ moderatores iusti sunt, indignatione cohibent, fidem tuentur, paci obsecundant: & omne quod dixerint, iureiurando fortius habent. Ipsum autem iusiurandum quasi periurio deterius vitant. Iam enim mendacij condemnatum arbitrantur, cui sine Deo non creditur. Summum autem studium veterum scriptis adhibent: ea maxime inde, quæ animæ & corpori expediant eligentes. Hinc illis morborum remedia, stirpes medicæ, quemq; vim propriam singuli lapides habeant, rimantibus conquiruntur. Sectæ verò suæ studiosis non statim cum eis una collectio. sed per annum integrum extrinsecus commoranti cuiq; eundem victus ordinem tribuunt: dolabellam quoq; & quod prædictum est perizoma, & albam vestem tradentes. Cum verò processu temporis experimentum continentiae dederit, accedit etiam ad communem cibum: & purioribus, ob castificationem scilicet, aquis participat: neq; tamē in conuietum assumitur. Post ostensionem quippe continentiae, duobus annis aliis mores eius probantur. Cumq; dignus apparuerit, tunc demum in consortium assumitur. Prius verò quam incipiat communem habere cibum, magnis execrationibus adiurat se primum quidem colere Deum, deinceps quoque erga homines seruare iusticiam, & neq; propria sponte nocere cuiquam, neque ex præcepto obesse: quin imò iniquos omnes odisse, & collaborare semper iustitiæ sectatoribus, fidem omnibus seruare, maxime verò principibus. Neque enim absque voluntate Dei, cuiquam posse principatus potentiam contingere. Si verò ipse cæteris præsit, nunquam se abusu viribus potestatis ad contumeliam subiectorum, sed neque veste aut ambitioso aliquo ornatu reliquis eminere, veritatem semper diligere, & habere propositum conuincere mentientes. Manus verò à furto, & animam puram seruare ab iniustis compendiis: & neq; aliquid de mysteriis consecratis celare, neque profanis eorum quippiam publicare, etiam si intentata quispiam morte compellat. Super hæc autem addunt, nihil se de dogmatibus aliud quam ipsi susceperint, tradere. Fugere autem latrocinia, & conseruatum ire simul & dogmatis sui libros & angelorum nomina. His quidem execrationibus explorat, & quasi præmuniunt accedentes. Deprehensos vero in peccatis à sua congregatione depellunt: & qui taliter fuerit condemnatus, miserabili plerumque morte consumitur. Illis quidem sacramentis ac ritibus obligatus, neque capere ab aliis oblatum cibum potest. herbas verò pecudum more decerpens, & famem exesus per membra corrumpitur. Ob quod etiam plurimos plerumque miserati, extremum spiritum agentes receperunt: sufficientem pro peccatis eorum quam usque ad mortem adduxerit, poenam luisse censentes. In iudiciis vero sunt diligentissimi atq; iustissimi. Disceptant autem non minus quam centum in unum coacti: quod autem his decretum fuerit, immobile manet. Veneratio quoque apud eos post Deum magna legislatoris est: ita ut si quis eum blasphemauerit, morte damnetur. Senibus verò obedire & plurius quorumque decreto, probabile arbitrantur officium. Cum simul denique sederint decem, nullus unus nouem loquitur inuitis. Expuere quoq; in medium eorum, vel in dexteram sui partem, quisque deuicit. Sabbatis quoq; operationem aliquam contigisse, omnibus Iudeis diligentius cauent: neque cibum sibi solum pridie præparant, ne videlicet illo die ignem accendant: sed neque vas aliquod transponere audent, imò nec aluum purgant. Aliis autem diebus fodientes foueam uno pede altam *σκαλιδι*, hoc est, illa dolabella quam tradi nuper accedentibus diximus, dimissa veste sese diligentissime contegentes, ne scilicet splendori diuino iniuriā faciant, in eadem fouea ab onere ventris leuantur, ac deinceps terram quam effoderant reducunt: idque ipsum faciunt in locis secretissimis: & cum naturalis sit ista purgatio, nihilominus tamē solenne habent, ut quasi ab immunditia diluantur. Discernuntur autem inter se, secundum susceptam abstinentiæ tempora, in ordines quatuor: tantumque hi qui iuniores sunt, inferiores præcedentibus æstimantur, ut si aliquos eorum contigerint, quasi à cōtrectatu alienigenæ diluantur. Viuunt autem quam longissimè, ita ut plurimi eorum usque ad centenariam proferantur ætatem, propter

simplicitatem victus, vt equidem puto, & institutionē bene in omnibus ordinatam. Sunt etiam contemptores aduersorum; cruciatus siquidem vincunt firmitate consilij. Mortem verò, si cum decore obeunda sit, iudicant etiam immortalitate meliorē. Prodidit autem eorū in omnibus negotiis animos, bellum quod gestū est cum Romanis. Tunc siquidem per artuum confractiones & ignes, ac per tormenta omnigena transeuntes, vt videlicet vel in legislatoris aliquid loquerentur iniuriam, vel ciborum quippiam quod non solent ederent, ad neutrū horum potuerunt compelli: sed neque deprecari suos tortores, aut inter ipsa flere supplicia: in mediis quinimò cruciatibus subridentes, & eis qui tormenta admouerant illudentes, constanter animas cum quadam hilaritate reddebāt, scilicet quasi qui eas essent denuò recepturi. Opinio quippe apud illos firmata cōsistit, corruptibilia quidem esse corpora, materiāq; eorum non esse perpetuā: animas autem immortales semper manere, & de æthere subtilissimo commeantes, quasi carceribus ita corporibus implicari, velut quas illecebra naturalis attraxerit. Cū vero fuerint à carnalibus releuatæ vinculis, quasi de seruitute longissima liberatas, ita ilico lætari eas, sublimēsque ferri. Et quidem bonas, concinentes in hoc Græcorū sententiis, pronuntiant vltra Oceanū degere, vbi eis sit reposita perfructio: illic quippe esse regionem, quæ neque imbribus, neque niuibus, neque æstibus aggrauetur: sed quam Oceano oriēs Zephyrus, & leniter aspirās amœnet. Malis autē animabus procellosa loca & hyberna delegāt, plena gemitibus exercendarum sine fine pœnarū. Videntur autem mihi secūdam hanc ipsam intelligentiam Græci quoque fortibus suis, quos Heroas & semideos vocauerunt, beatorū insulas sequestrasse: improborū autem animabus locum apud inferos impiorū: in quo etiam cruciari quosdam cōmentati sunt, Sisyphos videlicet, & Tantalos, & Ixiones, & Tityos: principio quidē immortales esse animas existimantes, ob adhortationem vtiq; virtutis, dehortationēq; nequitæ: bonos quippe fieri in huius vitæ conseruatione meliores, per spem bonorū etiam post lucem redhibendorū: improborum autem impetum retardari æstimantes: quoniā etsi in huius vitæ spatio latuerint, post obitum tamen sint immortalia tormenta passuri. Hæc sunt ergo quæ Esseni de diuinitate animæ philosophantur, planē illecebram ineuitabilem eis qui semel de eorum sapientia gustauerint, reponentes. Sunt autem in eis qui etiam futura nosse promittant, sacris videlicet libris, & variis sanctificationibus, prophetarūq; dictis à primis ætatibus adhærentes: raro autē accidit vt prædictiones eorum frustratio cōsequatur. Est autē aliud etiam Essenorum collegium, cibos quidem & mores legēsque similes cum prioribus habens, distans vero opinione de coniugio. Maximam siquidem vitæ hominū partem, successione scilicet, amputare eos qui abstineāt nuptiis arbitrantur: quippe si in eandem velint omnes ire sententiam, defecturum confestim genus humanū. Nihilominus autem cum tanta ipsi moderatione conueniunt, vt per triennium explorent valetudinem scēminarū: & si constanti purgatione apparuerint idoneæ partui, ita eas in matrimonia asciscunt. Nemo tamen eorū cum prægnante concumbit: vt ostendant, quòd nuptias non voluptatis, sed liberorum causā inierint. Lauantibus autem scēminis, ita vt viris perizomatū inest amictus. Tales sunt mores huius collectionis. Duorum autem priorum ordinum, Pharisei dicuntur, qui certiore legalium rituum notitiā profitentur: & hi primum dogma habēt, vt fato & Deo vniuersa deputent: & quidem vel agere quæ iusta sunt, vel negligere, secundum maiorem partem esse in hominibus profitentur: adiuuare tamen in singulis & fatum. Animam autem omnē quidem incorruptam esse, transire autem in alia corpora solas bonorum, improborum verò interminabili supplicio cruciari. Sadducæi porrò, secundus ordo, fatum omnino negant: & Deum extra omnē mali patratiōem inspectionēque constituunt. Aiunt autem electioni hominū vel bonum, vel malum esse propositum: & secundum voluntatem propriam, alterutrum vnicuique contingere. Animarum autem generaliter vel supplicia denegant vel honores. Et Pharisei quidem sociales, & qui studeant se mutua dilectione cōplecti: Sadducæi verò & inter se feris moribus discrepantes, & cōuersatio eorum circa externos inhumana. Hæc sunt quæ de Iudæorum philosophis dicenda reperi: nunc ad inceptum reuertor.

De



ARCHELAI ethnarchia in prouinciam redacta, reliqui, id est, Philippus & Ant. li. 18.
 Herodes, qui cognominabatur Antipas, tetrarchias suas regebant. Salome cap. 5.
 enim moriens Iulæ Augusti coniugi toparchiam quam rexerat, & Iam-
 niam, & in Phasaelide palmeta testamēto reliquit. Delato autem ad Tibe-
 rium Iulæ filium Romano Imperio, post mortem scilicet Augusti, qui præfuit rebus
 annis septem & quinquaginta, mensibus sex, diebus duobus, manentes in tetrarchiis
 suis Herodes ac Philippus: hic quidem iuxta fontes ipsos, è quibus Iordanis flumen
 exoritur, in Pancade condidit ciuitatem, quam Cæsaream vocitauit: aliamque in in-
 10 feriore Gaulanotide, quam Iuliadem nominauit. Herodes verò in Galilæa Tiberia-
 dem, in Peræa autem cognominē Iulæ. Missus autem à Tiberio in Iudæam Pilatus, Ant. li. 18.
 cū curandam accepisset regionē, nocte intempesta opertas in Hierosolymam in-
 tulit imagines Cæsaris, quæ res post triduum ingentē inter Iudæos suscitauit tumult-
 um: nam qui aderant stupore permoti sunt, quasi iam profanatas leges suas viderēt.
 Nullum enim fas esse collocari in vrbe simulacrum. Ad querelam autem eorum qui
 in ciuitate erant, subito etiam ex agris multitudo confluxit. Euntes autem ilico Cæ-
 saream ad Pilatum, intentissime deprecabantur, vt ab Hierosolymis auferretur ima-
 gines, & eis iura patria seruantur. Pilato autem supplicantibus abnuente, circa do-
 mum eius proni corruerunt: & immobiles quinque diebus continuis noctibusque
 20 mansere. Post autem Pilatus tribunal ascendens, studio magno conuocat multitudi-
 nem Iudæorū, quasi qui eis vellet dare responsum: cū subito milites accepto signo
 (sic enim iam fuerat præparatum) armati circumsteterūt Iudæos: circumdatāque tri-
 plici acie, Iudæi quidem stuporis erant pleni, videntes insperatam rerum faciē. Tunc
 Pilatus denunciāns trucidaturum se omnes, nisi imagines Cæsaris susciperēt, annuit
 militibus vt educerent gladios. Iudæi autē quasi vno consilio omnes subito corruer-
 unt, & ceruices nudatas excipiendis ictibus pararunt, vociferantes vniuersos se in-
 terfici magis velle quā legem profanari. Tunc Pilatus circa religionē studium po-
 puli demiratus, cōfestim de Hierosolymis statuas iussit auferri. Deinde verò con-
 turbationem alteram commouebat: Est apud eos sacer thesaurus quem Corban di-
 30 cunt, hunc ad inductionem aquarum iussit expendere, erat autem inducēda aqua ab
 stadiis trecentis. ob hoc itaque vulgi oriebantur querelæ: ita vt etiam Pilati qui Hie-
 rosolymam venerat, cum clamore circumdarent tribunal. Ille autem præuiderat tu-
 multum eorum: siquidem populo permiscuit armatos milites, qui tunc essent priua-
 torū vestibus induti: præcepitq; vt gladiis quidē non vterentur, fustibus autem accla-
 mantes ferirēt. Sicq; cōpositis rebus, dat ex tribunali signū, cōfestimq; cædebantur
 Iudæi: quorū multi quidē plagis, multi vero se inuicem conculcantes, in fuga misera
 contritione perierunt. Tunc ad calamitatē interfectorum stupens multitudo conti-
 cuit: atq; ob hoc accusator Herodis tetrarchæ Agrippa, qui fuit filius Aristobuli, quē
 pater Herodes interfecit, ad Tiberiū venit. Illo autē non suscipiente accusationē, re-
 40 sidens Romæ & reliquorū quidem potentium notitias ambiebat: maximis autē co-
 lebat officiis Germanici filium Caium, cū adhuc esset priuatus. Et quodam die in-
 ter copiosum epularū apparatus, quibus cum demerebatur, ad vltimū extensis ma-
 nibus, aperte Deum cœpit precari, celeriter illum mortuo Tiberio dominū cuncto-
 rum videre. Hoc cū quidam è familiaribus eius Tiberio nunciasset, statim cōcludi
 iussit Agrippam, qui sub grādi ærumna, vsq; ad mortem Tiberij, in carcere per men-
 ses sex tenebatur. Sed defuncto eo, post regnum annorū duorū & viginti, sex men-
 sium, trium dierum, succedens in imperium C. Cæsar absoluit Agrippam vinculis, &
 tetrarchiam Philippi (iam enim is decesserat) ei tradidit, regēmq; appellauit. Cū
 venisset autem in regnum Agrippa, Herodis tetrarchæ cupiditates per inuidiam su-
 50 scitauit. Irritabat autē eum maxime in spem regni Herodias vxor, exprobrans ei so-
 cordiam, & dicens, quia per id quod noluerat ad Cæsareū nauigare, careret potestate
 maiore. nam cū Agrippam ex priuato regem fecisset, quomodo dubitaret illum ex
 tetrarcha eodem honore donare? His adductus Herodes, venit ad Caium, à quo ob
 auaritiam vehementer increpitus, ad Hispaniam fugit: secutus eum quippe fuerat
 accusator

Ant. li. 15.
cap. 14.

accusator Agrippa, cui etiam tetrarchiam illius C. Cæsar adiecit. Atque ita Herodes quidem in Hispania, peregrinante secum etiam vxore, decessit.

De superbia Caij, & Petronio præside.

Cap. IX.

*Ant. li. 15.
cap. 15.*



AIVS verò Cæsar intantum contumeliose abusus est fortuna, vt etiam & Deum se putaret, & vellet vocari. Patriam quoque suam multorum nobilium cæde truncauit. Extendit autem impietatem suam etiam in Iudæam: Petronium denique cum exercitu Hierosolymam misit, præciens vt in templo statuas eius locaret: quas nisi susciperent Iudæi, contradicentes quidem ex his interficeret, reliquam verò multitudinem captiuaret. Permovebat autē hoc profecto Deum. Et Petronius quidem cum tribus legionibus, multisque è Syria auxiliariis properabat in Iudæam ex Antiochia. Iudæorum verò quidam non credebant famæ bellum nuntianti. qui verò credebant, nihil de resistendo poterant cōminisci. Celeriter autē in omnes peruadit metus, nam iam Ptolemaidem peruenerat exercitus. Est autem hæc ciuitas Galilææ littore in magno campo sita: circumdatur autem montibus ab Orientali plaga per sexaginta stadia disparatis, sed ad Galilæā pertinentibus: à meridiana autem Carmelo, qui abest stadiis centum viginti: à Septentrionali quoque monte qui est altissimus, quem vocant incolæ Scalam Tyriorum: & hic autem distat stadiis centum. Ab ea autem vrbe distās duobus stadiis præterlabitur fluiuius, quem vocant Beleum, exiguus prorsus: cui prope est sepulcrum Memnonis, habens iuxta se centum ferè cubitorum spacium, sed admiratione dignissimum. Est enim specie vallis rotundæ, vitream emittēs arenam: quam cū exhausterint multæ naues, pariter accedentes, locus idem rursus impletur. Venti siquidem quasi dedita opera, conuehunt illuc de circumstantibus superciliis arenam istam, vtique communem. locus autem metalli, statim in vitrum quod suscepit mutat. Mirabilius quoque mihi illud videtur, quod iam conuersæ arenæ in vitrum, quæcunque pars super margines loci ipsius fuerit iacta, in vulgarem arenam denuo conuertitur. Igitur loci quidem illius natura talis est, Iudæi autem cum mulieribus & filiis collecti in campum, in quo est sita Ptolemais, Petronio supplicabant, principio ob patrias leges, deinceps vero etiam pro suo statu. Ille autem ob multitudinem precantium & precum inflexus, exercitum quidem & statuas in Ptolemaide reliquit: procedens autem in Galilæam, & conuocās in Tiberiadem tam populum Iudæorum quàm omnes eorū nobiles, & vim Romani exercitus cœpit exponere, & minas Cæsarīs: his addens, quod & contumeliosa esset supplicatio Iudæorum: cū omnes siquidem gentes quæ parerent imperio Romano, in suis vrbibus inter reliquos deos, imagines quoque Cæsarīs locauissent, soli Iudæi istud abnuerent. hoc siquidem quasi ab imperio deficere esset, etiam cum iniuria præidentis. Illis verò contra hæc legem morēsque patrios allegantibus: & quia ne Dei quidem simulacrū, nedum hominis, nec solum in templo, sed neque in profano aliquo totius regionis loco fas sibi esset locare: arripiēs dictum Petronius, respondit: Sed & mihi mei domini lex seruanda est. si eam quippe transgrediar, vobis que parcam, iuste animaduersionem subibo. Impugnabit sanè vos non Petronius, sed ille à quo sum missus, nam & ipse æquè ac vos cogor implere quæ iussa sunt. Ad hæc tota multitudo vnanimiter succlamauit, ante legis temerationem omnem se libenter subire perniciem. Sedato autem eorum clamore, Petronius ait: Pugnare ergo aduersus Cæsarem estis parati? Responderunt Iudæi, pro Cæsare quidem & populo Romano se per dies singulos offerre sacrificia: si autē in templo imagines æstimet collocādas, debere eum totam Iudæorū gentem prius immolare: præbere se quippe iugulos cum mulieribus & paruulis ei, qui interficere voluisset. Ad hæc admiratio Petroniū miseratioque persuasit, intuentem & insuperabilem religionē virorum, & tantum vulgus ad mortem constanter paratum. Et tunc quidem infectis omnibus recesserūt. Postridie autē ac deinceps summates eorum priuatim viritimque compellans, populum quoque publice alloquēs, nunc quasi consulens admonebat, interdum etiam minabatur, extollens & virtutem Romanam & indignationem Cæsarīs: inter hæc etiam suam necessitatem, cui essent exequenda præcepta. Sed illis ad nulla horum experimēta cedentibus, cū videret etiā sementem regionis intercipi (ipsum

(ipsum quidem anni tempus erat, & quinquaginta penè continuis diebus multitudo in vrbe otiosa morabatur) ad vltimum conuocatis omnibus, ait, sibi met periculosam rem se velle aggredi. Aut enim, inquit, Deo cooperante placabo Cæsare, ac vobiscum saluabor libenter: aut illo in vltionem irritato, pro tanta multitudine impendam animam meam. Atque ita dimissis turbis, multa pro eo vota facientibus, Antiochiam ab Ptolemaide reuocauit exercitum: atque illinc confestim misit ad Cæsarem, referens & quo apparatu in Iudæam irruisset, & quòd tota gēs supplicasset: quibus si abnuendum putaret, nosset cum viris etiam prouinciam esse perdendam. Seruare siquidem ipsos legem patriam, & nouis præceptis vehemèter obsistere. His epistolis respondit Caius
10 immodice, comminans Petronio mortem, quoniam iussionum suarum segnis executor fuisset. Sed scriptorum talium vectores per tres continuos menses contigit aduersa tempestate retineri: alij autem exitium C. Cæsaris nunciantes, prospere nauigaerunt: denique ante septem & viginti dies epistolas Petronius accepit, finem Cæsaris indicantes, quàm illi peruenirent, qui comminantia scripta portabant.

De Imperio Claudij & regno Agrippæ ac morte.

Cap. X.



A 10 per dolum interempto, qui regnauerat annis tribus, mensibus sex, *Ant. li. 19. cap. 3.* rapitur in regnum ab eo exercitu, qui Romæ erat, Claudius. Senatus autem, referentibus consulibus Sentio Saturnino & Pomponio Secundo, mandat tribus cohortibus vrbis, vt essent præsidio ciuitati, & ipse frequens in Capitolium cõuenit: & propter immanitatem Caij, bellum agi cum Claudio decernebat, volens imperium ad optimates reducere: vt sicut olim, ad regendum dignissimi eligerentur. Accidit interim, vt Agrippa adueniret: quem cum & senatus in cõcilium in castra Claudius euocasset, vt scilicet eo strenuo adiutore vteretur in quibus res posceret, videns Agrippa Claudium iam esse opibus Cæsarem, ad eum perrexit: quem ille ilico legatum ad senatum misit, indicantem suum propositum, quoniam primo quidem inuitus ab exercitu raptus sit, & iniquum esse, si militum erga se studia tam religiosa desereret, imò tutam aliter suam non esse fortunã: iam enim ad inuidiam satis fore, quòd in regnũ vocatus sit. deinde administrare paratum esse rempublicam non, vt aliquis tyrannus, sed vt princeps benignus: sufficere sibi quippe honorem nominis. De singulis autem negotiis cõmunem omnium stare sententiam. nam & si non natura esset modestus, locuples tamen moderandæ potestatis exemplum Caij morte esse propositum. Quæ cum detulisset Agrippa, respondit senatus, quasi qui militi suo bonisque cõsiliis fideret, nolle se subire voluntariam seruitutem: Sed accepto patrum responso, Claudius rursus misit Agrippam, nunciãtem eis, se non posse adduci, vt eos proderet, quorum cõsensu in imperium esset accitus. Inuitum autem se initurum esse pugnam aduersus eos, cum quibus configere minime vellet: proinde eligendum esse locum extra ciuitatem in quo configerent. neque enim fas esse, propter illorum peruiaciam, patriam ciuili cæde foedari. Et Agrippa quidem ista senatui nunciauit. Inter hæc vnus ex illis militibus, qui cum patribus erant, educens gladium: Commilitones,
40 inquit, quibus perturbati causis parricidia perpetrare cupimus, & cõcurrere aduersus propinquos nostros Claudium secutos? maxime cum habeamus Imperatorem quem in nulla re culpare possimus, & ad quem cum iustis magis allegationibus, quàm cum armis egredi debeamus. Hæc dicēs, per mediam egressus est curiam, omnibus se militibus consecutis. Hoc exemplo optimates deserti, in magno metu esse cœperunt. ac deinceps videntes sibi aduersationem tutam non esse, secuti milites, ad Claudium transferunt. Occurrebant autem eis pro muris strictis gladiis hi, qui fortunæ regis ambitiosius adulabantur: & penè accidit, vt progressi quinque interficerentur, ante scilicet quàm militum impetum Cæsar agnosceret: nisi accurrens Agrippa, imminentis ei facinoris periculum nũciasset: dicens quòd nisi coercuisset exorcitum, iam in sanguinem ciuium furem, confestim amissurus esset omnes per quos conspicuum esset imperium, fieretque solitudinis Imperator. Hæc audiens Claudius, continuit militum impetum. Suscepit autem in castris aduenientem senatum, & indulgēti honore complexus, egressus cum patribus confestim obtulit Deo hostias, vt mos est pro Imperio supplicari. Agrippam quoque protinus donat regno paterno vniuerso, adiiciens ei
50

X etiam

etiam illam quæ Augustus Herodi donauerat, Trachonitidem scilicet & Auranitidem: præter hæc autem aliud quoque regnum, quod Lyfaniæ vocabatur. Et populo quidem donationem hanc per edictum indicauit. Patribus autem præcepit, vt incisam æreis tabulis in Capitolio collocarēt. Donat autem etiam fratrem eius Herodem, qui gener eiusdem erat, iunctus Berenicæ reginæ, Chalcidis. Opinione autem celerius Agrippæ dati regni census maximus affluebat: qua sanè pecunia, non ille in rebus exiguis abutebatur, sed talem murum Hierosolymis circumdare cœpit, qualis, si potuisset absolui, irritam prorsus obsidionē Romanis oppugnantibus effecisset. Sed antequam impleret opus, decessit in Cæsarea. Regnavit autem annis tribus. Antè quoque cū tetrarchiam regeret, aliis tribus annis tenuerat potestatē. Reliquit filias tres è Cypride 10 natas, Berenicem, Mariamnem atque Drusillam: filium autem ex eadem ipsa coniuge, nomine Agrippam. qui cū admodum paruulus esset, Claudius regnum in prouinciam redegit, in cuius procurationem missus est Cestius Festus: post hunc autem Tiberius Alexander: qui nihil de consuetudine patria immutantes, gentem in pace tenuerunt. Post hæc verò & Herodes, qui regnabat in Chalcide, decessit, relinquens ex fratris quidem filia Berenice filios duos, Berenicianum & Hyrcanum: ex priore autem Mariamne Aristobulum. Alius quoque eius frater Aristobulus mortuus fuerat priuatus, relicta filia Iopata. Hi quidem erāt (sicut diximus) liberi Aristobuli, qui fuerat Herodis filius. Alexander autem & Aristobulus nati fuerant Herodi è Mariamne, quos ipse parens occidit. Alexandri autem posterius in maiori Armenia regnauerunt. 20

De varijs tumultibus in Iudæa & Samaria.

Cap. XI.



POST obitum autē Herodis, qui regnavit in Chalcide, Claudius Agrippam filium Agrippæ in patri sui regno cōstituit. Alterius autem prouinciæ suscepit curam post Alexandrum Cumanus. Ab quo oriri cœperunt tumultus, & denuo Iudæos calamitas comprehendit. Cōueniente quippe multitudine ad diem festum azymorum in Hierosolymam, stante cohorte Romana super porticum templi (armati quippe milites semper custodiebāt festos dies, ne quid convenientes populi nouare auderent (vnus è militibus reductis turpiter vestimentis inclinans posteriora sua vertit ad faciem Iudæorum: & ad hunc 30 habitum vocem emittens similem succlamauit. Ob quod factum tota cœpit multitudo conqueri, ita vt circumstarent Cumanum, ad supplicium militem deposcentes. Ex his autem inconsulti iuuenes, & quasi natura apti ad seditiones mouendas, in rixam grauissimam prosiliebant: cōtinuo quippe saxa rapientes, percutiebant milites. Tunc veritus Cumanus, ne totius in eum vulgi impetus fieret, plures euocauit armatos: qui cū essent porticibus immissi, metus grauis incidit Iudæis. statimque in fugam versi, relicto templo refugere cœperunt. Tanta autem per egressus de constipatione obtritio facta est, vt conculcatione mutua super decē millia hominum consumpta sint. Facta est autem vniuersæ genti luctuosa festiuitas, & planctus per domos singulas perfonabat. Successit autem huic calamitati latrocinātium tumultus. Iuxta Bethoron quippe, per viam publicam, Stephanus quidem seruus Cæsaris supellestilem quandam 40 vehēbat, quæ ab irruentibus latronibus direpta est. Cumanus autem ad inquisitionem mittens eos, qui in proximis vicis essent, vinctos ad se adduci iussit, obiciens quòd latrones illos nō comprehendissent: qua occasione quidam militum in vico quodam libros sacræ legis offensos discidit atque combussit. Iudæi autem quasi totam religionem inflammata viderent, vndiq; confluxerunt: & velut machinamento aliquo, ita vi superstitionis attracti, omnes ad vnā euocationem ad Cumanum Cæsaream concurrunt: precantes vt militem, qui tantam contumeliam Deo legique eius intulisset, non relinqueret impunitum. Ad hæc ille (videbat enim multitudinem nequaquam quieturam, nisi aliqua esset satisfactio sedata) adiudicatū militem per medium po- 50 pulum ad supplicium iussit abduci: sicq; Iudæi placatis animis recesserunt. Denuo autem Galilæorum & Samaritanorum conflictus exoritur. In vico enim quem Geman vocant, qui est in magno Samariæ campo situs, quidam Galilæus de numero Iudeorum ad festiuitatem ascendens interficitur. Ad quod factum multi ex Galilæa regione concur

concurrerunt, vt cum Samaritanis confligerent. Horum autem nobiliores conueni-
runt ad Cumanum, rogantes, vt antequam grauis calamitas oriretur transfret in Gali-
læam : & in eos qui autores essent homicidij vindicaret. Cumanus verò his negotiis,
quæ habebat in manibus postponens illorum petitiones, sine effectu precatores remi-
sit. Nunciato igitur homicidio Hierosolymam, omnis multitudo commota est: & reli-
cta diei solennitate, in Samariam vulgus impetum fecit, sine vlllo duce, nec quicquam
principum suorum retinenti acquiescētes. Latrocinij autem eorum & tumultus, qui-
dam Dinæ filius Eleazarus, & Alexander, principes erant: qui in Acrebatenæ regioni
conterminos irruentes, promiscuam edidere cædem, & à nullius ætatis exitio tempe-
10 rantes, vicos etiam inflammauerunt. Cumanus autem hæc audiens, adduxit secum
vnam equitum alam, quæ vocatur Sebastenorum, vt auxilio his qui vastabantur esset:
sicq; eorum multos, qui Eleazarum erant secuti, comprehendit, plures quoque inter-
fecit. Ad reliquam autem multitudinem, qui in vastandos Samaritanorum fines irruer-
rant, principes gētis de Hierosolymis occurrerunt: opertique ciliciis, & aspersis cinere
capitibus precabantur, vt ab incepto desinerent: nec propter exercendam in Samari-
tas vltionem, ad Hierosolymæ perniciem Romanos commouerent: misererentur au-
tem patriæ suæ atque templi, filiorumque & coniugum propriarum: neque omnia pa-
riter in discrimen adducerent, neq; ob vnius Galilæi vindictam cuncta disperderent.
His acquiescentes Iudæi, à negotio recesserunt. Multi autem per idem tempus in la-
20 trocinia conspirabāt: sicut ferè solet insolentia crescere rebus quietis: per quæ in omni
regione agebantur rapinæ: & audacissimus quisque reliquis vim afferebat. Tunc Sa-
maritarum primates ad Numidium Quadratum, qui Syriam procurabat, Tyrum ve-
nerunt, vindicari de his, qui regionem eorum deprædati fuerant postulantes. Præsto
autem fuerant etiā Iudæorum nobiles: & Ionathas filius Anani, princeps sacerdotum,
obiecta diluens allegabat, initium quidem tumultus Samaritas fuisse, qui primi homi-
cidium perpetrassent: causam tamē calamitatum postea secutarum præbuisse Cuma-
num, qui inter principia autores cædis noluisse vlscisci. Tunc Quadratus vtrunque
partem interim distulit, dicens se cum ad ipsas regiones venisset, diligenter singula in-
30 quisiturū: deinceps verò progressus Cæsaream, eos omnes quos Cumanus viuos ce-
perat, in crucem sustulit. Inde cum Lyddam venisset, denuo audiuit Samaritanorum
querelas, & accitos Iudæorum decem & octo viros, quos cognouit pugnæ fuisse par-
ticipes, securi percussit. Duos autem principes sacerdotum, Ionatham & Ananiam,
eiusque filium Ananum, & nōnullos alios Iudæos nobiles ad Cæsarem misit: similiter
autem & Samaritarum nobilissimos quosque, Præcepit etiam Cumano, & Celeri tri-
buno, Romam nauigare reddituros Claudio rationem pro his quæ in regione gesse-
rant. His ita compositis à Lydda ascendebat Hierosolymam: & inueniens multitudi-
nem festiuitatem azymorum celebrantem sine vlla cōturbatione, Antiochiam rediit.
Romæ autem Cæsar auditis allegationibus Cumani & Samaritanorum (aderat autem
etiam Agrippa, Iudæorū causam magna contentione defendens: siquidem & Cuma-
40 no multi potentiū aderant) pronuncians aduersus Samaritas, tres eorum nobilissimos
iussit interfici. Cumanum autem in exilium deportari. Celerem autem tribunum vin-
ctum Hierosolymam missum, Iudæis ad supplicium tradidit, vt per urbem tractus, ca-
pite plecteretur. Post hæc Felicem Pallantis fratrem misit ad Iudæos, qui & eorū pro-
uinciam cum Samaria & Galilæa curaret. Agrippam verò de Chalcide in regnū maius
transiit, tradens ei illam quoq; provinciam, quæ Felicis fuisset. Erat autem ista Tra-
chonitis & Batanæa & Gaulanitis. Addidit autem regnum etiam Lyfaniæ, & tetrar-
chiam quam Varus rexerat. Ipse autem per annos tredecim, menses octo, dies trigin-
ta administrato imperio, decessit, successorem regni Neronem relinquens, quem sua-
delis Agrippinæ vxoris suæ in imperium cooptauerat, & quidem cum legitimum ha-
50 beret filium Britannicum ex Messalina natum, priore scilicet coniuge, & Octauiam fi-
liam, quam ipse priuigno collocarat Neroni. Susceperat autem ex Agrippina Anto-
niam. Et Nero quidem, quemadmodum per magnitudinem felicitatis & opum, abu-
sus sit fortuna: & qualiter fratrem suum, atque vxorem, matrēque interfecerit, post
quos in omnes proximos immanitatē suam conuertit, atq; vt ad vltimum per amen-
tiam

tiam ad histrionum opera scenâmq; peruenierit, quoniam scio esse narratione molestum, silentio præterire melius puto.

De tumultibus in Iudæa sub Felice.

Cap. XII.

*Ant. li. 20.
cap. 11.*



ONVERTAR autem ad narranda quæ ab eo aduersus Iudæos gesta sunt. Minorem igitur Armeniam regnandam Aristobulo dedit, Herodis filio. Regno autem Agrippæ quatuor vrbes addidit cum agris ad singulas pertinentibus: in Peræa scilicet regione, Abilam & Iuliadē: in Galilæa autem Tarichæam & Tiberiadem. Reliqua autem Iudææ Felici procuranda dedit. Hic principem latronum Eleazarum, qui per viginti annos regionem fuerat de-¹⁰ prædatus, alióque cum eo multos cepit, vinctóque Romam misit: aliorumque quos in crucem sustulit, latronum vel in communione sceleris deprehensorum popularium, fuit penè innumerabilis multitudo. Sic autē regione purgata, aliud genus latrocinantium in Hierosolymis oriebatur. Hi autem sicarij vocabantur, die claro & in media ciuitate passim quosque interficientes. Potissimum verò diebus solennitate festiuis immiscebantur vulgo, ficas sub veste gestantes. His inimicos interficiebant: ac deinceps collapsis hominibus, illi inter reliquos de scelere querebantur: qua fraude extra suspicionem manebant, diuque latuerunt. Primus igitur ab eis Ionathas pontifex interficitur. Post hunc autem quotidie plurimi cædebantur, atque ipsis calamitatibus molestior timor ciuitatem premebat: sicut enim in medio bello per singula momenta omnes²⁰ mortem operiebantur. Circumspiciebant autem eminus quosque appropinquantes: & neque amicis suis fidere poterant, dum tamē in mediis suspicionibus atque custodiis nihilominus interficerentur. Tanta erat latrocinantium temeritas, & ars quædam latendi. Ad hæc autem alia etiam malorum collectio facta est, cæde quidē abstinentium, sed consiliis magis impiorum, quæ pars non minus quàm sicariorum felicitatem vrbis statumque corrumpit. Seductores namque homines & circumuectores, sub specie religionis nouis rebus studētes, vulgus insanire fecerunt. nam in solitudines egrediebantur, promittentes Deum signa eis ostensurum libertatis. Contra quos Felix (videban-³⁰ tur quippe semina defectionis esse) mittens equites atque pedites armatos, magnam multitudinem interfecit. Maiore autē plaga Iudæos afflixit. Ægyptius quidam pseudopropheta. Adueniens quippe in prouinciam, magus cum esset, prophetæ opinionem sibi arrogans, triginta fermè millia hominum congregauit, quos vana seductione deceperat. Et circumducens eos de solitudine in montem, qui vocatur Oliuarum, inde ad Hierosolymam nitebatur ascendere: depulsóque Romanorum præsidio, in populares exercere dominationem. Vtebatur autem stipatoribus, qui ad id facinus conuenerant. Præiudit sanè eius imperum Felix, & occurrens cum ipsis Romanis armatis, quos etiam Iudæorum reliqua multitudo iuuabat, iniit conflictum. Et Ægyptius quidem cum paucis fugit. Plurimi autem, qui cum ipso fuerant comprehensi atque vinculis traditi sunt. Reliqua verò multitudo in regiones proprias dispersa est. Compressis verò his etiam, sicut ferè in agro corpore, rursus pars altera tumescebat. Magi enim⁴⁰ quidam & latrones collecti, multis afflictionem inducebant: & quasi ad libertatem vocabant mortem apertissimam comminantes his, qui Romanorum principatui obedire voluissent: vt vel reluctantes auerterent eos, qui spontaneam ferrent seruitutem. Dispersi ergo per totam regionem diripiebant quorumque potentium domos, eosque insuper trucidabant: inflammabant etiam vicos, ita vt desperatione eorum tota Iudæa protinus impleretur. Et hoc quidem bellum indies ingrauescebat. Alter autē tumultus ortus est circa Cæsaream, inter Iudæos scilicet, qui ibi permixti habitabant, & Sy-⁵⁰ ros, seditione commota. Hi siquidem postulabant, vt eorum fieret ciuitas, Iudæum eius fuisse conditorem dicentes: erat autem rex Herodes. Æmuli verò conditorem quidem confitebantur Iudæum, ipsam verò ciuitatem fuisse gentiliū vindicabant. Neque enim illic statuas & fana potuisse constitui, si ad Iudæos eam conditor pertinere voluisset. Ob has ergo causas inter se populus vterque iurgabat. Procebat autem vsq; ad arma contentio: & quotidie ad confligendum audaces quique partis alterutrage prosiliebat. Neque enim Iudæorum seniores colibere tumultus gentis suæ poterant: & Græcis.

*Ant. li. 20.
cap. 12.*

Græcis turpissimum videbatur, Iudæis inferiores videri. Præstabant autem hi quidem diuitiis & corporum viribus. Græci verò auxilio militum: magna siquidem pars Romanæ manus, de Syria illò fuerat congregata: & quasi cognati, ad auxiliandum parati erant Syris. Præfecti autem militum curabant comprimere tumultum: & pugnaces quosque comprehensos, taureis vlciscebantur ac vinculis. Nec tamen supplicia comprehensorum, impedimentum aut timorem reliquis inferebant: imò magis hoc ipso in seditionis iritabantur augmentum. Tunc demum Felix minaci edicto præcepit contumaces quosque vrbe discedere: non parentium autem immisissis militibus interfecit non paucos, quorum etiam bona direpta sunt. Manente autem seditione, nobiles
 10 vtriusque partis electos, legatos misit ad Neronem, de iure disceptaturos. Successit autem ei Festus, & hos qui maxime infestabant prouinciam solícite persecutus: latronum plurimos comprehendit atque interfecit.

De præsidibus Iudææ Albino & Floro.

Cap. XIII.



ERVM successor huius Albinus non eodem modo negotiis præfuit, *Ant. li. 20.*
 neq; enim fuit aliqua malignitatis species, quam ille præterierit. De- *cap. 15.*
 niq; non solum causis ciuilibus furabatur & diripiebat bona singulo-
 rum, neque solum tributorum additamentis in commune gentem
 grauabat: sed etiam quos ob latrocinia decuriones ciuitatum cõpre-
 henderunt, vel qui à prioribus iudicibus in custodiis erant relictì, ac-
 20 cepra à cognatis eorum pecunia, liberauit: & is solum qui non dedisset, in carceribus
 quasi nocentissimus remanebat. Per idem tempus, eorum quoque qui res nouare cu-
 piebant, in Hierosolymis crescit audacia. Ex quibus sanè, qui erant opulenti Albinum
 largitione redimebant, vt eis tumultum mouëtibus non indignaretur: pars autem po-
 pularis quæ non satis gaudebat quiete, Albini participibus iungebatur. Vnusquisq; er-
 go improborum cohorte propria circumdatus, ipse quidè inter cæteros quasi princeps
 latronum & tyrannus eminebat: stipulatoribus verò suis ad direptionem mediocrium
 abutebatur. Ita fiebat, vt hi quidem quorum vastabantur domus, tacerent: illi autè qui
 extra incommodum stetissent, metu ne similia paterentur, etiam officiis ambirèt eos,
 quos constabat dignos esse suppliciis. In commune autem omnium fuit intercepta fi- *Ant. li. 20.*
 30 ducia. & erat tunc multiplex dominatio, & semina captiuitatis futuræ iam ab illo tem- *cap. 1.*
 pore spargebantur. Cùm sanè eiusmodi morum fuisset Albinus, tamen succedens ei
 Gessius Florus, optimum eum per comparisonem sui fecit videri. Ille siquidem plura
 occulte & cum fraude nocuerat: Gessius verò iniquitates suas in vniuersam gentem,
 tam palàm quasi gloriaretur exercuit: ac velut non ad regendam prouinciam, sed ad
 damnatorum pœnas carnifex missus, neq; rapinarum vllum morem, neque afflictio-
 num prætermisit. In miseris autem crudelissimus erat, in turpibus verò impudentissi-
 mus. Neque enim quis illo amplius offendit fallacia veritatem, neque commentus est
 callidiores nocendi vias. Huic siquidè viritim illatis dispendiis lucra quærere exiguum
 visum est: sed totas simul despoliabat vrbes, & labe populis inferebat, tantum non voce
 per totam regionem edicens, liberum esse omnibus latrocinari, dum ipse prædæ
 40 acciperet portionem. Deniq; ob illius auaritiã cõtigit totam penè deserì regionem, ira
 vt plurimi sedes patrias relinquentes, ad externas prouincias commigrarent. Donec
 autem in Syria Cestius Gallus prouinciam regebat, neq; ausus quispiam Iudæorum est
 aduersus Florum ad eum mittere legatos. Cùm verò instante azymorum solennitate
 ipse Hierosolymam venisset, occurrens multitudo, quæ facile tricies centenorum mi-
 lium fuit, precabatur, vt gentis suæ calamitatibus subueniret, & pestem illam prouin-
 ciæ Florum, vt eiiceret clamitabat. Qui tamen cùm sub populi ore esset, & Gallo assi-
 steret, non solùm nihil mouebatur, sed voces illas etiam deridebat. Cestius tamen com-
 pescens imperum populi, & edicēs quod deinceps placatiorem eis Florum redderet,
 50 regressus est Antiochiam. Deduxit autem eum vsque ad Cæsaream Florus, illudens
 mendaciis, & Iudæorum genti bellum sedulo comminiscens, quo scilicet solo iniqui-
 tates suas occultari posse credebat. Pace siquidem permanente, habiturum se apud
 Cæsarem accusatores Iudæos: verum si defectionem negotiatus fuisset, maiore vtique
 malo abducendam à se esse inuidiã peccatorum minorum. Igitur vt gens ab Romano

abrumperetur imperio, sedulo indies augebat calamitates. Per idem tempus apud Neronem Cæsarienses gentiles victores extitere, decretumque istud contestantes literas attulerunt: perque hoc bello Iudaico dabatur exordium, duodecimo scilicet anno regni Neronis, decimo septimo autem regni Agrippæ mense Maio.

De Floro seuiente in Iudæos Cæsarienses & Hierosolymitas.

Cap. XIII.

Ant. li. 20.

cap. 15.



AD magnitudinē autem excitatorum de eo malorum, nequaquā idoneas causas habuisse deprehenditur. In Cæsarea siquidem habitantes Iudæi, habebant synagogam prope locum, cuius erat dominus gentilis quidam Cæsariensis. & frequēter quidem egerant, ut ad eorum illa possessio iungeretur, multis partibus maius precium quam res¹⁰ meruerat offerentes: dominus autem loci preces eorum despexisse non contentus, ad maiorem dolorem ædificauit in loco tabernas, ita ut angustum eis transitum & prorsus coarctatum relinqueret. Primum igitur feruentiores aliqui iuuenum proficientes, ædificationē vetabant. Cū verò Florus hos à prohibendo cohiberet, non habentes Iudæorum nobiles quid agerent, inter quos erat etiam Ioannes publicanus, inflectunt Florum oblatione octo talentorum, ut ædificationem vetaret. Ille autem ob capiendum tantummodo, promittens se cuncta facturū, accepta pecunia statim de Cæsarea egressus est, venitque in Sebasten, seditioni tribuens facultatem, quasi qui pugne spatium Iudæorum summatibus vendidisset. Sequenti autē die, Iudæorum sabbato, cū plebs ad synagogam coisset, seditiosus quidam Cæsariensis vas Samium ante ingressum²⁰ eorum ponens, alites immolabat. Hoc factum Iudæos incoercibiliter accendit, & legem suam quippe contumeliam pertulisse, & locum ipsum dicebant fuisse pollutum. pars autem Iudæorum, quæ erat constantior atque moderatior, denuo apud iudices esse conquerendum rebatur. Seditiosi autem & iuuentute turgentes Iudæi, effundebantur in rixam. Stabant autem ad confligendum parati etiam Cæsariensium tumultuosiores. Ex composito quippe missus fuerat, qui pro synagogæ foribus immolaret: sicque continuo est pugna commissa. Interueniens autem Lucundus, qui ad prohibendum erat relictus, præfectus equitum, vas illud quidem quod positum fuerat iussit auferri, & tumultum sedare pergebat. Cū verò superatus esset præ Cæsariensium violentia, Iudæi statim libros legis rapientes secesserunt in Nabata: regio quædam eorum³⁰ hoc nomine appellatur, dirēpta à Cæsarea stadiis sexaginta. Primates autem eorum duodecim, cum Ioanne in Sebasten ad Florum venerunt, de his quæ acciderant conquerentes, & ut auxilio esset rogabant, quamuis reuerenter, tamen eum & de octo talentis admonentes. Ille verò ilico comprehensos eos vinciri iussit, arguens cur leges de Cæsarea auferre ausi fuissent. ob hoc igitur apud Hierosolymitas grauissima indignatio nascebatur: veruntamen adhuc iram suam frenabant. Florus verò, quasi ad hoc operam suam locasset, ut bellum inflammaret, misit ad sacrum thesaurum, ut inde decem & septem talenta auferrentur, quasi eam pecuniam impensæ Cæsaris flagitaret. Tunc verò statim inuasit populum multa confusio: concurrentes ad templum, maximis vocibus nomen Cæsaris appellabant, ut à tyrannide Flori liberarentur⁴⁰ orantes. Quidam autem seditiosorum in Florum maledicta iaciebant vltima: & canistrum circumferentes stipem eius nomine postulabant, quasi inops & miserrimus talibus indigeret auxiliis. His autem omnibus nihil est à cupiditate deterritus, sed multo magis ad deprædandum irritatus est. Denique cū deberet Cæsaream veniens ignem belli illic nascentis extinguere, causasque tumultuum submouere, pro quo etiam mercedem acceperat pactus: tamē cum exercitu equitum atque peditum Hierosolymam contendit, ut Romanis armis ad quod volebat vteretur, ac timore & minis urbem circumdaret. Tunc populus lenire eius impetum volens, obuiam militibus processit, cum solitis utique fauoribus, & Florum honorare officiis paratus. Ille verò præmittens cum equitibus quinquaginta centurionem, nomine Capitonem, discedere eos iussit: Nē cum, in quem tam graua maledicta iecissent, falso denuo honore deluderent. Oportere quippe eos, si viri sunt fortes, animique constantis, etiam in præsentem effundere contumelias; nec solum in verbis, sed etiam in armis amorem libertatis ostendere. His dictis exterrita multitudo, simul etiam militibus, qui cum Capitone

Capitone venerant, in medium vulgus irruentibus, diffugerunt, antequam Florum salutarerent, aut militibus officia confucta redderēt. Dilcedentes igitur in domos, cum metu atq; humilitate peruigilem duxere noctē. Florus autem tunc quidem degit in regia, postridie autē aduersum eos extructo tribunali sublimius refedit: conuenientesq; sacerdotū principes, & ciuitatis vniuersa nobilitas, astiterūt tribunali. His præcepit Florus, vt omnes qui maledicta in eum succlamassent, protinus dederēt: edicēs in ipsos esse, nisi reos produxerint, vindicandum. Ad hæc respōdent Iudæi, populum quidem pacifica quæq; sentire, illis verò qui errauissent in verbis, veniā conferēdam postulabāt. In tanta siquidem multitudine, nihil esse mirandū, offendi aliquos temerarios, & per ætatē insipiētes: esse autē impossibile eorum qui deliquerint, discrimen agitari, cū & singulos nimirū pœniteat, & præ timore ad negandum sint parati. debere tamen illum si cōsuleret gentis quieti, & vellet Romano imperio seruare urbē, magis propter multos innoxios dare veniam etiā paucis delinquentibus, quàm propter paucos improbos perturbare multitudinem tantā bonorū. Ad hæc verò ille magna indignatione inflammatus, militibus exclamauit, vt forum rerū venalium, quod erat in superiori parte ciuitatis, diriperent, ac passim obuios trucidarent. Illi verò ad lucri sui cupidinem addita auctoritate rectoris, non solum illum diripuerūt locum in quem fuerant immissi, sed in vniuersas insilientes domos, interficiebant habitatores. Fuga autem erat per angiporta omnia, & cædes eorum qui comprehendebātur: direptionis quoque nulla species præteribatur. Multos autē etiam nobilium comprehendentes adduxerunt ad Florum, quos ille verberibus laniatos in crucem sustulit. Denique omnis numerus illo interfectorum die cum paruulis & mulieribus (neque enim vel lactantibus pepercerant) fuit sexcenti & triginta. Grauiorē autem faciebat calamitatem videri nouitas Romanæ calamitatis: quod enim nemo vnquam prius, tunc Florus ausus est, vt viros scilicet equestris ordinis pro tribunali flagellis cæderet, ac patibulis affigeret: quorum etsi origo Iudæa, tamen Romana dignitas erat.

De alia opprēssione Hierosolymorum dolo Flori.

Cap. XV.

PER idem tempus rex quidem Agrippa Alexandriæ erat profectus vt Alexandrum, qui Ægyptum procurabat missus à Nerone, iure hospitis conueniret. Germanam autē suam Berenicen, Hierosolymis inuentā, & iniquitatem militum videntem, grauis ob hoc angor inuaserat. & frequēter quidem præfectos equitum suorum, custodēsq; corporis mittens ad Florum precabatur, vt à cæde desineret. Ille verò neq; in multitudinē interfectorum, neq; in nobilitatem precatricis, sed tantū in lucra sua, quæ de rapinis congregarentur, aspiciens, contempsit annuere: impetus autem militū etiam aduersum regiā efferatus est. Non solum quippe sub oculis eius obuios quosque mulēbāt atq; trucidabant, sed etiam ipsam, nisi confugisset in aulam, interfecissent. Ibi autem peruigile noctē cum intenta custodia egit, verens vtique irruptionē militum. Venerat autē Hierosolymam, vt vota Deo solueret. His enim qui morbo vel aliis necessitatibus implicantur, mos est orare per triginta dies, antequam immolent hostias: abstinere quoque vino, & capillos radere. Quem morem Berenice regina illis exercens diebus, nudipes etiā ante tribunal stetit, deprecās Florum: & præter quod nihil honoris habitum est, etiam de vita sua periclitata est. Hæc autem facta sunt sextodecimo die mensis Maij. Postridie autem conueniēs multitudo in forum, quod erat in superiori parte ciuitatis, magnis clamoribus de his qui interfecti fuerant, querebantur: potissimum autē inuidiosæ in Florum voces erant: quod veriti primates quique & pontifices, disruptis vestibus, & viritim singulos comprehendentes, postulabant, vt ab his verbis, quorum causa tanta mala pertulerant, desisterent, neque in maiorem indignationem Florū mouerēt. Sicque sedata est multitudo, tam reuerentia precantiū, quàm spe quòd nequaquam Florus ultra in eos sæuiret. Ille autem videns multitudinis tumultum fuisse compressum, angebatur, & denuo eam inflammare cupiens, pontifices cum nobilibus aduocauit. Itaque vnum ait argumentum fore, quod nihil vltius de nouandis rebus cogitaret, si populus obuiam procederet militibus de Cæsarea venientibus: veniebant autem duæ cohortes. Qui cū conuocasset populū ad occurrendum, mandat cen-

X 4 turionibus

tutionibus, ut nullam salutationem redderent obuiantibus Iudæis. Ad quod si offensus perulenter quippiam essent locuti, statim in eos vteretur armis, Pontifices ergo collecta multitudine in templo, precabantur ut occurrerent Romanis, & ante graue incommodum cohortes solenniter salutarerent. His hortationibus seditiosi quique abnuebant, & ob interfectorum dolorē reliqua multitudo iungebatur audacibus. Tunc verò omnes sacerdotes omnesque leuitæ sacra vasa proferentes ornatumque templi, citharistæ etiam & cætores cum musicis organis procidebant ante multitudinem, & obnixissime precabantur, ut illum templi honorem custoditum esse vellent, neque ad direptionem vasorum sacrorum Romanos contumeliis incitarent. Erat autem videre ipsos sacerdotum principes sparsis cinere capitibus, & pectora disruptis vestibus nudam monstrantes, nominatim singulos quosque nobiliū compellare, ac denuo in commune multitudinem precari, ne ob modicum peccatū patriam suam proderent his, qui direptioni eius inhiarent. Quam enim utilitatem vel militibus esse de Iudæorum salutatione tribuendam, vel illis quæ acciderant correctionem, si in præsentī procedere cessarent? At contrā, si officiose susciperent solenniter venientes, auferri Floro occasionem pugnae: ipsos verò saluare patriā suam, & prouidere ne quid ultra quàm pertulerant, experirentur. His addunt, quod paucis seditiosis si tanta multitudo iungatur, hoc magis ad pacificum consilium suam deberet auctoritatem transferre. Tali hortatu multitudinem inflectentes, etiam ipsos seditionis autores quosdam quidem minis, quosdam autem sui reuerentia mitigauerunt: ac deinceps præcedentes cum quiete omni populo sequente, militibus obuiam prodierunt. Iamque cominus factos salutauerunt: illis autem nihil respondentibus, seditiosi Iudæorū aduersum Florum, cuius hæc fierent consiliis, succlamauerunt. confestimque milites comprehendentes eos, cedere fustibus adorti sunt: atque in fugam verfos persequentes equites proculcabant. Corruiebant autem multi quidem cum à Romanis caderentur, plures autem cum se mutuò propellerent. In ipsis autem portis grauis facta est cōpressio, & vno quoque alterū præuenire cupiente tardior fuga cunctis fiebat. Collabentium verò durus erat interitus. Suffocatu enim atque conculcatu miseri disperibant, & neque ad sepulturam quisquam proximis suis cognoscendus remanebat. Irruebant autem etiam pariter milites immoderatè, eos quos comprehendissent cædentes: & per ingressum qui Bezetha vocatur detrudebant multitudinē, transire cupientes ut Antoniam & templum obtinerent. Quos etiam Florus consecutus, eduxit de regia eos qui secū erant, & in arcem transire nitebatur. Frustratus tamen est eius impetus. Conuersus quippe aduersum eos populus repugnauit, & per tecta euadētes obruebant saxi Romanos. Qui cum superne venientibus sagittis vincerentur, nec possent defendere multitudinem quæ per angustos arctabatur ingressus, ad reliquum se exercitum qui erat in regia receperunt. Seditiosi autem verentes, ne superueniens denuo Florus tēplum occuparet, per Antoniam ex templo ascendentes, porticus à templo ad Antoniam continentes interciderunt, quatenus auaritiā Flori desperatione compescerent. Nam cum diuinis inhiaret thesauris, pròque his in Antoniam transgredi niteretur, ubi intercisas porticus vidit, ab impetu conqueuit. & conuocans sacerdotum principes atque curiam, se quidem ait vrbe digredi, præfidiū tamen apud eos relinquere quantum ipsi voluissent. Ad hæc illis respondentibus, nihil nouandum fore, si vnam tantum relinqueret apud eos cohortem, dum tamen non illam quæ cum ciuibus paulo antè conflixerat: ob ea siquidem quæ pertulere populū illis militibus insensum esse: cohorte sicut precabantur mutata, cum reliqua manu Cæsaream regressus est.

De Politiano tribuno, & oratione Agrippæ ad Iudæos, ad obediendum Romanis hortantis.

Cap. XVI.



LIVD autem denuo pugnae consilium comminiscens, retulit ad Cestium, & Iudæos defectionis criminatus est: impudenti mēdacio illos perpetrasse dicens, quæcunque eos pertulisse constabat. Nec sanè principes Hierosolymorum quæ gesta fuerant, tacuerunt: sed & ipsi & Bernice ad Cestium de his quæ Florus inique in vrbe egerat, retulerunt. Ille autem susceptis literis partis vtriusque, quid facto opus esset cum principibus deliberabat. Et quibusdam quidem videbatur,

videbatur, cum exercitu in Iudæā Cestium ire debere, & aut vindicare defectionem, si fuisset admissa, aut magis fidos reddere Iudæos eorumque accolae. Ipsi tamen magis placuit aliquem de suis præire, qui & negotia & consilia Iudæorum posset ei fideliter nuntiare. mittit ergo tribunū Politianū, qui ab Alexandria reuertenti Agrippæ circa Iamnam occurrēs, & à quo fuisset missus, & ob quas causas indicat. Quo loci Iudæorum etiā pontifices, & reliqui nobiles, eorumque curia adesse curauerant, ut circa regē scilicet officia nouarent. Postea verò quā illū congrua humanitate coluerunt, conquesti sunt quā potuerūt flebiliter de calamitatibus propriis, & inhumanitatē Flori explicauerunt. Quam licet argueret Agrippa, vāte tamē inuectionem suam in Iudæos transtulit, quorum maxime miserebatur, volens scilicet frenare eorū motus: ut per hoc ipsum quod viderentur nihil perpepsi iniuriæ, ab ultionis desinerēt appetitu. Ad hæc ergo quicumque egregij erant, & propter sua prædia desiderabant quietem, intelligebant regis redargutionē esse plenā benignitatis. Populus autē Hierosolymorū sexaginta stadiis obuiā progressus, officiosē Agrippam & Politianū suscepit. Lamentabantur tamen interfectos coniuges mulieres: quarum plangoribus reliquus quoque populus ad lamenta conuersus, precabatur Agrippam ut genti cōsuleret. Succlebant etiam Politiano, ut ingrederetur urbē, viderētque quæ essent à Floro gesta: & ita ostendebant forum desertum domosque vastatas. deinceps verò per Agrippā suāscere Politiano, ut is cum vno tantum famulo ad Siloam vsque totam circuiret ciuitatē: quatenus ipsis cognosceret oculis, Iudæos omnibus quidē aliis parēre Romanis, soli autem Floro aduersari propter magnitudinē in eos factæ crudelitatis. Ille igitur cū circuisset urbem, & mansuetudinis populi sufficiens documentū teneret, ascendit in templum, quò etiam multitudinem cōuocauit: & cū plurimis verbis fidem eorum circa Romanos collaudasset, multa etiā ad conseruationem pacis hortatus, adorauit Deum eiusque sancta: in eo tamen consistens loco, in quo licebat per religionē: sicque regressus ad Cestium est. vulgus autem Iudæorum, ad regem pontificesque conuersus petebat, ut legati aduersum Florum ad Neronem mitterentur, neque de tanta cæde tacentes suspicionē suæ defectionis præberēt: visum iri quippe eos principes capiendorum armorū fuisse, nisi præuenientes ostendissent illū esse qui dedisset exordium, constabat autē multitudinē non esse quieturam, si legationē aliquis impedisset. Ad hæc Agrippa, ordinari quidem legatos, qui Florū accusarēt, inuidiosum putabat: despicere autem Iudæos in bella cōmotos neque sibi expedire cernebat. aduocata igitur concione in xystum, & in suggesto constituens germanam suam Berenicen, in Arsamonæorum domo (ea siquidem xysto imminebat contra superiorem partē urbis: nam xysto templum erat ponte coniunctū) huiusmodi orationē habuit: Si quidem viderem vos omnes ad pugnandū cum Romanis esse incitatos, neque populi puriorem syncerissimamque partem pacē velle seruare, neque processissem ad vos, neque consulere confisus essem: superuacua quippe de vtilibus oratio est, quando omnium audientium conspirat ad deteriora cōsensus. Quoniā vero aliquos quidem ætas, malorum belli nescios facit, quosdam vero inconsiderata spes libertatis: nonnullos verò avaritia succendit, & in cōfusione rerum capiendum de inferioribus lucrum: quemadmodum ipsi ab hoc errore corrigantur, & non per paucorū improba cōsilia etiam boni dispareant, existimaui oportere, ut omnibus vobis in vnum coactis ea exponerem, quæ arbitror expedire. Obstrepat autē nemo, si non ea audierit quæ ipsius fert libido. His siquidem qui sunt ad defectionē irrevocabili ter incitati, licebit etiā post meos monitus manere in pristina volūtate. mea autem etiam ad illos qui audire cupiunt intercipientur oratio, nisi ab omnibus vobis silentium præbeatur. Noui quidem quod multi & iniurias procurantium prouincias, & præconia libertatis quasi tragice prosequantur. Ego autem priusquam discutiam qui sitis, & cōtra quos bellum suscipere tentetis, primum separabo causas, quas connexas putatis. Si enim violatores vestros cupitis vlcisci, cur libertatem magna laude attollitis? Si vero istud ipsum seruire intolerabile ducitis, superflua est aduersum rectores querela, illis siquidem vel moderatissime agentibus, nihilominus turpe erit seruire. Considerate autem singillatim, & videte quā exigua sit materia bellorum. Et primum quidem ipsa rectorum

consideranda sunt crimina. Colere siquidem officiis, non exasperare oportet iurgii potestatem. Cùm vero modicorum peccatorum exprobrationes maximas facitis, aduersum vos profecto eos quibus infertis contumelias irritatis. Relinquentes quippe & quod antea clanculo & cum quadam verecundia nocebant, palam vos confidenterque populantur. nihil autem ita plagas coercet ut patientia, & violatorum quies violentibus iniicit pudorem. Fac autem eos, qui à Romanis in prouincias mittuntur, esse grauiter molestos, non tamē etiam Romani omnes violent vos, neque ipse Cæsar, aduersum quem pugnare vultis. Neque enim ex præcepto illorum improbus ad vos quisquam venit: neque possunt illi, quæ in Oriente geruntur, positi in Occidente conspiciere. sed neque facile ea quæ hîc fiunt, illic audiuntur. est autē importunissimum,¹⁰ & propter exiguas causas, cum tantis, & ea de quibus querimur nescientibus, velle conflagrare. Et quidem nostrorum criminum citò erit futura correctio. neque enim vnus atque idem prouinciæ semper curam tenebit, & successores eius credibile est modestiores futuros. Motum autem semel bellum, neque deponere facile est absque magnis calamitatibus, neque sustinere. Libertatis verò bona sitientibus providendum atque certandum est, ut principio non ea careant. molesta enim est nouitas seruitutis: quam ne utique subeas, iustum suscipi certamē videtur. Qui vero semel subiectus est, & deinceps deficit, contumax magis seruus quàm amator libertatis ostenditur. Tunc igitur oportuit omnia agere, ne susciperetur Romani, cùm in prouinciā Pompeius intraret. Maiores vero nostri eorumque reges, pecunia, corporibus, animis multo vobis meliores, exiguæ parti potentiae Romanæ obsistere nequiverunt. vos autem qui hereditariam obedientiam suscepistis, rebus autē omnibus illis qui primi parere longe inferiores estis, contra omne Romanum regnum obsistere posse arbitrari? Et Athenienses quidem, qui ob Græcorum libertatem patriam suam quondam ignibus tradere, qui superbissimum illum Xerxem per terram nauigantem, per mare verò ambulantem, & cuius classem non caperet amplitudo pelagi, latiorē autem Europa, duceret exercitum, hunc inquam cum vna naue fugientem gloriosissime persecuti sunt: circa paruam autem Salaminam, qui tantas opes Asiæ confregere, nunc tamen seruiunt Romanis, & illam regiam Græciæ ciuitatem administrant Italiæ iussiones. Lacedæmonij quoque post Thermopylas, & Plateas, & Agesilaum Asiam per-³⁰ scrutatum, eisdem dominos venerantur. Macedones verò qui adhuc penē imaginantur Philippum videre cum Alexandro promittentem sibi orbis imperium, ferunt tamen rerum mutationem, & adorant eos ad quos fortuna migravit. Aliæ quoque multæ gentes ad libertatem fiducia subnixæ, & multo maiores, cesserunt tamen & obediunt: vos autem soli seruire dedignamini his, quibus videtis vniuersa esse subiecta. Quibus exercitibus, quibus confiditis armis? Vbi est classis vestra, quæ peruagetur Romanorum maria? Vbi autem qui expensis possint sufficere thesauri? Contra Ægyptios fortē aut Arabas existimatis vos bellum mouere. Non circumspicitis Romanorum imperium? Non metimini vestram imbecillitatem? Nōne scitis vestram ciuitatem à conterminis gentibus frequenter esse superatam? illorum autem virtus per⁴⁰ totum orbem inuicta percurrit, imò etiam hoc orbe plus aliquid quæsierunt? Neque enim sufficit eis ad Orientē, quidem totus Euphrates, ad Septentrionem Ister, neque in Meridie solitudine tenus perscrutata Libya, neque in Occidente Gades: sed vltra Oceanum alium quæsierunt orbem, & usque ad Britannias, inaccessas prius, arma & exercitum transtulerunt. Quid ergo? Vósne ditiores Gallis, fortiores Germanis, prudentiores Græcis? postremo plures estis omnibus in toto orbe degentibus? Quæ vos fiducia aduersum Romanos erigit? Sed dicet aliquis, seruire molestissimum est. At quanto magis id Græcis, qui vniuersis sub sole habitantibus videbantur præstare nobilitate: & tam latam quondam prouinciā possidentes, nunc bis ternis fascibus Romanorum obediunt. Totidem autē etiam Macedones obsequuntur, qui certe multo⁵⁰ vobis iustius deberent libertatem tueri. Quid autem quingentæ Asiæ ciuitates? nunquid non absque vlllo præsidio, vni tantummodo rectori parent, & fascibus consulis obsequuntur? Quid autē pergam enumerare Heniochos, & Colchos, & Taurorum gentem: Bosporanos quoque, & habitantes circa Ponti littora nationes, Mæoticasque

Mæoticásque gentes? apud quas nimirum olim neque domesticus aliquis dominus
 noſcebatur: nunc verò militum ſubiiciuntur tantum tribus milibus, & quadraginta
 naues longæ, in nauigabile prius mare in pace cuſtodiunt. Quanta autem Bithynia,
 & Cappadocia, & Pamphyliorum gens, Lydi quoque & Cilices pro libertate dicere
 valerent? tamen nunc ſine armis tributa pendunt. Quid autem Thraces? quinque
 quidem diebus in latum, ſeptem autem in longum commeabilem prouinciã poſ-
 ſidentes, aſperiorẽmque multo quàm veſtra eſt, ac multis partibus fortiorẽ, altiſſi-
 moque gelu eos qui irruerint retardantem, duobus milibus Romanorum in præſi-
 dio manentibus obſequuntur. Poſt hos Illyrici vſque ad Dalmatiam, & Iſtro tenus
 10 incolentes, duabus tantum legionibus obediunt: cum quibus & ipſi impetus com-
 peſcūt Dacorum. Ipſi quoque Dalmatæ, qui tam multa pro libertate conati, ſæpiùſq;
 capti, rurfum cum maioribus opibus reſellarunt, nunc ſub vna Romanorum legio-
 ne agunt quietem. Verumtamẽ ſi aliquos magnæ cauſæ ad defectionem incitare de-
 berent, Gallos potiſſimum oporteret aſſurgere, quos videlicet tantis munimẽtis na-
 tura cinxiſſet: ab Orientali plaga Alpium montibus, à ſeptentrionali Rheno flumi-
 ne, à meridie Pyrenæis montibus, ab Occidente verò Oceano. ſed tali munitione
 gaudentes, trecentis & quindecim gentibus numeroſi, fontes autem (ita vt dixerim)
 felicitatis domesticæ habentes, omnibùſque bonis totum penè orbem irrigantes, fe-
 runt nihilominus vectigales eſſe Romanorũ, ac felicitatem ſuam in eorum felicitate
 20 reponere. Idque ſane ipſum, non per animorum molliem, nec propter ignobilita-
 tem parentum (quippe qui per octoginta annos pro libertate pugnaverunt) ſed Ro-
 manorum admirati ſunt horruerũtque cum virtute fortunam, qua illi plura ſæpe
 obtinuerẽ quàm bellis. Denique ſub mille & ducentis militibus ſeruiunt, quibus pe-
 nè plures habuerunt ciuitates. Neque Hiſpanis naſcens in agris aurum, pro libertate
 bella gerentibus profuit, neque tanto terrarum marisq; ſpatio à Roma diremptæ
 gentes, Luſitani ſcilicet & pugnaces Cantabri: nec vicinus Oceanus, etiam accolis
 ſuis fragore terribilis: ſed vltra columnas Herculis prolatis armis, & per ipſas nubes
 Pyrenæorum mōtium eluctati vertices, ditioni ſuæ hos quoque ſubdiderunt Roma-
 ni: atque ita bellicoſis gentibus, tantoque (vt dixi) ſpatio diremptis, legio in præſi-
 30 dio vna ſatis eſt. Quis veſtrum non audiuit multitudinem Germanorum, virtutem
 quoque & magnitudines corporum (vt arbitror) ſæpe viditiſ. ſiquidem vbique Ro-
 mani earum gentium captiuos habent. Sed illi ita ingentem ſpatiis regionem inco-
 lentes, ſpiritus autem maiores corporibus gerẽtes, & animam quidem contemptri-
 cem mortis, indignationes autem vehementiores ſeris, nunc Rhenum limitem ha-
 bent, & octo Romanorum legionibus domantur: & ſeruiunt quidem qui capti ſunt,
 reliqua autem eorum gens vniuerſa ſalutem in fuga non in armis reponit. Conſide-
 rate autẽ etiam Britannorũ muros, qui Hieroſolymæ confiditis muris. Illos ſiquidem
 circumdatos Oceano, & penè non minorem quàm noſter orbis eſt habitantes, Ro-
 mani nauigantes redegerunt in ditionem ſuam: quatuorq; legiones tantæ magni-
 40 tudinis inſulam tuentur. Et quid opus eſt plura dicere? quando etiam Parthi, bellico-
 ſiſſimum genus, tantis prius populis imperantes, & tam magnis opibus circumdati;
 obſides tamen mittunt Romanis: eſtque cernere, ſub ſpecie pacis ſeruientem in Ita-
 lia præcipuam Orientis nobilitatem. Vniuerſis penè qui ſub ſole incolũt, Romano-
 rum arma venerantibus vos ſoli bellum geretis? Neque Carthaginienſium conſide-
 rabitis finem, qui magnum illum Hannibalem iactantes, & ex nobili Phœnicum ſtir-
 pe venientes, tamen ſub Scipionis dextera corruerunt? Sed neq; Cyrenæi Lacedæ-
 mone oriundi, neq; Marmaridarũ genus vſque ad inaquoſas ſolitudines protentum,
 neq; terribiles etiam audientibus Syrtes, Naſamones quoque & Mauri, & innume-
 rabilis multitudo Numidarum virtutes impediere Romanas. Sed tertiã partem orbis
 50 terrarum, cuius ne numerare quidem nationes facile eſt, quæ ſcilicet ſub Atlantico
 mari & columnis Herculis vſque ad rubrum mare infinitos numero, & locis Æthio-
 pas continet, totam tamen ceperũt armis: & præter fruges annuas quibus Romanã
 multitudinẽ octo menſibus paſcunt, alia quoq; vectigalia pendũt, expenſas quoque
 deuotiſſimi imperio miniſtrant, nihil de his quæ iubẽtur, ſicut vos, contumelioſum
 putantes,

putantes. & quidem una cum illis tantū legio commoratur. Sed quid opus est longo petitis exemplis potentiam explicare Romanam? cū eam possitis de vicina vobis Ægypto diligenter inspicere. Hæc enim cū vsq; ad Æthiopias porrigatur, opulentāq; Arabiā, contigua quoq; sit Indiæ, quinquaginta & septingētas myriadas incolarū habens, præter Alexandrinorū plebem, tamen vectigalia, quorū magnitudinem de censu singulorū capitū æstimari licet, deuotissime penditans, Romanū non dedignatur imperium: & certe quā magnū stimulū defectionis habens, Alexandriam scilicet, multitudine & diuitiis abundantē, magnitudine quoq; non imparem. Habet siquidem in longitudine stadia xxx. in latitudine verò non minus quā decem, tributorū vero multo amplius per menses singulos infert, quā vos toto anno peditis: 10 & præter pecuniam, quatuor mensū Romanæ plebi annonā ministrat. Munitur autem vndiq; aut incōmeabili solitudine, aut importuoso mari, aut fluminibus, aut cœnosis paludibus, quorū tamen omnīū nihil Romana fortuna fortius fuit. Duæ enim legiones ciuitati insidentes, profundam Ægyptū cum illa Macedonū nobilitate frænāt. Quos igitur in bella de solitudinibus aliquibus socios assumetis? Siquidē omnes qui in orbe habitabili degūt, Romani sunt: nisi fortē quis vestrū spes suas vltra Euphratem porrigat, & Adiabenorū regionem gentiles suos æstimet adiutores. Porro nec illi propter irrationabilē causam tanto se bello implicabūt: nec si tam probroso operi assensum darent, Parthus tamen sineret. Est quidem ei cura tuendæ cum Romanis amicitia, & arbitrabitur fœdus esse temeratū, si quis de his qui subiecti sunt eius im- 20 perio, aduersum Romanos in bello procedat. Superest igitur ad diuinū confugiatur auxiliū, verum & hoc apud Romanos est. sine Deo quippe impossibile esset imperiū tale cōsistere. Considerate autē quemadmodū hæc ipsa erga ipsam religionē immoderatio, etiam si cum longe inferioribus bellū geratis, tamē ad dispensandum sit vobis difficillima, atq; eadē transgrediendo offendatis Deum, per quæ eum auxiliaturū putatis. Si enim seruetis sabbatorum cōsuetudinem, & ad nullum actū moueamini, facile profecto captemini. Sic quippe etiam maiores vestri experti sunt, hos maxime dies Pompeio ad bellum destinante: in quibus scilicet hi qui oppugnabātur, otia gerebant. Transgredientes autē in bello legem patriā, nescio propter quid in reliquum dimicetis. Vna siquidem nunc vobis intētio est, ne quid de patria institutione solua- 30 tur. Quemadmodū autem aduocabitis in adiutoriū Deum, si cultum ei debitū sponte violetis? Assumūt autem singuli quique bellum, vel diuinæ virtuti, vel humanis opibus confidentes. Cū vero vtraque hæc, quantū ad ipsam pertinet consequentiam, deferūtur, in manifestā vtiq; captiuitatē volentes pugnare profiliunt. Quid autem prohibet propriis manibus filios vestros coniugēsque laniare, & hanc pulcherrimā inflammare patriam? Erumpentes siquidem in furorē, lucrabimini vel ignominia superatorū. Bonū est, o amici, bonū est, dum adhuc stat navis in portu, præcauere tempestatem futurā, & non eo tempore, quo in medias irruetis procellas trepidare. His siquidē qui in improuisa mala inciderint, superest vt digni vel miseratione videātur: qui vero se in apertum discrimen iniecerint, etiam exprobrationibus onerentur. Nisi 40 forte aliquis vestrū æstimet secundum pacta conflictū ire Romanos, aut postquam vicerint, moderate vobiscum actūros, & non in exemplum aliarum gentium sacram hanc urbem inflammatorios, interfectorios autem vniuersum genus vestrum. Neque enim qui superfueritis armis, vsquam locum fugæ habebitis, vniuersis scilicet gentibus vel iam habentibus Romanos dominos, vel habere metuentibus. Periculum autem non solum vos manebit, sed etiam in reliquis ciuitatibus habitantes Iudæos. Neque enim est in toto orbe populus, in quo non vestra portio sit: quos certe omnes vobis rebellantibus, cæde crudelissima diuersi quique conficient, & propter paucorum virorum praua consilia, vniuersæ vrbes Iudaico sanguine redundabunt. Manet autem venia eos qui talia patrauerint, quod sint nimirum vestro vitio coacti. Si vero 50 eadem exequi supersederint, considerate quā impium sit, aduersum tam benignos arma mouisse. Subeat autem vos misratio, & si non filiorum vestrorum atque coniugum, saltē istius ciuitatis, quæ mater vrbiū vestræ regionis vocatur. Parcite mœnibus sacris, parcite venerabilibus adytis, templūque vobis & sancta sanctorū seruate.

uate. Neque enim ulterius victores Romani his abstinebunt, quibus primo parentes nullam receperunt gratiam. Ego testor quidem sancta vestra, sacrosque angelos Dei, patriamque communem, quod nihil eorum consiliorum, quæ vobis viderim expedire, subtraxerim. vos autem decernentes, quæ oportet, mecum in pace degetis: si verò protuleritis iras, absque me periculis subdemini. His dictis, astante etiam sorore lacrymauit, & multam partem de eorum impetu lacrymis infregit. Succlamabant autem non se aduersum Romanos, sed aduersum Florum ob ea quæ pertulissent, bellum gerere. Ad quos rex Agrippa: Sed opera vestra, inquit, talia sunt, qualia aduersum Romanos pugnantium. Neque enim Cæsari vectigal dedistis, & Antonia-
¹⁰ nas porticus incendistis. Sopietis autem causam defectionis, si & porticus denuo construat, & tributa reddere maturetis. Neque enim Flori hoc præsidium est, aut pecuniam Floro dabit. His consultis populus acquieuit, & cum rege ac Bernice ascendentes in templum porticus ædificare adorti sunt. Per vicos autem & regiones principes quique decurionesque dispersi, vectigal colligebant: celeriterque XL. tanta (tantum enim erat reliquum) redacta sunt. Et belli quidem imminentes minas, eo tunc more Agrippa compescuit. Deinceps verò persuadere populo cõtabat, ut parerent Floro, donec successor ei à Cæsare mitteretur. Ad quam orationem multitudo accensa, nec à verborum in regem contumeliis temperauit, sed protinus eum vrbe pepulerunt: ausque sunt nonnulli seditionum etiam saxa in eum iacere. Rex autem
²⁰ videns tumultuantium irreuocabilem impetum, & conquerendo quod contumeliis esset affectus, principes quidem eorum vnà cum aliis potentibus misit ad Florum Cæsaream, ut ipse ex eis eligeret, qui de tota regione vectigal exigere. ipse verò discessit in regnum.

De capta rebellionē Iudeorum contra Romanos.

Cap. XVII.

ER idem tempus quidam eorum, qui bellum maxime mouebant, congregati irruerunt in quoddam præsidium, quod vocabatur Massada: & occulte eo peruerso, Romanos omnes interfecerunt: alios autem de suis posuerunt custodes. In templo quoque Hierosolymorum Eleazarus quidam, filius Ananias pontificis, iuuenis audacissimus, dux illo tempore militum, persuasit his qui
³⁰ sacrificiis ministrabant, ut nullius munus aut hostia, qui non esset de Iudeorum gente susceperetur. Id autem erat Romani belli seminarium atque materia. Reiecit siquidem hostias Cæsaris, quæ pro Romano populo offerri solitæ erant. Plurimum autem super hoc pontificibus, aliisque nobilibus deprecatis, ut non præterirent eum morē, quo supplicabatur pro regibus, nihil tamen acquieuerunt, non parum quidem & suæ multitudini cõfidentes: robur siquidem omne res nouare cupientium, eorum voluntates iuuabat: maxime autem aspiciebāt Eleazarum, qui per idem tempus, ut dixi, princeps erat. Conuenientes igitur potentes quique cum pontificibus, & Phariseorum nobilissimis, & videntes quàm grauib; malis pergerent subiicere ciuitatem, decreuerunt seditionum animos experiri: & ante portam quæ area vocatur, cõcionem adubant
⁴⁰ tes (erant autem interiore parte templi posita, quæ respicit ad solis exortum) ac primo quidem multa de temeraria eorum defectione conquesti, & quod tam graue bellum patriæ commouerent: deinceps irrationabilitatem causæ ipsius arguebant, dicentes, maiores quidem eorum ornasse templum ex magna parte de muneribus gentium, semperque eorum, qui foris essent populorum munera suscepisse: & non solum non prohibuisse aliquorum hostias (id siquidem esse impiissimum) sed etiam eas, quæ viscerentur permanerentque ad præsens vsque tempus, oblationes eorum in templi cultibus collocasse. At nunc eos, qui Romana arma iritarēt, & desponderent eorum bella, nouum statuere morē religionis, atque cum periculis etiam ream facere ciuitatem impietatis videri: siquidem ea sit, in qua præter solos Iudeos, nullus alius imolet ex-
⁵⁰ ternus, neque ad orandum sinantur accedere. Et si quidem circa vnus alicuius priuati personam lex ferretur eiusmodi, posset nimirum iure nos inhumanitatis arguere: nunc autem despicuntur Romani, & iudicatur Cæsar profanus. Vnde verendum esse, ne qui immolandas pro illis hostias repellunt, ipsi in reliquum etiam pro se sacrificia prohibeantur offerre: fiatque verè extra principatum ciuitas, nisi celerius resipiscentes

Y

reddid

reddiderint hostias; ac prius quam ad eos, in quorum contumeliam id tentatum est; huius ausus peruehiat fama. Simul autem ista dicentes, producebāt in medium scientissimos virorum paternorum, sacerdotes quoque, narraturos quomodo omnes eorum maiores exterarum gentium semper sacrificia suscepissent. Attēdebat autem nemo res novare cupientium his, quæ dicebantur, sed neque procedebant in medium, altaris ministri, ut belli materiam præparantes. Videntes igitur nobiles quique seditionem eò iam processisse, ut eorum non posset autoritate compesci, & Romanorum armorum periculum se primos esse sensuros, in quantum poterant consulentes, amoliri causas parabāt. & legatos quidem alios ad Florum miserūt, quorum erat princeps filius Ananiæ Simoni; alios autem ad Agrippam, inter quos nobilissimi Saulus, & An- 10 tipas, & Costobarus erant, qui etiam regem propinquitate tangebant. Precabātur autem vtrunque, ut cum exercitū ascēderent in ciuitatem, & seditionem opprimerent, prius quam ea intolerabilis fieret. Et Floro quidem malum istud quasi bonus nuncius fuit, volēsq; inflammare bellum, nihil respondit legatis. Agrippa autem pariter vtriusq; parcens, scilicet deficientibus, & iis aduersum quos bellum mouebatur, volēsq; & Romanis conseruare Iudæos, & Iudæis templum atque patriam, ad hæc autem nec sibi conducere talem conturbationem sciens, misit in auxilium populo equites ter mille, Auranitas scilicet, & Batanæos, & Trachonitas sub præfecto equitum Dario, duce vero Philippo Iachimi filio. His ergo venientibus, optimates quique cum pontificibus & omni multitudine quæ optabat quietem, superiorem occupant ciuitatem: inferiorē siquidem & templum, seditionum manus tenebat. Missilibus igitur & fundis indefinenter utebantur, & cōtinua erat emissio sagittarum ex vtraque scilicet parte. erat autem quando ex insidiis procurentes cominus dimicabant. Præstabant autem audacia quidem seditiosi, belli verò scientia regij. Et his quidem erat propositum maxime templum obtinere, profanatoresque eius expellere. Seditiosis verò qui cum Eleazaro agebant, ut præter ea quæ obtinebant, etiam superiorem inuaderent vrbein. Per septem igitur dies grauis vtriusque partis cædes fiebat, & neutri de eo loco quem tenuerant depellebantur. Deinceps verò adueniente ea festiuitate, quæ Xylophorias dicitur, in qua mos est omnibus grandē lignorum materiam conuohere ad templum, quatenus nunquam ignis deficiat esca (semper enim inextinguibilis persecrat) ad- 30 uersarios quidem à cultu religionis excluderunt, inter infirmiores autem vulgum irrumpentes multi sicariorum (sic enim vocant latrones, gladios in sinibus gerentes) recepti audacissime prosequabantur opus quod adorti erant. Regij autem audacia & multitudine vincebantur. Ita superiore ciuitate cesserunt, cum isti protinus irruentes, Ananiæ pontificis domum, & Agrippæ ac Berenices palatium inflammauerunt: post quod ignem archiuo intulerunt, volentes omnia creditorum documenta disperdere, ne esset vnde ratio creditæ pecuniæ pateret, utq; omnem sibi debitorum adiungerent multitudinem, & aduersum locupletes egenis præberent insurgendi facultatem liberam. Fugientibus verò chartarum publicarum custodibus ignem ædibus iniecerunt: atque ita incensis ciuitatis neruis, in hostes irruebant. Quo loco pōtificum atque no- 40 bilium quidam in cloacis latuerunt, quidam cum regiis in superiorem regiam confugerunt, portas celeriter obserantes. Inter quos Ananias pontifex, & Eleazarus frater eius erant: & illi quos apud Agrippam functos legatione diximus. Tunc ergo victoria & inflammatione contenti cessauerunt. Postridie autem, quintadecima scilicet die Augusti mensis, fecerūt impetum in Antoniam: & omnes in eo præsidio agentes, per biduum oblectos, ceperunt atque interfecerunt, præsidiumque incenderunt. postea verò transferunt in regiam, ad quam confugere Agrippæ milites: & in quatuor partes agmen suum diidentes, muros euertere moliebantur. eorum verò qui intus erant, erumpere nullus audebat, propter multitudinem oppugnantium: sed distributi per propugnacula & turres, subeuntes interficiebant, ac frequentes omnino latrones sub 50 muris cadebant. Nec die autem cōflictus nec nocte cessabat: seditiosis videlicet existimantibus in desperationem cogi eos, qui in præsidio erant, propter inopiam victus: regiis verò credentibus oppugnatores suos cessuros labori. Interea Manahemus quidam, filius Iudæ Galilæi, callidissimi illius sophistæ, qui quondam sub Cyrenio exprobrauerat

brauerat Iudæis quod post Deum subiicerentur Romanis: assumptis quibusdam nobiliis, perrexit in Massadam, ubi armamentarium Herodis regis erat. eoque perrupto populares aliosque latrones diligenter armavit. hisque utens stipatoribus, veluti rex Hierosolymam reuertitur: factusque princeps seditionis, oppugnationem disponebat. Machinarum autem inopia erat, nec poterat pulam suffodere muros, superne hostibus tela iacentibus. cuniculum igitur longe coeptum sub vnam turrem agentes, suspenderunt eam materie subiecta: ac postea in sustentia ligna igne immisso egressi sunt. Sicque subicibus exaustis, turris quidem ex templo emota est alter autem murus intus ædificatus apparuit. Regij quippe molitiones eorum præsentientes, fortè etiam de concussione turris, alium sibi murum celerius ædificauerunt. Inter hæc autem hi quidem qui oppugnabant, & statim se victores credebant, cum vidissent alium murum stupore defecti sunt: regij tamen ad Manahemum aliosque seditionis principes mittebant, precantes, ut eis discedere liceret. Quod cum solis regis eiusque religionis reliquis Manahemus annuisset, protinus diceſſerunt. Romanos autè qui soli relictæ erant, grandis animi occupauit defectus. Neque enim vi contra tantam multitudinem pares erant: & precari, ut exire liceret, ignominiam iudicabant: quanquam & si permitteretur, nequaquam tutum putabant. Derelinquentes igitur inferiorem locum, qui Stratopedon vocabatur, quippe quasi capi facilem, in turres regias confugerunt: quarum vna appellabatur Hippicos, alia Phasaclus, tertia Mariamne. Hi verò qui cum Manahemo erant, protinus irruentes in ea loca è quibus milites fugerant, si quos eorum comprehenderent trucidantes, omnem reliquum apparatus diripientes, Stratopedum incenderunt. Hæc igitur acta sunt sexto die mensis Septembris.

De cæde Ananiæ pontificis, Manahemi, & militum Romanorum. Cap. XVIII.



30 **E**QVENTI autem die pontifex Ananias circa Euripos regie domus latens capitur, & à latronibus interficitur cum Ezechia fratre. Circumsidentes autem etiam turres seditionis, custodiebant ne quis militum posset effugere. Manahemum autem & munitorum locutum destructio, & pontificis Ananiæ mors, in crudelitatem erexit: & neminem parem sibi in negotiis arbitrans, intolerabilis erat tyrannus. Insurrexerunt autem duo de sociis Eleazari: & mutuo collocuti, quod non decet à Romanis desiderio libertatis deficiētes, eandem populari suo prodere, dominumque ferre, & si non violentum, tamen seipsis humiliorem. nam si oporteat cunctis aliquem præesse, quemuis magis alium quàm illum decere: atque ita pacti, adoriuntur eum in templo. magno enim fastu adoraturus accesserat, regali habitu indutus, & studiosos sui in armis habebat. Cum igitur hi, qui circa Eleazarum erant, in illum proſiliſſent, reliquus quoque populus rapiens saxa lapidauit sophistam: existimantes quod illo interempto tota seditio solueretur. Paululum autem stipatores Manahemi resistentes, postquam viderunt totam aduersum se multitudinem irruere, quisque quod potuit dis-
40 fugit. Et cædes quidem erat eorum, qui comprehensi sunt, perſecutio autem latentium sequebatur: paucique ex eis clam in Massadam perfugerunt: cum quibus & Eleazarus filius Iairi, propinquus genere Manahemo, qui postea etiam in Massada tyrannidem egit. Ipsum autem Manahemum cum fugisset in locum qui Ophlas vocatur, atque illic humiliter delitesceret, capientes extraxerunt in publicum, multisque tormentis excruciatum interfecerunt. Similiter autem sub eo agentes principes, præcipuumque tyrannidis eius adiutorem Absalomon nomine. Et populus quidem, sicut dixi, in his adiutor fuit, suspicans aliquam totius seditionis correctionem futuram. Hi verò non ut comprimerent bellum, sed ut cum maiori licentia gererent, interfecerunt Manahemum. Denique cum populus multum precaretur, ut oppugnationem militum re-
50 laxarent, vchemētius insistebant, donec vltius resistere non valentes, Metulius Romanorum præfectus & reliqui mittunt ad Eleazarum, precantes, ut solam eorum pacificetur vitam: arma autem & reliqua quæ haberent, ipsis tradentibus sumeret. Qui precationem illico arripientes, remittunt ad eos Gorionem Nicodemi filium, & Ananiam Sadducæum, & Iudam Ionathæ, scilicet eis dextas & sacramentum duros.

Y 2

Quibus

Quibus actis, deducebat milites Metilius: sed quandiu Romani arma retinebāt, nēmo aduersus eos seditiosorum fraudis aliquid molitus est. postea verò quā secundum pactiones omnes scuta gladiosque posuerunt, neque quicquam vltius suspicantes discedebant, facto in eos impetu stipatores Eleazari, comprehensos trucidabant, neque resistentes, neque supplicantes, solas autem pactiones & iuramenta quæ dederant inclamantes. Et hi quidem ita crudeliter interfecti sunt, præter Metilium. Hunc enim deprecantem, & vsque ad circuncisionem Iudaizare se promittentem, seruauerunt solum. Detrimentum autem Romanis quidem erat leue: ex copiis siquidem amplissimis pauci fuerunt interempti: Iudæorum autem captiuitatis illud exordium videbatur. Videntes autem graues iam instare causas bellorum, urbem autem tali facinore fuisse resperſam, ex quo nimirum diuina indignatio imminabat, etiamsi à Romanis nulla vltio timeretur, lugebāt publice, & tristitia ciuitas premebatur. moderati autem quique, quasi pro seditiosis causas reddituri, turbabantur. siquidem sabbato illam eadem contigerat perpetrari, quo scilicet die propter religionem à sanctis quoque operibus agunt quietem.

De Iudeorum maxima strage Cæsareæ & in omni Syria.

Cap. XIX.



EODEM autem die, eademque hora, quasi aliqua cælesti prouidentia Cæsarienses quoque Iudæos apud se habitantes trucidauerunt: ita ut vno tempore super viginti millia hominum caderentur, & cunctis Iudæis vacuata Cæsarea remaneret. Nam & eos, qui effugerāt comprehendens Florus, victos in arenam deduxit. Post Cæsariensem verò cladem tota gens efferrata est. Diuisique Iudæi, Syrorum vicos ac finitimas ciuitates protinus vastauerūt. id est, Philadelphiam, & Gebonitin, & Gerasam, & Pellam, & Scythopolim. Deinceps verò irruerunt & in Gadaram & Hippon & Gaulanitidem: & alia quidem subruentes loca, alia verò inflammantes, etiā in Cedasam Tyriorum & Ptolemaidem, Gabam quoque, Cæsareamque tendebant. Obstitit autem eorum incursui neque Sebaste, neque Ascalon: sed his quoque flamma vastatis Anthedona & Gazam euerterunt. Multa autem circa fines harum ciuitatum diripiebantur, vici scilicet & agri, eorumque qui capiebantur virorum immensa cædes fiebat, neque tamen Syri minorem numero multitudinem de Iudæorum gēre vastabant, sed etiam eos, qui in ciuitatibus erant, comprehensos disperdebant: non solum ob verus odium, sed ut discrimen imminens præuenirent. Grauis ergo conturbatio totam Syriam peruaserat, & omnis ciuitas in binos diuidebatur exercitus: vnæque alterutris salus erat, si præuenissent alteros eade faciēda: & dies quidem ducebantur in sanguine, noctes autem molestiores formido faciebat. Nam licet viderentur amoliri Iudæos, tamen etiam aliarū gentium Iudaizantes cogebantur habere suspectos: & ob hoc ipsum quod in eis videbatur ambiguum, neque temere eos placebat interfici, & rursus ob ipsam religionis commixtionem quasi penitus externos timebāt. Prouocabat autem ad eades aduersæ partis, etiam illos qui prius fuerant mansueti, avaritia. siquidem substatias cæſorum passim diripiebāt: & quasi victores eorum prædam quos trucidauerant, in domos alias transferēbant. Gloriosior autem erat qui plura collegisset, quasi scilicet plures virtute superasset. Erat autem cernere ciuitates plenas cadaueribus insepultis, & inhumatos passim iacere cum paruulis senes, fœminas autem neque pudenda cōtectas. Et omnis quidem prouincia plena erat inenarrabilium calamitatum. maiorum autem metus quā quæ peracta erant, facinorū imminēbat. Et hætenus quidem Iudæis aduersum alienigenas conflictus erat. Incurrētes autem in Scythopoleos fides, etiam Iudæos, qui illic habitabant, experti sunt hostes. Hi enim cum Scythopolitis conspirantes, & consanguinitatem vtilitati propriæ postponentes, aduersum Iudæos cum gentilibus dimicabant. Suspecta tamen eorum ipsa belli fuit auaritia. De- nique Scythopolitæ veriti ne ciuitatem noctu adirēt, & magna sua calamitate ciuibus excusarent defectionem, edixerunt eis, ut si vellent inter eos firmare consensum, & circa alienigenis ostendere fidē, transirent cū omnibus filiis suis in locum, quibus quæſi fuerant iussa sine suspitione facientibus, diebus quidē securis duobus quiouerūt Scythopolitæ.

thopolitæ. tertia verò nocte exploratores, alios incautos, alios verò dormientes inuadunt, subitoque omnes interfecerunt, qui fuerunt numero tredecim millia: postque eorum bona diripuerunt. Dignum autem etiam videtur, Simonis interitum enarrare. Hic enim Sauli cuiusdam non ignobilis viri filius erat, fortitudine quoque corporis & audacia animi insignissimus: quibus utrisque ad incommoda suæ gentis abusus est. Multos siquidem Iudeorum propinquos Scythopoli, quotidie obtruncabat, & frequenter integros cuneos fudit, ita ut totius aciei momentum solus existeret. **C**omprehendit autem eum digna ciuili cæde pœna. Nam cum Scythopolitæ circumfusi Iudæis, passim per lucum eos iaculis confingerent, educto Simon gladio, in nullum quidē hostium impetum fecit. Nihil enim se in tanta multitudo promoturum videbat. Exclamans autem miserabiliter: digna, inquit, Scythopolitæ his quæ gessi patior: quippe, qui tam multa cæde ciuium meorum, benignitati erga vos nostræ fidem feci. Digne enim nobis extera gens infida est, qui in nostrum genus tanta impietate deliquimus. morior ego quasi profanus propriis manibus: neque enim decet hostili manu cadere. Ille autem ipse finis mihi & sceleris digna pœna, & idoneum virtutis decus erit: ut nemo scilicet hostium de meo interitu gloriatur, neque insultet cadenti. Hæc dicens, miserantibus simul ac furentibus oculis circumspicit omnem familiam suam, erat autem ei vxor & filij, & prouecti in senectutem parentes. Ille igitur primum quidem patrem à cæsarie comprehendens, & super eum stans ense penetrauit: post quem non sanè inuitam matrem suam interfecit. super hos autem coniugi & filiis intulit ferrum, singulis sanè horum penè occurrentibus gladio, & hostes præuenire cupientibus. Cum verò omnem suam necessitudinem trucidasset, cæsis superstans extulit dexteram, ut neminem posset latere, & totum in viscera sua ensē demersit: dignus quidem miseratione iuuenis propter robur corporis atque animi firmitatem, cæterum quantum ad fidem, quam alienigenis præstitit, digno fine consumptus.

De Iudæorum alia graui cæde.

Cap. XX.

AD cædem autem quæ in Scythopoli facta est, reliquæ quoque vrbes in Iudæos apud se habitantes irruerant: & duò millia quingentos Ascalonitæ, Ptolemais autem duo millia interfecit. Vinxerunt quoque non paucos Tyrij: multosque trucidauerunt: plures autem eorum victos custodiis tradidere. Hippeni quoque & Gadaræses similiter audacissimos quidem amoliebantur, terribiles autem solícite adseruabant. Reliquæ quoque vrbes aduersum Iudæos singulæ, prout habebant, vel timore vel odio mouebantur. Soli autem Antiocheni, & Sidonij, & Apameni, suis cohabitatoribus pepercerunt, & neque interfecere quempiam Iudeorum, neque vinculis tradiderunt. forte autem & propter multitudinem suam despexerunt eorum si qui motus fuissent. mihi autem videtur magis erga eos miseratione moti, quos utique nihil moliri videbāt. Geraseni autem neque in eos, qui apud se remanere delegerunt, quicquam gesserunt mali: & egredi volentes vsque ad fines suos deduxerunt. Excitata est autem etiā in regno Agrippæ aduersum Iudæos pernicies. Ipse quidē perrexerat ad Cestium Gallum Antiochiā, relictā administratione cuidam ex amicis, nomine Vato, Sohemo regi genere propinquo. Venerunt autem de Batanæa regione septuaginta numero viri & nobilitate & prudentia ciuium suorum præstantissimi, poscendi præsidij gratia: ut si qui scilicet apud eos quoque motus fierent, haberent idoneam custodiam, per quam possent insurgentes quosque comprimere. Hos Varus, quosdam armatos de regiis præmittens, interfecit in itinere omnes. Ausus autē est tale facinus præter consilium Agrippæ, & propter nimiam avaritiā impie in gentiles suos agere non recusans, regnum omne corripit, perseverans post tale scilicet principium in totum genus exercere iniquitatē: donec discussis Agrippa rebus animaduertente quidē in eum veritus est propter propinquitatē Sohemi, procurādā tamen eam regione summouit. Seditiosi autē capto præsidio, quod appellatur Cyprus imminēs finibus Hierichuntis, custodes quidem interfecerunt, munimenta autem destruxerunt. Per eodem dies etiam in Machærunte multitudo Iudæorum persuadebat in præsidio relictis Romanis, deferere castellum, eisque tradere. Illi autem quod rogabantur cogi

Y 3 metuent

metuentes, pacti sunt cum eis discessionem suam: & accipientes fidem, tradunt præsidium, quod diligentibus coeperunt Machabæuntij custodiis obtinere.

Iudæi Alexandria occisi.

Cap. XX I.



IN Alexandria autem semper quidem erat incolis aduersum Iudæos seditio, iam ab illo tempore, ex quo strenuis Alexāder contra Ægyptios vsus Iudæis, præmium societatis tradidit eis, & habitadi apud Alexandriam facultatem, & ius ciuitatis æquale cum gentibus: permanebat autem eis honor iste apud successores quoque Alexandri: denique & in parte vrbis locum eis proprium deputauerunt, quatenus haberent conuersationem per omnia mundiorē à communione scilicet gentium sequestratam: præstiteruntq; eis, vt etiam Macedones appellarentur. deinceps verò: cum in ditionem Romanorum Ægyptus venisset, neq; Cæsar primus, neq; post eum quispiam, honores quos Alexander Iudæis decreuerat minuit. conflictus autem eorum aduersus Græcos penè cōtinuus erat: & iudiciis in multos quotidie ab vtraq; parte animaduertentibus, seditio accendebatur. Tunc verò cum & apud alios turbata res esset, illic magis exarsit tumultus. Nam cum Alexādrini in concionem venissent, vt ordinarent pro certis negotiis legationē ad Neronem ferendam, occurrerunt in amphitheatrum pexmixti Græcis plurimi Iudæorum. Quos quum vidissent æmuli, ex tempore clamare coeperunt, Iudæos hostes & exploratores esse: ac deinceps insipientes intulerunt eisdem manus: & reliqui quidem fugientes dissipati sunt, tres verò ex his comprehensos, trahēbant quasi viuos incensuri. Commoti sunt autem vniuersi Iudæi ad opem ferendam: & primum quidem in Græcos saxa iaciebant, postea verò etiam facibus raptis in amphitheatrum impetum fecerunt, comminantes quod in ipso loco tantum simul populum cōcremarent: & penè minas implessent rebus, nisi iras eorum compressisset Tiberius Alexander, magistratus ciuitatis. Nec tamen ipse coercendi principium ab armis sumpsit, sed nobiles eorum quosq; submittens, hortabatur, vt desinerent, neque aduersum se milites Romanos commouerent. Seditiosi autem benignam deprecationem ridentes, Tiberium contumeliis appetebant. Qui postquam vidit absque magna calamitate tumultuosos non posse compesci, immisit in eos duas Romanorum legiones, quæ in ciuitate erant: & cum his alios quinq; millia milites, casu ad Iudæorum interitū de Libya venientes: præcepitq; vt non solum interficerent, sed etiam bona eorum diriperent, domosque inflammarent. Qui protinus concurrētes in locum, qui vocatur Delta (illic quippe erat Iudæorum multitudo collecta) exequabantur strenue iussa, nec sanè sine cruenta victoria. Conglobati enim Iudæi his quos melius armatos habebant, in fronte positos, aliquandiu quidē restiterunt: semel verò in fugam versi mactabantur: nec vnus erat exitij modus, cum alij sub diuo atque in campo deprehenderentur, in ædes autem alij concluderentur, & eas quoq; succenderent Romani, vnā etiam diripiēdo quæ in his reperissent: cum neq; illos, aut infantum misericordia, aut reuerentia senectutis moueret, sed in omnes ætates pari cæde sæuirent. Vnde totus quidem ille locus sanguine redundabat: quinquaginta verò congesta sunt millia mortuorum: nec tamen saltem reliquæ remanissēnt, nisi ad preces se contulissent, eorūque misertus Alexander Romanos iussisset abscedere. Sed illi quidem quibus erat consuetum obedire præceptis, primo eius nutu necibus pepercunt: populares autem Alexandrini propter odij magnitudinem difficulter ab incepto reuocabantur, vixque à cadaueribus distrahebantur. Apud Alexandriam quidem talis casus euenit.

De clade Iudeorum autore Cestio.

Cap. XX II.



CESTIO verò iam quiescendum esse non videbatur, infensis vbique Iudæis, sed duodecimam legionem integram ex Antiochia secum ducens, & ex reliquis bina millia lecta peditum, & quatuor alas equitū: insuperq; regum auxilia, hoc est Antiochi duo millia equitum, & peditum tria millia, sagittarios omnes, Agrippæ verò tantundem peditum & equitum mille, & cū Sohemus sequeretur, quatuor millibus comitatus, quorum tertia pars equitū erat, pluresque sagittarij, Ptolemaida progressus est. Plurimi autē ex ciuitatibus auxilio conuenere, peritia quidem militibus inferiores, quod autem scientiæ decrat, in Iudæos odio, itēque

itemque alacritate suppletes. Aderat autem ipse quoque Agrippa Cestio, & eorum
 quæ cōducerent simul & itineris princeps. Ibi cum abducta exercitus parte Cestius
 in validissimam Galilææ ciuitatem contendit Zabulon, quæ appellatur virosum, &
 ab Iudæorū finibus Ptolemaida discernit. Cūq; offendisset eam ciuibz destitutam
 (in mōtes enim multitudo refugerat) omnigenū autē rerum plenā, illas quidē mili-
 tibz diripiendas cōcessit: ipsum vero oppidū, quamuis admiratus esset eius pulchri-
 tudinē, quippe domus habebat similiter vt apud Tyrū & Sidonā & Berytū ædifica-
 tas, incendit. Deinde cursu territorio peragrato, quicquid inuenisset obuiā depopu-
 latus est: inflammatisque etiam circū eam positis vicis, in Ptolemaida reuertit. Syriæ
 10 autē adhuc prædæ inhærentibus, & præcipue Berytiis, recepta Iudæi fiducia, (Cestium
 enim recessisse cognouerāt) repente in eos qui remanserāt irruunt, & propē ad duo
 millia cædūt. Cestius autē ex Ptolemaide profectus, ipse quidem Cæsareā peruenit
 in Ioppen vero partem præmisit exercitus cum præceptis huiusmodi, vt oppidū cu-
 stodirent, si eo potiri possent: aut si oppidani imperū præsensissent, tam suum quā
 cæterorum militū præstolarentur aduentum. Illorū igitur alij mari, alij terra profecti,
 vtrinq; Ioppen facillime capiunt: ita vt ne fugæ quidē habitatores copiā reperirent,
 nedum ad pugnam se pararēt. Aggressi autem cunctos interficiunt cum familiis, di-
 reptamque ciuitatem incendunt. Interfectorū autem numerus octo millia quadrin-
 genti fuerunt. Simili modo & in finitimam Samariæ Nabartenen toparchiam non
 20 paucos misit equites, qui & partem finium vendicauerūt, magnāque indigenarum
 multitudinem peremerunt: direptisque patrimoniis, etiam vicos igni dederunt.

De pugna Cestij contra Hierosolymam.

Cap. XXIII.

IN Galilæam quoque misit Cælennū Gallum, ductorem duodecimæ le-
 gionis: eique tantam militum manū attribuit, quantam genti expugnan-
 tæ sufficere posse credebat. eum validissima Galilææ ciuitas Sepphoris
 cum fauore suscepit. Huiusque prudens consilium securæ ciuitates aliæ,
 quiescebant. Qui vero seditionibus & latrocin. is operā dabant, in Galilææ montem
 vndique mediū recessere, qui est contra Sepphorim, & vocatur Asamon. Aduersus
 eos Gallus ductabat exercitum. Illi autem quā diu superiores erant, facile Roma-
 30 nos ad se ascendentes arcebant, & ex his plures quā ducentos interfecerunt. Vbi
 verò eos viderunt circumactō itinere ad celiōra progressos, mature victoriam con-
 cesserunt: & neq; pugnam minus armati ferebant, neque, si terga dedissent, equitum
 poterāt manus effugere: adeō vt pauci locis asperis delitescerēt, amplius vero quā
 duo millia trucidarētur. Gallus igitur cū nihil iam tentari nouitatis apud Galilæam
 videret, Cæsaream cum exercitu remeabat. Cestius vero cum omni manu reuersus
 in Antipatridem perrexit. Cognitōq; non paruam multitudinem Iudæorū in turrim
 quæ Aphæci vocabatur esse collectā qui cum his congregerētur præmisit. Sed prius
 quā in manus venirēt, Iudæi metu dispersi sunt: eorumque castra iam desolata mi-
 lites adorti, cū vicis circumpositis incenderunt. Ex Antipatride autem Cestius in-
 40 Lyddam profectus, vacuam viris ciuitatem offendit. nam propter scenopegiorū dies
 festos, in Hierosolymā populus omnis ascenderat. quinquaginta vero quos ibi com-
 prehendit occisis, exustōque oppido vltius procedebat: pētque Bethoron profe-
 ctus, in quodam loco, cui nomen est Gabao, castra posuit, distante ad Hierosolymis
 stadiis L. Iudæi vero cū iam ciuitati propinquare bellum viderent, omisis dierum
 festorum solennibus, ad arma properabant: latisque freti multitudine, incompōsi-
 ti ad pugnā & cum clamore profiliebant, ne dierum quidem septem habita ratione fe-
 riatorum. erat enim sabbatū, quod apud eos religione maxima curabatur. idem au-
 tem furor qui eos ab obsequio pietatis emouerat, in prælio quoque superiores effo-
 cit. Tanto nanque impetu Romanos aggressi sunt, vt eorū & aciem perumperent,
 50 viāque aperta cædibus in medios ruerent: ac nisi ei militū parti, quæ necdum locū
 amiserat, equites ex circuitu subuenissent, quique nondum defecerāt pedites, in pe-
 riculo totus Cestij exercitus fuisset. Interfecti sunt autem quingenti & quindecim
 Romani milites: ex quibus quadringenti pedites, cæteri equites erant: Iudæi vero vi-
 gintiduo, fortissimi autem videbantur Monobazi regis Adiabeni propinqui, Mono-

bazus & Cenedzeus, & post hos Peraia Niger, & Silas Babylonius, qui ad Iudæos ab Agrippa rege transfugerat, cui pridem militabat. A fronte igitur repulsi Iudæi, ad ciuitatem reuertebantur. Romanos autem ad Bethoron ascendentes Giora filius Simon inuadit, multosque postremi agminis coactores laniauit: ac multos carros cum sarcinis captos, in ciuitatem reduxit. Cestio vero in agris triduo commorante, Iudæi locis superioribus occupatis, obseruabant eius transitum: neque cessaturos eos certum erat, si Romani proficisci cœpissent.

De obsidione Hierosolymæ à Cestio, & strage. Cap. XXIII.

TIA QUÆ dum Agrippa, infinita hostium multitudine montes amplexa, ne Romanos quidem à periculo tutos esse perspiceret, verbis Iudæos ex-
periri decreuit, vel omnes sibi parituros existimans, ut bello desisteret: vel si qui aduersarentur, reuocandos qui ab eorum sententiâ discrepant. Misit igitur ex comitibus suis Boreum & Phœbum, quos illis sciebat notissimos: ut à Cestio fœdus amicitiae, certamque pro peccatis à pop. Rom. veniam pollicerentur, si proiectis armis, secum sentire voluissent. Verum seditiosi metu, ne cuncta multitudo spe securitatis ad Agrippam sese conferret, legatos obtruncare statuerunt: & Phœbum quidem, priusquam verbum faceret, peremerunt: nam Boreus vulneratus effugit: populares autem, hoc indigne ferentes factum, cædendo fustibus atque lapidibus in oppidum compulerunt. Cestius vero, quia intestinâ eorum discordiam, opportunum ad irruendum tempus inuenit, totum in eos duxit exercitum: inque fugam versos, usque ad Hierosolymam persecutus est. Castris autem in loco positis, qui appellatur Scopus, interuallo septem stadiorum à ciuitate discedens, nihil per triduum aduersus oppidum conabatur: sperans fortasse intus degentes aliquid remissuros. In vicos autem circa ciuitatem, non paruam militum manum ad rapienda frumeta dimisit. Quarto autem die, qui tricesimus mensis erat Octobris, ordinatum in oppidum introduxit exercitum. Populus quidem à seditiosis custodiebatur: ipsi autem Romanorum disciplina territi, exterioribus cessere partibus ciuitatis, & in partem interiorē templi refugerunt. Cestius vero transgressus Bezethan, quæ sic vocatur, & Canopolim & forum quod appellatur materiarum incendit. deinde cum ad superiorem ciuitatem venisset, prope aulam regiam castra posuit. Et si tunc voluisset intra muros violenter irrumperere, ciuitatem ilico possedisset, belloque finem dedisset. sed Tyrannus & Priscus præfectus castrorum & plures equitum magistri, à Floro pecunia corrupti, conatum eius auerterunt: & Iudæos intolerandis repleti cladibus contigit. Interea plurimi popularium nobilissimi, & Ananus Ionathæ filius, Cestium quasi portas ei patefacturi, vocabant. Ille autem & ira fastidiens, & quod non satis ei credendum putaret, tam diu id neglexit, donec proditione comperta, seditiosi Ananum quidem cum cæteris, de muro deiectis lapidibus feriendo, in domos suas refugere cœgerunt: ipsi vero per turres dispositi, murum tentantibus repugnabant. Per dies igitur quinque Romanis undique tentantibus frustrabatur conatus. sexto autem Cestius cum plurimis selectis, itemque sagittariis, à Septentrionali tractu templum aggreditur, Iudæis ex porticu resistentibus, qui frequenter quidem Romanos ad murum adeuntes auertere, postremo abtem repulsi telorum multitudine, recesserunt. Itaque Romanorum qui anteibant, scutis suis muro nixi, & qui eos sequebantur, aliis ac per ordinem aliis similiter superadiunctis, quam sic ipsi appellant, testudinem contexuerunt. unde sagittæ in eam delatæ, irritæ delabebantur: & sine aliqua noxa milites mœnia suffodiebant: templique portas incendere moliebantur. Vehemens autem seditiosos stupor inuaserat, iamque multi ex ciuitate diffugiebant, veluti continuo caperetur. His autem populus alacrior efficiebatur: & quantum nequissimi cadebant, tantum ut ipsi portas aperirent, Cestiumque quam optime de se meritum, reciperent, appropinquabant. Et profecto si paululum in obsidione perseuerasset, statim ciuitatem obtinuisset. sed credo iam tunc infestus Deus pessimis, eiusque sancta illo die finem bello dare prohibuerunt. Denique Cestius, neque animis populi, neque obsessorum desperatione perspecta, repente militem reuocat, & sine vlla spei repulsa, inconsulte nimis ac iniuste discessit. inopinata vero eius fuga, latronum fiduciam recreauit: insecutique nouissimos

uissimos aliquot equitum, peditumque peremere. Et tunc quidem Cestius in castra, quæ apud Scopon munierat, tetendit: altero autem die ulterius recedendo, magis hostes prouocauit: iamque postremos affecuti multos necabant, tum utraque itineris parte vallata, in transuersos tela iactabant. & neque in eos se retorquere, à quibus à tergo sauciabantur, nouissimi audebant, quandam infinitam multitudinem insequi existimantes: neque à lateribus instantium vim repellere sufficiebant: cum ipsi quidem graues essent, ordinemque interrumpere formidarét: viderét autem Iudæos leues, & ad excurrendum faciles esse. vnde eueniebat, vt multa mala perpeterentur, cum nihil contrà inimicis nocerét. Tota igitur via perculsi, deiectique agmine sternebátur: donec multis occisis, in quibus erat Priscus sextæ legionis dux, & Longinus tribunus, & Æmilius Lucundus alæ præfectus, vix in Gabao peruenirent, vbi castra prius posuerant, multis impedimentis amissis. Hic autem Cestius biduum commoratus, inops cõsiliij quid ageret, cum tertio die maiorem hostium vidisset numerum, & omnia circum loca plena Iudæis tarditatem sibi obfuisse cognouit: & si adhuc ibi maneret, plures se hostes habiturum. Itaque pro compendio fugæ, cuncta quæ militibus impedimento erant, amputari præcepit: occisisque mulis atque asinis, aliisque iumentis, præter illa quæ sagittas & machinas ferret (hæc enim velut vsui futura seruabat, maxime quia timebat ne Iudæis contra se capta prodesse) Bethoron versus antecedeat exercitum. At Iudæi latioribus quidem locis minus instabant: cõtractos vero in angustias atque descensus, alij ab exitu prohibebant, alij postremos agminis trudebāt in vallem: fusaque omnis multitudo per itineris iuga militem sagittis operiebat. vbi etiam peditibus quo pacto sibi met subuenirent, hæsitatibus, equitum periculum promptius erat. nec enim ordinate viam prosequi poterant, obstantibus iaculis: & ne contrà hostes irent ascensus ardui prohibebant equitantibus inuij. iaculatoribus autem rupes ac valles tenebantur: in quas deiecti qui aberrasset consumebantur: nullusque locus aut fugiendi, aut resistendi rationem habebat. Itaque incerti quid agerent, ad vlulatus, quod desperati solent, fletusque cõuersi sunt: quibus resonabat Iudæorum exhortatio, cum clamore lætatum pariter atque sæuentium. totusque penè qui cum Cestio fuerat, perisset exercitus, nisi nox aduenisset qua Romani quidem in Bethoron confugerunt, Iudæi verò obsessis circum omnibus locis, eorum transitus custodiebāt. Denique vbi Cestius aperto itinere desperato, iam de fuga cogitabat, lectos propè ad c c c. omnium fortissimos milites, tectorū fastigiis imposuit. hisque præcepit, vigilum qui in castris excubarent, signa clamare: vt eo modo Iudæi omnem illic militum numerum arbitrentur remanere. Ipse autem cum cæteris otiose vsque ad x x x. stadia progreditur. Vnde mane cum Iudæi locum quo Romani tetenderant desolatum vidissent, in quadringentos à quibus decepti fuerant concurrerunt. & illos quidem sine mora iaculis confecerunt: mox autem Cestium persequi properabant. sed ille cum nocte non paruum spatium itineris peregisset, die vehementius quoque fugiebat: adeo vt metu perculsi milites, machinas, siue tormenta muralia, itémque balistas, multaque alia instrumenta relinquerent: quibus tunc ablatis Iudæi rursus contra illos qui ea reliquerant vsi sunt. Insequendo autem Romanos, Antipatridem vsque venerunt. Deinde cum eos assequi non potuissent, inde redeuntes & machinas secum asportarunt, mortuosque spoliarunt, & prædam quæ remanserat collegerunt: & præa canentes in metropolim remearunt, suis quidem paucis amissis, Romanorum autem & auxilium quinque milibus peditum ac c c c. itémque nongentis & octoginta equitibus interemptis. Hæc quidem Nouembris mensis vii. die gesta sunt, anno xii. Neronis principatus.

De Damascenorum seuitia in Iudeos, deque Iosephi studijs in Galilea. Cap. x. xvi.

ROSTI vero casus aduersos nobilium Iudæorum multi, tanquam è nauis pëssum itura, ex ciuitate enatabant. Denique Costobarus & Saulus fratres, vnà cum Philippo Iachimi filio, qui princeps erat exercitus regis Agrippæ, inde dilapsi ad Cestium transfugerunt. Qui verò cum his in aula regia fuerat obsessus Antipas, fuga despecta, quemadmodum à seditiosis interemptus sit aliàs indicabimus. Cestius autem Saulum & ceteros in Achaiam ad Neronem misit,

& propriam necessitatem indicaturos, & belli causas deriuaturos in Florum. sperauit enim, & iram in illum excitatum iri, & sua pericula summouenda. Tunc autem Damasceni, eade Romanorū cognita, Iudæos apud se degentes opprimere studuerunt & cum eos in publicis thermis collectos haberēt (nanque id propter suspiciones meditabantur) facilem quidem sui conatus exitum fore putabant. verebantur autē mulieres suas, ferē omnes præter paucas Iudaizantes, & eorum religione imbutas. quare hīc magna cura fuit eas celandi, quid agerent: Iudæorum autē decem millia, quippe ut in angusto loco, atque omnes inermes aggressi, vna hora sine metu iugulauerunt. Qui verō Cestium fugauerāt, in Hierosolymam reuersi, quos adhuc Romanorum studiosos inuenissent, partim vi, partim blanditiis sibi etiam sociabant: & in templū congregati, plures belli duces eligendos esse censebant. Declaratus est igitur Iosephus, Gorionis filius, & pontifex Ananus: omnia quæ in ciuitate gerenda essent, imperaturi: maximēque ut ciuitatis muros erigerent. Filium nanque Simonis Eleazarum, quamuis Romanis prædam, & ereptas Cestio pecunias, & insuper his plurimā ex thesauris publicis in potestate haberet, tamen nullis necessitatibus præposuerunt: quod & ipsum tyrannidis superbia viderent efferri, eiusque studiosos siue imitatores, satellitū more versari. verum paulatim Eleazarus ambitione pecuniæ, itēque astutia persuasit populo ut omnibus parerent. In Idumæam verō quos mitteret, alios militum duces optarunt, Iesum filium Sapphæ, vnum è pontificibus & Eleazarū noui pontificis filium, Nigro autem mandauerūt, qui tunc Idumæam regebat, ex regione trans Iordanem posita genus ducens, vnde Peraites cognominabatur, ut ducibus obtemperaret. Sed ne alias quidem regiones omittendas putabant. nanque in Hierichuntē Iosephus filius Simonis, & trans flumen Manasses, & Tannam Ioannes Essæus, toparchias administraturi missi sunt. huic autē Lydda, & Ioppe, & Ammaus erant additæ. Gophniticæ autem & Acrabatenæ regionum Ioannes, filius Ananiæ, rector designatus est: & vtriusque Galilææ Iosephus, Matthiæ filius, huius autem præfecturæ iuncta erat & Gamala, munitissima ciuitatum quæ ibi fuere. Aliorum igitur rectorum, pro alacritate ac prudentia sua, quisque res sibi creditas administrabat. Iosephus autem cum in Galilæam venisset, primum curæ habuit, indigenarum sibi conciliare beneuolentiam: multa sciens ea cōfici posse, licet in aliis peccauisset. Deinde 30 considerato, quod potentissimos quidem amicos haberet si eos participes potestatis fecisset, omnem verō multitudinem si pleraque per indigenas & consuetos fieri præciperet, lxx. de senioribus eius gentis prudentissimos elegit: eosque rectores totius Galilææ constituit. v. vero per singulas ciuitates minorum litium iudices, nam maiora negotia causasque capitales ad se referre iussit, & illos lxx. Cæterum disposito per ciuitates iure quo inter se vterentur, etiam quemadmodum extrinsecus tuti essent animaduertit: certusque in Galilæam Rom. esse venturos, opportuna loca muro cingebat, hoc est Iotapatā, & Bersabee & Selamin, necnon & Pereccho, & Iapha, & Sigoph, & montem cui nōmē est Itaburio, & Taricheas, & Tiberiada: ad hæc etiā circa Genesar lacum speluncas in ea quæ inferior Galilæa vocabatur munivit. Superioris autem Galilææ Petram quæ Achabrorum dicitur, & Seph, & Iannith, & Mero: in Gaulanide verō Seleuciam, & Soganen, & Gamalam munitione circūdedit. Solis autem Sepphoritis permisit, ut murū sibi metipsis fabricarent: quod eos pecuniosos esse, & ad bellum promptos etiam sine præcepto videret. Similiter autē Gischalam, Iosephi iussu per se muro cinxit Ioannes Leuiæ filius. Cæteris autem castellis omnibus ipse Iosephus intererat, iubendo simul atque opem ferendo. Quin & exercitum ex Galilæa, supra centū millia virorum comparauit: quos omnes vndique collectis armis veteribus instruebat. Deinde reputans, hoc maxime Rom. inuictam esse virtutem, quod dicto essent audientes rectoribus suis, & armorū exercitationi operā darent, doctriam quidē urgente necessitate despexit: parendi autē facultatem ratus 50 regentiū multitudine posse contingere, ita ut Rom. solēt diuisū exercitum, pluresque fecit ordinū principes. diuersisque militū generibus cōstitutis, alios decadarchis, alios centurionibus, alios tribunis subdidit: & insuper his ipsis rectores, maioriū rerū administratores dedit. Docebātque signorum disciplinas, & prouocationes reuocationesque buccin

buccinarum, & principia cornuum, & circumductiones, & quemadmodum oportet laborantibus succurrere fortiores, & cum defatigatis partiri pericula: quæq; ad fortitudinem animi corporisque tolerantiam pertineret, instituebat. Maxime vero eos erudiebat ad bellum, usq; quaque Rom. referes disciplinam, & quod cum viris essent praeliaturi, qui & viribus corporis, & animi obstinatione, totum penè orbem terræ superassent. His addidit, quo pacto belli tempore suis essent parituri præceptis, iam nunc periculum se facturum, si consuetis delictis, hoc est, furtis & latrociniiis & rapinis abstinuissent: sed neque aut gentilibus fraudem facerent, aut consuetissimorum damna proprium questum putarent. Illa enim bella optime administrari, quorum milites bonam conscientiam gererent: qui vero per se pravi fuissent, his non solum inimicos, sed etiam Deum hostem futurum. Multa in hunc modum admonendo perseverabat. Et iam quidem quantum prælio parandum esset, constat erat. Nam L. x. peditum millia, C. L. equites, ac præter hos etiam mercenarios, quibus maxime fretus erat, habebat quatuor millia quingentos: necnon & sexcentos circa se electos custodes corporis atq; satellites. Exceptis autem mercenariis, facile ceteri milites à ciuitatibus alebantur. namq; singulæ quas enumerauimus, cum mediam sui multitudinem mitterent in militiam, reliquos ad comparandum eis victum tenebant: ut pars armis, atq; alia pars faciendis operibus dirimeretur, & armati securitatem rependerent suggerentibus comestum.

De Iosephi periculis & euasione, & Ioannis Giscalæi malitia. Cap. XXVI.

IOSEPHO autem hoc modo administranti Galilæam, insurrexit quidam insidiator, patria Giscala ortus, Leuiæ filius, nomine Ioannes, callidissimus, ac dolis plenus, & nequitia quidem nobilissimus omnium, ante vero pauper, & aliquandiu malitiæ suæ impedimentum passus inopiâ, facile mentiri paratus, mirusque fidem adhibere mendacio: & qui fallaciâ virtutem putaret, eaque aduersus amicissimos vteretur: simulator humanitatis, & spe lucri appetentissimus cædiu: qui semper quidem immoderata concupisset, spem vero leuioribus maleficiis aluisset. Latro enim erat, sui moris, ac solitarius: deinde etiâ comitatum inuenit audaciæ, primo quidem paruum, ampliorè autem proficiens. Curæ autem habebat, neminem ignauum asciscere: sed qui & habitudine corporis, & animi magnitudine, bellorumq; peritia præstarent, hos eligebat: donec CCC. virorum cateruam congregauit, quorum plures ex Tyriorum finibus & vicis erant. Isq; omnem Galilæam depopulabatur: & multos futuri belli metu suspensos lacerabat. Hunc igitur iamdudum regendi milites cupientem, & maiora desiderantem, diu pecuniæ retardabat inopia. cumq; videret Iosephum sua industria lætari, persuadet ei primum, ut fabricandi muri patriæ solitudinem sibi committeret. in qua re questus magnos à locupletibus fecit. Deinde callidissima fraude composita, velut oleo, quod non à gentilibus suis tractatum esset, uti cauerent omnes apud Syriam Iudæi, ut ad confinia oleum mitteretur depoposcit, nummumq; Tyrio, qui quatuor Atticos faceret, emptis quatuor amphoris, eodem precio amphoræ dimidium venundabat. cumq; Galilæa ferax esset olei, maximo illo tempore magna vbertate re-
40 dundaret, in ea loca ubi erat penuria solus multumq; mittendo, infinitam summam pecuniæ congregauit: qua mox in eum usus est, qui hoc sibi beneficium præstitisset. Deniq; existimans si Iosephum deposuisset, rectorem se Galilææ futurum, quibus præerat latronibus imperauit prædam vehementius exercere, quo multis rebus nouis per eas regiones excitatis, aut insidiis alicubi rectorem perimeret, sicui ferret auxilium: aut si latrocinia negligeret, ob hoc eum apud indigenas accusaret. Iamdudum autem rumores dissipauerat, quod res Galilææ Iosephus Romanis prodere cogitaret: multaq; in hunc modum ad eius perniciem comparabat. Itaq; illo tempore, cum quidam ex vico Dabaritarum, in magno campo custodias agentes, Ptolemæum Agrippæ & Berenices procuratorem aggressi omnes quas ferebat sarcinas abstulissent, in quibus erant non pau-
50 cæ vestes preciosæ, plurimæq; argentea pocula, & D. C. aurei. neq; hanc prædam occultè administrare potuissent, omnia Taricheas ad Iosephum comportarunt. Ille autem reprehensa violentia, quam regiis intulissent, reponi res ablatas apud aliquem eius ciuitatis potentissimum iubet: paratus eas dominis opportunè remittere. unde maximum ei periculum comparatum est. namque raptores earum, quia prædæ nullam partem acceperant,

accepissent, agrè ferentes, & perspicientes quòd Iosephus cogitauerat laborè suum regibus condonare; per vicos nocte discurrūt, omnibúsque prædicant Iosephum proditorem esse: eodémque tumultu ciuitates proximas repleuerunt, ad eò vt c. armatorum millia contra Iosephum prima luce concurrerent. Denique multitudo quidem, in circo apud Taricheas congregata, plurimà per iracundiam conclamabat, partim deponi; partim concremati vociferans proditorè: pleròque autem incitabat Ioannes, & cum eo Iesus quidè Sapphæ filius, tunc magistratus Tiberiadis. Iosephi igitur amici & satellites, tantæ multitudinis incursum perterriti, omnes præter quatuor diffugerunt. Ipse vero dormiens, propè cum iam ignis ad moueretur exurgit: & monèibus cum quatuor qui remanserant vt fugeret, neque solitudine sua, neque illorum qui còtra se venerant copiis perturbatus, in conspectu illorum prosilit, veste discissa, insusòque capiti puluere; auersisque post tergum manibus, suòque ceruici gladio annexo. Hæc autem amicos ei, maxime Taricheas ad misericordiam commouerant. rustica vero plebs, & finitimorū, quibus molestior videbatur, non sine maledictis eum iubebant publicas proferre pecunias; & facta proditoris fateri. nam ex habitu eius opinabantur, nihil eorum de quibus nata fuerat suspicio, penitus negaturū: & impetrandæ veniæ causa fecisse omnia quæ misericordiam prouocarèt. At illius ista humilitas consilium præstruebat: & contra se indignantes arte circumueniens, vt super his, vnde irascerentur, inter se ipsi discordarent, omnia confessurum se pollicetur. Deinde sibi loquendi facultate concessa, ego, inquit, has pecunias neque Agrippæ remittere cogitabam, neque in propria lucra còuertere. absit enim, vt amicū putem vnquam, qui vobis sit inimicus: aut quæstū ex re capiam, quæ vos communiter læderet. Sed quia videbam Taricheas, maxime ciuitatem vestrā munitionis egere, & ad extruenda mœnia minus habere pecuniæ, timebamque Tiberiensem populum, & alias ciuitates raptis pecuniis inhiantes, pedetentim eas retinere decreui, vt vos muto circumdarè. Si hoc nō videtur, profero quæ ablata sunt, & diripienda propono. Sin recte còsului, bene de vobis meritum coercetis. Hæc Taricheas quidem ab eo dicta, cum fauore receperunt: Tiberienses vero cum aliis deprauando, insuper etiā minitabantur: vtrique autè relicto Iosepho, inter se litigabant. Ille autem fretus iam secū sentientibus (erant enim propè ad xl. millia Taricheas) cum multitudine liberius loquebatur: multumque in eorum temeritatē inuectus, ex præsentī quidem pecuniā Taricheas ait esse muniendam. curæ autem sibi fore similiter, vt etiā cæteræ tutæ sint ciuitates, nec enim pecunias de fore, si concordari velint in eos, vnde parandæ sunt, & non in eum moueantur qui parat. Itaque tum alia quidem multitudo quæ decepta fuerat, quamuis irata recedebat: duo verò armatorum millia impetū in eum fecerè. cumque se ille tecto antè recepisset, instabant ei minitantes. Iterū autem Iosephus in hos quoque altera fraude vititur. cumque in summum tectū euassisset, compresso dextera strépitu, nescire ait se, quid peterent sibi præstari: voces enim se non exaudire confusas. omnia verò quæ iuberent esse facturum, si aliquos intromississent; qui secum otiose colloquerentur. His auditis, ilico nobiliores cum magistratibus ad eum ingrediuntur. quos ille in intimas ædium partes inductos, clausa ianua tamdiu verberauit, quoad omnium viscera nudata sunt. circumstabat autè interim populus, existimans eos prolixis allegationibus concertare, cum subito Iosephus foribus patefactis, cruentos eos dimisit: vnde tantæ errore qui minabantur affecti sunt vt proiectis armis aufugerèt. Ob hæc Ioannis etiā atque etiā crescebat inuidia, aliàsque nihilominus Iosepho moliebatur insidias: morboque simulato per epistolam postulauit, vt sibi medicinæ gratia Tiberiensibus aquis calidis vti permitteret. Iosephus autè, quia nondū ei suspectus erat insidiator, ad præfectos ciuitatis literas fecit, vt & hospitium & vtēilia Ioanni præberent. Quibus ille potitus, biduo post cuius rei causa venerat agebat: & his fraude circumuenitis, aliis verò pecunia corruptis, vt Iosephū desererent persuasit. His autè cognitis Silas quem Iosephus custodiæ præposuerat, properè de insidiis ei scripsit: atque ille accepta epistola, noctūque in ipere maturato, matutinus ad Tiberiadē peruenit. Et cætera quidem multitudo obuiam ei processit. Ioannes autem, quamuis eum contra se venturum esse suspicaretur, tamè missio quodā ex notis, infirmitate simulata, quòd lectulo detineretur,

detineretur, obsequio sese defuisse mandauit. Tiberiensibus autem à Iosepho in stadium congregatis, ut ad eos quæ sibi scripta fuerant loqueretur, missis armatis Ioannes iussit eum interfici. Quos cum iam nudare gladios perspexisset, populus exclamauit: atque ita conuersus ad eius vocem Iosephus, ubi ferrum propè iugulo suo imminere prospexit, in littus defiliit è tumulo, excelsò cubitis sex, in quo verba faciens cum populo steterat: ascensaque inde nauicula cum duobus satellitibus suis, quæ illuc applicuerat, in medium lacum refugit. milites verò eius, ilico raptis armis, contra insidiatores irruebant. Mox autem veritus Iosephus ne bello intestino concitato, propter paucorum inuidiam ciuitas consumeretur, nunciū suis misit, qui eos moneret, ut propriæ tantum salutis consulerent: neque verò quenquam vel occiderent, vel arguerent noxiorum. Et illi quidem dicto parentes, conqueuerunt. qui verò circum ciuitatem per agros habitabant, auditis insidiis, & quis earum fabricator esset, contra Ioannem veniebat. sed ille prius in Giscala patriam suam fuga receptus est. At Galilæi totis iam ciuitatibus ad Iosephum confluebant, & cum multa essent armatorum millia congregata, qui se aduersus Ioannem communem insidiatorem adesse clamabant: vnâque cum eo ciuitatem quæ illum suscepisset, ignibus tradituros: ad ea Iosephus, probare se quidem eorum beneuolentiam, impetum autem cohibendum esse dicebat: prudentia magis inimicos vincere cupiēs, quàm perimere. His verò, qui de singulis ciuitatibus cum Ioanne rebellassent, nominatim exceptis, quippe alacri animo suos quisque populus indicabat, præconum voce denūciabat, intra quinque dies eorum qui Ioannem non reliquissent, patrimonia diripienda, domosque eorum cum familiis exurēdas. Et tria quidem millia statim ab eo reuocauit, qui profugi ante pedes eius arma proiecerunt. cum reliquis autem Ioānes propè mille Syris fugitiuis, transtulit se iterum in occultas insidias ex apertis: ac per nuncios in Hierosolymam clam missos, Iosephum accusabat, quòd magnum exercitum collegisset: iamque nisi præueniatur vi, tyrannus metropoleos venturus esset. Verum ea populus quidem præsciens negligebat: liuore autem potentes, nonnullique magistratuum clam pecunias ad comparandos mercenarios milites misere Ioanni ut per eos bellum cum Iosepho gereret. decretumque inter se conceperunt, quo idem Iosephus militum administratione decederet: non tamen id satis esse credebant, idēque duo millia & D. armatos, & IIII. miserunt nobiles viros, iurisperiti filium Ioazarum, & Ananiam Sadduczum, & Simonem & Iudam Ionathæ filios, omnes eloquētia validissimos: ut eorum scilicet monitu auerteretur ab Iosepho beneuolentia multitudinis: & siquidem ipse sponte sua veniret, paterentur eum rationem reddere: sin remanere contenderet, pro hoste haberent. Amici autem Iosepho militem quidem ad eum venturum esse perscripserunt, causam verò non indicauerunt, quoniam secretum fuit inimicorum eius consilium: vnde factum est, ut quia præcauere non potuit, quatuor statim ciuitates ad inimicos transirent: hoc est, Sepphoris, & Gamala, & Giscala, & Tiberias: quas tamen continuo sine armis recepit. captos autem quatuor duces consiliis armatorumque fortissimos, remisit Hierosolymam: contra quos populus haud mediocri indignatione commotus, & ipsos, & à quibus præmissi fuerant, interfecisset, nisi ante fugissent.

Tiberias à Iosepho recuperatur & Sepphoris.

Cap. XXVII.



IOANNEM verò iam intra muros Giscalæ, Iosephi timor custodiebat. Et paucis diebus post iterum rebellauit Tiberias, habitatoribus Agrippam regem vocantibus. Et cum ille constituto die ad eos non venisset, paucique Rom. equites ibi tum comparuissent, à Iosepho defecerunt. Hisque apud Taricheas cognitis Iosephus, qui milites frumentatum miserat, neq; solus egredi contra desertores, neque se continere patiebatur, metuens ne dum ipse tardaret, regij ciuitatem occuparent. nec enim postero diē obstante sabbato quicquam facere poterat. itaq; dolo eos, qui se deseruerant circumuenire cogitabat. Et portas quidem Tarichearū claudi iussit, ne quis consilium suum illis proderet, cōtra quos suscipiebatur. omnibus autem scaphis quas in lacu comperit congregatis (ducentæ autem & xxx. fuerunt, quaternique nautæ

Z

non

non amplius singulis inerant) mature ad Tiberiadem nauigat. cūque tanto ab eo distaret spacio, vnde facile videri non posset, inanibus scaphis in salo relictis, septem ipse solos inermes satellites secum habens, proprius vt conspiceretur accessit. Quem cū inimici adhuc maledicentes ei ex muro conspexissent, metu perterriti, & scaphas armatorum esse plenas existimantes, arma proiciunt: manūque supplices agitantes, vt ciuitati parceret precabantur. Iosephus autem, postquam multis eos minis & exprobrationibus castigauit: primū quod bello contra popu. Rom. suscepto, intestinis dissensionibus vires suas antē consumerent, inimicorūque vota complerent: deinde, quod securitatis suæ curatorem de medio tollere properarent, ciuitatēq; non erubescerent sibi claudere, qui eam muro cinxisset: non repudiaturum se ait, si qui sibi satisfacerent, quibus interuenientibus amicitiam cum ciuitate firmaret. Itaq; statim ad eum decem Tiberiensū potentissimi descenderunt. his autem in vnam receptis nauiculam piscatoriam, & procul abductis, alios l. senatores venire iussit, maxime nobiles, velut illi quoque fidem sibi prębere deberent. Deinde nouas causationes excogitans, alios insuper atque alios obtentu fœderis euocabat: vtq; mature Taricheas recurrerant, gubernatoribus nauium repletarum imperabat: quosque auxissent in carcerem collocarent: donec omnem curiam, quæ d. c. haberet viros, duosq; millia popularium comprehensa in Taricheas scaphis abduxit. Reliquis autem vociferantibus Clitum quendam esse precipuum defectionis autorem, iramque ipsius pœna illius precātibus satiari, nullum quidem Iosephus volebat occidere: suorum verō satellitum quendam Leuiam egredi iussit, qui Cliti manus absunderet. Cū verō is prę timore solum se globo inimicorum commissurum negaret, eaque causā indignari Iosephum stantem in scapha videret, ipsūq; velle descēdere, ac de se supplicium sumere, vt saltem vnam manum sibi concederet, orabat. neque hoc abnuente Iosepho, dummodo alteram sibi met Clitus ipse pręcideret, educto ille dextera gladio, leuam sibi truncavit. tantus eum timor Iosephi inuaserat. Ita tunc Iosephus vacuis scaphis, & satellitibus v. r. populo capto, rursus Tiberiadem sibi sociauit. Paucis autem diebus post, Gischalam quæ cum Sepphoritis defecerat, militibus deprædari permisit: omnēque prædam conquistam popularibus reddidit. Similiter etiam Sepphoritis & Tiberiensibus. Nam & hos captos rapinarum damno corrigere voluit: & redhibitione rerum rursus eos ad beneuolentiam reuocare.

Quomodo Hierosolymitæ bello se preparauerint: deque Simonis Gioræ tyrannide.

Caput

XXVII.



HACTENVS apud Galilæam motus erat, iamq; ab intestinis dissensionibus quiescentes, aduersus Rom. instruebantur. Hierosolymis autem Ananus pontifex & potentiores, qui non cum Romanorum parte sentirent, muros instaurare properabant: multaque bellica instrumēta, perq; omne oppidum sagittæ, aliæque arma fabricantur: & exercitationibus iussis manus iuuenum operam dabat. Erantque vniuersa plena tumultus, magnaque tristitia moderatos occupauerat: multique futuras clades prospicientes, fletum cohibere non poterant: infestaque pacem cupientibus, omnia videbantur. Belli autē incentoribus, quæ illis placerent, ex tempore fingebantur: statūque iam tunc quasi perituræ ciuitatis erat, antequam Rom. venirent. Anano autem apparatus belli omittere cura fuit: & seditiosorum, quos Zelotas vocabant, amentiam ad vtiliora conuertere: qui tamen victus est, & quis illius finis fuerit, in posterioribus explanabimus. At in Acrabatenā toparchiam Gioræ filius Simon, multis nouarum rerum cupidus congregatis, ad rapiñas conuersus, non solum in domos locupletum irrumpebat, verum etiam corpora verberibus conficiebat: iamque tunc palam tyrannidem inceperat. Ab Anano autem missis aduersus eum militibus magistratum, ad latrones qui erant Masadæ, cum his quos habebat, effugit: ibique manens, donec Ananus & alij eius inimici perempti sunt, Idumæam cum cæteris populabatur: adeo, vt magistratus eius gentis, propter cædium multitudinem & prædarum assiduitatem, collecto milite, vicos præfidiis tuerentur. Et Iudæorum quidem res ita habebant.

FLA

FLAVII IOSEPHI

DĒ BELLO IYDAICO

LIBER III.

De Vespasiani ducis aduentu, & clade duplici Iudæorum.

Cap. I.

10



20

30

40

50

ERONEM autem, ubi res apud Iudæam non prosperè gestas accepit, latens quidem, quod necesse fuit, cum timore stupor inuadit: aperte autem superbiam simulans ultro etiam indignabatur: magisque ducis negligentia, quàm virtute hostium quæ cōtigerant facta esse dicebat: decere se putans, propter pondus imperij tristiora contemnere, viderique malis omnibus superiorem animum gerere: veruntamen curis arguebatur mētis eius perturbatio, cū deliberaret cuinam cōmotum crederet Orientem, qui vnà & Iudæos rebellantes vlcisceretur, proximisque his nationes simili morbo correptas antecaperet. Inuenit igitur solū Vespasianum his necessitatibus parem, & qui tanti belli magnitudinem suscipere posset, virum ab adolescentia vsque ad senectutē bellis exercitatum, & qui po. Rom. iam pridem pacasset Occidentē, Germanorum tumultu cōcussus: armisque ante illud tēpus incognitam Britanniam vendicasset. vnde patri quoque ipsius Claudio præstiterat, vt sine proprio sudore triumpharet. Itaque his omnibus fretus, ætatēque illius cum peritiā stabilem cernens, obsidesque fidei liberos, eorumque florem manus esse paternę prudentiæ, iam tum fortasse de tota rep. Deo aliquid ordinante, mittit eum ad regendos exercitus in Syria constitutos, multis pro tempore blandimentis atque obsequiis animatum, qualia necessitas imperare consuevit. Ille autem protinus ex Achaia, ubi cum Nerone fuerat, Titum quidem filium suum mittit Alexādriam, vt inde quintā itēque decimam legiones moueret. ipse verò trāsmisus ad Hellespontum, terreno itinere in Syriam peruenit, ibique Romanas vires, multaque à vicinis regibus auxilia congregauit. At Iudæi post malam Cestij pugnā insperata felicitate sublati, animorum imperus cohibere non poterant: sed tanquam fortuna eos exagitante perciti, bellum vltius producebant. Denique omni, quanta fuit, manu pugnaciss. congregata, Ascalonem petierunt. ea est ciuitas antiqua, D C C. & X X. stadiorum spatio ab Hierosolyma distans & Iudæis semper inuisa: quę res fecit, vt etiā tunc primis eorum incurſibus propior videretur. tres autē viros aggressionis duces habebant, & corporibus, & prudētia præstantissimos, Nigrū Peraitam, & Sylam Babylonium, & Iohannem Essenum. Ascalon verò validissimo quidem muro cincta erat, sed vacua penē præfidiis. vna enim cohors eam peditum, & vna equitum ala tuebatur, cui præfectus erat Antonius. Illi igitur ira multa velocius itinere peracto, ac si ex propinquo venirēt, præsto erant. Antonius verò (nec enim eorum fore impetum nesciebat) equites iam ex ciuitate duxerat, & neque multitudinem veritus yel audaciam, primas hostiū coitiones fortiter sustinuit, murumque properantes aggredi refrenauit. Itaque Iudæi, qui cum peritioribus imperiti, & pedites cum equitibus, cum stipatis autem inordinati, leuiterque armati cū instructis, plūsque indignationi quàm consilio tribuentes, cum morigeris & nutu rectoris omnia facientibus dimicabant, facile profligantur. nam vt semel eorum primæ ab equitibus turbatę sunt acies, fugam petunt: & murum versus se à tergo vrgentibus incidentes, sui metipsi hostes erāt, donec omnes incurſibus equitum victi, per totum campum dispersi sunt, qui fuit plurimus, totusque habilis equitatibus: quod quidem Romanos iuuuit, vt magnacæde Iudæos prosternerent. nam & fugientes præuertendo, cursum in eos fledebant: & quos occupassent, curriculo transfigendo infinitos peremerę. Alij verò alios quocunque se vertissent circundatos, exagitantes facile iaculis opprimebant. Et Iudæis quidem propria multitudo, per desperationem salutis, solitudo videbatur: Rom. verò

Z 2

licet

licet ad pugnam pauci essent, rebus tamen secundis animati, etiam superfluere se putabant. Et illi quidem res aduersas superare certantes, dum pudet cito fugere, mutari fortunam sperant: Romani autem, in his quæ prospere agerent minime delassati, ad maiorem usque diei partem pugnam protrahunt: donec Iudæorum quidem perempta sunt x. millia duoque duces Ioannes & Silas: cæteri verò plerique saucij, cum Nigro, qui vnus restabat ex ducibus, in oppidum Idumææ, quod Salis dicitur, cõfugere. nonnulli tamen etiam Rom. in illo prælio vulnerati sunt. sed non Iudæorum spiritus clade tanta sedatus est, multoque magis eorum dolor incitauit audaciam, & contemnentes quantum ante pedes mortuorum iaceret, pristinis rebus feliciter gestis ad cladẽ alteram illiciebantur. denique paruo tempore intermisso, quod ne curandis quidem vulneribus satis esset, cunctisque aggregatis viribus, maiore cum indignatione multoque plures Ascalonem recurrebant, eadem se præter imperitiam aliâque belli vitia, comitante fortuna. Etenim cum Antonius quæ transituri fuerant, posuisset insidias, ex improviso in eas delapsi & ab equitibus circumdati, priusquam se ad pugnam compo-
rent, iterum super vii. millia procubuerunt: cæteri verò omnes aufugerunt: cumque his Niger multis dum fugeret magni animi facinoribus demonstratis, & quoniam hostes instarent, in turrim quandam tutissimam compelluntur cuiusdam vici, cui nomen est Bezedel. Antonius verò cum suis ne vel moras circum turrim, quæ inexpugnabilis esset, diu tererent, vel ducem hostium fortissimum viuum relinquerent, ignem muro supponunt. turrique inflammata, Rom. quidem exultantes recedunt, quali etiam Nigro consumpto: ille autem in castelli specus intimum ex turri saltu demissus euasit: tri-
duoque post sociis cum fletu eum ad sepulturam inuestigantibus sese ostendit, gaudi-
oque insperato repleuit omnes Iudæos, tanquam Dei prouidentia dux eis in poste-
rum seruatus. at Vespasianus Antiochiã exercitu adducto (quæ Syriæ metropolis est, magnitudine simul aliâque felicitate sine dubio tertium inter omnes quæ in Rom. orbe sunt locum obtinens) vbi etiam aduentũ suum regem Agrippam omni manu propria offenderat præstolari, ad Ptolemaidem properabat. In hac autem ciuitate occurrerunt ei Sepphoritæ ciues oppidum Galilææ colentes, soli mente pacata: qui tam sue salutis prouidentia solliciti, quàm Romanarũ virum gnari, etiam priusquam Vespasianus veniret, Cestio Gallo fidem dederant, dextrâque iunxerant, præsidiumque mili-
tare susceperant tunc quoque benignissime duce suscepto, alacri animo etiam contra gentiles suos auxilia promiserunt: Quibus interim Vespasianus præsidii causa poscentibus, equitum peditumque tantum numerum tradidit, quantum ob stare posse arbitrabatur incursibus, si quid Iudæi commouere tentassent. non enim minimum esse videbatur futuri belli periculum, auferri ciuitatem Sepphorim Galilææ maximam & in loco tutissimo conditam, totiũque gentis futuram præsidio.

Descriptio Galilææ, Samariæ & Iudææ.

Cap. I I.



DÆ sunt autem Galilææ, quæ superior & inferior appellantur, easque Phœnice & Syria cingunt. Discernit verò ab Occidente Ptolemais territorij sui finibus, & quondam Galilæorum, nunc autem Tyriorum mons Carmelus: cui coniuncta est Gaba ciuitas equitum, quæ sic appellatur, eo quòd equites ab Herode rege dimissi, coloni eò deducebantur. A meridie autem Samaritis & Scythopolis, usque ad flumen Iordanẽ. Ab Oriente verò Hippene & Gadaris, sed & Gaulanitis definit, qui etiam regni Agrippæ fines sunt. Septentrionalis autem eius tractus Tyro, itémque Tyriorum finibus terminatur. Inferioris quidem Galilææ longitudo à Tyberiade usque ad Zabulon, cui vicina est in locis maritimis Ptolemais, protèditur. Latitudine autem patet à vico Xaloth, qui in magno campo situs est, usque ad Bersâben: vnde etiam superioris Galilææ latitudo incipit usque ad Baca vicum, qui terram dirimit Tyriorum. Longitudo verò eius à Thella vico Iordani proximo usque ad Meroth extèditur. Sed cum tanta sint utræque magnitudine, tantisque gentibus alienigenis cinctæ, semper tamen omnibus belli periculis restiterunt. nam & pugnaces sunt ab infanzia Galilæi, & omni tempore plurimi, neque aut formido vnquam viros, aut eorum penuria regiones illas

illas occupauit: quoniam totæ optimæ ac fertiles sunt, omniumque generum arboribus confitæ, ut etiam minime agriculturæ studiosos vbertate sua prouocent, denique exultæ sunt ab incolis totæ, nec pars vlla est earum otiosa: quin & ciuitates ibi crebræ sunt, & vbiq; multitudo vicorum propter opulentiam populosa, ut qui sit minimus, supra quindecim millia colonorum habeat: prorsus, ut etiam si quis magnitudine minorem Galilæam dixerit, quam trans fluuium regionem, viribus tamen eam prætulerit. hæc enim vniuersa colitur, tota fructuum ferax: at illa quæ trans flumen est, licet multo maior sit, pleraq; tamen aspera atque deserta est, & nutriendis fructibus mansuetis inhabilis. Peræ sanè mollicies & ingenium fructuosum, campos habet cum variis arboribus confitos, tum maxime oliuetis ac vineis & palmetis excultos. irrigatur autem abunde montanis torrentibus, & fontibus aquæ perennis, quoties illi Sirio aestuante defecerint. Et longitudo quidem eius est à Machærunte in Pellam: latitudo verò à Philadelphia vsque ad Iordanem. Et Pella quidem quam supra diximus, Septentrionalis eius est tractus: occiduus verò Iordanis: meridianum autem Moabitis regio terminat. ab Oriente autem Arabia & Silbonide, necnon & Philadelphia, itemque Gerasis clauditur. Samariensis autem regio, inter Iudæam quidem & Galilæam sita est: incipiens enim à vico in planicie posito, cui nomen est Gina, in Acrabatenam desinit toparchiam: sed natura nihil à Iudæa discrepat. nam & utraq; montosæ sunt & campestres, agrisque colendo molles atque optimæ, necnon & arboribus plenæ: pomisq; tam syluestribus quam mansuetis abundant, eo quod natura sunt aridæ, imbriumque satis habent. dulces autem per eas supra modum aquæ sunt, bonique graminis copia præter alias earum pecora lactis abundant: quodque maximum virtutis atque opulentia specimen est, utraque viris referta est. Harum confinium est Anuath vicus, qui etiam Borceos appellatur, Iudææ limes à Septentrione. Meridiana verò pars eius, si in longitudinem metiare, adiacenti vico Arabum finibus terminatur, cui nomen est Iordan. Latitudo sanè à Iordane flumine vsq; ad Ioppem explicatur. Media verò eius est Hierosolyma: vnde quidam non sine ratione, umbilicum eius terræ, eam urbem vocauerunt. Sed nec marinis quidem Iudæa deliciis caret, ad Ptolemaidem vsq; locis extenta maritimis. In vndecim autem sortes diuisa est: quarum prima est tanquam regia Hierosolyma, præ cæteris inter omnes accolæ eminent, velut caput in corpore. aliis verò post hanc toparchiæ sunt distributæ. Gophna est secunda, & post eam Acrabata, adhuc Thamna, & Lydda, itemq; Ammaus, & Pella, & Idumæa, & Engadda, & Herodium, & Hiericus: deinde Iamnia & Ioppe finitimis præfunt. & præter has Gamalitica, & Gaulanitis, & Batanæa, & Trachonitis: quæ etiam regni Agrippæ partes sunt. Eadem verò terra incipiens, à monte Libano & fontibus Iordanis, vsque ad Tiberiadi proximum lacum, latitudine panditur. à vico autem, qui appellatur Arphas, ad Iuliada oppidum longitudine tendit: & habitatur ab incolis Iudæis Syrisque permixtis.

De auxilio Sepphoritis misso, & Romanorum disciplina militari. Cap. III.

40 **E** Iudæa quidem, & quibus esset cincta regionibus, quam maxime potui breuiter exposui. Quod autem Vespasianus miserat auxilium Sepphoritis, hoc est, equites mille, sexque millia peditum, Placido eos regente tribuno, castris in magno campo positis bifariâ diuiduntur. Et pedites quidem in ciuitate ipsius tuendæ causâ, equitatus verò in castris degebat. vtrunque autem assidue prodeundo, & circa eam regionem loca omnia incurfando, magnis incommodis Iosephum eiusque socios, quamuis quietos, afficiebant. & præterea ciuitates extrinsecus deprædabantur: ciuiumque conatus, si quando excurrendi habuissent fiduciam, repellabant. Iosephus tamen aduersus ciuitatem impetum fecit, sperans eam posse capere: quâ ipse, antequam à Galilæis deficeret, ita muris cinxerat, ut Romanis quoque esset inuicta. vnde etiam spe frustratus est, cum nec vi nec suasu Sepphoritas in suas partes pertrahere potuisset: magisque in Iudæa bellum accendit Romanis indigne ferentibus insidias, & propterea nec die nec nocte ab agrorum depopulatione cessantibus, sed passim diripientibus quicquid rerum in his reperissent: qui tamen cum mortem pugnacibus semper inferrent, imbelles ad seruitium capiebant: ignis

Z 3 verò

verò & sanguis Galilæam totam repleuerat, nec quisquam expers eius acerbitalis, aut cladis erat, vnam salutis spem fugientes habebant in ciuitatibus, quas murorum ambitu Iosephus communierat. Titus autem Alexandriam transmissus ex Achaia, citius quam per hyemem sperabatur, manū militum cuius causa missus fuerat suscepit; contentoque vltus itinere, mature ad Ptolemaidem peruenit. Cumque ibi patrem suum reperisset, duabus quas secum habebat legionibus (erant autem nobilissimæ quinta & decima) iunxit etiam quam ille adduxit quintamdecimam. Eas autem sequebatur decem & octo cohortes: quibus accessere ex Cæsarea quinque cum vna ala equitum, & alæ quinque Syrorum equitum. Decem autem cohortium singulæ mille pedites habebant; in cæteris verò tredecim sexcenti pedites, & centeni vicepi equites erant. Satis¹⁹ autem auxiliorum etiam à regibus congregatum est. Antiochus enim & Agrippa & Sohemus bina millia peditum, & sagittarios equites mille præbuerunt: cum Arabiæ, quoque est Malchus præter quinque millia peditum, equites mille misisset, quorum pars maior erant sagittarij: vt tota manus computata cum regiis, sexaginta millia circiter peditum equitumque colligeret, præter calones: qui plurimi sequebantur, & meditationi bellicæ assueti nihil à pugnacissimis aberant; quod tempore quidem pacis dominorum exercitationibus interessent, belli autem pericula cum ipsis experirentur, & neque peritia, neque viribus à quoquam nisi à dominis vincerentur. qua quidem in re nimis admirandam quis existimauerit Romanorū prouidentiam, ita seruos instituentium, vt non solum vitæ ministerio, sed belli etiam necessitatibus viles sint. Quod si²⁰ quis eorum aliam quoque respexerit militiæ disciplinam, profecto cognoscat tantum eos imperium non fortunæ munere, sed propria virtute quæsiisse. Armis enim vti non in bello incipiunt, neque solum, si necesse sit, manus mouent, cum in pacis otio cœsiuerint: sed armis veluti natura cohærentes, nullas capiunt exercitationis inducias, nec tempora præstolantur. Meditationes autē eorum nihil à vera contentione discrepant: sed in dies singulos militum quisque omnibus armis, tanquam in procinctu politus, exercetur: quo etiam facillime prælia tolerant. Neque enim ordo neglectus eos à consuetâ dispositione dispergit, neque metus stupescit, neque lassitudo exaurit. Vnde sequitur, vt semper superent, quos non itidem confirmatos inuenerint. Nec errauerit si quis eorum meditationes cōflictus esse dixerit sine sanguine, contraque prælia meditationes cum sanguine. Nam ne repentino quidem hostium incurſu opprimi possunt: sed quocunque in hostilem terram irruerint, non nisi permunitis castris prælio decernunt. quæ quidem non leui opere, nec iniquo loco erigunt, nec inordinate describunt: sed si quidē inæquale solum fuerit, cōplanatur: quatuor verò angulis horum dimensio designatur. Nam & fabrorum multitudo, & feramentorum copia quæ vltus extructionis postulat, sequitur exercitiū. Et interior quidē pars castrorum tabernaculis distribuitur, ambitus autē eorum extrinsecus muri faciem præfert: ordinatis etiam turribus pari spatio dispositis: quarum interualla catapultis atque balistis, & aliis machinis saxa intorquentibus, omnibusque instrumentis missilium complent, vt cuncta scilicet iaculorum genera in promptu sint. portas autem quatuor ædificat, tam iumentis⁴⁰ aditu faciles, quàm ipsis, si quid vrgeat, intrò currentibus latas. Intus autem castra vici spatiis interpositis dirimunt, mediæque rectorum tabernacula collocant, & inter hæc prætorium diuūm templo simillimum: prorsus vt quasi repētina quēdā ciuitas existat: forum quoque & opificum stationes: & sedes militum primatibus, ordinumque principibus, vbi si qua sit inter alios ambiguitas iudicent. Ipse verò ambitus, & omnia quæ in eo sunt, multitudine simul & scientia, fabricantium opinione citius communitur. qui si res vrgeat, fossa extrinsecus cingitur, depressa cubitis quatuor, parique spatio lata. Armis autem septi, per contubernia cum decore atque otio in tentoriis agunt: omniaque ab his ordinate etiā alia cautèque per contubernia expediuntur: veluti si ligno aquave opus sit, aut frumēto, nec enim cœna vel prandiū cum voluerit, in potestate cuiusque⁵⁰ est, simul autē omnibus somnus est, excubias & vigilandi tempora buccinæ significat, neque est omnino quicquam quod sine edicto geratur. Mane autem milites quidem ad centuriones, illi verò ad tribunos cōueniunt salutatū: cum quibus ad summū omnium decem vniuersi ordinum principes. Ille autem his signum aliæque dat ex more præcep-

pra proferenda subiectis : quibus etiam in acie circumaguntur quò opus est, ac vniuersi pariter incurrunt itémque sese recipiunt. Cum autem castris egrediendum est, tuba iudiciũ facit : nemòque otiosus est, sed vel solo nutu moniti, tabernacula tollũr, omniãque ad profectiõnẽ instruunt. deinde iterũ tuba vt sint parati significat. Illi autem cum mulos & iumẽta sarcinis onerauerint, velut in curuli certamine signũ expectant. Castra vero incendunt: eo quòd sibi alia munire facile sit, & ne quando hostibus eadẽ vsui sint. Et tamen tertio quoque tubæ signo indicat, vt exeatur: vrgendo aliqua ex causã morantes, ne quis ordinẽ deferat. Dexterque duci præco astans, si ad bellum parati sunt, voce patria ter percontatur. illiq; toties alacri & magna voce paratos esse se respondent, interrogantẽque præueniunt: & Martio quodã spiritu repleti cum clamore dextras erigunt. Deinde otiose & cum omni decore progredientes ambulant, suũ quisq; ordinem velut in bello custodiẽs: pedites quidẽ thoracibus & galeis septi, & vtroq; latere gladiis accincti. læuus autẽ gladius multo est longior, cum dexter mensurã palmẽ non excedat. qui vero ducẽ stipant lecti pedites, scuta & lanceas gestant: cætera manus hastas & clypeos lōgos, ferramq; & corbem & sarcullũ & securim, necnon & habenã & falcem & catenã, triduique viaticũ, vt parum intersit inter onusta iumenta & pedites. Equitibus autẽ ad dexteram gladius est longior, & contus in manu, transversusque ad equi latus clypeus, ternaq; in pharetra vel amplius dependent lata cuspidẽ iacula, nihil ab hastis magnitudine differentia. Cassides vero & thoracas peditibus habent similes: nullòque armorum genere ab equitũ alis discrepant lecti, qui circumducem versantur. Agmina autẽ semper cui sorte id obtigerit, antecedit. Talia quidem sunt Romanorum itinera & mansiones, itémque armorum varietas. Nihil vero nec in præliis inconsultũ aut subitum agunt: sed omniã semper sequuntur facta sententiam: opusque adhibetur antẽ decretis. Vnde aut minime peccant: aut si peccauerint, facilis est errati correctio. Fortunæ autem successibus meliores consiliorum etiam si aliter successerit, arbitrantur euẽtus: quasi bonũ quidem fortuitum ad rem inconsulte gerendam illiciat: quæ vero ante cogitata fuerint, etiam si aduersus casus exceperit, bene iam meditados exhibeant ad cauendum ne idem rursus eueniat: & bonorum quidem fortuitarum non is autor sit cui cõrigerint, tristium vero quæ præter sententiam acciderint, saltem recte cõsulta videantur esse solatium. Armorum quidem exercitatione comparant, vt non modo corpora, sed animi quoque militum fortiores sint. Maior autem illis est ex timore diligentia. nanque leges apud eos non desertionis solum, verumetiam minimæ negligentiæ sunt capitales: ducẽsq; magis quàm ipsæ leges terribiles. nanque bonos honorando redimunt ne in coercẽdis noxiis videantur crudeles. Tanto autem obsequio rectoribus parent, vt & in pace ornamento sint, & in acie corpus vnum totius cõspiciatur exercitus, sic eorum copulati sunt ordines, ita circumduci sunt mobiles: & acutis auribus ad præcepta, oculisque ad signa, & ad opera manibus: vnde facere quidem semper strenui sunt, pati vero tardissimi. nec est vbi præliantes aut multitudinem hostiũ, aut consilia sensere ducum, aut difficultatem regionum: sed ne fortunæ quidem succubere. nam in ea certiorẽ putant esse victoriã. Quorum igitur actus à cõsiliis incipiunt, cõsultaque adco strenuus exequitur exercitus, quid mirum si Euphrates ab Oriente, & Oceanus ab Occidente, itémque à meridiano tractu Africæ fertilissima regio, & à Septentrione Rhenus atq; Danubius sunt imperij limites, cum minorem esse possidentibus possessionem recte quis dixerit? Hæc ergo prosecutus sum, non tam proposito laudandi Romanos, quàm solatio deuictorum, & vt nouarum rerum cupidos deterrerem: fortasse autem & ad experientiam proderunt bonarum artium studiosis, Romanæ instituta militiæ nescientibus: redeo tamen vnde digressus sum.

Impetus Placidi contra Iotapatam.

Cap. IIII.

50 **M**ESPASIANVS quidem vnã cum Tito filio in Ptolemaide interim degens, ordinabat exercitum. At vero Galilæam peruaferat Placidus, vbi maximam eorum quos comprehendisset multitudinem, interemit: hæc autem fuit Galilæorum imbellior turba, animisque deficiens: pugnacissimos autem vt vidit semper in ciuitates confugere, quas Iosephus communierat, in

Z 4

Iotapatam,

Iotapatam, quæ omnium tutissima erat, impetum vertit: existimans eam repentinò aggressu facillimo captū iri, magnamque & sibi ex ea re alios apud rectores gloriam comparandam, & illis commodum ad reliqua maturius explicanda, quasi metu cessuris aliis ciuitatibus, si quæ validissima esset, occupatam vidissent. Multū tamen opinionone deceptus est: Iotapateni enim, cum eius impetum præsensissent, prope ciuitatem aduenientem excipiūt: congressique cum Romanis ex improviso plurimi & ad pugnam parati, necnon & alacres (quippe ut pro salute patriæ, item coniugum liberorumque dimicantes) in fugam eos vertunt, multosque faciunt, septem solum interfectis: quia neque inordinate pugna decesserāt, septrisque vindique corporibus leuiter fuerant vulnerati: cum Iudæi quoque magis eminus iaculāri, quā manus con-¹⁰serere inermes cum armatis confiderent, ex ipsis autem Iudæis tres ceciderunt, paucis præterea fauciatis. Placidus igitur ab oppido repulsus aufugit.

Galilæa à Vespasiano inuaditur.

Cap. V.



MESPASIANVS verò ipse Galilæam cupiens inuadere, ex Ptolemaide proficiscitur, ordinato militum itinere, sicut Romani consueuerūt. Auxiliatores enim qui leuius armati essent, itemque sagittarios præire iussit, ad repentinòs incursus hostiū cohibendos; & ut suspectas atque oppor-²⁰tunas insidiis syluas scrutarentur. Hos sequebatur Romani peditatus equitatusque pars: post quos singulis centuriis deni armaturā suā ferentes, mensurasque castrorum. Post hos stratores viarū ibant, qui aggeris maligna corrigerent, ac aspera complanarent, syluasque obstantes præciderent, ne perplexo itinere fatigaretur exercitus. Deinde suas, itemque subiectorum sibi rectorum sarcinas, & tutelæ causa multos cum his equites ordinauit. post quos ipse veniebat, lectos pedites equitesque, necnon & lancearios secum ducens, equitumque præterea suorū agmine comitatus. De singulis enim turmis proprios ceterum & viginti equitos deputatos habebat. hos sequebantur, qui expugnandis ciuitatibus machinas & cætera tormenta portarent, deinde rectores, itemque præfecti cohortibus tribuni, stipati lectis militibus, & post hos circū Aquilam signa alia, quæ omnibus apud Romanos agminibus præest, quod & vniuersarum auium regnum habeat, & sit validissima. Itaque illam & principatus insigne putant, & omen victoriæ, quoscunque bello petierint. Sacras ve-³⁰rò signorum effigies sequebantur cornicines, & post eos acies, in latitudinem senis digesta militibus. hisque adhærebat ex more quidam centurio, disciplinæ atque ordinis custos. Serui autem singularum legionū cuncti cum peditibus erant, mulis aliisque iumentis vehentes militū sarcinas. Postremum agmen, in quo erat mercenaria multitudo, cogeant armati pedites, equitumque non pauci. Ita peracto itinere, Vespasianus cum omni exercitu ad fines Galilææ peruenit: ibique positis castris, quāvis promptos ad bellum milites continebat, vnā & ostendendo exercitum, quo hostes metu percelleret, spatiumque indulgendo pœnitudinis, si quis ante prælium voluntatem mutaret: nihilominus autem murorum instruebat obsidiū. Itaque multos quidem rebelliones fugere vel solus fecit ducis aspectus: metū vero vniuersis incussit. Iosephi⁴⁰ enim socij, qui non longè à Sepphori castra posuerāt, vbi bellum appropinquare cognouerunt, & iam iamque Romanos prælio secum cōgressuros, non modo ante pugnam, sed antequā hostes omnino cōspicerent, fuga disiecti sunt. cum paucis autem relictis Iosephus, vbi animaduertit neque se ad excipiēdos hostes sufficientē manum habere, & Iudæorum animos concidisse: ac, si fides his haberetur, plerosque libenter ad hostes defectū ire: iam tum quidem bello omni abstinebat: quā longissime autē periculis abesse decreuit: abductisque qui secum remanserant, in Tiberiada confugit.

Gadare expugnatio.

Cap. VI.



VESPASIANVS autem Gadarensium ciuitatem aggressus, primo impetu capit, quod eam pugnaci multitudo vacuam reperisset. Deinde hinc⁵⁰ transgressus interitus, cunctos puberes interfecit, cum Romanos odio gentis, & cladis memoria, quam pertulerat Cestius, nullius ætatis misericordia commoueret. Incendit autem non solum ciuitatem, sed etiam omnes circum vicos, & oppidula quædam penitus desolata, nonnulla quorum habitatores ipse cepisset.

Iosephus

Iosephus autem, quam tuitionis causa optauerat ciuitatem, ipse metu repleuit. Nam Tiberienses nunquam cum, nisi de omni bello desperasset, in fugam versus iri credebant: neque in hoc eos voluntatis eius fallebat opinio. Videbat enim res Iudæorum quorsum euaderent: vnâque illos viam salutis habere, si propositum mutauissent. Ipse vero, quâuis adhuc sibi speraret à Romanis veniam tribuendam, mori tamen sæpe maluisset, quàm prodita patria, cum dedecore administrationis sibi creditæ, apud illos feliciter agere, cōtra quos fuerat missus. Decreuit igitur Hierosolymam primariis, quemadmodum sese res haberet, cum fide perscribere: ne vel minus extollendo vires hostium, timiditatis mox argueretur: vel minus aliquid nunciando, 10 fortasse cœpti etiam pœnitentes ad ferociam reuocaret, utq; si fœdus eis placeret, cito rescriberent: aut si bellandum esset, dignum ei cōtra Romanos exercitum mitterent. Ille quidem hac epistola scripta, mature mittit qui Hierosolymam literas ferret.

Iotapatæ obsidio.

Cap. VII.

VESPASIANVS autem Iotapatam excindere cupiens (nam in eam plurimos hostium refugisse cognouerat, & præterea validissimum hoc eorum esse receptaculum) præmittit pedites cum equitibus qui montanum iter coæquarent, saxis asperum, ac peditibus quoque difficile, omnino vero equitibus inuium. Et hi quidē quadriduo fecere quod iussu est, latamque aperuere 20 exercitui viam. Quinto autem diē, qui mensis Maij vigesimus & primus erat, prior Iosephus in Iotapatam ex Tiberiade venit, abiectōsque Iudæorum spiritus erigit. Cū vero transitum eius Vespasiano quidam transfuga nunciaisset, utq; mox ciuitatem peteret incitaret, veluti cum ea totam Iudæam capere posset, si Iosephum subiugasset: hoc ille nuncio pro maxima felicitate percepto, Dei prouidentia factum ratus, ut qui hostium prudētissimus videretur, ultro se etiam in custodiam traderet voluntariam: statim quidem cum equitibus mille Placidū mittit, vnâque decadarcham Ebutium, tam manu quàm prudentia virum insignem, circumuallare ciuitatem iussit, ne clām inde Iosephus elaberetur. Postero autē die cuncta manu comitatus ipse 30 consequitur, & post meridiem vsque acto itinere, ad Iotapatam peruenit: adductōq; in Septentrionalem eius partem exercitu, in quodam tumulo castra ponit, distante ab oppido stadiis septem. Consulto autem quàm maxime conspici ab hostibus affectabat, ut visu attoniti turbarentur. quod etiam factum est: eōsq; tantus continuo stupor inuasit, ut muris egredi nullus auderet. At Romanos tota die ambulando fatigatos, ciuitatem statim aggredi piguit: ob eam causam duplici acie circumdato oppido, tertium extrinsecus agmen equitum posuere, omnes Iudæis exitus obstruentes. Sed ea res illos in salutis desperatione audaciores effecit. quippe in bello nihil est necessitate pugnacius. Itaque postridie impetu in muros factō, Iudæi primō quidem locis suis manentes, Romanis castra ante muros habētibus resistebant. postea vero quàm Vespasianus & sagittarios & funditores, omnēmque iaculatorū multitudinem adhi- 40 bitam, missilibus in eos permisit uti: atque ipse cum peditibus in aduersum collem, vnde murus expugnabilis erat, niti cœpit: tunc ciuitati metuens Iosephus, & cum e cuncta Iudæorū prosiluit multitudo: omnesque in Romanos pariter irruentes, procul à muris eos deterruere, multa manu simul & audacia patrando facinora. Neque minora tamen patiebantur quàm faciebant. nam quantum ipsos salutis desperatio, tantum pudor incendebat Romanos. & hos quidem peritia cum fortitudine, illos autem duce iracundia ferocitas armabat. Denique cū tota die pugnatum fuisset, prælium nox diremit: in quo Romanorū plurimis fauciatis, tredecim interfecti sunt: Iudæorum autem cū sexcenti essent vulnerati, septem & decem ceciderunt. Nihilōque minus, Romanis postridie iterum irruentibus occurrunt: multōque fortius 50 restiterunt: ex eo scilicet fiduciam nacti, quod eos pridie præter spem sustinuerant. sed eos quoque pugnaciores experti sunt, quod eorum iracundiam pudor incendebat, vinci credentium, nisi cito vicissent. Itaque per dies quinque Romanis minime ab aggressione cessantibus, etiam Iotapatæ norum excursus agebantur, murique fortius oppugnabantur. Et neque Iudæi vires hostium formidabant, neque Romanos

Z 5 diffic

difficultas oppidi capiendi lassabat. Etenim Iotapata paulominus tota rupes est, ex aliis quidem partibus vndique vallibus immensis præceps, ut earum altitudinē oculis deprehendere cupientium aspectus ante deficiat. Ab vna vero tantū Boreæ parte adiri potest, vbi per transuersum latus desinentis montis ædificata est: quod quidem ipsum muro ciuitatis Iosephus fuerat amplexus, quo inaccessa essent hostibus superiora cacumina. Aliis vero circum montibus tecta, prius quàm in eam perueniretur, à nullo poterat conspici: Iotapata quidem sic erat communita. Vespasianus autem & cum natura loci simul certandum putans, & cum audacia Iudæorum, incipere obsidionem acriter statuit: aduocatisque rectoribus sibi subditis, de aggressu deliberabat. Cùmque aggerem fieri placuisset, qua parte murus facilis erat accessui, torum¹⁰ ad comparandam materiam misit exercitum: oppidóque propinquis montibus excisis, magnáque vi lignorum & lapidum comparata, cratibúsque ad euitanda iacula desuper missa per vallos dispositis, his protecti aggerem construebant. nulla autem noxa vel minima telorum erat, quæ de muro iacerentur. His autem alij terram ex propinquis tumulis eruentes, sine intermissione suppeditabant: cunctisque trifariam distributis, nullus erat otiosus. At Iudæi super eorum tegmina saxa ingentia & omne telorum genus curabant immittere: quæ licet minime penetrarent: magnos tamen crepitus dabant, & horribile impedimentum erat operantibus. Tunc igitur Vespasianus machinis missilium circumpositis (erant autem omnes centum sexaginta) in eos qui super murum astarent, iussit tela contendere: simulque ex catapultis lanceæ²⁰ percurrerant, saxáque tormentis ingentia mittebantur, ignisque & sagittarum frequentissima multitudo, quæ non solum murum, sed etiam totum intra iactum earum spatium Iudæis inaccessum fecere. Arabum enim sagittariorum manus, & iaculatores, itémque funditores & omnes machinæ tela iaciebant. Neque tamen his Iudæi prohibiti, ne desuper propugnarent, quieti erant: sed excurrendo per cuneos more latronum, tegmina operantium detrahebant, nudatosque feriebant: & vbi illi cessissent, aggerem dissipabant, vallorumque munimenta cum cratibus igni tradebant: donec Vespasianus cognito, huius damni causam ex distributione operum contigisse, quod interiecta spatia Iudæi locum aggrediendi præberent, adunauit tegmina: coniunctisque pariter viribus obreptiones hostium præpeditæ sunt. Erecto autem pro³⁰ pemodum aggere, paulóque minus æquato propugnaculis, indignum esse ratus Iosephus, nihil contra moliri, quod oppido saluti foret, conuocat fabros, murumque altius iubet extolli. Cùmque illi tam multis obstantibus iaculis minime ædificare posse affirmarent, hanc eis defensionem excogitauit. Sudibus fixis per eos bouum coria recentia extendi præcepit, quæ emissos tormentis lapides sinuata susciperent, quibúsque repulsa tela cætera dilaberentur, & ignis humore languesceret. hisque ante fabros oppositis, illi murum die noctúque operando, ad viginti cubitorum altitudinem erexerunt, crebris etiam turribus in eo constructis, minisque validissimis aptatis. Quæ quidem res Romanis iam intra ciuitatē se esse credentibus, magnū mœrorem cōparauit, tam Iosephi molitione, quàm oppidanorū obstinatione perterritis.⁴⁰

Obsidio Iotapatenorum à Vespasiano, & diligentia Iosephi: deque Iudeorum excursione in Romanos.
Cap. VIII.



AT Vespasianus & calliditate consilij, & hostium audacia magis irritabatur: qui iam recepta ex munitione fiducia, Romanos vltro incurfabant: inque dies singulos prælia cateruatim, & cuiusque modi latrociniales doli, & eorum quæ casus obtulisset rapinæ, aliorumque incendia fiebant: donec Vespasianus retento milite à pugna, statuit obsidere ciuitatem, ut eam vsui necessariorum penuria caperet. Aut enim coactos inopia sibi supplicaturos, aut si ad finē vsque in eadem pertinacia durauissent, fame consumendos eius habitatores putabat: multoque faciliores expugnatu fore, si post interuallum rursus anxiis incubuisset. Itaque omnes exitus eorum asseruari præcepit. Illi autem frumenti quidem, aliarumque omnium rerum intus habebant copiam, præter salem. aquæ vero penuria eos affligebat: quia neque fons erat intra ciuitatem, & imbre contentis habitatoribus, rara est

est in illo tractu æstiuus mensibus pluuia. quo tempore obsessi etiam hoc vehementius afficiebantur, quod arcendæ siti fuerat excogitatum: quodque fieri, velut omnis aqua iam defecisset, ægrè ferebant. Iosephus enim, cum & ciuitatem videret abundare aliis rebus, fortèsque animo viros esse, quo longiorè Romanis obsidionem faceret, quàm sperabant, iam tum potum mèsura ciuibus ministrabat. illis autem conseruari aquam penuria grauius esse videbatur: ampliorémq; cupiditatem mouebat, quòd ius bibendi liberum non haberent: ac velut ad extremam sitim peruentū esset, labori cedebant. Hoc autem modo affecti, Romanos latere non poterant, qui ex aduerso colle trans murum in vnum eos confluere locum, & aquæ mensuram accipere
10 re prospectabant: quò etiam balistarum peruenientibus telis, plurimos occidebant. Vespasianus quidem non multo pòst, exhaustis puteis, ipsa sibi necessitate traditum iri ciuitatem sperabat. Iosephus autem, vt hanc eius spem frangeret, iussit quàm plurimos per murorum minas immerfa vndis atque humida vestimenta suspendere, vt omnes repente aqua perfluerent. ex quo mœror simul Romanis ac timor erat, cum tantum aquæ viderent eos ludibrio consumere, quos potu indigere credebant. Denique dux belli etiam ipse, quia penuria ciuitatem posse capere desperasset, iterum consilium ad vim atq; arma conuertit: Iudæis quoque id maxime cupientibus: quòd nec se nec ciuitatem saluam fore credebant, & priusquam fame, vel siti perirèt, mortem bello optabant. Iosephus tamen, præter hoc etiam aliud consilium, quò sibi co-
20 pia pararetur, per quandam vallem deuiam, propterea que minus curiose habitam à custodibus, excogitauit. Mittendo enim per occiduas eius partes literas ad quos vellet Iudæos extra ciuitatem degentes, ab his omnia vsui necessaria, & quæ in ciuitate defecerant, accipiebat: mandato commeantibus, vt plerunque ad exubias reciperent, terga velleribus tecti: quo si qui eos nocte vidissent, canum similitudine fallerentur. Idque factitatum est, donec eius fraudem vigiles persenserunt, vallémque cinxerunt. Itaque tunc Iosephus non diu ciuitatē sustinere posse prospiciens, suamq; pariter salutē, si vellet remanere, desperans, cum optimatibus de fuga tractabat. Vtrum id populus sensit, & circa eum fusus, ne sese negligeret, precabatur, in quo solo recumberent. ipsum enim salutē esse ciuitati manentem, velut omnes eius causa alacri
30 cri essent animo certaturi. quòd si etiam capiantur, eundem solatio fore. decere autem illū nec inimicos fugere, nec amicos deserere, aut quasi ex naui tempestate oppressa desilire, qui ad eam tranquillo mari venisset. ipsum enim magis demersurū esse ciuitatem, cum iam nemo audebit hostibus repugnare, si discessisset cui confiderent. Iosephus autem quòd sibi caueret occultans, illorum commodo se exitum parare dicebat. nam intra ciuitatem manendo, neque seruatis grande aliquid se profuturum: & si caperetur, vnà cum his esse frustra perituum: obsidione vero liberatum, extrinsecus maximo eis emolumento fore. mature enim congregatis ex territorio Galilæis, alio bello Romanos ab eorum ciuitate reuocaturū. nunc autem non
40 videre, quid apud eos residens vtilitatis afferret, nisi quòd Romanos ad obsidionem magis incitaret, vt se caperent magnipendentes: quem si fugisse cognouissent, multum essent de obsidionis impetu remissuri. Non flexit his populū Iosephus, sed hoc circumstiterē se magis incēdit. denique pueri & senes: itémque mulierculæ eum infantibus flentes ad eius pedes accidebant, eumque omnes complexi tenebant, & vt fortunæ socius sibi remaneret, cum vlulatibus supplicabant: non inuidia salutis eius, quantum ego arbitror, sed propria spe. nihil enim se mali, remanente Iosepho, existimabant esse passuros. Ille autem siquidem paruisset, hæc preces esse ratus: custodiam vero, si per vim cogeretur (multum enim propositum discessus etiam querelarum misericordia fregerat) remanere statuit. communique desperatione ciuitatis armatus, & nunc tempus esse dicens pugnam incipere, cum spes nulla salutis est: pulchrumque vitam pacisci pro laude, ac forti aliquo patrato facinore in memoriā posteritatis occūbere: ad opera sese conuertit. Cum pugnacissimis ergo egressus, disiectis custodibus, vsque ad Romanorum castra excurrerebat: & nunc pelles aggeribus impositas, sub quibus tendebant, discerpere: nunc operibus ignem immittere. posteróque die similiter ac tertio & per aliquot deinceps dies ac noctes bellando non
50 defatig

defatigabatur. Sed Vespasianus Romanos his excursibus male affectos aspiciēs (nam & terga dare Iudæis pudebat, & fugientes insequi armorū pondere tardabantur: cum Iudæi semper aliquid agentes, priusquam paterentur, in ciuitatem refugerent) armatis imperat, vt eorum impetum declinarent, neue cum hominibus mortis audis manum confererent. Nihil esse fortius desperatis. Restingui autem illorum impetus, si proposito frustrentur, quasi flammam si materiam non inueniat. Ad hoc oportere Romanos cautius quærere victoriam, augendæ possessionis causa non ex necessitate pugnantes. Per sagittarios autem Arabum & Syriæ & funditores, p̄erq; saxa tormentis emissa plerunque repellebat Iudæos. nulla enim telorum machina quiescebat. Illi autem his quidem male accepti cedebant: verum eminus missa intra iactū subuen-¹⁰ res, sæuius Romanis instabant: cum neque corpori, neque animæ parcerent: sed per vicem, vtrinque pugnarent, suorum quisque laborantibus subuenientes.

De oppugnatione Vespasiani contra Iotapatam, ariete & alijs tormentis bellicis. Cap. IX.

Igitur Vespasianus vltro se existimans longitudine temporis, hostiūmq; incurſibus obsideri, cum prope iam muris aggeres æquarētur, arietem ad-²⁰ mouere decreuit. Est autem aries, immensa materia, malo nauiſsimilis: cuius summum graui ferro solidatum est, in arietis effigiem fabricato, vnde etiam nomen accepit. dependet autem funibus medius ex trabe alia, velut ex trutina, palis vtrinque fultus, bene fundatis. retrorsum autem magna virorum multitudine repulſus, iisdemque simul rursus impellentibus missus, in fronte prominente ferro mœnia percutit: nec est vlla tam valida turris, aut murorum ambitus adeò latus, vt etſi priores ictus fortiter sustinuerit, assiduos vincat. Ad huius periculum rei duci Romano transire placuit v̄i capere oppidum properanti: quoniam pernicioſa videbatur obsidio, Iudæis minime quiescentibus. Itaque Romani quidem balistis cæterisque missilium machinis, vt facilius ferirentur qui de muris obstare tentassent propius adhibitis vtebantur: neque sagittarij aut funditores longius aberant. cum vero ea causa muros nemo auderet ascendere, ipsi arietē applicāt cratibus desuper itēmq; pellibus septem, tam pro sui defensione quàm machinæ. Et primo quidem impetu mœnia concussa sunt: clamorque oppidanorum, velut iam capti essent, maximus factus est. Iosephus autem eundem locum sæpe feriri, neque multo post murū disturbatum iri prospiciens, quo commento vim machinæ paulatim falleret excogitauit. Saccos enim paleis cōfertos, quā semper impetum arietis ferri viderent, demitti iussit ex muro: vt eo modo secundi ictus errarent, aut etiam excepta vulnera laxitas frustretur. Quæ quidē res multum Romanis moræ attulit. nam quocunq; hi machinam conuertissent, contrā illi qui super murum stabant, palarū traduentes saccos, ictibus supponebant, nihilque murus repercussione lædebatur, donec etiā Romani aduersus hoc aliud machinati sunt: proceris enim contis expeditis, in his summis falces quibus saccos abscinderent alligarunt. Cum autem hoc modo efficax esset opus arietis, ac murus (qui recens ædificatus erat) ictibus cederet, quod reliquum erat, Iosephus eiusq; socij ad ignis auxilium se contulerunt: accensumque totum quod arida fuit materiæ, tribus ex locis pariter inflammarūt, vnāque machinas & propugnacula Romanorum & aggeres concremarunt. Illi verò non sine malo subueniebant, audacia simul eorum territi, & ne adiumēto essent, flammis proruentibus impediti: quæ aridum naçtæ fomitem, & præterea bitumen ac picem, necnon etiā sulfur, opinione citius volitabant: operāq; Romanorum multo labore curata, vnus horæ spatium pessum dederūt. Hic etiam vir quidam Iudæus, prædicatione ac memoria dignus inuentus est, Samæi filius Eleazarus, cui Saab Galilææ patria fuit. Is enim saxum ingens alte sublatum, tanta vi super arietē ex muro demisit, vt machinæ caput abrumperet, idque ex mediis hostibus saltu ad eos delatus auferret, nullōque metu re-³⁰ pararet ad murum. Postremo tanquam signum quò tela mitterēt, hostibus propositus, nudo corpore quinque sagittarum vulneribus fixus est: earūque nulla respecta, vbi murum ascendit, vnde iam videri ab omnibus poterat, sua audacia ibi constitit, contractusque dolore plagarum cum ariete decidit. Post hunc fortissimi extiterunt duo

duo fratres Neritas & Philippus de vico Ruma Galilæi. Qui cū super milites decimæ legionis profiliissent, tanto impetu vique irruerunt, vt & aciem Romanorum periruerent, quique aduersum ierant, omnes in fugam verterent. Præter hos Iosephus quoque & cætera multitudo, raptis ignibus, machinas & refugia, cum operibus quintæ itēque decimæ, eius quæ terga dederat legionis, incendunt. Cæteri autem qui mox consecuti sunt, & instrumenta & omne genus materiz obruerunt. Rursus autem Romani sub vesperam, erectum arietem ad eam muri partem, quæ pridem quasiata fuerat, appulere: ibique propugnatorum quidam Vespasiani plantam sagitta percussam leuiter vulnerat, quia vis teli spatio defecisset. Maximam tunc id Romanis
 10 perturbationē fecit. his enim, qui propè aderant viso sanguine perterritis, per omnem fama cucurrit exercitum: relictāque obsidione, plerique cum stupore atque formidine ad ducem belli concurrebant: & ante omnes Titus aderat metuens patri. Vnde contigit, vt & beneuolentia circa rectorem, & filij trepidatio confunderet multitudinem. facile tamen pater & timore filium, & perturbatione liberauit exercitum. superato enim dolore vulneris, & ab omnibus, qui sui causā pertimuerunt conspici studens, bellum in Iudæos sæuius incitauit. nam velut vltor quisque imperatoris omne periculum adire cupiebat: & clamore alius alium adhortantes, murum petebant. Iosephus autem cum suis, licet assiduis balistarum itēque tormentorum ictibus caderent, nequaquam tamen deterrebantur à muro: sed flāmis & ferro & saxis eos appetebant, qui
 20 arietem protecti cratibus impellerent. Nihil autem, aut parum proficiebant, cū sine intermissione procumberent in conspectu hostium positi, quos ipsi cōtra videre non possent. nam & suis ignibus collucebant, tanquam si dies esset, & certum erant hostibus signum quò tela dirigerent: machinisque procul non apparentibus, missilia cauere non poterant. Ergo propterea tam catapultarum quàm iaculorum vi simul multi transfigebantur: missilique machinis saxa & murorum minas auferabant, & frangebant angulos turrium. virorum autem nulli tam fortiter constipati erant, vt non vsque ad extremam aciem saxi magnitudine ac violentia sternerentur. Sciet autem aliquis, huius machinæ vis quantum valeat, ex his quæ illa nocte contigerunt. in muro cuidam ex circumstantibus Iosepho, saxo percusso caput auulsum est, eiúsque ad tertium stadium veluti funda excussa caluaria. Interdiu quoque prægnantis fœminæ transiecto
 30 vtero, ad dimidium stadium infans abactus est: tanta tormento vis fuit. Ergo machinis terribior erat imperus, & missilium strepitus. Crebri autem mortui, cū per muros deiicerentur, sonabant. & acerbissimus quidem intus excitabatur mulierum clamor: extrinsecus autem occumbentium gemitus concrepabant: totusque ambitus muri, ad quem pugnabatur, sanguine confluebat: iamque ascendi poterat congestione cadaverum. montes autem resonantes, multo amplius horrorem augebant: nec quicquam illi nocti defuit, quod vel auribus vel oculis terrorem posset incutere. Plurimi quidem pro Iotapata decertantes, fortiter ceciderunt, plurimi etiam sauciati, & sunt, & tamē vix circa matutinas vigilias murus assiduis machinarum ictibus cessit. Tūmq; illi quidem corporibus atque armis eam partem, quæ deiecta fuerat, priusquam Ro-
 40 mani pontes apponerent, munierunt.

De iterata impugnatione Iotapatenorum.

Cap. X.



50

ANE autem Vespasianus ad occupandam ciuitatem iam ducebat exercitum, ex nocturno labore paulum recreatum. Idēque cupiens de conuulsa muri parte alios propugnatores depellere, equitum quidem fortissimos equis depositos trifariam collocat: vt testis armis dirutum latus vndique obsiderent, contosque prætenderent: & cū pontes admoueri cœpissent, ipsi priores introirent. Post illos autem pedites validissimos ordinauit. Reliquam verò equitum multitudinem secundum muri spatium per montana loca distendit, ne quis fugiens excidium ciuitatis lateret. Deinde qui hos sequerentur constituit sagittarios, paratas sagittas habere iussos: funditores quoque similiter, & appositos machinis. Aliis autem integris mūri
 a a partibus

partibus scalas applicare præcepit, ut qui hos prohibere tentassent, deiectionis partis defensionem relinquerent: ceterique omnibus simul telis oppressi, violentiæ irrupentium cederent. Iosephus autem hoc consilio cognito, per murum integrum labore fatigatos itemque senes disposuit, quasi lædi non possent: in parte verò collapsa validum & potentissimum quemque: senosque ante omnes viros, in quibus & ipse fuit, ad pericula subeunda fortitus est: hisque præcepit, ut agminum ululatus ne metu quatererentur, aures obstruerent: contra sagittarum verò multitudinem communiti protegerentur desuper scutis: paulatimque recederent, donec sagittarii pharetras exinanirent. Si verò pontes à Romanis apponerentur, ipsos profligare mandauit: atque hostibus persuasit per sua instrumenta resistere: vnumquemque verò ita certare debere, non quasi 10 conseruandam tueretur, sed quasi perditam iam patriam vindicaret: atque oculis suis proponere mactari senes ac liberos, coniugésque suas propemodum ab hostibus capi: vimque futuræ cladis iam nunc collectam in autores eius effundere. ita quidem in utroque disposuit. Ciuitatis autem vulgus imbellis, mulieres ac pueri, postquam oppidum triplici acie videre circumdatum (nullus enim ad pugnam translatus fuerat à custodiis) strictisque gladiis ad partem muri deiectionis hostes instare, armisque montana loca omnia desuper collucere, atque Arabum quendam sagittariis tela suggere, tunc extremo ululatu quasi capta vrbe consonuerunt, non ut impendere mala, sed ut adesse iam crederes. Quare Iosephus mulieres, ne misericordia suorum animos effæminarent, intra domos cum interminatione cōcludit, silere iussas: ipse verò ad partem 20 muri, quæ sibi obrigerat transiit. & scalas quidem applicantibus animum non intendit, sed tantum speculabatur impetum sagittarum. Simul autem ac tubicines vniuersarum legionum consonuerunt, & grauiter infremuit exercitus: signoque dato, missis vndique sagittis lux obscurari cōpit: Iosephi socij memores præceptorum, & aduersus clamorem obstructis auribus, & contra sagittarum vulnera corporibus communitis, cum admouerentur pontium machinæ, ipsi eas cursu, & antequam hostes pedem in his ponerent, occupant: eosque ascendere nitentes prælio deturbant, varia manuum itemque animi facinora demonstrantes: & ne vel in extremis calamitatibus deteriores illis viderentur, qui sine periculo fortes contra se essent, curabāt. nec prius 30 à Romanis diuellebantur, quàm vel caderent vel occiderent. Itaque Iudæis perpetuo dimicantibus, cum nec vnde mutarent propugnatores haberent, defessis autem Romanorum assidue substituerentur: proque his quos violentia repulissent, alij succederent: inuicem se adhortati latera copulant: protectique desuper longioribus scutis, inexpugnabilis globus effecti sunt: totaque acie velut vno corpore repellendo Iudæos, muro iam pedem ponebant. Tum Iosephus, his rerum angustiis consilio necessitatis adhibito, machinis excogitandis cum desperatione stimulatur: feruentique oleo perfundi milites iubet, scutorum coniunctione defensos. id autem Iudæi multi, qui & paratum haberent, & plurimum, cito Romanis infundunt: ipsis etiam in eos ahenis missis calore bullientibus. Hæc res Romanorum ardentium aciem dissipauit, & cum dolore sæuissimo deuoluebantur à muro. siquidem facile à vertice ad pedes usque sub 40 armatura oleum per totum corpus fluebat, carnemque non secus ac flamma depascebatur: quod natura facile calefceret, seroque pro sui pinguedine refrigeret. Thoracibus autem & galeis illigatis incendij fuga non erat. Nunc autem salientes, nunc incuruati dolore, de pontibus decidebant. Ad suos autem contranitentes tutò recedere non poterant, quoniam facile ab insequentibus vulnerabantur. Sed neque Romanis virtus in rebus aduersis, nec Iudæis prudentia defuit. Romani enim licet oleo perfusi mirabilia pati viderentur, tamen in eos, qui perfuderant ferebantur, præcedentē quicquid incurfando, tãquam ipse impetum retardaret. Iudæi verò progressum eorum dolo altero deceperunt, cum fœno græco decocto pontium tabulata perfunderent: quibus illi dilabentes retrahebantur, ut neque fugientium quisquam, neque aggredientium 50 firmo posset eniti vestigio: sed alij quidem resupinati per ipsas pontium tabulas calcarentur, multi verò super aggeres deicerentur: & qui cecidissent, à Iudæis feriebantur: qui Romanis desilientibus conflictu iam liberi, facillime tela dirigebant. Cum autem multa milites mala in hac perpeti pugna dux videret, sub vespæram eos reuocat: quorum

quorum non paucis trucidatis, plures sunt vulnerati. Ex Iotapata verò sex viris mortuis, plures quàm trecenti faucij translati sunt. Hoc autem modo pugnatum est Iunij mensis die vigesimo. At Vespasianus eorum causa, quæ acciderant, consolatus exercitum, postquam ira vidit accensum, neque tam exhortationem quàm opus deposcere, aggeres quidem altius tollit. Tres verò turres quinquagenum pedum in excelsum iubet erigi, ferro vndique tectas, vt & pòdere stabiles essent, neque ignibus expugnarentur: eâque super aggeres collocat, iaculatoribus & sagittariis, itémque leuioribus missilium machinis plenas, funditorum quoque fortissimis. Qui cùm non conspicerentur propter altitudinem turrium & loricas, ipsi eos qui super murum astarent facile
 10 le conspicuos, telis feriebant, at illi cùm neque à vertice venientes sagittas facile declinarent, neque vlciſci possent quos non viderent: altitudine quidem turrium librata manu iacula superante: ferro autem, quo erant septæ, flammis óbstante: ob hæc defensionem muri deserunt: oppugnationemque tentantibus pròp̃te occurrunt. Et Iotapateni quidem ita resistebant, quamuis multi in dies singulos occumberent, neq; contra mali quicquam hostibus facerent, quòd eos sine periculo prohibere non poterant.

Iaphæ expugnatio à Traiano & Tito.

Cap. XI.

20 **I**s autem diebus Vespasianus ad finitimam quandam Iotapatæ ciuitatem euocatus, cui nomen est Iapha, nouas res affectantem, & propterea, quòd Iotapatenos præter spem resistitisse audierat, insolentem, mittit eò Traianum decimæ legionis rectorem, dans ei duo millia peditum & equites mille. Ille autem cùm oppidum contra expugnationem munitissimum reperisset (nam præter naturam qua tutum erat etiam muro duplici cingebatur) habitatores verò eius vidisset paratos ad pugnam sibi obuios processisse, prælium cum his committit: eosque paulisper relictos, in fugam vertit: quos vestigiis cõsecuti Romani, exterioris muri ambitum quòd confugerant, cum ipsis irrumpunt. secundum autem murum petentibus, ciues sui claudere ciuitatem, metu scilicet, ne cum his rursus hostes intrarent. Profecto autem Deus
 30 Galilæorum clades Romanis donabat, qui etiam tunc ciuitatis eius vniuersum populum exclusum mœnibus propriis, ad interitum hostibus dedit audidissimis cædium. Multi enim simul ruentes ad portas, multumque nominatim præpositos inclamantes, inter ipsas preces mactabantur, quibus hostes vnum murum, alterum ciues clauderant: & inter medios coacti murorum ambitus, multi quidem sociorū gladiis transfigebantur, infiniti verò à Romanis interficiebantur, ne ad vlciſcendum quidem recepta fiducia. nam præter hostilem metum, etiam domestica proditio eorum animos fregerat. Denique moriebantur, non Romanos, sed Iudæos execrando, quoad omnes interiere numero hominum, duodecim millia. Vnde Traianus vacuam esse ciuitatem pugnatoribus reputans, & si qui adhuc intus essent, nihil eos ausuros esse existimans
 40 præ timore, imperatori excidium reseruauit. cùmque per nuncios rogauit, vt filium suum Titum mitteret, finem victoriæ impositurum. ille autè laboris aliquid superesse ratus, cum milite filium misit, hoc est, quingentis equitibus, & peditibus mille. Qui mature ad ciuitatem profectos sic ordinauit exercitum, vt in læuo quidem latere Traianum cõstitueret, ipse verò in dextro obsidioni præesset. Itaque militibus scalas muris vndique applicantibus, cùm paulisper desuper Galilæi obstitissent, continuo mœnia reliquerunt. Titus verò eiusque comites, saltu demissi, mature ciuitatem obtinuerunt. Tùmque vehemens cum his qui se intus cõgregauere, pugna commissa est: nunc per angusta viarum irruentibus validissimis, nunc fœminis ex tectorum culminibus, quæ forte inuenissent, tela iactantibus. Et hoc quidem modo vsque ad sextam
 50 horam sustinere conflictum. absumptis autem bellatoribus, cætera multitudo, & subdiuo, & per domos, senes pariter ac iuuenes mactabantur. Deniq; virilis sexus præter infantes nullus remansit, qui cum mulieribus abducti sunt seruitio. Interemptorum quidem in ciuitate, & in primo congressu, numerus fuit x v. millia: captiuorum autem duo millia c x x x. Hæc Galilæis clades contigit quinto & vigesimo die Iunij mensis.



ED ne Samaritæ quidem alieni à calamitatibus remansere. Hi namque in monte Garizin, qui est illis sanctissimus, congregati, locis suis expectabant: belli autem minas eorum conuentus ac spiritus habere videbatur: nec saltem vicinorum malis corripiebantur, sed inconsulta suarum virum infirmitate, secundis Romanorum rebus exterriti, prona in tumultum voluntate pendebant. Vespasiano autem placebat motus antecapere, eorumque impetus præuenire. Nam & si præsidii tota Samaritica regio cincta erat, tamen eorū multitudo, qui coierant & conspiratio timebatur. Eaque causa Cerealem quintæ legionis tribunum, cum sexcentis equitibus tribusque peditum millibus mittit. Ille autem ad montem quidem¹⁰ accedere, præliōque congredi nequaquam tutum esse duxit, quod hostes plurimi desuper essent: milites verò circumuallatis vndique montis radicibus, tota eos die custodiebant. Euenit autem aquæ tunc indigentibus Samaritis, etiam graues accendi æstus (erat enim tempus æstatis, neque se rebus necessariis vulgus instruxerat) adeo ut nonnulli quidem vna die siti morentur, multi verò eiusmodi morti seruitium præferentes, ad Romanos trāsfererent: ex quibus cognito Cerealis, illos etiam, qui adhuc perseuerarent, malis infraçtos, montē ascendit: & circum hostes exercitu constituto, primum eos ad fœdera hortabatur, atque ut salui esse mallent rogabat: si arma proiecissent, tutos fore promittens: denique quia persuadere non posset, aggressus eos occidit omnes. Erant autem vndecim millia & sexcenti. Hæc Iunij mensis vigesimo & septimo die gesta sunt: atque his calamitatibus Samaritæ oppressi sunt.

Iotapata excidium.

Cap. XIII.



IOTAPATENIS autem diu durantibus & præter spem aduersa tolerantibus, quadragesimo quidem ac septimo die, Romanorum aggeres super murorum altitudinem sunt elati. quidam verò ad Vespasianum eodem die profugus venit, paucitatem ciuiū & infirmitatē simul eorum enuntiās: quodque diuturnis vigiliis, & præliis assiduis consumpti, minime quidem vltius vim ferre possent, verum dolo etiam caperentur, si quis instaret. circa extremam namque vigiliam, quando & malorum requiem habere videretur, & maxime defatigatos custodes matutinus somnus occupat, dormire eos dicebat, eademque hora inuadendos esse suadebat, Vespasiano autem, quia fidem nosset inter se Iudæorum, quantaque superbia penas contēnerent, transfuga suspectus erat: nam & antea quidam ex Iotapata captus, omne tormentorum genus fortiter pertulit, & cum ne flammis quidem coactus, quid intus ageretur, hostibus exquirentibus prodidisset, mortem deridens cruci suffixus est. Fidem tamen proditori coniectura faciebat, fortasse illū vera dicere: ipse autē nihil eius fallacia magnum sibi existimans esse metuendum, asseruari hominem iussit, & ad occupandam ciuitatem parabat exercitū. Hora igitur quæ fuerat indicata, silentio muros petebat: primusque incedebat Titus cum vno tribunis Domitio Sabino, paucis ex quintadecima legione comitatus. Interfectis autem vigilibus, in ciuitatem ingrediuntur, & post eos Sextus Cerealis tribunus, & Placidus, subiectos sibi milites introduce-⁴⁰ bant. Arce verò occupata, cum hostes in medio oppido versarentur, iamque plane dies esset, ne tunc quidem illi qui capti tenerentur, adhuc excidium sentiebant, multo labore somnoque pariter dissoluti. Et si quis euigilasset, nebula visus eius hebetauit, quæ casu tunc plurima se circa oppidum fuderat. donec totus irrupit exercitus: soloque malorum periculo exuscitati sunt, morientesque demum se periisse crediderunt. Romanos autem memores quid obsidionis tempore pertulissent, neque parcēdi cuiquam, neque miserendi quenquam tangebatur cura: sed ex arce plebem ad prona compulsam facilius trucidabant, ubi loci difficultas pugnacibus quoque negaret copiam resistendi. viarum namque angustis pressi, ac per decliua dilabentes, fluente desuper bello obterebantur. Id multos etiam qui circa Iosephum lecti erant, ut manibus propriis libera-⁵⁰ rentur incitauit, nam cum se viderent Romanorum neminem posse occidere, ne Romanorum manibus oppeterent præuenerunt, & in extrema parte ciuitatis congregati, semet interfecerunt. Quicumque tamen vigilum primi captam ciuitatem senserant, in quandam turrim Septentrionalem fuga recepti, aliquandiu quidem resisterunt. deinde

inde circumfusi hostium multitudine, sero dextras dedere: hisq; instantibus, mortem suam æquo animo præbuerunt. Potuissent autem incruento Romani, obsidionis sine gloriari, nisi vnus ex ipsis occidisset centurio, Antonius, pereimptus insidiis. Nam quidam ex his qui ad speluncas confugerant (erant autem plurimi) rogabat Antonium, dextram sibi porrigere, ad fidem salutis ac præsidium, quo tutus ascenderet, eumque is manum porrexisset incaute, hasta ille præuertum sub inguine perculit, statimq; confecit. Illo quidem die comparentem multitudinem peremere Romani, postea vero secutis diebus scrutando latebras, per cuniculos & speluncas in omnem seuebāt aetatem, præter infantes ac fœminas. Itaq; captiui quidem mille ducenti, congregati erāt: 10 quadraginta vero millia connumerata sunt excidij tempore pugnis superioribus mortuorum. At Vespasianus ciuitatem ipsam excindi iubet, castellaque eius omnia exurit. Iotapata quidem ita deuicta est tertio decimo imperij Neronis anno, calendarum Iuliarum die.

Quomodo Iosephus captus vitam suam redemerit facto & verbis.

Cap. XIII.

ROM. verò Iosephum requirentes, & propriæ indignationis causa, & quod imperatori operæ precium videbatur (captus enim, maxima pars belli esset) mortuos itémque abditos rimabantur: ille autem in exitio ciuitatis fortunæ quodam vsus auxilio, per medios se hostes surripuit, & in quendam 20 profundum puteum saltu demissus est, cui amplum specus adiunctum erat à latere, quod supra scrutantes videre non possent: vbi xl insignes viros latitantes offendit, rerumque vtillum apparatus, qui non paucis diebus sufficeret. Hostibus autem omnia complexis, interdum quidem se occultauit: nocte vero sursum ascendens, vigilas explorabat, vt fugeret. Cumque omnia vndiq; ipsius causa maxime custodirentur, neque fallendi spes esset, in speluncam iterum descendebat: biduumque ibi delituit. Tertia verò die, capta quadam muliere, quæ cum ipsis fuerat, indicatus est. Tumque Vespasianus propter duos tribunos Paulinum & Gallicanum, iussos pacem dare Iosepho, & hortari eum vt ascenderet, mittit. Quibus tamen ille rogantibus, postquam ad eum venerunt, fidemque pro salute dantibus, minimè paruit. Ex his autem magis quæ pati meri 30 tus esset, qui plurima cõmisisset, quàm ex naturali mansuetudine rogantium, suspicionem colligens, velut ad poenam euocaretur, timebat: donec Vespasianus tertium quoque tribunum Nicanorem, Iosepho notum, atq; olim consuetum misit. Is autem, quàm mite in eos Romanorum esset ingenium, quos semel subiugassent, referens, quodq; ipse Iosephus virtutis causa magis admirabilis, quàm inuisus ducibus haberetur: essetq; imperatori studium non eum ad supplicium ducere, quod etiam sine deditione sibi liceret exigere, sed conseruare potius virum fortem: his addebat: quòd nec Vespasianus, si quid dolo moliretur, amicum ad id mitteret, vt rem optimam pessimam, hoc est, perfidiæ prætexeret amicitiam: neque semetipsum illi, vt amicum falleret, obtemperaturum fuisset. Verum Iosepho etiam post Nicanoris dicta hæsitante, milites quidem irati, spelun- 40 cæ ignem submittere properabant. sed retinebat eos belli ductor, viuum Iosephum capere plurimi pendens. Nicanore autem vehementer instante, vbi etiam hostilis multitudinis minas cõperit Iosephus, nocturna somnia reminiscitur. quibus ei Deus & futuras ludæorum clades, & quæ Rom. essent euentura principibus, ostēdit. erat autem interpretandis quoque somniis idoneus, & coniectare quæ ambigue diuinitus diceretur, sciebat: qui & sacros prophetarum libros nouerat, quòd & ipse sacerdos esset, & parentibus sacerdotibus procreatus. Illa igitur hora quasi Deo plenus, & recetium somniorum, quæ horrenda viderat, simulacra mente complexus, occultas preces Deo offert. Et quia ludæorum, inquit, labefactari tibi re creator placuit, fortuna vero ad Rom. tota migravit, animamque meam quæ futura prædiceret, elegisti, do quidem manus 50 sponte Rom. & viuo, testor autem, quòd non proditor, sed tuus minister ad eos ibo. Simulque his dictis, Nicanori consentiebat. Verum qui vnà confugerant ludæorum, postquam intellexerunt Iosephum rogantibus, cedere, vniuersi circumstantes clamabant, certe plurimum ingemiscere leges patriæ. Vbi sunt, quæ ludæis Deus annuit, quibus mortem contemnentes animas indidit? Vita Iosephe captus es, lucemque pateris

intueri seruientem? quàm cito tui oblitus es? quàm multos pro libertatē mori persuasisti: falsam profecto opinionem fortitudinis habebas, falsamque prudentiā, si salutem apud eos speras; cum quibus ita dimicasti: aut si hæc etiam certa sunt, ab illis tamen te seruari cupis. Sed quamuis te Romanorū fortuna tui obliuione perfuderit, nos tamen patriæ gloriæ consulentes, & dexteram tibi & gladium commodabimus: Tu verò si quidem sponte moriare, dux Iudæorum: si verò iniuitus, proditor morieris. Vix hæc elocuti sunt, & intentatis ei gladiis, occidendum illum comminabantur, si Romanis pareret. Timens igitur impetum Iosephus, & se Dei præceptorum proditorem esse ratus, si non renunciasset morte præuentus, argumentis eos philosophiæ necessario tractare incepit. Et quid enim tantoperè, inquit, ô socij propriæ cædis auidi sumus? aut cur amicissimas inter se res, corpus & animam in dissensionem vocamus? mutatum me esse quispiam diceret: sed Romani hoc sciunt. Optimum in bello mori: sed lege belli, hoc est à victoribus trucidari. Proinde si quidem Romanorum ferrum deprecor, verè meo gladio meaque manu sim dignus: sin illi hosti suo parcendum putant, quanto iustius nos ipsi nobis peperceimus? Quippe stolidum est ea circa nos admittere, pro quibus ab illis dissensimus. Pulchrum enim esse pro libertate mori, & ipse fateor, pugnando tamē, & illorum manibus, qui eam præripuere: nunc autem neque prælia nobis obstant, neque nos interficiunt. Itidem autem timidus est habendus, qui mori non vult cum opus est, & qui vult cum non oportet. Præterea quis nos metus prohibet ad Romanos ascendere? nempe mortis. Ergo quæ ab hostibus dubie suspecta formidini est, eam certam ipsi nobis irrogabimus? Verum seruitutem dicet aliquis. Valde quidem nunc liberi sumus. At viri fortis est semet occidere. Imo verò ignauissimi, quantum opinor. Nam & gubernatorem timidissimum puto, qui tempestatem metuens, ante vim turbinis nauem sponte submergit. Quinetiam propria manu perire, à communi omnium animalium natura discrepat, eoque modo in creatorem nostrum Deum summum scelus admittitur. Nullum est animal, quod ex industria vel per se moriatur. Siquidem naturæ lex validissima, vt velint viuere, in omnibus sita est: idcirco & qui nobis adimendum id putant, hostes ducimus, & quos nostros insidiatores putamus poena persequimur. Deum verò indigne ferre non arbitramini, cum donum eius homo despiciat? Ab illo enim accepimus, vt essemus: rursusque, vt esse desinamus, illi reddendum est. Corpora quidem cunctis mortalia sunt, ex caduca materia fabricata: anima verò semper immortalis est: Deiq; particula in corporibus collocata. Si quis ergo depositum hominis surripuerit, aut male tractauerit, pessimus statim ac perfidiosus habetur. Si Dei depositum ex proprio corpore quis eiecerit, eum se latuisse quem læserit æstimabit? Et seruos quidem fugientes vlscisci, iustum creditur, quamuis nequam dominos fugerint: ipsi verò Deum fugientes, & optimum Deum, impie facere non videbimur? An ignoratis, quod eorum qui lege naturæ vita exeunt, acceptumq; Deo debitum soluunt, cum id qui dedit recipere voluerit, perpetua laus domusque ac familia stabiles sunt? puræ autem & quæ inuocantes exaudiant animæ, retinent locum in cœlo adeptæ sanctissimum: atque inde rursus, voluentibus seculis, casta corpora iubentur incolere. Quorum verò manus in seipsos insanierunt, eorum animas tenebrosior Orcus suscipit. pater autem illorum Deus autores iniuriæ per nepotes vlscitur. Hinc & Deo inuisum est, & à sapientissimo legis nostræ conditore coercetur. Denique si qui se occiderint, apud nos quidem vsque ad solis occasum insepultos abiici decretum est, cum etiam hostes sepeliri fas esse ducamus: apud alios autem & dextræ iubentur abscindi eiusmodi mortuorum, quæ in ipsos armatæ sunt: quoniam vt corpus ab anima, ita manum esse à corpore alienam existimarent. Pulchrum est igitur, ô socij, iusta sentire neque humanis cladibus addere, vt creatorem omnium impietate lædamus. si salui esse volumus salui simus, nec enim salus apud eos ignobilis est, quibus tantis virtutem operibus demonstrauimus. sin mori placet, ab his occidi perpulehrum est, qui nos ceperint. Nō migrabo ego in hostium locum, vt ipse mei proditor fiam. multo enim stolidior sim, quā qui ad hostes vltrò profugiunt, si quidem illi salutis suæ causā id faciunt: ego verò interitus, & quidem mei. Romanorū tamen insidias votis expeto. nam si me & post iunctas dextras perimāt, magno animo paratōque

paratōque moriar, mendacij perfidiam pro victoriæ solatio mecum auferens. Multa quidem in hunc modū Iosephus vt à cæde propria socios dehortaretur, dicebat. Illi autē obstructis desperatione, qua se iam dudū morti deuouerāt, auribus concitantur: & alij aliunde cum gladiis accurrentis ignauia exprobrabant: & quasi eum mox percussurus, quisque adoriebatur. Ille autem cū alium nominatim vocaret, aliū vultu ducis intueretur, alterius dexterā prehenderet, alium precibus exoraret, varia mentis affectione (vt in tali necessitate) distractus, ferrum omnium à cæde sua prohibebat, non secus vt feræ bestiæ circumclusæ, ad eum semper qui se cōtingeret, ora conuertens. Illorum autem, qui ducem in extrema quoq; clade reuerendum putabant, debilitabantur dextræ, gladiique de manibus elabebātur: multi cū manus ei afferrent, sponte frameas dimittebant. Iosepho autem non defuit in desperatione consilium, sed fretus Dei prouidentia, salutem in periculum mittit. Et quoniam mori decretum est, inquit, agite, cædes mutuas fortiamur: & cui obtigerit, manu sequētis occumbat, atq; ita omniū fortuna perambulet, neq; sua se quis dextera feriat. iniustum est enim cæteris interemptis, ex aliis quenquam, si pœnituerit, saluum esse. Visus est vera dicere, & quod persuasit agitur: vt fors cuique obtigit, paratam ei qui sequeretur necem suam præbebat, quasi mox etiā duce perituro. cum Iosepho enim perire, vita dulcius æstimabant. Remansit autem ipse cum altero, siue fortuna dici poterat, siue Dei prouidentia. Consultōque prospiciens, ne vel sorte grauaretur, vel si nouissimus cessisset, gentilis cæde pollueretur: illi quidem, fide interposita, vt viueret persuasit: ipse vero hoc modo & Romanorum & domestico bello liberatus, ad Vespasianum per Nicanorem ducebatur. Omnes autem Romani visendi eius gratia occurrebant: & cū se circa ducem premeret multitudo, varius tumultus erat: his exultantibus, quod captus esset, aliis minitantibus, nonnullis autem propius eum videre certantibus. Et qui longius quidem aberant, hostem interficiendum esse clamabant: qui verò propius erant, facta eius reputantes, mutationes stupecebāt. Rectorū autem nemo fuit, qui licet antè irasceretur nomini eius, viri aspectu non mitior factus sit. Titū vero præter alios & fortis Iosephi animus in calamitatibus, & ætatis eius misericordia capiebat: qualisque pridem fuisset in præliis reminiscēti, & qualis nunc sit in hostium manibus positus intuenti, succurrebat quāta esset fortunæ potentia, quāmq; velox belli momentum: humanarum autē rerum nihil firmū atq; perpetuum. quamobrem multos ad miserationē Iosephi pertraxit: plurimāque salutis eius pars Titus exitit apud patrem. Vespasianus tamen, quasi missurus eum Cæsari, vt cautissime custodiretur præcepit. Quo audito, Iosephus aliquid ei soli se dicere velle ait. Summotisque ab illo omnibus aliis præter filium Titum, ac duos amicos: Tu quidē, inquit, Vespasiane, tantum hoc putas, Iosephum te habere captiuum: ego autem maiorum ad te nuncius venio, præmissus à Deo: alioquin Iudæorum legē sciebam, & quemadmodum duces exercituum mori deceret. Ad Neronē me mittis? quid ita? quasi qui Neroni vsq; ad te successuri sunt, maneat. Tu es Cæsar Vespasiane & Imperator, atque hic filius tuus: me autē colligatum arctius tibi asseruato: nam dominus quidem non mei solius es tu Cæsar, verum etiam terræ marisque ac totius hominum generis. me autem ad maiorem pœnam custodiri oportet, si ex tempore & subito in dominū ista confingo. His dictis Vespasianus statim quidem fidem non habere videbatur, eaque Iosephum existimabat salutis gratia cōminisci. paulatim vero ad credendum impellebatur, iam pridem illum excitante ad imperium Deo, sceptrāque multis præmonstrante aliis portentis. Sed & in aliis verum esse Iosephumprehenderat. Altero nanque amicorū qui secretis intererant, admirari dicente, quemadmodum (nisi hæc deliramenta sint) neque Iorapatenis de excidio, neque sibi de captiuitate quicquam diuinasset, vt à se iram depelleret: Iosephus Iorapatenis ait se prædixisse, quod post 50 diem septimum & quadragesimum eos maneret exitium, quodque ipsum Romanivium essent in custodia retenturi. Hæc in secreto quæ sita, Vespasianus vbi vera esse comperit à captiuis, etiam quæ de se dixisset credibilia cœperat existimare: sed neq; custodiam Iosepho nec vincula remittebat: vestimentis autem aliisque muneribus cum donare benignissimēq; fouere non desinebat, etiam Tito magnam honori eius

operam commodante. Quarto autem die mensis Iulij Vespasianus in Ptolemaida reuersus, inde in loca maritima Cæsaream peruenit, Iudææ maximam ciuitatem, & quæ maiorem incolarum partem Græcos haberet. Igitur & exercitum & rectorem indigenæ omni fauore ac benignitate suscipiunt, affectu quidem quo Romanos diligenter. plus autem illorum qui excisi fuerant odio: vnde etiam multi simul, vt de Iosepho supplicium sumeret, cum clamore precabantur. Vespasianus autem de ista quidem petitione, velut ab inconsulta multitudine oblata, nihil respondendo dissoluit. legionum vero duas quidem hyematum apud Cæsaream posuit, quod opportunam videret esse ciuitatē. Decimam vero & quintam Scythopolim misit, ne totius exercitus molestia Cæsaream premeret. Erat autem illa quoque aprica per hyemem, quantum æstatis caloribus æstuosa, vt in planicie sita atque maritima.

Ioppe denuo capitur.

Cap. XV.

DVM hæc aguntur, collecta non exigua multitudo, qui vel ab hostibus seditione defecerant, vel ex ciuitatibus euerfis effugerant, Ioppen sibi receptaculo renouant, quam antea vastauerat Cestius. Et quia terra quam vastauerat arcebantur, migrandum in mare censuerunt: ac piraticis nauibus fabricatis, in Syriam ac Phœnicen. itémque in Ægyptū commeantes, plurimos latrocinii prædabantur: omnibusque nauigiis inuium faciebant illarum partium pelagus. Sed Vespasianus cognito quid constituisent, equites in Ioppen necnon & pedites mittit. hi que nocte in ciuitatem, quod incustodita erat, ingressi sunt. Eius autem habitatores, postquam irruptionem præsenferat, ne tunc Romanos arcerent, metu deterriti, naues fuga petierunt: & in his, vltra contiguum sagittæ spaciū, pernoctauerunt. Cū vero Ioppe natura esset importuosa (nanque in asperum cæteraque arduum litus definit ac summis vtrinque cornibus leuiter incuruum, quæ vaste supersunt, & ingentibus procellis pelagus turbant: vbi etiam nunc Andromedæ catenarum signis extantibus, fabulæ veteris fides ostenditur: aduersus autem Aquilo feriens littora, summos in obiectas cautes fluctus affligit, solitudinēque in tutiorem efficit stationem) in eo solo fluctuantibus Ioppenis, prima luce violentius. quem illac nauigantes Melamboream vocant flatus incumbit: & alias quidem naues inter se, alias vero collisit in scopulos. multæ autem cum magna vi aduerso æstu, niterentur ad pelagus (nam & litus saxis infestum, & hostes in eo constitutos timebant) sublatæ in sublime gurgite mergebantur. & neque fugæ vspiciam locus erat, neque manentibus spes salutis: cū & mari ventorū, & ciuitate Romanorum violentia pellerentur. Itaque multi vlulatus collisis nauibus audiebantur, & multi crepitus fractis: Ioppenorum autem fluctibus pars obruti, pars naufragiis implicati moriebantur. nonnulli autem ferro se interficientes, veluti id satius esset, mare præueniebant: plurimi autem euecti fluctibus, scopulis carpebantur: vt & pelagus sanguine redundaret, omnisque ora maritima cadaueribus impleretur: cū etiam ad litus appulso, in eo stantes Romani milites trucidarent. eiektorū autem corporum quatuor millia ducenta fuerunt. Ita captam nullo prælio ciuitatem Romani funditus erunt. Ioppe quidem hoc modo breui tempore bis à Romanis excisa est. Vespasianus autem, ne rursus eò piratæ confluerent, castris in arce munitis, ibi cum peditibus paucis equitatum reliquit: vt hi quidem locis suis manentes, eadem castra defenderent: equites vero omne circum territorium peragrantes ad fines Ioppes, vicos & oppidula simul exurerent. Illi igitur præceptis obediētes, in dies singulos incurfando, excindebant totas regiones atque vastabant. Vbi vero Iotapatæ apud Hierosolymā casus nunciatus est, primo quidem plurimi & pro magnitudine calamitatis, & quod nemo qui se vidisse diceret quæ iactabantur aduenerat, non credebant. nec enim vel nuncius aliquis superfuerat: sed ipsa per se fama excidium prædicabat, velox nuncia tristium: paulatimque per finitimos veritas ambulabat, & apud omnes ambiguitate certior habebatur. quinetiam rebus gestis plura quæ facta non erant affingebantur: & in excidio ciuitatis peremptus dicebatur esse Iosephus: quæ res maximo luctu repleuit Hierosolymā: & per singulas domos itémque cognationes, amissorum quisque lugebatur à suis: luctus verò ducis publicus erat. & hi quidem hospites, alij propinquos, amicos alij, nonnulli etiam fratres flebant: Iosephum

phum autem vniuersi. adeo ut per dies xxx. nunquam lamenta in ciuitate cessarent, magnaque mercede conducerentur tibicines naniarum. Tempore autem veritate reuelata, ut de Iotapata quidem ubi res habebat, fictum vero quod de Iosephi morte vulgabatur, eumque viuere & cum Romanis esse compertum est, ac supra captiui fortunam à ducibus honorari: tantam in eum viuum iracundiam, quantam prius cum mortuum crederent beneuolentiam, conceperunt. Et ab aliis quidem ignauia, apud alios proditoris arguebatur: totaque in eum ciuitas plena erat indignatione atque conuitiis. Vltro autem his vulneribus excitabantur, magisque accendebantur rebus aduersis: & offensus quæ prudentibus ne similia perferant cautionis & custodiæ causam præbet, ad alias calamitates tanquam stimulus incitabat: & malorum semper incipiebat ex fine principium. denique maiore in Romanos impetu ferebantur, velut in Iosephum pariter vindicaturi. Hierosolymorum quidem habitatores eiusmodi turbis agitabantur.

*Deditio Tiberiadi.**Cap. XVI.*

VESPASIANVS autem studio visendi regnum Agrippæ (nam & ipse rex inuitabat, rectorem cum exercitu simul paratus accipere domesticis diuitiis, ac per eos agras partes regni compescere) motis ex Cæsarea maritima castris, in eam quæ Philippi dicitur Cæsaream demigrauit: ibique per dies xx. milite recreato, ipse quoque rerum gestarum gratias Deo referens in epulis erat.

20 Postquam vero Tiberiada quidem nouas res cupere, ac deficere Taricheas audiuit (ad regnum autem Agrippæ utraq; pertinebat) decreto apud se vndique Iudæos excindere, opportunum esse credidit aduersus eos exercitum ducere, simul ut Agrippæ hospitio vicem rependeret, potestati eius ciuitatibus creditis. Igitur filium suum in Cæsaream, ut inde militem Scythopolim traduceret, mittit. Hæc autem ciuitas Decapoleos maxima, & Tiberiadi vicina est. Quò cum ipse venisset, ibi filium præstolabatur. Deinde cum tribus vltra legionibus progressus, ad trigesimum à Tiberiade stadium, in quadam mansione conspicua nouarum rerum studiosis, cui nomen est Enabris, castra ponit: atque hinc Decadarchum Valerianum cum equitibus l. mittit, qui pacifico sermone oppidanos alloqueretur, & ad fidem inuitaret. audierat enim quod

30 pacem populus desideraret: à nonnullis autem ad bellum eum cogentibus, seditionem pateretur. Itaque Valerianus ubi muro appropinquauit, & ipse de equo defiliit, & suos comites idem facere iussit: ne laceffendi prælij causa, potius venisse videretur. Sed priusquam verbum faceret, armati excurrere in eum seditiosi, qui erant validiores, rectore quodam nomine Iesu, Tobia filio, latrocinialis agminis principe. Valerianus autem, neque præter mandata ducis prælio congregi tutum ratus, etiam si de victoria certus esset: pugnamque periculosam esse, si cum multis pauci, & instructis imparati confligerent, inopinata præterea Iudæorum stupefactus audacia, & ipse pedes refugit, & quinque alij similiter equis relictis: quos Iesus eiusque socij, veluti pugna non insidiis captos, læti in oppidum adduxerunt. Id autem veriti seniores, & qui eminere in populo vide-

40 bantur, in Romanorum castra profugium: adhibitoque sibi rege, ad Vespasiani genua suppliciter accidunt, ne se despiceret obsecrantes: neque quæ paucorum esset, totius esse ciuitatis insaniam existimaret: sed populo parceret, qui semper amica Romanis sentiret: magisque vltum iret defectionis autores, à quibus ipsi olim ad foedus venire properantes, nunc usque ne id facerent asseruati fuissent. His eorum precibus, quamquam toti ciuitati propter equorum rapinam infensus esset, indulgit. nam & Agrippam videbat eius oppidi causa trepidare. Fide autem per eos populo data, Iesus eiusque socij, tutum sibi non esse rati apud Tiberiada consistere, ad Taricheas confugiunt. Posteroque die Vespasianus in arcem præmittit cum equitibus Traianum, qui multitudinem an omnes pacem cuperent, experiretur. cognito autem populum eadem sentire quæ supplices, ad ciuitatem ducebat exercitum. Illi autem portis ei patefactis, cum faustis ominationibus obuiam prodeunt, salutis datorem ac benemeritum acclamantes. Cum vero militem angusti aditus remorarentur, murorum partem dirui Vespasianus ex meridie latere iussit, eoque pacto dilatauit ingressum: ut prædā tamen & iniuriis abstinerent, in gratiam regis edixit: eiusdemque causa muris pepercit, spontis

dentis habitatores eius posthac cum reliquis fore concordēs : aliisq; modis malis affectam ciuitatem ex dissensione recreauit.

Tarichearum obsidio.

Cap. XVII.

DEINDE ab ea digressus; inter ipsam & Taricheas castra posuit, muroque firmavit, belli sibi moras illic fore prospiciēs: quod omnis turbarum cupiēs multitudo ad Taricheas conflueret, munitione cōfisa ciuitatis, & lacu qui Genesar ab indigenis appellatur. Etenim ciuitatē ita vt Tiberias sub monte positam. qua lacu non alluebatur vndique mūro validissimo, sed minore tamen quam Tiberiada, Iosephus cinxerat. nam illam quidem in principio defectionis, pecuniarum itēmq; virium copia communierat: Taricheis verò largitatis eius reliquiae profecerunt. Scaphas autem plurimas in lacu paratas habebant: vt in eas videlicet, si terrestri praelio vincerentur, refugerent: simulq; ad nauale bellum, si opus esset, instructas. Romanis autē castra munientibus, Iesus eiusque socij neq; multitudine hostium, neq; disciplina militiæ perterriti, cursu eos irruunt: primoque impetu disiectis muri fabricatoribus, ac parte aliqua ædificij dissipata, vbi armatos congregari viderunt, antequam mali aliquid paterentur, ad suos refugiunt: eosque infecuti Romani, ad nauigia compulere. Et illi quidem tantum prouecti, vnde Romanos contingere missilibus possent, anchoras iaciunt: & sicut acies assolent, densatis inter se nauibus, aduersus hostes in terra constitutos, nauali praelio decertabāt. Audito autem Vespasianus magnā eorum multitudinem in proxima ciuitati planicie cōgregatam, filium suum cum sexcētis equitibus lectis eō mittit. Qui cū infinitum hostium numerum reperisset, patri quidem maioribus auxilijs opus esse mandauit. Ipse vero equitū plerosque, etiam priusquā subsidia venirēt alacres esse videns, cū nonnulli eorū multitudinē Iudæorū formidarent, vnde exaudiri posset constitit: & ,ō Romani, ait, pulchrum est nanq; in principio sermonis admonere vos generis vestri, vt qui cum quibus pugnaturi simus sciatis: nostras enim manus nemo vnquā toto orbe hostis vllus euasit: Iudæi vero, vt etiā pro his dicamus aliquid, ad hoc vsque tēpus victi non defatigantur: itaq; oportet illis in aduersis rebus cōstantēr dimicantibus, etiā nos in secundis perseverantius laborare: aperta quidem fronte vobis plurimum alacritatis inesse conspiciens, gaudeo: vereor autē, ne cui vestrum tanta timorem multitudo hostium latenter incutiat. Igitur quisque iterum cogitet, qualis cum quibus decertabit: quodque Iudæi, licet satis sint audaces, mortēq; contemnant, incompoti tamen bellorumque imperiti sunt, vulgus recte potius quā exercitus appellandi, de vestra vero peritia atq; ordinatione referre quid opus est? Nempe idcirco soli armis exercemur, pacis etiam tempore, vt ne in bello nos cum hostibus numero conferamus. nam quod perpetuæ militiæ commodum, si pares cum rudibus cōgrediamur? Quin reputate, quod armati cum inermibus, & equites cum peditibus, & ducis tuti cōsilio cum vagis neq; rectorem habētibus decertabitis: quodq; nos hæ virtutes multo plures efficiant, multum autem vitia de hostium numero detrahant. Nec sola hominum multitudo, quamuis pugnacissimi fuerint, in bello obtinet: sed etiam si vel in paucis sit fortitudo. hi enim & ordinari faciles sunt, & sibimet subuenire: numerosæ autem copiæ plus incommodi ex semetipsis, quā ex hostibus capiunt. Itaq; Iudæos audacia & ferocitas ac desperatio siue mentis sæuitia ducunt, quæ rebus secūdis aliquantum valēt, minimis vero offensionibus extinguuntur. nos autem virtus regit. & mortifera voluntas, itēmque fortitudo, quæ & in prospera fortuna viget, nec ad finē vsq; inter aduersa decipitur. Ad hoc maiores nobis sunt, quā Iudæis, causæ certaminis. nam si illi pro libertate ac patria belli pericula sustinent, quid est nobis inclyta fama præstantius? & ne post orbis terræ imperium videamur hostium aduersariorum loco Iudæos habere? Præterea considerate, quod ne patiendi quidem alicuius intolerabilis mali metus est, multos enim eosq; in proximo adiutores habemus. Rapere autem victoriam possumus: & quos à patre mitti nobis speramus auxilio, conuenit antecapere, vt & maior sit & socium non habeat virtutis effectus. Equidem puto nunc de me ac patre meo vobisque pariter iudicium fieri, si ille quidem rebus ante gloriose gestis dignus fuit, ego vero eius sum filius, vósq; milites mei. nam illi vincere cōsuetum

suetum est. ego vero reuerti ad eum perpetiar victus? quo pacto autem vos non puerit, duce vestro periculis occurrente, non superare? appetam enim pericula mihi credite, primusq; in hostes irrumpam. nemo autem vestrum à me discesserit, persuasum habens, impetum meum sustentari ope diuina, & manifestissime presumere, quod multo plus mixti hostibus efficiemus, quam si extrinsecus pugnaremus. Postquam Titus hæc profecutus est, diuina quædā alacritas militibus incidit. Et quia Traianum aduenire cum c c c. equitibus ante prælium contigit, ægrè ferebant, tanquàm minueretur victoria societate. Misit autem Vespasianus & Antonium Silonem cum duobus milibus sagittariorum: ut occupato mōte, qui ex aduerso erat oppido, murorum
10 propugnatores repellerent. Et ab illis quidem ita ut præceptum fuerat, circumuenti sunt, ex ea parte subuenire tentantes. Titus autem primus perrexit citato equo in hostes, & post eum cæteri cum clamore, tanto spacio fusi, quātum aduersa acies occupauerat, vnde multo etiā plures quàm erant apparuerunt. Iudæi vero, licet incursum eorum & disciplina conterriti, paulisper quidē primos sustinere congressus. Perculsi autē contis, equorumque impetu deturbati conculcabantur: atq; ita multis passim peremptis disperduntur, & in ciuitatem, ut quisque velocitatis habebat, effugiūt. Titus autē aliquos à tergo instās alios per transitum occidebat, nonnullos cursu antecapiens, ictu ora transuerberabat. multos autē, alium super alium lapsos inuoluēs, conficiebat: omnesq; ad mœnia confugientes præueniēs, detorquebat ad campum,
20 donec vi multitudinis elapsi, in oppidum confugerunt. Excipit autem illos acerba dissensio. nanq; indigenis, & fortunarum suarum, & ciuitatis gratia, & ab initio bellum gestum, maximēque quod male pugnatum fuerat, non placebat. sed populus aduenarū qui plurimus esset vim adhibebat, & inter se discordantium clamor erat, veluti iam arma caperēt. Quibus auditis, nec enim procul à muris aberat, Titus exclamat: Hoc tempus est, quid moramur commilitones? Deo nobis dedente Iudæos, suscipite victoriam. Non auditis clamores? qui manus nostras euasere, discordant: habemus ciuitatem, si modo properamus. Verumtamē cum velocitate animis opus est. nihil enim magnum effici sine periculo consuevit. non solum autem hostiū concordiam, quos cito necessitas in gratiam reuocabit, sed etiam nostrorum auxilia præ
30 uenire debemus: ut præter victoriam, qua tantas copias pauci superamus, etiam ciuitate soli potiamur. Simul his dictis conscendit equum, atq; ad lacum decurrit, & per eum properē ciuitatē ingreditur, quē cæteri consecuti sunt. pauor autem eius audaciæ murorum defensores inuasit, & pugnare quidem, vel prohibere venientem, nemo sustinuit. relictis autē excubiis, Iesus quidem cum sociis in agros effugit: alij vero decurrentes ad lacum, in manus hostium contrā venientium incidebant. mactabantur autem alij cū scaphas scanderent, itēmq; alij, cū iam prouectas assequi nando conarentur: plurimāque per ciuitatem fiebat hominum cædes, aduenarum quidem resistentium, qui non effugissent: indigenarum vero sine pugna, quoniam spes eos fœderis, & conscientia quod belli consilium non habuerant, à prælio deterrebat,
40 donec Titus nocentibus interemptis, miseratus indigenas ab internecione requieuit. At qui in lacum confugerant, vbi ciuitatem captam viderūt, quàm longissime ab hostibus recesserūt. Titus vero missis equitibus res gestas patri nunciat. Quibus ille compertis, quod necesse fuit, & filij virtute admodum lætus, & facinoris claritudine (maxima enim belli pars videbatur exempta) tum quidem statim circumdari ciuitatem custodibus iussit, ne quis ex ea subterfugeret, cædēque euaderet. postero autem die cū descendisset ad lacum rates aduersus illos qui eò refugerant, fabricari iussit. quæ tam materialium quàm artificum multitudine mature contextæ sunt.

De lacu Genesar, & fontibus Iordanis.

Cap. XVIII.

50 **L** A C V S autem Genesar quidem à terra continente appellatur: XL. vero stadiis in latitudine patens, centumq; in longitudine aquæ dulcis est atq; potabilis. Palustri enim crassitudine tenuiores habet latices: & vndiq; in littora ac arenas definēs, purus est, ac præter hoc temperatus ad hauriendum. & fluuio quidem siue fonte lenior est. semper autē frigidior, quàm lacus diffusio patitur, manet: æstiuusq; noctibus eius aquæ sub diuo perflata, nequaquā æstibus cedunt:

cedunt: id enim facere indigenis moris est. Varia autem sunt in eo piscium genera, ab alterius loci piscibus tam sapore quàm specie discreta: mediùsque fluuio Iordane secatur. Cæterum Iordanis fons Panium esse videtur: sed re vera huc terra conditus fertur ex ea quæ vocatur Phiale. Hæc autem est, quæ in Trachonitidem ascèditur ad cxx. stadium à Cæsarea, ad dexteram non longe à via. Et proprie quidem ex rotunditate Phiala dicitur lacus, rotæ speciem præferēs. semper autem intra eius labra cohibetur vnda, nunquam deficiens vel exuberans. Cùmque interim hoc esse Iordanis principium nesciretur, à tetrarcha quondam Trachonitidis Philippo deprehensum est. Is nanque missis in Phialen paleis, inuenit eas apud Panium redditas, vnde antea fluuius nasci credebatur. Naturalis quidē pulchritudo Panij, regis opibus & Agrippæ 10 diuitiis magnificentius accurata est. Manifestum autem flumen Iordanis ex hoc antro incipiens, Semechonitis quidem lacus præludes secatur cœnoscas: centum autem & viginti aliis præteritis stadiis, post oppidum Iulida, Genesar lacum medium transmensus, deinde multam per solitudinem in Asphaltiten lacum exit. Ad Genesar vero lacum eiusdem nominis terra prætenditur, natura simul & pulchritudine admirabilis. Nullum enim ipsa pro vbertate sui negat arbustum, totamque plantis consue-
re cultores. cœli verò temperies etiam diuersis aptissima est. nuces enim, quæ arborum maxime frigore gaudent, infinitæ florescunt: vbi etiā palmæ, quas nutrit calor æstiuus: has iuxta ficus & olæ, quibus aura mollior destinata est: vt naturæ magnificentiā hanc esse quis dixerit, vim adhibentis vt in vnū conueniant inter se repu- 20 gnantia, anniq; temporum contentione bonam, veluti singula peculiari studio terræ fauerent. non enim solū nutrit præter opinionē poma varia, sed etiam seruat, egregia quidē, & quodammodo regalia. Vuas sanè & caricas sine intermissione decē mensibus suggerit, cæteros vero fructus, anni spacio senescentes. Nam præter aëris lenitatem, & fonte quoque irrigatur vberissimo, qui Capernaum ab indigenis appellatur. Eum nonnulli venam esse Nili fluminis opinantur, quòd similes coracino Alexādri-
no generat pisces. Longitudo autem regionis secundum littora cognominis lacus xxx. stadiis extenditur, & latitudo xx. Horum quidem natura eiusmodi est.

Tarichearum excidium.

Cap. XIX.



VESPASIANVS autem perfectis ratibus, imposita manu militum, quantā in eos qui lacu effugerant satis esset, vnā prouehitur. Ille autem neque compulsi ad terram euadendi facultatē habebant, infestis omnibus, neq; 30 nauali bello pari conditione pugnandi. nam & scaphæ paruæ, atque piraticæ aduersus rates infirmæ erant: & cùm pauci singulis veherētur, cunctis simul instantibus Romanis appropinquare metuebant. Verumtamen circum rates nauigando, nonnunquam etiam propè accedendo, lapidibus Romanos eminus appetebāt, aut quominus etiam irritado feriebant: plus autem ipsis vtroq; modo nocebatur. nec enim faxis quicquam præter crebros sonitus agebant, quoniam contra septos armis iaciebantur, contiguique sagittis eorū efficiebantur, & si accedere proprius ausi fuissent, priusquam facerent aliquid, patiebantur, cùmque ipsis nauigiis mergebantur. 40 Multos autem vulnera inferre tentantium, qui pilis cōtingi possent, alios desiliendo in scaphas Romani gladiis transfigebant: nonnullos, concurrentibus inter se ratibus in medio deprehenso, cum nauculis capiebāt. Submersorum autem qui capita sustulissent, aut sagittis præueniebantur, aut ratibus occupabantur: & si desperatione compulsi inimicis adnatare tentassent, eis vel manus vel capita truncabantur, plurimisque passim ac varius erat interitus eorum, donec in fugam versi, cæteri terræ appulsi sunt, circumclusis nauculis suis. Exclusi autem multi quidem in ipso lacu telis configebantur, multos vero in terram egressos peremerunt Rom. Mixtum autē sanguine, plenūq; cadaueribus cerneret totū lacum. nullus enim saluus euasit. Acerbus autem secutis diebus odor illam regionē oppressit & facies. nam littora quidem 50 naufragiis simul plena erant, & corporibus tumidis, calescentes autem ac tabefacti mortui, cœli tractum corrumpebant, vt non Iudæis solum ille casus miserabilis videretur, verum etiam autoribus ipsis esset inuisus. Ille quidem illius prælij naualis exitus fuit. Perierunt cum his, qui pridem in ciuitate cecidere, sex millia & quingenti.

At

At Vespasianus, pugna peracta, pro tribunali apud Tarichæas residens, aduenam populum ab indigenis secernebat, qui autor belli extitisse videbatur: & an hi quoque seruandi essent, cum rectoribus deliberabat, his autem affirmantibus eorū liberationem, detrimento futuram: nec enim demissos quiescere posse homines, qui & patriis carerent, vimque adhibere ac bellum inferre possent ad quos confugissent: Vespasianus salute quidem indignos esse eos, contraque seruatores suos nouerat euasuros: sed de eorum mortis genere cogitabat. Nam si ibi occiderentur, non perpeffuros suspicabatur indigenas, tot apud se supplices obtrūcari: fidēque interposita deditis vim pigebat afferre: verum ab amicis superabatur, nihil in Iudæos non licere dicentibus: quodque
10 yrile esset, honesto debere præponi, cum vtrunque obtineri non posset. Indubitata igitur concessa licentia, solo eos itinere, quod Tiberiade duceret, exire permisit. Cūq; illi facile his, quæ cupierant credidissent, & quæ iussu fuerat comitati, neq; pecuniis suis quicquam metuentes abirent: totam ad Tiberiada vsque viam Romani, ne quis euaderet, occupauerunt: eosque in ciuitatem conclusos, mox inscutus Vespasianus omnes in stadio constituit. Et seniores quidē cum imbellibus, qui mille ducenti erant, iussit occidi: iuuenum autem validissimos sex millia lectos, ad Isthmon Neroni transmisit. Cæteram verò multitudinem triginta millia & quadringentos vendidit, præter alios quos Agrippæ donauerat. nam his, qui ex eius regno essent, facere quod vellet ipse permisit. Verum & istos rex vendidit. Reliquum vulgus erant Trachonitæ &
20 Gaulanitæ & Hippeni, pluresque Gadaritæ, seditiosi & fugitiui, & quibus probra pacis bellum conciliant. Capti sunt autem v. i. idus Septembris.

FLAVII IOSEPHI

DE BELLO IYDAICO

L I B E R I I I I.

Obsidio Gamalensium.

Caput I.

30



40

V I C V N Q V E autem Galilæorum Iotapatis excisis à Romanis detecerant, hi se ad eos postquam Tarichæatæ superati sunt, applicabant: omniaque Romani castella & ciuitates ceperant, præter Gischalam, & qui mōtem Itaburiū occupant. Cum his autem rebellaret Gamala ciuitas, cōtra Tarichæas posita supra lacum, quæ ad fines pertinebat Agrippæ, itēque Sogane & Seleucia. Et hæ quidem Gaulanitidis regionis erant ambæ: Sogane superioris partis, cui nomen est Gaulana: & inferioris Gamala. Seleucia verò ad lacum Semechonitem, triginta
40 latum, & l x. stadiis longum, paludēque suas ad Daphnen vsq; tendentem. Quæ regio cum aliis sit deliciosa, præcipue tamen fontes habet, qui minore (quem sic appellant) Iordanem alentes sub aureo Iouis templo in maiorem deducunt. Soganē quidem ac Seleuciam colentes, in principio defectionis Agrippa sibi fœdere sociauerat. Gamala verò ei non cedebat, freta locorū difficultate amplius quàm Iotapata, iugum namque asperum, ex alto mōte deductum, mediam ceruicem erigit: & vbi supereminet, in longitudinem tenditur, tantum cōtra decliue, quantum à tergo, vt cameli similitudinem præferat: vnde nomen etiam duxit, nisi quod expressam vocabuli significationem indigenæ seruare non possunt. Et à fronte quidem ac lateribus, in valles inuias
50 scinditur. Pars verò qua de monte pendet, paululum difficultatem refugit. Verum & hanc partem per obliquum excisa fossa, indigenæ inuiam fecerūt. Domus autem crebræ per prona erant ædificatæ, nimioque præcipitio casuræ similis ciuitas intra se decurrebat, in Meridiem vergens. Australis verò collis immensa æditus altitudine, vsum arcis sine muro ciuitati præbebat, rupēsque superior ad profundam pertinenens vallem.

bb

Fons

Fons autem intra muros erat, in quem oppidum desinebat. Quamuis autem natura inexpugnabilis esset ciuitas, tamē etiam Iosephus cum murorum eam ambitu cingeret, fossis & cuniculis reddidit firmiorem. Eius autem habitatores, natura quidem loci confidentiores erant, quā Iotapateni: sed multo pauciores, minūque pugnaces: sitūque freti difficultate, plures se hostibus putabant. nam plena erat ciuitas, multis in eam, quod esset tutissima, confugientibus. Vnde ab Agrippa quoque præmissis ad obsidionem, per menses septem restitere. Vespasianus autem profectus ex Aminaunte, ubi pro Tiberiade posuerat castra (Aminaute autem, si quis nomen interpretetur, aque calidæ vocantur. Ibi enim eiusmodi fons est, sanādis corporum vitiis idoneus) Gamalam peruenit. & totam quidem ciuitatem, ita ut diximus positam, custodia circumual-
lare nequibat. quā verō fieri posset, excubias collocauit: montēque occupat superiorem: in quo milites castris, ita ut assolet, muro circumdatis, opus aggerum postremo aggrediuntur. Et à parte quidem Orientis summo supra ciuitatē loco turris erat: ubi & quindecima legio, necnon & quinta contra mediam ciuitatem operabatur. fossas autem decima repleuit & valles. Inter hæc Agrippam regem, cum accessisset ad muros, eorūque defensoribus de traditione loqui tentaret, funditorum quidam ad dextrum cubitum lapide percutit. Et ille quidem propterea familiaribus suis circumscriptus est. Romanos autem ira simul ob regem, suiūque metus ad obsidionem protinus incitauit: nullum Iudæos crudelitatis modum in alienigenas atque hostes prætermis-
sum ire credentes, qui circa gentilem suum, & eorum quæ ipsis conducerent suā so-
rem, tam immanes fuissent. Aggeribus autem manus multitudine, operisque consue-
tudinē cito perfectis, machinas applicabant. Chares autem & Iosephus (namque ipsi erant oppidanorū potētissimi) armatos licet metu perculsos ordinauere: & quāquam non diū obsidionem posse sustinere arbitrabantur, quibus aqua itēque alia vsui ne-
cessaria nō sufficerent, adhortati tamen eos ad mœnia produxerunt. Et paulisper qui-
dem machinis aduenientibus repugnarunt. balistis enim tormentisque perculsi, in oppidum recesserunt. Itaque Romani tribus ex locis aggressi, murum arietibus qua-
tiunt: & qua deiectus fuerat, infusi magno cum armorum strepitu ac turbarum sonitu, ipsi quoque insuper vlulantes cum oppidanis conflegebant. illi autem ad primos adi-
tus interim pertinaces, Romanis ne ultra progredirentur, obstabant. Cæterum vi & 30
multitudine superati, vndique ad excelsa ciuitatis loca fugiunt. deinde reuertentes in-
stantibus sibi hostibus incumbunt, illōsque impingendo per decliua, locorum diffi-
cultate & angustia depressos interficiebant. Romani autem cum neque à vertice im-
minentibus repugnare, neque in partem aliquam euadere possent, pronos eos vrgen-
tibus hostibus, in domos hostium plano contiguas refugiebant. sed hæc repleta labe-
bantur, quod pōdus sustinere non poterant: vnaque deiecta multas inferiores, itēque
illæ alias deturbabant. Ea res plurimos Romanorum morte consumpsit. incerti enim
quid facerent, quamuis subsidere tecta viderēt, tamen cō conuolabant. atque ira mul-
ti quidem ruinis opprimebantur: non pauci verō subrefugiētes, parte corporis mul-
tabantur. Plurimi autem puluere suffocati moriebantur. Sed ea Gamalenses pro se 40
fieri existimabant: propriaque incommoda negligentes magis instabant: hostēsque in
sua tecta vrgendo compellebant. qui verō per angustos viarum cliuōs cecidissent, eos
telis de super missis interficiebant. Et ruinæ quidem lapidum copiam, ferrum verō eis
mortui hostes dabant. caesorum enim gladios auferentes, his contra semineces ute-
bantur. Multi iam procumbentibus tectis, semet inde proiciendo moriebantur: ter-
gaque dantibus ne fuga quidem facilis erat. viarum namque ignorantia, & caligine pul-
ueris alius alium non agnoscentes pererrabant, & circa se sternebantur. Sed illi qui-
dem vix reperto exitu, ab oppido recesserunt. Vespasianus autem, qui laborantibus
semper interfuit, seuiſſimo dolore perculsus, cum super militem ruere ciuitatem vi-
deret, propriæ tuitionis oblitus, clam paulatim superiore in oppido locumprehendit: 50
ibique inter media pericula cum paucis omnino relinquitur. nec enim aderat tunc ci-
filius Titus, ad Mutianum pridem in Syriam missus. Et dare quidem terga, neque tu-
tum neque honestum sibi putabat. rerum autem quas ab adolescentia gesserat, ac pro-
pria virtutis memoria, quasi Deo repletus, corpora sociorum atque arma condensat,
& cum

& cum his bellum vnà à vertice defluens sustinebat: & neque virorum neque telorum multitudinem formidans manebat, donec eius animi obstinationem hostes diuinam esse reputantes, impetum remiserunt. illis autem iam infirmius oppugnantibus, ipse pedem referens, non prius terga ostendit, quàm extra muros egressus est. Plurimi quidem Romani milites in ea pugna ceciderunt, & inter eos Ebutius decadarchus, vir non eo tantum prælio quo periit, sed vbique antea fortissimus comprobatus, qui plurimis malis Iudæos affecisset. In ea pugna centurio quidam nomine Gallus, cum decem militibus in quadam domo latuit. Eius autem habitatoribus dum cœnarent, quod in Romanos fuisset consilium populi sui, inter se fabulantibus, hoc audito (nam
 10 & ipse Syrus erat, & hi quos secum habebat) nocte illos aggreditur: omnibusque matutatis ad Romanos saluus cum militibus euadit. Vespasianus autem mœrore exercitum aduersis casibus videns, quodque nullam interim tantam experti fuerant cladem: huiusque rei magis eos pudere, quod solum ducem in periculis reliquissent, consolandos putabat: de se quidem nihil dicens, ne quem vel initio culpasse videretur. Oportere autem inquiens, quæ communia essent fortiter ferre, naturam belli cogitantes, quodque nusquam eueniat sine cruore victoria, iterumque habeat fortuna regressum. Multis tunc Iudæorum millibus interfectis, exiguam pro his stipem se inimicę pependisse fortunæ. Atque, vt iactantium esse, nimis secundis rebus inolescere, ita esse ignauorum, in offensionibus trepidare. velox enim est, inquit, in vtrunque mutatio: & ille
 20 vir fortis habetur, cuius sobrius erit animus in rebus quoque infelicitate gestis: vt idem scilicet maneat, rectis consiliis peccata corrigens. Quanquã ea, quæ nunc acciderunt, neque mollitia nostra, neque Iudæorum virtus effecit. nam & illis pugnae melioris, & nobis deterioris, causa fuit difficultas locorum. Qua in re nimirum quis reprehenderit alacritatis vestrae temeritatem. nam cum hostes in excelsiora loca refugissent, manus continere debuistis, neque in summo vertice constituta sequi pericula: sed capta inferiori ciuitate, paulatim eos, qui refugerant, ad tutiorem vobis & stabilem pugnam reuocare. nunc autem immoderata festinatione vincendi, quàm id incautè fieret, non curastis. Incōsultus autem & furibundus impetus belli, à Romanis alienus est, qui cuncta ordine peritiâque perficimus, Barbarisque conueniens, & quo Iudæi maxime possidentur. Oportet igitur nos ad propriam virtutem recurrere: atque indignæ offensionis irasci potius quàm mœrere. Optimum autem quisque de sua manu solatium querat. ita enim fiet, vt & amissos vlciscamur, & in eos è quibus perēpti sunt, vindicemus. Ipse autem, ita vt nunc feci, experiar æque ac vos pugnando primus ad bella pergere, & nouissimus inde discedere. Ille quidem his dictis recreauit exercitum. At Gamalenses bene gesta re, paulisper animos erexere: quæ nulla ratione, magna magnificęque
 30 prouenerat. mox autem reputantes ablatam sibi esse fœderis spem, quodque minime possent effugere (iam enim victus eos defecerat) vehementer dolebant, animosque remiserant. Nec tamen quatenus valebant, salutem suam negligebant: sed tam disturbatas partes muri, qui erant fortissimi, quàm integras, cæteri amplexi custodiebant. Romanis autem construentibus aggeres, iterumque tentantibus irruptionem, multi
 40 ex ciuitate per valles deuias, qua nulli custodes erant, & per cloacas diffugiebant: eos qui metu ne caperentur ibi remanerent, inopia consumebat. solis enim vndique alimenta, qui pugnare possent, congregabantur. Sed illi quidem in huiusmodi calamitatibus perdurabant.

Itaburius mons occupatur à Placido.

Cap. II.



50

ESPAſIANVS autem inter curas obsidionis, succisuum opus aggreditur aduersus eos, qui montem Itaburium occupauerant, inter campum magnum & Scythopolim situm: cuius altitudo quidẽ xxx. stadiis confurgens, Septentrionali tractu inaccessa est. in vertice autem, xx. stadiorum planicies patet, tota muro circumdata. Hunc autem tantum ambitum quadraginta diebus ædificauerat Iosephus: & alias ei materias, & aquas suggerentibus locis inferioribus, solam enim incolæ pluuialem habebant. Magna igitur in eo multitudine congregata, Vespasianus Placidum cum sexcentis equitibus mittit. Huic autem subeundi quidẽ mōtis ratio nulla

b b 2

erat

erat. multos autem fœderis ac veniæ spe hortabatur ad pacem: & descendebant ad cum ipsi quoque insidias molientes. nam & Placidus eo studio mitissime cum his loquebatur, vt eos in planicie caperet: illique tanquam dictis obedientes, ad eum veniebant, vt incautum aggredierentur. Vicit tamen astutia Placidi. cœpto enim à Iudæis prælio, assimulat fugam: & postquam insequentes ad magnam partem campi pellexit, reflectit in eos equitum manus: plurimisque in terga versis, aliquos interfecit. semotam verò multitudinem cæteram, ab ascensu prohibet. Itaque alij quidem Itaburio relicto, in Hierosolymam refugiebant. indigenæ autem fide accepta, quòd eis aqua defecerat, & se, & montem Placido tradiderunt.

Excidium Gamale.

Cap. III.

10



P V D Gamalam verò degentium audacissimi quique fuga dispersi latebant, imbelles autem fame corrumpiebantur. At verò pugnantium manus obsidionem sustinebat, donec euenit secundo & vigesimo die mensis Octobris, vt tres ex decimaquinta legione milites, circa matutinas vigilias editissimā præ cæteris turrim, quæ in sua parte fuerat, subirent: eamque occulte suffoderent: cum appositi ei custodes neque adeuntes eos (nox enim erat) nec postquā adiere, sensissent. Iidem autem milites, cauendo ne strepitus fieret, quinque saxis durissimis euolutis resiliunt: subitoque turris cum magno fragore decedit, vnaque custodes præcipitantur. At verò qui per alias custodias erant, perturbati fugiebant: multosque euadere ausos, peremere Romani: in 20 ter quos etiam Iosephum, super dirutam muri partem quidam iaculo percussum, interfecit. Intus autem in ciuitate degentibus, sono concussis, multus erat pavor atque discursus, tanquam omnes essent hostes ingressi. Tuncque Chares ægrotus & iacens defecit, cum timoris magnitudo morbum eius plurimum iuuisset ad mortem. Romani tamen prioris cladis memores, vsque ad vigesimam & tertiam diem supradicti mensis oppidum non sunt ingressi. Titus autem (iam enim aderat) indignatione vulneris, quòd Romanos se absente perculerat, ducentis equitibus præter pedites lectis, otiose in ciuitatem introiuit. eoque prætergresso, vigilantes quidem vbi senserunt, ad arma cum clamore properabant. cognito autem intus constituti eius ingressu, alij raptis liberis, trahentes etiam coniuges, cum vlulatu & exclamationibus in arcem refugiebant: alij 30 Tito occurrentes, sine intermissione trucidabantur. qui verò prohibiti essent in arcem recurrere, nescij quid facerent, Romanorum præfidiis incidebant. vbique autem infinitus erat morientium gemitus: perque prona loca effusus cruor, totum oppidum diluebat. In eos autem, qui arcem occupauerant, omnem Vespasianus induxit exercitum. Erat autem saxosus & accessu difficilissimus vertex, in immensum æditus, & vndique circum rupium multitudine præceps: vnde Romanos ad se adeuntes partim telis partim saxis deuolutis arcebat Iudæi, cum ipsos in excelso loco positos nullæ sagittæ contingerent. Verum ad eorum interitum diuino munere quodam, turbo exoritur, Romanorum quidam tela in eos ferens, ipsorum autem à Romanis repellens, & obliqua traducens: vt neque in præruptis consistere propter violentiā status possent, cum 40 nihil esset immobile, neque hostes ad se accedentes videre. Itaque supergressi Romani, eos circumueniunt: alios quidem repugnantes antecapiebant, alios manus dantes. in omnes autem vehementius sæuebant, illorum memoria quos in primo aggressu perdiderant. Multi autem vndique circumclusi, desperatione salutis, filios & coniuges & semetipsos in vallem præcipites dabant, quæ sub arce in profundum patebat. Euenit autem, vt ipsorum in se, qui capti fuerant, immanitate lenior existeret iracundia Romanorum, ab his enim quatuor millia perempta sunt: qui verò se præcipitauerunt, quinque millia sunt reperti. Neque quisquam, præter duas mulieres saluus euasit: quæ sorores erant, Philippi filiæ: qui Philippus Iachimo genitus erat, insigni viro, & qui sub Agrippa rege dux exercitus fuerat. seruatae sunt autem, quòd excidij tempore 50 Romanorum impetum latuere, nec enim vel infantibus pepercere, quorum multos singuli raptos ex arce proiciebant. Gamala quidem hoc modo excisa est, tertio & vigesimo die mensis Octobris: quæ vigesimo & primo die mensis Septembris cœperat rebellare.

Giscala

*Giscala à Tito capitur.**Cap. I I I I.*

LAM'QUE solum Giscala oppidulum Galilææ restabat indomitum: cuius multitudo pacis studio tenebatur, quod erant plerique agricolæ, spemque suam semper in fructibus collocauerant. non parum autem manus latrocinialis permixtione corrupti erant, quo morbo etiam nonnulli ciuium laborabāt. Hos autem ad defectionem impellebat atque constabat Leuitæ cuiusdam filius, nomine Ioannes: homo veneficus & fallax, variusque moribus, & immoderata sperare promptius, miroque modo quæ sperasset efficiens: atque omnibus iam cognitus, quod affectandæ sibi potētæ causa bellum amaret, huic apud Giscala seditiosorum turba parebat: quorū causa populus etiam legatos fortasse de traditione missurus, Romanorum tamen congressum in parte belli præstolabatur. At Vespasianus contra hos quidem Titum cum equitibus mille, decimam verò legionem circa Scythopolim mittit: cum reliquis autem duabus Cæsaream ipse regreditur, dandam his ex labore continuo requiem putans, ex ciuitatum copiis: eorumque corpora, itemque animos ad futura certamina existimans esse refouendos. nec enim exiguum sibi laborem superesse de Hierosolymis præuidebat, quæ & regalis esset ciuitas, & cunctæ nationi præstaret. His autem, qui ex bello fugissent in eam confluentibus, etiam naturalis munitio, itemque murorum eius constructio, non minimam ei sollicitudinem comparabat: cum virorum spiritum & audaciam, & sine muris inexpugnabilem esse cogitaret: ob eamque rem milites, velut athletas, ante certamina oportere curari. Tito autem ciuitas Giscala (equitando enim ad eam accesserat) aggressionem capi facilis videbatur: sciens tamē quæ ea vi capta, passim à militibus populus absumeretur (namque satius erat ipse iam cædibus) miserans multitudinem etiam ipse sine ullo discrimine cum nocentibus intereuntem, pacatione magis subigere ciuitatem volebat. Itaque plenis hominum muris, quorum plerique perditæ factionis erant, mirari se ait, quoniam freti consilio, cunctis iam ciuitatibus captis, illi soli Romanorum arma operirentur, cum viderent multo quidem munitiora oppida vno impetu fuisse subuersa: securos autem fortunis suis potiri, qui Romanorum dextris credidissent: quas quidem etiam nunc illis ait se porrigere, neque ob insolentiam succensere, quia spei libertatis ignoscendum putaret: non tamen, etiam si quis impossibilia velle perseveraret. Quod si dictis humanissimis non paruissent, fidemque dextris non habuissent, experturos arma crudelia: iam iamque cognituros esse, moenia sua ludum fore machinis Romanorum, quibus fidentes, soli ex Galilæis sese ostentarent arrogantes esse captiuos. His dictis popularium quidem neminem non modò respondere, sed ne ad murum quidem licuit ascendere: quia totum latrones occupauerant: & custodes erant portis apposti, ne quis vel ad fœdus prodiret, vel equitum quenquam in ciuitatem reciperet. Ioannes autem accipere se condiciones ait, & aut persuasurum, aut necessitatem belli renitentibus adhibiturum. Illum tamen diem Iudæorum legi oportere concedi: quoniam sicut arma mouere, ita etiam de pace cōuenire nefas haberent. Nam & Romanos scire, quod ab omni cessaret opere dierum septem circuitio, quam si temerassent, non minus coactos, quàm qui cogerēt, piaculum commissuros, ipsumque Titum: nullum enim illi ex mora esse dispendium formidandum, quod vnius noctis spacium propter fugæ consilium ceperit: præsertim cum id obseruare circumsedentem nemo prohibeat: sibi autem magnum esse lucrum, nulla in re despicere patrios mores. Et illum decere, qui pacem non sperantibus indulget, legem quoque seruare seruatis. His Titum Ioannes fallere conabatur, non tantum pro septimi diei religione, quàm pro sua salute sollicitus. verebatur autem, ne statim capta ciuitate, solus destitueretur, qui totam in nocte ac fuga vitæ spem collocasset. Verum profecto Dei nutu in excidium Hierosolymorum Ioanem saluum esse cupientis, factum est, vt non solum induciarum causationem Titus admitteret, verum etiam in superiori parte oppidi castra poneret, ad Cydæssam, qui mediterraneus est Tyriorum vicus validissimus, Galilæis semper exosus. Nocte autem Ioannes, cum nullas Romanorum excubias circa oppidum videret, arrepta occasione, non solum his quos circa se habebat armatos, sed etiam senioribus plurimis cum familiis abductis, in Hieroso-

b h 3 lymam

lymam fugiebat. Sed vsque ad vigesimum quidem stadium fieri posse videbatur, vt mulieres ac pueros, aliámque multitudinem secum duceret, homo quem captiuitatis, itémque salutis metus vrgeret. vltra verò procedente eo, relinquebatur: & oriebatur atrox remanentium fletus. quanto enim quisque longius à suis aberat, tanto propior rem se hostibus esse credebat. Iámque affore qui se caperent existimantes, necessario pauitabant: & ad strepitum, quem ipsorum cursus faciebat, assidue respectabant, velut instantibus quos fugissent: multique simul ruebant, & circa viam plurimos certamen præcedentium conterebat. Miserabile autem foeminarum & infantium erat exitium. Aut si quam iactarent vocem, nonnullæ viros, aut propinquos, vt se operirentur, orabant. Sed Ioannis exhortatio superabat, vt seipsos seruarent inclamantis: eoque confugerent, vnde pro remanentibus etiá si raperentur, pœnas à Romanis peterent. Multitudo quidem eorum, qui fugerant, vt cuique virium fuit, citò dispersa est. Luce verò facta Titus ad muros aderat, foederis causa: populus auté portis ei patefactis, cum coniugibus occurrentes, tanquam benemerito, & qui custodia ciuitatem liberasset, acclamabant: simulque Ioannis fugam significantes, vt & sibi parceret obsecrabant, & eos qui ex nouarum rerum cupidis reliqui superessent, vlcisceretur. Ille autem precibus populi postulatus, equitum partem, vt Ioannem persequeretur, mittit. Sed eum quidem occupare nequiuerit, quòd antequam venerant, in Hierosolymam sese receperat. vnà verò fugientium propè ad duò millia perimunt: mulieres ac pueros paulo minus quàm tria millia circumactos reducant. Titus autem indigne ferebat, non statim 20 à Ioanne pœnas fraudis exactas. irato verò animo satis esse, quòd spe deciderat ad solatium putans, captiuorum & qui trucidati fuerant multitudinem, in oppidum cum fauore ingreditur: iussisque militibus in minimam muri partem iurè possessionis abrumperet, minitendo magis quàm puniendo reprimebat perturbatæ ciuitatis autores. Multos enim propter odia domestica, vel proprias inimicitias, delatores innocentiae fore credebat, si dignos pœna discerneret: meliusque noxium relinquere metu suspensum, quàm immeritum quenquam cum eo perdere, existimabat. Illum enim fortassis modestiorem futurum, vel metu supplicij, vel & quòd erubesceret præteritorum criminum venia: sine causa verò morientium pœnas, nullo modo corrigi posse. Præsidii tamen ciuitatem circumdedit, quæ tam nouarum rerum studiosos compescerét, quàm 30 pro pace sentientes, quos ibi relicturus erat, maiore fiducia firmarent. Galilæa quidem tota, postquam multo sudore Romanos exercuit, hoc modo subacta est.

Hierosolymitani excidij initium.

Cap. V.



APV D Hierosolymam verò, ad Ioannis introitum, omnis populus erat effusus, & circa singulos, qui vnà confugerāt, numerosa turba collecti, quas foris clades experti essent, percontabantur. Illorū autem feruens quidem adhuc atq; interruptus anhelitus, necessitatē significabat. Veruntamen in malis quoq; sibi arrogabant: non Romanorū vim fuisse dicentes, sed sponte venisse, vt cum his ex tutiori loco pugnarent. Inconsultorum enim atque inutilium esse hominum, incaute pro Gischalis & inualidis oppidulis periclitari, cum arma vigorémq; 40 oporteat pro metropoli suscipere, atque seruare: significando tamē excidium Gischalorum etiam quam dicebant honestam discessionem suam, vt multi fugam esse intelligerent, prodiderunt. Auditis autem quæ captiui pertulere, non mediocri populum perturbatio tenuit, magnūque id esse argumentum proprii reputabant excidij. At Ioannes eorum, quidem quos fugientes reliquerat, causa minus erubescerebat. singulos autem circuiens spe ad bellum incitabat, infirmitatem Romanorum asserens. propriasque vires extollens, & imperitorum ea cauillatione inscitiam decipiens, quòd etiam si pennas sumerent, nunquam Hierosolymorum mœnia transgredierentur Romani, qui pro Galilæorum vicis tanta mala pertulissent, atque in eorum muris machinas contriuisent. His eius dictis magna quidem corrumpebatur iuuenum manus. 50 prudentiorum autem atque seniorum nemo erat, qui non futura prospiciens, velut iam perditam ciuitatem lugeret. Et populus quidem in ea confusione tunc erat. At verò per territorium manus agrestium, ante seditionē quæ Hierosolymis orta est, discordare iam cœperat. Titus enim à Gischala Cæsarcæ, Vespasianus autem à Cæsarcæ Iamnam

Jamniam & Azotum profectus, vtrunque subegit: impositisque illic præsiidiis; reuer-
 rebatur, maximam ducēs eorum multitudinem qui se fœdere sociauerant. Singulas
 autē ciuitates tumultus bellūmq; intestinum exagitabat: quantūmq; à Romā respiras-
 sent, in semetiplos manus vertebant: cū inter amatores belli ac pacis cupidos esset
 sœua contentio: dudūmq; discordium pertinacia primo inter domos accenderetur:
 deinde inter se amicissimi populi dissiderent: & ad similia volentes quisque corque-
 miēs, aperte iam coacta multitudine rebellaret. Itaq; dissensiones quidē apud omnes
 erant: nouitatis autem armorūmq; cupientes senibus ac sobriis iuuentute atq; auda-
 cia præstabant. Primo autem indigenarū singuli prædari cœperunt: deinde ex com-
 10 posito confertis cuneis, per territorium latrocinebantur: vt quod ad crudelitātē atq;
 iniustitiam spectat, nihil à Romanis gentiles abessent: atque ipsis qui vastabātur, illa-
 tum à Romanis excidium leuius videretur. Ciuitatū verò custodes, partim quia de-
 fatigari pigeret, partim odio nationis, aut nulli, aut minimo erant malē affectis auxi-
 lio: donec rapinarum societate vndique congregati collēgiarū latrocinialium princi-
 pes, atque in agmen cōflati Hierosolymis irrumpunt. quæ ciuitas à nullo regebatur:
 & more patrio gentiles omnes sine obseruatione recipiebant: tunc præcipue cunctis
 existimantibus vniuersos qui superinfluere, adiumento ex beneuolentia venire.
 Quæ quidem res etiam sine dissensione ciuitatem postea pessundedit, eo quod iners
 & inutilis multitudo quæ pugnacibus sufficere possent, alimenta consumpsit: hisque
 20 præter bellum etiam seditionem famēmque comparauit; aliique latrones ex agris cō-
 trāgressi, ac multo sœuioribus quos intus inuenere sociati, nullum atrox facinus in-
 termittebant. Nec enim rapinis & expoliationibus metiebantur audaciam, sed vsq;
 ad cædes ruebant: non clām, neque per noctem, aut quoslibet homines, verū luce
 palām nobilissimos quosque adoriēdo. Nam primum Antipam regij generis virum,
 & adeo potētissimum ciuium, vt etiam publicos thesauros fidei suæ permisos habe-
 ret, comprehensum custodiæ tradiderunt: post hunc etiam Leuiam quendam, insi-
 gnem virum, & Sopham filiū Raguelis, regalis similiter vtrunque familiæ, omnesque
 præterea, qui præstare aliis videbantur. Grauis autem metus populum possidebat: &
 velut capta ciuitate, salutem propriam quisque curabat. Illi autem clausorum vincu-
 30 lis non fuere contenti, neque tutū arbitrabantur ea potentia viros diutius custodire.
 nam & ipsos, & domos eorū non paucis viris frequentari, ac per hoc ad vlciscendum
 esse idoneos, & præterea rebellaturum fortasse populum, iniquitate commotū. De-
 creto igitur eos occidi, mittunt quendam de suo numero Ioannem ad cædes prom-
 ptissimū, qui lingua patria Dorcadis filius dicebatur: eūque alij decem armati gla-
 diis secuti ad carcerem, ibi quos reperissent interficiunt. Fingebant autem huius im-
 maniissimi sceleris causam, cum Romanis eos de traditione ciuitatis collocutos fuis-
 se, communisque libertatis proditores interemisse dicebant, prorsus, vt audacia sua
 tanquā seruatores ciuitatis, ac bene de ea meriti gloriarentur. Euenit autē populum
 quidem ad hoc humilitatis ac formidinis, illos verò insolentiæ progredi, vt in eorum
 40 esset arbitrio etiam pontificum designatio. denique familiis abrogatis, vnde per suc-
 cessionem pontifices creabantur, incognitos atque ignobiles constituēbant, vt im-
 piorum facinorū socios haberent. nam qui supra meritum summos honores adepti
 erant, his obediebant necessario, qui sibi eos præstiterant: quoniā & dignitate prædi-
 tos, variis machinis fictisque sermonibus committebant, opportunitatem sibi ex eo-
 rum qui se prohibere poterant, contentione caprātes: donec hominum persecutio-
 ne satiati, in diuinitatem contumelias transfulerunt, pedibusque pollutis in sanctum
 locum introire cœperunt. Iam verò populo contra eos cōcitato (nanque autor erat
 Ananus, æuo maximus pontificum, itēque sapiētissimus: & qui fortassis ciuitatem
 conseruasset, si insidiatorū manus potuisset effugere) illi templum Dei aduersus po-
 50 puli curbam, castellum ac profugium sibi fecere, quod pro domicilio habebāt tyran-
 nidis. Acerbis autem malis admiscebatur etiam cauillatio, quæ præ cæteris eorum fa-
 ctis erat dolori. tentādo enim quanto metu populus teneretur, suasque vires explo-
 rando, sorte pontifices creare conati sunt, cum his (vt diximus) ex familiis successio
 deberetur. huic autē fraudi mos antiquus obredebatur. nam & olim sorte pontifica-

tum deferri solitum fuisse dicebant. re autem vera, legis erat abrogatio firmioris, per eos qui ad potentiam designandorum magistratuum licentiam compararent. Itaque una sacratarum tribuum accita quæ Eniachin appellatur, pontificem sortiebantur: casusque sors exit homini, per quem maximè eorum iniquitas demonstrata est, Phanicidâ, filio Samuelis, ex vico Aphthasi, non solum nō ex pontificibus orto, sed apertè quid esset pontificatus, propter rusticitatem penitus nescienti. Denique inuitum eum rursus abstractum, ut in scena fieri solet, aliena ornauere persona: indutumque sacra veste, quid facere deberet, subito instituebant: ludumque & iocum esse tantum nefas arbitrabantur. cæteri vero sacerdotes, procul spectantes ludibrio legem haberi, lacrymas uix tenebant, honoresque sacrorum solui grauiter ingemebant. Populus autem¹⁰ hanc eorum audaciam non tulit, sed omnes quasi ad deponendam tyrannidem animos intenderant. nam qui præstare cæteris videbantur, Gorion Iosephi filius, & Simcon Gamalielis, tam singulos circumeuntes, quàm simul vniuersos in cōcionibus hortabantur, quo tandem aliquando libertatis corruptores ultum irent, sanctumque locum ab hominibus sceleratis purgare properarent. Pontifices etiam probatissimi, Gamala quidem filius Iesu, Anani autè Ananus, populum frequenter in cœtibus exprobrando eius segnitiam, contra Zelotas excitauerunt. ita enim se ipsi vocabant, uti bonarum professionum æmuli, ac non qui pessimam facinorum immanitatem superassent. Itaque in concionem populo congregato, cunctisque indignantibus occupationes sanctorum, itemque rapinas & cædes, nondum autè promptis ad ulciscendum, propterea quod inexpugnabiles (id enim verum erat) Zelotæ putabantur, stans inter eos medius Ananus, & ad legem crebro respectans, cum lacrymis opplesset oculos: Equidem, inquit, mori potius deberem, quàm Dei domicilium videre tantis refertum piaculis: atque inaccessa & sancta loca sceleratorum pedibus frequentari: verum tamen sacerdotali veste amictus, & sanctissimum venerabilium nominum ferens, viuo: atque animæ amore teneor, nec pro senectute quidem mea mortem sustinens gloriosam. Igitur solus ibo, & tanquam in solitudine animam meam solam dabo pro Deo. nam quid opus est viuere in populo, clades suas minime sentiente, & apud quos mala præsentia nemo prohibet? siquidem spoliati patimini, ac verberati reticetis, & ne gemitu quidem aperto quisquam prosequitur interemptos. O acerbam dominationem. Quid de tyrannis querat? Nunquid non à vobis vestra potentia nutriti sunt? nunquid non despectis qui primi erant, cum adhuc pauci essent, vos dum taceris, plures eos fecistis? atque illis armatis quiescentes, in vosmetipsos arma vertistis? cum primos eorum conatus oportuisset infringi, quando cognatos conuictis appetebant. Vos autem negligendo, ad deprædationem noxios irritastis, quia vastatarum ædium nulla ratio erat. Itaque iam domini ipsi rapiebantur, eisque cum per mediam ciuitatem traherentur, nemo erat auxilio. Illi autem à vobis proditos, etià vinculis affecere: non dico quales & quantos, sed quod non accusatos, indemnatos, victos nemo adiiuit. restabat eosdè videre trucidari. hoc etiam vidimus: velut è grege brutorum animalium cum præcipua quæque duceretur hostia, ne vocem quidem quisquā emisit, nedum dexteram mouit. Patiemiini ergo, patiemiini, etiam sancta conculcari videntes? Cumque omnes audaciæ gradus netariis hominibus subieceritis, eorum præstantiam reueremiini? nunc enim profecto ad maiora procederent, si quid maius quod euerteret inueniretur. Tenetur quidem munitissimus ciuitatis locus, sanum appellatione, re arx quædam siue castellum. Tanta igitur contra vos tyrannide munita, & inimicis super vertexem positis, ut videtis, quid cogitatis? aut quibus vestras sententias applicatis? An Romanos expectatis, ut sanctis vestris opitulentur? Ita quidem se nostræ ciuitatis habent res: eoque iam calamitatis ventum est, ut misereatur nostri etiam hostis. Non exurgetis ô miseri respectisque vulneribus vestris, quod etiam feras bestias facere videmus, non ultum ibitis in hos, qui vos percussere? Non suas quisque⁵⁰ recordabitur clades, & ante oculos positus quæ pertulerit, ad ultionem animos acuet? Perit apud vos (ni fallor) affectionum omnium carissima, & maxime naturalis, cupiditas libertatis. seruitutis autem ac dominorum amatores facti sumus, tanquam subjugari à maioribus didicerimus. Atque illi quidem multa & maxima bella, ut in libertate

tate viuerent, pertulerunt, ne aut Ægyptiorum aut Medorum potentia cederent, dummodo ne facerent quæ iuberentur. Et quid opus est de maioribus loqui? Hoc ipsum bellum quod cum Romanis nunc gerimus, verum commode an contra incommode non referam, palam quid habet causæ, nisi libertatem? Ergo qui dominis totius orbis seruire non patimur, gentiles nostros ferimus tyrannos? Quamquam externis obediētes, ad fortunam semel id referunt, cuius iniuria victi sunt. At vero pessimis suorum cedere, ignauorum est, & cupientium seruiendi. Ad hæc autem, quia Romanorum mentio facta est, non vos celabo, quid dum loquor interuenerit, mentemque retraxerit: quod etiam si ab his capti fuerimus (absit autem huius dicti periculum) nihil acerbius experiemur, quam isti nos affecere. Quo pacto autem non lacrymis dignum sit, illorum quidem in templo donaria cernere, gentilium vero spolia, qui nobilitatem huius maximæ omnium ciuitatis compilauerunt: eosque viros trucidatos videri, quibus etiam illi post victoriā obtemperassent? Et Romanos quidem nunquam transgredi ausos esse limitem profanorum, aut sacratæ quicquam consuetudinis præterire: sanctorum autem ambitum, quamuis procul aspectum perhorrescere: quosdam vero in his locis natos, ac sub nostris moribus educatos, & qui Iudei vocentur, inter media sancta deambulare, manibus adhuc suis gentili cæde calentibus? Quis igitur externum bellum metuat, ex comparatione domestici? Multo nobis æquior est hostis. nam si proprie rebus sunt aptanda vocabula, fortasse reperietur, legum quidem conseruatores nobis fuisse Romanos, hostes vero intus haberi. Verum hos insidiatores libertatis exitio deberi, neque facinorum eorum dignum excogitari posse supplicium, certum est: idemque omnibus vobis, & ante orationem meam esse persuasum, atque ipsis vos rebus quas pertulistis, in eos esse commotos. plerique autem fortasse multitudinem eorum, atque audaciam reformidant: & præterea quod in loco superiore consistunt. Sed hæc ut vestra negligentia conflata sunt, ita nunc magis proficiet, si morabimur. nam & numerus illorum in dies singulos alitur, eo quod nequissimus quisque ad similes profugiat: & audaciam plus accendit, quod nullum adhuc eius impedimentum interuenit: locoque superiore vtentur, & quidem cum apparatu, & si is tempus demus. Quod si aduersus eos ire cœperimus, humiliores erunt, mihi credite, conscientia: & celsioris loci beneficium, reputatio scelerum perdet. Fortasse autem Dei pariter spreta maiestas, in ipsos tela retorserit, suisque missilibus consumentur impij. Videant nos tantummodo, & deieci sunt: quamquam pulchrum est, ut etiā si quod periculum immincat, pro sacris ianuis moriamur: ac si non liberis & coniugibus, pro Deo tamen cuiusque sanctis animas profundamus. Præbebo autem manum, atque sententiā: & neque consilium vobis vllum deerit ad cautionem, neque me corpori meo parcere videbitis. His Ananus contra Zelotas populum hortabatur: non quidem nesciēs iam expugnari vix posse propter multitudinem ac iuuentutem animorumque pertinaciam, multoque magis propter conscientiam commissorum: nec enim concessum iri veniam his quæ perpetrauerant, sperabant: verumtamen quiduis perpeti præstabilius existimabāt, quam in tanta rerum perturbatione rempub. negligere. Populus autem duci se clamabat in eos, contra quos rogabatur: & ad subeunda pericula quisque promptus erat. Sed dum Ananus magis idoneos discerneret, atque ordinaret ad prælium, Zelotæ cunctis conatibus eius cognitis (certos enim qui omnia sibi nunciarent habebant) in pontificem commouentur: ac modo per cuneos, modo simul vniuersi profiliunt: neque obuij cuiquam parcebatur. Cito autem & Ananus populum congregauit, multitudine quidem superiorem: armis vero constipatis, non erant Zelotæ inferiores. alacritas verò, quod deerat, in vtrisque supplebat. nam & ciues armis iram cōceperant fortio- rem: & qui de templo exierant, quauis multitudine maiorem audaciam. quippe illi quidem habitare se in ciuitate minime posse arbitrabantur, nisi Zelotas eximerent: hi vero nisi vicissent, nullum se non subituros esse supplicium. Manus autem conseruare, pro ducibus obediētes motibus animorum. Et primo quidem in ciuitate ac pro templo eminus missis lapidibus semet inuicem appetebant. si vero aliqua pars terga vertisset, victores gladiis utebantur. cumque plurimi sauciarentur, multæ

cædes vtroque fiebant. Et populares quidem in domos referebantur à suis. Zelotarum autem quicumque vulneratus fuisset, in templum ascendebat, sacram humum cruore perfundens, ut solo eorum sanguine violatam religionem recte quis dixerit. Semper quidem latrones excurrando in cōgressionibus præualebant. Irati verò populares, proficiente quotidie numero suo, cum desides increparent, quique à tergo sequebantur, non aperiendo fugientibus viam inuitos eos repugnare compelleret, vniuersos quidem suos in hostes cōuertunt. illis autem, quia vim ferre non poterant, paulatim ad templum recedentibus, irrumpit vnà cum sociis Ananus. Vnde factum est, ut eos quòd ambitu exteriori expulsi essent, metus inuaderet: idcirco in murum interiorum fuga recepti, mature ianuas occluderent. Verum Anano portis quidem ¹⁰ sacris manus afferre non placebat, hostibus quoque desuper tela torquentibus, nefas esse existimanti, etiamsi vicisset, non lustratum prius populum introducere. Ex omni autem suorum multitudine sex ferè armatorum millia sortitus, custodes eos in porticibus collocat. his autem qui succederent, in excubiis alios per ordinem ponit. Multi autem honestorum ab optimatibus ad id electi, mercede conductos pauperes vice sua præsidii destinabant. Fit autem his omnibus exitij causa Ioannes, quem ex Giscalis effugisse prædiximus. is enim dolis plenus, & vehementer dominationis cupiditatem mente circumferens, iamdudum rebus communibus moliebatur insidias. Itaque tunc eadem quæ populus sentire se simulans, aderat Anano: tam diebus cum proceribus capienti consilium, quàm noctibus peragranti custodias: omniâque ²⁰ creta Zelotis renunciabat: nullumque populi consilium non prius quàm caperetur, inimici sciebant eius indicio. immoderatis vero & Ananum, & populi principes placabat obsequiis, ne in aliquam suspicionem veniret affectans. Sed hæc eius honorificentia in contrarium vertebatur. Erat enim ex adulationum varietate suspectior: eoque ipso quod etiam non accitus assiduus erat, arcanorum proditor habebatur. Etenim perspiciebat Ananus, omnia sua consilia hostes intelligere. & quæ Ioannes faceret, suspicionem prodicionis habebant. submouere autem illum non erat facile, neque possibile, quòd malitia prævaleret: ac præter hoc multorum non ignobilium, qui summis rebus adhibebantur, patrociniò succinctus erat. Visum est igitur ab eo sacramentum benevolentiae causa peti: nihilque dubitans, & fidem populo se seruaturum ³⁰ iuravit, neque factum eius inimicis vllum, neque consilium proditurum: vnâque deponendis rebellibus, & manu & voluntate operam collaturum. Itaque Ananus eiusque socij, quoniam iurato crediderunt, nulla iam suspitione suis eum consiliis adhibebant: moxque ab iisdem concordiae causa legatus intromittitur ad Zelotas. curæ nanque habebant, ne sanum culpa sua pollueretur, neque quisquam in eo procumberet ludæorum. Ille autem, quasi Zelotis ac non contra pro benevolentia iurauisset, ingressus, ad eos, medius constitit: & sæpe quidem se illorum causa in magno periculo fuisse dixit, ne quid secretorum ignoraret, quæ in eos Ananus cum sociis cogitasset. nunc autem ingens cum ipsis omnibus subitum esse discrimen, nisi diuinum quoddam præsto fuerit auxilium. nihil enim iam morari Ananum: sed ⁴⁰ per suasisse quidem populo, ad Vespasianum legatos mittere, ut ad capiendam ciuitatem quamprimum venire properaret, indixisse autem lustrationem postero die, ut religione simulata intromissi, vel etiam vi prælio manus confererent. Se autem non videre, quàm diu aut obsidionem sustinebunt, aut cum tanta manu acie congregentur. Ad hæc addebat, quòd ipse Dei providentia transactionis esset causa legatus. hanc enim spem Ananum his proponere, quo nihil suspicantes eos subito aggredieretur. Itaque oportere, si quis habendam vitæ rationem duceret, aut obsidentibus supplicare, aut foris aliquod præsidium petere. Quos autem si victi essent, veniæ spes foueret, immemores audaciæ suæ credere, simul ac factores poenituerit admissorum, in gratiam statim eos qui perpessi sunt reddituros. Sed nocentium quidem sæpe inuisam ⁵⁰ etiam poenitudinem fieri, læsis autem iram in licentia sæuiorem: imminere autem illis aut interfectorum amicos atque cognatos, totumque populum pro dissolutis legibus ac iudiciis indignatione flagrantem: ubi etiam si qua pars misericordiae fuerit, maiori iam irascentium turbæ cessuram. Talia quidem variabat Ioannes, terrorem incutiens

tiens multitudini. externum verò auxiliū aperte quidem indicare quod diceret non audebat: Idumæos autē significabat. utq; principes Zelotarum priuatim etiam commoueret, crudelitatis Ananum arguebat, ipsis eum maxime minitari confirmans.

Idumæorum aduentus pro Hierosolymitanis & acta.

Cap. VI.



- P**RANT autem Eleazarus Simonis filius, qui etiam præter alios idoneus esse videbatur & recte consulere, & quæ consulisset efficere, itēque Zacharias filius Amphicali, vterque à sacerdotibus genus ducens. Hi præter communes, etiam priuatis interminationibus cognitis, quodq; Ananī factio potentiae sibi cōparandæ causā Romanos accerferet (nam
- ¹⁰ & hoc Ioannes affinxerat) diu quidem quid agerent dubitabant, angustiis temporis conclusi. populum enim haud multo post eos aggredi paratum esse cogitabant: externi vero subsidij facultatem, insidiarum sibi celeritate præreptam: priusque fore ut omnia paterentur, quā auxiliariū quisquam ista cognosceret. aduocari tamen Idumæos placuit. scriptaque breuiter epistola, quod circumuento populo Ananus vellet Romanis metropolim prodere: ipsi autē pro libertate dissidentes, in templo obsiderentur: minimūque temporis salutem sibi promitteret: ac nisi mature subuenirent, ipsos quidem Anano atque inimicis, at vero ciuitatē Romanis ilico subiugandam: pleraque nunciis ad rectores Idumæorum referenda mandant. Ad hoc autem lecti sunt duo viri strenui, & dicendi peritissimi, & ad persuadendū satis idonei:
- ²⁰ quodque his rebus esset vtilius pedum velocitate præstantes. nam Idumæos confestim parituros certum erat, quod turbarum cūpiens & incōdita esset natio; semperq; ad motus facilis atque suspensa, & rerum mutationibus læta, minimisque petentium blanditiis ad bella promptissima: & velut ad festorum quendam solennitatem, sic ad prælia properans. celeritatem autem nuncij exigebant: atq; istis nihil deerat alacritatis. vterque autem Ananias vocabatur. Iamque apud rectores aderant Idumæorum. Illi autem simul epistola mandatisque attoniti, quasi furibundi circumcursare gentē, militiamque denunciate cœperunt. Itaq; mox & dicto citius multitudo conuenerat, omnesque pro libertate metropoleos arma rapiebāt. Congregati autē propē xxm. cum ducibus quatuor Hierosolymam veniunt: hoc est Ioanne & Iacobo Sosa filijs,
- ³⁰ & præterea Simone Cathlæ, & Phinea Clusoth filijs. Ananum autē profectio legatorum, itēq; vigiles eius latuit, sed non etiam Idumæorū aduētus hoc enim antē cognito, portas eis clausit, & muris custodes appōsuit. non tamen visum est bello eum his congredi, sed verbis eis ante persuadere concordiam. Stans ergo in aduersa turri Iesus, post Ananum æuo pontificū maximus: Cū multæ, inquit, & variæ turbæ tenuerint ciuitatem, in nulla re sic mirāda fortuna est, ut in eo, quod pessimis etiam inopinata conspirāt. etenim perditissimis hominibus cōtra nos auxilio venistis, tanta cum alacritate, quanta nec in Barbaros aduocāte vos metropoli venire decuisset. Et si quidem viderem cōsensionem vestram similem esse horum hominum qui vos rogauerunt, non existimarem impetum carere ratione. nihil enim æquē ac morum
- ⁴⁰ cognatio cōcordiam firmat. Nunc vero illi quidem, si quis eorum singulos explorauerit, mille mortibus digni reperientur. nam ludibria & purgamenta totius rusticæ plebis, luxu absumptis patrimoniis suis, postquā in vicis & ciuitatibus proximis audaciam exercuere, postremo in sacra ciuitatem clam influxere ut latrones, solūmq; religiosum immanitate polluerunt scelerum, eosque videas sine metu inter sancta ebrios, & auiditate ventris peremptorum spolia consumētes. vestra verò multitudo armatorūque talis ornatus est, qualem deceret esse, si publico vos consilio metropolis inuitaret, in alienigenas laturos auxilia. quid igitur hoc esse quis dixerit, nisi fortunæ iniuriam: cū pro nequissimis conuenisse & integræ nationis vestræ armā videantur conspirare? Iam dudum quidem reperire nequeo, quidnam fuerit quod
- ⁵⁰ vos tam cito commouerit. nec enim sine magna causā fieri potuisset ut arma prolationibus aduersus cognatum populum caperetis. quid? Romanos audistis & profectionem? his enim quidam vestrum obstrepebant nunc, liberandæ metropoleos causā venisse dicentes. unde mirati sumus præter alia, noxiorum tale commēgiū, viros enim natura libertatis amatores, eoque cum externis hostibus pugnare paratissimos, aliter

aliter contra nos efferare non poterant, quàm vastatæ libertatis proditiōe mentita. Sed enim vos considerare oportet, qui nos insimulauerint: fidemque in nos veritatis ex rebus communibus, nō ex fido sermone colligere. Quid enim passi, nunc demum nos dedimus Romanis, cum ab initio licuerit aut ab his non deficere, aut quia defecimus, cito redire in gratiā, priusquā circa nos omnia vastarentur? nanq; iam, ne volentibus quidē nobis, transactio facilis est: cum & superbos eos effecerit Galilæa sub iugū missa: mortēq; grauiorē afferat turpitudinē, appropinquantēs placare. Equidem quod in me est, pacem morti antepono. semel autē bello appetitus, postquā pugna cōmissa est, gloriosam mortē vita captiui existimo potiorē. Sed utrū nos populi principes aiunt clam misisse aliquē ad Romanos, an etiam totū populum cōmuni suffragio? Siquidē nobis dicant, quos amicos miserimus, qui serui fuerint proditiōis ministri. Cum iret aliquis deprehensus est, rediens captus est, literas nacti sunt? Quem admodum autē tantam ciuium multitudinē lateremus, cum quibus omni hora versaremur? Paucis autē, atq; his inclusis, qui de templo ne in ciuitatē quidem prodire possent, quo pacto sunt cognita, quæ occulte extra ciuitatē fierēt? An vero nunc cognouere, quando a usorū pœnæ reddendæ sunt? donec autē sine metu fuere, neminem nostrū proditorē suspicabantur? Sin ad populum causam referunt, publicū habuit nempe conciliū, nemo aberat cōcioni: ideōq; manifestior ad vos nunciū fama citius properasset. Quid autem opus erat legatos mittere, cum certa nobis esset de transactione sententia? Et quis designatus sit dicāt. Sed hæc quidē male periturorum, & instātes pœnas euitare cupientium causationes sunt. Quin etiā si ciuitatē prodi in fatis esset, id quoq; ipsos qui nos criminantur ausuros opinor: quorū audaciæ vnum malū videretur deesse proditiō. Vos autē oportet, quia semel cum armis adestis, primū (id quod est iustissimum) iuuare metropolim, & vnā nobiscū tyrannos eximere, per quos iudicia dissoluta sunt: qui calcatis legibus iura suis gladiis permisere: deniq; nobiles viros non inculatos, ex medio raptos foro, primum vinculis cruciarunt: deinde non voce neq; prece eorū morati, neci tradiderunt. Licet autē vobis non belli lege ingressis, horum videre argumentum, quæ dixi, desolatas domos rapinis, cōiuges in veste lugubri ac familias peremptorū, & per totam ciuitatē ululatus & fletus: nullus enim non persecutionē expectus est impiorū. Qui ad hoc insaniæ prorupere, vt latrocinalem audaciā non solum ex agris atq; alienis ciuitatibus in hanc, quæ & caput & facies gentis est, sed in sanum etiam ex ciuitate transferrent. Deniq; hoc sibi & ad excursus, & ad perfugiū elegerunt, isque fiscus illis est eorum quæ in nos cōparātur: & locus toti orbi terræ venerabilis, quique ab vniuersis alienigenis, ab extremo limite mundi venientibus, honoratur, per hæc quæ apud nos nata sunt portenta conculerant. Exultant autem rebus desperatis, populos committi populis, & ciuitatibus ciuitates, gentēsq; in sua viscera delectum habere, cum debueritis (vt dixi) quod factu esset optimum ac deceret, nobiscū nocentes eximere: atq; hanc ipsam fallaciā vltimūq; quod auxilio vos aduocare ausi sunt, quos metuere vindices debuissent. Quod si eiusmodi hominum preces reuerendas putatis, attamen licet vobis armis depositis, cognatorum habitu introire ciuitatem: mediōque inter hostes atque auxiliares suscepto nomine, de nostris discordiis iudicare: quanquam reputate quid habebunt commodi, cum de manifestis ac tantis criminibus apud vos causam dicturi sunt, qui hominibus non accusatis, ne verbum quidem facere permisere. Ferant igitur hanc ex vestro aduentu gratiam. Si vero neque nobiscum indignari neque iudicare vultis, tertium restat, vt relictis vtriusque partibus, nec nostris cladibus insultetis, nec cum insidiatoribus metropoleos maneatis. Nam etsi maxime quenquam nostrū suspicamini Romanis collocutū, obseruare vobis itinera licet: tūmq; demum tueri metropolim, cum factum aliquid huiusmodi patuerit, quale delatum est, & in autores eius, si conuicti fuerint, vindicare. Non enim vos præueniunt hostes, iuxta ciuitatem sedibus positæ. Sin horum nihil vobis gratum aut mediocre videtur, ne portarum claustra miremini, quatenus arma portabitis. Hæc quidē Iesus loquebatur. Idumæorum autem multitudo nequaquam animum aduertebat, ardens iracundia, quod non paratum habuisset introitum: proque armis inter se duces indignabantur, captiuitatem esse

esse existimantes, si ea quibusdam iubentibus deposuissent. Vnus autem ducum Simon filius Cathlæ, vix placato suorum tumultu, stans in eo loco vnde exaudiri à pontificibus posset, non iam mirari se ait, si libertatis propugnatores in templo obsiderentur inclusi, cum illi cunctæ genti communem clauserint ciuitatē: & Romanos quidem fortasse, coronatis etiam portis recipere sint parati, Idumæos autem ex turribus alloquantur, captæque iubeant pro libertate arma proicere: cognatîque non credentes custodiam ciuitatis, iudices eos discordiarum fieri velint: & alios accusando quod indemnos ciues occiderint, ipsi totam damnēt ignominia nationem. denique urbem omnibus alienigenis religionis causâ patentem, nunc domesticis præclusistis. Valde enim contra vos festinabamus, & ad gerendum cum gentilibus bellum: qui ob hoc adesse properauimus, vt vos seruaremus liberos. Nempe taliter vos etiâ hi quos obsideris læsere, tamque verisimiles puto suspiciones in illos quoque colligitis. Deinde qui reipub. defensores sunt intus in custodia tenentes, genere coniunctissimis gentibus simul vniuersis ciuitatem præclusam tyrannidem perferre dicitis, cum tam contumeliosis nos iubeatis obtemperare præceptis: noménq; potentiae aliis, qui vos tyrannos patiuntur, annectitis. Quis cauillationem vestri sermonis tulerit, cum rerum repugnantiam videat? Etenim vobis etiam nunc Idumæos excludentibus ciuitate (namque ipsi nos à patriis sacris arcetis) recte quis eos incusauerit, qui custodiuntur in templo, quod cum ausi essent plectere proditores, quos viros nobiles & innocentes pro societate facinoris dictitatis, non à vobis inceperint, summâque prodicionis membra præciderint? Sed licet illi molliores quàm res poscebat inuenti sint, nos tamen domicilium Dei seruabimus Idumæi, & pro communi patria propugnabimus: tamq; foris irruentes, quàm intus insidiantes, hostes pariter vlciscemur. Hic autem manebimus pro muris armati, donec aut vos Romani respiciendo liberent, aut ipsi recuperata libertatis cura mutemini.

De clade Iudæorum ab Idumæis facta.

Cap. VII.

Is dictis Idumæorum quidem multitudo clamore consensit: Iesus autem tristis recessit, cum nec Idumæos quicquam sentire moderatum, & duplici bello oppugnari ciuitatem videret. Quippe nec Idumæorum rumor & spiritus quiescebat, indigne ferentium contumeliam, quod essent ciuitate prohibiti: & quod Zelotarum vires esse firmas crediderant, erubescuntium, postquam nihil eos sibi auxiliari posse viderent, vt iam venisſe pœniteret. Pudor autem nulla re penitus gesta redeundi, pœnitudinem superabat. Itaq; ibidem prope murum remete tabernaculis positis, manēdum esse statuere. Infinita verò hyems nocte illa venit, ventique violenti cum imbribus orti sunt, & crebra fulgura, horrendaque tonitrua, concussaq; terræ vasti mugitus: certumque erat apud omnes, hominum exitio mundi statum esse turbatum, neque paruum quid rerum hæc signa portendere. Vna verò Idumæis & oppidanis erat opinio: illis quidem irasci Deum militiæ causâ, existimantibus neque se posse euadere, si aduersus metropolim arma mouissent: Anano autem eiúsque sociis, etiam sine prælio vicisse, Deumq; pro se bellum administrare credentibus. Sed profecto falsi erant interpretes futurorum, & quæ sui passuri essent, contra hostes fore diuinabant. Verum Idumæi quidem cateruatim densatis corporibus inuicem sese fouebant, scutisque contextis protecti capita, minus pluuia lædebantur: Zelotæ autem magis illorum quàm suo periculo cruciabantur: collectique deliberabant, si quam reperire subsidij machinam illis possent. Horum autē ardentioribus videbatur, vi armorum custodes inuadere: atque in ciuitatem impetu facto palam portas auxiliatoribus aperire. nã & custodes ex improviso, & quod plures inermes ac belli expertes essent, facile turbatum iri, & multitudinem ciuium difficulter colligi posse: quoniam domi quisque propter hyemem contineretur, quin etsi periculum aliquod interuenerit, quiduis subire satius quàm negligere tot copias sui causâ turpiter perituras: at qui prudētiores erant, vim adhiberi dissuadebant. non enim sui tantum causâ custodes ampliari, sed etiam ciuitatis murum videbāt propter Idumæos diligentius custodiri: & ubiq; adesse Ananum, omnibûsque horis inuifere custodias existimabāt. sed hoc aliis noctibus ita habuerat. illa verò, non sua desidia requieuerat, sed vt & ipse & custodum manus fato

c c duce

duce interirent. Namque iam nocte prouecta, & gliscente hyeme, custodes in porticu dispositos opprimit somnus. At Zelotis consilium subit, ut ferris templo sacratis portarum vectes secarent. affuit autem illis, ne exaudiretur crepitus, ventorum sonus, & crebra tonitrua: fanóque egressi, ad murum clanculo veniunt: ferratámque portá, quæ versus Idumæos erat, aperiunt. Illi autem primum Ananum conari aliquid suspicati, vnusquisque dextram ad gladium, quasi repugnaturi applicant mature: deinde his, qui ad se venerant agnitis, introibát. Qui quidem, si tunc manus vertere in ciuitatem voluissent, nihil obstabat quo minus totus populus interiret: tanta ira ferebantur. verum Zelotas primo eximere custodia festinabant: illis quoque multum precátibus, qui eos receperant ne despicerét malis obseffos, quorum gratia venerant, neque his acerbius ¹⁰ periculum importarent. captis enim custodibus faciliorem illis in ciuitatem impetum fore: sed si semel eos concitassent, iam illos contineri non posse, quin si senserint congregentur, & per ascensus nitentibus se opponant. Idē igitur Idumæis visum est: iámque in templum per ciuitatem subibant, cum suspensi Zelotæ aduentum eorum præstolarentur. Denique his ingressis, etiam ipsi confidenter ex interiori fano progressi sunt, mixtíque Idumæis in custodes irruerunt. Cæsis autem nōnullis, quos somnus opprefferat, omnis multitudo ad clamorem vigilantium suscitata est, raptisque armis ad repugnandum non sine stupore properabant. Ac primum quidem Zelotas solos conari aliquid suspicantes, quasi eos superaturi numero confidebant: vbi verò foris alios circūfundi viderent, Idumæos irrupisse sensere. Et maior quidem pars eorum, armis pa- ²⁰ riter animisque depositis in questibus erant. pauci verò iuuenum fortiter communiti, occurrendo Idumæis, aliquandiu segniores multitudinem protegebant: alij cladem ciuitatis habitatoribus nunciabant. Illorum autē auxilio venire nullus audebat, cognito Idumæos irrupisse: sed ipsi quoque irrita vociferantes, cum fletibus respondebant: plurimisque mulierum vlulatus suscitabatur, si quando custodum quisquam in periculum aliquod incidisset. Quin & Zelotæ Idumæorum clamorē geminabant, magisque horribiles tempestas faciebat omniū voces. Nemini autem Idumæi pepercere, quod natura crudelissimi ad cædes erant, & hyeme grauitur afficiebantur, proptereaque his qui se excluderant, ut inimicis utebantur, tam supplicantibus quàm repugnantibus in- ³⁰ fensi. Multos enim cognationem referētes, utque commune fanum reuererentur orantes, gladiis transfigebant. Nullus autem fugiendi locus, neque spes salutis erat. Compulsi autem circa se, magis quàm vi oppressi laniabantur, cum recedendi spatium non daretur, nec interfectores à cædibus temperarent. Incerti autem quid agerent, in ciuitatem se præcipitabant: miseri (ut mihi videtur) eo quod fugiebant crudelis subeuntes exitium, donec templum exterius sanguine redundauit. O octo autē millia & quingentos mortuos dies inuenit. Nec tamē his Idumæorum ira satiata est: sed versis in ciuitatem manibus, omnes domos diripiebant: quémque fortuito inuenissent, morti dabant. Et cæteræ quidem multitudinis cædem superuacuam esse ducebant: pontifices autem peruestigabant: & in illos plerique ferebantur, statimque comprehensos obtruncabant: stantésque super eorum cadauera, nunc Anano populi beneuolentiam, nunc Iesu quæ ⁴⁰ de muro dixerat, exprobrabant. Ad hoc autem impietatis progressi sunt, ut etiam insepultos eos abiecerint: cum præferim Iudæis tanta sepulturæ cura sit, ut etiam iudicio cruci suffixos, ad occasum solis deponant atque sepeliant. Et quidem non errauerim, si Anani mortem dixero excidij ciuitatis fuisse principiū, & ex illo die muros euersos, rémq; publicam Iudæorum periisse, quo pontificem rectorémque salutis suæ iugulatum in media ciuitate viderunt. Erat autem & aliàs vir laudabilis atque iustissimus, & præter nobilitatis ac dignitatis & honoris, quo erat præditus, amplitudinem, infimis amabat æquari. Libertatis autem maxime fautor erat: & is qui populi affectaret imperium. Commodis autem propriis communes semper vtilitates anteponebat, super omnia paci studens. Sciebat enim Romanos non posse expugnari: ac prospiciebat, si ⁵⁰ pacisci vtiliter nequissent Iudæi, omnino eos perituros. ut autem breuiter dicam, cum Anano viuo ad transactionem venissent. Mirus enim erat dicere, mirus populo persuadere, quæ vellent. Iam verò impediētes bellantésque subegerat. Plurimum autem moræ sub tali duce attulissent Romanis. Huic iunctus erat Iesus, illo quidem compa-
ratione

ratione inferior, sed præstans cæteris: ut putem Deum, qui tanquam violatam ciuitatem perire flammis, purgarique sancta vellet, consulto defensores eorum, & qui ea carissima ducerent, amputasse. Itaque paulò ante sacris indumentis amictos, & toto orbe celeberrimæ religionis autores, quique vndique in ciuitatem commeantibus venerabiles habebantur, iacere nudos prædam canibus ac feris videres. Quos quidem viros ipsam puto genuisse virtutem, tantum licuisse vitiis flentem.

FLAVII IOSEPHI

DE BELLO IYDAICO

L I B E R . V.

De altera strage, & reditu Idumæorum, Zelotarumque crudelitate.

Caput I.



N A N O quidem & Iesù eiusmodi finis euenit. Post illos verò tam Zelotæ, quàm Idumæi passim plebem, quasi nefandorum animalium gregem, irruendo mactabant. Et vulgus quidem in quolibet loco deprehensum necabatur: correptos autem nobiles, & adoloscenscentes, vinctos in carcerem concludebant, spe, nonnullos eorum sibi posse sociari nece dilata. Verum hæc nullum mouebant, sed cuncti mortem præoprauerant, dummodo ne aduersus patriam communem nequissime conspirarent: sæuissima tamen ante eadem verbera sustinebant, exulcerati plagis atque tormentis. cùmque iam corpus non sufficeret cruciatibus, tandem gladium merebantur, quos autem die cepissent, eos in custodiam nocte ducebant: extractosque inde, si quos mori contigisset abiciebant, ut vinctis aliis locus esset. Tanta autem populum paupor occupauerat atque formido, ut ne flere quidè palàm quisquam, siue sepelire proprium funus auderet, sed erant occulte clausorum etiam lachrymæ, & ne quis inimicorum audiret, circumspectantes gemeabant, paria nanq; his, qui lugebantur, etiam qui luxissent ilico patiebantur. exiguâ verò nocte sublatam terram manibus corporibus iniiciebant, & nōnunquam die, si quis fuisset audacior. Duodecim autem millia hoc modo nobiliū periere. Illi autem iam cædes exosi, nullo pudore iudicij vim & cognitionis cauillando imitabantur. Itaq; cùm illustrium quendam Zachariâ Baruch filiū interficere decreuissent, (irritabantur enim quod nequissimis inimicus nimis erat, & probis amicus, itémque locuples) neq; solum fortunarum eius dirceptionem sperarent, sed etiam remotum iri virū ad se deiiciendos potentem, septuaginta plebeiiorum honestissimos ex præcepto cōuocant, iudicum specie potestate carentes, & apud eos Zachariam, quasi res proderet Romanis, accusant: quodq; ad Vespasianum proditiōnis causâ misisset. Sed neq; argumentum, neque vlla probatio criminis erat. ipsi autem misisse dixerunt, & hoc haberi pro fide veritatis volebāt. Zacharias autem vbi nullam spem salutis sibi relictâ esse vidit, per insidias non in iudicium, sed in carcerem ductus, vitæ suæ desperationem libertate non priuauit: sed exorsus veri quidem similitudinem obiectorū derisit, & illata sibi crimina breuiter diluit: in accusatores autē ratione conuerfa, omnes eorum iniquitates per ordinē prosecutus est, multaq; de perturbatione rerum querebatur. Zelotæ verò obstrepentes, vix à gladiis tēperabant, speciem cauillationemq; iudicij sui vsq; ad finem permanere cupientes, & præter hoc iudices experiri, an periculoso tempore iustitiæ memores forent. Igitur omnes septuaginta pro eo sententiâ ferunt, & pro eo mori, quàm sibi ascribi eius interitum maluerē. Illo verò absoluto Zelotarū clamor tollitur, & vniuersi quidem iudicibus irascebantur, qui simulationem datæ sibi potestatis non intellexerant. duo verò ex audacissimis aggressi Zachariam, in medio templo interficiunt: & illudendo, habes, inquit, & à nobis de absolutione sententiâ certiore: eūmq; statim in subiectâ vallem de templo proiciunt.

Iudices verò, contumeliæ causâ versis gladiis ferientes, templi ambitu pepulere. cædi enim eorum pepercerât, vt dissecti per ciuitatem, nūcij fierent apud omnes seruitutis. Idumæos autem iam venisse pœnitebat, neque his gesta placebant. Quibus collectis, Zelotarum quidam secretò indicabat vniuersa: & quæcunq; hi qui eos aduocauerant scelerate fecissent, omnia demonstrabat: arma quidem cepisse eos, quasi Romanis à pontificibus metropolis proderetur, reperisse autē nullum prodicionis indicium. Illos verò, qui tutari eam simulant, & belli facinora ausos & tyrannidis, ab initio quidem prohibendos fuisse. Verum quia semel in societatem intestinæ cædis incidissent, finem delictis adhibendum, neque vires hominibus suggerendas mōrem patrum destruentibus. Nam etsi portas grauiter ferrent sibi atque in oppidum aditum esse præclusum, 10 pœnas ab his, qui prohibuerât esse repetitas: & Ananum quidem peremptum: vnâ verò nocte populū totum penè consumptū. Quarum rerum multos quidem suorum pœnitere sentirent: eorum autem viderent, à quibus rogati essent, crudelitatem immensam: ne ipsos quidem per quos salui erant erubescerent, in oculis enim auxiliorum pessima facinora committere, illorūq; iniurias Idumæis imputari, quatenus ea non prohibeant, neque ab his separentur. Debere igitur (quoniam de prodicione, quæ dicta sunt, calumniam fuisse patuisset, nullūque Romanorum impetus timeretur, aduersus ciuitatem verò inexpugnabilis esset potentia corroborata) illos domum recedere: malorūque societatem vitando cuncta diluere flagitia, quorum non sponte, sed decepti participes extitissent. Persuasum est Idumæis. Et primum eos, qui erant in 20 custodiis soluunt, propè ad duo millia popularium, statimq; relicta ciuitate ad Simonem veniūt, de quo paulò post commemorabimus: deinde domum ex Hierosolymis abiere. Euenit autem eorū discessum vtriusq; pariter inopinatum videri, nam & populus nescius pœnitudoinis, paululum fiducia recreatus est, veluti inimicis leuatus: & Zelotarum creuit insolentia, quasi nō auxiliis caruissent, sed iis essent liberati, quorū pudore ac reuerentia criminibus temperabant. Denique nulla iam erat facinorum mora neque cunctatio: sed festinatis quidem consiliis in rebus singulis utebantur: quæ verò placuissent, ipsa cogitatione citius peragebāt. Maxime autem in viros fortes atque insignes cædibus sæuebant: cum inuidia nobilitatem absumerent metu virtutū: vnāq; cautionem putarent, nullum optimatum superesse. Itaque occisus est cum multis aliis 30 Gorion, dignitate simul & genere præstans, & plus posse populum gaudens, plenūq; spiritu, libertatis amator, vt nullus alius Iudæorum, quem tamen libertas præter alias virtutes perdidit. Sed ne Peraia quidē Niger eorum manus effugit, bellis cum Romanis gestis vir strenuus cōprobat: qui etiam sæpe vociferans, & cicatrices ostendens, per mediam ciuitatem trahebatur. Ductus verò extra portas, desperata iam salute, ne sepultura careret supplicabat. Illi autē prius interminati, quod humum ei quàm desiderabat concessuri nō essent, mox etiā mortem intulere. Qui tamē cum occideretur, Romanos eis vltiores imprecatus est: famēq; præter bellum ac pestilentiam, & ad hæc omnia ipsorū mutuas manus: eaq; vniuersa confirmavit apud impios Deus, & quid iustissimū esset effecit, vt audaciā suam quàm primum experirēt inter se dissidentes. 40 Niger quidem occisus, quē habebant de oppressione sui metu eos leuauit. Pars autem plebis nulla erat, cui non ad interitū excogitabatur occisio. Nāq; alij quod iam dudum aliis ciuibus restitissent, interficiebātur: qui verò nihil offenderāt, pacis tēpore subitas causas excipiebant. Et qui omnino libere eos nō adissent, pro contēptoribus: qui verò obsequentes, pro insidiatoribus habebātur: vnāq; maximorū criminū & mediocrium pœna, mors erat. neq; euasit quisquam, nisi aut ignobilitate, aut fortuna perhumilis.

De intestina discordia Hierosolymorum.

Cap. I I.



OMANI autem omnes ad ciuitatem animos intēdebant, hostium dissensionem lucrum sibi esse censentes: & Vespasianum, penes quem summa rei potestas erat, incitabant, diuinæ prouidentie dicentes: auxilio in semet hostes esse conuersos: veruntamen velox esse momentum, & Iudæos cito in concordiam redituros, aut intestinis malis defessos, aut redactos in pœnitudoinem. Ad quos Vespasianus ait: Plurimum eos quid fieri conueniat ignorare, tanquam in theatro cupientes quantum armis ac manibus possent ostentare potius cum periculo: quàm secum quid esset

esset vtile reputare. Nam si statim ciuitatem aggredieretur, ipsos causam hostibus fore concordiae, ac vires eorum etiam nunc vigentes in se prouocatu-
 10 rous. Sin operirentur, paucioribus ac moderatioribus his vsuros domestica seditione consumptis. Deū namq; melius quā ipsos disponere, qui sine labore Iudæos Romanis traderet, nullōque periculo exercitui victoriam codonaret. Proinde manibus propriis intereuntibus inimicis, maximōque malo, hoc est seditione turbatis, debere se potius periculorū spectatores esse, quā cum hominibus mortem appetentibus atq; intestina rabie insanientibus cōfigere. Si quis autē putauerit victoriæ gloriam sine prælio fieri viliorem, sciat, inquit, armorum incerto exitu commodius esse commode perficere quod intendit.

20 Neque enim manu præclaris esse minus laudabiles, qui paria gesserint moderatione atque prudētia. Simul autem dum hostes imminuerentur, etiam milites ex laboribus assiduis recreatos valentiores ductū iri. Præterea non id esse tempus, vt maturæ occupanda videatur victoriæ claritudo. nec enim armis fabricandis, aut muris, vel auxiliis congregandis Iudæos operā dare, atq; ideo moras differētibus nocituras: sed bello domestico ac dissensione tumidos, miserabiliora pati quotidie, quā ipsi eos captiuos afficerēt intromissi. Proinde siue quis securitatē cōsideret, sinēdos esse, qui semet absumerent: siue facti gloriā clariorem, nequaquam manus intestino morbo laborantibus afferendas: si quidem ratione recta diceretur, non ipsorum, sed discordiæ fuisse victoriam. Hæc Vespasianus: eiq; dicenti rectores militum consentiebant: mōxq; apparuit quā vtile fuisset eius consiliū. Namq; in dies singulos multi ad eum confluebant fugiendo Zelotas. Erat autem fuga difficilis, quod omnes exitus custodibus obsidebantur. Et si quis ibi qualibet ex causa deprehēsus fuisset, velut ad Romanos ire cupe-
 30 ret, interficiebatur. qui tamen eis dedisset pecuniam, saluus abibat: & qui nō dabat, solus proditor habebatur. Restabat igitur, pecuniosis fugam redimentibus, solos pauperes iugulari. Mortui verò per omnes vias coaceruabātur innumeri, multiq; etiā transfugere cupientium, rursus in ciuitate perire præoprabant. nam spe sepulturæ in patria mori tolerabilius videbatur. Illi autē ad hoc crudelitatis deuiauerāt, vt neq; intus neq; per itinera occisis humum concederent: sed veluti cum patriis legibus etiā naturæ iura disturbare pepigissent, suāque in homines iniustitia diuinitatem quoq; polluere, ita
 40 sub sole putrescere mortuos relinquebant. Sepelientibus autē suorum corpora, idem quod transfugis, imminēbat supplicium mortis: statimq; sepultura indigebat, qui hanc alteri præstitisset: & vt breuiter dicā, nulla tā bona, quā misericordia, perierat in illis cladibus mentis affectio: hisq; iritabātur noxij, quæ miseranda vidissent, à viuis in mortuos, à mortuis in viuos iracundiam transferentes. Modum autē excedente metu, superstitibus mortui adepti requiē beatiores videbantur: & qui erant in custodiis cōparatione sui cruciatus, insepultos quoq; fortunatissimos demonstrabant. Omne quidem ab illis ius hominū calcabatur, ridebatur etiam diuinitas, prophetarūq; respōsis tanquam vulgaribus fabulis illudebant. Cū verò multa contempsissent de virtute ac vitiis statuta maiorum, etiā quæ de patria olim prædicta fuerant, vera esse exitu probauere.

40 Vetus enim quidā sermo ferebatur, tunc demū ciuitatem captū iri, sancta quoq; flammis exurenda esse lege belli, cū seditio fuisset exorta, sanūmq; Dei proprię manus ante violassent. Quibus Zelotæ, nihil de eorum fide dubitantes, ministros se præbuerunt.

De Gadarensium deditione & strage.

Cap. III.



50 T Ioannes iamdudum tyrannidem affectans, parem cum similibus honorem habere dedecus existimabat: paulatimque sibi nequiores adiungens, ab eorum affectione separabatur. Semper autem aliorum decretis non obediendo, suāq; iubendo imperiosius, quod solus dominari cupe-
 ret non latebat, eiq; sociabantur nonnulli metu, alij gratia (mirus enim erat oratione atque fallacia persuadere quæ vellent) multi verò propterea quod sibi tutum esse ducebant, priorum delictorum causas vni potius ascribi quā omnibus. Ad hæc quia manu strenuus erat, & bonus consilio, satellites nō paucos habebat, etsi magna pars eum contrariæ factionis reliquerat. apud quos etiā liuor nō nihil valebat, graue putantes, vt paulò ante pari succumberēt. Plus autem metus eos, ne sub vnius potestate viuerent, exagitabat. nec enim facile sperabant eum, si semel obrinuisset, deiici
 posse:

posse: occasionemque in se habiturum timebant, quod in principio restitissent. Proinde quisque bello potius quiduis pati decreuerat, quam sponte seruiens mancipij loco perire. Hinc igitur seditio diuiditur, & Ioannes in contraria dissentientibus parte regnabat. Sed inter ipsos quidem munita omnia erant custodibus: nihilque aut parum agebatur, si quando armis praelium lacebant. in populum vero vel maxime contentionem susceperunt, & quis maiorem praedam caperet, utrinque certabant. Cum tamen ciuitas trium malorum ingentium tempestate laboraret, hoc est belli, dominationis, itemque seditionis, eorum comparatione bellum popularibus mediocrius videbatur: denique relictis sedibus patriis ad alienigenas profugiebant, & Romanorum beneficio salutem, quam inter suos desperauerant, assequebantur. Quartum vero praeterea malum commotum est gentis exitio. Haud procul ab Hierosolymis castellum erat validissimum, reponendis opibus ad munimenta belli, tutandisque corporibus ab antiquis regibus aedificatum, quod Massada dicebatur: id occupauerant, qui vocatur sicarij, quod à rapinis amplioribus timore continebantur. Hi cum Romanorum exercitum otiosum esse videret, apud Hierosolymam vero Iudæos dominatione atque discordia secessisse, maiora facinora aggrediuntur. Die festo azymorum (qui apud Hebræos ad memoriam salutis, quia ex Aegyptiorum seruitio liberati, in terram patriam deueniunt, sollemniter celebratur) nocte deceptis, qui sibi erant oppositi, municipium quoddam Engaddi inuasere: ubi pugna quidem Iudæos ante praeventos atque dispersos, quam arma caperent siue concurrerent, ciuitate populere. eos vero, qui in fuga defecerunt, mulieres videlicet ac pueros, supra septingentos interfecerunt. ædibusque deinde compilatis, fructus quoque iam maturos depopulati in Massada portauerunt, & illi quidem omnes circum castellum vicos, totamque regionem populabantur, non paruo undique perditorum ad eos numero in dies singulos confluente: simul autem coniectati sunt etiam per singulos Iudææ tractus in latrocinia, qui interim quiescebant. Ac veluti in corpore, si quando principale membrum tumor afficit, omnia pariter agrotare necesse est: ita propter ciuitatis tumultum atque discordiam, etiam qui foris erant nequissimi praedarum inuenerunt licetiam. Singuli vero vicis propriis dilaceratis, deinde in solitudinem recedebant. Congregati autem & cateruati coniurantes, exercitus quidem pauciores, plures vero quam latrocinialis conspiratio, in templa & oppida sequebantur. Et sequebatur quidem, ut in bello fieri solet, ab his eos male affici quos petiissent. verum praueeniebatur ultio, cum innox latrones à præda refugerent: nullaque pars erat Iudææ, quæ non una cum Hierosolymis præcellentissima ciuitate interiret. Hæc Vespasiano à transfugis indicabantur, nam licet omnes exitus à seditionis custodirentur, & cum quis ad eos accessisset interficeretur, tamen erant, qui ad Romanos clam profugerent: ducemque Romanorum & opem ferre ciuitati, & reseruati populi reliquias hortarentur. multos enim, quod bene Romanis vellent, periisse, multos adhuc in periculo dicebant esse superstites. Ille autem iam tum miserans eorum calamitates, propius ad eos velut Hierosolymam obsessurus accedit, re autem vera, ut ciuitatem obsidione liberaret: spe autem ante reliqua subigendi nullumque impedimentum extrinsecus obsidioni relinquendi. Cum igitur venisset in Gadara, transamnanæ regionis metropolim validissimam, mensis Martij quarta die ciuitatem ingreditur. iam enim optimates, ignoratibus seditionis, legatos ad eum de traditione miserant, tam pacis desiderio quam suis patrimoniis metuentes. multi enim apud Gadara locupletes habitabant, quorum legationem inimici nesciebant, nisi quod Vespasiano appropinquante id cognouerunt. Et ciuitatem quidem se retinere posse desperabant, quod & intestinis inimicis numero inferiores erant, neque procul abesse videbant à ciuitate Romanos. si vero fugere decreuissent, sine sanguine id facere, nullaque à noxiis poena repetita, non honestum sibi putabant. Itaque Dolesum comprehensum (namque is non dignitate solum ac nobilitate ciuitatis princeps habebatur, sed etiam legationis autor erat) interficiunt: nimiaque iracundia mortuo verberato, extra ciuitatem dilapsi sunt. Iam vero propius accedente Romano exercitu, Gadarensem populum Vespasiano cum acclamationibus in ciuitatem recepto, fidei dexteras ab eo accepit: equitumque & peditum præsidia contra fugitiuorum excursus, muros enim prius quam id Romani peterent, ipsi destruxerant: ut eo sibi fides esset, quod pacem

cem diligeret, si bellum gerere ne volentes quidem posse videretur. Vespasianus autem misso Placido cum d. equitibus ac tribus millibus peditum aduersus eos qui ex Gadaris fugerant, ipse cum cæteris militum copiis Cæsaream regreditur. At fugitiui postquã equites repente à tergo insequentes videre, priusquam in manus veniret, in vicum quendam, cui nomẽ est Bethanabro, se recepere: vbi reperta non paucorum iuuentutis multitudine, hisque partim volentibus, partim vi at matis, temere cõtra Placidum et usque milites profiliunt. Illi autẽ primo quidem impetu paululum recesserunt, ea simul arte, vt eos à muro longius proquarent. deinde loco opportuno circumdantes, telis agentes eminus sauciabant. Itaque fugientes quidq̃ ab equitibus præueniebantur Iudæi; qui vero manus conseruissent, à peditibus trucidabantur, nihil plus audacia demonstrantes: condensos enim aggrediendo Romanos, armis non secus ac muro lapsos, ipsi quidem telis aditum non inueniebant, neq; sufficiebant acie rumperere: illorum autem transigebantur telis, & inmanissimis feris similes ruebãt vltra in forum, & sternebantur, alij gladiis ora percussij, alij ab equitibus dissipati: quoniam cura erat Placido, cursum eorum à vico intercludere: assidueq; prætercurrens ea partem cedentesque reflectens, vnã etiam libratis sagittarum ictibus utebatur: hisq; proximis interficiebat; metu vero longè fugientes auertebat, donec elapsi qui fortiores erant ad murum effugere. Eius autem custodes quid agerent nesciebant. Nec enim excludi Gadarense suorum causa patiebantur: & si eos recepissent, vnã cum his se perituros videbant, quod etiam contigit. Illis enim compulsis ad murum, penè cum his Romanorum equites irrupere. Porris autem antè præclusis, admoto milite Placidus ad vesperam usque acerrime oppugnato muro pariter ac vico potitus est: ibique tunc vulgus quidem incers occidebatur, fortiores vero fugam petebant. domus vero à militibus diripiebantur, & vicus igni traditus est. Qui vero inde euaserat, totam seorsum illam regionem ad fugam incitauit: & extollendo proprias calamitates in maius, totumque Romanorum exercitum aduentare dicendo, metu omnes vndiq; commouerunt. plurimo autem numero audij, in Hierichunta secesserunt. hæc enim etiã tunc eorum spem salutis fouebat, quod esset valida & populosa. Placidus vero equitibus, rebusque ante prospere gestis fretus eos insequabatur: & usque ad Iordanem quidem semper quos occupabat, morti dabat. omnem vero ad flumẽ coactam multitudinẽ, fluminis impetu prohibitam, quod auctum imbribus vadum transire non poterant, aperto prælio aggreditur. Itaq; necessitas eos ad pugnam compulit, quod fugæ locum non haberent: præterque ad ripæ longitudinem, tela equitum & incursus excipiebant. à quibus multi perculsi, in fluuium ceciderunt. nam qui manibus eorum cæsi sunt, tredecim millia fuerunt, alij cum vim sustinere non possent, in Iordanem sponte decussierunt: erat autem numerus infinitus. & præterea capta sunt circiter duo millia virorum ac ducenti, cum præda maxima ouium & asinorum, itẽque camelorum & bouum. Iudæis quidem hoc vulnus inflictum quamuis par superioribus, maius tamen seipso visum est: non solum quod eam totam regionem quã fugerant, cæde repleuerant, sed etiam quod refertus mortuis Iordanis peruius non erat. & Asphaltites quoque lacus repletus erat cadaueribus, quæ per multa flumina deuoluta sunt. Placidus autem secunda fortuna usus, in vicos proximos & municipia cõtendit, captisq; Abila, & Iuliade, & Besemoth, omnibusque ad lacum Asphaltitẽ usque, idoneos ex transfugis vbique collocat. deinde milite scaphis imposito, eos qui in lacum refugerant subegit. Et trans fluuium quidem tota regio Romanis celsit, & vbique omnia usque ad Machærunta deuicta sunt.

De captis oppidis quibusdam, descriptioque ciuitatis Hierichuntinæ. Cap. IIII.

V M. hæc autem aguntur, motus circa Galliam nunciatur, & quod Vindex vnã cum optimatibus indigenarum à Nerone defecisset: de quibus alibi diligentius scriptum est. Vespasianum vero ad impetum belli quæ nunciata sunt incitauit, iam tunc futura bella ciuilia totiusque imperij pericula prospicientem: cum si partes Orientis ante pacasset, minus Italiæ metuendum existimaret. Obstante autem hyeme, per subactos interim vicos atque oppida præsidia collocabat: & decuriones ciuitatibus apponens, multa etiam eorum quæ vastata fuerant

rant instaurabat. Prius tamen comitatus militum copiis quas Cæsaream adduxerat, in Antipatridem venit: ibique per biduum ciuitate composita, tertia die vastando, inflammando, omnemque subuertendo circum Thamnam toparchiam, in Lyddam & lamniam procedebat. Et cum sese vtraque tradidisset, constitutis illic habitatoribus idoneis in Ammaunta peruenit: occupatoque ad metropolim earum aditu, castra muro circumdat. Quintaque in his relicta legione cum cætera manu in Bethlepton toparchiam proficiscitur: eaque & vicina regione itemque circum Idumæam igne consumptis, castella quidem locis opportunis muniuit. Captis autem duobus vicis in media Idumæa positis, hoc est Begabri & Caphartophan, plusquam decem millia hominum peremit: propè autem ad mille cepit. exactaque inde cætera multitudo, non paruum militum suorum partem ibi constituit, qui omnia montana loca incurfando vastabant. Ipse autem cum reliquo exercitu in lamniam rediit: vnde per Samaritidem ac per Neapolim, quæ dicebatur ab indigenis Mabortha, secundo Iunij mensis die in Coream descendit: ibique positis castris, postridie in Hierichunta peruenit: in qua vnus ei rectorum Traianus quem è locis trans Iordanem ducebat militem iungit, cunctis illic deuictis. Sed ex Hierichunte quidem multitudo ante Romanorum aduentum in aduersam Hierosolymis montanam regionem diffugerat: non pauci autem qui remansere perimuntur. Desolatam verò offenderat ciuitatem, cui in planicie sitæ nudus mons ac sterilis imminet, idemque longissimus. à Septentrionali enim regione vsque ad Scythopolitanos agros: à meridiana verò vsque ad terram Sodomiticam & Asphaltitis lacus terminos extèditur. totus autem asper est: & quod nihil gignat, non habitatur. Huic obiacet circa Iordanem mons alius, incipiens à Iuliade ac Septentrionali regione, prolixius autem in meridiem vsque ad Bacra, quæ Petram determinat Arabiæ ciuitatè. In hoc est etià Ferreus mons appellatus, ad Moabitidem vsque longus. Inter duos autem montes regio quæ Magnus campus vocatur, à Gennabara vico ad lacum Asphaltidem vsque patens, habet ducentorum & triginta stadiorum longitudinem, latitudinem vero centum & viginti, mediùsque ab Iordane diuiditur. Sunt autè illic duo lacus, Asphaltites & Tiberien-sis natura contrarij. nanque alter salus ac sterilis est, Tiberien-sis vulgo dulcis & fecundus. æstatisque tempore illa planicies ardore solis incèditur, & vitioso opprimi-tur aëris tractu, omnibus circum aridis præter Iordanem. vnde euenit, vt palmæ quæ in ripis sunt magis floreat, & fertiliores sint: minus autem, quæ longe remotæ sunt. Ad ipsam vero Hiericho largissimus fons est, rigandisque aruis vberimus, iuxta veterem scaturiens ciuitatem: quam Iesus Naue filius, Hebræorum ductor, primam in Chananæorum terra bello possederat. Hunc fontè aliquando ferunt non solum terræ atque lignorum fructus, sed etiam fœminarum partum obtundere solitum, cunctaque pariter morbo ac peste corrumpere. Postea vero manſeuisse, contraque saluberrimum ac feracissimum esse factum ab Helisæo propheta: qui Helizæ notus fuerat atque successerat. Receptus enim hospitio ab Hierichûtinis habitatoribus, quod humaniores eos expertus erat, ipsos & omnem illam regionem perpetua gratia remuneratus est: progressusque ad fontem, lagenam fictilem salis plenam in profluentem aquâ misit. Iuxta deinde ad cælum dexteram tendēs, fontique inuergens blanda libamina ipsum quidem precabatur vt fluentia leniret, ac dulciores aquarû venas aperiret: Deum vero vt fœcundioribus auris flumina temperaret orabat: tamq; vbertatem fructuum quàm succelsionē prolis daret indigenis, nec eos genitrix filiorum aqua deficeret, quoad iusti manerent. ad has preces ex disciplina manibus quoque multa operatus, fontè immutauit: & qui antea causa erat his orbitatis ac famis, idem victus ac fœcunditatis autor est effectus. Denique rigationis eius tanta potentia est, vt si attigerit modo terram, lapidior sit, aquis diu perseverantibus. vnde eo quæ largius abutuntur, exiguum emolumentum habent: quæ verò parcius, plurimum. Amplius tamè quàm cæteri fontes spaciū rigat, & septuaginta quidem stadiis longam, viginti autem latam planiciem permeat. optimos autem in ea paradisos ac densissimos educat, palmarumque irriguarum genera, tam sapore quàm nominibus varia: quarum pinguisimæ calcibus pressæ, plurimum mellis emittunt, non multum alio melle

melle deterius: quanquam & mellis altrix est illa regio, & opobalsami ferax, qui omnium carissimus est fructus ibi nascentium. itémq; cyprum & myrobalanum gignit: vt qui diuinum esse illum tractum dixerit, non errauerit, vbi & larga & optima generantur quæ sunt carissima. Sed nec in aliis ei fructibus aliqua facile toto orbe regio certauerit: adeo multiplicatum quod satum est reddit. Cuius rei causa mihi videtur esse aquarum vis læta, & aëris calor: cum hic prouocet quæ nata fuerint atque diffundit: liquor autem firmis singula radicibus stringat. virésque suggerat æstiuo tempore: quo sic perusta est illa regio, vt nihil facile procedat ac pullulet. aqua tamē, si ante solis ortum hauriatur, auræ spiritu refrigerat, naturamque contrariam aëri sumit. hyeme vero contepescit, eaque meris mitissima efficitur. Tanta est autem cæli temperies, vt quo tempore in alia Iudææ regione ningit, lino illic tantum indigenæ vestiantur. Distat autem ab Hierosolymis c. l. stadiis, & ab Iordane stadiis l. x. rotumq; habet à Hierosolymis spatium desertum atque saxosum: ad Iordanem verò & lacum Asphaltiten, licet humilior, æquē tamen incultum ac sterile. Sed de Hiericho, quàm sit fortunatissima, satis dictum est.

Lacus Asphaltites.

Cap. V.

COMMEMORATIONE autem dignum puto, Asphaltitis quoq; naturam exponere lacus. Is enim falsus quidem ac sterilis est: nimia vero leuitate, etiam quæ grauissima sunt, in eum iacta fluitant. demergi autem quis in profundum nec de industria facile potest. Denique Vespasianus, qui eius visendi causa illuc venerat, iussit quosdam natandi inscios, vinctis post terga manibus, in altum proiici: & euenit omnibus, tanquam vi spiritus sursum repulso, desuper fluitare. Ad hæc mirabilis est coloris mutatio, quæ ter in singulos dies superficiem vertit, & solis radiis variata resplendet. Multis autem locis vomit nigras bituminis glebas, quæ super vndam & habitu & magnitudine tauris sine capitibus asimiles natant. Ad eas autem cum lacus exercitores accesserint, naçti quod aggestum est, ad naues trahunt: & quia lentum est, repletas eas abrumpere nequeunt: sed quasi reli-gata scapha, pendet à cumulo, donec mēstruo mulieris atque vrina solvatur. Est autem vtile non modò ad compagineſ nauium, sed ad corporū etiam curationē multis remediis admiscetur. longitudo lacus est quingentorum & octoginta stadiorum, qui ad Zoara vsque Arabiæ tenditur. latitudo autem centum quinquaginta stadiis patet. Huic Sodomitica terra vicina est: olim quidē tam fructibus quàm diuitiis ciuitatum fortunata, nunc autē omnis exusta, vt quæ habitatorum impietate fulminibus conflagrasse memoratur. Denique adhuc in ea diuini reliquias ignis, & oppidorū quinq; videre licet imagines, & renascentes in fructibus cineres: qui colore quidem sunt edulibus similes, carpentium vero manibus in fumum dissoluuntur & cinerē. Terræ quidem Sodomiticæ fabula eiusmodi fidem habet ex facie.

Gerasæ deuastatio, simul de Neronis morte, Galbæ, & Orthonis.

Cap. VI.

Vespasianus Hierosolymorum habitatores concludi vndique cupiens apud Hiericho & Adidam castellis erectis, vtroque auxiliarium pariter ac Romanorū præsidia collocat. Mittit autem Gerasam L. Annium equitatus ei parte multisque peditibus attributis. Qui primo aggressu, ciuitate capta, mille iuuenum, qui ne fugerent præuenti erāt, interficit: familias captinas ducit, bona militibus prædari permittit. Incensis deinde domibus, proximos petit. Erat autem fuga potētium & interitis infirmorum: quòdque occupatum fuisset, flammis dabatur: omnibusque tam montanis locis quàm tota planicie bello oppressis, apud Hierosolymam degentes exeundi copiam non habebant: cum transfugere quidem cupientes à Zelotis asseruarentur: eos vero, qui etiam tunc à Romanis dissidebant, vndique ciuitate vallata cohiberet exercitus. Vespasiano autem Caesaream reuerso, & cum omnibus copiis in ipsam Hierosolymam proficisci paranti nunciatur Notō peremptus, cum per annos tredecim & octo dies imperasset. De quo referre, quem admodum dehonestarit imperium, nequissimis hominibus Nymphidio, & Tigillino, & indignissimis libertorum permissa república: quòdque horum captus insidiis, ab omnibus suis senatoribus destitutus, cum quatuor libertis fidelibus in suburbani fugerit,

fugerit, ibique semet occiderit, & quòd multo pòst tempore, qui eum deposuerant, pœnas dederint: bellumque per Galliam quo pacto defierit, & quòd Galba creatus Imperator, Romam redierit ab Hispania: & quemadmodum incusatus à militibus, tanquã humilioris esset animi, in medio foro necatus sit, & Otho declaratus sit Imperator, militesque suos contra Vitellij duxerit exercitum: necnon & Vitellij turbas, & circum capitolium pugnam: & quemadmodum Antonius Primus & Mutianus Vitellium interfecerint, & Germanorum agmina bellumque ciuile sedauerint: hæc omnia recusavi narrare, confidens quòd à multis Græcorum itémque Romanorum ea cuncta copiose perscripta sunt. ordinis autem rerum continuandi gratia, ac ne intercisã pendeat historia, summatim singula designaui. Igitur Vespasianus primo quidem in Hierosolymam expeditionem differebat, expectãs quonam vergeret imperium post Neronem. deinde vbi Galbam imperare cognouit, nihil conari decreuerat, priusquam ille quoque ad se de bello aliquid perscriberet. Mittit autem ad eum Titum filium suum & salutarium simul, & vt de Iudæis mandata acciperet. Ob easdem causas & rex Agrippa nauigauit ad Galbã. Sed dum Achaïam, quòd hyems erat, longis nauibus præteruehantur, interfici Galbam contigit, septem mensibus post & totidem diebus. Deinde Otho suscepit imperium, ac tres menses tempus gubernauit. Agrippa vero nihil mutatione deterritus, Romam pergere statuit. Titus vero diuino quodã impulsu, ex Achaïa ad Syriã nauigat, & mature inde Cæsareã venit ad patrem. Suspensi autẽ de omnibus quasi nutante Romano Imperio, Iudæorũ militiam negligebant. patriæ quoque metuentes, aggredi alienigenas importunum arbitrabantur.

De Simone Geraseno, nouæ conspirationis principe.

Cap. VII.

NTEREA tamen bellum aliud in Hierosolyma excitatur. Erat Simon Giorã filius, patria Gerasenus, ætate iuuenis, sed calliditate posterior Ioanne, à quo iam pridem ciuitas possidebatur, viribus autem corporis audaciæque præstantior. ob quam ex Acrabatena quoque toparchia, cuius rector erat, pulsus ab Anano pontifice, ad latrones peruenerat, qui Massadam occuparant. Is autem primo quidem ita suspectus erat, vt eum ad inferius castellum cum mulieribus, quas secum adduxerat, transire permitteret, ipsi excelsius incolentes, rursus autem propter necessitudinem morum, fidelis esse videbatur. nam & ductor erat prædatum exeuntibus, & cum ipsis territorium Massade populabatur. nec tamen eos ad maiora exhortando metuebat. dominandi enim cupidus magnorumque appetens, quia mortem Anani comperit, in montana loca discessit ac voce præconum seruis libertatẽ promissa, itémque liberis præmio, cunctos qui vbique fuerunt nequissimos congregauit. Iamque validis conflatis copiis, montanos vicos diripiebat. Semper autem accedentibus pluribus sociis, audebat etiam in humiliora loca descendere, & ciuitatibus quoque iam terribilis erat: multosque potentium vis eius & prospere gesta sollicitabat. nec iam seuorum tantum siue latronum exercitus erat, sed multorum etiam popularium, tanquam regi, parebat obsequium. Excursus autem agebatur in Acrabatenam toparchiam, & in maiore usque Idumæam. Vicum enim cui nomen est Nain, muro amplexus, ad tuitionem sui pro castello habebat. In valle autem quæ appellatur Pharan, multas quidem dilatauit speluncas, multas vero paratas inuenit, atque his conditorum prædæ receptaculis utebatur. Quin & direptos illic fructus reponebat, multæque ceterarum diuersabantur: neque dubitabatur, quòd in Hierosolymam copiis & apparatu præluderet. Vnde insidias veriti Zelotæ, ac præuenire boni, qui contra se cresceret cupientes, plerique cum armis egrediuntur. His autem Simon occurrit, commissoque prælio multos occidit, & reliquos compellit in oppidum. Nondum autẽ viribus fretus, ab obsidione deterretur. Prius autem Idumæam subiugare conatus est. Itaque cum xx. milibus armatorum ad fines eius properabat. Idumæorum autem principes maturẽ ex agris vigintiquinque ferẽ milibus pugnam ciuium congregatis, pluribus autem qui sua seruarent domi relictis, propter scariorum qui Massadæ versabantur incursum, Simonem in finibus præstolabantur. ubi conflictu habito, ac per totum diem tracto prælio neque victor, neque victus abscessit. Et ipse quidem in Nain vicum, Idumæi vero domũ regressi sunt. Non multo autem

autem post, Simon cum maioribus copiis eorū fines petebat: castrisque in quodam vico cui nomen est Thécue positis, ad custodes Herodij, quod non longe aberat, de sociis suis Eleazarum misit, ut castellum sibi traderent persuasurum: quem quidem sine mora susceperunt custodes, causæ nescij cur venisset. mox autē de traditione prolocutum, strictis gladiis persequerentur: donec fugæ locum non reperiens, de muro in subiectam vallem se proiecit. & ille quidem hoc modo statim moritur. Idumæis autem vires Simonis formidantibus placuit, priusquam bello congrederetur explorare hostium copias. ad hoc autem se ministrum obtulit parato animo Iacobus, vnus è rectoribus, cogitans prodicionem. Denique profectus ab Oluro (in hoc enim vico
10 tunc Idumæorum collectus erat exercitus) ad Simonem venit: primūque se patriam suam traditurum esse paciscitur, accepta fide quod semper ei carissimus foret. mox etiam de tota Idumæa operā pollicetur. Ob quas res humanissime apud Simonem cœnatus, amplissimisque promissis animatus, ubi ad suos rediit, primo Simonis exercitū multiplici numero mentiebatur esse maiorem. deinde rectoribus etiam paulatimque multitudine vniuersa perterritis, ut Simonem reciperent suadebat, eiq; sine pugna rerum omnium permitterent principatum. simul autem hoc agens, & Simonem ipsum per nuncios euocabat, disiecturum se pollicitus Idumæos, quod & præstitit. Nam cum iam appropinquaret exercitus, equum primus inscendit, & cum sociis corruptionis effugit. pavor autem occupat vniuersam multitudinem, ac prius
20 quam ad manus venirent, domum quisque suam soluti ordine recesserunt. Simon vero præter opinionem sine sanguine Idumæam introiit: primūque aggressus ex improviso Chebron municipium capit, in quo maxima præda potitus est, multosq; fructus diripuit. Chebron autem indigenæ ferunt non eius terræ modò ciuitatibus, verum etiam Ægypti Memphi antiquiorem. denique duo millia & treceti eius connumerantur anni. hoc autem narrant Abraham quoque parenti Iudæorum fuisse domicilium, posteaquàm Mesopotamiæ sedes reliquit: eiusque posteros hinc ad Ægyptum esse profectos: quorum etiam nunc monumēta extant in eadem ciuitate, peroptimo marmore liberaliter fabricata. Cernitur autem sexto ab oppido stadio arbor maxima terebinthus: eamque memorant ab initio mundi creati nunc vsque durare.
30 Hinc totā Simon peruasit Idumæam, non modò vicos eius & ciuitates depopulando, sed excidendo etiam territoria. nam præter armatos XL. cum millia sequebatur, ut his ne victui quidem necessaria satis essent. Ad has autem necessitates accedebat eius crudelitas & insuper iracundia, quo magis vastari contigit Idumæam. Et quem admodum post locustas sylua cerni solet frondibus spoliata, sic etiam quā Simonis transisset exercitus, à tergo solitudinem relinquebat: & alia quidem comburendo, alia diruendo, & quicquid in ciuitate vel in agris natum esset conterendo calcibus, aut depascendo debebant: perque terram cultam iter agendo, faciebant eam sterili duriorē, prorsus ut ne signum quidem vastatis relinqueretur, quod aliquando fuissent. Hæc omnia rursus Zelotas incitauerunt, & aperto quidem bello cōfigere pertimere: insidiis vero per itinera collocatis, vxorem Simonis rapiunt, eorūq; præterea quos habebat in obsequio plurimos. deinde tanquam Simonem ipsum cepissent, in ciuitatem exultantes redeunt. continuo nanque sperabant, armis eum depositis pro vxore sibi supplicaturum. Illum autem non misericordia, sed ira coniugis raptæ peruaserat. cūque ad muros Hierosolymorum venisset, ut fera saucia quæ percussiores prendere nequisset, ita in quos reperisset, effundebat insaniam. deniq; olorum sarmentorumque causa progressos è porta, imberbes pariter ac seniores correptos verberabat ad necem: ut animi indignatione id solum abesse videretur, quod non etiam videretur corporibus mortuorum. multos autem abscisis manibus dimittebat in ciuitatem, vna perterrefaciens inimicos, & populum reuocare cupiens à
50 nocentibus. Hisq; mandabat ut dicerent, iurare Simonem per Deum qui cuncta regeret, quod nisi cito sibi redderent coniugem suam, muro perrupto omnibus qui in ciuitate essent similiter vteretur, neque cuiquam ætati parceret, aut ab innocentibus discerneret noxios, donec his eius mādatis nō modò populus, sed etiā Zelotæ meru perculsi, remisissent ei mulierē. atq; ita delinitus, paulisper ab assidua cæde requieuit.

De

*De Galba, Othone, Vitellio & Vespasiano.**Cap. VIII.*

ON solum autem per Iudæā erat seditio bellūque ciuile, verum etiam per Italiam. In medio nanque Romanorū foro Galba perempto, creatus Otho Imperator cum Vitellio imperium affectante pugnabat: quem Germanicæ tunc legiones elegerant. Habito autem apud Bebriacum Galliæ Cisalpinæ prælio cum Valente & Cecinna Vitellij ducibus, primo die Otho superauit, altero Vitelliani: multisque trucidatis, & aduersæ partis audita victoria, Otho apud Brixellum semet occidit, postquam biduum trēsque menses imperium tenuit. Accesserūt autem Vitellij ducibus Othonis milites, & ipse iam Vitellius Romam cum exercitu veniebat: dum interea Vespasianus quinto die Iunii mensis Cæsarea profectus, eas quas nondum subegerat Iudææ partes petiuit: & in montana regione, quo primum ascendit, toparchias duas Gophniticam & Acrabatenam subegit: deinde post has Bethel & Ephrem municipia: ibique præsidiis collocatis, vsque Hierosolymam equitabat. multos vero tunc deprehenso necabat, multosque capiebat. Ducum autem vnus Cerealis cum equitum parte ac peditum, superiorem quæ dicitur vastabat Idumæam, & Caphetram quidem castellum ex itinere captum incendit. alterum vero quod Capharin dicitur, admoto milite oppugnabat, muro satis valido cinctum. diutius autem ibi se moraturum speranti, oppidani subito portas aperuere, & supplices ei se tradidere. Quibus subiugatis, Cerealis in Chebron alteram ciuitatem antiquissimam tendit, sitam (vt dixi) in montanis locis, haud procul ab Hierosolymis. Vi autem irrumpens in eam, reliquam multitudinem, quam ibi offendit, cum puberibus interemit: oppidum vero ipsum exurit. Omnibusque iam captis, præter castella Herodium & Massadam & Machærunta, quæ à latronibus tenebantur, sola iam Hierosolyma Romanis ante oculos erat, quæ expugnanda restabat.

*De Simonis gestis contra Zelotas.**Cap. IX.*

IMON autem ubi uxorem suam à Zelotis recepit, ad reliquias Idumææ tendit persequendas: & vndique circumacta natione, Hierosolymā compulit plerosque fugere, cum ipse quoque ad eam sequeretur. Deinde muro eius obsesto, si quem operariorum ex agris aduentem multitudinem cepisset, interficiebat. Eratque populo foris Simon Romanis terribior: intus Zelotæ utrisque sæuiores: quos etiam Galilæi nouis inuentis & audacia factionum corrumpebant. Nam & Ioannem ad potentiam ipsi prouexerant: & Ioannes eis pro potentia quam sibi comparauerat, vicem referens, omnia quæ desiderarent vt facerent permittebat. Insatiabilis autem rapinarum cupiditas, domorumque locupletum perscrutatio. Cædes autem virorum & scæminarum iniuriæ, pro ludo habebantur, prædæque cum sanguine deuorantes: ne aliquo metu, post satietatem muliebri libidine calefcebant: comptique crines, ac scæminarum veste induti, lotique vnguentis, & vt forma placeret, oculos illiti, non solum ornatum, sed impudentiam quoque mulierum imitabantur: & obscenitate nimia nefarios coitus exigentes, vt in lupanari versabantur, ciuitatemque totam impuris facinoribus profanabant. Effceminantes autem vultum, dexteras ad cædem promptas habebant: delicatoque incessu eneruati, subitancursione bellatores fiebant: & de paludamentis versicoloribus eductis gladiis, casu obuios transuerberabant. Eos autem qui Ioannem fugissent, excipiebat sæuior innoxibus Simon: quique intestinum euasisset tyrannum, ab eo qui propè erat occidebatur. Omnis autem fugæ via transire cupientibus ad Romanos, abscissa erat. Inter Ioannis autem copias quantum erat Idumæorū dissidebant: separatique ab aliis, aduersum tyrannum tam liuore potentia quam crudelitatis eius odio armantur: deinde pugna congressi, multos Zelotarum perimunt, cæterosque in aulam regiam compellunt, quam Grapte ædificauerat. hæc autem fuerat cognata Izatæ regis Adiabænorum. Vna vero irrupere Idumæi, atque inde Zelotis in fanum pulsas, Ioannis pecunias prædabantur. In aula enim supraddicta & ipse degebat, & tyrannidis spolia deposuerat. Inter hæc autem Zelotarum qui per ciuitatem dispersi erant, ad illos qui in templum

templum fugerant aggregati sunt: eoque Ioannes aduersus populum & Idumæos educere cogitabat. Istis autem non tam impetus eorum metuendus erat, cum pugna plus possent, quam confidentia, ne de templo nocte subreperent, seque pariter occiderent, atque oppidum concremarēt. Itaque collecti cum pontificibus deliberabant, quonam pacto impetum præcauerent. Sed profecto Deus sententias eorum in deterius vertit, & interitu acerbius excogitabant salutis remedium. nam ut Ioannem deicerent, Simonem recipere statuerunt, & cum precibus alterum sibi tyrannum imponere. Itaque decreto obtemperatur, missoque Matthia pontifice, rogant Simonem, ut ad se introiret, quem sæpe timuerant. cum his autem precatores erant, etiam qui

10 Zelotas Hierosolymis fugerant, domus quisque suæ de siderio & fortunarum. Ille autem nimis superbe se dominum fore pollicitus, veluti ciuitatem liberaturus ingreditur, cum salutis eum latorē ac defensores sui populi clamor designaret. vbi verò cum suis copiis introiit, mox de propria potentia deliberabat: nec minus eos à quibus rogatus erat, quam eos contra quos fuerat aduocatus, inimicos putabat. Ioannes autem cum multitudine Zelotarum templo exire prohibitus, amissis etiam, quæ in ciuitate habebat (nam statim res eorum Simo cum sociis diripuerat) salutem iam desperabat. Templum tamen adiuuante populo Simon aggreditur. Illi autē in porticibus, perque propugnacula stantes impetum propulsabant: multique ex Simonis parte oppetebant, multi faucij referebantur, quoniam Zelotæ ad dexteram superiores erant, eoque

20 istus impenetrabiles habebant. Et quamuis loco plus possent, turres tamen quatuor maximas fabricauerant, ut ex alto videlicet missilia torquerent, vnam ad Orientalem angulum, ad Septentrionalem alteram, super xystum tertiam, in angulo alio contra ciuitatem inferiorem. Quarta verò turris supra verticem Pastophoriorum condita erat: vbi moris est vnum de sacerdotibus astantem post Meridiem, quod septimus quisque dies inciperet, tuba significare: rursumque vesperi, quod desineret, nunc ferias populo, nunc ut opus faciat, denunciantem. Per turres autem disposuerunt balistas saxorumque tormenta, & sagittarios, & fundarum scientes. Itaque tunc Simon pigrius ad impetum mouebatur, cum suorum plerique mollescerent: amplioribus tamen copiis fretus, propius accedebat. machinarum enim missilia delata longius, multos

30 pugnantium perimebant.

De Vespasiano in Imperatorem electo.

Cap. X.

PER idem tempus Romanos quoque sæuiores mala circumueniunt, aderat enim ex Germania Vitellius cum exercitu, aliam præterea ingentem multitudinem secum trahens. Et cum eum destinata militi spacia non caperent, totam urbem pro castris habebat, omnemque domum repleuit armatis. illi autem conspectis Romanorum diuitiis oculis insuetis, & auri argenti que stupore perfusi, vix cupidinem continebant, adeo ut in rapinas se conuerterent, & eos qui ob stare conatentur occiderent. Et in Italia quidem ita res erant. Vespasianus autem postquam Hierosolymis proxima depopulatus, Cæsaream reuertebatur, audiit Romanorum tumultus, & Vitellium principem. Hoc autem, licet ipse imperium pati, sicut bene imperare nosset, ad indignationem perductus est: dominumque indignatur eum, qui veluti desertum inuasisset imperium. Dolo autem faucius cruciatum ferre non poterat, neque aliis vacare bellis, cum patria vastaretur. Verumtamen quantum ira impellebatur ad vlciscendum, tantum longinquitatis cogitatio reprimebat: multa enim fortunam posse noua facere, priusquam ad Italiam, præsertim hyemis tempore ipse transiret: plusque iam crescentem iracundiam cohibebat. Rectores autem cum militibus conuenientes, aperte iam de mutatione tractabant: & cum indignatione vociferantes, inculcabant Romæ constitutos milites, & in deliciis agentes, qui

40 ne famam quidem belli sustineant, quibus libuerit decernere principatum, & spe questus imperatores creare. Se autē laboribus tot exactis sub galeis senescentes, aliis condonare potestatem, cum apud se digniorem habeant imperio, cui si hanc amiserint, quam iustiore, vel quando referrent erga se beneuolentiæ gratiam? Tanto autem Vespasianum quam Vitellium iustius esse principem fieri, quanto illis, qui eum de-

d d clarassent

clarassent ipsi præstarent. non enim se minora pertulisse bella, quàm qui ex Germania venissent: neque illis, qui tyrannum inde deducerent, in armis deteriores esse. Nullum autem in creando Vespasiano fore certamen. non enim senatum populūve Romanum, Vitellij libidines pro Vespasiani pudicitia perperuros: nec pro bono Imperatore crudelissimum tyrannum, aut filium pro patre optaturos principem. Maximum enim pacis tutamen esse, veram in Imperatore præstantiam. Ergo siue peritiæ senectutis debeatur imperium, habere se Vespasianum: siue adolescentiæ viribus, Titum. ex amborum enim ætate quod sit commodum decerpturos. Nō solum autem se ministraturos declarati imperij vires, qui tres legiones, regūque habeant auxilia: sed etiam totum Orientem partēque Europæ extra Vitellij timorem constitutam: atq; 10 insuper qui essent in Italia propugnatores Vespasiani, fratrem atque alium filium: quorum alteri multos dignitate præditos iuvenes sociatum iri sperabant, alteri verò etiam urbis esset commissæ præfectura: quæ pars ad imperij principia non parum valeret. Postremo si ipsi cessarent, senatum fortasse declaraturum eum principem, quem conservatores milites dehonestarent. Hæc primo per cuneos milites loquebantur. deinde se adhortati inuicem, Vespasianum Imperatorem appellant: eūque ut in periculo constitutum imperium conservaret, orabant. Illi autem olim quidem rerum omnium cura fuit, nequaquam verò imperare volebat, dignum quidem se factis existimans, privata autem vitæ securitatem, clarioris fortunæ periculis anteponebat. Recusanti autem rectores magis instabant: & circumfusi milites cum gladiis mortem ei minitabantur, nisi vivere vellet, ut dignus esset. diu tamen reluctatus, quod renuebat imperium postremo cum his, qui se designauerant minime dissuadere posset accepit. 20

Ægypti descriptio, & Phari.

Cap. XI.



VITIANO autem cæterisque rectoribus, qui eum ad imperium invitauerant, & exercitu alio vociferante, ut se in hostes omnes duceret, prius res Alexandrinas procurandas putavit: sciens Ægyptum plurimam esse partem imperij. propter frumentariam functionem: eaque si potius esset, vi quoque, si perstaret, Vitellium deiciendum sperabat. nec enim perperurum esse populū fame oppressum. Si- 30 mul etiam duas legiones, quæ apud Alexandriam degerent, sibi cupiebat adiungere. Cogitabat etiam propugnaculo sibi fore illam regionem, aduersus incerta fortunæ. Nam & terra difficilis accessu, marique importuosa est: & ab Occidente quidem aridam Libyam habet obiectam, à meridie verò limitem, qui Syenem ab Æthiopia dirimit, nauibusque inuias Nili fluminis cataraclas. itēque ab Oriente mare rubrum, ad Copton ciuitatem vsque diffusum. Septentrionale verò munimentum habet terram vsque ad Syriam, & quod dicitur Ægyptiū pelagus, totum portibus carens. Hoc quidem modo Ægyptus ex omni parte tuta est. Inter Pelusium verò & Syenē, per duo millia stadiorum porrigitur. Ex Plinthine autem ad Pelusium, nauigatio est stadiorum trium millium & sexcentorū. Nilus autem ad Elephantinem oppidum vsque nauibus 40 ascenditur. nanque vltius progredi, ut supra diximus, cataraclæ non sinunt. Portus autem Alexandrinus etiam in pace nauibus aditu difficilis est. nam & ostium perangustum habet, saxisque latētibus à directo cursu deflectitur: & læua quidem pars manu factis brachiis ciungitur: à dextera verò Pharus obiecta insula, turrim maximam sustinet, ad c c c. vsque stadia nauigantibus igne lucentem, ut quàm longissime difficultatem applicandarum nauium præcaueant. Circum hanc autem insulam, opere instructo ingētes muri sunt: quibus afflictum pelagus, & aduersis obicibus fractū, asperiores facit meatum, eoque periculosum per angustiam aditum. Intus tamen portus ipse turissimus est, & x x x. stadiis magnus. in quem tam quæ defunt illi terræ ad beatitudinem deuehūtur: quàm quæ superant ex domesticis & indigenis, in totum orbem 50 diuisa exportantur. Itaque non sine ratione, Vespasianus Alexandrinarum rerum erat cupidus, ad totius imperij firmamentum. Proinde statim ad Tiberium Alexandrum literas dedit, qui Ægyptum & Alexandriam regebat, indicans militum alacritatem: quodque ipse (quod necesse fuit) suscepto munere principatus, operam atque adiu-
mentum

mentum eius assumeret. Alexander autem, simul vt Vespasiani legit epistolam, prompto animo, & legiones eius sacramento rogauit & populum: vtrique autem libentissime paruere, virtutem viri ex proxima administratione scientes. Et ille quidem permissa sibi potestate, omnia quæ imperij vsus exigeret, aduentui quoque principis necessaria iam parabat.

Vespasianus Iosephum captiuitate liberat.

Cap. XII.

QUINIONE verò citius declaratum in Oriente Vespasianum Imperatorem, vbique fama nunciauit. Et vniuersæ quidem ciuitates festos dies habebant, nunciiq; lætitiâ pro eo simul & sacrificia celebrabant. legiones verò apud Mœsiam Pannoniâmq; degentes, quæ propter Vitellij audaciam paulò antè fuerant concitatæ, iusiurandum Vespasiano maiore gaudio præbuerunt. Vespasianus autem Cæsaream reuersus, item Berytum venerat, vbi multæ quidem è Syria, multæq; ab aliis prouinciis legationes aderant obuiâ, coronas ei & gratulatoria decreta à singulis ciuitatibus offerentes. Affuit autem rector etiam prouinciæ Mutianus, populorum alacritatem, iurataque per ipsum principem sacramenta renunciâs. Vbiq; autem Vespasiani votis obsecundante fortuna, rebûsque ad eum plurima ex parte inclinatis, cogitare cœpit, quòd non sine Dei prouidentia sumplisset imperiũ: sed iusta quædam fati ratio, ad eius potestatem circumduxisset rerum omnium principatum. Recordatus autem signa, & alia (multa enim sibi contigerant imperium præmonstrantia) & Iosephi dicta, quibus cum Nerone viuo ausus fuerat appellare imperatorem, admirabatur virum quem adhuc habebat in vinculis: aduocatõq; Mutiano cum amicis & rectoribus aliis, primùm quàm strenuus fuisset Iosephus, quantũque Iotapatenis expugnandis propter eum laborasset exponit. deinde vaticinationes eius, quas ipse quidem timoris causa suspicaretur esse figmenta: tempus autẽ diuinas fuisse, & rerũ exitus probauisset. Tũque inhonestum esse ait, vt qui sibi augurasset imperiũ, vocisq; Dei minister ac nuncius extitisset, adhuc captiui loco haberetur, fortunamque sustineret aduersam: vocatumq; ad se Iosephum solui iubet. Hoc autem factõ, alij quidem rectores ex ea gratia quam alienigenæ retulisset, præclara etiam de se speranda esse arbitrabantur. Titus verò, qui cum patre aderat, iustum est, inquit, pater, vnà cum ferro etiam probro Iosephũ solui. erit enim, tãquam nec initio vinctus sit, si non dissoluerimus, sed inciderimus catenas. namque id agi solet in his, qui non recte fuerint vincti. Eadem Vespasiano placebant, & quidam interueniẽs securi catenas abruptit. Iosephus quidem pro his, quæ prædixerat, præmio famæ donatus, & de futuris iam dignus cui credendum esset habebatur.

De Vitellij morte & moribus.

Cap. XIII.

VESPASIANVS autem responso legationibus reddito, iusteq; pro meritis administrationibus ordinatis, Antiochiã venit. Et quonam primum tenderet cogitãs, Alexandrino itinere præstabilius esse duxit, quæ Romæ agerentur curare. Alexandriam enim stabilem esse, Romanas autem res à Vitellio perturbari. Mittit igitur in Italiã Mutianum cum multis equitum peditũque copiis, qui tamen propter hyemis asperitatem veritus nauigare, per Cappadocas & Phrygas ducit exercitũ. Inter hæc autem Antonius Primus adducta legione tertia ex his, quæ apud Mœsiam morabantur (illam enim regebat prouinciã) bellum gerere cum Vitellio properabat. Vitellius autem cum magna manu Cæcinnam obuiam ei mittit. Is autem Roma profectus, quamprimum circa Cremonam Galliæ Antonium cõsequitur, quæ confinis Italiæ ciuitas est: ibique conspecta hostium ordinatione ac multitudine, prælio quidem congregari non audebat. discessum autem periculosum reputans, de proditione deliberrabat. Conuocatis autem centurionibus & tribunis sibi subditis, vt transirent ad Antonium suadebat: Vitellij quidem rebus detrahens, Vespasiani autem vires extollens: & alterum nomen imperij tantum, alterum virtutem habere commemorans: ipsis quoque melius esse, si id sponte faciant, quod necesse est: cumque se multitudine superatum iri sciant, voluntate periculum præuenire. Nam Vespasianum quidem idoneum esse etiam sine ipsis ad reliqua vindicanda: Vitellium verò ne cum ipsis quidem

dd 2

præsentia

præsentia posse seruare. Multa locutus in hunc modum quod voluit persuasit: & cum milite transfugit ad Antonium. Eadem verò nocte milites pœnitudo simul ac metus eius, si vicisset, à quo missi fuerant, occupauit, educlisq; gladiis, Cæcinnam obtruncare voluerunt, fecissentque nisi his aduoluti tribuni supplicassent. quamobrem cæde quidem se abstinuerunt, victum autem quasi proditorem Vitellio transmittendum habebat. His auditis Primus Antonius continuo suos mouet, eosque cum armis in defectores ducit. illi autē instructi ad prælium, paulisper quidem restiterunt. mox autem loco pulsi, Cremonam fugerūt. Primus autē comitatus equitibus cursus eorū præuertit: & ante ciuitatē circumclusam pleramq; multitudinem peremit. aggressus autem reliquos, oppidum militibus prædari permisit. in quo multi quidem hospites mercatores, multi verò indigenæ periere, totusque Vitellij exercitus, virorum xxx. millia & ducenti. quin & Antonius eorum quos de Mœsia adduxerat quatuor millia & quingentos amittit. solutum autē vinculis Cæcinnam, rerum gestarum nuncium ad Vespasianum mittit. qui ad eum intromissus & collaudatus est, & proditoris dedecus insperatis protexit honoribus. Romæ autem Sabinus vbi Antonium appropinquare cognouit, fiducia recreatus est: collectisq; vigilum cohortibus, nocte occupat Capitolium. luce verò facta multi nobilium sociati sunt ei, & Domitianus fratris filius, pars ingens obtinendæ victoriæ. Sed Vitellius de Primo quidem minime curabat. his autem iratus, qui cum Sabino defecerant, & nobilium sanguinem pro ingenita crudelitate sitiens, immittit Capitolio quam secum adduxerat militum manum. vbi multa ab his itémque ab illis, qui templum tenebāt pugnantibus, audacter admissa sunt: postremo autem Germani, quòd multitudine superabant, collem obtinuerunt. Et Domitianus quidem cum multis Romanorum viris insignibus, diuina quadam ratione saluus euasit: reliqua verò multitudo tota laniatur. Et Sabinus quidem ad Vitellium ductus occiditur. milites autem direptis donariis, templum incendunt. Tūque postero die cum exercitu venit Antonius, eūque Vitellij milites excipiunt: & trifario commissio intra urbem prælio, omnes interiire. Procedit autem ebrius de palatio Vitellius, & vt assollet in extremis lōgiore luxu prodigæ mensæ refertus. tractus autem per populum, variòque contumeliarum genere dehonestatus, in media vrbe iugulatur, octo mēses ac dies quinque potitus imperio: quem si viuere diutius contigisset, vt opinor, eius luxurizæ minime sufficere potuisset imperium. aliorum verò mortuorū supra L. millia numerata sunt. Hæc quidem gesta sunt die tertio mensis Octob. Postero autem die Mutianus cum exercitu Romam ingreditur, & Antonij militibus à cæde repressis (adhuc enim hospitia perscrutando, & Vitellij milites, & ex populo plurimos, qui cum illo senserant occidebant, examinationis diligentiam iracundia præuenientes) Domitianum productum populo rectorem insinuat, vsque ad patris aduētum. populus autem iam timore liberatus, imperatorem prædicat Vespasianum: simulque & illum confirmatum, & Vitellium esse deiectum festa lætitia celebrabat.

Titus mittitur contra Iudæos à patre.

Cap. XIII.



V M autem Vespasianus Alexandriam venisset, gesta ei Romæ nunciata sunt, & legati ei ex toto orbe congratulantes affuerunt. cūque maxima post Romam ciuitas esset, angustior multitudini videbatur. Firmato autem iam totius orbis Imperio, rebūque pop. Rom. præter spem conseruatis, Vespasianus in Iudææ reliquias intendit animum. Et ipse quidē exacta hyeme, Romam proficisci parabat, resque apud Alexandriam mature componere proponebat, filium verò Titum cum selectis copiis ad excidendam Hierosolymam mittit. Qui terreno itinere Nicopolim vsque progressus, ab Alexandria ciuitate xx. stadiorum interuallo distantem, inde militem longis nauibus imponit: Nilòque flumine post Mendesiū tractum, Thmuin vsque vehitur. hinc autem egressus in terram, apud Tanin ciuitatem diuertit. vnde secunda ei mansio fuit ciuitas Heraclea, & Pelusium tertia. Hic autē milite per biduum recreato, tertio die Pelusij fines trāsiit: vnāque mansionem profectus per solitudines, ad Casij Iouis templum castra posuit. posteroq; die apud Ostracinen, quæ mansio aquæ inops est, ob quam causam aduectitia vruntur indigenæ.

indigenæ. Hinc apud Rhinocoluram requiescit: & inde progressus in quartam mansionem, Raphiam venit, quæ prima occurrit Syriæ ciuitas. Gaza verò quintæ mansionis castra suscepit: & postea in Ascalonem, atque hinc Iamnam, deinde Ioppen, & ex Ioppe Cæsaream peruenit: decreto apud se, alias militum copias congregare.

FLAVII IOSEPHI

DE BELLO IYDAICO

10

LIBER VI.

*De triplici seditione apud Hierosolymam.**Caput I.*

20

I T V S quidem ad eum modum quem prædiximus, emensa ultra Ægyptum ad Syriam vsque solitudine, Cæsaream venerat. ibi enim exercitū decreuerat ordinare. Illo autem adhuc apud Alexandriam vnà cum patre imperium, quod nuper ei Deus permiserat, disponēte, contigit etiam seditionem, quæ apud Hierosolymam erat, auctam trifariam diuidi, & aliam partem in aliam verti. quod vt in malis optimū quis dixerit, factūque iustitiæ. nam Zelotarum quidem in populū dominatio, quæ auctor erat excidij ciuitatis, vnde cœperit, & per quos creuerit, diligenter superius declaratum est. hanc autem non errauerit quisquam, dicens seditionem in seditione esse factam, ac veluti rabida fera, externorum penuria, in sua viscera sœuire solet: sic Eleazarus Simonis filius, qui & ab initio Zelotas in templum à populo separauerat, velut indignari simulans ob ea, quæ in dies singulos Ioannes auderet, cum ne ipse quidem à cædibus quiesceret: re autem vera sese posteriori tyranno subiectum esse minime ferens, summæ rei desiderio, propriæque potentix cupiditate, ab alijs defecit: ascitis etiam Iuda Chelciæ filio, & Ezronis Simone potentissimis: præter quos erat etiam Ezechias Chobari filius, non ignobilis. Horum singulos Zelotæ non exigui sequebantur: occupatōque interiore templi aditu, super eius portas in sacris foribus arma ponunt. & abundare quidem se suis necessarijs confidebant. sacrarum enim rerum copia suppetebat, nihil impium existimantibus: paucitati verò suorum timentes, plerique in locis suis otiosi manebant. Ioannes autem quanto superior erat virorum multitudine, tanto loco superabatur: hostesque habens à vertice, neque sine metu conabatur incursus, & præ iracundia cessare non poterat. Plus autem mali perferens, quàm Eleazari partem afficiens, tamen non remittebat. crebri enim fiebant impetus, & missilium iactus, totūque polluebatur cædibus templum. Filius autem Gioræ Simon, quem rebus desperatis inuitatum, vltro sibi tyrannum spe auxilij populus introduxerat: & superiorem ciuitatem retinens, & inferioris plurimam partem, animosius iam Ioannem eiusque socios adoriebatur, quasi desuper impugnarentur, subiectus autem illorum manibus erat, sicut & illi superiorum. Et Ioannem eueniebat duplex prælium perferentem, lædi pariter ac lædere: quantōque vincebatur, eò quod Eleazaro esset humilior, tanto plus lædebat, Simone celsior constitutus: cum inferiores aggressus etiam sola manu sine labore prohiberet: desuper verò ex fano iaculantes, machinis dererreret. Quippe balistis & non paucis lanceis utebatur, saxorumque tormentis: quibus non solum bellantes vlciscebatur, sed multos etiam sacra celebrantium perimebat. Quanquam enim ad omne impietatis genus rabidi ferebantur, tamen eos, qui sacrificare cuperent recipiebant, cum suspicione & custodibus indigenas perscrutando. Hospites enim etiam, qui exorassent eorum crudelitatem, post exituri subcisiua seditionis opera consumebantur. Missilia nanque machinarum vi ad aram vsque templūque peruenientia, in sacerdotes sacra celebrantes cadebant: ac multi, qui properantes ab vltimis finibus terræ ad sanctissimum locum venissent, ante

20

dd 3

ipsas

ipsas hostias procubuerunt: aramque vniuersis Græcis & Barbaris adorandam, suo sanguine imbuere. Indigenis autem mortuis alienigenæ, ac sacerdotibus profani miscerantur: perque arria diuina, stagnum fecerat diuersorum cadauerum sanguis. Quid tantum passa es, ô miserima ciuitas à Romanis, qui tua intestina scelera purgaturi flammis introire? Iam enim Dei locus non eras, neque manere poteras, domesticorum funerum facta sepulchrum, & quæ sanum ciuili bello tumultum constitueras: poteris autem denuo fieri, poteris, si vnquam vastator tui Deum placaueris. Sed enim reprimenda sunt, quæ dolent, lege scribendi: quando non domestici luctus, sed exponendarum rerum hoc tempus est. Prosequar autem seditionis facinora cætera. Ergo diuisis trifariam insidiatoribus, Eleazarus quidē eiusque socij, qui sacras primitias conseruabant, in Ioannem ebrij terebantur. Qui verò huic parerent, plebem diripientes in Simonem rebellabant, cum ipsi quoque Simoni contra diuersæ partis seditiosos adiumento esset ciuitas. Si quando igitur ex vtraque parte appetebatur Ioannes, obuertebat socios suos: & de ciuitate quidē subeuntes, missis ex porticibus telis, de templo verò iaculantes, machinis vlciscebatur. Quoties autem desuper instantium molestia caruisset (frequenter enim ebrietate & lassitudine cessabant) liberius in Simonem eiusque socios cum pluribus irruebat. Semper autem quantum in ciuitate pepulisset in fugam versos, ædes frumenti plenas omniumque utensilium incendebat: idēque hoc illo regrediente, Simon inscutus agebat: veluti consulto pro Romanis omnia corrumpere, quæ ad obsidionem ciuitatis erant preparata, suarūque virium nervos absunderent. Denique contigit vnà exuri omnia circum templum, & inter proprias acies solitudinem atque aream pugnæ fieri ciuitatem: concremari autem paulo minus omne frumentum, quod non paucis annis sufficere potuisset obsessis: denique fame capti sunt, qua minime quīuissent, nisi eam sibi met comparuissent. Vnliquo autem insidiatoribus & confinibus oppugnantibus ciuitatem, medius populus velut aliquod magnū corpus lacerabatur. Senes verò ac mulierculæ intestinis malis attonitæ, pro Romanis vota faciebant: externūque bellum, quo domesticis malis liberarentur, expetebant. Grauis autem metus ac terror fœdissimus occupauerat: & neque consilij capiendi tempus erat, vt voluntatem mutarent, neque pactionis aut fugæ spes cupientibus. Etenim custodiebantur omnia: dissidentesque latronū principes, quoscunque Rom. pacatos esse, vel transfugere ad eos velle sentirent, quasi communes hostes interficiebant: solumque in occidendis vita dignis concordēs erant. Et pugnantium quidem nocte dieque clamor perpetuus erat: sed metu acerbiores erant lugentium questus. Et assiduas quidem lamentationis causas, calamitates præbebant: timor autem includebat vilitas: atque obmutescēte dolore præformidine, tacito gemitu cruciabantur: neque iam, aut reuerētia viuis apud domesticos erat, neque mortuis cura sepulturæ adhibebatur. Quorum amborum hæc causa erat, quod de se quisque desperabat. In omni enim re animos remiserant, qui cum seditiosis non erant, quasi continuo modis omnibus morituri. At verò seditiosi congesti in tumultum cadauera conculcantes dimicabant: & ex mortuis haurientes audaciā, quos sub pedibus cernerent, immanius sauebant: semperque aliquid in se perniciosum excogitantes, & quod visum fuisset sine miseratione facientes, nullam cædis aut crudelitatis viam prætermisere: adeo vt etiam sacris materiis ad bellica conficienda instrumenta Ioannes abuteretur. Nam cum olim fulcire templum populo itemque pontificibus placuisset, idque xx. cubitis altius ædificare, rex quidem Agrippa ex monte Libano aptas ei materias maximis sumptibus & labore deuexit: hoc est, ligna & magnitudine simul & directæ procernitate spectabilia. Interuentu autem belli opere interrūpto, Ioannes his se-ctis, quod sufficere longitudinem reperit, tufres ædificauit: & aduersus eos constituit, qui desuper à templo pugnarent, post muri ambitum contra exheredam Occidentalem ad portas, quæ solum poterant, quod aliæ partes gradibus ex longinquo tuerunt occūpata. Et ille quidem fabricatis ex impietate machinis subactum iri sperauit hostes. Deus verò laborem eius inutilem demonstrauit, & priusquam in his quicquam poneret Roman. adduxit. Etenim Titus, postquam partem ad se collegit exercitus, aliis verò vt ad Hierosolymam occurrentes scripsit, Cæsaream profectus est. Erant autem tres

tres legiones, quæ pridem sub eius patre Iudæam vastauerant, & duodecima, quæ olim cum Cestio male pugnaverant, quæq; licet per id fortitudine esset insignis, tunc tamen eorum etiã memoria quæ pertulerat, alacrius ad vindictã properabat. Harũ quidem quintam legionem iussit sibi per Ammaunta occurrere, decimã vero ascendere per Hierichunta. Ipse quidem cum cæteris egressus est, quas regum quoq; auxilia plura quàm dudum, multique Syri auxiliares comitabantur. Suppletũ est autem quatuor legionum quantum Vespasianus selectum cum Mutiano miserat in Italiã, ex his qui cum Tito accesserant. duo nanque millia de Alexandrino exercitu lecta, tria millia vero ab Euphrate eum sequebantur, & amicorum spectatissimus beneuolentia simulque prudentia, Tiberius Alexander, qui antea quidem Ægyptũ administrauerat, tunc autem dignus qui exercitum regeret propterea iudicatus, quod primus incipienti fuit hospes imperio, & cum fide clarissima incertæ fortunæ sociatus est: idemq; consultor in vsus bellicos ætate ac peritia præcipuus aderat.

Titus explorator Hierosolymæ periclitatur.

Cap. I I.



ROGREDIENTEM vero in hostilem terram Titum, antecedeabant regia omniãque auxilia, post eos viarum stratores, castrorũque metatores. Deinde rectorum sarcinæ atq; armati. Post hos ipse Titus, & alios lectos habens & signiferos, quorum agmen equites sequebantur. Hi vero ante machinãs ibant, & secundũ illos vnã cum lectis tribuni, & præfecti cum cohortibus. Post autem circum Aquilam signa, & ante signa tubicines, deinde acies senum virorum ordinibus dilatata. Seruile autem vulgus à tergo cuiusque legionis, & ante hos sarcinæ. Omnium vero nouissimi mercenarij, eorũque custodes coactores agminis. Procedens autem deceter cum exercitu, ita vt mos est Romanis, in Gophnam per Samariudem venit, quæ & prius ab eius patre fuerat occupata, & tunc præsidiis tenebatur. Ibi autem vnã moratus vespem, mane inde proficiscitur: peractaque diei mansione: castra ponit in loco quẽ Iudæi sermone patrio Acanthonaula vocitant, iuxta vicum quendam Gabath Saul nomine, quod significat vallem Saul, distantem ab Hierosolymis stadiis ferè xxx. Hinc sexcentis propè lectis equitibus comitatus, perexit in ciuitatem, quàm tuta esset, Iudæorũq; animos exploraturus: si fortè se conspecto, priusquam ad manus veniretur, metu cederent. audierat enim quod erat verum, à seditiosis & latronibus oppressum populum desiderare quidem pacem: sed quod rebellantibus infirmior esset, nihil conari. Quandiu quidẽ per viam quæ ad murũ duceret equitabat, nemo ante portas apparuit: vbi vero itinere ad turrim Psephinon declinato, transuersum agmen equitũ duxit, infiniti subito prosiliunt, quã Muliebres turres vocantur: & per eam quæ contra monumentũ Helenæ porta est egressi, equitatum intercidunt. atq; alios quidem etiã tunc via currentes, ne cum his qui diuertebant sese iungerent, à fronte oppositi, prohibuerũt. Titum verò cum paucis separant. Ille autem vltra quidem minus progredi poterat: à muro enim cuncta fossis patebant: & transuersi erant horti, multisque maceriis impediti ad suos autem in aggere constitutos recursus, intercedente hostili manu, desperabatur. Quorum pleriq; imperatoris periculum nesciebant: sed existimantes eum secum reuertri, etiam ipsi fugiebãt. Titus autem in sua tantum fortitudine sitam esse prospiciens spem salutis, fleat equum: & vt se sequerentur cum clamore comites adhortatus, in medios hostes irruit, vi ad suos transire festinans. Quo quidem tempore maxime intelligi potuit, & bellimomenta & imperatorũ pericula Deum curare. Tot enim aduersus Titum missilibus iactis, pũm neque galea, neq; thorace septus esset (non belator enim sed explorator, vt dixi, procellerat) nullum in eius corpus delatũ est: sed tanquam ne eum ferirent, ex industria mitterentur, omnia præteruolabant, gladio verò semper à lateribus instantes dirimens, multosque ante ora subuortens, superdantes agebat equum. Illorũ autem clamor erat, propter audaciam Cæsaris, vt eum aggredierentur, cohortatio: fugaque & discessio repentina, quocunq; diuerteretur sum. Huic autem se periculi participes, cum à tergo & à lateribus funderentur adiunxerant. vna enim erat vnicuique spes salutis, viam cum Tito patefacere, priusquam circumuentus opprimeretur. Deniq; duorũ ex nimis pertinacibus, alter cum quo

percussus est: altero vero deiecto & occiso, equus eius abductus est. Titus vero cum cæteris in castra saluus euadit. Iudæis quidem, quod aggressionem primam superiores fuerant, inconsulta spes animos extulit magnamque his in posterum fiduciam momentum temporaneum comparauit.

De eruptionibus Iudæorum contra Romanos castrametantes.

Cap. III.



CÆSAR autem postquam ex Ammaunte legio sibi coniuncta est nocte, luce inde digressus ad Scopon accedit; unde iam & ciuitas & clara templi magnitudo conspici poterat: qua parte Septentrionalem regionem ciuitatis contingens locus humilior, proprie Scopos nominatus est, distans à ciuitate stadiis VII. ibique duabus legionibus simul, quintæ legioni vero retrorsum stadiis tribus castra muniri iubet. labore namque nocturni itineris attritos milites progredi visum est, ut sine formidine murum struerent. Mox autem cæpto ædificio, decima quoque legio per Hierichunta aderat à Vespasiano præoccupatam: ubi quædam pars armatorum in præsidio fuerat collocata. His autem præceptum erat sexto ab Hierosolymis stadio castra ponere, qua in parte mons, qui appellatur Elæon, contra ciuitatem ab Oriente situs est, altaque interiacente valle discernitur, cui nomen est Cedron. Intra ciuitatem vero sine requie confligentium dissensionem, tum primum ingens subito bellum foris interueniens refrenauit: & cum stupore seditiosi Romanorum castra inspectantes, trifariam distributa mala, inter se iniungere concordiam: rationemque inuicem requirebant, quidnam expectaret, quidue perpessi, tres muros contra vitam suam paterentur opponi: bellumque tanta se fundente licetia, tanquam spectatores bonorum operum sibi que utilium residerent mœnibus clausis, remissisque armis ac manibus. In nosmetipsos profecto, exclamat aliquis, tantummodo fortes sumus. Romanorum autem lucro ex nostra seditione sine sanguine oppidum cederet. His alios atque alios congregantes exhortabantur: raptisque armis, subito in legionem decimam ruunt: perque vallem facto impetu, cum ingenti clamore murum ædificantes Romanos aggrediuntur. Illi autem in opere distributi, armis ob eam causam plerique depositis (nec enim excursum Iudæos ausuros esse credebant, & si maxime vellent, animos eorum seditione distractum iri arbitrabantur) præter opinionem perturbati sunt: atque opere quisque derelicto, confestim alij recessere: multi autem ad arma properantes, priusquam se in hostes conuerterent, feriebantur. Plures autem Iudæis semper adiciebantur, eorum freti victoria qui præcesserant, & quod cum pauci essent, multiplex numerus & sibi & hostibus videbatur, quod secunda fortuna vterentur. Romani autem maxime ordinari consueti, & cum decore atque præceptis bellum gerere scientes, ex perturbatione trepidabant. unde tunc quoque præuenti aggressionem cedebant. Si quando tamen sese conuerterent ab insequentibus occupati, & à cursu reprimebant Iudæos, & ob impetum minus cautos feriebant. Semper vero excursionem glisciente magis magisque turbati, postremo castris pulsi sunt: totaque legio tunc in periculum ventura fuisse videbatur, nisi hoc mature sibi nunciato, Titus eis tulisset auxilium: multisque increpans ignauiam, & suos à fuga reuocasset: Iudæisque à latere ipse cum his irruens, quos circa se habebat electos, multos quidem occidisset, plures vero laucisset, omnes autem in fugam vertisset, atque in vallem præcípites compulisset. Illi autem proni in loco multa mala perpessi, postquam in aduersam partem euasere, flectunt se iterum, & valle intercedente cum Romanis dimicabant. Igitur ad medium diem ita bellatum est. Paulo autem post meridiem, Titus his qui secum erant in subsidio locatis, aliisque de cohortibus aduersus excurrentes oppositis, reliquum agmen ad mutuum in summitate montis ædificandum remisit. Iudæis autem hæc fuga esse videbatur. Quamquam speculator quem in muro posuerat, amictu agitato signum dedisset, frequentissima multitudo tanto impetu profiliit, ut eorum cursus immanissimis bestiis esset æsimilis. Denique aduersa acie statim nemo impetum sustinuit: sed tanquam machina percussis continuo dissipati, pulsi que in montem refugiunt. In ascensu autem medio Titus cum paucis relictus est: multumque monentibus amicis, qui pro imperatoris reverentia contempto periculo perdurauerant, ut mortem appetentibus Iudæis cederet, acque pro his in discrimen veniret, quos ante ipsum saluos esse non oporteret: sed potius

tius fortunam suam reputaret, quòd non militis officio fungeretur, verùm & belli & orbis dominus esset: néue in tanta fuga subsisteret, in quo omnia niterentur: hæc ne audire quidē simulans, & ad se accurrentibus obstabat: eosque in ora feriens, cū vi obtinerentur, occidebat, & per decliue repente incumbens, multitudinem proturbabat. Illi autē & viribus eius & obstinatione perterriti, ne tum quidem in ciuitatem fugere: sed in vtrunq; latus ab eo declinantes, rursum fugientes insequerantur. quos tamē aggressus à latere, ipsorū quoq; impetum præpediebat. Dum hæc agūtur, etiam illos qui superiora castra muniabant, vbi fugere inferiores videre, metus ac turba occupat: totūque agmen dispergitur, suspiciatium excursum quidem Iudæorum ferri
10 non posse, Titum vero in fugam versum: nec enim vnquam illo manente alios fugi-
turos fuisse. & tanquā Panico terrore circumdati, alius aliò ferebantur: donec quidam cū in media pugna versari imperatorem vidissent, plurimum metuentes, vniuersæ legioni eius periculum cum clamore nunciauerunt. Itaque pudore reuocati, & fuga maius aliquid sibi exprobrantes, quòd Cæsarem deseruissent, toris viribus in Iudæos utebantur, & semel impulsos vrgebant per decliua. Illi autem paulatim recedentes pugnabant. cūq; Romani plus possent, eo quòd superiores erant, in vallem omnes coacti sunt. Titus autem contra se positus imminabat: & legionem quidem ad muri fabricam redire iubet: ipse vero cum his quibus antea resistendo hostes arcebat. Itaq;
20 ipse Cæsar bis totam legionem periculo liberauit, atque ita castra muniendi copiam militibus præbuit.

De intestina pugna azymorum diebus.

Cap. IIII.

REMISSO autem paulisper bello externo, iterum intestinum seditio suscitauit. Azymorūque instante die, qui est Aprilis mensis quartusdecimus (hoc enim se primum tempore opinantur Iudæi ab Ægyptiis esse liberatos) Eleazarus quidem cum sociis portam subaperiēs, introire cupiebat ex populo qui templum adorare cuperent. Ioannes autem die festo ad protegendas insidias vsus est: & suorum quosdam ignotiores, armis sub veste latētib; instructos, quorum plerique impuri erant, occulte inter alios fanī occupādi gratia sub-
30 mittit. illi autē postquam intrauere, vestimentis abiectis, subito armati apparuerunt. Magna vero statim turba circa templum ac tumultus erat, cū alienus quidem à seditione populus, omnibus sine discrimine putaret, Zelotæ vero sibimet solum insidias comparatas. Verū hi quidem relicta portarū custodia, & alij ex propugnaculis desilientes, priusquam manus consererent, in templi cloacas confugere. Populares autem ad aram delati, & circum templum appulsi conculcabātur, cū lignis passim ferroque caderentur. Multos autem occisorum inimici priuato odio, quasi diuersæ factionis socios interficiebāt. Et quicunq; antehac insidiatorem aliquem offenderat, tunc agnitus quasi Zelotes ducebatur ad mortē. Sed qui atrocitate magna innocentes afficerent, inducias concesserē nocentibus, progressosque ex cloacis dimiserunt.
40 ipsi autem interius templum & omnes eius apparatus tenentes, confidentius oppugnabant Simonem. Seditio quidem hoc modo, quæ tripartita fuerat, in duas partes diuisa est. Titus autem castra propius ciuitatem transferre cupiens de Scopo, contra excursus quidem lectos equites ac pedites, quos satis esse arbitrabatur, posuit: alium vero exercitum iussit totum quod erat vsq; muros spacium cōplanare. Cunctis igitur maceris ac sepibus dirutis, quibus hortos ac prædia incolæ præmunierant, omnique opposita quamuis frugifera sylua excisa, repletū est quicquid erat cauum & vallibus impeditum. saxorum autem eminentissimis ferro truncatis, humiliorem totum illum tractum à Scopo vsque ad Herodis monūmenta fecerunt, serpentium stagnum continentia, quod olim Bethara vocabatur.

De Iudeorum dolo in Romanorum milites.

Cap. V.

50 **I**S deniq; diebus Iudæi Romanis huiusmodi insidias parauere. Seditioforum audacissimi extra muliebres (quæ sic appellabantur) progressi turres, simulato quòd pacis eos studiosi pepulissent, & quòd timerent impetum Romanorum, ibidem versabātur, & alter sub altero vitabundi latebant. Alij vero per
dd 5 muros

muros dispositi, populúmque se esse simulantes, clamore pacem implorabant, sedúsque poscebant: portasque se patefacturos esse pollicētes, inuitabant Romanos. Hoc autem vociferantes, vnā etiā contra suos, veluti portis eos abigerent, lapides iaciebant. illique se vi perrumpere aditus velle simulabant, & ciuibus supplicare. cūque ad Rom. scāpissimē ire conarentur, reuerſi perturbatis similes videbantur. Verum hæc eorū calliditas, apud milites quidē fide non carebat, sed tanquā hos quidem in manibus haberent paratos ad suppliciū, illos vero ciuitatē sibi aperturos sperarent, opus aggredi festinabant. Tito autē suspecta erat inuitatio, quia rationē non haberet. pridie nanque prouocatos eos ad pactionē per Iosephū, nihil mediocre sentire cognouerat, etiam tunc igitur milites manere loco suo præcepit. Iam vero quidam operibus appositi, 10 raptis armis ad portas excurrere cœperunt. Hi autem qui expulsi videbantur, primo quidem cedebant: deinde vbi ad turres portæ propinquabant, cursu eos circumueniunt, & à tergo perſequebantur. qui vero in muro stabant, lapidum his multitudinē, omnigenūque telorū simul infundunt: adeo vt multos quidem necarent, plurimos vero sauciarēt: nec enim facile erat à muro diffugere, aliis retro violēter instantibus. & præter hoc pudor quod rectores peccauerant, itēque metus, in delicto perſeuare suadebat. Quamobrem cum hoste diu decernentes, multis vulneribus acceptis, neque paucioribus redditis, postremo eos à quibus circumuenti fuerant repulere. quos tamē recedētes vsque ad Helenæ monumentū, Iudæi vrgendo iaculis sequebantur. deinde insolenter fortunæ maledicentes, & Romanos vituperabant fraude pel- 20 lectos: scutāque alte sublata crispantes tripudiabant, & cum lætitia vociferabantur. Milites autē interminatio principū, & Cæsar iratus, huiusmodi oratione corripuit: Iudæi quidem, quos sola regit desperatio omnia cum deliberatione faciunt atque prudentia, fraudes & insidias componēdo, eorūque dolos fortuna prosequitur, quod sunt morigeri, sibi que inuicē beneuoli ac fideles: Romani vero, quibus ob disciplinā & consuetudinē obediendi rectoribus fortuna famulatur, nunc contrā peccāt, & intemperantia manūū debellantur: quod omnium est pessimum, præſente Cæsare, sine rectore dimicantes. Certe, inquit, plurimū ingemiscēt militiæ leges, plurimū pater, cū hoc vulnus audierit. ille quod cum bellando senuerit, nunquā isto modo peccarit. leges autē, si cum in eos qui minimū quid præter ordinē mouerint, morte vindicent, nunc 30 totum desertorē exercitum videant. Modo autē scituros esse eos ait, qui arroganter egere, quod apud Romanos etiā vincere sine præcepto ducis, infamiæ est. Hæc Titus ad rectores locutus cum indignatione, certus erat, qua lege in omnes erat vsurus. Et hi quidē abiecerūt animos, quasi iam iamque iuste morituri: circumfusæ vero legiones Titū pro commilitonibus obsecrabant: paucorūque temeritatē condonari cūctorū obedientiæ precabantur: emendaturos enim peccatū præſens, futuræ cōpensatione virritutis. Placatus est Cæsar vtilitate simul ac precibus. nanque vnus hominis animaduersionē vsque ad factū promouendā putabat, multitudinis vero ad veniā. Militibus quidem reconciliatus est, multū monens vt post hæc prudentius agerent. ipse vero, quemadmodū Iudæorū vlcisceretur insidias, cogitabat. interuallo autem quod 40 vsque ad muros ciuitatis erat, per quadriduū coæquato, sarcinas aliāque multitudinem cupiens tutò traducere, militum validissimos à Septētrionali tractu in occiduum septemplici ordine cōtra murū prætendit, peditibus in frōte, ac post eos equitibus acie terna dispositis, mediisque inter vtrosque sagittariis. Excurſibus autē Iudæorū tanto præsidio præclusis, impedimenta triū legionū, itēque alia multitudo sine timore transiit. Ipse quidem Titus cū propè duobus stadiis abesset à muro, ad angulū eius partem contra turrim quæ appellatur Psephinos, castra ponit: ad quā muri ambitus ex Aquilone pertinens, flectitur ad Occidentem: altera vero pars exercitus eam turrim versus, quæ appellatur Hippicos, muro circundatur, duū stadiorum spacio similiter à ciuitate discedens. decima tamen legio in Elæon monte, vbi erat, manebat. 50

Descriptio Hierosolymorum.

Cap. VI.



IUITAS autem trino muro circundata erat, nisi quā vallibus inuis cingebatur. ex ea nanque parte, vnus muri habebat ambitū. & ipsa quidem super duos colles erat condita, contrariis frontibus semet insipientes, interueniente

ueniente valle discretos, in quam domus creberrimæ desinebant: collium vero alter, quo superior ciuitas sedet, multo est excelsior, & in prolixitate directior: adeo ut quoniā tutus erat, castellum à David quondam rege vocaretur (is pater Salomonis fuerat, qui primus templum ædificauerat) à nobis autē forum superius. alter autem, qui appellatur Acra, inferiorem sustinet ciuitatē, & vndiq; decliuus est. Contra hunc autē tertius collis erat, natura humilior quàm Acra, & alia lata valle antè diuisus. verum postea qua tempestate Asamonæi regnabant, & vallē aggeribus repleuerunt, ut templo coniungerēt ciuitatē, & Acræ altitudinē cæsam humiliorē fecerunt, ut ex ea quoque sanū supereminens cerneretur. Vallis autē quæ Tyropæon appellatur, qua
10 diximus superioris ciuitatis collē dirimi ab inferiori, vsq; ad Siloam pertinet. ita enim fontē, qui dulcis est ac plurimus, vocabamus. Foris autē ciuitatis duo colles profundis vallibus cingebantur, & vtrinq; obstantibus rupibus, nulla ex parte adiri poterāt. Trium vero murorū vetustissimus quidem, propter valles imminentēmq; his desuper collē quo erat cōditus, facile capi non poterat. ad hoc autē quòd loco præstabat, etiam firmissime structus erat, David & Salomonis, aliorūmq; interea regū largissimis impensis operi insumptis. Hac autem parte incipiens à turri, cui nomen est Hippico, ad eam quæ dicitur Xystus pertinens: deinde curiæ cōiunctus, in occiduā templi porticum desinebat. parte autē altera ad Occidentē ex eo loco ductus, per eum qui vocatur Betiso descēdens in Essenorū portam: deinde supra fontē Siloam in meridie flexus, atq; inde rursus in Orientē versus, qua stagnum Salomonis est, & vsq;
20 ad locum pertinens, quem Ophlan vocant, cū Orientali porticu templi coniungitur. Secundus autē murus, à porta quidem habebat initiū, quam Genath appellabāt. hæc autē fuerat muri prioris. Septentrionalem vero tantummodo tractum ambiens: vsque ad Antoniā ascēdebat. Tertio muro turris Hippicos principiū dabat: vnde ad Boreæ tractū pertinens, deinde ad Psephinam turrim veniens, contra munimentum Helenæ, quæ Adiabenorū regina fuerat, Izatæ regis mater, & per speluncas regias in longum ductus, à turri quidem in angulo posita hætebatur contra Fullonis quod dicitur monumentū. cum vetere autē ambitu iunctus in Cedron vallem, quæ sic dicitur, desinebat. Hoc muro eam partē ciuitatis, quam ipse addiderat, Agrippa cinxe-
30 rat, cū esset omnis antè nuda. exuberans enim multitudine, paulatim extra mœnia ferpebat: templiq; Septentrionali regione colli proxima ciuitati adiuncta non paululum processerat. quin & quartus collis incolebatur, cui nomen est Bezetha, situs quidem ex aduerso Antoniæ, fossis autē altissimis separatus: quæ de industria ductæ sunt, ne Antoniæ fundamentis colli cohærentibus, & accessui facilis sit, & minus edita: vnde etiā fossæ altitudo plurimū turribus celsitudinis adiciebat. Nominata est autem pars addita ciuitati voce indigena Bezetha, quod Latino sermone dicitur noua ciuitas. Eius autē partes incolis protegi desiderantibus, pater huius regis eodem nomine Agrippa, murū quidem ita ut prædiximus inchoarat. veritus autē Claudiū Cæsarem, ne magnificentiam cōstructionis ad nouarū rerum ac discordiæ suspicionem
40 traheret, fundamentis tantummodo iactis, ab opere destitit. Nec enim expugnabilis esset ciuitas, si perfecisset muros ut cœperat. Saxa enim x x. cubitis longa, & decem lata contexebantur: quæ neque ferro facile suffodi possent, neq; machinis dimoueri: hisque murus dilatabatur. profecto autem altitudinis quoque plus habuisset, si eius magnificētia qui ædificium aggressus erat, minime fuisset inhibita. Rursus autē idem murus, etiā Iudæorū studio fabricatus, ad x x. cubitos creuit. & minas quidem binis cubitis, propugnacula vero trinis habebat: totaq; altitudo ad x x v. cubitos erigebatur. Murū autem supereminebant turres, viginti quidē cubitis in latitudinem, viginti vero in altitudinē, quadratis angulis structæ, & sicut ipse murus plenæ ac solidæ. præterea structura ac pulchritudo saxorū nihil erat templo deterior. post altitudinē vero
50 turris solidam, viginti cubitis elatā, cellæ desuper ac cœnacula erant, aquarūmq; pluuiariorū receptacula, & tortuosi latiq; singularū ascensus. Eiusmodi quidē turres nonaginta tertius murus habebat: earū autem interualla cubitos ducentenos. medius vero murus in quatuordecim turres, & antiquus in sexaginta, diuisi erant. omne autem ciuitatis in gyro spaciū trigintatribus stadiis finiebatur. Cū autē totus admirabilis

bilis esset tertius murus, admirabilior Psephina turris ad Septentrionem Occidentemque surgebat in angulo, qua parte Titus castra posuerat. ex ea namque per lxx cubitos ædificata, Sole orto Arabia prospici poterat, & usque ad mare, itemque ad ultima finium Hebræorum. Erat autem octo angulis. Contra eam vero turris Hippicos, & iuxta duas, quas Herodes rex in antiquo muro ædificauerat: quæque magnitudine siue pulchritudine ac firmitate, vniuersis quæ toto orbe essent, præstabant. nam præter naturalem animi liberalitatem, rex pro amore ciuitatis, operum excellentiam propriis affectibus indulgebat: personisque tribus carissimis, quarum nominibus turres appellauit, fratri & amico, coniugi memoriam dedicando: huic quidem, ut dixi, amoris causa perceptæ, iis autem bello amissis, cum fortiter decertassent. Hippicos quidem turris, amici vocabulo dicta, 10 quatuor angulis erat. Singulæ autem lxxv cubitos in latitudine itemque longitudine habebant, & excelsum lxxx cubitos erant, nusquam inanes. supra soliditatem vero saxisque adunatam compagine puteus lxx cubitis altus erat imbribus excipiendis: super hanc autem duplici tecto domus, lxxv cubitis alta, inque varia membra diuisa: & desuper eam minime quidem binis, propugnacula vero ternis cubitis ambiebant: ut omnis altitudo ad octoginta quinque cubitos numeraretur. Secunda vero turris, quam fratris nomine Phaselon appellauerat, æquæ lata fuerat ac longa, cubitis quadragenis: per totidem autem cubitos in pilæ modum facta & solida eius altitudo surgebat. & super hanc decem cubitis ædificata porticus erat, instructa brachiis, itemque propugnaculis septa. In media vero porticu supereminens alia turris stabat, in membra magnifica & bal- 20 neas diuisa, ne quid regalis ei usus videretur deesse: in summo autem propugnaculis minisque erat ornata, cum omnis eius celsitudo propè ad xc cubitos tolleretur. & specie quidem videbatur assimilis Phari turri, quæ Alexandriam nauigantibus ignem procul ostendit: ambitu vero ampliore dilatabatur. tunc autem tyrannicum domicilium exhibebat Simoni. Tertia vero turris Mariamnes (sic enim regina vocabatur) usque ad lxx cubitos facta, per lxx alios cubitos in latitudinem tendebat, & magnificentiora cæterisque ornatiores diuersoria sustinebat: cum id proprium, seque dignum esse rex putauisset, ut vxoris nomine appellata turris, plus haberet pulchritudinis, quam quæ virorum nominibus vocitatur sunt: sicut illæ hac munitiores erant, cui femina nomen dederat, & cuius omnis altitudo per lxxv cubitos erigebatur. Sed quamquam 30 tres turres tantæ magnitudinis erant, ex loco tamen, quo erant sitæ, multo videbantur esse maiores, nam & ipse antiquus murus, in quo erant, excelso loco fuerat conditus, & ipsius collis velut quidam vertex alius propè ad lxxx cubitos eminebat, supra quæ turres positæ multum sublimitatis assumpserant. Mirabilis etiam fuit lapidum magnitudo. nec enim ex vulgaribus saxis, aut quæ homines ferre possent, vel secto marmore candido, & singulis per lxx cubitos longis, latisque decem, ac per v. altis erant ædificatæ, quæ ita inter se copulata erant, ut singulæ turres, singula saxa viderentur: sic autem manibus artificum in faciem angulosque formata, ut nusquam iunctura copaginis appareret. His autem in Septentrionali parte positis, intus aula regia coniungebatur: narratione omni præstantior. Nec enim magnificentia vel structura operis, aliqua ex parte su- 40 perari poterat: sed tota quidem muro per lxxx cubitos edito cincta erat. æqualis autem distantia turribus ornatissimis ambiebatur, ornata virorum receptaculis & cœnaculis lectorum centum capacibus. Inenarrabilis autem fuit marmorum varietas in ea, collectis ibi plurimis quæ ubique rara videbantur, & fastigia simul proceritate trabiū & ornamentorum claritudine mirabilia. membrorum etiam multitudo, & innumeratæ species ædificij, plenaque omnia supellectilis, cum pleraque in singulis ex auro essent, atque argento. adhuc multæ porticus, aliam per aliam in circulum flexæ, columnæque in singulis, & quæ inter eas sub dio patebant spacia, cum essent utique viridariis syluisque variata. tum prolixas ambulationes habebat, altis euripis cinctas, cisternas ubique signorum æncorum plenas, quibus aqua effundebatur multasque turres mansuetarum circum 50 latices columbarum. Sed enim neque pro merito exponi regia, qualis fuerit, potest: habetque memoria cruciatum, referens, quantas res latrocinialis flamma consumpserit. nec enim hæc à Romanis incensa sunt, sed ab insidiatoribus intestinis, ut supra memorauimus in principio dissensionis, & ab Antonia quidem omnia corripuit ignis: transit autem

autem in regiam, triúmque turrium tecta corripuit. Fanum autem conditum erat, ut dixi, supra durissimum collem. Et initio quidem vix templo atque aræ sufficiebat, iacens in summo planicies, quod vndique præceps erat atque declivis. Cùm autem rex Salomon, qui etiam tēplum ædificauerat, muro eius partem ab Oriente cinxisset, vna porticus aggeri est imposita: & manebat ex aliis partibus nudum, quoad seculis posterioribus, semper aliquid aggeris accumulante populo cœquatus collis latior effectus est. Perrupto autem Septentrionali quoque muro, tantum assumpsere spacium quantum postea totius fani ambitus incluserat. Triplici autem muro colle circumdato, spe maius opus extructum est: in quo longa secula cōsumpta sunt, omnēsque thesauri sacri, quos toto orbe missa Deo munera repleuerant, tam in superiore ambitu, quàm inferiore templo ædificatis: cuius quod humilimū fuit, trecentenis cubitis munierant, in quibusdam verò locis pluribus. non tamē omnis altitudo fundamentorum videri poterat, multum vallibus obrutis, ut angustas vias oppidi cœquarent, Saxa verò quadragenū cubitorum magnitudinis erant. nam & pecuniarum copia, & populo largitas, maiora dictu conabatur: quódque nunquam posse perfici sperabatur, diuturnitate ac perseverantia explicabile videbatur. Tātis autem fundamentis digna erant opera imposita. Duplices porticus omnes, quas columnæ sustinebant quinis & vicens cubitis altæ, de singulis faxis marmore candido, & laquearia cedrina protegebant. quorū naturalis magnificentia, quódque ligno rasili erant, apteque cohærebant, operæ precium spectantibus, exhibebat: nullóque, aut pictoris, aut sculptoris opere extrinsecus ornabatur. Latæ autem per xxx. cubitos erant: omnísque gyrus earum sex mensura stadiorum cum Antonia cōcludebatur. Totum autem sub dio spacium variabatur: omnium quidem generum lapidibus stratū: quā verò ad secundū templum ibatur, cancellis septum faxeis ad tres cubitos altis, nimiūque grato opere factis: vbi æquis depositæ interuallis columnæ stabant, legem castimoniæ præmonentes aliæ Græcis, aliæ Latinis literis, in locum sanctum transire alienigenas non debere. Sanctū enim vocabatur alterum fanum, & quatuordecim gradibus ascēdebatur à primo: quadratūque sursum erat, & proprio muro circumdatum, cuius exterior celsitudo, quamuis xl. cubitis surgeret, tamen gradibus tegebatur. interior autem xxv. cubitorum erat: quoniam in altiori loco per gradus ædificata non tota pars interior cernebatur, colle obtecta. Post xiiii. autem gradus, spacium erat vsque ad murum ccc. cubitis planum. Hinc rursum alij quinque gradus, & scalæ ad portas ducebant: à Septentrione quidem ac meridie octo, quaternæ vtrinque videlicet, duæ verò ex Oriente. Necessario namque proprius locus, religionis causa mulieribus destinatus, muro discernebatur: altera quoque porta opus esse videbatur. Contra primam verò, secreta erat ex aliis regionibus vna porta Meridiana, & vna Septētrionalis, quibus ad mulieres introibatur: per alias enim trāsire ad mulieres non licebat. Sed nec suam portam interiecto muro transgredi licebat. Parebat enim locus ille pariter indigenis & hospitibus scēminis, religionis causa venientibus: occidua verò pars nullam portam habebat, sed perpetuus ibi murus erat extructus. Inter portas autem porticus, à muro intrò propè à thesauro aduersæ: magnis & pulcherrimis columnis sustinebantur. erant autem simplices. ac præter magnitudinem nulla re ab inferioribus aberant, Portarum autem, aliæ quidem auro & argento vndique tectæ erant, itémque postes ac frontes: vna verò extra templum ære Corinthio, quæ multum argento inclusas & inauratas honore superabat. Et binæ fores quidem in singulis ianuis erant tricenis cubitis altæ, quinisdenis etiam latæ. post introitum verò, vbi latiores fiebant, tricenis vtrinque cubitis exedras habebant: exemplo quidem turrium longas & latas, supra verò quàm viginti cubitis celsas. singulas autem binæ columnæ duodenū cubitorum crassitudine sustinebant. Et aliarum quidem portarum magnitudo par fuit. quæ verò supra Corinthiam posita, quò mulieres conueniebant, ab Oriente aperiebatur, porta templi sine dubio maior erat, quinquaginta enim cubitis surgens, quadraginta cubitorum fores habebat, ornatūque magnificentiorē: quoniam crassiori argento atque auro vestiebatur: quod quidem nouem portis infuderat Tiberij pater, Alexander.

xander. Gradus autem quindecim à muro, qui mulieres segregabat, ad maiorem portam ducebant. namque illis, qui ad alias portas iter dirigerent, quinque gradibus erant breuiiores. Ipsum verò templum in medio positum, hoc est, sanum sacrosanctum, duodecim gradibus ascendebatur. Et à fronte quidem altitudo eius & latitudo, centenos cubitos habebat: ponè autem x l. cubitis angustius erat. aditus enim, veluti quibusdam humeris, vtrinque vicenum cubitorum producebantur. Prima verò eius porta l x x. cubitis alta erat, & x x v. lata, neque fores habebat. cœlum enim vndique conspicuum latèque patens significabat. erantque totæ frontes inauratæ: ac prima ædes omnis perlucebat extrinsecus: auróque circum interiorem fani partem splendida cuncta cernentibus occurrebant. Cùm autem interior eius pars contignatione intersepta esset, adiacens ei prima ædes patebat in altitudinem perpetuam: pérque nonaginta cubitos tollebatur, cùm longa x l. cubitos esset, ac x x. transuersa. Interior verò porta tota inaurata erat, vt dixi, & circum eam auratus paries. desuper autem habebat aureos pampinos, vnde racemi statura hominis pendebant. & quia contignatio intercedebat, templum exteriore humiliter videbatur: & fores habebat aureas, quinquaginta & quinque cubitis altas, sexdecim verò latas: adhæc aulæum longitudine pari: hoc est, velum Babylonium, hyacintho, & bysso, & cocco, & purpura variatum, mirabili opere factum, neque contemplationis experts colorum permixtione, sed velut omnium rerum imaginem præferens. cocco enim videbatur ignem imitari, & bysso terram, & hyacintho aerem, ac mare purpura, partim quidem coloribus, bysso autem ac purpura origine: quoniam byssum quidem terra, mare autem purpuram gignit. eratque in eo perscripta omnis cœli ratio, præter signa. Introgressos autem inferior pars excipiebat: cuius altitudo quidem habebat l x. cubitos, & longitudo totidem, ac latitudo x x. rursus autem l x. cubiti diuisi erant. Et prima quidem pars ad x l. cubitos auulsa, hæc tria mirabilia & prædicanda opera cunctis hominibus habebat, candelabrum, & mensam, & thuribulum. Septem verò lucernæ, stellas errantes significabant: tot enim ab ipso candelabro oriebantur. Duodecim verò panes in mensas positi, signorum circulum, atque annum. Thuribulum autem per tredecim odores, quibus replebatur, ex mari & inhospito & inhabitabili, designabat omnia Dei esse, Deoque seruire. Intima verò templi pars, x x. cubitorum erat. discernebatur autem similiter velo ab exteriore, nihilque prorsus in ea erat positum: inaccessa verò, & inuiolata, & inuisibilis omnibus habebatur, sanctique sanctum vocabatur. Circa latera verò inferioris templi, multa erant membra peruia, triplici tecto suspensa: & ad vtrumque latus, ad ea introitus à porta patebat. Superior autem pars eadem membra non habebat, quo minus erat angustior, celsior autem x l. cubitis, nec ita, vt inferior ambitiosa. Colligitur enim centum cubitorum celsitudo vniuersa, cum in solo x l. cubitos habuerit. Exterior autem facies, nihil quod animus, aut oculi mirarentur non habebat. crustis enim aureis grauissimis vndique tecta, vltra primos ortus igneo splendore lucebat: vt cùm intuerentur contendentium oculi, quasi solis radiis auerterentur. Hospitibus quidem aduentibus, procul monti niueo similis videbatur, nam vbi deauratum non erat templum, candidissimum erat. In summo autem aureis verubus horrebat acutissimis, ne ab insidentibus aibus pollueretur. Nonnullorum autem saxorum eius, longitudo x l v. cubitorum erat, altitudo quinque, & latitudo sex. Ara verò pro templo, x v. cubitis alta, lata verò & longa cubitis quadragenis, quadratèque stans, veluti cornutis angulis eminebat, & à meridie ascensus in eam clementer arduus resupinabatur. sine ferro autem constructa erat, nec vnquam eam ferrum terigerat. Templum autem aramque cingebat ex pulcherrimo saxo lorica gratissima, vsque ad cubitum surgens, quæ populum à sacerdotibus segregabat. Gonorrhœos, hoc est, semine fluentes, itémque leprosos tota ciuitas arcebat, & foeminis menstrua soluentibus clausa erat. predictum autem limitem, ne putris quidem mulieribus transgredi permittebatur. Viri autem, qui non per omnia casti

casti fuissent, ab interiori aula, & qui puri essent, à sacerdotibus prohibebantur. Qui verò ex origine sacerdotum genus ducentes, cæcitatibus causa munere non fungebantur, cum incolumibus intra limitem aderant partisque generis consequebantur: vestibus tantum utebantur plebeiis: quoniam sacerdotali solus qui sacra celebrabat amiciebatur. Ad altare verò templumque accedebant carentes omni vitio sacerdotes, veste quidem amicti byssina: maxime verò mero abstinentes, ac sobrij religionis metu, ne quid rem diuinam faciendo peccarent. Pontifex autem cum ipsis non tamen semper ascendeat, sed diebus quibusque septimis, & per singulos menses Calendis: vel si quando patria festiuitas atque annua ab omni populo agebatur. Et sacrificabat velamine præcinctus, eoque tectus femora usque ad genitalia: lintheum verò habens intrinsecus demissum usque ad pedes, & hyacinthinum desuper indumentum rotundum, ex quo fimbriæ pendebant, alternis nodis aurea tintinnabula, malaque granata sustinentes: tintinnabulis quidem tonitrua, malis verò fulgura designantibus. Pectoris autem vestimentum vittæ cingebant, quinque variatæ coloribus: hoc est, auri, purpuræ, cocci, byssi, & hyacinthi: quibus etiam vela templi diximus esse contexta, isdem autem habebat etiam epomidem temperatam, in qua plus auri erat: & habitu quidem indumento thioraci similis videbatur: duabus autem fibulis aureis, aspidum specie vinciebatur: quibus inclusi erant optimi, maximique sardoniches, scripta tribuum gentis Iudææ nomina præferentes. ex altera vero parte, duodecim pendebant alij lapides, in quatuor partes terni diuisi. hoc est, sardius, topazius, smaragdus: carbunculus, iaspis, saphirus: achates, amethystus, lyncurium: onyx, beryllus, chrysolitus. quorum singulis singula item cognomina erant scripta. Caput autem byssina tiara tegebat, hyacinthis coronata. Et circa eam alia corona erat aurea, scriptas ferens sacras literas, quæ sunt quatuor elementa vocalia. Ea quidem veste non semper, sed alia ambitiosa utebatur, illa vero si quando adyta introibat. solus autem atque semel in anno intrabat, quo die cunctos ieiunare Deo mos erat. Sed de ciuitate ac templo & moribus & legibus iterum diligentius referemus. non enim pauca super his exponenda sunt. cæterum Antonia in angulo quidem duarum porticum sita erat prioris templi, quæ ad Occidentem Septemtrionemque spectarent. in saxo autem fuerat extructa, quinquaginta cubitis alto, & vndique prærupto: quod opus Herodis regis fuit, vbi maxime ingenij sui magnificentiam demonstrauit. Primum enim à radicibus saxum ipsum læuibus crustis obtegebatur, quo & decus adderet operi, & facile dilaberentur, qui vel ascendere vel descendere tentauissent. deinde ante turris ædificium murus erat cubitorum trium. intra hunc omne spatium Antonia in quadraginta cubitos erigebatur. Intus autem regiae latitudinem ad descriptionem habebat, diuisam in omnem usum habitationum & speciem, id est, atria, & balnea, & aulas castris aptissimas: ut quantum ad usum necessarium pertinet, ciuitas videretur, magnificentia vero palatium. instar vero turris toto habitu formata, quatuor aliis per angulos turribus cingebatur: quarum cæteræ quinquaginta cubitis erant altæ: quæ vero ad Meridianum Orientalémque angulum sita erat, lxx. cubitis eminebat, ut ex ea totum templum videri posset. Quæ vero porticibus iungebatur, vtrinque descensus habebat, vnde custodes commeabant, semper namque in ea Ro. milites residebant: & cum armis appositæ custodes, ne quid populus festis diebus noui committeret obseruabant: castrum enim erat impositum oppido quidem templum, templo vero Antonia.

In hac autem porticu custodes erant, & superioris ciuitatis aliud castellum, regia

Herodis erat. Bezetha autem collis, ut ita dixi, ab Antonia separabatur: qui

cum omnium esset altissimus, etiam parti nouæ ciuitatis coniunge-

batur, temploque Septentrionali solus obstabat. De ciuitate

quidem, ac muris eius, iterum scribere

plenius cupiens, in præ-

sensia satis

dixi,



PGNACISSIMA autem maximèque dissentiens, multitudo circa Simonem erat, hominum decem milia, præter Idumæos: quinquaginta vero decem milium duces, quibus ipse quasi dominus omnium præerat. Idumæi autem qui erant eius partium, cùm essent numero quinque milia, duces decem habebant. Horum autem principes videbantur, Sofæ Iacobus, & Cathlæ filius Simon. Ioannes autem qui templum occupauerat, sex armatorum milia habebat, quos vigin- 10 ti duces regebant: tunc autem illi accesserant etiam Zelotarum, depositis discordiis, duo milia quadringenti: qui Eleazaro, quem ante habuerant, & Simone Arini filio utebantur ducibus. His autem (vt diximus) bellum inter se gerentibus populus erat præmium: & plebis pars, quæ non eadem quæ illi committeret, ab utrisque diripiebatur. Tenebat autem Simon quidem superiorem ciuitatem, murumque maiorem vsque ad Cedronem, & antiquioris muri, quantum à Siloa flectitur ad orientem, & vsque ad Monobazi aulam descendit. Is rex erat Adiabenæ gentis, vltra Euphratem habitantis. Tenebat etiam montem Acræ, quæ inferior est ciuitas, vsque ad Helenæ regiam, quæ Monobazi fuerat mater. Ioannes autem, templum & circum templum aliquatenus, itémque Ophlam, & vallem quæ Cedron appellatur. & 20 aliis quæ interiacebant incensis, medium bello quod inter se gerebant spacium aperuere. Nec enim castris Romanorum prope murum positis, intra ciuitatem seditio quiescebat: sed ad primum eorum impetum paulisper sanitate recepta, mox ad pristinum morbum rediere. Rursusque discreti, pro sua quisque parte pugnabat: omnia faciendo, quæ obsidentes optarent. nihil enim acerbius à Romanis passi sunt, quàm ipsi se tractarunt: neque post illos ciuitas aliquid nouæ calamitatis experta est. Sed illa quidem grauiores prius casus pertulit, antequam subuerteretur. qui vero eam debellarunt, maius aliquid perfecere. Dico enim, quòd seditio ciuitatem, Romani vero seditionem cepere, quæ multo erat mœnibus tutior. & res quidem aduersas suis, iusticiam vero recte quis Romanis ascriberet. intelliget autem quòd dies cuique 30 suggererit. Veruntamen his intra ciuitatem ita se habentibus, Titus cum testis equitibus foris circuiens, quàm muros aggredideretur explorabat. Hæsitanti autem, quia nec ab ea parte adiri poterat pedibus quàm valles erant, & ab alio latere, prior murus machinis firmior videbatur, placuit ad Ioannis pontificis monumentum (hic enim tantummodo & primus humilior erat, nec secundo muro coniungebatur) inuadere. neglecta enim fuerat munitio, propterea quia non satis noua ciuitas frequentabatur. Sic in tertium murum facilis aditus illac erat: per quem, superiorem ciuitatem, & per Antoniam, templum capi posse cogitabat. Hæc eo collustrante, quidam ex amicis eius, Nicanor nomine, ad humerum læuum sagitta percutitur: cùm propius vnà cum Iosepho accessisset: pacémque in muro stantibus (dicendi enim peritus erat) sua- 40 dere tentaret. Vnde cognitis eorum conatibus Cæsar ex eo, quòd nec ad salutem se hortantibus abstinuere, excitatur in obsidionem: simulque suburbana militibus vastare permittit. collectaque omni materia, iubet aggerem construi. Tripartito autem exercitu ad opera, medios in aggeribus iaculatores & sagittarios constituebat, & ante eos ballistas, aliásque machinas atque tormenta: quibus & excursus hostium in opera prohiberet, & qui ex muris obstare tentarent. Cæsis autem arboribus, momento suburbana nudata sunt. Collectis autem lignis in aggeres, cùm totus operi intentus esset exercitus, nec Iudæi segnes erant. populum quidem in rapinis ac cædibus constitutum fiducia tunc habebat, quòd respiraturus esset, illis aduersus hostes distra- 50 ctis, existimantem pœnas se ab noxiis repetiturum, si Romani superassent. Ioannes autem quamuis in externos socij sui irrupere properarent, metu tamen Simonis manebat. Verum Simon non quiescebat, proximus enim erat obsidioni, missilibus per murum dispositis, quæ pridem Romanis abstulerat, quæque apud Antoniam capta fuerant,

fuerant. Sed horum possessio, propter imperitiam plerisque non erat utilis. pauci autem à transfugis docti, male utebantur instrumentis. Sed cum lapidibus, & sagittis aggerem iacentibus militibus imminebant, perque cuncos excurrentes, manus etiam conferebant. Operantes autem crates super vallum oppositæ protegebant, omnibusque legionibus contra excursus erant machinæ comparatæ mirabiles. præcipue verò decimæ legionis ballistæ vehementiores, & tormenta saxorum, quibus non solum irruentes, sed etiam super murum stantes auertebantur. nam & singula saxa talenti pondus æquabant, & ultra stadij modum torquebantur. ictus autem non solum primis quos offendisset, sed aliquando posterioribus quoque intolerabilis erat. Iudæi sanè cauebant à lapidibus, quod erant candidi: nec tantum sono ac fremitu noscebantur, sed etiam clari iudine prospiciebantur. denique speculatores in turribus præsidentes, prædicebant, quando impelleretur machina, saxumque ferretur: patria lingua clamantes, filius venit. itaque præsciebant, in quos veniret, atque ita vitabant: & hinc eueniebat, ut illis declinantibus lapis irritus intercideret. Proinde Romani excogitant, atramento decolorare lapides. tunc enim missi, non similiter incertos ictus habebant, multosque simul vnus impetu corrumpebant. Sed ne male quidem affecti Iudæi, aggeris instruendi Romanis copiam dabant. omni verò eos molitione atque audacia, die noctumque prohibebant. Perfectis autem operibus, plumbo & lino ab aggeribus iacto, fabri quod erat ad murum spacium metiuntur. nec enim alioqui id fieri poterat, quoniam desuper telis petebantur. Cùmque pares intervallo arietes inuenissent, eos applicant: propiusque dispositis machinis, Titus, ne ex muro arietes prohiberentur, ex tribus partibus murum pulsari iubet. Sonitu autem circumstrepente ciuitatem, clamor ingens ciuium sublatus est, itemque seditiosos pavor inuasit. Et quia periculum comune utrisque videbatur, communiter iam repugnare cogitabant. vociferantibus inter se discordibus, quia omnia pro commoditate hostium facerent: cum si non perpetuam concordiam sibi Deus præbeat, saltem in præsentia contra Romanos oporteat conspirare. Simon autem præcone misso, volentibus ex templo ad murum egrediendi copiam dedit: idemque & Ioannes, licet minus crederet, permisit. Illi autem obliti odiorum, ac discordiarum suarum, in vnum corpus coeunt: murumque amplexi, facies inde quamplurimas iaciebant contra machinas Romanorum, contraque impulsores arietum: eosque sine intermissione telis petebant. audacissimi verò cateruatim prosilientes, machinarum tegmina dissipabant: hisque apposis irruentes, pericia quidem pauca, plura verò audacia perficiebant. Semper autem aderat adiumento laborantibus ipse Titus: & iuxta utrasque machinas equitibus ac sagittariis ordinatis, ignem quidem ferrentes, prohibebat: iaculantes verò à turribus, reprimebat, nocendi tempus arietibus faciens: & tamen murus ictibus non cedebat, nisi quod quintæ legionis aries commouit angulum turris: murus autem stabat incolumis. nec enim statim cum turri periculum sensit, quæ multo altius eminebat, nullamque partem muri secum trahere poterat in ruinam. Cū autem ab excursibus paululum quieuisent, obseruato Romanos per opera & castra esse dispersos, quia labore & formidine Iudæos discessisse arbitrantur, excurrunt omnes quæ turris erat Hippius, porta latenter ignemque operibus iniiciunt. Vsq; ad castrorum quoque munimenta, in Romanos animati procedebant. Horum autem periculo mature, & qui erant propius excitati sunt, & qui procul aberant conuenere. Romanorum autem disciplina vincebat audaciam Iudæorum: & quos prius offenderant in fugam versis, aliis qui colligerentur instabant. Grauis autem circum machinas pugna commissa est, illis incendere, his incendium prohibere certantibus, incertusque clamor utrinque tollebatur, & multi, qui in fronte steterant, ceciderunt. Sed Iudæi confidentia superiores erant, ignisque opera tetigerat, incensaque omnia cum instrumentis penitus essent, nisi lecti de Alexandria restitissent plerique, præter opinionem sui viriliter dimicantes. nam gloriosissimis in hoc bello prælati sunt, donec Imperator equitum valentissimis comitatus, in hostes irruit: & ipse quidem duodecim repugnatores peremit: metu autem cladis eorum cætera multitudine in fugam versa omnes compulsi in ciuitatem, eoque modo aggeres liberauit incendio. In hac autem pugna, vnum ex Iudæis viuum capi contigit, eumque Titus cruci-

cisgi pro muro iussit, si forte reliqui vel hoc spectaculo territi concederent. Post eius verò discessum, etiam dux Idumæorum Ioannes, dum ante muros cum noto milite loquitur, à quodam Arabe pectus sagitta percussus, continuo periit: magnūque & Iudæis luctum, & seditiosis mœrorem reliquit. nam & manu promptus erat, & sapientia nobilis.

De casu turris & duorum murorum obtentu.

Cap. VIII.



N O C T E verò quæ secuta est, incredibilis tumultus Romanis incidit. Nam cum tres turres Imperator Titus quinquagenū cubitorum construi præcepisset, ut his per aggeres singulos positis, hinc hostes 10 in muro stantes facilius in fugam verteret, una earum sponte sua nocte intempesta lapsa est. ingenti verò sonitu facto, metus occupavit exercitum. Conari autem aliquid Iudæos suspicati, ad arma currebant, eaque re turba in legionibus ac tumultus erat, cumque nemo quid accidisset referre posset, diu queruli alius aliud opinabantur: nullisque interuenientibus hostibus semetipsum timebant: signumque diligenter singuli à proximis requirebat, tanquam Iudæi iam castra possiderent. Panicōque terrore capti videbantur, donec Titus, cognitis quæ res erant, verum cunctis indicari iussit: tandemque tumultus eo nuncio conquieuit. Iudæi quidem cætera fortiter sustinentes, male turribus affecti sunt. machinis enim leuioribus, & iaculatoribus, ac sagittariis, saxorumque tormentis inde feriebantur. Sed neque 20 harum æquare ipsi poterant celsitudinem, & turres excidendi spes non erat, cumque neque euertere propter grauitatem, neque incendi propterea quod ferro tegebantur, facile possent, ultra iactum teli fugientes, arietum impetus non vetabant: qui sine intermissione ferientes, paulatim aliquid proficiebant. Itaque muro iam cedente magno arieti Romanorum, quem Iudæi Nicon vocabant, quod omnia vinceret, quamuis & antea defessi erant pugna & vigiliis, cum longe ab oppido pernoctarent: tamen etiam negligentia, vel quod male cōsulerent, murum sibi superuacuum esse credentes, quibus alia duo munimenta superessent, lassatique plurimi recessere. cum autem Romani, quæ primum murum Nicon perruperat, ascendissent, ad secundum omnes Iudæi relictis custodiis refugerunt. portis autem Romani, qui transierunt patefactis, exerci- 30 tum receperunt. Et hi quidem hoc modo positi muro, quinto nonas Maij, & partem eius maximam diruunt, & Septentrionalem ciuitatis regionem, quam ante Cestius vastauerat. Titus autem norato quæ Assyriorum castrum est, militem transfert, occupato omni quod inter Cedrona fuerat spazio: & ultra sagittæ iactum à secundo muro separatus, oppugnationem statim aggressus est. Tunc igitur partiti murum Iudæi, fortiter resisterunt. Et Ioannes quidem, eiusque socij ex Antonia & Septentrionali porticu templi ab Alexandri monumento pugnabant. Simonis autem manus iuxta monumentum Ioannis aditum clauferant, usque ad portam, qua in Hippicon turrim aqua inducebatur. Sæpe autem prosilientes ex portis, cominus dimicabant: compulsi quæ intra muros in conflictu quidem Romanorum disciplina, propter imperitiam 40 vincebantur, in murali autem certamine superabant. eos enim fortuna atque scientia, Iudæos verò audacia, quam timor aleret, sustentabat: quod natura erant in calamitatibus duria. Ad hæc autem, & istis suberat spes salutis, & Romanis ciuitatis victoriæ. neutros autem lassitudo fatigabat: sed aggressiones, murorumque oppugnationes, & excursus crebri per cuneos, diebus totis agebantur: nullaque præliorum species aberat, cum à prima luce incipiente, usque in somnis & die grauior nox dirimeret: his quidem occupatum in muris continuo meuentibus, illis verò ne Iudæi castra pernoctarent, itaque in armis pernoctantes, prima luce utriusque pugnae parati erant. Et Iudæi quidem certabant, quis esset promptior ad periculum, eoque modo gratia emineret apud duces suos, maxime vero Simonis eos metus ac reuerentia commouebat, 50 eoque modo illi singuli subiectorum colebāt, ut ad semet quoque interficiendos parati essent, si hoc ille iussisset. Romanos autem ad virtutem hortabatur consuetudo vincendi, & quia vinci non assueuerāt, crebraque militia, exercitationesque perpetuas, & imperij magnitudo: ante omnia vero Titus semper ubique præsens. nam & inertia,

tia, spectante atque opitulante Cæsare, grauiſſimum facinus videbatur: & ei qui bene decertaſſet, teſtis aderat, qui rependeret præmium. præterea fructus erat, vel cognoſci ſolum principi virum fortem: idcirco multorum maior viribus alacritas demonſtrata eſt. Deniq; iſtis iſtis diebus, validiſſima Iudæorū acie inſtructa pro mœnibus, telisq; vtrinq; miſiſ, quidā Longinus de numero equitū ex acie Rom. progreſſus, in mediā aciem Iudæorum irruit: hiſque diſiectis, hoc impetu duos fortiſſimos perimit, vnius obuiam tendentis ore percuſſo, alterius eodem telo quod priori extraxerat, tranſfixo latere refuſiſ: & ex mediis hoſtibus ad ſuos primus occurrit. Ille igitur ob virtutem inſignis erat: æmuli autē eius fortitudinis multi extiterunt. Et Iudæi
 10 quidē negligentes quid paterentur, tantummodo qualiter afficerent conſiderabant: mōrsque hiſ leuiſſima ducebatur, ſi quo interfecto hoſte cecidiſſent. Titus autē non minus ſaluti militis, quā victoriæ conſulebat: & temerarios impetus deſperationem dicens, ſolam vero eſſe virtutem, ſi quis prudenter & caute ſine proprio incōmodo fortiter faceret, in ea re potius, quæ periculum non haberet, viros eſſe præcipiebat.

De Caſtore Iudæo Romanis illudente.

Cap. IX.

ITaque à Septentrionali parte, mediæ turri applicat arietem: in qua Iudæus quidam verſutus ac ſubdoluſ, Caſtor nomine, cum decem aliis militibus ſuis delituerat, fugatiſ cæteris formidine ſagittarū. Hi cū pauidi ſub
 20 loriciſ aliquandiu quieuiſſent, concuſſa turri ſurgūt. extenſiſque manibuſ Caſtor veluti ſupplex Cæſarē implorabat: & voce miſerabili, vt ſibi parceret, obteſtabatur. Cui Titus pro ſimplicitate ſua creduluſ, iāmque Iudæoſ exiſtimantiſ belli pœnitere, arietes quidem impuſſione ceſſare iubet, ac ſagittarioſ ſupplicibuſ prohibet. Caſtori autē quid vellet eloqui permittit. Cūmq; ille reſpondiſſet, ad fœdus velle deſcendere: Titus gratulaturū ſe ait, ſi omneſ eadem ſentire voluiſſent: paratōq; animo fidem paciſ etiā ciuitati daturū. Sed cū ex illiſ decē Caſtoris fociiſ quinque itidem ſuppliciſ eſſe ſimularent, cæteri nunquā ſe Romanis ſeruituroſ clamāt, dum mori liberis liceat. Denique illiſ ſuper hoc ambigentibuſ ceſſabat expugnatione. Caſtor autem interea Simonē per internuncioſ admonebat, vt dum vacuū eſſet tempuſ, de
 30 rebus vrgentibuſ conſiliū caperet: pauliſper enim ſe illudere imperatori Romano. Simul autem hoc agens, ac paciē hortari cōtradicenteſ ſocioſ videbatur. illi autem velut ægrē ſerenteſ, in thoracae nudoſ fixere gladioſ: hiſque percuſiſ velut intorſeſ ceciderūt. Tituſ vero eiūſque fociiſ obſtupuerat tanta eorum pertinacia, cū ex inferiori loco quod factuſ erat, vere videre non potuiſſent: mirabāturque ſimul audaciam, & calamitatem miſerabātur. Interea Caſtorem ad natē quidam ſagitta percutit. tūmq; ille teluſ extractuſ Imperatori oſtēdendū, iniqua ſe perperi querebatur. At Tituſ incuſato qui hoc emiſerat, aſtantiem Joſephū mittit, vt Caſtori dexteraſ porrigeret. verum iſ neque ſe iturū, niſi enim ſanū ſuppliciſ cogitare reſpondit, & amicoſ qui volere ire prohibuit. Cū vero quidam ex perfugiſ Æneaeſ, iturū ſeſe dixiſſet ad eum, inuitante Caſtore, vt etiam ſecum in quo ferret argentuſ
 40 aliquid ſuſciperet: ad hæc ille ſtudioſe aperto ſinu accurrit: alter vero ſuper eum ſaxū demiſit. Et ipſū quidem, quoniam præcauerat, ferire non potuit: ſed aliū militē qui aderat, vulnerauit. Cæſar vero fallaciā reputantiſ, intellexit miſericordiā in bello nocere. minūſque decipi calliditate ſeuitiam: arietisq; impuſſionibuſ, iracundia fraudiſ, vehemētiuſ utebatur. Caſtor autem eiūſque ſocij turrim iſtibuſ iam cedentē incendunt: perque flammas in eiūſdem miſiſ cuniculoſ, iterū magni animi oppugnem apud Romanos habuere, tanquam ſe ignibuſ tradidiſſent. Caput autem hæc parte muruſ Tituſ, die quinto poſtquam primum ceperat: fugatiſque indo Iudæiſ, intro cū lectiſ mille tranſiit, quos circa ſe habebat, armatiſ: vbi noua ciuitaſ quod
 50 lanæ venditorēſ erant, fabriq; ærarij, veſtiūmq; mercatuſ, & ad muruſ anguſtæ viæ tranſuerſæ tendebant. Enimuero ſi vel ſtatim muri diſturbateſſet maximā partē, vel quæ ceperat lege belli vaſtaſſet, nullū credo damnuſ victoriæ fuiſſet admixtuſ. nunc autē Iudæoſ exoratuſ iri ſperantiſ, cū liceret capere facilem diſceſſiōni adituſ dilatauit. nec enim quibuſ conſulebat, inſidiaturoſ ſibi putabat.

ce 4

De

*De secundo muro bis obtento à Romanis.**Cap. X.*

DENIQUE postquam ingressus est, neque occidi quenquam permisit eorum qui comprehendebantur, neque domus incendi: sed tam seditiosis, si pugnare vellent, sine populi detrimento copiam dabat, quàm ipsi populo fortunas proprias se redditurum pollicebatur. Plurimi nanque petebant sibi ciuitatem seruari, templum vero ciuitati. At enim populum quidem ad ea quæ hortabatur & antea paratum habebat, bellicosi autem pro inertia ducebant humanitatem: Titumque imbelli animo, quod cæteram ciuitatē tenere non posset, has proponere conditiones putabant, mortem autem populo denunciantes, & si verbum quisquam de traditione fecisset, pacēque nominasset, mox interficiendum eum esse minitantes, Romanis qui introire, alij per viarum angustias obstabant, alij ex ædibus: alij murum per superiores portas egressi, pugnare cœperant. quibus rebus perturbati custodes, de muro sese demiserunt, relictisque turribus in castra recesserunt. clamor autem audiebatur militum intra ciuitatem, quòd ab hostibus cingeretur: foris autem degentium clausis contubernalibus metuentium, crescente autem numero Iudæorum, & propter locorum peritiam viarumque scientiam præualente, multi Romanorum trucidabantur, & ab incumbētibus pellebantur, cum magis necessitate resisterent. nec enim multis simul fugiendi copia per angustias muri patebat: omnesque penè qui transierāt, perempti fuissent, nisi Titus eis opem tulisset. Dispositis enim per summa viarum sagittariis, & ubi plus erat multitudinis astans, missilibus hostes abigebat, & cum eo Domitius Sabinus, vir bonus etiā in illo prælio comprobatus: durauitque tam diu, sagittis eos prohibens irruere, donec omnes milites recesserent. Romani quidem ita secundo muro potiti, ad extremum pulsi sunt. Oppidanis vero qui pugnaces erant, spiritus creuit, & secundis rebus amentes erant, neque Romanos ausuros esse ad ciuitatem accedere suspicantes, neque vinci se posse, si ad prælium processissent. nam quia iniqui erant, officiebat eorum sententiis Deus: & neque Romanorum vim, multo maiorem illa quæ pulsa fuerat, superesse cernebant: neque famem, iamiamque serpentem. adhuc enim malis publicis alebantur, & sanguinem ciuitatis bibebant. boni autem iam dudum inopia laborabant, & penuria victus iam multi defecerant. populi tamen interitum, seditiosi pro leuamine sui ducebant: & solos eos qui pacē non probarent, saluos esse cupiebant, quique viuere contra Romanos optarent. contrariam vero multitudinem, velut onus quoddam, confusi gratulabantur. & ita quidem circa suos affecti erant. Romanos autem, quòd ciuitatem iterum ingredi conabantur, armati prohibuerunt, disiectis muri partibus obiectu corporum præmunitis: ac per triduū sustinere fortiter dimicantes. Quarto autē die, Titum vehementius aggressum nequaquam ferre potuerunt: sed vi coacti, rursus quòd antea refugerunt, ille autem interim muro potitus, totam eius Septentrionalē partem statim deposuit: in Meridiana vero per turre præsidia collocauit.

*De aggeribus in tertium murum, & oratione proluxa Iosephi pro deditione faciendā, & fame obsessorum.**Cap. XI.*

AMQUE tertium murum Titus aggredi cogitabat. Videbatur autē brevissimi temporis eius obsidio: spaciumque consilij seditiosis esse dandum; si quid disturbance secundi muri aut famis metu remitterent. nec enim diutius eis prædas posse sufficere: ipse ocio cōmode utebatur. Nam eum dies aduenisset, quo militibus oportebat alimēta distribui, in conspicuo hostibus loco ductis, iussit duces ordinato exercitu pecuniam singulis numerare. Illi autē prolati armis ex inuolucris muniti procedunt, equitibus ornatos equos ducentibus: locaque suburbana per multum spacium auro argentoque lucebāt. Illo autem spectaculo nihil aut iucundius suis, aut horribilius hostibus videbatur. spectantibus enim & vetera plena erant mœnia, & Septentrionalis regio, quin & domos refertas intuentibus æcernes, nullamque ciuitatis partem quam non infusa multitudo tegebat. metus autem quamuis audacissimos ceperat, omnem simul exercitum armorumque præstantissimam multitudinem conspicientes, & ordinationem virorum. Et fortasse ad illam speciem seditiosus animos mutauissent, nisi malorum immanitate, quæ in populum commiserant,

rant, dandam sibi veniam à Romanis desperassent : imminente autem, si destitissent, morte supplicij, bello mori præstabilius esse ducebāt. præualebat etiam fatum, quòd innocentes cum nocentibus, & ciuitatem cum seditiosis perire decreuerat. Quatriduo per singulas legiones alimenta consecuti sunt. Quinto autem die, cùm omnia faciens Titus, nihil Iudæos pacatum cogitare sensisset, bifariam diuiso exercitu, Antoniam versus ad Ioannis monumentum aggeres inchoauit : ista parte superiore ciuitatem captum iri cogitās, & per Antoniam templum, nanque hoc nisi cepisset, ne oppidum quidem tutum erat obtinere. In vtraque autem parte duo aggeres erigebantur, à singulis legionibus singuli. Et iuxta monumētum quidem operantes, à Iudæis & Simonis sociis infestantibus prohibebātur : ad Antoniam vero ab Ioannis sociis cum multitudine Zelotarum, non solum quia de superiore loco pugnabant, verum etiam quia machinis iam vti didicerant. paulatim enim vsus quotidianus aluit peritiam. Habebant autem ballistas trecentas, & quadraginta tormenta saxorū, quibus difficiliorem aggerum extruccionem Romanis efficiebant. Titus autem sibi saluam fore fortunam sciens & perituram esse ciuitatem, vnā & obsidioni vehementer instabat : nec pœnitudinem Iudæis suadere cessabat : consiliūmq; factis admiscens, & orationem sæpe armis efficaciorē cognoscens, tam ipsos vt saluari vellent rogabat, tradita sibi ciuitate, quæ iam capta videretur, quàm & Iosephum allegabat, patria lingua verba facturum, sperans eos hominis gentilis monitu aliquid remissuros. Itaque

20 Iosephus murum circuiens, simulque extra teli iactum stans, vnde exaudiri facilius posset, multis orabat, vt sibi ac populo parcerent, templo ac patriæ, neue contra hæc fierēt alienigenis duriore. Romanos enim sancta reuereri, cum quibus nulla sibi societas esset, manusque suas ad hoc vsq; cohibere, ipsos vero in his edoctos, cùm seruare possent, sponte ad eorum interitū ruere. quin potius viderent muros concidisse firmiores, excisis vero infirmiores superesse : Romanorūque vires cognoscerent sustinere non posse, hisq; seruire non esse nouum, neque inexpertum Iudæis. Nam licet pulchrum sit pro libertate pugnare, tamen id in principio decere fieri. semel autem subditum, qui multo tempore paruisset Imperio, iugum excutientem, malæ mortis cupidum, non libertatis amatorem videri. Debere autē indignari dominos

30 humiliores, non quorum in potestate sunt omnia. Nam quid Romanos effugisse, nisi quòd propter æstus aut frigora esset inutile? imò vero transisse ad eos vndique fortunam, deūque per singulas nationes ducentem imperium, nunc esse in Italia. Hanc autem validissimam legem, tam feris bestiis quàm hominibus esse præfinitā, potentioribus cedere : apud eosque esse victoriam, apud quos robur fuerit armorū. Idcirco etiam maiores eorum, quanquā multum & animis, & corporibus, & aliis subsidiis meliores, cessisse Romanis : quos nisi Deum scissent illis fauere, nunquam perpeffi fuissent. ipsos vero qua tunc re fretos resistere, cùm ex magna parte capta sit ciuitas : ciues autem etiam si muros integros haberent, excidio pariter affecti sint. Nec enim latere Romanos, quæ fames teneat ciuitatem : & modo quidem consumi populum,

40 continuo vero etiā bellatores interituros : nam etsi Romani desierint, & ab obsidione cessauerint, neque ciuitatem strictis gladiis irruerint, Iudæis tamen inexpugnabile bellum intus assidere, quod horis singulis aleretur : nisi forte contra famem quoq; arma caperent ac dimicarēt, solique possent etiam infortunium superare. His addebat, optimum esse ante intolerabilem calamitatem mutare sentētiā : dūmque liceret, salutare consilium sequi. Nec enim antea gestorum causa succensere Romanos, nisi ad finem vsque insolentes essent : natura eos esse in imperio mansuetos, atq; iracundiæ præferre quod vtile est. Vtile autem putare, neque ciuitatem vacuam viris, neque desertam habere prouinciam : idcirco velle imperatorem cum his dexteram iungere : nec enim cuiquam salutem daturum si vi ceperit ciuitatem, præsertim qui

50 nec in extremis ei cladibus rogati paruerint. Breui autem murum quoque tertium captum iri, priores qui capti sunt, fidem facere. & quamuis perumpi tutamina non possint, famem pro Romanis pugnaturam. His monentem Iosephum multi in muro stantes vituperabant, multi vero conuiciis, nonnulli etiam iaculis appetebant. Ille autem cùm manifestis eos calamitatibus minime flecteret, ad gentiles transit historias : O miseri, vociferans, vestrorūque auxiliatorū immemores, armis & manibus

cc s cum

cum Romanis bellum geritis, quasi quem alium sic vicerimus. Quando autem non Deus omnium conditor, Iudæorum defensor est, si lædantur? Non resipietis? Vnde progressi pugnatis, quantumque auxiliatorem violatis? Non recordamini opera diuina parentum, atque hunc sanctum locum, quanta bella nobis aliquando peremit? Ego autem facta Dei narrare auribus indignis horresco: sed tamen audite, ut cognoscatis non solum vos Romanis, sed etiam Deo resistere. Nechias, qui tum erat rex Ægyptiorum, idemque Pharaon vocabatur, cum infinita manu descendit, reginamque Saram materni nostri generis rapuit. Quid igitur vir eius Abraham proauus noster? Armis credo vltus est iniuriam? Atqui c c c. & x v i i i. præfectos habebat, quorum singulis infinita multitudo parebat. An ipse quidem quiescere maluit absente Deo? pu- 10 ras autem manus ad hunc locum tendens, quem vos polluitis, inuictum sibi auxiliatorem ad militiam legit? Nonne secunda vespere incorrupta regina remissa est ad maritum? Adorans autem quem vos gentili cæde cruentastis locum, ac tremens nocturnis somniis Ægyptius exagitatus aufugit, aurumque & argento amatissimos Deo donauit Hebræos. Dicam translata in Ægyptum maiorum nostrorum domicilia. Qui cum annos quadringentos tyrannis an regibus alienigenis subiaceret, armis ac manibus vlcisci possent, semetipsos Deo potius permiscere. Quis nescit Ægyptum repletam omni genere serpentium, omnique morbo corruptam? Quis terram infructuosam? quis Nili defectionem, & continuas decem plagas? & ob hoc parentes nostros cum præsidio incruentos, & sine periculo deduci, quos Deus sibi sacerdotes ducebat? An 20 non ab Assyriis raptam nobis sanctam arcam, Palæstina & Dagon simulacrum gemuit, & tota gens quæ rapuerat? corruptis vero occultis corporum, ac per ea cum cibo visceribus exhaustis, cymbalorum ac tympanorum sono manibus noxiis reportauerunt, sanctum placationibus expiantes? Deus erat qui hæc parietibus administrabat, propterea quod omisissis armis ac manibus, eius se iudicio permiscere. Rex Assyriorum Senacherib cum totam ducens Asiam, ad hanc urbem castra posuisset, num manibus humanis cecidit? nonne ab armis quiescentes in votis erant, & angelus Dei in vna nocte infinitum deleuit exercitum? posteroque die excitatus Assyrius c l x x v. millia reperit mortuorum, atque ita cum reliquis Hebræos inermes, nec persequentes fugiebat? Scitis etiam in Babylone seruitium, ubi per annos l x x. populus exulans, non ante 30 libertatem recepit, quam eam Deo Cyrus donaret: qui eos etiam est persecutus, iterumque auxiliatori suo sacerdotum more seruebant. Breuiter dicam, nullum est operæ precium quod armis parietes nostri fecerint, aut non sine armis Deo permissa potestate impetrauerint. Domi autem manentes, ut placebat iudici superabant. Pugnantes vero, semper de spe deciderunt. Nam ubi rege Babyloniorum urbem obsidente, contra Hieremiæ prædicationem Sedechias rex noster cum eo congressus est, tam ipse captus est, quam cum templo ciuitatem vidit excindi. Atqui videre, quanto ille rex vestris ducibus eiusque populus vobis erat moderatior. Denique Hieremiæ vociferantem, inuisos esse eos Deo propter delicta quæ in eum commiserant, captum iri autem nisi traderent ciuitatem, neque rex neque populus interfecit. Sed vos (ut intus 40 gesta prætermittam, neque digne possum iniquitates vestras exponere) me, qui vobis salutem suadeam, queri mini, telisque appetitis irati, quod vos vestrorum commonefacio peccatorum, nec dici ea toleratis, quorum quotidie facta committitis. Idem tunc fuit, cum Antiocho qui dictus est Epiphanes obsidente ciuitate, multis modis offensa diuinitate, maiores nostri cum armis progressi, ipsi quidem in pugna perempti sunt. oppidum vero ab hostibus direptum est: sanctumque per triennium sexque menses penitus desolatum est. Et quid pluribus opus est? Ipsos Romanos quis contra Iudæorum gentes ad militiam prouocauit? nonne indigenarum impietas? Vnde seruire cepimus? Nonne a seditione maiorum, quando Aristobuli & Hyrcani furor, & inter eos contentio, Pompeium intulit ciuitati, & Romanis Deus indignos libertate subiecit? Denique 50 tres menses oblessi, quanquam nihil quale vos in sanctum legesque deliquerat, & maioribus ad bellum subsidiis utebantur, sese tradiderunt. Antigoni autem filij Aristobuli nescimus exitum? quo regnum obtinente, Deus iterum captiuitate persequeretur populum delinquentem. Et Herodes quidem Antipatri filius, Solum & Romanum adduxit.

adduxit exercitum. circundati vero per sex mēses obsidebantur, donec capti peccatorum suorum supplicia pependerunt: direptāq; est ab hostibus ciuitas. Ita nunquam genti arma data sunt. Oppugnationi vero sine dubio coheret excidium. Oportet ergo, vt opinor, sacri loci possēssores iudicium Deo de omnibus permittere: manūsque tunc humanas contemnere, cū à superno ipsi iudice non recedant. Vos autē quid ex his, quæ legis conditor bene dixit, egistis? Quid, quod is execratus est prætermisistis? Quantum autem illos qui cito perire, impietate superastis? non occulta dedignantēs peccata, hoc est furta, insidiāsque atque adulteria, rapinis, cædibus certatis, nouāsque maleficiorū excogitastis vias. Sanctum vero templum, factū est omnium
10 receptaculum: & indigenarū manibus pollutus est locus, quem Romani ex tam longinquo adorabant, multa per legem nostrā de suis moribus derogātes. Deinde post hæc in quem fuistis impij, hunc auxiliatorē speratis? Valde quidem iusti estis, supplices, purisq; manibus adiutorē vestrū rogatis. Talibus rex noster precibus aduersum Assyrium supplicauit, cū magnum illum exercitum Deus vna nocte prostrauit. Similia vero Assyrii Romani committunt, vt etiam similem vltionem speretis? Nam ille quidem ab rege nostro accepta pecunia, vt vastitati parceret ciuitatis, neglecto iureiurando ad incendium templi descendit: Romani autem solenne poscunt tributum, quod parentes nostri eorum parētibus pensabant. Et si hoc impetrauerint, neq; populantur ciuitatem, neq; sancta omnino tangunt. Concedunt autē vobis familias
20 liberas & possēssiones tenere, sacrāsque leges saluas manere patiūtur. Infania est profecto, sperare Deum talem circa iustos fore, qualis iniustis apparuit: præsertim qui statim vlcisci nouerit cū oportet. Denique Assyrios prima nocte, qua castra ciuitati admouerant, fregit. Quod si etiam vestram progeniem liberaret, Romanos vero dignos pœna iudicaret, confestim eis illo tempore sicut Assyrii irasceretur, quo gēti manus Pompeius attulit, quo post illum Sosius ascendit, quo Galilæam Vespasianus excidit, postremo non nunc Titus ciuitati appropinquaret. Sed neq; Magnus, neque Sosius quicquam passi sunt, & ciuitatem victoria ceperunt. Vespasianus autem ex bello quod nobiscum gessit, etiam imperium adeptus est. Nam Tito quidem etiam fontes nunc vberiores profluunt, qui prius vobis aruerant. Denique ante eius
30 aduentū scitis & Siloam, & omnes extra ciuitatē fontes adeo defecisse, vt ad vtrunq; aqua mercaretur. nunc autem ita hostibus nostris largi sunt, vt non modo ipsis & iumentis eorū, sed etiam hortis sufficiant. Deniq; huius prodigij & ante periculum factum est in excidio ciuitatis, quando supra memoratus Babylonius rex cum exercitu aduenit, qui & captam ciuitatem incendit & templum: quamuis vt opinor nihil tunc illi tantum, quantum nos impie nunc, commisissent. Itaq; sanctis relictis, Deum fugisse putauimus: hisq; nunc adesse, quibus cum bellum geritis. An bonus quidem vir domum flagitiosam fugiet, & domesticos oderit: Deum vero malis vestris inherere arbitramini, qui etiam occulta cōspicit, & audit omnia quæ tacentur? Quid autē apud vos tacetur? quid celatur? quid non etiam inimicis planum factum est? Iniqui-
40 tates enim vestræ velut in promptu neminem latent: inque dies singulos, quis peior sit, certamē habetis. atq; ita nequitia, vt virtutem demonstrare contenditis. Verum tamen reliqua salutis via est, si velitis, & diuinitas confessis ac pœnitentibus solet sese placabilis offerre. Arma proiicite, pudeat vos patriæ iam dirutæ. conuertite oculos, & aspiciate eius quam proditis pulchritudinem, quale oppidum, quale templum, quàm multarum gentium munera. Quis in hæc flammās adducit? quis hæc iam non esse desiderat? Et quid est hoc quod saluum esse debeat dignius? ô duri & lapidibus stupidiore. Si hæc non veris luminibus cernitis, saltē familiarum vestrarum misere-
mini. Versentur in conspectu cuiusq; filij, coniuges, & parentes, quos paulò post aut bellū, aut fames absumpserit. Scio quia vnā cum his periclitabitur mihi mater & con-
50 iunx, & familia nō ignobilis, domūsque olim clarissima. Et fortasse propterea me quisquā hæc suadere crediderit. Interficite illos, accipite mercedem salutis vestræ sanguinē meum. Ipse quoque mori paratus sum, si post me resipiscitis. Hæc Iosepho vociferante cum lacrymis, seditiosi quidem neq; animos flexerūt, neq; turā sibi mutationē fore iudicauerūt. Populus vero ad profugindū cōmotus est, & alij possēssionibus suis,

fuis, alij rebus carissimis exiguo precio venundatis, aureos, ne latrones eos deprehenderent, transglutiebant. cum vero ad Romanos elapsi fuissent, exonerato ventre habebant vsui necessaria. Titus enim plerosq; per agros, quò vellet quisque pergere, dimittebat: idque magis eos ad perfugium hortabatur, quod & intestinis malis carebant, nec Romanis seruiabant. Ioannes autem & Simon cum sociis, ne his magis pateret exitus, quàm Romanis aditus, obstruebant: & qui vel umbram suspicionis dedisset, continuo necabatur. Ditiorebus quidem manere etià sicut profugere, par causa erat pereundi: nam quasi transfugere voluisset, propter patrimoniũ quisq; occidebatur. Cum fame autem crescebat desperatio seditiosorũ, & in dies singulos vtrunq; malum amplius accendebatur. Et palàm quidem nulla erant frumenta, irrumpentes autem scrutabantur domos. Et si quidem inuenissent aliquid, eos qui negauerat verberabant: si vero nihil inuenissent, quasi diligentius celauissent, tormentis itidẽ afficiebant. Habendi autem argumẽto erant corpora miserorum, cum ea quæ solidis viribus starent, abundare cibo putarentur. Tabidi autem transfigebantur: nec rationis esse videbatur, statim fame morituros occidere, multi vero clam vniuersa bona sua vno frumẽti modio, qui ditiores essent, itẽque pauperes ordeĩ permutarũt. Inclusi deinde intimis ædium tectis, quidam summa penuria infectũ triticum comedebant. panem alij conficiebãt, vt necessitas metusque monuisset. Et mensa quidẽ nusquam apponebatur, sed incoctum subtrahentes igni cibum diripiebant. Miserabilis autem erat victus, dignũque lacrymis spectaculum, cum potentiores quidem plus haberent, infirmiores autem iniuriam deplorarẽt, quippe cum fames super omnes clades haberetur. Nihil enim sic perdit hominem vt pudor: nam quod reuerentia dignum est, in fame negligitur. Denique vxores viris, & filij parẽtibus, & quod miserrimum, matres cibum infantibus ex ipso ore rapiebant: & marcescentibus inter manus carissimis nemo parcebat, quin vitæ guttas auferret. Edentes vero talia non latebant, sed vbique aderant qui ista diriperent. Nam sicubi clausam domum vidissent, eos qui intus erant, cibum capere hoc suspicabantur indicio: statimq; ruptis foribus irruebant, victũque iam contusum dentibus, ex gutture penè reuocabãt, ipsos faucibus strangulantes. Pulsabantur autem senes ne cibũ defenderent: lacerabantur mulieres, ea quæ haberent in manibus occultantes: nullaque miseratio vel cani erat capitis, vel infantis: sed abstractos pueros & ex bucella pendentes, humo allidebant. Si quis autẽ incurrentes anteuenisset, quodque rapturi fuerant deuorasset, tanquã læsi cruentiores erant. Acerbissimos autem cruciatus excogitabant, dummodo alimenta reperirent: nunc excruciantes genitaliũ vias, nunc virgis acutis podices transfigendo. horrendaque etiam auditu quis patiebatur: in vnus panis confersionem, & vt vnum pugnum farinæ abditum indicaret. Tortores autem nec esuriebant (minus enim crudele videretur, quod necessitas impetraret) exercentes autem dementiã suam, sexq; sibi dierum comæcatum præparantes, hisque occurrẽtes, qui per Romanorum custodias agrestis oleris herbarũque gratia colligẽdarum nocte erepissent, cum iam se hostes euasisse credebant, quæ attulissent eripiebant: multũque supplicatibus, & horribile Dei nomen implorantibus, vt aliquam partem sibi concederent eorũ, quæ cum periculo sibi collegissent, nihil penitus dabant: gratũque videbatur, si spoliati non perirent. Hæc quidem humiliores à satellitibus patiebantur. Honorati vero ædiuites ad tyrannos perducebãtur, quorum alij insidiarum falso accusati occidebantur, alij quia Romanis proderet ciuitatem. Et plerunque delator subornatus indicabat, quòd profugere voluissent. Si vero quem Simon expilasset, eum ad Ioannem remittebat: & quem Ioannes expoliasset, eum Simon excipiebat: sibi que inuicem propinabant sanguinẽ popularium, miserorũque cadauera partiebantur. Et dominandi quidẽ causa erat in vtroq; dissensio, scelerum vero cõcordia. Nam qui ex alienis malis partẽ alteri, sibi totũ vendicans, non dedisset, nequissimus videbatur. Et qui non accepisset, velut boni alicuius damno dolebat, quia crudelitatis parte caruisset. Singillatim quidem iniquitates eorum explanare non potero: vt autem breuiter dicam, neq; aliam ciuitatẽ vnquam talia perpessam puto, neq; vllam nationẽ post hominum memoriã malicia ferociorem fuisse. Postremò etiã genti Hebræorũ maledicebãt, vt

minus

minus impij viderentur in alicnos. Veruntamen, quod erant, & seruos se, & conuenas & degeneris gentis abortiones esse confessi sunt, Denique ciuitatem ipsi euertere, & Romanos inuitos hãc tristem admittere victoriam coegere: tardiùsque venientem in templum ignem penè traxere. Deniq; cùm hi ardere superiorem ciuitatem vidissent, neque dolere, neque illachrymauere: sed apud Romanos, qui hãc paterentur inuenti sunt. Verùm hãc quidem suo loco postea cum rerum documentis dicemus.

De Iudeis crucifixis & aggeribus combustis.

Cap. X I I.

T I T O autem aggeres proficiebant, quamuis à muro milites male afficerentur: parte verò equitatus missa, iussit per valles ad alimenta comportanda exeuntibus insidias tendi. Erant autem in his nōnulli etiam pugnatōres, quibus iã minime praeda sufficeret: maior verò pars ex populo pauperes, quos profugere deterrebat pro affectibus suis metus. nec clām enim seditiosis fieri posse sperabāt, vt cum coniugibus ac liberis diffugerent: eosque latronibus relinquere non patiebantur vice sua iugulandos. Audaciores autem faciebat ad exeundum fames, restabātque iam latitantes egredi, & ab hostibus capi. Deprehēsi autem necessitate repugnabant: metu supplicij, serōque videbantur supplicare: post pugnam itaq; verberati, & ante mortem modis omnibus excruciatī, contra murum cruci suffigebantur. Tiro quidem miserabilis videbatur ista calamitas, cùm Iudēi in dies singulos quingenti, nonnunquam etiam plures caperētur. Sed neque captos dimittere tutum erat, 20 tantāque asseruare multitudinem custodum videbat esse custodiam: maxime verò propterea non prohibuit, citius eos existimans ea facie remissuros. tanquā similia passuros, nisi se dedissent. Milites autem diuersis modis suffigebant, ira & odio & ludibrij causa: & propter multitudinē quā cepissent. iam spacium crucibus deerat, & corporibus cruces. Seditiosis verò tantum defuit, vt ea clade mouerentur, quod etiam in contrarium eis cessit, ad deterrendam reliquam multitudinem. Trāsugarum enim familiaribus ad murum tractis, & si qui erāt popularium prouiores ad pacem, & quæ paterentur, qui ad Romanos profugerent, demonstrabant: & qui comprehensi tenebantur, eos supplices non captiuos esse dicebant. Ea res inultos perfugere cupientium, donec 10 verum cognosceretur inhibuit. Fuerunt autem, qui statim dilapsi sunt, quasi ad verum supplicium properantes. Illatam enim ab hostibus mortem, comparatione famis requiem esse ducebant. Multis autem captiuorum Titus etiam manus abscidi præcepit, eosque ad Ioannem & Simonem intromisit, vt propter calamitatem nec viderentur profugi, nec crederētur: saltem nunc desinerent admonens, néve se compellerent ad excidium ciuitatis: sed lucrarentur in extremis mutata voluntate, & proprias animas, & patriam tãtam & templū, cuius participem non habebant. simul autem aggeres circumcundo, operantes vrgebat, veluti factis verba non multo post secuturus. Ad hãc in muris stantes, & ipsi Cēsari, & patri eius maledicebant, mortēque se contemnere clamabant, eāmque seruituti recte præferre, multa verò mala Romanis facere dum sperant, nec se nec patriam curantes, vt ipse diceret, perituros: mundūque Deo templum 40 hoc melius esse: quamuis & id seruaturus sit, qui incoleret: quem ipsos quoque auxiliatorem habentes, omnibus interminationibus illusuros. quibus facta non adfore: finem enim Dei esse. Talia conuiciis admiscētes vociferabantur. Et inter hãc Antiochus quoque aderat Epiphanes, multos alios armatos secum ducens, & præterea caterua stipatus qui Macedones appellabantur, omnes ætate pares & paulo maturiores adolescentibus, more Macedonum instructi armis & eruditi. vnde etiam nomen habebant, pleriq; tamen famā gentis æquare non poterant. Omnium enim regum qui Romanis parebant, felicissimum Comagenum fieri contigit, prius quàm fortuna mutaretur. Ostendit autem ille quoque in senecta ætate, nullū ante mortem beatum dici oportere. Cæterum filius eius adhuc eo vigente præsens se mirari aiebat, quidnā esset quod Ro- 50 manos adire pigebat muros. erat enim bellator ipse naturāque promptissimus, tātūque viribus, vt multum peccaret audacia. Cùm verò Titus ad hoc subrisisset, laborēque communem esse dixisset, sicut erat Antiochus cū Macedonibus in murum impetum fecit. & ipse quidē pro viribus suis ac peritia cauebat tela Iudæorum, sagittis eos appetens: adolescentes autem omnes præter paucos attriti sunt. Nam pudore promissionis

ff

diutius

diutius pugna certauerant, & ad extremum multi faucij recessere: hoc reputantes, quòd etiam viris Macedonibus vincere cupientibus fortuna opus sit Alexãdri. A Romanis enim duodecimo die mensis Maij aggeres inchoati, vix nono & vigesimo perfecti sunt, cum totos dies septem & decem laborassent: ingentes enim quatuor iacti sunt. & vnus quidem, qui erat ad Antoniã, & à quinta legione fuerat extructus, contra medium stagnum, quod Struthium vocatur: alter verò à duodecima viginti cubitis distans. Decima verò legio, quæ suprà memoratis præstat, in Septentrionali parte opus crexerat, vbi stagnum est quod appellatur Amygdalon. Ab hoc autem quintadecima legio triginta discedentem cubitis aggerem fecit ad pontificis monimentum. Iam verò admotis aggeribus, Ioannes sub fossa intus terra vsq; ad aggeres, Antoniam versus dispositis per cuniculum sudibus, opera suspendit: illatq; sylua pice ac bitumine illita, igni immittit. succensis autem fulcimētis, fossa repente subsedit, cumque magno sonitu in eam aggeres decidere. ac primo quidē cum puluere fumus ex alto excitatus est, cum ignem ruina concluderet, peresa verò materia qua premebatur, flāma iam clarior apparebat. Et Romanos repētini quidem facti stupor occupat: molitionem verò Iudæorum ægre ferebant, iamq; se vicisse credentium & spes eo casu refrixit, & in posterum subuenire aduersus ignem minus vtile videbatur, etiam si esset extinctus semel aggeribus deuoratis. Biduo verò post, alios etiam aggeres Simon cū sociis aggreditur. illa enim parte Romani admotis arietibus concutere murū cœperant. Tephthæus autem quidam ex Garfi ortus, ciuitate Galilææ, & Megassarum ex regalibus famulis Mariānes, cumque his Adiabenus quidā, filius Nabatæi, nomen habens ex fortuna Agiras, cuius est interpretatio claudus, raptis facibus in machinas euolarunt. hisque viris neque audaciores in illo bello extra ciuitatē apparuere, neq; magis horrendi. nam velut in amicos, non in agmen hostium excurrerent, nihil cunctati sunt, aut sublitere: sed per medios inimicos facto impetu, machinas incendere. acti autem missilibus, & gladiis detrusi, non prius à periculo demoti sunt, quàm ignis instrumenta corripere. Sublata verò iam flāma, Romani quidē concurrentes è castris, auxilio properabant: Iudæi verò ex muro eos prohibebant, manúsque cū his cōserebant, qui flammam extinguere conarentur propriis corporibus nullo modo parcentes. Et illi quidē arietes igni subtrahere, cum eorum tegmina cremarentur: Iudæi verò etiā per flammam eos retinere certabant. & quāuis feruens nacti essent ferrū, tamen arietes non amisere. Hinc autē flamma transit in aggeres, & auxiliantes præueniebat incendiū. Itaq; Romani flamma circumdati, quoniam seruare posse opera desperabant, in castra discedunt. Iudæi verò magis instabant, cum semper eorum numerus cresceret, ex ciuitate accedentibus adiumentis, minúsque cautos haberent impetus, freti victoria. progressi autē vsque ad munimenta castrorū prælio cum eorum custodibus decertabant. Est enim statio pro castris per vices succedentiū armatorum, & acerbissima in eos sanctio Romanorū, vt qui loco de qualibet causa cecidisset, occideretur. hi pœnali exitio gloriosa morte prælata, steterunt fortiter: eorūque necessitate simul ac pudore, plurimi fugientiū redierunt: balistisq; in muro dispositis, ex ciuitate accedentē multitudinem prohibebant, nihil pro cautione siue tutamine suorum corporum prouidentē. nam quoscūque obuios habuissent, cum his congregiebantur Iudæi: & in spicula irruentes incaute, ipsis corporibus inimicos feriebant. Sed neque hi actis magis quàm fiducia superabāt, & Romani plus audaciæ quàm quod malè tractarentur, cedebant. Iam verò Titus aderat ab Antoniã, quòd secesserat, locū aliis aggeribus prospiciens: multūque increpatis militibus, si cū hostiū muros obtinerent, in suis periclitarentur, & velut ex carcere contra se dimissis Iudæis, obsessorum paterentur ipsi fortunā, ipse cū electis militibus hostes à latere circunuenit, illi autē cū in ora ferirentur, contra eum conuersi durabant. mixta verò acie, puluis quidē lumina, clamor verò aures exuperabat, neq; aut amicum quisquam internoscere poterat, aut inimicum. Iudæis autē non tam virium fiducia, quantum salutis desperatione perseverantibus, etiā Romanos pudor armorum & gloriæ & præsentia periclitātis Cæsaris reddidit fortiores. Itaq; putauerim eos ad extremum nimia ferocitate animorum, vel totam multitudinem Iudæorum fuisse rapturos, nisi præuenito pugnae momento, in ciuitatem se recepissent. Corruptis autem aggeribus Romani

mæroro

mœrore tenebantur, quòd tam longum laborem vna hora perdidere, & multi quidem solutis machinis captum iri ciuitatem iam desperabant.

De muro extructo ab exercitu Romano circum Hierosolymam triduo.

Caput X I I I.



IT V S autem cum ducibus quid fieret deliberabat. Et callidioribus quidē placebat, omni admoto milite vi muros experiri: adhuc enim Iudæos cum exercitus parte dimicasse, vniuersi verò militis impetum tolerare non posse, verum sagittis esse obruēdos. Prudentiores autem rursus aggeres fieri suadebant: alij & sine aggeribus affideri, egressus eorū tantummodo obseruando, ac ne victus intro ferretur monebant, & ciuitatē fami relinquere, neq; cū hoste manu conflagrare: nec enim expugnari eorū confidentiam posse, quibus optatum est ferro procūbere, vel etiam sine hoc interficere, quæ sœuior est cupiditas. Ipsi autem Tito, cessare quidē prorsus tanto cum exercitu, honestū non videbatur: & pugnare cum his superuacū, qui semetipsos perdituri essent. Aggeres autē fieri, impendiorum penuria operosum iudicabat, egressus verò ciuitatis obseruari, operosius. Nec enim circundari eam propter magnitudinē locorūq; difficultatem, ab exercitu posse, & præterea ad excursus incautū: contra manifestam enim viam obseruatam, occultas vias excogituros Iudæos, tam necessitate quàm locorū scientia. Si quid autem clām esset illatum, diutius obsidionē trahendam, verendūq; ne victoriæ gloriam diminuat tēporis longitudo. Hæc enim cuncta quidem effici posse, sed celeritatem ante gloriam duci: debere tamen si celeritate vti velit & cautione, totā muro cingere ciuitatem. Hoc enim modo omnes exitus posse præcludi: & Iudæos aut omnibus modis salute desperata, ciuitatē tradituros, aut fame victos facillime capiēdos, aliter enim se non posse quiescere. Verum & aggeres curaturum esse, cū infirmiores habeat, qui prohibeant. Quod si cuiquam magnum opus & inextricabile videatur, eum considerare debere, quod neq; parū opus Romanos decebat facere: & sine labore magnum quid perficere, ne Deo quidem facile sit. His dictis duces exhortatus, iubet eos exercitus in opera distribuere. Diuinus autē quidam impetus militibus incidit: ambitūq; partiti, non solum rectores inter se, verū ipsi etiam ordines certabāt. Et miles quidem
30 decadarcho, decadarchus autem hecatontarcho, isq; chiliarcho placere properabat: chiliarchorū verò ostentatio ad duces vsq; pertinebat, ducum verò certamina Cæsar ipse diiudicabat. In dies enim singulos circuiens, opus sœpissime inspiciebat. Cœprum enim à castris Assyriorum, vbi ipse tēdebat, ad inferiorem Cænopolim murum duxit. Hinc per Cedronē ad Eleôn mōtem reuertens, à meridie montem complectitur, vsque ad saxum quod Peristereonos vocatur, eique proximum collem, qui super vallem imminet Siloam, ac inde ad Occidentē flexo ædificio, ad vallem fontis descendit. Hinc subiens ad Anani pontificis monumentū, circundato monte, vbi Pompeius castra posuerat, ad Septentrionalē redit regionem. Et cū præcessisset ad vicum, cui nomē est Erebinthonicus, post illum Herodis monumentū ab Oriente clausum castris suis con
40 iunxit, vnde cœperat. Murus quidem vno minus XL. stadiorum erat. Ad hoc autem foris castella tredecim ædificata sunt: eorum gyrus denis stadiis numerabatur. Torum autem opus triduo constructum est, vt id quidem dignum mensibus videretur, celeritas verò fide careret. Muro autem circumclusa ciuitate, per castella custodibus collocatis, primam quidem vigiliam noctis ipse circuiens explorabat: secundam verò Alexandro permiserat: tertia verò obtigit legionum ducibus. Somnos autem vigiles inter se sortiebantur, totaque nocte per castellorum spacia circuibant.

De fame Hierosolymorum & secundo aggere extructo.

Cap. X I I I I.



VD Æ I S autem cum exeundi facultate, omnis etiā spes salutis adempta est: auctaque iam fames, totas domos ac familias depascebatur. Et tecta quidem plena erant mulieribus exanimatis, atque infantibus: viarum autem angusta senibus mortuis. Adolēscētes autem ac iuvenes turgidi, velut vmbra mortuorum, per fora versabatur: & vbi quem casus occupauerat, decidebant. Sepelire autem funera, neque poterant præ labore, & eos quibus aliqua vis supererat, pigebat, & propter multitudinem mortuorum, & quod de ipsis erat incertum. Deniq; super eos

ff 2 quos

quos sepelierant, multi moriebantur. Multi autem ad sepulchra, priusquam fati dies veniret, & viui properabant: neque luctus in illis calamitatibus, neque fletus erat, sed fame superabantur affectus. Siccis autem oculis, & corruptis oribus, qui tardius morerentur, eos qui ante se requiescerent, tuebantur. Altum verò silentium ciuitatem, plenâque mortuis nox cōprehenderat, & latrones his acerbiores. domos enim, quæ tum sepulchra erant, & cadauera spoliabant, & velamina corporibus detrahentes, cum risu egrediebantur. hīsque gladiatorum mucrones probabant: nonnullōsque iacentium adhuc spirantes, ferro experiendi causa transuerberabant. Si quis autem manum rogasset aut ferrum sibi commodari, quo famem euaderet, superbissime negligebatur. Animas verò efflantium quisque, in morte templum obtutibus intuebatur, cū viuos relinqueret seditiosos. Illi autē, primo quidem sumptu publico iuebant mortuos sepeliri, cū foetorem ferre non possent: deinde quod non sufficebant, in valles eos ex muro præcipitabant. Quas circuiens Titus ubi plenas cadaueribus vidit, altâque saniem tabefactis corporibus defluentem, ingemuit: & extētis manibus Deum testabatur, factum illud suum non esse. Ciuitas quidem ita erat affecta. Romani verò, cū iam nemo seditiosorum auderet excurrere (nam etiam eos mœror, famēsque tangebat) dies lætos agebant: frumētī, aliarūque rerū necessariarū habentes copiam de Syria proximisq; prouinciis, multi autem iuxta murum stantes, magnâque alimentorū abundantiam demonstrantes, satietate sui famem hostium incendebat. Seditiosis autem nihilo magis calamitate cedentibus, Titus reliquias populi miseratus, & properans saltem hoc liberare quod superest, iterum aggeres inchoabat, quanquam difficulter materiam reperiret. omnes enim ciuitati proximas sylvas, opera prima consumpserant. à nonagesimo verò stadio milites alias congerebant: & Antoniâ ad solam ex quatuor partibus, maiores prioribus aggeres struebantur. Cæsar autem agmina circuiens, atque opus vrgens, quod in manibus eos haberet latronibus ostendebat. Sed illis pœnitudo planè perierat: & anima ac corporibus separati, vtrisque velut alienis utebantur. Nec enim vel animas affectio mansueta, vel corpora dolor tangebat, qui etiam mortuam plebem, quasi canes lacerabant, replebantque languentibus carcerem.

De cede Iudeorum intra & extra Hierosolymam.

Cap. XV.

30



ENIQUE Simon Mathiam, per quem obtinuerat ciuitatem, excruciatum peremit. Boethi filius erat, ex pontificibus populo maxime fidelis & carus. Is, cū à Zelotis male populus tractaretur, quibus iam Ioānes accesserat, vt adiutorem Simonē reciperet, populo persuasit: nulla cum eo prius habita pactione, nec aliquid mali metuens. Ingressus autem ille, postquam obtinuit ciuitatem, inimicum cum æque atque alios esse dicebat, qui pro se consilium dederat, velut hoc simplicitate suasisset: productūque eum & accusatum, quod cum Romanis sentiret, morte dānauit, ne purgationis quidem ei facultate concessa, cum tribus filiis suis. quartus enim ad Titum ante profugerat. Prius autem se occidi, quàm filios obsecrantem, atque hanc pro illa, quod ciuitatem ei aperuisset, gratiam postulantem, vt augetet eius dolorem, nouissimū iussit interfici. Ille quidem super cæsos in cōspectu suo filios iugulatur, coram Romanis productus: ita enim Simon Anano Bamadi filio præceperat, qui erat eius satellitum crudelissimus, cauillatus si quid eum iuarent, ad quos exire voluisset. corpora verò sepeliri prohibuit. Post hos Ananias quidā, pontifex, filius Masbali, nobilis, & scriba curiæ, vir fortis, ex Ammaunte genus ducens, & cum his quindecim ex populo clariores necantur. Iosephi verò patrem conclusum asseruabāt: missōque præcone denunciant, ne quis in ciuitate degentium vel colloqueretur cum eo, vel in vnum veniret, prodicionis metu proposito: & eos qui hæc cum illo deflerent, ante quæstionem perimebant. Ista videns quidam Iudas filius Iudæ vnus ex numero præfectorum Simonis, qui turrim ab eo sibi creditam custodiebat, fortasse quidem nonnihil etiam misericordia crudeliter pereuntium, magis autem sui prouidentia, conuocatis decem fidissimis contubernaliū: quousque tandem, inquit, hæc mala sustinebimus? quāve salutis spem habemus, seruantes pessimo fidem? Ecce iam fames oppugnat. Romani verò penè intus sunt. Simon autem bene

bene quoque meritis infidelis est: metusque etiam apud eum pœnæ, & apud Romanos certa fœderis dextera. Ergo age, tradito muro & nosmet seruemus & ciuitatem. Nihil autem graue Simon patietur, si cum de se desperauerit, pœnas citius pœdet. His ubi decem assensi sunt, mane ceteros quos subiectos habebat, per diuersum dimittit, ne quid eorum quæ cogitauerat proderetur. ipse vero de turri hora tertia Romanos inuocabat. illorum autem alij præ superbia contemnebant, alij non credebant, alios etiam pigebat, velut mox capturos ciuitatem nullo periculo. Interea vero, cum Titus ad murum cum armatis succederet, ante rem Simon cognouit, turrimque velociter occupat: Romanisque eos inspectantibus custodes peremit, & per murum proiecit corpora mortuorum. Ibique circueſes Iosephus (nec enim rogare cessabat) caput vulneratur lapide, statimque attonitus cadit. Excursus autem ad eius casum factus est ludæorum: abreptusque esset in ciuitatem, nisi Cæsar misisset, qui cum protegerent. Illis autem pugnantibus Iosephus quidem tollitur, parum quod ageretur intelligens. Seditiosi verò, tanquam interfecto quem maxime cupiebant, cum læticia conclamauerunt. Spargitur autem hic rumor per ciuitatem: ex quo residuam multitudinem moror tenuit, vere perisse credentem, cuius fiducia profugere cogitabant. Audito autem Iosephi mater in carcere, mortuum esse filium suum, ad custodes quidē, ex Iotapatis hoc ait certo se credere, nec enim uiuo potiri. Secreto autē fletis, ad ancillas hunc, inquit, fœcunditatis recepisse fructum, quod ne sepelire quidem sibi filium licuisset, a quo sepeliri sperasset. Verum ne illam quidem mendacium diutius cruciauit, neque latrones refecit. Cito enim curato vulnere Iosephus resipuit: progressusque clamabat, illos sibi non multo post vulneris pœnas duros. populum autē rursus ad fidem hortabatur. unde populo quidem fiducia, seditiosis verò stupor incidit eius aspectu. Profugorum autem alij statim de muro necessitate proſiliabant: alij velut ad pugnam cum lapidibus progredi simulantes, mox ad Romanos profugiebant. Hos autē læuior ea quam intus pertulerant fortuna cōſequebatur: & fame, quam domi reliquerant, velociorem apud Romanos inueniebant: ad exitum satietatem aderant nāque inflati ex inedia, & velut morbo intercutis aquæ turgidi. deinde vacuata replētes corpora disrumpebantur: nisi qui periti desideria cohibuissent, paulatimque cibum de ſueto corpori obrulissent. Verum & eos, qui hoc modo ſeruarentur, alia plaga ſuſcepit. Quidā apud Syros ex transfugis deprehenditur, è ſimo ventris aureos colligens. Transglutientes autem (ut ſuprà diximus) eos veniebant, quod cunctos seditiosi ſcrutabantur: & maxima vis auri fuerat in ciuitate: denique duodecim articeis comparabāt, quod antea viginti quinque valebat. Verū hac arte per vnum detecta, totis caſtris fama percrebuit, quod auro transfugæ pleni venirent. Arabum autem multitudo & Syri, ſciſſis ventribus ſupplicium minitabantur. Et hac ego clade nullam credo læuiorem contigisse Iudæis: vna denique nocte duorum milium patefacta ſunt viſcera. Et hac Titus iniuſtitia cognita, penē iuſſiſſet autores circumſuſo equitatu iaculis appeti, niſi magna fuiſſet multitudo. noxiarum multoque plures puniendi, quā qui fuerant interempti. Conuocatis autem auxiliariis ducibus, itēque militum Romanorum (nām etiam militum quosdam hæc tangebant inuidia) vtriſq; iratus dicebat: ſi qui militum ſuorum hæc committerent lucri cauſa incerti, nec arma propria quiſquam erubeſceret auro argentōq; facta: Arabes autem & Syri primo in alieno bello licenter calamitates inferrent: deinde crudelitatem in cædibus & in Iudæos odia Romanis aſcriberent, hac enim quosdā ſuorum milites infamia participare. & his quidem mortem interminatus eſt, ſi quis in eadem poſtea repertus fuiſſet audacia. ad legiones autem mandata dedit, ut ſuſpectos inueſtigarent, atque ad ſe deferret. Verum proſecto auaritia contemnit omne ſupplicium, ſæuiſq; hominibus lucrandi amor innatus eſt: nullaq; omnino calamitas plus habendi cupidini comparatur. Imò verò hæc aliās, & modū habent, & metu ſubiugantur. Deus autem, qui damnauerat populum, omnem viam ſalutis ad interitum verterat: denique id quod cum pœna interdixerat Cæſar, occulte in profugos admittebatur. Eſi quis transfugiſſet, circumſpectantes ante ne quis Romanorum videret, eos ſcindebant, & ex viſceribus quæſtum nefarium trahebant. in paucis autem reperiabatur, & pleroſq; ſola ſpes consumebat. Hic quidem caſus multos transfugarum reduxit.

De sacrilegio circa templum & relictis ex urbe cadaveribus & fame. Cap. XVI.



LOANNES autem, ubi rapina ex populo defuerat, ad sacrilegium sese conuerit: multa quoque donaria templi retinens, multa quoque vasa diuinæ rei ministerio necessaria, crateras, & lances, & mensas, ne vrceolis quidem abstinuit, quos Augustus eiusque vxor miserat. Romanorum quidem imperatores honoraueunt semper templum atque ornauerunt: tunc autem Iudæus etiam alienigenarum dona distrahebat. ad socios autem dicebat, sine metu diuinis abuti debere, qui pro Deo, qui pro templo militaret, & ex ipso alii. Propterea quoque sacrum vinum, & oleum, quod sacerdotes sacrificiis reseruabant, tutum erat effudisse. namque in templo & multitudini distribuit, & illi sine horrore vnebantur & potabant. Non equidem recusabo dicere, quæ dolor iubet. Puto si Romani contra noxios venire tardassent, aut hiatu terræ deuorandam fuisse ciuitatem, aut diluuiο perituram, aut fulminum ac Sodomæ incendia passuram. multo enim magis impiam progeniem tulit, quam quæ illa pertulerat. denique cum eorū pertinacia desperata, totum populus interiit. Et quid opus est singulatim narrare clades? Mannæus Lazari filius, transgressus ad Titum, per vnam portam quæ sibi credita fuerat centum & quindecim millia & octingenta dixit elata cadauera, ex quo die castra prope ciuitatem posita sunt, ex die quartadecima mensis Aprilis, usque ad calendas Iulij. hæc autem immensa est multitudo: nec tamen ipse fuit appositus portæ, sed publicam mercedem diuidens, mortuos ex necessitate numerabat. ceteros enim propinqui sepeliebant, sepultura autem fuit, elatos ex oppido prolicere. Post hunc autem nobiles profugi, omnia mortuorum egenorum sexcenta millia portis eiecta nunciabant: aliorum vero numeri minime posse comprehendere: cum autem pauperibus effendis non sufficerent, congesta in maximis ædibus cadauera esse inclusa, & frumenti quidem modium venisse saltem. post autem ubi muro circumdata ciuitate, ne herbas quidem legere iam liceret, ad hoc necessitatis quosdam fuisse compulso, ut cloacas rimarentur, bouumque veterem finum alimentum haberent, stercore quoque collectum, quod ne visui quidem tolerabile fuerat, cibus erat. Hæc Romani quidem audientes miserati sunt: seditiosos autem ne videntes quidem poenitebat, sed patiebantur usque ad ea progredi. fatum enim eos reddiderat cæcos, quod iam & ipsis imminabat & ciuitati.

FLAVII IOSEPHI

DE BELLO IYDAICO

LIBER VII.

De suffossione murorum, succensione aggerum & Sabino oppugnante murum. Cap. I.



CADES quidem Hierosolymorum in peius quotidie procedebant, cum & seditiosi magis accenderentur aduersis inclusi, postquam populum fames ipsosque iam possederat. Quin & multitudo congestorum in ciuitate cadauerum, & visu horrenda erat, odoremque pestiferum emittebat, cum excursus etiam pugnantium moraretur. Nam veluti per aciem ruerent, plurima cæde excitata: conculcare mortuos cogebantur: & qui super eos pedem ponerent, neque miserabantur, neque horrebant: nec saltem sibi augurio fore putabant contumeliam mortuorum. Gentili autem cæde polluti, dexteris ad externum bellum præparabant, tanquam exprobrantes Deo (ut mihi videtur) supplicij sui tarditatem. non enim spe victoriæ maior pars eorum, sed desperatione salutis ferocius ferebatur. Romani autem quamuis plurimum in aggreganda materia laborarent, tamen intra viginti & vnum dies aggeres erexerunt, attonsis omnibus ad nonaginta usque stadia circa oppidum lucis. Erat autem miserabilis terræ facies. nam quæ antea arboribus & paradisis ornata fuerat,

fuerat, ea tunc deserta præcis vndiq; arboribus cernebatur: nec ullus qui pridem Iu-
 dæam viderat alienigena & suburbana pulcherrima ciuitatis, cum eius solitudinem
 tunc videret, continere lacrymas poterat, vel non gemere mutatione quantum pristi-
 nis derogasset. Omnia namque insignia pulchritudinis, bellum deleuerat: nec si quis
 subito aduenisset, qui locum prius scierat, eum cognosceret, sed præsens quæreret ci-
 uitatem. Romanis autem ac Iudæis, finitum opus aggerum, par faciebat timoris initium.
 namque hi, nisi eos quoque exurerent, captum iri ciuitatem putabant: Romani autem, for-
 tasse nec voluntate sibi fore illis incensis alios parare, nam & materia defecerant: &
 labori quidem corpora militum, crebris vero offensionibus animi cesserant. Verum
 10 ciuitatis cladibus tristius Romani quam ciues in ea degentes afficiebantur: ad mala
 enim quæ hinc accidebant, etiam pugnatoribus nihilo segnioribus utebantur: sed eo-
 rum spes frangebatur, cum aggeres insidiis, machinæ soliditate muri, matius vero con-
 flictus audacia repugnantium superaretur: & præcipue, quod cum seditione famæque
 ac bello totque malis præstantiores Iudæorum animos inuenirent, virorum quidem
 inexpugnabiles esse impetus arbitrabatur, inuictam vero animorum magnitudinem
 quæ calamitatibus aleretur, nam quis eos in rebus secundis sustineat, qui malis ad vir-
 tutem incitarentur? Illi quidem propterea cautius custodias præparabant. Ioannis au-
 tem factio apud Antoniam, simul & quæ futura timebantur, si disiceretur murus ca-
 uebat, & antequam arietes admoueretur operibus instabat: nisi quia conatus eorum
 20 irritus fieret. Aggressi enim cum faucibus aggerum, spe decepti remcauere. Nam pri-
 mum ne concordare quidem eorum videbatur consilium, paulatim & per interualla, &
 cunctanter, non sine metu prosilientium, neque Iudæorum more, ut breuiter dicam, de-
 erant enim quæ propria gentis essent, audacia, cursus, & omnium simul impetus: &
 ut non sine offensione recederent. Languidiores vero progressi quam solebant, etiam
 Romanos solito promptiores offendere: qui corporibus quidem atque armis ita vndique
 aggeres sepsere, ut nusquam igni aditum relinquerent: animum vero ita confirmaue-
 runt, ne quis loco antequam occumberet moueretur, nam præter omnium rerum despe-
 rationem si etiam illud opus esset exustum, acerbissimus pudor milites occupauerat, si
 aut calliditati uirtus cederet, aut arma temeritati, aut peritia multitudini, aut Iudæis
 30 Romani. Simul autem missilia pro illis faciebant in prosilientes delata: & qui ceci-
 disset, posteriores impediens, ac periculum antecedentis molliores eos efficiebat.
 Qui vero intra teli iactum venire properassent, alij disciplina hostium & densitate per-
 territi, alij confixi hastis retrocedebant: & ad extremum alius alium timiditatis arguens,
 re infecta reuertebantur. Calendis autem Iulij tentata fuerat expugnatio. Iudæis au-
 tem inde digressis, Romani machinas admouere: quamuis ab Antonia saxi atque igni
 ferroque peterentur, & quodcumque hostibus telum necessitas attulisset, nam licet mul-
 tum moribus Iudæi confiderent, machinasque contemnerent, tamen eas applicare
 prohibebant Romanos. Illi autem Iudæis studium esse rati, ne murorum infirmitate
 Antonia læderetur: & fragilibus eam fundamentis suspicantes, contra certabant. Nec
 40 tamen quod feriebatur, ictibus obediebat: sed ipsi quidem crebris in se missilibus ia-
 ctis, cum nullis periculis desuper venientibus lassarentur, arietum opus vrgebant: cum
 vero inferiores essent, ac lapidibus frangerentur, aliis scutis super corpora concame-
 ratis, fundamenta manibus, & vectibus sustodiebant. Itaque saxi quatuor obstinato la-
 bore concussis, quietem utriusque nox attulit: & in ea murus arietibus labefactatus, ex qua
 parte prioribus Ioannes aggeribus insidiando murum suffoderat, subsidente cuniculo
 repente labitur. Verum præter spem utrorumque animi affecti sunt. Nam Iudæi quidem
 quibus mororem esse oportebat, quod ruina præter spem acciderat, & aduersus eam
 præcauti non fuerat, tanquam maneret Antonia confidebant. Romanorum autem inopi-
 natam lætitiā ex celeri subuersione natā, conspectus alius murus, quem intrinsecus Ioan-
 50 nes ædificauerat, cito restinxit. Verum tamen priore facilius oppugnatio videbatur.
 Tunc enim & ascensum per ruinas promptiorē, & Antonia esse infirmiorē murum qui
 recens erat, citoque destrui posset arbitrabatur. Nemo tamen eum audebat ascendere:
 quod ei qui primus id tentauisset, certissimum esset exitum. Titus vero spe atque oratione
 putans alacritatem pugnantium excitari, & adhortatione atque promissis sæpe quidem
 ff 4 pericul

periculorum nasci obliuia, interdum autem mortē solere contemni, in vnum cōgregatos fortissimos experiebatur dicens: Commilitōnes, hortari quidē ad ea quæ periculum non afferūt, aperte & ipsīs qui rogātur, & qui eos rogant, ignauia reprehensione parit, exhortatione autē opus est in solis rebus ambiguis; quippe illa per se quæq; gerere dignum est. Itaq; difficile vobis in murum esse ascensum ipse profiteor: quod autē, vel maxime oporteat glorię cupidos pugnare cum difficillimis rebus, pulchrūq; sit, cum laude mori, nec erit infructuosum si qui primi fortiter fecerint, prosequar. Primum quidem vos illud horretur, quod nonnullos fortasse deterreat, Iudæorum patiens animus, & in aduersis rebus dura constantia. Romanos enim eosq; milites, quibus in pace bella discere, in bello autē vincere cōsuetū est, a Iudæis manu vel animo ¹⁰ superari turpissimū est: idq; in fine victoria, cum etiam Dei nitamur auxilio. nanque offensiones nostræ, Iudæicæ desperationes sunt. Illorum autē clades, fauore Dei vestrisque virtutibus crescūt. Etenim seditio, fames, obsidio, murorumq; sine machinis casus, quid sit aliud quàm in illos ira Dei, nostrumq; adiumentū. Igitur nō solum deterioribus inferiores videri, sed etiā diuinum præsidium prodere, vobis non conuenit. Quo pacto autē non turpe videatur, Iudæos quidem quibus non magni pudoris est vinci, qui seruire didicerint, quo minus in posterum id patiatur, mortē contemnere: atque in nos medios frequēter excurrere, non victorię spe, sed ostentationis gratia: nos autem totius penē terræ marisq; victores, quibus etiam non vincere probro habetur, ociosos sedentes, ne semel quidē in hostes aliquid audaciter expertos, famem ²⁰ ac fortunam cum his armis operiri: maxime cum paruo discrimine totū possitis efficere. Denique in Antoniā si ascenderimus, habebimus ciuitatē. Nam & si pugnandū sit aduersum intus positos, quod non arbitror, attamen capiti ac respirationi hostium insedere victoriam nobis plenissimā repromittit. Equidem prætermisā nunc eorum laude, qui in bello cecidere, & immortalitate, qui Martio furore prostrati sunt, ex morbo pacis tempore mortem aliter sentientibus imprecor, quorū anima cum corpore sepultura damnatur. Quis enim virorū fortium nescit, quod animas in acie ferro corporibus absolutas, purissimum elementū æther hospitio receptas inter sidera collocat: manēsq; se bonos ac propitios heroas, videndos offerunt posteris suis? Quas vero morbus corporis tabēsq; consumpserit, & si maxime probris ac piacu- ³⁰ lis purgatæ sint, subterraneæ tenebræ operiunt, atq; obliuio suscipit, corporis simul & vitæ ac memoriæ sine circūscriptas. Quod si necessario mors homini decreta est, ad hoc autem omni morbo leuius est, ferri ministerium, cui non videatur ignauum negare vsui, quod debito redditurus sit. Et hæc quidem veluti seruari nequeant, vel qui conati fuerint, prosecutus sum. est autem salutis spes in maximis quoq; periculis qui virilem animum gerūt. Primum enim quod decidit patet incessui: deinde totum quod ædificatum est, facillime dissolui potest. Vósque plures hoc opus aggrediētes, alius alij pro adhortatione fietis atque subsidio: vestraq; obstinatio breui animos hostium frangat: ac fortasse nobis, si eam tantum cœperimus, incruenta res efficietur. Etenim ascendentes quidē nos prohibere scilicet conabūtur. si vero clam, vel etiam ⁴⁰ per vim aliquid egerimus semel, quamuis paucos non sustinebunt. Me autem profecto pudeat, nisi qui primus hoc fecerit inuidendum remunerationibus fecero: & qui vixerit, quidem nunc æqualibus præsit: beatissima vero præmia sequantur occisos. Talia dicēte Tito, cætera quidem multitudo periculi magnitudinem timuit: eorum vero vnus, qui in cohortibus militarent, Sabinus nomine, genere Syrus, vir & manu simul & animo fortis apparuit: licet si quis eum ante vidisset, quantum ex habitu corporis, ne specie quidem militem esse credidisset. erat enim calore nigro, exilis habitudine: sed anima quædam heroica in macro corpore, atque angustiore viribus suis habitabat. Cum primus itaque surrexisset, dedo me, inquit, tibi alacri animo Cæsar, & ante omnes in murum ascendo: atq; opto quidem, vt vires ac voluntatem meam ⁵⁰ sequatur fortuna tua. quod si cœpto casus inuiderit, scito me non præter spem, quod res aliter cesserit, sed quod sic decreuerim, pro te moriturum. His dictis, & scutū læua capiti prætēdens, strictoq; dextera gladio, circa horam diei sextam murum petebat, sequebātur autē ex aliis, qui soli eius virtutis æmuli esse cupiebant, vndecim viri. Multo

Multo autem omnes antecedebar diuino quodam impetu excitatus, cum de muro custodes iaculis & sagittis vndiq; infinitis appeterent, atq; ingentia saxa deuoluerent, quæ nonnullos de vndecim deiecerunt. Sabinus autem missilibus occurrens, licet obrueretur sagittis, non tamen antè impetum cohibuit, quàm summa muri prehenderet, hostesq; in fugam verteret. viribus enim eius atq; animi pertinacia territi, plurésq; ascendisse rati non steterunt. Qua in re fortunam quis veluti virtutibus inuideat, semperq; præclaris facinoribus officiat non incusauerit? Siquidem hic vir neq; ab incepto errauit, & offensione lapidis cum maximo crepitu pronus decidit. Vnde factum est, ut Iudæi reuersi, ubi solum & iacentem videre, ex omni eum parte iaculis peterent. Ille vero genibus nixus, & scuto protectus, primo quidem vlciscebatur hostes, multosq; ad se appropinquantem sauciauit: vulnerum autem multitudine remisit dexteram: & ad extremum priusquam redderet animam sagittis est obrutus, vir dignus pro fortitudine qui meliori fortuna vteretur. pro mensura vero cepti facinoris cecidit. Cæteri autem tres penè iam summa tenentes, obruti lapidibus perierunt, & octo sauciati detracti, & in castra relati sunt. Hæc quidem tertia die mensis Iulij gesta sunt.

Romani Antoniam inuadunt, & à Iudæis repelluntur.

Cap. I I.

B I D V O autem post viginti de numero excubantium per aggeres militum congregati, signiferum ordinis sui, & duos quosdam ex ala equitum, & tubicinem vnum ad se vocant: nonaque noctis hora per ruinas ad Antoniam ociose procedunt. occisis autem primis custodibus somno oppressis, murum obtinent, ac buccina signum dari præcipiunt: quo cæteri quidem vigiles subito exuscitantur, & fugiunt priusquam multitudinem quæ murum ascenderat, cernerent. nam & timor illis, & tuba imaginem quandam, ut magnum hostium numerum ascendisse crederent, ostendit. Cæsar autem signo audito, propere armat exercitum: & cum ducibus primis licitorum caterua comitatus, ascendit. Cum autem Iudæi ad templum interius confugissent, ipsi quoq; per cuniculum irruperunt, quem Iohannes aduersum Romanorum aggeres aperuerat. Dispositiq; amborum agminum seditiosi, tam Iohannis quàm Simonis, arcebant eos summa vi atq; alacritate repugnandi. siquidem excidij finem putabant, locum sanctum penetrasse Romanos, quod & his victoriæ principium fuit. Ad ipsum autem adytum validissima pugna committitur: his quidem templum vi occupare certantibus, Iudæis vero Antoniam versus eos repellentibus. Et sagittæ quidem ac hastæ vtriusq; inutiles erant, strictis autem ensibus dimicabant. Neque conflictu discerni poterat, ex qua parte quisq; pugnaret, permixtis viris & propter angustias permutatis, cum & vocis intellectum magnitudo confunderet, multaque mors esset vtrinque, armaque simul & cadauera iacentium concalcata frangerent præliantes. Semper autem si bellum fluctuans grauasset alteram partem, potiorum exhortatio & inferiorum conquestio nascebatur. Neque aut fugæ, aut persecutioni locus erat: sed propinquæ mutationes confligentium, & inclinationes permixte fiebant exercitus. Qui vero inter primos stetissent, aut occidendi aut moriendi necessitate habebant, quod refugere non dabatur. nam & posteriores vtriusq; partis, suos in frontem vrgebant, nullumque inter dimicantes bello vacuum intervallum reliquerant. Cum autem Iudæorum animi Romanorum peritiam vincerent, iamque omnino tota acies pelleretur (à nona enim hora noctis ad septimam dici usq; pugnant) hi quidem simul omnes excidij periculum pro nutrimento virtutis habebant: Romani vero exercitus parti (nondum enim ascenderant legiones, illisque spes pugnantium nitebatur) satis esse visum est in præsentia, Antoniam obtinere.

De Iuliano Romano milite insigni fortitudine.

Cap. I I I.

I U L I A N V S vero quidam cæturio ex Bithynia non ignobilis, quem in illo bello & armorum peritia & viribus corporis & animi spiritu omnium fortissimum ipse cognoui, ubi Romanos iam cedere & male repugnare conspexit (propter Titum autem apud Antoniam stabat) subito profiliit, iamq; Iudæos vincētes solus ad interiorem usq; templi angulum persecutus est. Fugiebat autem vniuersa multitudo, neq; vim eius neq; audaciam hominis esse opinantes. At ille per medios ruens, quos alios aliò disiecerat, ipsos quos occupasset interficiebat: eaque facie

ff 5

nihil

nihil Cæsari admirabilius, aut aliis horribilibus visum est. Verū & ipsum profecto fata persequabantur, quæ ab homine vitari non possunt. Calceos nanq; habens, creberri-
mis atq; acutis clavis, vt cæteri solent milites, fixos, dum strato faxeis crustis solo cur-
reret, labitur: magnôq; cum armorū sono deiectus, in tergū fugientes reduxit. Et Ro-
manorū quidem clamor ex Antonia sublatus est, salutis eius metuentium: Iudæi vero
multi simul gladiis & hastis vndiq; feriebat. Ille autem multā quidem ferri vim scuto
excipiebat: sæpe autē conatus erigere se, percutientiū multitudine reuolutus est, &
iacēs tamē gladio multos perculit. nec enim cito peremptus est, quādo galea & tho-
race omnia mēbra neci opportuna septus erat. nanq; diu ceruicē contraxerat, donec
concisis aliis eius mēbris remisit vires, cū ei nemo auderet succurrere. Nimius au-
tem dolor Cæsarē tenuit, vbi tantæ fortitudinis virū in conspectu tantæ multitudinis
vidit occidi: & quod locus se quidē intercludebat auxiliū ferre cupientē: alios autē,
ne possent, metus impediēbat. Iulianus igitur diu cum morte luctatus, cū nō pau-
cos interfectorum suorum saucios reliquisset, ægrē peremptus est: magna sui gloria,
non apud Romanos tantum & Cæsarē, verum apud hostes quoq; relicta, Iudæi vero
etiam mortui raptō corpore, Romanos in fugam verfos, in Antoniā conclusere. For-
titer autē in eo prælio decertauere, Alexas quidem & Gyphthæus, ex agmine Ioan-
nis: ex parte vero Simonis, Malachias, & Mertonis filius Iudas, & Sosæ filius Iaco-
bus, dux Idumæorum: Zelotæ vero fratres duo filij Iairi Simon & Iudas.

Iosephi oratio pro ditione Iudæorum, & profugium eorum.

Cap. II. 20



I T V S autem militibus suis imperat Antoniæ fundamenta diruere, faci-
lémque ascensum cuncto exercitui præparare. Ipse vero Iosepho ad se vo-
cato (nanque audierat eo die qui erat mensis Iulij septimus decimus, diui-
nam obseruantiam, quæ entelechismos vocatur, virorū penuria defuisse,
eāque re populū nimis dolere) iterum dici Ioanni præcepit quæ ante mandauerat:
quod etiā si quis eum pugnādi sæuus amor teneret, cum qua placeret ei multitudine,
ad bellum progredi liceret: dum modo non vnā secum & ciuitas interiret simul
& templum: sanctū tamen locum violare desineret, néue in Deum nefas admitteret.
Potestaté autē haberet si vellet, sacra intermissa celebrare per Iudæos quos ipse de-
legisset. Itaq; Iosephus, ne soli Ioanni hæc intimarentur, sed etiā pluribus, vnde exau-
diri posset constitit, & mandata Cæsaris Hebraico sermone disseruit. Multū autē eos
quo patriæ parcerēt precabatur, ignémque depellerent iam templo cōtiguū, Deoq;
vota redderēt consueta. His dictis populus tristitia simul & silentio tenebatur. Multis
autem conuiciis tyrannus Iosepho cum execrationibus lacerato, postremò addidit,
nunquā sibi excidiū esse metuendum quoniā Dei ciuitas esset. Atque cum exclama-
tione, sanē vero, inquit Iosephus, eam purā Deo cōseruasti, inuiolatāque sancta man-
sere: nec in eum cuius speras auxilium, quicquā impium deliquisti: sed solennia sacra
consequitur. Et si quidē tibi quisquam quotidianū auferat cibum, impiū cum hostem
putabis: Deum vero, quē perpetua religione priuaueris, belli auxilio speras futurū?
Et Romanis peccata imputas? qui nostras leges etiā nunc tuentur: & quæ ipse inter-
cidisti sacra, Deo reddi compellūt. Quis non inopinatæ mutationis causam gemat,
ac defleat ciuitatē? cū alieni quidē, hostēsque impietatē tuam corrigāt: tu vero Iu-
dæus, & inter leges educatus, illis quoq; in has sæuior inueniaris. Atqui Ioannes etiā
pœnitere malorū, non est turpe in rebus extremis, bonūque tibi exemplū patriam
seruare cupienti propositum est, Iechonias rex Iudæorum: qui quondam Babyloniis
bellum sibi inferentibus, sponte ciuitate priusquā caperetur excessit, & cum cognā-
tione sua voluntariam captiuitatē sustinuit, ne hæc sancta hostibus proderet, Deique
domū videret exuri. Ob hoc sacra Iudæorū commemoratione laudatur: cūq; me-
moriam trāsmissa per secula semper noua immortalē posteris tradidit. Bonū ō Ioannes
exēplar, & si periculū præsto sit: ego autē veniam quoq; tibi à Romanis spōdeo, dum
memineris, quod gentilis moneā, & Iudæis ista promittā, spectarique oporteat, quis
sit author, & vnde consiliū. Absit enim vnquam me ita captiuum viuere, vt genus aut
leges patrias obliuiscar. Rursum indignaris & clamas, mihique maledicis. Etiā acer-
biora mereor, qui hæc aduersus fata suadeo, Deique sententia condemnatos seruare
contendo.

contendo. Quis ignorat scripta veterum prophetarū, & responsum impendens miserimæ ciuitati? Iam tunc enim eius excidiū prædixere, cum quis homicidium gentile cœpisset. Vestrorum autē cadauerum non ciuitas tantū, sed etiā templum omne repletum est. Deus planè, Deus ipse cum Romanis ignē sibi lustrationis infert, tótq; scelerum plenā exurit ciuitatē. Hæc Iosepho cum fletu & lacrymis prosequente, vox eius singultibus interrupta est. Et Romani quidem miserati dolorem, admirati sunt. Ioannes autē eiúsque socij magis contra Romanos irritabantur, illum quoque capere cupientes. Nobiliū tamen plurimos commouit eius oratio. Et nonnulli quidē seditioforū custodias formidantes, locis suis manebant, iamdudum certi de suo pariter
 10 & ciuitatis exitio. Fuerunt autē, qui captō discessionis tempore, ad Romanos confugēre: in quibus erant pontifices Iosephus & Iesus. Filij verò pontificum, tres quidem Ismaēlis, cui apud Cyrenen fuerat caput abscisum, & Matthiæ quatuor: alterius verò Matthiæ vnus, qui post interitū patris aufugerat, quē Simon Gioræ cum tribus filiis, vt suprà dictum est, interemit. Multi autem nobiles cum pontificibus defecere: eósq; imperator cū per alia humane suscepit, tum sciens in alienigenis moribus illis versari molestum esse, in Gophnam dimisit, vt ibi manerent interim, multas etiā pollicitus possessiones cuique peracto bello se redditurū. Illi quidem in destinatum municipium læti cum omni cautione discedunt. His autem in ciuitate non visis, rumor seditiosis iterum diffamatus est, quòd Romani transfugas occidissent, vt hoc metu videlicet à fuga reliquos deterrerent. Et paulisper quidem hæc calliditas eorum, sicut
 20 antea, valuit, timor autem profugere cupientes inhibuit. Rursus autē postquam eos Titus reuocatos à Gophna cum Iosepho murum circumire, & populo conspici iussit, multi ad Romanos fugiebant. In vnum verò congregati, & ante Romanos stātes, cum lacrymis atque vlulatu seditiosos rogabāt, primo quidē vt in ciuitatem Romanos susciperent, patriamque seruariēt: si hoc displiceret, saltem de fano exirēt, templūque sibi liberarēt. Nec enim ausuros sine maxima necessitate Romanos ignem sanctis immittere. His illi magis aduersabantur, multaq; in transfugas vociferati conuitia, supra sacras portas iacula & balistas & saxorum disposuere tormenta, vt omne quidem circum fanum spaciū multitudinem mortuorum sepulchro, templum vero
 30 ipsū castello simile videretur. In loca verò sancta & inaccessa, cum armis adhuc & manibus gentili cæde calentibus insiliebant: & ad hanc processere legis iniuriam, vt quam Iudæos indignationem oporteret exercere si hæc Romani admitterēt: ea tunc in Iudæos propria sacra temerantes, vterentur Romani milites. Nemo sanè fuit eorum, qui non cum honore templum aspiceret, atque adoraret: latronésque optaret, antequam immedicabile malum contingeret, pœnitere. Titus autem dolens vicem eorum, iterū Ioannem eiúsque socios increpabat, dicēs: Nónne vos, ô sceleratissimi, cancello, sanctum locum protexistis? Nónne literis Græcis ac nostris incisās tabulas constituistis, quibus ne septa cuiquā transgredi liceret edicitur? Nónne eos qui trāsissent, quamuis Romanus quis esset, vobis necare permisimus? Quid igitur in eo
 40 etiam mortuos conculcastis, ô nocentissimi? Aut cur templum & externi & gentilis sanguinis confusione polluistis? Testor ego patrios deos, & si quis vnquā hunc locū antè aspexit (nunc enim neminē credo) itémq; testor & exercitum meum & Iudæos qui apud me sunt, & vos ipsos, quòd non ego vos violare hæc compellam: quin & si locū acies vestra mutauerit, neque accedet ad sancta quispiam Romanorū, nec quicquam in eorū contumeliam faciet. seruabo autē vobis etiam templum nolentibus.

De iterata pugna, extructis aggeribus, & excursionibus Iudeorum.

Cap. V.

50 **H**Æc Iosepho internunciante principis dicta, latrones ac tyranni existimantes non beneuolentia, sed timiditate hos sermones fieri, in superbiam tollebantur. Titus autem, qui neque seipsum miserari eos, neque templo parcere prospiciebat, rursus bellū gerere decreuit. Sed vniuersum quidem his militem, quòd locus cum non caperet, inferre non poterat. Tricenis autem de singulis centuriis viris fortissimis lectis, etiam chiliarchis singulis milenos attribuit: hisque duce præposito Cereali, hora noctis nona iubet in custodias impetum

impetum fieri. Cùm autem ipse quoque in armis esset, vnâque descendere statuisset, amici eum propter periculi magnitudinē ducùmque dicta continuerunt. plus enim operis eum in Antonia præidentem militū certamini facturum esse dixerunt, quàm si periculum subisset: omnes enim fore sub oculis imperatoris optimos bellatores. His dictis paruit. Deinde ob hoc solum se manere locutus ad milites, vt de corū virtute iudicaret: ne aut fortis quisquā indonatus abiret, aut contra impunitus ignauus lateret: sed omnium spectator ac testis fieret ipse, qui & vlciſcendi & remunerandi esset dominus: illos quidem ad aciem hora qua suprà memoratum est, dimisit. Progressus autē ad speculam in Antonia quid fieret expectabat. Verum hi qui missi fuerant, non ita, vt sperabant, somno oppressos inuenere custodes: sed coortis cum clamore, confestim manus conseruere, excubitorum autem tumultu exciti cæteri cæteruatim excurrere. Itaque primorum quidem impetum excipiebant Romani: qui autem illos sequeretur, in agmen proprium incidebant, multisque suorum velut hostibus vtebatur. Vocis nanque agnitionem confusus partium clamor, oculorum autem singulis nox ademerat: cùm præterea quosdam furor cæcos, alios iracūdia, alios timor efficeret: idcirco obuium quenque sine discretione feriebat, Romanis quidem scutorum coniunctione septis, & per globos profiliētibus, ignoratio minus nocebat: signi enim sui quisque meminerat. Iudæi verò disiecti, tam impetus quàm recessus temere facientes, sæpe imaginem inter se hostium aliis alij demonstrabant: cùm reuertentem suum quisque per tenebras, quasi Romanum aggredientem exciperet. Denique plures à suis quàm ab hostibus sauciati sunt, donec orto die, visu iam pugna discerneretur: & in acie stantes ordine, sagittis atque telis vterentur. Neutri vero cedebant, neque labore fatigabantur. Sed Romani quidem & sigillatim, & multi simul in conspectu imperatoris de virtute certabant: illūque diem sibi quisque promotionis initium fore putabat, si fortiter dimicasset. Iudæis autem & proprium cuiusque periculum, & quòd templo metuerent, ministrabat audaciam: quod tyrannus stans hos rogaret, alios verberaret, & ad pugnandum interminationibus incitaret. Quominus autem plerumque pugnatum est, sed cito & breui momento prælia mutabantur. neutra enim pars prolixum fugæ spaciū vel persecutionis habebat. Pro suorum autem euentu ex Antonia tumultus erat, & confidere superantibus, & stare si fugerent, acclamantium: eratque veluti quoddam belli theatrum. nec enim vel Titum, vel alios, qui vnà erant quicquam eorum quæ in pugna gerebatur latebat. Postremo nona hora noctis cæpto prælio, quinta dici dissoluti sunt, cùm neutri eo loco vnde pugnam iniere certa fuga cessissent, verum mediam in ancipiti prælio victoriam reliquissent. Romanorum quidem plurimi nobiliter decertarunt. Iudæorum vero partis quidem Simonis, Iudas Mertonis filius, & Simon Iosif: Idumæique Iacobus, & Simon, hic Cathlæ filius, Iacobus autem Sofæ: de Ioannis autem sociis Gypthæus & Alexas: & de Zelotis, Simon filius Iairi. At Romanorum reliqua manus, die septimo subuersis Antonia fundamentis, latam viam vsque ad templum fecit. admotæque muro legiones, mox aggeres inchoabant: vnum contra interioris templi angulum, qui ad Septentrionem Orientemque spectabat: alterū contra exhedram, ad Aquilonis partem inter duas portas ædificatam. aliorum duorum vnum cōtra porticum Occidentalem templi exterioris, alterum contra Septentrionalem. Magno tamen opus cum labore ac miseriis proficiebat, cùm materias à centesimo vsque stadio deportarent. Interdum autem insidiis lædebantur: cùm ipsi quidem vincendi facultate minime cauerent, Iudæis vero propter desperationem salutis audacioribus vterentur. Nonnulli enim equitum, quoties ad ligna siue fœnum colligendum exissent, interea dum id facerēt, equos suos frenis exutos pasci sinebāt: quos Iudæi per cuneos erumpentes rapiebant. Itaque cùm id crebro fieret, Cæsar existimans, quod erat verum, negligentia suorum magis quàm Iudæorum virtute rapinas contingere, tristi animaduersione cæteros ad equorum custodiam reuocare statuit: vnōque milite qui equum perdiderat morte damnato, eo metu equos suos cæteris conseruauit. Nunquam enim eos posthac in pascua dimittebant, sed tanquam natura his connexi ad necessitatem egrediebantur. Illi quidem templum oppugnabant, aggeresque erigebant.

bant. Altera verò die post eorum ascensum, multi seditioforum, quos rapinæ defece-
rant & fames vrgebat, congregati, in præsidia Romanorum, quæ Eleôn mentom ver-
sus collocata erant, circa vndecimā diei horam impetum faciunt. sperabant enim pri-
mo quidem inopinatos, deinde curadi corporis causā quiescentes, facile decipi posse.
Verum cognito illorum conatu, Romani de propriis custodiis celeriter collecti ob-
stabant eis, murum transcendere ac perrumpere violenter ambitum conatis. Confla-
to autem vehementi prælio, & alia multa ab vtraque parte fortiter gesta sunt: cum Ro-
mani præter fortitudinem etiam bellandi peritia, Iudæi verò immoderato impetu &
effrenatis animis vterentur. Dux autem his pudor erat, illis necessitas. nā & amittere
10 Iudæos, veluti laqueis irretitos, Romanis turpissimum videbatur: & illi vnam spem sal-
utis, si murum vi perrumpere possent, habebant, & quidam ex ala equitum, Pedanius
nomine, Iudæis in fugam versis, atque in vallem coactis equo in aduersum montem à
latere incitato præteruectus, rapit vnum ex hostibus fugam petentem, iuuenē & gra-
uem corpore, & armis vndique septum, talo comprehensum. Tantum se inclinavit
equo currente, tantamque dexteræ vim itémque cæteri corporis, & equestris peritiæ
demonstrauit. Ille quidem tanquam munus aliquod rapuisset, captiuum ferens, ad
Cæsarem venit. Titus autē vires eius, qui ceperat admiratus, & captiuo, quia murum
aggredi tentauerat supplicio tradito, ipse templi oppugnationem curabat, utq; agge-
res mature fierent perurgebat. Inter quæ Iudæi aduersis præliis male tractati, tume-
20 scente paulatim bello & in templi serpente perniciem, sicut in putrefacto corpore as-
solet, membra peste occupata, præuenientes ne vltius procederet, abscindebant.
Porticus enim parte, quæ ab Aquilone in Orientem pertinens Antonia iungebatur,
incensa, deinde ad x x. ferè cubitos abrupte, immisso sanctis incendio manibus suis.
Biduo autem post, prædicti mensis vicesimo & quarto die, Romani porticum inflam-
mauerunt: & vsque ad quartumdecimum cubitum igne progressi, Iudæi similiter cul-
men abiiciunt, neque omnino recedentes ab operibus, & Antonia continentia diri-
mentes, cum liceret eis ac deberent incendium prohibere. Itaque immisso igne, cur-
sum eius otiose pro sua vtilitate metiebantur. Circa templum autem nunquam prælia
cessauere: sed frequens erat paulatim contra se excurrentium pugna. Iisdem autem
30 diebus, quidam ex Iudæis, vir & corpore brevis, & vultu despicabilis, tamque genere
quàm rebus aliis viliissimus, Ionathas nomine, progressus ad Ioannis pontificis monu-
mētum, cum alia multa superbe ad Romanos prolocutus est, tum quem fortissimum
haberent ad singulare prælium prouocauit. At qui contrà stare, multi quidem dedi-
gnabantur: erant autem inter eos (ut assolet) etiam, qui timerent: quosdam verò non
inconsulta mouebat ratio, cum mortis cupido non debere configere. Nam qui de sa-
lute desperassent, eos neque cautos impetus habere, neque Deum vereri: & cum his
in discrimen venire, quos neque vincere magnum sit, & vinci cum dehonestamento
periculosum, non fortitudinis, sed ferocitatis videri. Quum autem diu nemo proce-
deret, multaque Iudæus eorum timiditati illuderet, homo arrogans & superbus, Ro-
40 manus ex ala equitum nomine Pudens, insolentiam eius exosus, fortasse autem etiam
corporis breuitate sublati, inconsulte profiliit: & cæteris commissa cum eo pugna ri-
sum præbuit, à fortuna proditus. Lapsus enim Ionathas interfecit: deinde pede supra
mortuum posito, læua scutum, dextraque cruentum gladium coruscabat: armisque
cum fremitu concussis, exercitui & iacenti insultans, spectantes Romanos increpa-
bat: donec eum tripudiantem & vana iactantem, Priscus centurio sagitta transfixit:
còque facto, & Iudæorum & Romanorum clamor varius excitatus est. Ille autem do-
lore in vertiginem tortus, supra corpus hostis incubuit: bellique felicitatem ratione
carentem quàm velox vltio sequeretur ostendit.

Romani flammis pereunt dolo Iudaico, & de Artorio quodam.

Cap. V I.

50



EDITIOSI verò templum tenentes aperte quidem & quotidie militi-
bus in aggeribus positos repugnabant. Vicesimo autem septimo die præ-
dicti mensis, huiusmodi dolum excogitant. Occidentalis porticus spatiū,
quod inter culmen & trabes erat vacuum, syluis aridis, itémque sulfure ac
gg bitumine

bitumine repleuere. Deinde velut oppressi cedebant. Quare multi quidem temerarij fugientibus instabant, & in porticum ascendere positis scalis nitebantur. qui vero prudentiores erant, nullam fugæ causam Iudæis fuisse cogitantes, locis suis manebant. Verùm porticu repleta his qui ascenderant, ignem immittunt Iudæi. excitatq; vndique subito flamma Romanos & qui extra periculum steterunt ingens stupor inuasit, & desperatio quos incendium ceperat occupauit. flammis enim cincti semetipsos retrorsum in oppidum, alij verò in hostes præcipitabant: multi spe salutis desilientes in puteos, ilico debilitabantur: alios, dum conantur, præueniebat incendium: alij ferro flammam anteuertebant. statim verò & alios fugientes ignis comprehendebat, plurimum peruagatus. Cæsarem verò licet morientibus indignaretur, quòd iniussi 10 porticum ascenderant, misericordia tamen eorum tetigit. Cùmque nemo prohibere posset incendium, hoc erat tamen solatio pereuntibus, quia videbant eius dolorem, pro quo ipsi animam perderent. Vociferans enim, & ante alios prosiliens, & comites suos quàm possent auxilium ferre obsecrans, cernebatur. Eiusque voces & affectiones quisque, velut aliquam præclarissimam sepulturam, secum auferens moriebatur. Nonnulli tamen recepti in partem porticus latiore, flammarum quidem periculum euasere. obsessi autem à Iudæis, cum diu saucij restitissent, postremo vniuersi cecidere. Post omnes autem quidam iuuenis, nomine Longus, toti huic ornameto fuit calamitati: & quamuis sigillatim digni sint memoria, qui periere, omnium tamen fortissimus demonstratus. Quem Iudæi quidem, & quia fortis erat, & quia interficere eum 20 cupiebant, ad se descendere promissa fide hortabantur. Frater verò eius Cornelius, qui ex altera parte stabat, ne gloriam suam Romanamque militiam dehonestaret orabat: cui magis obtemperauit, sublatoque altius gladio, vt ab vtrisque partibus cerneretur, semetipsum occidit. Eorum autem quos ignis obsederat, Artorius quidam, calliditate seruatus est. Appellato enim clara voce Lucio quodam, commilitone & contubernali suo: hæredem te, inquit, relinquo totius patrimonij mei, si me exceperis. Cum autem ille prompto animo accurisset, ipse quidem, qui se in eum proiecerat, vixit: Lucius verò pondere oppressus, constratoque lapidibus solo allisus, continuo moritur. Ea calamitas paulisper quidem Romanis tristitiam comparauit, in posterum tamen cautiores effecit, & aduersus Iudæorum insidias iuuat, quibus plerumque loca morésq; 30 hominum nescientes lædebantur. Exusta est verò porticus ad turrim vsque Ioannis, quam ille belli tempore quod cum Simone gerebat, suprà postes qui in Xystū ducebant ædificauerat. reliquum verò Iudæi, postquam consumpti fuerant, qui ascenderat, absciderunt. Postero autem die Romani quoque, porticum quæ in Boreæ parte fuit, ad Orientalem vsque totam incendunt: continentem angulos eius, quæ appellatur Cedronos, super vallem ædificata: vnde etiã profunda erat & horribilis eius altitudo.

De fame Iudæorum.

Caput VII.



CIRCA templum quidem ita se res habebant. Eorum verò qui per ciuitatem fame corrumpebatur, infinita multitudo moriebatur. Inenarrabiles 40 autem clades eueniebant. Per singulas namque domos sicubi aliqua vestigia cibi apparuissent, bellum ilico gerebatur: & amicissimi inter se ad manus veniebant, miseris diripientes animis viaticum. Fides autē penurix nec morientibus habebatur: sed etiam quos viderent expirare, scrutabantur latrones: ne quem fortè cibum sinu occultans quispiam, moreretur. Ipsos autem spes egestate victus hiantes, veluti canes rabidos decipiebat: & impingentes in ostia, tanquam ebrij ferebantur, easdemque domos bis ac ter eodem momento desperatione inquietabant: omniãque dentibus necessitas subigebat: & ea colligentes, quæ nullū, quamuis sordidissimum mutorum animalium, non horreret, comedere patiebantur. Denique nec cingulis nec calciamentis abstinuere, coriãque scutis detracta mandebant. 50 Quin etiam fœni veteris laceramenta victui habebantur: cuius nonnulli exiguū pondus quatuor Atticis vænundabāt. Et quid opus est famis improbitatem ex rebus anima carentibus demonstrare? Factum enim relaturus sum, neque apud Græcos, neque apud Barbaros cognitum, & dictu quidem horrèdum, auditu verò incredibile. Itaque libenter

libenter hanc calamitatem intermitterem, ne mentiri me posteri æstimarent, nisi testes multos haberem, & fortasse patriæ frigidam referrem gratiam, parcius ea differens, quorum fata perpeffa est.

De muliere quæ per famem filium coxerat.

Cap. VIII.

MULIER quædam ex numero trans Iordanem habitantium incolarum, Maria nomine, Eleazari filia de vico Vetezobra, quod significat domus hyssopi, genere ac diuitiis nobilis, cum alia multitudine refugiens in Hierosolymam recepta, cum ceteris obsidebatur. Huius alia quidem bona tyranni diripuerunt, quæ ex transannanis locis in oppidum comportauerat. Reliquias
 10 verò conditorum, & si alimenta reperissent, irrumpentes domû eius satellites, quotidie auferebant. Grauitè autè mulier indignabatur: propterea quæ sæpissime raptoribus maledicens, & imprecans, eos contra se vehementius iritabat: cum neque iratus, neque miserans, eam quisquam vellet interficere. Sed viétum quidem parando aliis parabat: vndique autem adempta iam erat ei etiam rapiendi facultas, famésque visceribus & medullis irrepsérat. Plus verò quàm fames iracundia succendebat. Igitur vi animi ac necessitate impulsà, rebus aduersis contra naturam excitatur: raptóque filio, quem lactentem habebat, miserum te, ait, infans, in bello & fame & seditione cui te seruauero? Apud Romanos etiam si vixeris, seruiturus es: fames autem præuenit seruitutem: his
 20 verò seditiosi sæuiiores sunt. Esto igitur mihi cibus, & seditiosis furia, & humanæ vitæ fabula, quæ sola deest calamitatibus Iudæorum. Et hoc simul dicens, occidit filium, coctumque medium comedit. ad opertum verò reliquum seruauit. Ecce autem aderant seditiosi, & contaminatissimi nidoris odore capti, mortem ei statim, nisi quod parasset, ostenderet, minabantur. Illa verò bonam partem se reseruasse respondens, aperit filij reliquias. Illos autem confestim horror cepit atque dementia, visuque ipso dirigerunt. At mulier: & hic, inquit, est vere filius & facinus meum. comedite: nam & ego comedi. Nolo ut sitis aut fœmina molliores, aut matre misericordiores. Quòd si vos pietatè colitis, & mea sacrificia repudiatis, ego quidem comedi. Reliquum eius me manebit. Post hoc illi quidem tremantes exierunt, ad hoc solum timidi, vixque hoc cibi matri cessere. Mox autem repleta est eo scelere tota ciuitas: & vnusquisque ante oculos sibi
 30 cladem illam proponens, tanquàm hoc ipse admisisset, horrebat. Ab omnibus autè quos fames vrgebat, properabatur ad mortem: & beati appellabantur, qui priusquam id paterentur interiissent. Cito autem Romanis etiam nunciata est illa calamitas. eorúmque alij non credebant, alij miserabantur, multos autem vehementius eius gentis odium cœpit. Cæsar autem super hoc Deum placabat: siquidem Iudæis pacè obrulisset, eisque liberam proposuisset omnium obliuionem, quæ commiserant. Illos autem pro concordia seditionem, bellum pro pace, pro satietate arque opulentia famem optasse: & qui propriis manibus templum, quod ipse eis seruasset, incendere cœperant, huiusmodi alimentis eos esse dignissimos. Veruntamen scelus huius nefandi victus, ruina sese patriæ operturum, neque relicturum in orbe terræ, ut sol inspiciat ciuitatem, in
 40 qua matres sic vescerentur. Ante matres autem patribus huiusmodi alimenta deberi: qui nec post eiusmodi clades arma deponerent. Simul hæc dicens, desperationem hostium reputabat, nec eos sanam mentem recepturos existimabat, qui cuncta iam pertulissent, quibus antequam paterentur, mutare sententiam sperabantur.

De expugnatione muri, & incendio templi.

Cap. IX.

CTAVO autem die mensis Augusti, cum duæ legiones aggeres perfecissent, ad exhedrā Occidentalem templi exterioris admoueri arietes iussit: cum quibus ante sex, qui firmissimus erat aries, parietem sine intermissione pulsando, nihil omnino profecisset. Verùm & huius & cæterorum magnitudinem structura lapidum superabat. Septentrionalis autem portæ alij fundamenta suffodiebant: multumque fatigati, exteriores tantum lapides euellere potuere, ab
 50 interioribus autem portæ sustinebantur. tamque diu mansere, donec instrumentorum & vectium conatibus desperatis, Romani scalas porticibus applicuere. Iudæi verò præuerti, ne eas subire prohiberent, cum his congressi dimicabant. Et alios quidem retro depellentes præcipitabant, accedentes alios subsidio trucidabant. multos de scalis

gg 2 egredientes

egredientes, prius quàm se scutis obtegerent, ferientes gladiis præueniebant, nonnullas autem scalas armatorum plenas, in latus declinantes, deiiciebant. Vnde Romanorum quoque non parua cædes sequebatur. Alij signis ablatis pro his decertabant, rapinam eorum grauissimæ fore turpitudini ducentes. Postremo tamen Iudæi & signis potiuntur: & eos qui vnà ascenderant interficiunt, cæteri verò clade intereuntium perterriti descendunt. Romanorum quidem nemo non aliquo facto opere procubuit. Seditiosorum autem, qui prioribus præliis etiam tunc fortiter pugnaverunt, & præterea Eleazarus fratris Simonis tyranni filius. Titus autem cum videret se alieno templo cum damno & nece militum parcere, ignem portis subiici iussit. Inter hæc autem ad eum profugi veniunt, Ananus Ammauntinus, Simonis satelles crudelissimus, & Archelaus filius Magadati, idcirco sperantes veniam, quod Iudæos victores reliquerant. Titus autem, cum hanc eorum in Iudæos crudelitatem audiuit, vtrunque obruncare decreuit. Dicebat enim necessitate, non voluntate venisse: nec salute dignos esse, incensam ipsorum causâ patriam deferentes. Veruntamen cohibuit iracundiam fides, eosque dimisit, sed non eo loco habendos, quos etiam alios credidit. Iam verò portis milites ignem admouerant, liquefactoque argento cito lignum flammæ absumpserat, cum subito auctæ proximas inde porticus corripuere. Iudæis verò ignem circum se videntibus, corpora simul animique ceciderunt: & stupore attoniti, adiuuare quidem vel extinguere nemo conatus est: stantes verò aspiciebant, nec tamen his, quæ absumerentur dolentes, saltem vt quod reliquum esset saluum haberent, animum colligebant. Illo quidem die, quæ secuta est nocte, crescebat incendium: paulatim enim nec simul vndique inflammari porticus potuerunt. postero autem die Titus parte militum iussa incendium restinguere, perque proxima portis loca viam sternere, vt facilius agminibus esset ascensus, rectores ad se conuocat: sexque collectis, qui erant proceres, Tiberio Alexandro totius militiæ præfecto, & Sexto Cereali quintæ legionis præposito, & Largio Lepido decimæ, & Tito Frigio quintædecimæ, cum quibus erat etiam Aeternius Fronto magister duarum Alexandrinarum legionum, & Marcus Antonius Iulianus procurator Iudææ, congregatisque præterea chiliarchis & procuratoribus, consilium de templo proposuit. Aliis quidem videbatur lege belli vtendum esse: nunquam enim Iudæos à nouis rebus posse desinere templo manente, quod omnes vbicunque essent colligerent. Nonnulli si templum reliquissent Iudæi, neque armis pro eo quicquam certaret, conseruandum esse suadebant: si verò id pugna obtinuissent, ignibus consumendum: quoniam castellum iam videretur esse non templum: & piaculum non ipse, verum illi, qui id fieri coegere, committerent. Tito autem, nec si super stantes dimicaret Iudæi, pro hominibus anima carentia vliscendum esse dicente, neque se vnquam tantum opus incensurum: iam enim Romanorum fore hoc damnum, sicut ornamentum quoque fore imperij, si maneret: iam certi quid vellet, ad eius accedunt sententiam, Fronto, Alexander & Cerealis. Tunc quidem consilium dimisit: iussisque militibus quiescere, itemque ducibus, vt his in procinctu validioribus vteretur, viam sternere per ruinas lectis ex cohortibus imperat, ignemque restinguere. Illo quidem die Iudæos labor timorque ab impetu continuit. Postero autem collectis viribus, & recepta fiducia, per Orientalem portam contra templi exterioris custodes, secunda hora diei procurrunt. Illi autem primam quidem coitionem fortiter excepere: septique scutis, à fronte murum condensâ acie imitantur: certum tamen erat eos non diu duros, quod & multitudine instantium & animis vincerentur. Cæsar autem priusquam verteretur acies (nam pugnam ex Antonia prospectabat) cum equitibus lectis venit auxilio, impetum verò eius non sustinere Iudæi: sed primis interfectis, plerique fugam petunt: & cedentibus quidem Romanis, reuertentes instabant: cum autem illi retorsissent, iterum refugiebant: donec circa horam quintam, Iudæi vi coacti templum introire conclusi sunt. Titus autem discessit in Antoniam, decreto postridie mane cum omni exercitu aggregandi, templumque oppugnare. Sed id planè Dei sententia iam dudum igne damnauerat: euolutisque temporibus aderat fatalis dies, qui erat decimus mensis Augusti, quo etiam prius à rege Babyloniorum fuerat concrematum. A domesticis autem causam principiumque sumpsit id incendium. Nam cum paulisper Titi discessu seditiosi quieuisent, Romanos

rursus

rursus aggrediuntur, custodúmque templi cum ignem exterioris fani restinguentibus pugna committitur. Híque Iudæis in fugam versis, vsque ad templum accesserunt

Quemadmodum templum incensum est inuito Tito.

Cap. X.



10

10 **I**c itaque tunc militum quidam, non expectato cuiusquam edicto, neque tantum facinus veritus, sed diuino quodam motus impetu, à contubernali suo sustollitur, & ex ardente materia raptum ignem in fenestram inserit auream, vnde ad membra circum templum ædificata de Septétrionali regione aditus erat. Flamma verò excitata, Iudæorum quidē calamitate dignus clamor exoritur, & ad subueniendum properabant: neque iam vitæ parcendum rati, neque viribus temperandū, amisso eo cuius gratia cautissimi videbantur: mature autem hoc Tito quidam nunciat. Et ille (namque casu in tabernaculo quiescebat sicut à prælio redierat) exilit, templumq; curriculo petit, prohibiturus incendium: omnesque post eum duces, & hos agmina perterrita sequebantur. Clamor autē ac tumultus erat tanto exercitu sine ordine concitato. Cæsar autem voce simul ac dextera pugnātibus signo dato, ignem iubebat extinguere. Sed neque vox eius audiebatur, quod aures eorum maior clamor obstrueret, nutūque dexteræ non attēdebant, cum alios bellum, alios ira distraheret. Introcur-
20 rentium verò agminum impetum, non præcepta neq; interminationes continebant: sed quò furor eos duceret, sequebantur. Ad ipsos autem introitus conferti, multi quidem sese inuicem conculcabant: multi verò ardentibus adhuc & fumantibus porticum incidentes ruinis, eadem quæ victi patiebātur. Cū verò ad templum accessissent, edicta quidem Cæsar's non audire simulantes, præcedentem quisque vt ignē immitteret hortabatur: seditionis autem iam subueniendi quidem spes nulla erat, sed fuga & cædes omnia possidebat. Magna verò populi multitudo inualida & inermis, vbi-
cunque occupati fuerant, interficiebantur. Et circum aram quidē ingens mortuorum numerus congregabatur: per gradus verò templi, & sanguis multus profuebat, & eorum corpora, qui suprà ceciderant delabebantur. Cæsar autem vbi neque impetum
30 infanientium militum continere poterat, & flamma dominabatur, intrò cum rectoribus ingressus, & sanctum templi, & quæcūque illic erant aspexit, ea quidem quæ apud alienigenas erant fama meliora, iactatione verò & opinione domestica non minora. Cū autem flamma nondum ex vlla parte ad interiora penetrasset: nec membra, quæ circum templum erant depasceretur, quod erat verum, existimans adhuc illud posse seruari, & ipse profiluit, militesque rogare, vt ignem restingerent conabatur: & Liberalem centurionem de stipatoribus suis, fuste mulctatos, qui nō obedirent iussit arce-
re. Illorum autem furor bellique impetus quidam vehementior, Iudæorumque odia, & Cæsar's reuerentiam & prohibentis metum superabant: plerosque autē prædarum spes incitabat, suspicantes intus omnia pecunia referta esse: quoniam fores auro factas
40 conspicerent. Præterea quidā miles ex his, qui intrauerant, cū Cæsar ad inhibendum incendium cucurrisset, ignem iam cardinibus portæ subiecerat. tūque subito, postquam flamma intus apparuit, & duces cum Cæsare discedebant, & stantes extrà succendere nemo prohibebat. Templum quidem hoc modo inuito Tito exurit. Sed quamuis hoc multum quis deslendum putet, vt opus omnium quæ audiuius, aut vidimus maxime admirabile, tam extructionis genere, quàm magnitudinis, itémq; munificentæ in singulis rebus, & gloriæ quæ de sanctis habebatur, maximum tamen ex fato capiet solatiū: quod vt animalibus, ita operibus locisque fatū sit ineluctabile. Mirabitur autem in eo etiā circūacti temporis rationē & fidem. Nā & mensem, vt dictū est, cūque diem seruauit, quo primum à Babyloniis téplum erat incensum. Et à pri-
50 ma quidem structione templi, quam Solomon rex inchoauerat, vsque ad hoc excidium, quod euenit secundo anno principis Vespasiani, mille centum triginta colliguntur anni, & septem menses, ac dies quindecim. A posteriore verò, quam secundo anno Cyri regis Aggæus fecerat, vsque ad excidium quod Vespasiano imperante sustinuit ciuitas, anni sexcenti trigintanouem, & dies quadragintaquinque.

gg 3

De

*De sacerdotibus gazophylaciisque & porticu.**Cap. XI.*

CUM templum autem incenderetur, etiam quicquid in manus fortè venisset rapiebatur, & cædes erat infinita deprehenforum. Nec actæ fuit ætatis miseratio, aut reuerentia castitatis: sed & puèri & senes & sacri & profani similiter interficiebantur, atque omne genus hominum belli calamitas persequabatur, vnâque supplices cum repugnantibus necabantur: flammâque ulterius progrediens, cum gemitu occumbentium cõcrepabat. Et pro altitudine quidem collis, ardentisque operis magnitudine, totam quis ardere crederet ciuitatem. Illo autem clamore nihil maius aut horribilius excogitari potest. Nam & Romanorum legionum fremitus erat, & seditioforum ferro ignique clausorum clamor ingens, & populi fursum deprehensi ad hostes fuga cum stupore, ac calamitatis conquestio: in colle autem constitutis, etiam multitudo oppidi consonabat. Iam verò multi fame marcidi, in mortem penè luminibus clausis, postquã ignem templi videre, in questus interim vires clamorẽque receperunt. Resonabat autem & trans fluuium regio, & montes circumpositi gratiorem sonitum reddebant: & tamen erant clades acerbiores tumultu. Nam collem quidem in quo templum erat exuri radicitus quis putaret, ita vndique flamma plenum: videbatur autem sanguis igne largior esse, pluresque interfecto- 10 ribus interfecti: omnisque terra cadaueribus tegebatur, & supra corpora mortuorum gradientes milites cursum fugientium sequebantur. Latrocinialis quidem multitudo, tandem pulsus Romanis, in exterius templum, deinde in ciuitatem inuadit: populi autem 20 quod fuit reliquum, in exteriorem porticum cõfugerat. Sacerdotum autem nonnulli primum verubus, itẽmque sedibus suis, quæ ex plumbo factæ erant, auulsis, in Romanos pro missilibus utebantur: deinde cùm nihil proficerent, ignisque in eos euomere- 30 tur, in parietem secedẽtes octo cubitis latum ibi manebant. Duo tamen ex nobilibus, cùm ad Romanos trãseundo seruari possent, aut communem cum cæteris durare fortunam, semetipsos in ignem iniecere, & cum templo concremati sunt, Meirus filius Belgæ, & Iosephus Dalæi. Romani autem, quòd frustra se circum templum ædificiis parcere iudicabant, cùm ipsum templum arderet, omnia simul incẽdunt, & quicquid ex porticibus reliquum erat, & portas: præter vnã ex parte Oriẽtali, alteram ex Meridiana, quamuis eas quoque postea funditus euerterint. Quinctiam arculas, quæ ga- 30 zophylacia vocantur, incendunt; in quibus magna vis erat pecuniæ, ac plurimum vestium, aliæque bonæ, & (vt breuiter dicam) omnes Iudæorum congestæ diuitiæ, quòd opulentissimus quisque illuc totas domos exauferant. Venerunt autem etiam in eam quæ restabat vnã porticum, extra templum quò confugerat ex populo mulierculæ, itẽmque pueri & promiscua multitudo, propè ad sex hominum millia. Sed priusquam de his Cæsar quicquam decerneret, vel ducibus imperaret, ita flagrantem militem incendunt porticum. Hinc cõtiguit, vt alij quum se ex flamma præcipitarent morerentur, alios ipsa corrumpere: ex tanto autem numero nemo seruatus est. His causâ interitus quidam pseudopropheta fuerat, qui eo die prædicauerat in ciuitate, quòd eos in tem- 40 plum Deus ascendere signa salutis accepturos iuberet. Multi enim à tyrãnis tunc sub- ornati prophetæ, populo denunciabant, vt expectarent Dei auxilium, quo propterea minus profugerent, & eos qui supra timorem & custodiam fierent, spes retineret. Cito autem in aduersis homini persuadetur. Quòd si etiam malorum instantium liberationem polliceatur qui fallit, necessario, qui ea patitur, spei totus efficitur.

*De prodigijs excidium Hierosolymæ præcedentibus & præsagijs.**Cap. XII.*

DENIQUE miserabilis populus, illis quidem fallacibus Deumque calumniantibus, credulus erat. Certis verò prodigijs & futuram solitudinẽ prænunciantibus, neq; attendebat animo, neq; credebant: sed velut attoniti, nec aut oculos habẽtes, aut animas, edieta Dei dissimulauere: modò cùm 50 supra ciuitatem sidus stetit simile gladio, & per annum perseuerauit cometes: modò cum ante defectionem primique belli motus ad diem festum Azymorũ populo conueniente (octauus autem dies erat Aprilis mensis) nona hora nocturna, circum aram itẽmq; templũ tantum lumẽ effulsit, vt clarissimus dies putaretur: & hoc vsque ad me- 60 diam

diam permanſit horam: quod imperitis quidem bonum augurium eſſe videbatur: ſacerorum vero peritis, prius quàm eueniret, ſtatim diiudicatum eſt. Eodémq; feſto die etiam bos cùm ad hoſtiam duceretur, agnum in medio fani peperit. Oriẽtalis autem porta interioris templi, cùm eſſet ænea atque grauiſſima, & ſub veſperam vix à x. viris clauderetur, ſerisq; ferro vinẽtis obſeraretur, peſſulõsque altos haberet in ſaxeum limen demiſſos, vno perpetuo lapide fabricatũ, viſa eſt noctis hora ſexta ſponte pateſcere. His autem curriculo per cuſtodes templi magiſtratui nunciatis, aſcendit ille, vixque eam potuit claudere. Verũ & hoc iterum ignaris quidem ſignum optimum videbatur. Deum nanque bonorum portam aperuiſſe dicebant. Prudentiores vero templi tutamen ſponte ſua diſſolutum iri cogitabant: & hoſtium donum eſſe, portas aperiri: ſolitudinẽque illo oſtento ſignari inter ſe pronunciabant. Poſt dies autem feſtos diebus paucis, viceſimo primo die menſis Maij viſio quẽdam apparuit fidem excedens. Pro fabula autem fortasſe quod dicturus ſum haberetur, niſi qui viderunt ſuperesſent, & clades dignæ præſagiis ſecutæ fuiſſent. nanque ante ſolis occaſum viſi ſunt per inane ferri currus totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, & ciuitati circumfuſæ. Feſto autem die, quam Pentecoſten vocant, nocte ſacerdotes intimum templum more ſuo ad diuinas res celebrandas ingreſſi, primum quidem motum quendamque ſtrepitum ſenſerunt, poſtea vero ſubitam vocem audire, quæ diceret, Migremus hinc. Quod autem his horribilius fuit, Ieſus quidam, filius

20 Anani, plebeius & ruſticus, quadriennio prius quàm bellum gereretur, in ſumma ciuitatis pace atque opulencia, cùm ad feſtum diem veniſſet, quo ategias in honorem Dei componi in templo ab hominibus mos eſt, repentẽ exclamare cœpit: Vox ab Oriente: Vox ab Occidente: Vox à quatuor ventis: Vox in Hieroſolymam & templum: Vox in maritos nouos nouasque nuptas: Vox in omnem hunc populum. Atq; hæc inter diu noctũque clamitans omnes ciuitatis vicos circuibat. Nonnulli autem virorum inſignium, aduerſum omen indigne ferentes, corripunt hominem, multisque verberibus afficiunt. Ille autem neque pro ſe, nec ad eos qui ſe mulẽtabant, ſecreto quicquam loquutus, eadem quæ prius vociferas perſeuerabat. Magiſtratus autem rati, quod erat verum, magis diuinum eſſe hominis motum, ducũt eum ad Ro-

30 manorum præfectum: vbi plagis uſq; ad oſſa laceratus, neque ſupplex cuiquam fuit, neque lacrymauit: ſed vt poterat inclinãs maxime flebiliter vocem ad ſingulos iẽtus reſpondebat: Veh veh Hieroſolymis. Albino autem interroganti (is nanque iudex erat) quis eſſet, vel vnde ortus, aut cur iſta diceret, nihil retulit. Non prius autem ceſſauit à luẽtu miſeræ ciuitatis, donec eum Albinus furere iudicatũ dimiſit. Ille autem ad belli uſque tempus neque adibat quenquã ciuium, neque loqui viſus eſt: ſed quotidie velut orationem quandam meditatus, Veh veh Hieroſolymis querebatur. Sed neque imprecatus eſt cuiquam, cùm in dies ſingulos mulẽtaretur, nec victum offerentibus bene dicebat. Sola verò eius reſpõſio ad omnes erat, triſte præſagium. Maxime autem diebus feſtis vociferabatur: idque per annos ſeptem, & quinque men-

40 ſes continuos faciẽs neque voce raucior fuit, neque deſaſſatus eſt, donec obſidionis tempore ipſa re perſpectis auguriis ipſe quieuit. Supra murum enim circumiens iterum, Veh veh ciuitati ac fano ac populo, voce maxima clamitabat. Cùm autem ad extremum addidit, veh etiam mihi, lapis tormento miſſus eum ſtatim peremit, animamque adhuc illa omnia lugentem dimiſit. Hæc ſi quis reputet, profeẽto inueniet Deum quidem hominibus conſulere, modisq; omnibus præmonſtrare quæ ſint eorum generi ſalutaria: ipſos autem ob dementiã ſuam malis voluntariis interire: quandoquidem & Iudæi poſt Antoniam captam quadratum fanum fecerant: cùm in ſacris libris ſcriptum haberent, capiendam ciuitatẽ ac templum, ſi fanum quatuor angulis eſſet effectum. Sed quod maxime eos ad bellum excitauerat, reſponſum erat

50 ambiguum, itidem in ſacris libris inuentum, quod eo tempore quidam eſſet ex eorum finibus orbis terræ habiturus imperium. Id enim illi quidem quaſi proprium acceperũt, multique ſapientes interpretatione decepti ſunt. Hoc autem planẽ reſponſo, Veſpaſiani deſignabatur imperium, qui apud Iudæam creatus eſt imperator. Sed enim homines fatum vitare non poſſunt, etiam ſi præuiderint. At verò hi ſignorum

quædam pro sua libidine interpretati sunt, alia contempnere: donec patriæ excidio suâque pernicië, eorum iniquitas confutata est.

De Imperio Titi, & sacerdotum interfecione.

Cap. XIII.



OMANI quidem, postquã seditiosi ad ciuitatẽ confugẽre, tẽplo itẽmq; omnibus circũ locis ardentibus, signa in fano reposuere contra portam Orientalẽ: hĩq; ibi sacrificio celebrato, maximis cum clamoribus declarabant Titum Imperatorem. Vsq; adeo vero præda satiati sunt milites vniuersi, vt in Syria dimidio quã pridẽ fuerat pretio põdus auri vãniret. Ex his autẽ sacerdotibus, qui in templi pariete perdurauerãt, puer sitiens à Romanis custodibus pacẽ petebat, sitimq; fãtebatur. Sed vbi illa tam ætatis quã necessitatis miserti, dedere ei dexterã, & ipse bibit, & quam secũ attulerat lagena repleta, sursum refugiens abiit ad suos: nec eum quisquã custodum assequi valuit, sed eius perfidiæ maledicebant. Ille autẽ nihil se præter placita fecisse dicebat. Dexterã enim sibi datam, non vt apud ipsos remaneret, sed vt tantũ descẽderet, atq; vt aquam acciperet: quæ cũ fecerit, in fide mansisse. Astutiam quidẽ propter ætatẽ, maxime pueri, qui decepti fuerant, mirabantur. Quinta vero die sacerdotes oppressi fame descẽdunt, & à custodibus ad Titũ perducti, vt salutẽ sibi concederet orabant. Ille autẽ veniæ quidem tẽpus illis præterisse fatus, perisse vero id cuius eos gratia merito conseruasset, decere autẽ sacerdotes interire cum templo, duci homines ad supplicium iubet. Sed tyrãni cum fociis, quoniã bello vndiq; tenebantur, circumdatis autem nusquam erat fugæ copia, Titũ ad colloquia prouocant. Ille autem pro humanitate naturali semper oppidum seruare cupiẽs, & amicis præterea suadentibus (latrones enim iam moderatiores factos esse arbitrabantur) in parte occidua templi interioris consistit. Hic enim super Xystum erant portæ, ac pons qui ciuitatẽ superiorem templo iungebat, isq; tunc inter tyrannos ac Titum interueniebat. Multi autẽ militum vtrinq; densi astabãt: Iudæi quidem circũ Simonem ac Ioannem suspensi spe veniæ: Romani vero ad Cæsarem speculandi studio, qualiter eos reciperet. Edicto autẽ dato militibus, Titus, vt & iracundiã & sagittas continerent, adhibitõq; interprete, quo argumẽto superior ostendebatur, prior alloqui cœpit. Etiãne saturati estis patriæ malis, ô viri? quibus neq; virtutis nostræ, neq; infirmitatis propriæ venit in mentem: sed inconsulto impetu ac furore perditis populum & ciuitatẽ simul ac templũ, ipsi quoq; iuste perituri: qui primum quidem, postquã vos Pompeius fortiter debellauerat, nouas res affectare non destitistis, deinde etiam bellum apertum cõtra Romanũ populũ extulistis: vtrũne multitudine freti? atqui parua manus vobis Romani exercitus satis restitit. Auxiliatorũ fide? Et quæ gens imperio nostro libera, Iudæos præ Romanis optaret? Sed viribus corporũ? Atqui scitis nobis seruire Germanos. Firmitate murorũ? Et qui maior Oceano murus: atq; obstaculũ? quo septi Britanni, adorãt arma Romanorũ. Animorum obstinatione, vel astutia ducũ? Atqui Carthaginẽses captos esse noueratis. Itaq; vos cõtra Romanos ipsorum excitauit humanitas, qui primũ vobis & terrã dedimus possidendam, & gentiles imposuimus reges, deinde leges seruauimus patrias, & viuere vos non solũ discretos, sed cum aliis etiã vestra voluntate concessimus: quodq; maximũ est, tributũ capere Dei nomine, ac donaria colligere permisimus: eãq; offerentes neq; monuimus, neq; prohibuimus, vt hostes nobis efficeremini ditiores, nostrãq; pecunia vos contra nos instrueretis. Ergo tantis bonis affecti, satietatem in eos qui hæc vobis præstiterant, extulistis, & immitiũ exemplo serpentiũ virus blandientibus infudistis. Esto, Neronis negligentia contẽpsistis, & veluti ruptũ aliquod membrum, siue contractũ aliàs, male quieti in maiore vitio detecti estis, & ad spes improbas, etiã cupiditates immodicas explicastis. Venit pater meus ad patriã vestrã non vt pœnas à vobis ob ea quæ in Cestium cõmiseratis, exigeret, sed monitis emendaret. Deniq; cũ deberet, si depopulandæ nationis causa venisset, stirpẽ vestram petere, atq; hanc delere ciuitatẽ, Galilæã & circa eam loca vastare maluit, vt pœnitẽdi vobis præberet inducias. Sed hæc eius humanitas infirmitas videbatur, nostrãque lenitate aluistis audaciam. Et Nerone mortuo, fecistis quod nequissimi solent, & ex intestinis nostris dissensionibus fiducia præsumpsistis: meq; ac patre meo digressis ad Ægyptũ,

ad

ad struendum bellum tēpus illud vtile putauistis. Neq; vos puduit perturbare principes declaratos, quos etiam duces humanissimos fueratis experti. Deniq; vbi ad nos cōfugit imperiū, & omnibus in eo quiescentibus, per legatos autē gratulātibus exteris nationibus, ecce iterū hostes Iudæi: & legationes quidē à vobis trans Euphraten vsque, nouarū rerū gratia missæ, murorū autem noui ambitus: seditio etiā, tyrannorumque cōtentio, & bellum intestinū, quæ sola huiuscemodi nequissimos decēt. Iussus ergo ab inuito patre cū mādatis tristibus ad ciuitatē venire, lætabar, cognito populū de pace sentire. Ante bellum rogabā vos desistere, pugnātibus aliquandiu parcebam, spōnte ad me venientibus dexterā dedi, fidem seruauī cōfugientibus, multos
 10 captiuos miseratus, verberibus vrgētes bellū coercui, muris vestris machinas inuitus admoui, semper cædis vestræ cupidos milites cōtinui. Quoties vici, toties vos ad pacem tanquā victus prouocaui. Cū propē ad templū accessissem, consultō iterū legis belli oblitus parcere vos propriis sanctis orabā, templūque seruare, data vobis exeundi copia & fide salutis: vel etiā pugnare alio tempore si velletis, in alio loco facultatem præbui. Ista omnia spreuistis, & templū manibus vestris incēdistis. Deinde sceleratissimi nunc me ad colloquiū prouocatis, vt quid tale cōseruetis quale periit? Qua vosmetiplos salute dignos esse post templi excidiū iudicatis? Quinetiam nunc armati statis, & nec in extremis supplices assimulatis. O miseri, qua fiducia? Nōne
 20 populus vester exanimatus? Templū vero periit, mihiq; subdita est ciuitas: in manibus autem meis habetis animas vestras. Et tamen fortitudinis esse gloriā mortem arbitramini? Non cōtendā cum pertinacia vestra. Proiectis autē armis, traditisq; corporibus, vitā vobis indulgeo, & sicut in priuata domo, dominus mitis vltus grauiora, cætera mihi seruo. Ad hæc illi mihi responderūt, fidem quidē se ab eo minime posse accipere: nam iurasse nunquam id esse facturos: exeundi vero per munitiones, quæ murum sepe rat, cum coniugibus ac liberis facultatē petebant. Ituros enim se in solitudinem ipsiisque oppidum relicturos. Ob hoc Titus vehemēter iratus, quod in forte captorum constituti, victorū sibi condiciones ponerent, declarari quidem his iussit voce præconis, ne vltius ad se profugerent, neue fidem sperarent: nulli enim esse
 30 parcendum: cunctis autem viribus dimicarent, & quantum possent, salutis suæ confu-
 lerent: iam enim se omnia iure belli gesturum. Militibus autem diripere ciuitatem, atque inflammare permisit. Illi autem ipso quidem die nihil egerunt. postero autem die Archium, & Acram, & curiam, & qui vocatur Ophla, succendere: & progrediebatur ignis vsque ad Helenæ regiā, quæ in media erat Acra: nec minus ciuitatis mortuis plenæ vici domusque ardebāt. Eodem die Izatæ regis filij, & fratres, cūque his multi nobiles ex populo congregati, vt fidem sibi daret. Cæsari supplicarunt. Ille autem, quanquam cæteris omnibus iratus erat, mores tamen non mutauit, sed eos suscepit. Et tunc quidem omnes in custodia habebat: regis autem filios ac propinquos postea vinctos Romam perduxit, fidem obsidium præstaturus.

De præda seditioforum & succensione interioris ciuitatis.

Cap. XIII.

40 **S**EDITIOSI autem ad domū regiā profecti, vbi (quia tuta erat) multi facultates suas deposuerāt, & Romanos hinc pellunt, & omnibus popularibus qui eò conuenerāt propē ad octo millia & quadringentos occisis, pecuniā etiā diripere. Viuos autem duos milites Romanos cepere, vnū equitem, alterū peditem. & peditem quidem interfectū per omnē traxere ciuitatē, velut vno corpore omnes Romanos vlciscerētur. eques vero quiddā his quod saluti foret, suadere pollicitus deducitur ad Simonem, cūq; ibi quæ diceret non haberet. Ardalæ cuidam ex numero ducū traditur puniendus. Is autē eum reuinctis post terga manibus oculisq; fascia obstrictis, in conspectū Romanorum veluti capite cæsurus produxit. Verū ille dum gladiū Iudæus educeret, ad Romanos refugit. Hunc Titus
 50 quoniā ab hostibus esset elapsus, non est passus quidē occidi, indignū vero esse Romanorum militē iudicauit, quia viuus fuerat captus: & armis ablatis eum agmine pepulit, quæ res prudēti viro grauior esse morte videbatur. Postero autem die Romani, versū in fugā ex inferiori ciuitate latronibus, omnia Siloam vsq; igni tradidere. & oppidū quidem gaudebant absūmi, rapinis vero carebāt: quoniā latrones exinanitis

gg 5 prius

prius omnibus, in superiorem ciuitatem recedebant. Erat nanq; illis malorū quidem nulla pœnitudo: arrogancia autem tanquā in rebus secundis. Denique ardere ciuitatem lætis vultibus aspicientes, alacri voto mortē se expectare dicebant, quod perempto populo, incenso templo, & flagrante oppido, nihil essent hostibus relicturi. Sed tamen Iosephus in extremis eorum rebus, pro reliquiis ciuitatis obsecrando laborat. Sed multa quidem in eorū crudelitatem atque impietatem locutus, multa vero pro salute adhortatus, nihil amplius quā elusus est: quia neq; se tradere propter iussurandum patiebantur, neq; pugnare cum Romanis ex æquo iam poterant, veluti custodia circumuallati: cædisque insuper consuetudo dexteras commouebat. Dispersi autem per ciuitatem, per ruinas latitabant, profugere paratis insidiātes. Multi autem¹⁰ capiebantur, omnesque interficiebantur: nam propter incediam fugere non valebāt: mortuos autem canibus proiiciebant. Omne autem pereundi genus, fame leuius videbatur: adeo vt ad Romanos quoque sine licentia, etiā desperata misericordia, tamen fugerent: atque in seditiosos à cæde non cessantes, sponte inciderent. nullūq; in ciuitate locus vacuus erat: sed cuncta mortuos habebāt, quos fames aut latrones confecerant, & cadaueribus eorum plena erant, qui alimentorum penuria vel seditione perierant. Tyrannos autem fouebat, factionemque latronum, spes vltima sita in cloacis: quò si fugissent, minime inueniri posse arbitrabantur: sed peractò excidio, post Romanorum digressum prodire ac fugere cogitabant. Id autem planè illis erat somnium. Nec enim vel Deum, vel Romanos fuerant latituri. Tunc quidem subter-²⁰ raneis freti, plura quā Romani concremabant, & qui ex incendiis fugientes in cuniculos descendissent, eos improbe necabāt, itēque spoliabant. Quinetiam cibum sicubi reperissent concretum sanguine rapientes, deuorabāt. Erat autem inter se illis iam rapinarum causa bellum: eosque putauerim, nisi excidio præuenti essent, nimia crudelitate mortuorum quoque corpora degustaturos fuisse.

Superior pars ciuitatis oppugnatur, & confugiunt aliqui Iudeorum ad Titum. Cap. XV.



Cæsar autē fieri non posse prospiciens, vt sine aggeribus superiore cape-
ret ciuitatē, in prærupto vndiq; loco sitā, distribuit operibus militē vicissi-
mo die mēsis Augusti. Erat autē transuectio materiæ difficilis: omnibus, vt
dictū est, circū ciuitatem vsq; ad ceterimū stadiū in priorum aggerū extru-³⁰
ctionem detonsis. Quatuor quidem legionū opus in Occidentali parte ciuitatis con-
tra aulam regiā erigitur: auxiliarijū vero manus, & cætera multitudo xystrū versus, ac
pontē, & Simonis turrim: quam cum Ioanne bellū gerēs, pro castello sibi ædificauerat.
His autē diebus, Idumæorū duces clām congregati, consiliū de sui traditione ce-
pere: missiq; ad Titum quinque, vt dexteram sibi daret, precabātur. Ille vero tyran-
nos sperās esse cessuros Idumæis abstractis, quoniā belli pars videbantur, sero quidē,
verumtamē vitā his pollicitus, legatos remisit. Discessum autē paratibus Simon præ-
sensit, & eos quidem, qui ad Titū perrexerant, quinque viros statim occidit: duces ve-
ro, quorū nobilissimus erat Sosæ filius Iacobus, correptos in custodiam coniicit. Nec
multitudinē Idumæorū, abductis rectoribus, quid ageret nescientē, sine custodia ha-
bebat: sed diligentioribus eam custodiis amplectebatur: & tamē custodes profugien-⁴⁰
tibus obstare non poterāt. Quamuis enim multi necarentur, plures tamen erant qui
fugerent. Omnes autē suscipiebantur à Romanis, quod Titus nimia lenitate priora
præcepta neglexerat: ipsiq; milites iam & spe lucri, & satietate, cædibus temperabāt.
Sola enim relicta plebe, aliud vulgus cum cōiugibus ac liberis, paruo quēq; pretio
venundabāt. Cū multi autē distraherentur, & emptores pauci essent, quanquā vo-
ce præconis edixerat, ne quis solus transfugeret: vt eo modo familias suas educerēt,
tamen hos quoq; recipiebat: appositis, qui ab his secernerēt, si quis dignus supplicio
videretur. Et infinita quidē multitudo vāniit. Ex populo vero seruati sunt plusquam
quadraginta millia, quos imperator quomodo cuiq; gratū erat, dimisit. Iisdem autem⁵⁰
diebus, etiā sacerdotū vnus, filius Thebuti, nomine Iesus, accepta fide salutis à Cæ-
sare, vt de sacris donariis quædā traderet, egreditur, ac tradit ex fani pariete candela-
bra duo, his quæ in tēplo erant posita, similia: mensalq; & crateras, & pateras, omnia
ex auro solido & grauissimo facta. Tradit etiā vela, pontificū indumenta, cum gem-
mis,

mis, & vasa multa sacrificio comparata. Quinetiam custos sacrae pecuniae comprehensus, Phineas nomine, vestes & cingula sacerdotum ostendit, multamque purpuram & coccum, quae ad usum reposita catapetasmatis seruabantur. Cum quibus aliquatum cinnami erat, casiae, pigmentorumque aliorum multitudo, quibus commixtis Deo in dies singulos adolebant. Tradita sunt autem ab eo & ex aliis opibus multa, & sacra ornamenta non pauca: quorum gratia: licet vi capto, ut transfugae tamen data est venia.

De occupata reliqua parte ciuitatis.

Cap. XVI.

- I**AM vero perfectis aggeribus, Septembris mensis die septimo, qui erat a coepto opere octauus & decimus dies, Romani quidem machinas admovebant. Seditio forum autem alij, qui ciuitate desperauerant, muris relictis in Acram recedebant, alij se in cloacas demittebant: multi dispositi prohibebant eos qui arietes applicaret. hos autem superabant multitudine ac virtute Romani: quodque maximum est, laeti moestos atque iam debiles. Cum autem pars esset aliqua muri subruta, nonnullaque; turres arietibus pulsatae cecidissent statim quidem propugnatores earum diffugiunt: timor autem etiam tyrannos necessitate maior inuadit. nam & priusquam transgredierentur hostes, torpore tenebantur, & ad fugiendum suspensi erant. Videres autem paulo ante superbos, & factis impiis arrogantes, ita tunc humiles esse ac tremere, ut miseranda esset, quanquam in nequissimis, tanta mutatio. Conati sunt quidem ambitu & muro, quo moenia cingebantur, inuaso atque perrupto, custodes pellere, atque egredi:
- 20** cum vero, quos antea fideles habuerant, nusquam viderent, fugiebant quod quemque necessitas impulisset. Adeuntes autem alij cum totum ab Occidente murum subuersum esse nunciarent, alij subiisse Romanos, ac etiam propinquare se quarentes, alij etiam videre hostes in turribus affirmarent, metu fallente conspectum, in ora prostrati, pro sua dementia querebantur: ac veluti succisi neruos, quae fugerent haesitabant. Vnde & maxime quis, & virtute Dei perspexerit contra iniustos, & fortunam Romanorum. Tyranni siquidem semetipsos tuitione priuauere, ac sponte de turribus descendere: vnde vi nunquam, sola vero fame capi poterant. Romani vero qui tantum in muris inferioribus laborauerant, eos quos instrumentis non potuissent, nunc fortuna cepere. Omnibus enim machinis, tres turres validiores erant, de quibus supra memorauimus. Relictis
- 30** itaque his, vel (quod est verius) Dei nutu ab his depulsi, confestim quidem ad vallem Siloam confugere. rursum autem ubi a metu paululum respirauerunt, munitionem qua murus erat accinctus ex ea parte petiere. Vbi autem infirmiori audacia, quam necessitate (iam enim vires eorum labor, metus & calamitas fregerat) a custodibus retruduntur, & per diuersa disiecti, in cloacis delitescunt. Romani vero muris potiti, signa in turribus posuere: & plausu atque laetitia victoriam & cantu celebrabant, quod principio finem belli multo senserant leuiorem. Denique sine sanguine murum acti, nouissimum non esse credebant: cumque nullum reluctantem viderent, pro incerto mirabantur. In angustias autem viarum strictis gladiis fusi, & quos cepissent interficiebant nullo discrimine: domosque totas, cum omnibus qui eo confugerant, igni tradebant. Multas vero
- 40** vastantes quas praedae causa penetrassent, integras mortuorum familias, & plenas mortuis tecta, quos fames confecerat, offendeabant. Ipsum deinde horrentes aspectum, vacuis manibus egrediebantur. Nec tamen eo modo peremptos miserantes idem etiam circa viuos patiebantur: sed vnumquemque obuium transfigendo, & angusta viarum cadaveribus obstruendo, totam ciuitatem sanguine diluere, ut pleraque incensorum caedes extinguerent. Et occidentes quidem vespere cessabant, nocte vero crescebat incendiū. Ardentibus autem Hierosolymis, illuxit dies Septembris mensis octauus ciuitati, tot clades cum obsideretur expertae, quot bonis si vasa esset ex quo fuerat condita, inuidenda fuisset: nulla tamen alia re tantis infelicitatibus digna, nisi quod talem progeniem qua subuersa est, edidit. Intro autem Titus ingressus, & alia, & ciuitatis munitiones ac
- 50** turrium cautes miratus est, quas tyranni per dementia deseruerant. Conspecta quidem earum solida altitudine, itemque magnitudine, subtilique lapidum copagine singulorum, quantumque paterent vel quantum erigerentur, Deo, inquit, plane adiuuante pugnauius, & Deus erat, qui detraxit ab istis munimentis Iudaeos. Nam quae hominum manus, aut quae machinae ad istas valerent? Tunc quidem multa eiusmodi cum
- amicis

amicis collocutus est, quos vero à tyrānis vinctos in castellis reperit, relaxauit. Cū autē alia ciuitatis deleret, murósq; subuerteret, eas turres fortunæ suæ monimentum reliquit: qua cōmilitāte his potitus fuisset, quæ capi nō potuissent. Quia ergo milites interficiendo defatigabātur, magnāq; adhuc extabat superstitū multitudo, solos quidem armatos Cæsar, & qui manum opponerēt, iubet interfici, reliquam vero multitudinē saluam esse. Illi autē cum his, quos occidi mandatū fuerat, etiam senes, ac debiles trucidabant: vegetos autē atq; vtiliores coactos in templū in destinatū mulieribus ambitū concluderūt. Custodem autē his Cæsar apposuit vnū ex libertis. & amicū suum Frontonē, qui fortunā quam quisq; meritis esset, decerneret. Ille autē latrones quidem omnes, atq; seditiosos, cū alius ab alio indicaretur, occidit: iuuenes autem 10 lectos, qui procero atq; formoso essent corpore, triumpho seruabat: ex residua multitudine septem & decem maiores annis, vinctos mittit ad Ægyptum, operibus deputandos. Plurimos autem per prouincias Titus distribuit, in spectaculis ferro & bestiis consumendos. Qui vero infra decimū & septimum annum ætatis agerent, venditi sunt. Iisdem autem diebus, quibus secernebantur à Frontone, mortui sunt fame duodecim millia, quibus partim odio custodum nō præbatur cibus, partim ipsi victus fastidio tenebantur. Erat autem præ multitudine hominum frumenti penuria.

De numero captiuorum & peremptorum.

Cap. XVII.

ET captiuorum quidem omnium qui toto bello comprehensi sunt, nonaginta & septem millium comprehensus est numerus. mortuorum vero per 20 omne tempus obsidionis vndecies centū millia. Horū pleriq; gentiles fuere, sed non indigenæ: ab omnibus enim regionibus ad azymorū diem festū congregati, bello subito circumfusi sunt: vbi primo quidem illis pestifera lues ex loci angustia nasceretur, deinde citius fames. Quod autē caperet tantam hominū multitudinem ciuitas, certū erat ex his, qui sub Cestio fuerant enumerati. Is enim tunc vires ciuitatis ac florem Neroni significare cupiens, contemnenti nationem, à pontificibus petiit, vt si quo modo possent multitudinem numerarent. Illi autem, cū dies festus adesset, qui Pascha vocatur, quādo à nona quidem hora vsque ad vndecimam hostias cædunt, per singulas vero cōtubernia non pauciorum quā decem virorum fiunt: solum enim epulari non licet, multi etiam viceni conueniunt: hostiarū quidem 30 ducenta & quinquaginta sex millia & quingentas numerauere. Fiunt autē, vt denos epulatores per singulas imputemus, vices cetera ac septingēta millia, sancti omnes ac puri: nec enim leprosis siue vitiliginosis, aut semine fluentibus, quos gonoroicos vocant, neque mulieribus mēstruo cruore pollutis, neque aliis inquinatis participare sacrificia permittebatur: sed nec alienigenis quidem, nisi qui religionis causa venissent. Magna vero hæc multitudo ab extraneis congregabatur. Tunc ramen velut in carcerē tota gens fato conclusa est, & farta hominibus ciuitas bello obsidebatur. Itaq; superat omnē humanam, & diuinitus emissam pestem numerus peremptorū, quos partim palām occidēre, partim cepere Romani. Rimantes enim cloacas, & sepulchra eruentes, quos offendissent iugulabāt. Inuenti autē sunt ibi quoq; plusquam 40 duo millia, quorū alij manu sua, plures autē mutuis se vulneribus interfecerant, cū alios fames corrupisset. Fædus autem corporū odor introeuntibus occurrebat, adeo vt statim multi recederēt: alij plura habendi cupidine, congesta cadauera calcantes, se immergerent, multæ nanq; opes in cuniculis inueniebantur, nefasque omnē viam lucri faciebat. Subducebantur autem multi, quos tyranni vinxerant: nec enim in extremis à crudelitate cessauerant. Vltus est autē Deus vtrunq; merito. Et Ioannes quidem oppressus fame cum fratribus in cloacis, quam sepe despexit, à Romanis dexteram sibi dari precatus est. Simō vero multa vi cum necessitate luctatus sicut infra designabimus, semet tradidit. Seruatus est autē alter triumpho. Ioannes autē vinculis sempiternis. Romani vero extremas vrbs partes incendunt, murósq; subuertunt. 50

Hierosolymæ vrbs historia breuis.

Cap. XVIII.

ITa quidem Hierosolyma capta est, secūdo anno principatus Vespasiani, Septembris mensis octauo die. Quinques autē prius capta, tunc iterū vastata est. Ægyptiorū quidē rex Asochæus, & post eum Antiochus, deinde 60 Pomp

Pompeius, & post hos cum Herode Sofius captam urbem seruauere. Antea verò rex Babyloniorum ea potitus excidit: post annos ex quo ædificata est, mille trecentos sexaginta, & menses octo, & dies sex. Primus autem conditor eius fuerat Chananæorū dynasta, qui patria lingua iustus appellatus est rex. Erat quippe talis. Idcircoque sacerdotium Deo primus exhibuit, & sano primum ædificato, Hierosolymam ciuitatem vocauit, cum antè Solyma vocaretur. Chananæorū quidem populo rex Iudæorum Dauid pulso, colendam suo populo tradidit: & quadringentesimo sexagesimo quarto anno post, ac mensibus tribus, à Babylonis euerfa est. A rege autem Dauide, qui primus Iudæus in ea regnauit, vsque ad id quod Titus fecit excidium, anni mille centum septuagintanouem. Ex quo primum autem condita est, vsque ad excidium, anni duomillia centum septuaginta septem. Sed enim neque antiquitas, neque ingentes diuitiæ, neque per totum orbem terræ diffusa fama, nec magna religionis gloria quicquam iuuat quominus periret. Talis quidem finis Hierosolymorum obsidionis fuit. Postquam verò quos occideret quidve raperet, non habebat exercitus, quod iratis animis omnia decerant (nec enim parcendo si esset quod agerent, abstinuissent) iubet eos Cæsar totam funditus iam eruere ciuitatem ac templum: relictis quidem turribus, quæ præter alias eminebant, Phasælo, & Hippico, & Mariamne: murique tanto, quantum ciuitatem ab Occidènte cingebat. Id quidem, ut esset castrum illic custodiæ causâ relinquendis: turres autem, ut posteris indicarent qualem ciuitatem, quamve munitissimam, Romanorum virtus obtinuisset. Alium verò totum ambitum ciuitatis ita cõplanauere diruentes, ut qui ad eam accessissent, habitata aliquando esse vix crederent. Hic quidem finis eorum dementia, qui nouas res mouere tentauerunt, Hierosolymis fuit, clarissimæ ciuitati, & apud omnes homines prædicatissimæ.

De præmio militum.

Cap. XIX.

CÆSAR autem præsidio quidem illic statuit relinquere decimam legionem, nonnullasque alas equitum, ac peditum cohortes. Omnibus autè belli partibus administratis, & laudare vniuersum cupiebat exercitum, pro rebus fortiter gestis, & debita viris fortibus præmia persolvere. Composito autem in medio ante castra magno tribunali, stans in eo cum procerum eminētissimis, vnde
 30 ab omni milite posset audiri, magnam illis ait habere se gratiam, quod beneuolentia erga se vtendo perseverassent. Laudabat autem, quod per omnia bella morigeri fuissent, quodque præliando fortitudinem in multis magnisque periculis monstrassent, patriæ per se amplificantes imperium: omnibusque planum facientes hominibus, quia neque hostium multitudo, neque munitiones regionum, neque magnitudines ciuitatum, vel audacia inconsulta, & immanitates efferæ aduersantium, possint vnquam Romanotū vires, vel manus effugere, quamuis in multis rebus aliqui fortunam opitulantem habuerint. Pulchrum quidem esse, ait, illos etiam bello finem imponere, quod multo tempore gestum sit, nec enim optasse his, quicquam melius, cum id ingrederentur. Hoc autem pulchrius atque præclarius, quod duces Romani & administratores imperij, ab
 40 his declaratos ac præmissos in imperium cuncti libenter suscipiunt. & his quæ ipsi decreuere, standum putant, agentes his gratias, qui legissent. Mirari autem se eos ac diligere omnes, quia nemo viribus alacritatem habuit tardiores. Et illis tamen, qui pro maiore vi clarius decertassent, vitamque suam condecorassent fortibus factis, & re bene gesta militiam suam nobiliorem fecissent, dixit se & honores & præmia redditurum: nec vllum eorum, qui plus alio laborare voluisset, iusta vicissitudine cariturum: magnamque sibi huius rei fore diligentiam, quod magis vellent honorare virtutes eorum, qui militiæ socij fuissent, quam punire peccata. Cõfestim ergo iussit eos quorum partes sunt, indicare, quosnam scirent fortiter aliquid in bello fecisse: & nominatim singulos appellans, præsentem collaudabat, quasi qui domesticis recte gestis nimium lætaretur: & coronas eis aureas imponebant, & torques longasque hastas, & signa ex argento facta donabat, & vniuscuiusque ordinem mutabat in melius. Quin & ex manubiis aurum & argentum, itemque vestes, aliamque prædam largiter distribuebat. Omnibus autem ita donatis, ut quisque se meritum præbuerat, votisque cum vniuerso exercitu factis, magno fauore descendit veritque se ad sacra pro victoria celebranda: magnamque
 50 h h altante

astante boum multitudine circum aras, immolatos omnes exercitui dedit ad epulas; ipse verò cum honoratis per triduum lætatus, milites quidem alios quò quenq; conueniret, dimittit. Hierosolymorum autem custodiam decimæ legioni credit: neque ad Euphratem, vbi pridem fuerat, eam remisit. Duodecimam verò legionem, memor quòd Cestio duce Iudæis cesserat, totā Syria pepulit: erat enim olim apud Raphanæas: ad Meliten autem, quæ sic vocatur, misit. Hæc ad Euphratem in confinio Armeniæ & Cappadociæ sita est. duas verò sibi obsequi satis esse duxit, donec ad Ægyptum perueniret, quintam & quintamdecimam legiones. Deinde cum ad maritimam Cæsaream cum exercitu descendisset, in eam manubiarum multitudinem reposuit, captiuosque ibi asservari præcepit, quòd ad Italiam nauigare tempus hyemis prohibebat. 10

De navigatione Vespasiani, deque comprehenso Simone & spectaculo die natalitio exhibito.

Caput X X.



ER idem verò tempus, quo Titus Cæsar obsidionis causa apud Hierosolymam cōmorabatur, ascensa naui oneraria Vespasianus Rhodum transmittit. Hinc autem vectus triremibus postquam omnes quas præter nauigauit ciuitates inuisit, ab his cū votis exceptus, in Græciam ex Ionia trāsīt. Egressus deinde Corcyra in Iapygiā delatus est, vnde iam terra iter agebat. Titus autem ex maritima Cæsarea reuersus in Cæsaream, qui Philippi vocatur, aduenit, diūque vbi commorabatur, celebrans omnia genera spectaculorum: multique in ea captiui consumpti sunt, alij bestiis obiecti, alij autem cateruatim more hostium inter se depugnare coacti. Hic Simonem etiam Gioræ filium comperit hoc modo cōprehensum: iste Simon cum Hierosolyma obsideretur in superiore ciuitate constitutus, postquam muros ingressus exercitus totam vastare ciuitatē cœperat, tunc fidelissimis amicorum ascitis, & lapidariis cum ferramentis eorum necessitati congruis, & alimentis quæ multis diebus sufficere possent, vnā cum illis omnibus in quandam occultiore cloacam sese demittit. & quoad fossa patebat, illi progrediebantur: vbi verò soliditas obstitisset, eam suffodiebant, sperantes posse vltius progressos tuto emergere, atque ita seruari. Sed hanc expectationē veram non esse, rei periculum refellebat. Vix enim paululum fossiores processerant, iamque alimenta, quamuis parce his vterentur, eos deficiebant. tunc igitur velut stupore posset Romanos fallere, albis tunicis, innexaque fibula, ac chlamyde purpurea indutus, illo in loco ex terra editus vbi templum antea fuerat apparuit. Ac primo quidem obstupere, qui eum viderunt, locisque suis manebant: deinde propius cū accessissent, quis esset, percontati sunt. & id quidem Simon non dicebat. iubebat autem ad se ducem vocari, statimque accersitus ab his, qui ad eum cucurrerant, venit Terentius Rufus: namque is rector militiæ relictus erat. Omni autem ab eo veritate comperta, ipsum quidem vinctum custodiebat: Cæsari verò quēadmodum esset comprehensus, indicauit. Simonem quidem in vltionem crudelitatis, qua in ciues suos amare ac tyrannice fuerat vsus, in potestate hostium quibus maxime inuisus erat ita Deus posuit, non vi subditum eorum manibus, sed sua sponte ad supplicium adductum: propterea quòd plurimos ipse crudeliter interemerat falsis criminationibus insimulatos, defectionis scilicet ad Romanos. Nec enim potest iram Dei effugere nequitia, nec inualida res est iustitia, sed quandoque sui temeratores vltiscitur, & grauiorem pœnam ingerit criminosis, cū iam se liberatos esse crediderint, eo quòd non statim luere commissa. Id etiam Simon didicit, postquam in iras Romanorum incidit. Illius autem ascensus è terra, magnā etiam aliorum seditiosorum multitudinem iisdem diebus fecit in cloacis deprehendi. Cæsari autem maritimam Cæsaream reuerso, vinctus Simon oblatus est. & illum quidem triumpho, quem Romæ acturus erat, seruari iussit. Ibi autem moratus, fratris sui natalem diem clarissime celebrabat, multam partem damnatorum eius honori attribuens. Numerus enim eorum, qui cum bestiis depugnarunt, quique ignibus cremati sunt, & inter se digladiatores perire duo millia quingentos excessit. Omnia tamen Romanis videbantur hæc licet mille modis illi consumerentur, minus esse supplicij. Postea Cæsar Berytū venit (hæc autem est ciuitas Phœnices prouinciæ, colonia Romanorum) & in hac quoque diutius demoratus est, maiore vsus claritudine circa natalem patris diē, tam magnificen-
tia

tia spectaculorum , quàm sumptibus aliis excogitatis , cùm etiam captiuorum multitudo eodem quo antea modo periret.

De calamitate Iudeorum apud Antiochenſes.

Cap. X X I.



VENIT autem per idem tempus, Iudæos, qui apud Antiochiam reliquerant, acerba & exitiosa pericula perpeti, concitata in eos Antiochensium ciuitate, tam propter criminationes illatas eis in præsentia, quàm propter ea, quæ fuerant non multo ante commissa. De quibus necessarium mihi videtur pauca prædicere, vt etiã quæ postea gesta sunt, consequenti narratione referamus. Iudæorum namque gens multum quidem totius orbis indigenis
 10 affeminata est. Plurimũ autem Syris vicinitate permixta, præcipue apud Antiochiam versabatur, propter magnitudinem ciuitatis. maxime verò his liberam domicilij facultatem reges, qui post Antiochum fuerant, præbuerunt. Namque Antiochus quidem, qui Epiphanes dictus est, vastatis Hierosolymis tẽplum spoliavit. Qui verò post eum regnum assecuti sunt, quicquid æneum in donariis fuit, hoc Iudæis apud Antiochiam degentibus reddidere, in eorum synagoga dedicatum: concesseruntque, vt pari cum Græcis iure ciuitatis vterentur. A secutis quoque postea regibus eodem modo tractati, & multitudine profecere, & extructione, itẽmque magnificentia munerũ templum clarius reddidere: semperque religione sibi sociantes magnam paganorum multitudinem, etiam illos quodammodo sui partem fecere. Quo tempore autem bellum fuerat
 20 conclamatum, & recens in Syriam Vespasianus delatus est nauigio, Iudæorum verò odium apud omnes pullulabat, tũ vnus eorum Antiochus quidam plurimum patris causa honorabilis (erat enim princeps apud Antiochiã Iudæorum) cùm Antiochenſium populus concionaretur in theatro, progressus in medium, patrem suũ & cæteros deferebat, insimulans eos, quòd vna nocte totam ciuitatem incendere statuisſent: & velut huius consilij participes quosdam hospites Iudæos tradidit. His autem auditis, populus iram cohibere non poterat: sed in eos quidem, qui traditi fuerant, ignem iussit afferri: statimque omnes in theatro concremati sunt. In multitudinem verò Iudæorum properabat irruere: si eos celeriter vlti essent, patriam suam seruatum iri existimantes. Antiochus autem iracundiam magis accẽdere, mutata voluntatis argumentum, quòdque Iudæorum mores odisset, exhibere se credens, si paganorum ritu sacrificaret: idẽmque iussit & cæteros compelli facere: renuendo enim manifestos insidiatores fore. Huius autem rei periculo ab Antiochenſibus facto, pauci quidem consenserunt: alij verò qui noluerunt, perempti sunt. Antiochus autem acceptis à Romanorum duce militibus, sæuius instabat suis ciuibus, nequaquam eos die septimo ab opere cessare permittens, sed omnia cogens facere, quæ diebus aliis agerent. Tãmq̃ validam necessitatem imposuit, vt non modo apud Antiochiam septimi diei feriæ soluerentur, sed ab hoc exordio in cæteris quoq; ciuitatibus ad breue similiter tempus fieret. Iudæis autem apud Antiochiam tunc eiusmodi mala perpessis, altera denuo calamitas accidit: de qua narrare conati, hæc quoq; persecuti fuimus. Namque quod quadrum
 40 forum exuri contigit, & archiua monimẽtorũque receptacula publicorum, itẽmque basilicas, vixque ignis inhibitus est super omnem ciuitatem magna nimis vi ruens, huius facti Antiochus Iudæos accusat: & Antiochenſes, quos scilicet si his infesti antea non fuissent, recenti tamen ex incendij tumultu facile calumnia perpulisset, multo magis ex antea actis fidem habere dictis suis persuasit, vt penè se vidisse ignem à Iudæis iniici arbitrarentur: & tanquam furore correpti, magno cum ardore cuncti aduersus eos, qui accusabãtur, imperus facerent. Vix autem motus eorum potuit reprimere Collega adhuc iuuenis legatus, postulans sibi permitti referre ad Cæsarem gesta. Rectorem namque Syriæ Cæsennium Patum iam quidem Vespasianus ad eam miserat, nondum autem ille peruenerat. Habita verò diligenti quæstione Collega
 50 reperit veritatem. & eorum quidem Iudæorum quos Antiochus accusauerat, nemo conscius fuit. omne autem facinus admifere homines quidem nocentissimi necessitate debitorum: rati quòd si forum & scripta publica concremassent, exactione liberarentur. Iudæi quidem pro suspensis criminationibus futura expectantes, magno timore fluctuabant.

hh 2

Quomodo

*Quomodo Vespasianus rediens à Romanis exceptus est.**Cap. XXII.*

ITVS autem Cæsar à patre sibi allato nuncio, quod vniuersis quidem Italiæ ciuitatibus desiderabilis peruenisset: maxime verò, quòd vrbs cum Roma summa cum alacritate & claritudine suscepisset, in maximam lætitiā voluptatēque translatus est, curis de eo ita vt sibi erat suauissimum liberatus. Vespasianum enim etiam longe absentem, omnes homines Italiæ voluntatibus, vt præsentē colebant: expectationē suā, quòd nimis eum venire cupiebant, pro eius aduentu ducentes, & omni habentes necessitate liberam erga illum beneuolentiam. Nam & senatus memor calamitatum, quæ mutatione principum cōtigissent, optabat imperatorem suscipere senectutis honore bellicorūque gestorum maturitate decoratum, cuius præsentiam sciebat soli saluti subiectorum commodaturam: & populus malis intestinis sollicitus, magis eum venire cupiebat: tunc se calamitatibus quidem pro certo absoluendum esse confidens, antiquam verò libertatem cum opulentia recepturum. Præcipue milites ad eum respiciebāt. hi enim maxime bellorum per illum patratorum nouerāt magnitudinem. imperitiā verò aliorum ducum experti atque ignauiam, magna quidem se optabant turpitudine liberari. eum verò qui se & seruare & honestare solus posset, recipere precabantur. Cū verò hac beneuolentia diligere-
tur ab omnibus, honore quidem præcipuis viris vltius expectare intolerabile videbatur, sed eum longissime ab vrbe Roma conuenire antè properabant. Nec tamen quisquam moras eius conueniendi ferebat, sed ita simul omnes effundebantur, & vni-
uersis facilius & promptius ire quàm manere videbatur, vt etiam ciuitas ipsa tunc primum inter se iucundam sentiret hominum caritatem. Erant autem pauciores abeuntibus remanentes. Vbi verò eum appropinquare indicaretur, quāque mansuete singulos suscepisset, qui præcesserant, nunciatum est, omnis iam reliqua multitudo per vias cum coniugibus & liberis præstolabantur: & quò trāsiens aduenisset, videndi eius voluntatem, vultusque lenitatem omnium generū vocibus prosequēbātur, benemeritum & salutis datorem, solūque dignū Romanorum principem appellantes. Tota verò ciuitas veluti tēplum erat, lætis atq; odoribus plena. Cū verò vix per circumstantem multitudinem in palatium venire potuisset, ipse quidē penatibus diis aduentus sui gratulatoria sacra celebrauit. Vertunt autem se ad epulas turbæ, pèrque tribus
& cognationes & vicinias conuiuia exercentes, Deo libabant, & ab eo precabantur ipsum Vespasianum quamplurimum temporis in Romano imperio perscuerare, & filium eius, & qui ex his nascerentur seruari inexpugnabilem principatum. Vrbs quidem Romana Vespasiano ita suscepto, statim maxima felicitate crescebat.

*Domitiani gesta contra Germanos & Gallos.**Cap. XXIII.*

AT E hæc verò tempora, quibus Vespasianus quidem apud Alexandriam erat, Titus verus Hierosolymam obsidebat, magna pars Germanorum ad defectionem mota est: quibus etiam Gallorum proximi conspirantes, magnam spem cōtulerant, quod etiam Romanorum dominio liberarentur. Germanos autem deficere velle, bellūque inferre, sustulit primo natura bonis
consiliis vacua, parua spe appetens periculorum: deinde odium principum, quoniam solis
sciunt gentem suā vi coctā seruire Romanis: nec non equidem maximam tempus
eis fiduciam dedit. Nam cū viderent Romanum imperium crebris imperatorum
mutationibus intestina seditione turbari, omnēque his subditam orbis terrę partem
pendere ac nutare cognoscerent, hoc sibi optimum tempus ex illorum rebus aduersis
atque discordiis oblatum esse putauerunt. Id autem consilium dabant, & hac eos spe
decipiebant, Classicus quidam & Ciuilis, ex eorū potentissimis: qui olim quidem res
nouas cupiebant: occasione autem inducti, suā sententiā prodidere. Iāmque ala-
criter affectæ multitudinis periculum facturi erant: verū maxima parte Germanorum
defectionem pollicita, & cæteris fortasse non dissentientibus, veluti quadam diuina
prouidentia, Vespasianus ad Petilium Cerealem, qui pridem Germaniam rexerat, li-
teras mittit, quibus eum consulē declarauit, iussitque ad Britannias administrandas
proficisci. Igitur ille quò iussus erat abiens, audita rebellione Germanorum, eos iam
congregatos aggressus magna clade affecit, depositaq; amētia ad sobrietatem coegit.
Sed

Sed etiam si ille ad ea loca non peruenisset, tamen haud multo post erant supplicia luituri. Nam ut primum defectionis eorum nuncius allatus est Romam, Domitianus Cæsar hoc audito, non sicut alter in illa ætate fecisset (nam admodum adulescens erat) tantam rei magnitudinem suscipere non detrectauit: sed à patre habens ingenitam fortitudinem, & supra ætatem exercitatus, ilico tendebat in Barbaros. Illi autem expeditionis fama perculsi, ei se permiserunt: lucrum hoc ex ea re maximum nacti, ut sine clade pristino iugo subiicerentur. Omnibus ergo circa Galliam, ut oportuit ordinatis, ne facile rursus unquam turbarentur, Domitianus clarus atque insignis, ætatem superantibus factis, & patrium decus afferentibus, Romam regreditur. Cum supradicta
 10 verò Germanorum defectione, iisdem diebus etiam Scytharum conuenit audacia. Nam qui appellantur Sarmatæ, maxima multitudine clam transgressi flumen Istrum, violenti atque sauiissimi, propter inopinatum impetum multos Romanorum quos in præsiidiis offendere, interficiunt: & consularem legatum Fonteium Agrippam, qui fortiter his obuius pugnauerat, occidunt: proximâque regiones totas ferendo atque agendo, omniâque incendendo peruagabantur. Vespasianus autem hoc facto, & vastitate Mœsiæ cognita, Rubrium Gallum mittit pœnas de eis sumpturum. à quo multi quidem in præliis trucidati sunt. qui verò salui esse potuere, cum timore domum refugere. Hoc autem bello magister militum finito, etiam futuri temporis cautioni consuluit. Pluribus enim & maioribus præsiidiis loca circumdedit, ut omnino Barbaris esset im-
 20 possibilis transitus. In Mœsia quidem ea celeritate debellatum est.

De anno sabbatico & triumpho Vespasiani ac Titi celeberrimo.

Cap. XXIIII.



Rinceps verò Titus aliquandiu quidem Beryti commorabatur, ita ut diximus: inde autem reuersus, & per omnes quas obiret Syriæ ciuitates magnificentissima celebrans spectacula, Iudæorum captiuis ad ostentationem cladis eorum abutebatur. Conspicit autem in itinere fluuium cognitione dignissimum. Is fuit medius inter Arcas & Raphanæas Agrippæ regni ciuitates. Habet autem quoddam peculiare miraculum. Nam cum sit quando fuit plurimus, neque meatu segnis, tamen interpositis sex diebus à fontibus deficiens, siccum
 30 exhibet locum videre. Deinde quasi nulla mutatione facta, septimo die similis exortur: atque hunc ordinem semper eum obseruare pro certo compertum est. Vnde etiam Sabbaticus appellatus est, à sacro Iudæorum septimo die sic denominatus. Ciuitatis autem Antiochenis populus, postquam Titum aduentare cognouit, manere quidem intra mœnia præ gaudio non sustinebat. omnes autem obuiam ei pergere properabant, & usque ad tricesimum vel eo amplius stadium progressi, non modo viri, sed etiam fœminæ cum pueris expectabant. Et cum appropinquâtem vidissent, ex utroque viâ latere stantes dexteras cum salutatione tendebant: multisque fauoribus exultantes, cum ipso reuertebantur. Crebro autem inter omnes alias laudes precabantur, ut Iudæos expelleret ciuitate. Titus quidem nihil precibus istis indulgit, sed otiose quæ dicebantur audiebat. Incerti autem quid sentiret, quidve facturus esset, Iudæi magno &
 40 atroci metu tenebantur. Nec enim commoratus est Antiochiæ Titus, sed continuo ad Zeugma Euphratem versus iter contendit. Quò missi etiam ab rege Parthorum Vologeso venere, auream ei ferentes coronam, quod Iudæos vicisset. Eaque suscepta etiam conuiuium exhibuit regiis, atque ita Antiochiam remeauit. Seriatu verò & populo Antiocheni multum petentibus, ut in theatrum veniret, ubi omnis eum multitudo præstolabatur, humanissime paruit. Rursus autem fortiter iisdem instantibus, & crebro postulantibus expelli ciuitate Iudæos, ingeniose respondit, patriam eorum dicens quò expellendi fuerant interiisse, nullumque iam esse locum, qui eos reciperet. Vnde ad aliam petitionem sese conuertunt Antiochenes, quod priorem impetrare
 50 non potuerunt. Aeneas enim tabulas eum precabantur eximere, quibus incisa essent priuilegia Iudæorum. Sed ne id quidem Titus annuit. verum in eodem statu relictis omnibus, quæ habebant apud Antiochiam Iudæi, ad Ægyptum inde discessit. Iter autem agendo cum ad Hierosolymam venisset, tristemque solitudinem quam videbat, antiquæ ciuitatis claritudini compararet, disectorum operum magnitudinem & vete-

hh 3 rem

rem pulchritudinem recordatus, miserabatur excidium ciuitatis, non sicut alius fecisset exultans, quod talem ac tantam funditus excidisset, verum multa imprecans seditionis authoribus, & qui hanc poenā ei inferre coegerent: ita certus erat, quod nunquam virtutem suam voluisset punitorum calamitate clarescere. Ex magnis enim diuitiis, non minima pars in ruinis adhuc inueniebatur. Quædam enim eruebant Romani, plura verò captiuis indicantibus auferabant, aurum atque argentum, aliæque instrumenta preciosissima, quæ domini propter incertam belli fortunam terræ condidere. Titus autem propositum iter ad Ægyptum tendens, emensa velociter solitudine, peruenit Alexandriam: decretoque ad Italiam nauigare, cum se duæ legiones comitarentur, vtramque vnde venerant remisit: quintam quidem in Mœsiam, quintam verò 10 decimam in Pannoniam. Captiuorum autem duces Simonem & Ioannem, & alios numero septingentos viros electos, tam magnitudine corporum quàm pulchritudine præstantes, ilico ad Italiam portari præcepit, cupiens eos in triumpho traducere. Peracta verò nauigatione pro voto, similiter quidem Roma in eo suscipiendo erat affecta, & occursum exhibuit ei quos patri. Claritudinem verò Tito pater attulit, qui venit obuiam, eumque suscepit. Multitudini autem ciuium diuinam quandam læticiam suggerbat, quod videbat in vnum tres conuenisse. Non multis autem diebus post, vnum communem triumphum, ob res gestas agere statuere, quamuis vtrique senatus proprium decreuisset. Prædicto autem die, quo futura erat pompa victoriæ, nemo ex tam infinita ciuitatis multitudine domi remansit. Omnes autem cum exissent, loca vbi 20 tantum stare possent occupauerant, quantus spectandis imperatoribus modus sufficeret, concessio necessario transitu. Cuncta verò turba militari ante lucem per turmas atque ordines progressa cum rectoribus suis, & circa ostia constituta non palatii superioris, sed prope ludis templum (ibi enim principes nocte illa quiescebant) prima iam aurora incipiente procedunt. Vespasianus & Titus lauro quidem coronati, amicti verò patria veste purpurea: & ad Octauianas ambulationes transcunt. ibi enim senatus, & ducum proceres, & honorati equites, eorum præstolabantur aduentum. tribunal autem ante porticus factum erat, sellæque eburnæ in eo præparatæ. Quò cum ascendissent, confederunt. Statimque eos militaris fauor excepit, multis virtutem testimonius prædicans. Illi autem inermes erant, in veste serica laureis coronati. Perceptis autem 30 tam laudibus eorum Vespasianus, cum dicere adhuc vellent, silentij signum dedit. Magnaque omnium quiete facta surrexit, & amictu magnam partem capitis adoperatus, solennia vota celebravit: idemque Titus fecit. Perfectis autem votis, Vespasianus in commune omnes breuiter allocutus, milites quidem ad prandium, quod his ex more ab imperatore parari solet, dimittit: ipse verò ad portam recedit, quæ ab eo quod per illam semper triumphorum pompa ducitur, nomen accepit. Ibi & cibum prius capiebant, & triumphalibus vestibus amicti, diis ad portam collocatis cæsa hostia, inter spectacula transcuntos triumphum ducebant, vt multitudini facilius præberetur aspectus. Pro merito autem narrari multitudo eorum spectaculorum & magnificentia non potest, in omnibus, quæ quisque cogitauerit, vel artium factis, vel diuitiarum opibus, vel 40 naturæ nouitate. Nam penè quæcunque hominibus, qui vsquam sunt fortunatis paulatim quaesita sunt, aliis alia mirabilia atque magnifica, hæc vniuersa illa die Romani imperij magnitudinē probauere. Etenim argenti, aurique, necnon eboris in omni specie operum multitudinem, non vt in pompa ferri cerneres, sed vt ita dixerim omnia fluere. & aliæ quidem vestes ex rarissimis generibus purpure portari, alias diligentissima pictura variatas arte Babyloniarum gemmarum autem clarissimæ tam multæ, aliæ coronis aureis, aliæ aliis operibus inclusa tractæ sunt, vt appareret frustra nos earum vsquam rerum esse aliquid suspicari. Ferebantur etiā simulacra, quæ illi deos habent, & magnitudine mirabili, & arte non defensorie facta, horumque nihil non ex preciosa materia. Quin & animalium diuersa genera producebatur, propriis ornamentis induta. Erat autem etiam 50 quæ singula portaret magna hominum multitudo, purpureis vestibus atque inauratis ornata. Ipsi etiam qui ad pompam fuerant ab alia turba discreti, præcipua & mirabili ornamentorum magnificentia culti erant. Insuper his, ne captiuorum quidem vulgus inornatum videres, sed varietas & pulchritudo quidem vestium natam ex fatigatione

tione corporum deformitatē, oculis subtrahebat. Maxime autē stupori erat, pegmatum quæ portabantur, fabricatio, pro cuius magnitudine timendum viribus portantium occurrentes putabāt. multa enim in tertium nidum quartūque surgebant: & magnificentia fabricæ cum admiratione delectabat: multis aurata veste circumdatis, cum aurum præterea factum atq; ebur omnibus esset affixum. Multis autē imitationibus bellum aliter in alia diuisum, certā sui faciem demonstrabat. Erat enim cernere vastari quidem fortunatissimam terram, totas vero interfici acies hostium: & alios fugere, alios captiuos duci: murōsq; excellentes magnitudine machinis dirui, & castrorum excindi munimina, & populorum ciuitatum mœnia disturbari, exercitūq; intra muros infundi: cædisq; omnia loca plena, & eorum qui manu resistere non poterant preces: ignēque templis immisum, ædiūque super dominos post multā vastationem euerfiones: atque amnis tristitiam, defluentis non in arua culta, neq; ad hominum vel pecorū potum, sed per terram ex omni parte flagrantem. Hæc enim Iudæi bello passi sunt: ars autem & confectorū operū magnitudo, nescientibus adhuc facta tanquā præsentibus ostendebant. Erat autem per singula pegmata caput ciuitatis dux, ita vt captus fuerat ordinatus. Multæ etiam naues sequebantur. Spolia vero alia quidem passim ferebantur. eminebant autem ea quæ apud Hierosolimam in templo reperta sunt, mēsa aurea ponderis talenti magni, & candelabrum similiter quidem auro factum, sed opere commutato ab vsus nostri cōsuetudine. nam media
20 quidem columna basi hærebat, tenues autem ab ea cannulæ producebantur, formatæ ad similitudinem fuscinæ, ad summū quæq; in lychni speciem fabricatæ. erant autē numero septem, septimi diei, qui apud Iudæos est, indicātes honorē. Post hæc autem portabatur lex Iudæorum, nouissima spoliū. Deinde transibant plurimi victoriæ simulacra portātes, omnia ex auro & ex ebore facta. Post hæc Vespasianus prior ibat, & Titus deinde sequebatur. Domitianus autē adequitabat, ipse quoq; ornatus pulchritudine, dignūq; spectari exhibēs equum. Pompæ autem finis fuit Capitolini Iouis templū, quod postquam ventum est, constitere. Erat autē verus mos patrius, operiri donec ducis hostiū mortem quispiam nunciaret. Is erat Simon Gioræ, tunc inter captiuos in pompa traductus: laqueo vero circūdatus per forū trahebatur, quo cum
30 simul cæderet qui ducebant. Lex autē Romanis est, ibi necare criminum reos morte damnatos. Postquam igitur eum finem vitæ habere nunciatū est, omniumque fauor secutus est, tunc hostias inchoauere, hisque secundo per vota solennia omine peractis, in palatiū recessere. Et alios quidē epulis ipsi excipere, aliis autē omnibus domi conuiuiorū instructi erant apparatus. Hunc enim diem vrbs Romana celebrabat, victoriæ quidē in hostes gratulatoriū, finem vero malorū ciuiliū, & spei bonæ profelicitate, principiū. Post triumphos verō, & Romani imperij firmissimū statū, Vespasianus Paçi templū ædificari decreuit. Itaq; mira celeritate, & quæ hominum cogitationem superaret, effectū est. Magna enim diuitiarū largitate vsus, in super perfectis ad picturæ ac figmentorū operibus exornauit. Omnia nanq; in illud fanū collecta ac
40 deposita sunt, quorum viscendorum studio per totum orbem, qui ante nos fuerunt, vagabantur: quomodo aliud apud alios scūm esset, videre cupientes. Hic autem repositus etiam quæ Iudæorū fuerant instrumenta, his se magnifice ferens. Legem verō eorum, & penetralium vela purpurea in palatio condita seruari præcepit.

Herodion & Macherus & Bassus capta. Cap. lxxv. mul.



IN Iudæam vero legatus missus Lucilius Bassus, suscepto à Cerepō Volitiono exercitū, castellum quidem Herodion cum præsidio deditione cepit. Post autem omni manu militari collecta, mutū autē in partes diuisū erāt, & legione decima bellum inferre Macherunt statuit. Valde enim necessariū videbatur id excindi castellū, ne multos sui munimine ad defectionē inuitaret. Nam & salutis spem habitatoribus certā, & aggredientibus hesitationē atq; formidinem, natura loci præstare maxime poterat. Nam ipsum quidē quod murū circumest, saxosus est collis, in proceram altitudinem surgens, & ab hoc etiam capi difficilis videtur, sed ne vel accedi posset eō natura excoGITat, quæ vallibus cum ex omni parte vallauerat, quā ualitudo oculis cōprehendi non posset, nec transire erat facile,

nec aggestu vlla ratione compleri possibile. Nam ea quæ ab Occidente secat valli s
 x. stadiis distenditur, vnde Asphaltites lacus ei limitem facit, ex hoc vero tractu ipse
 Machærus altissimo vertice supereminet. A Septentrione autem & Meridie, valles
 magnitudine quidem supradicta cingunt, similiter vero sunt inextricabiles ad oppu-
 gnationem. eius vero vallis quæ ab Oriente est, altitudo non minor centum cubitis
 inuenitur: mōte vero ex aduerso Machærunti posito terminatur. Ea loci natura per-
 specta rex Alexander, primus in eo castellum communiuit, quod postea Gabinus
 bello cum Aristobulo gesto deposuit. Herodi autem regnāti, omnibus locis dignior
 cura visus est, & constructione tutissima, propter Arabum præcipue vicinitatē. nanq;
 opportune situs est, eorum fines prospectās. Magno ergo locum muro amplexus ac 10
 turtibus, ciuitatem illic fecit incolis, vnde in arcē ipsam ferebat ascensus. Quin & cir-
 ca ipsum verticem rursus murū ædificauerat, turrēsque in angulis sexagenorū cubito-
 rum crexerat. In medio autē ambitu regiā struxerat, magnitudine simul habitationū
 & pulchritudine locupletem. Multas vero cisternas recipiendis aquis abundēque sup-
 peditandis, locis maxime idoneis fecerat: veluti cum natura certaret, vt quod illa situ
 loci expugnabile fecerat, ipse manu structis munitionibus superaret. Insuper enim &
 sagittarum multitudinem machinarūque reposuit: & omnē apparatus excogitauit,
 qui habitatoribus posset magnæ obsidionis præstare contemptum. Erat autē in ipsa
 regia ruta mirabilis magnitudinis: à nulla enim ficu vel celsitudine, vel magnitudine
 vincebatur. Ferebant autem eam ex Herodis temporibus perseverasse: mansissetque 20
 ulterius profecto, sed ab Iudæis qui locum ceperant excisa est. Vallis autem, qua ciui-
 tas à parte Septentrionali cingitur, quidem locus Baaras appellatur, vbi radix eodē
 nomine gignitur: quæ flammæ quidem assimilis est colore, circa vesperam vero ve-
 luti iurare fulgurans, accedentibus eamque euellere cupientibus facilis non est: sed
 tam diu refugit, nec prius manet, quàm si quis vrinam muliebrem vel mēstruum san-
 guinem super eam fuderit, quinetiam tunc si quis eam tetigerit, mors certa est: nisi
 forte illam ipsam radicem ferat de manū pendentem. Capitur autē alio quoque modo
 sine periculo, qui talis est: Totam enim circumfodiunt, ita vt minimū ex radice ter-
 ra sit conditum. deinde ab ea religant canem: illoque sequi eum à quo relegatus est
 cupiente, radix quidem facile euellitur: canis vero continuo moritur, tanquam eius 30
 vice à quo herba tollenda erat, traditus. nullus enim postea accipientibus metus est.
 Tantis autē periculis propter vnam vim capi eam operæ precium est. Nam quæ vo-
 cantur dæmonia, pessimorum hominum spiritus, viuis immersa, eosque necantia qui-
 bus subuentum non fuerit: hæc cito, etiam si tantummodo admoueatur ægrotanti-
 bus, abigit. Fluunt autem ex eo loco aquarum fontes etiam calidarum, multum inter
 se sapore diuersi. Alij nanque amari sunt, aliis nihil dulcedinis deest. Multi autem fri-
 gidæ aquæ ortus, non solum in humilioribus locis fontes alternos habent: sed quod
 amplius quis miretur, in proximo quædam spelunca cernitur, non quidē alte caua,
 saxo autem imminēte protecta: super hoc veluti duæ mamillæ inter se paululum di-
 stantes eminent: & altera quidem frigidissimum fontem, altera calidissimum fundit: 40
 qui mixti lauacrum suauissimum præbent, multisque morbis ac vitis salutare: maxi-
 me vero periculis curationi conueniēs: habetque idem locus metalla sulfuris & alu-
 minis. Bassus autem contemplatus vndique regionem, vallē Orientali repleta acces-
 sum parare statuit: opusque inchoauit, properans aggerē quamplurimum extollere,
 faciliusque per eum oppugnationem facere. Qui vero intus fuerant deprehēsi, ab ex-
 ternis segregati Iudæi, illos quidem coëgere, inane vulgus esse existimantes, inferio-
 rem obseruare ciuitatem, ac pericula priores excipere: superius vero castellum ipsi
 occupatum tenebant, & propter munitionis firmitatem, & vt saluti suæ consulerēt.
 Impetraturos enim se veniam opinabantur, si locum tradidissent Romanis. Prius au-
 tem volebant spem declinandæ obsidionis experiendo conuincere: idēque alacri 50
 animo in dies singulos expensis habebant, & cum his quos fors obrulisset confertis
 manibus, multi moriebantur, multosque Romanos interficiebant: semper autē viriliter
 ex tempore plus victoriæ captabatur: Iudæis quidem, si incautos aggredierentur:
 in aggere autem positis, si improuisum excursum eorum bene septi armis exciperēt.

Sed

Sed non is erat finis obsidionis futurus. Res autem quædam fortuito gesta, inopinatam castelli tradendi necessitatē Iudæis imposuit. Erat inter obsessos iuuenis & audacia ferox, & manu strenuus, Eleazarus nomine. is autē fuerat excursibus nobilis, multos egredi aggestumque prohibere cogitās, & in præliis semper grauiter Romanos afficiens: audaciāque sua socios prosequens, impetum quidem facilem his, periculo autem vacuum discessum efficiebat nouissimus recedendo. Itaque discreta quodam die pugna, & vtraque parte digressa, ipse tanquam despiciens omnes, existimans neminem tunc hostium prælium excepturum, extra portam remansit: & in muro stantes alloquebatur, tota mente illos attendens. Hanc autem opportunitatem vidit quidam ex castris Romanorum Ægyptius, nomine Rufus: & quod nemo sperasset, impetu facto cum ipsis eum armis repēte correptum, cum hoc viso stantes in muro stupor teneret, in castra Romanorum traduxit. Postquam vero dux nudum præcepit extendi, & in aperto constitutum, vt ex ciuitate conspiceretur, cædi verberibus, vehementer Iudæos confudit casus iuuenis, vniuersāque ciuitas in fletu erat & questibus, vnius viri clade perculsa. Id vbi Bassus animaduertit, cōsiliorum aduersus hostes hoc principium sumpsit: eorūque miserationem augere cupiens, quatenus coacti pro eius salute castelli traditionem facerent, quod sperauit adeptus est. Nam ipse quidem, velut mox Eleazarum suspensurus, crucem defigi iussit. ea vero cōspecta, maior castellanos dolor inuasit, & ululando querebantur, intolerabilem esse calamitatē vociferantes. Tunc igitur Eleazarus eos orabat, ne vel se despicerent, mortem miserrimam subiturum, sibi que ipsis salutem præberent, postquam iam subacti omnes Romanorum viribus fortunæ concederent. Illi autē & eius sermone fracti, & quod multi intus pro eo precabantur (ex magna enim & numerosa cognatione genus ducebat) & contra ingenium suum misericordia victi sunt: & quibusdam celeriter missis colloquebantur, castelli traditionem facere petentes, ac reddito sibi Eleazaro, sine metu dimitti. Cū autem his assensus esset dux Romanorum, multitudo ciuitatis inferioris, inita separatim cum Iudæis cognita pactione, ipsi clām nocte auferre statuere. Cū vero portas aperuissent, ab his qui deditionem promiserant ad Bassum nuncius venit, siue inuidia salutis eorum siue formidine, ne eorum fugæ causam ipsi præstarent. Sed fortissimi quidem fugientium, qui præcesserant, euasere. reliquorum autē viri quidem mille septingenti perempti sunt, mulierculæ vero & pueri in seruitium ducti. Sponsiones autē cum his qui castellum dedidere habitas, Bassus conseruandas esse ratus, & ipsos dimisit, & Eleazarum reddidit.

De Iudeis à Basso interemptis & Iudæa diuendita. Cap. XXVI.

Is autem administratis, in saltum, qui appellatur Iardes, ducere properabat exercitum. multi enim illuc congregati esse nunciabantur qui pridem tempore obsidionis, ex Hierosolymis & Machærunte profugerant. Ergo cū ad locum venisset, neq; falsum fuisse nuncium perisset, primo quidem omnem locum cum equitibus cingit: vt si quis Iudæorū conatus fuisset euadere, fugiendi per equites copiam non haberet. pedites autem syluam iussit cedere, in quam confugerant. Hoc modo ad necessitatē adducti sunt, fortiter aliquid facienda, velut ex audaci certamine fortasse fugam etiam reperirent. Itaq; simul vniuersi, & cum clamore impetu facto, in eos à quibus cincti fuerant, irruunt. Illi autem fortiter excipiebant: multaq; his audacia illis contentione vsis, diu quidem prælium tractum est, non autem similis euenit finis pugnæ certatibus. Nam Romanorum quidē duodecim tantum contigit occumbere, neq; multos fauciari: Iudæorū vero ex illo prælio nullus euasit. Sed cū non essent pauciores tribus milibus, prostrati sunt omnes: eorūq; dux Iudas Iairi filius, de quo supra meminimus, qui ordini cuidam præpositus cum Hierosolyma obsideretur, quibus demersus fuerat cloacis, latenter effugit.

Eodem vero tempore Cæsar etiam ad Liberium Maximum scripsit (erat autem procurator) vt omnem terram venderet Iudæorum. nec enim ciuitatem in ea condidit proprium seruans sibi eorum agrum. Solis autem octingentis militibus illic relictis, locum dedit quem incolerent, qui vocatur Ammaus. distat autem ab Hierosolymis triginta stadiis. Stipendium vero vbiq; degerent Iudæis indixit: bināsq; drachmas

h h 5 singulis

singulis annis deferre in Capitolium iussit, ita ut antehac Hierosolymorum templo pendebant. Et res quidem Iudæorum illo tempore hunc statum habebant.

De clade Antiochi regis & eruptione Alanorum in Armeniam. Cap. XXVII.



AM vero quarto anno Vespasiano administrante imperium, cōtigit Comagenes regem Antiochum in maximas clades cum tota domo incur-
re, ex causa huiusmodi. Cæsennius Pētus, qui tunc Syriam administrabat, siue re vera, seu propter inimicitias Antiochi (certum non valde patefa-
ctum est) literas ad Cæsarē misit, Antiochum dicens deficere ab Romanis cum Epi-
phane filio decreuisse, pactis habitis cum rege Parthorū: proptereaque debere illos
antē capere: ne si priores novas res adorti essent, totum Romanorū imperium bello ¹⁰
perturbarent. Non erat autem Cæsar huiusmodi nuncium ad se perlatum neglectu-
rus. Nam vicinitas regum, maiore negociū prouidētia dignū esse faciebat. Samosata
enim Comagenes maxima ciuitas iuxta Euphratē sita est, ut esset Parthis (eo nanq;
id cogitauere) facillimus transitus, tutum autē receptaculū. Fide igitur habita, & po-
testate sibi permissa, ut ageret quod expedire videretur, negligendum non putauit.
Subito tamen, Antiocho eiūsque fociis nihil opinantibus, in Comagenē ingressus est,
ex legionibus quidem sextā ducens, & insuper quasdā cohortes alāsq; equitū. habe-
bat autē auxilio reges, Chalcidicæ Aristobulū, Emesāq; Sohemū. Introitus autē illis
erat sine certamine, quod nemo indigenarum manus valebat opponere. Antiochus
enim insperato perculsus nuncio, bellum quidem contra Romanos nec cogitatione ²⁰
cōcepit. Decreuit autē, toto regno in eo quo erat statu relicto, cum coniuge ac libe-
ris egredi, hoc se Romanis purū ab ea suspitione quæ sibi ingereretur probaturū esse
ratus: progressusque de ciuitate centū triginta propemodum stadiis, in campo taber-
naculum ponit. Pētus autē in Samosatā qui eam capefferent mittit, & per eos ciuita-
tem tenebat. ipse vero cum alio milite in Antiochū ire tendebat. Non tamen rex vel
ipsa necessitate adductus est aduersum Romanos aliquid bellicū gerere: sed fortunā
suam questus, quiduis pati sustinebat. adolescentibus autē, belliq; peritis, viq; corpo-
ris præstantibus filiis eius non erat facile in calamitate sine pugna durare. Itaq; ad vir-
tutē se conferunt Epiphanes & Callinicus. Vehementi autē pugna per totam diem
habita, insigni fortitudine demonstrati sunt: nullaq; parte suarū virium diminuta disce- ³⁰
dunt. Antiocho vero neque pugna hoc modo peracta manere domi tolerabile vide-
batur: sed abducta coniuge cum filiabus in Ciliciā fugit, atq; hoc facto militū suorum
animos fregit. nam veluti desperato ab eo regno defecere, & ad Romanos se trāstu-
lere, omniumq; erat desperatio. Ergo priusquam penitus destituerētur auxiliis, Epi-
phani cum cæteris seruare se ex hostibus erat necessariū. fiuntq; omnes equites de-
cem, qui cum his vnā transgressi sunt flumen Euphratē. hinc iam sine metu profecti,
cū ad Vologesem Parthorū regem venissent, non quasi profugi despecti sunt: sed
ac si fortunam pristinā retinerēt, omni honore dignati sunt. Antiochū vero, vbi Tar-
sum Ciliciæ venit, misso cēturione Pētus vinctum Romā transmisit. Vespasianus au-
tem ita regem ad se deduci non passus est: dignius esse ratus, veteris amicitia habere
rationē, quā belli occasione inexorabilē iracundiā seruare. Itaq; iubet ei iter agenti ⁴⁰
auferri vincula, intermissaq; interim profectioe Romā, apud Lacedæmonē degere:
magnos vero ei pecuniæ redditus præbet, ut non modo copiose, sed etiam regie victū
haberet. His Epiphanes & cæteri cognitis, qui patri ante metuebant magna cura &
inextricabili animos relaxarūt, & ipsi quoq; spem recōciliandi cum Cæsare cōcepe-
re. Cū autē etiam Vologeses de his scripsisset ad Cæsarē (nec enim quāuis feliciter
agerent, extra Romanū viuere patiebantur imperiū) & cū Cæsar his mansuete fa-
cultatē dedisset, Romā venerunt. patre autē ad eos ex Lacedæmone statim aduccto,
cū omnis honor eis haberetur, ibi māserunt. Alanorū autē natio, quod quidem Scy-
thæ sint, iuxta flumen Tanain & Mæotides paludes sedes habentes, iam quodā loco ⁵⁰
memorauimus. His vero temporibus inito consilio, ut terram Mediam, & vltius
prædandi causa peruaderent, cum rege Hyrcanorum colloquuntur. nanque is est
illius transitus dominus: quem rex Alexāder ita fecerat, ut portis ferreis clauderetur.
Aditu autem sibi præbito, vniuersi nihil suspicantibus Medis incumbunt: corūque
fines

finis populosos, omnigenumque pecorum plenos diripiebant, cum resistere nullus auderet. Nam qui regnum eius terrae obtinebat Pacorus, metu perculsus, in difficiliora loca refugiens, ceteris quidem bonis omnibus cesserat: vix autem ab illis coniugem ac concubinas suas captas, datis centum talentis redemerat. Summa ergo facultate sine pugna praedabundi, & usque ad Armeniam vastantes omnia processere. Eius autem Tyridates rex erat. Qui cum his obuius bello conflixisset, non multum abfuit quin viuus in illa acie caperetur. Procul enim quidam missio in eum laqueo circumdatum tracturus fuerat, nisi celeriter gladio rupisset laqueum, atque ita fugisset. Illi autem pugna multo magis efferrati, terram quidem depopulati sunt: magnam vero hominum multitudinem, aliamque ducentes praedam ex utroque regno, ad sua domicilia rediere.

Excidium Massade castelli munitissimi.

Cap. XXVIII.



PVD Iudaeam vero mortuo Basso, Flavius Silua in administratione succedit. & aliam quidem terram bello subactam videns, unum autem adhuc rebellare superesse castellum, omni quae in illis locis habebatur manu collecta, aduersus id militem mouit. Nomen est autem castello Massada. Princeps vero sicariorum, a quibus fuerat occupatum, erat vir praepotens Eleazarus, ex origine Iudae, qui non paucis Iudaeis persuaferat, ut antea diximus, ne professionem facerent, quando certior Cyrenius in Iudaeam missus est. Tunc enim sicarii conspirauerunt in eos, qui Romanis dicto audientes esse vellent: omni quae modo his quasi hostibus utebantur, diripiendo quidem & abigendo eorum bona, ignem vero domibus iniiciendo. Nihil enim illos ab alienigenis differre dicebant, qui pugna etiam petendam Iudaeorum libertatem tanta ignauia prodidissent: magisque se optare sub Romanis seruitium professi essent. Erat autem id plane causatio, & crudelitatis atque auaritiae dicebatur obtentu: manifestum autem rebus effectum est. Nam iidem illi & defectionis socii fuerunt, & bellum cum Romanis communiter susceperunt. Causa vero peior illorum in eos facta est: & cum mentita prior eorum refelleretur occasio, peius tractabant eos, qui nequitiae suae iustis assertionibus exprobarerent. Fuit enim quodammodo illud tempus apud Iudaeos omnium generum malitiae fecundissimum: ut nullum opus intermitteretur infectum: nec si quis excogitando fingere voluisset, haberet quo magis nouum aliquid inueniret. Ita & priuatim & communiter omnes unum erant, & exuperare alium alius tam impietate quam iniquitate in proximos certabant: potentes quidem multitudinem male tractando, multitudo vero ad interitum potentium properando. Illis autem erat dominandi cupiditas, hic autem vim faciendi, bonaeque locupletum diripiendi. Primi quidem sicarii fuere iniquitatis in propinquos & crudelitatis autores, nullo neque verbo indicto ad iniuriam, neque facto intentato ad exitium eorum quibus insidiarentur penitus praetermisso. Verum & hos Ioannes moderatiores esse demonstrauit. Non solum enim omnes interficiebat qui necessaria & profutura suaderent, tanquam inimicissimos maxime ciues eiusmodi impetens, sed etiam patriam malis plurimis cumulauit: qualia facturum fuerat qui Deum quoque iam esset ausus impietate contemnere. Nam & mensa nefaria vescebatur, & legitimam patriamque exterminauerat castimoniam: ut iam sit minime mirum, si mansuetudinis communionem minime seruabat hominibus, qui Dei pietatem furore contempserat. Rursus Simon Giorae, quid mali non commisit, quauis liberorum corporum iniuria temperauit, qui eum creauere tyrannum? Quae vero eos amicitia, quae uel cognatio ad quotidianas caedes non ferociores effecit? nanque alienos quidem male tractare, inertis nequitiae opus esse arbitrabantur: clarissimam vero gloriam parere crudelitatem in familiarissimos existimabant. Horum furoris aemuli, etiam Idumaei fuere: illi enim sceleratissimi peremptis pontificibus, ne qua pars conseruaretur pietatis in Deum, totum quod ex ciuitatis facie supererat, abscindere, summamque per omnia iniustitiam induxerunt: in qua illud hominum genus, qui Zelotae appellati sunt, viguit: qui nomen factis verum probauerunt. Omne enim malitiae facinus aemulati sunt, nullo in aemulato, quod ante commissum memoria tradidit, praetermisso: quamuis nomen sibi ex bonorum aemulatione imposuissent: qui eos quos laederent, propter efferam sui naturam cauillando fallebant, qui malorum quae maxima essent, bona ducebant. Itaque debitum vitae finem inuenere, merita illis

illis omnibus pœna Dei voluntate decreta. Cuncta enim quæ natura hominis posset ferre supplicia, in eos usque ad extremum vitæ terminum cōgesta sunt, quæ variis perempti cruciatibus pertulere. Fortasse dixerit aliquis minora eos quàm cōmiserere perpeffos, verum qua tandem digna tantis sceleribus pœna affici poterant? De illis autē qui in eorum crudelitatem inciderunt, non est huius temporis pro merito cōqueri. Rursum igitur ad eam narrationis partē redeo, vnde digressus sum. Venit enim dux Romanorū contra Eleazarum, & qui cum eo Massadam tenebāt, sicarios, exercitum ducens, & fines quidem statim omnes obtinuit, præfidiis ubiq; locis opportunissimis collocatis: castellum autē muro circumdedit, ne quis obsessorū fugiendi facultatē haberet, utq; custodes perseuerarent. ipse vero castris locū occupat, ad obsidionē quidem idoneū, quem delegerat, qua parte castelli rupes monti proximo applicabātur, cæterum difficilem ad copias vtenfilium. Non solum enim cōmeatus ex longinquo, & cum labore Iudæorum maximo portabātur, quibus hæc fuerat cura mandata, verum etiā potus aliunde in castra ducebatur, quoniā in eo loco nullus fons proximus nascebatur. His autē dispositis, Silva obsidionem aggressus est, artis ac laboris egentem, propter castelli munitionem, cuius natura huiusmodi est: Saxum gyro non exiguum, & excelsum longitudine, vndiq; abruptis atque altis vallibus cingitur inuisibili super fundo habens scopulos: ipsæq; omnium sunt animalium gressibus inaccessæ, nisi quoddā duobus modis idem saxum in difficilem explicatur ascensum. Est autem vnum, iter ab lacu Asphaltite ad Solis ortum, & alterū ab Occidente facilius ambulari. Vocatur autem vnum coluber, ex angustia crebrisq; flexibus capta similitudine. Quæ enim prominet rupes, frangitur, ac sæpe in se reuertens, paulatim rursus producit: vixq; illo itinere gradiens promouet pedem, nanq; mutanti vestigiū, necesse est altero pedē niti. Est autem certa perniciēs, si quis labatur, altitudo enim rupium utrinq; dehiscit, ut quæ horrore quemuis terrere audacissimum possit. Per eiusmodi viam cum xx stadiis ascenderis, quod restat verticis est non in acutum finem coacti, sed ut habeat in summo planiciē. In hac primus quidem Ionathas pontifex castellum ædificauit, & appellauit Massadam. Post autem Herodi magno studio fuit loci illius structio. Nam & murum per omnem eius gyrum erexit, stadiorum spacio septem, è candido lapide factum, & duodecim altum, larūque octo cubitis: & xxvii. turres 30 quinquagena cubitorū in eo stabant: ex quibus aditus erant in ædes circa omnē murum intus ædificatas. Rex enim verticem, quoddā fecundus, omniq; planicie mollior esset, culturæ destinauerat: ut si quando externorū alimentorū penuria contigisset, ne hac quidem laborarent, qui salutem suam castello credidissent: Quin & regiā sibi ædificauerat, ab Occidentalis partis ascensu, intra mœnia quidem arcis positam, vergentem autem ad Septentrionem, regiæ vero murus erat magnus, ac firmissimas quatuor celsitudine sexagenorum cubitorū in angulis turres habebat. Membrorum autē intus, & porticuū itēq; balnearum varia erat & sumptuosa cōstructio, columnis quidem è singularibus saxis vndiq; substitutis, parietibus autem membrisque solidida compage lapidum variatis. Ad singula vero habitacula, & in summo, & circa regiā 40 giam, & ante turres multos magnosque puteos in scopulis exciderat, custodes aquarum: tantam molitus abundantiam, quantam qui fontibus vterentur haberent. Fossæ vero iter ex regia in arcem summā ducebant, quas foris nemo cernebat. Sed ne manifestæ quidem viæ facilem sui vsum præbere hostibus poterāt. Nam Orientalis quidem via natura est inaccessa, ut suprà memorauimus. Occidentalem vero, magna in angustia posita turri cōclūit, quæ non minore mille cubitorū spacio ab arce distaret, quam neq; transire posse, neq; capi facile videbatur. Inextricabilis autē, quamuis licenter ambulantiis, fuerat fabricata. Ita quidem aduersus hostiles impetus natura simul & manu castellū erat communitū. Intus autē repositi apparatus, magis & diuturnitate & opulentia iuere. nam & frumētum multū erat conditū. & quod in longum tēpus sufficere posset: vinūq; multū & oleum: insuper autem cuiusq; leguminis fructus, & palmulæ coaceruatæ. Cunctaq; reperit Eleazarus, castello per dolum cum sicariis occupato, matura, nihilq; recens depositis deteriora: quanquam ferè ex quo apparata sunt, ad excidiū à Romanis illatum, centum annorū tempus agebatur.

Quinetiam

Quinetiam Romani fructuum reliquias incorruptas offendere. Si quis autem causam diuturnitatis auram esse existimet, non errauerit, quod arcis altitudine ab omni terrena ac faculenta materia sit remota. Inuenta est autem omnigenum quoque armorum multitudo, ab rege condita, quæ decem millibus virorum sufficerent, ferrumque infectum, necnon æris & plumbi materia: quippe ut magnis de causis factum crederes apparatum. Aiunt enim Herodem id ipsum castellum sibi ad refugium parauisse, duplex periculum suspicantem: vnum quidem ab Iudæorum populo: ne se deposito, illos qui antea reges fuerant, ad principatum reduceret. Alterum verò maius atque atrocius, ab regina Ægypti Cleopatra. Hæc enim suam sententiam non celabat, sed cum Antonio

10 sæpe verba faciebat, postulans Herodem interfici, sibi autem obsecrans regnum Iudæorum donari. Et magis quis miraretur, nondum eius imperio Antonium paruisse, male eius amore mancipatum quam non donaturum sperasset. Propter eiusmodi metus Herodes conditam Massadam, extremum belli contra Iudæos Romanis opus reliquit. Nam quia foris iam locum omnem muro cinxerat dux Romanorum, sicut supra diximus, ac ne quis effugeret diligentissime procurauerat: incipit oppugnationem, vno tantum loco reperto, qui aggerum iactum posset excipere. Nam post eam turrim quæ iter ab Occidente, quod ad regiam summumque montem duceret, præcludebat, erat quædam

20 continentia saxi vastior latitudine, multumque porrecta: celsitudine autem Massadæ trecentis cubitis inferior, quam Leucen appellabant. Hanc igitur Silua, ut ascendit ac tenuit aggerem apportare militibus iussit: illis autem alacri animo & magna manu operantibus, solidus ad ducentos cubitos erectus est tumulus. Verum neque firma neque sufficiens machinis ferendis hæc mensura videbatur: sed super eum tribunal, constructis saxi ingentibus, factum est, altum itemque latum cubitis L. Erat autem & aliarum machinarum fabrica illis assimilis, quas primo quidem Vespasianus ad oppugnationes, postea verò Titus excogitauerat: & turris L. x. cubitorum effecta est, tota ferro con-

30 ne machinis quidem simile aliquid pateretur: mollis enim adhuc erat, & impetus laxare violentiam poterat, hoc modo constructus. Trabes proceritate magnas, & quæ sectæ sunt continentes composuere: earum autem ordines erant duo similes, tantumque distantes quanta esset muri latitudo: & inter eos ambos replebant aggere spacium. ne verò crescente cumulo terra deflueret, aliis transversis trabibus quas in longitudinem posuerant colligabant. Erat ergo illis opus quidem ædificio simile: sed quod cedenti inferebantur machinarum ictus euanescebant, lutoque subsidente strictiorem fabricam faciebant. Hoc ubi Silua considerauit, igni magis murum captum iri putans, multas quidem ardentes faces militibus intro iaculari præcepit: murus autem, quippe, ut magna ex parte lignis constructus, ignem cito comprehendit: & usque ad limum sui laxi-

40 tate calefactus, ingenti flamma colluxit. Incipiente quidem adhuc incendio, spirans Aquilo Romanis erat horribilis: auertens enim desuper flammam in eos abigebat, & penè machinas quasi iam conflagraturas desperauerant. deinde flatu mutato, veluti diuina prouidentia excitatus Auster, multa vi in aduersum eum murum repulit: iamque totus ardebat ex alto. Romani quidem cum Dei vteretur auxilio, ad castra læti digrediebantur, decreto hostes luce aggredi, & nocte vigilias accuratiores facere, ne quis eorum clam subterfugeret, Sed neque ipse Eleazarus de fuga cogitabat, neque alij cuiquam permissurus erat, ut faceret. Videns autem murum igne consumptum, alium verò nullum salutis modum neque virtutis excogitans: sed his quæ Romani in se liberòsq;

50 suos, & coniuges facturi essent si vicissent, ante oculos positus, de omnium morte consilium cepit: idque ex presentibus fortissimum ratus, validioris animi sociis vesperi congregatis, talibus eos verbis ad facinus inuitabat. Cum olim vobis decretum sit, viri fortes, neque Romanis, neque cuiquam alij seruire, nisi Deo: is enim solus est verus & iustus Dominus hominum: ecce nunc tempus adest, quod factis vestros probare animos iubeat. Ne igitur nos dehonestemus, antequam quidem seruitutem nec sine periculo

passi, nunc autem cum seruitute intolerabiles pœnas subituri: si viuos in Romanorum potestatem venire contingat, priui enim omnium ab his defecimus, & nouissimi cum his bellum gerimus. Puto autem & hanc nobis à Deo gratiam datam, vt bene ac liberè possimus mori, quod aliis non euenit præter spem superatis. Nobis autem certum est, orto die futurum excidium. Libera est autem strenua mortis conditio cum affectibus: nec enim prohibere id hostes possunt, qui profecto nos optat viuos abducere, neque nos illos iam possumus superare pugnando. Nā fortasse quidem ab initio statim oportuit, quando libertatem defendere cupientibus omnia & à nobis ipsis acerba peioraq; ab hostibus eueniebant, de Dei voluntate coniecere, & scire quòd amica ei quondam Iudæorum natio damnata esset interitu: manens enim propitius, vel saltem nobis leuiter infensus, nunquam tantorum quidem hominum perniciem neglexisset: sacratissimam verò urbem suam igni hostium excidióq; prodidisset. Nos autem soli scilicet ex omni genere Iudæorum sperauimus seruata libertate superare, tanquam nil in Deum deliquissemus, nulliusque culpæ participes fuissemus, qui alios quoq; docuimus. Itaq; videtis quemadmodum nos vana expectasse redarguit, fortiore nobis speratis rebus malorum necessitate illata. Nec enim quicquam nobis castelli natura inexpugnabilis profuit ad salutem: sed & alimētorum copiam, & armorum multitudinem, aliúmque habentes abundantissimum apparatus, ipso Deo manifestissime auferente spem salutis perdidimus. Ignis enim, qui ferebatur in hostes, in ædificatum à nobis murum non sponte reuersus est. Sed hæc multorum ira sunt criminum, quæ furore capti contra gentiles ausi sumus: pro quibus quæso ne Romanis inuictissimis pœnas, sed per nos ipsos Deo præstemus. istæ autem illis moderatiores sunt, morientur enim coniuges iniuria vacuæ, liberi seruitutis expertes. Post illos autem ipsi nobis honestam inuicem gratiam præbeamus, libertate seruata optima sepultura. Prius tamen & pecunias & castellum igne exuramus. Mœrebūt enim Romani, certe scio, si neq; corpora nostra tenuerint, compendióque caruerint, Alimenta sola relinquamus. hæc enim nobis erunt testimonio mortuis, quòd non penuria victi sumus: sed ita, vt ab initio statueramus, mortem seruituti prætulimus. Hæc dicebat Eleazarus: sed non in eundem modum præsentium sententiæ congruebant, Sed alij quidem ei obedire properabant, & quasi voluptate replebantur, pulchram esse mortem existimantes. Qui verò molliores erant coniugum ac familiarum suarum misericordia, vel etiam proprius quemque apertissimus deterrebat interitus, aliúsque alium intuens, contrarium voluntatis suæ motum lachrymis designabant. Quos cum vidisset Eleazarus formidare, ac magnitudinē consilij animis frangi, pertimuit ne etiam eos, qui fortiter dicta perceperūt, effœminarent flentes ipsi ac deplorantes. Ergo exhortationem non intermisit: sed erectior, multóq; repletus spiritu, clariorem de immortalitate animæ orationem incipit: magnaque vsus exclamatione, lachrymantes attentius aspectans: Plurimum, inquit, opinione deceptus sum: qui putarē viros fortes pro libertate certantes, mori bene malle, quā viuere. Vos autem ne cuiuslibet quidē homini quicquam neq; audacia neq; virtute præstatis, qui etiā magna mala effugituri, mortem timetis: cū oporteret vos super hoc neq; cunctari, neque expectare monitorē. Olim enim & à primo sensu nos erudire sacrę patrię orationes, maiorum quoq; nostrorū factis & animis confirmatibus, perseuerabant: quod viuere hominis est, non mori, calamitas. Nā mors quidem libertatem animis præstans, ad propriū purumq; locum eas dimittit, ab omni clade futuras intactas. Donec autem mortali corpore victæ sunt, vnáq; malis eius implētur, quod verisimile dicitur, mortuæ sunt. Diuino enim cū mortali societas turpis est. Multū quidē potest anima iuncta cū corpore: instrumentū enim facit suum, latēter id mouens, & ultra mortalem naturam gestis producens: Veruntamen cū pondere, quo in terram detrahitur, quódq; ab ea pendet, absoluta, propriū locum receperit, tunc beatam & vndique liberam participat fortitudinem: humanis oculis, vt ipse Deus, inuisibilis manens: nec enim cū est in corpore, conspicitur. Nā & accedit occulta, neq; rursus cū recedit videtur, vnā quidem ipsa habens incorruptā naturam, corpori autem causam præbēs mutationis. Nam quod anima attigerit, hoc viuut atque viget: vnde verò digressa fuerit, hoc marcidum moritur: tātum immortalitatis ei superabat. Et huius orationis argumentū vobis sit som

fit somnus: in quo in se collectæ animæ, nusquam eas distrahente corpore, iucundissimam quietem agunt: cū Deo verò pro cognatione degentes, vbiq̃ue adsunt, ac multa futura prædicunt. Cur igitur mortē timere conueniat, qui somni diligimus quietem? quemadmodū autem non sit dementissimum, breuitatem vitæ sequentes, sibi inuidere perpetuam? Oportebat quidē nos domestica institutione meditados, aliis esse exemplo promptæ voluntatis ad mortē. Attamen si ab alienigenis etiam rei fides petenda est, Indorum videamus sapientiæ professores. Illi enim cū sint boni viri, vitæ quidem tempus, quasi quoddā necessarium naturæ munus, inuiti sustinent: properant autem animos corporibus soluere: nullōque vrgente neque exagitāte malo, propter
10 immortalis conuersationis desiderium, aliis quidem prædicunt se esse abituros, nec est qui prohibeat quisquā, sed omnes fortunatissimos appellantes eos, ad familiares suos mandata mittunt: ita certā verāmq; animis esse inter se consuetudinem credidere: ipsi autem cū mandata perceperint, igni traditis corporibus, vt immaculata puraque anima secernatur, laudati moriūtur. Facilius enim ad mortē illos amicissimi prosequuntur, quā exterorum hominū quisquam suos ciues, in longinquam peregrinationem ituros. Et se quidē ipsos desunt: illos autem beatos dicunt, quòd immortalitatis ordinem iam recipiant. Nō ergo nos pudebit, si deterius Indis sapiamus, propriāq; ignauia leges patrias, quæ omnibus hominibus æmulandæ videntur, inhoneste despiciamus? quanquā etsi contraria nos à principio instituisset eruditio, quod summum bonum est
20 hominibus viuere, mors autem calamitas: attamen tempus nos adhortatur eam bono animo & facile tolerare, Dei volūate & necessario morituros. Olim enim quantū apparet, contra omne Iudæorū genus hoc decretum posuit Deus, vt vita careremus, qui ea non eramus quemadmodū oportebat vsuri. Nō ausim enim nobismetipsis ascribere, neq; Romanis gratificari, quod nos omnes eorū bellum absumpserit. Nō enim viribus illorū hæc accidere: sed causa forrior interueniens, illis præstitit, vt vincere viderentur. Quibus enim armis Romanorū perempti sunt, qui Cæsareā incolebant Iudæi? ac ne defecturos quidē ab illis, dum diem septimū celebrarent, aggressa Cæsariensium multitudo, neq; repugnantes cū coniugibus ac liberis mactauerunt: nec vel ipsos erubere Romanos, qui nos tantūmodo hostes, quòd defeceramus, putabant. Sed dicet
30 aliquis Cæsariensibus semper cum suæ ciuitatis Iudæis fuisse discordiam, tempusq; nactus vetus odiū exaturasse: quid ergo de Scythopolitanis dicemus? Nobiscū enim illi propter Græcos bellū gerere ausi sunt, ac non cū propinquis nostris Romanos vlcisci. Multum igitur his fides illorū ac beneuolentia profuit: siquidem ab ipsis cum totis familiis acerbissime trucidati sunt, ac pro auxiliis gratias eis reddidere: nam quæ illos à nobis pati prohibuere, hæc passi sunt, velut ea ipsi committere voluissent. Longū fiet, si velim nunc separatim de singulis dicere. Nostis enim, quòd Syriæ ciuitatū nulla est, quæ nō Iudæos apud se habitātes occiderit, nobis quā Romanos plus inimicos. Vbi etiam Damasceni, cū ne causam quidē probabilē confingere potuissent, ciuitatē suam cæde nefaria repleuere, octodecim milibus Iudæorū cum coniugibus ac familiis iugulatis. Eorum autē multitudinē plagis in Ægypto pereimptorū l. x. milium numerū audiebamur excedere. Illi quidē fortasse in aliena terra, cū nullū inuenissent hostibus aduersariū, ita sunt mortui. At omnibus qui domi cum Romanis bellum susceperunt, nihil deerat eorum, quæ spem totā possent præbere victoriæ. Arma enim & muri, & castellorum inexpugnabiles fabricæ, atq; interriti spiritus ad pericula pro libertate subeunda, cunctos ad defectionem reddunt fortiores: sed hæc ad paucum tēpus cū suffecissent, seq; sustulissent, maiorum malorum exitere principium. Omnia enim capta sunt, omniāque hostibus succubuerunt, velut illorū nobilioris causā victoriæ, non ad eorum salutem, à quibus instructa fuerant, apparata sint. Et in prælio quidem mortuos beatos existimari oportet: repugnantes enim & libertate non perditā periere. Eorum
50 verò multitudinis, qui à Romanis subiugati sunt, quis non misereatur? quisve non antequam illa patiatur, mori properet? quorum alij torti, tamque igne quā verberibus excruciatī periere, alij semetipsi à bestiis ad secundum earum cibum viui seruati sunt: illorum quidem miserrimi habendi sunt, qui adhuc viuunt, qui sæpe mortem optantes non accipiunt. Vbi est autem illa magna ciuitas? Aut vbi est, quæ totius gentis Iudææ metropolis

metropolis fuit? Tantis quidem murorum septis munitissima, tot verò ante muros castris turrimque obiectis incensibus tuta, bellique apparatus vix capiens, tot autem virorum pro se pugnantiū multitudinem continens, quid nobis facta est, quæ Deum habere incolam credebatur? Radicitus ex fundamentis erepta est, solaque eius monumenta restant, eorum à quibus excisa est imposita reliquiis castra. Senes verò infelices ad cineres templi assident, & paucæ mulieres ad turpissimam pudoris iniuriam ab hostibus reseruatae. Hæc secum reputans quisquam nostrum, aspicere solem durabit etiam si vivere sine periculo possit? Quis inimicus adeo patriæ, quis tam imbellis, aut parcus animæ, ut eum non poeniteat hucusque vixisse? Atque utinam omnes fuissetus mortui, priusquam illam sacræ ciuitatem hostium manibus videremus excindi, priusquam templum sanctum tanta impietate funditus erui: sed quoniā spes non instrenua nos illexit, quod forte poterimus pro ea hostes vlcisci: nunc autē euauit, ac solos necessitati dereliquit, mori bene properemus, nostrimet ipsi misereamur, & coniugum liberorumque dum nobis licet à nobis ipsis misericordiam capere. Ad mortem namque ipsi nati sumus, & quos ex nobis genuimus, eamque fugere ne fortissimi quidem possunt, iniuria verò & seruitus, & videre coniuges ad turpitudinem duci cum liberis, non est malum hominibus ex naturæ necessitate profectum: sed hæc sua timiditate perferunt, qui ante mori cum licuit noluerunt. Nos autem multum freti fortitudine, à Romanis defecimus: & postremo nunc illis ad salutem hortantibus, non paruimus. Cui igitur non est eorum iracundia manifesta, si nos viuos subiugare potuerint? Miserandi quidem adolescentes 20 erunt, quorum vires corporis ad multos sufficient cruciatus: miserandi autē prouectiores, quorum ætas clades ferre non poterit. Videbit alius coniugem abduci, alius manibus reuinctis vocem filij patrem implorantis exaudiet. Sed dum liberi sunt & gladios habent, pulchrum ministerium nobis præbeant, expertes seruitutis hostium. Moriamur liberi cum filiis & coniugibus vita decedamus. Hæc nobis leges præcipiunt, hæc nos coniuges & filij deprecantur, horum necessitatem Deus misit, his contraria Romani volunt, & ne quis nostrum ante excidium pereat, timent. Festinemus igitur eis, pro sperata potiundi nostri voluptate, stupore mortis admirationemque relinquere audaciæ. Adhuc cum orare cupientem omnes interpellabant: & effrenato quodam impetu pleni, ad opus incitabant: ac veluti laruis exagitati, alius alium antecapere cupiebat: hoc 30 specimen esse fortitudinis, rectique consilij existimantes, ne quis extremus remanere videretur: tantus eos & coniugum & filiorum & propriæ cædis amor inualuit. Sed nec, id quod aliquis putauerit, cum facinus accederet obtusi sunt, verum eam seruare sententiam, quam cum dicta perciperent, habuerunt: proprium quidem carumque affectum retinentibus cunctis, rationi verò cedentibus, quia iam optime filiis consulissent. Simul enim valere vxoribus cum amplexu dicebatur, ac liberos gremiis captos extremum lachrymantes osculabantur: & simul tanquam manibus alienis iussa peragentes volentes eos configebatur: malorum, quæ subditi hostibus passuri fuerant, cogitationem habentes pro solatio necessitatis ad cædem. Denique nemo hac audacia minor inuentus est. Cuncti autem coniunctissimos transfixere: miseri, quibus id necesse fuit, quibusque filios atque vxores 40 occidere malorum omnium videbatur esse leuissimum. Igitur neque horum iam factorum dolor tolerantes, & interfectos læsos existimantes, si vel breuissimum tempus eis superuenirent, cito quidem vniuersis bonis in vnum congestis ignem iniiciunt, sorte verò ex numero suo decem lectis omnium percussoribus. vniuersi etiam propter liberos ac coniuges prostratos cõpositi, eosque cõplexi manibus, parato animo se mactandos præbebant infelicissimum illud exhibentibus ministerium. Isti autem intrepide cunctis occisis, eandem sortis legem in sua quoque morte statuerunt, ut cui obtrigisset, nouem peremptis semet super eos occideret. ita omnes sibi confidebant, quod neque in audendo, neque in sustinendo facinore, præstaret alius alij. Et ad extremum ceteri quidem se neci supposuere: vnus verò atque nouissimus, circumspecta multitudine mortuorum, ne quis forte in multa cæde 50 superesset, qui suæ manus egeret: ubi cognouit omnes peremptos, ignem quidem immittit regiæ: vehementi verò manu toto per se transacto gladio, iuxta suos affectus occubuit. Et illi quidem perierant, nullam credentes animam ex numero suo Romanis subditam reliquisse. Latuit autem vna mulier senior, & alia quædam Eleazari cognata, plurimum doctrina

Arina sapientiæque mulieribus præstans, & quinq; pueri per cuniculos qui aquam sub terra potui ducebant abditæ, cū alij cædibus occupatas mentes haberent, qui erant nō-genti numero & sexaginta, cū mulieribus simul ac pueris. Hæc autem calamitas acta est Aprilis mensis quintodecimo die. Romani autem adhuc pugnam expectantes mane aggeribus scalarū pontibus iunctis muros aggrediebantur. Cū verò hostium neminem viderent, sed vndiq; versum acerbam solitudinem, ignemq; intus ac silentium, quid factum esset conicere non poterant, & ad extremum velut impellentes ictum arietis, vlulatum, si quem forte prouocarēt, dederunt. Clamorem autem sensere mulieres, & ex cloacis emerſæ, factum Romanis, vt erat indicarunt, altera earum quemadmodum dicta vel gesta fuissent omnia narrate manifeste. Non tamen Romani facile his verbis adducebantur, ausi magnitudinem verisimilem non credentes. Ignem verò extinguere conabantur, perque hunc viam sectantes citò in regiam peruenere: conspectaque multitudine mortuorum, non vt in hostibus gauisi sunt: sed consilij fortitudinem, & obstinatum in tanto numero rebus ipsis contemptum mortis admirabantur.

Interitus sicariorum, qui in Alexandriam & Thebas profugerant. Cap. XXIX.

HIVS MODI autem peracto excidio, in castello quidē præsidium dux reliquit, ipse verò cū exercitu ad Cæsarem profectus est. Nec enim quisquā supererat in illis regionibus hostiū, sed iam tota Iudæa belli fuerat longinquitate subuersa: multisque suorum etiā procul incolentibus sensum perturbationis ac periculum exhibuerat. Nam & circum Alexandriam Ægypti ciuitatem postea contigit multos Iudæorum perire. His enim qui ex factione sicariorum illuc effugere potuerunt, non satis erat saluos esse: verum & illic nouas res conabantur, vt libertatē defenderent, & Romanos quidem nihil se meliores putarent, Deū verò solum dominum dicerent. Cū autem quidam iis Iudæorum nō ignobiles aduersarentur, illos quidem mactauere, aliis verò instabant, ad defectionem eos hortantes. Eorum autem videntes confidentiam principes seniorū, iam cohibere tutum sibi non esse arbitrabantur: sed congregatis omnibus in congregationem Iudæis, sicariorum temeritatem publicabant, illos omnium malorum causam esse demonstrantes: & nunc aiebant illos, quod nec si fugissent certam spem salutis habituri viderentur, à Romanis enim cognitos statim perituros esse, sibi debita calamitate replere eos, qui nullius fuissent delicti participes. cauendum igitur ab eorum exitio multitudinem monebant, & vt pro se Romanis ipsorum traditione satisfacerent. His dictis, prospecta periculi magnitudine paruere, multoque impetu sicarios aggressi corripuere. quorum sexcenti quidem statim capti sunt: qui verò in Ægyptum Thebasque illius tractus elapsi sunt, non multo post comprehensi reducti sunt: quorum non est qui duritiam, siue confidentia siue pertinacia voluntatis sit dicenda, nō obstupescat. Omni enim genere tormentorum & vexatione corporum in eos excogitata, ob hoc solummodo, vt Cæsare dominum faterentur, nemo cessit, neq; dicere velle visus est: sed omnes illa necessitate validiorem sententiam conseruare, tanquam brutis corporibus non animis etiam cruciatus ignemque susciperent. Maxime verò puerorum ætas, miraculo spectantium fuit. nec enim vel eorum quisquam commotus est, vt dominum Cæsarem nominaret; vsque adeo corporum infirmitatem vis audaciæ superabat.

Oniæ templum clausum apud Alexandriam.

Cap. XXX.

HIVS tunc Alexandriam rector administrabat, & de hoc ad Cæsare motu velociter retulit. Ille autem inquietum Iudæorum circa res nouas studium cauendum esse existimans, ac veritus ne rursus in vnum congregarētur, & quosdam sibi adiungerent, præcepit Lupo, vt templum Iudæorum, quod esset apud Onion (quæ sic appellatur) ciuitatem, destrueret: Hæc autē est in Ægypto: quæ ob hanc causam & coli cœpit, & nomen sumpsit. Onias Simonis filius, vnus ex pontificibus, & Hierosolymis fugatus, Antiocho rege Syriæ cum Iudæis bellū gerente, Alexandriam venit: & à Ptolemæo suscipitur humanissime, propterea quod Antiocho erat inimicus: ait se gentem Iudæorū eius auxilio sociaturum, si dictis suis obtemperasset. Cū autē rex ea quæ possent fieri annuisset, rogauit vt in aliqua parte Ægypti templum sibi ædificare permitteret, & more patrio Deum colere. Ita enim & An-

tiochum magis odiosum Iudæis, qui templum apud Hierosolymam vastauisset, ipsiq; beneuolentiores eos fore, eoque multos ad eum religionis diligentia colligendos. Paruit his Ptolemæus, eiq; locū dedit centum & octoginta stadiis à Memphi distantem: Helipolitanus autem ille tractus dicitur: vbi castello fabricato, Onias templum quidem dissimile ei quod est in Hierosolymis, turrim autem similem extruxit, ingentibus saxis sexaginta cubitis erectā. Arq; autem fabricam secundum patriam imitatus est, & donariis similiter exornauit, præter candelabri confectiōē. Candelabrum enim non fecit, sed informatū aureum lychnum tanquam iubaris luce radiantem, de aurea catena suspendit. Totū verò circa templum spaciū cocto latere circūdedit, saxeas portas habente. Concessit autem rex etiam multum agri modum, ac pecuniæ reditus: vt & sacerdotibus esset copia ad multa, quæ Dei cultus desideraret. Non tamen hæc Onias sana voluntate faciebat, sed erat ei cōtentio cum Iudæis apud Hierosolymam degentibus, propter fugæ memorem iracundiam: & hoc templo ædificato, arbitrabatur ad id se omnem ab Hierosolymis multitudinem reuocaturum. Fuerat autē olim prædictio quædam annis noningentis septuaginta. Esaiâque prædixerat huius templi futuram in Ægypto constructionem à quodam viro Iudæo. Templum quidem ita fuerat ædificatum. Lupus autem rector Alexandriæ susceptis literis imperatoris cum ad templum aduenisset, nonnullis ablatis donariis templum claudit. Postmodum Lupo mortuo Paulinus, qui eius potestati successit, neque donariorum quicquam reliquit (vehementer enim sacerdotibus comminatus est, nisi omnia protulissent) neque ad templum religionis causa adire volentes admisit: sed clausis foribus ita inaccessum fecit, vt ne vestigium quidem diuini cultus in eo resideret. Tempus autem fluxerat vsq; clausum templum, ex quo fuerat conditum, anni trecenti trigintatres.

De interfectione Iudæorum apud Cyrenem.

Cap. XXXI.



A D A C I A verò sicariorum, veluti morbus quidam, etiam ea quæ circum Cyrenem oppida erant, cōtigerat. Elapsus enim ad eam Ionathas homo nequissimus, arte textor, non paucis imperitorum, vt se attenderent persuasit: perduxitque eos in solitudines, cum signa & vinbrarum imagines se polliceretur ostendere. & alios quidem hæc agendo atque fallendo latebat, dignitate verò præstantes Cyrenensium Iudæorum apparatus eius & professionem Pentapolitanæ Libyæ rectori Catullo prænunciant. Ille autem equitibus ac peditibus missis, inermes facile comprehendit: & magna quidē pars manibus interit, nonnulli autem viui capti, ad Catullum perducti sunt. Autor autem consilij Ionathas tunc quidem potuit effugere: multum verò ac diligēter per omnes quæsitus regiones captus est, adductusque ad Catullum, sibi quidem moram pœnæ moliebatur, Catullo autem iniquitatis præbuit occasionem. Nam ipse quidem locupletissimos Iudæorum falso insimulans, autores sibi huius consilij fuisse dicebat. Catullus autem criminationes alacri animo suscipiebat, remq; delatā multimode cumulabat, tragicis etiam verbis exaggerans, vt ipse quoddam bellum Iudæorum confecisse videretur: quodque hoc atrocius est, præter credendi facilitatem, etiam doctus erat calumniandi sicariis. Denique cum iussisset Iudæum quendam Alexandrum nominare: cui iam dudum infensus odium publicauerat, etiam vxore eius Berenice criminationibus implicata, hos quidem priores occidit, deinde omnes simul pecuniarū copiis eximios, tria simul millia trucidauit. Et hæc secure facere arbitrabatur, quod eorum patrimonia redivitis Cæsaris adiungebat. Ne verò vel alibi degentium quisquam Iudæorum eius iniustitiam confutaret, etiam longius mendacium propagauit: ac Ionathæ nonnullisque aliis qui comprehensi fuerant persuadet, nouarum rerum accusationem viris inferre probatissimis Iudæorum, apud Alexandriam Romamque degentium. Horum autem, qui per insidias accusati sunt, vnus erat Iosephus, qui hæc scripsit. Non tamen Catullo fictio ita vt sperauerat cessit. Nam Romam quidem venit, Ionathan cæterosque victos deducens, finemque arbitrabatur esse quæstionis apud se ac per illum conflatam calumniam: Vespasianus autem rem suspicatus, veritatem requirebat: cognitōque non iure hominibus accusationem illam illos quidem Titi studio criminibus soluit, merito verò pœnam in Ionatham statuit: prius enim verberatus, viuis exustus est.

Catullo

Catullo autem tunc quidem ob lenitatem principum obtigit ne quid amplius castigationis experiretur: non multo autē pōst, multiplici morbo & insanabili correptus, acerbissime tortus est non corporis tantū cruciatum sustinens, sed erat ei maior animi morbus & grauior. Terroribus enim expauescebat, & crebro videbat sibi instantes umbras eorum quos peremerat, & clamitabat. Cūq; se tenere non posset, exiliebat stratis, tanquam tormentis sibi & flammis adhibitis. Hoc autē semper multum proficiente malo, extisq; defluētibus, ac intestinis exhaustis, ita est mortuus: nulla re alia magis diuinæ prouidentiae factō indicio, quā quod nequissimos vlciscatur. Hic nobis est finis historiae, quam promissimus nos cum omni veritate tradituros, cognoscere cupiētibus, quemadmodum hoc bellum Romanis gestum est cum Iudæis. & qualiter sit quidem expositum lēcturis, vt dicant, relinquatur: de veritate autem
 10 confidēter dicere non pigebit, quōd eam solam scopum mihi per omnia quæ scripsi proposuerim.

Flauij Iosephi de bello Iudaico libri septimi & vltimi, Finis.

FLAVII IOSEPHI

DE ANTIQVITATE IVDÆORVM CONTRA APPIONEM
 20 ALEXANDRINVM, AD EPAPHRODITVM, LIBER I.

Opera Sigismundi Gelenij restitutus.



30 VFFICIENTER, vt arbitror, & per libros Antiquitatū, optime virorum Epaphrodite, legentibus eos, aperui de nostro genere Iudæorum, quia & vetustissimum est, & primam originem domesticam habuit. Quinq; millium enim annorū numerum historiam continentem, ex nostris sacris libris Græco sermone conscripsi. Quoniā vero multos video, respiciētes blasphemiam quorundam insane prolata: & ea quæ à me de antiquitate conscripta sunt, non credentes: putantes mendacium nostrum esse genus, eo quōd nulla memoriæ apud Græcorum nobi-
 les historiographos digni sunt habiti nostri maiores: pro omnibus his arbitratus sum oportere me breuiter hæc dicta cōscribere: & derogantium quidem, vesanum spontaneūq; increpare mendacium, aliorū vero ignorantia pariter emendare: vniuersosque de nostra antiquitate, qui scilicet veritatē amplectuntur, edocere. Vtar autem
 40 in meis dictis testibus eis, qui de omni antiquitate apud Græcos fide digni sunt iudicandi: eos autē qui blasphemie de nobis atq; fallaciter conscripsere aliqua, per semetipsos conuictos indubitanter ostendā. Conabor etiā causas exponere, propter quas non multi in Græcis historiis gētis nostræ fecere memoriam: nec non & eos, qui de nobis scribere voluerūt nescientibus, aut nescire simulatibus indicabo. Primitus itaq; satis admiror eos, qui existimant oportere de rebus antiquis, Græcis tantummodo fidem habere, & ab eis consulendam esse veritatis integritatē: nobis autē & aliis hominibus non esse credendū. Sed ego omnia in his contraria video contigisse. Quapropter
 50 decet non varias opiniones inspicere, sed ex ipsis rebus iustitia ponderare. Omnia siquidē Græcorū noua, & heri (vt ita dicam) nupérq; facta cognoui: hoc est fabricam ciuitatū & adinventiones artiū conscriptionesq; legū: cunctarūq; rerum iunior apud eos est historiae diligentia conscribendæ. Apud Ægyptios autem, atque Chaldæos, & Phœnicas (desino enim nos illis connumerare) sicut ipsi fatentur, res
 i i 4 gestæ

gestæ antiquissimā & permanentē habent memoriæ traditionē. Nam & locis omnes inhabitant, quæ nequaquam aëris corruptioni subiaceant: & multam providentiam habuere, ut nihil horū quæ apud eos aguntur sine memoria relinqueretur: sed in publicis cōscriptionibus semper à viris sapientissimis dicerentur. Græcorū vero regionem innumeræ corruptiones inuasere, rerū memoriā delentes. Qui autē nouas constituentes cōuersationes, omniū se primos esse credidere, sciant quia etiā sero & vix naturā potuere agnoscere literarū. Nam antiquissimū earum vsum habuisse creduntur à Phœnicibus, & à Cadmo se didicisse gloriantur: Sed neq; illo tempore poterit aliquis demonstrare seruata cōscriptionē, neq; in templis, neq; in publicis anathematibus: quando etiā de Troiānis rebus, ubi tot annis militatū est, postea multa quæstio atq; contentio facta est, utrum literis vñ sint: & magis veritas obtinuit, quod vñ modernarū literarum illis fuisset incognitus. Constat autē, quod apud Græcos nulla inuenitur cōscriptio, poemate Homeri vetustior: & hunc etiam post bella Troiana fuisse manifestū est. Et aiunt neq; hunc literis suū poema reliquisse: sed cantibus memoria reseruatū, postea fuisse cōpositū, & propterea multā in eo comperiri dissonantiā. Qui autē historias apud eos conscribere tentauere, id est Cadmus Milesius, & Acusilaus Argiuus, & post hunc quicunq; alij fuisse referuntur, paululum tempus Persarū contra Græcos expeditionē præcessere. Sed & eos qui de cœlestibus ac diuinis primitus apud Græcos sunt philosophati, id est, Pherecydem Syriū & Pythagoram, & Thaletē, omnes concorditer confitentur, Ægyptiorum & Chaldæorū fuisse discipulos: & breuiter conscripsisse, quæ à Græcis omnium antiquissima iudicantur, ita ut vix ea credant ab illis fuisse cōscripta. Quomodo ergo non est irrationabile, ut tali fastu turgeant Græci, tanquam soli sciāt vetera, & veritatē eorum exacte tradant: aut quis non ab ipsis cōscriptoribus facillime discat, quod neq; firmiter sciētes aliquid cōscripsere, sed quod vnusquisq; opinatus est, hoc studuit explanare. Vnde etiā libris se inuicē arguunt, & valde contraria de rebus eisdem non piget eos dicere. Sed ego videbor me potioribus esse superfluous, si explanare voluero, quātis quidē locis Hellenicus ab Acusilao de genealogiis discrepat, & in quantis Hesiodum corrigit Acusilaus, aut quomodo Ephorus quidem Hellenicū in plurimis ostēdit esse mendacem, Ephorū vero Timæus, Timæū qui post illum fuisse, Herodotū vero cuncti: sed neq; de Siculis cū Antiocho & Philisto, aut Callia Timæus cōcordare dignatus est: neque rursus de Atticis hi qui Arthidas conscripserunt: aut de Argolicis qui de Argis historiam protulere, alterutros consecuti sunt. Et quid oportet dicere de ciuitatibus breuib; rebus, quando de militia Persica, & his quæ in ea sunt gesta, tantū viri probatissimi discordasse noscuntur? In multis autē etiam Thucydides tanquā fallax accusatur, licet scrupulosissimā sui temporis historiam conscripsisse videatur. Causæ vero huius dissonantiæ multæ forsan & aliæ quærere volentibus apparebūt. Ego vero duabus quas dicturus sum, maximā huius vim diuersitatis ascribo. Et quidem primū dico eam quæ mihi propior esse videtur: id est, eo quod ab initio non fuerit studium apud Græcos, publicas de his quæ semper aguntur proferre cōscriptiones. Hoc etenim præcipue & errorem, & potestatem mentiendi posteris, vetus aliquid volentibus scriptitare, concessit. Non enim solummodo apud alios Græcos publica cōscriptio est neglecta: sed neq; apud ipsos Athenienses, quos terrigenas esse dicunt, disciplinæq; cultores, aliquid huiusmodi reperitur. Sed publicarū literarū antiquissimas esse dicūt leges, quæ à Dracone eis de suppliciis sunt conscriptæ, modicū ante tempus tyrannidis Pisistrati. De Arcadibus autem in antiquitate gloriantibus, quid oportet dici? vix enim isti & postea literis eruditi sunt. Cum ergo cōscriptio nulla præponeretur, quæ & discere volentes doceret, & mēientes argueret, multa inter conscriptores discordia nata est: quoniam qui ad scribendum se præparabant, non studium veritatis exhibuerunt, licet hæc promissio semper habeatur in promptu: sed verborum magis habere prolationem maximā. Et quemadmodum laudari se in hoc super alios æstimarent, ad hoc potius semetipsos aptabant. Aliqui vero ad fabulas sunt conuersi: alii autem ad gratiā, aut ciuitates laudantes, aut reges: alij semetipsos ad accusandas causas, aut conscriptores tradidere. in hoc se fore probabiles æstimātes, & omnino hoc agentes,

agentes, quòd historiæ nimis aduersum est. Veræ siquidem historiæ indicium est, si
 de eisdem rebus omnes eadem dicant atq; conscribant. hi vero cùm quædam aliter
 conscriberent quàm alij, tunc se putabant omnium veraciores ostendi. Quapropter
 causâ quidem verborû & calliditatis eorum, cedere nos Græcis oportet: non autem
 de antiqua historiæ veritate, & maxime de rebus propriæ vniuscuiusque prouinciæ.
 Quoniam igitur apud Ægyptios & Babylonios, ex longissimis olim tēporibus circa
 conscriptiones diligentia fuit, quando sacerdotibus erat iniunctum, & circa eas ipsi
 philosophabatur: Chaldaï vero apud Babylonios: & quia præcipue Græcis immixti,
 vñ sunt Phœnices literis, circa dispensationes vitæ, & publicorum operum traditio-
 10 nem, dum cōsentiant omnes tacendum hoc puto. De nostris vero progenitoribus,
 qui eandem quam prædicti habuerunt in cōscriptionibus sollicitudinē (desino dice-
 re, etiam potiore) pontificibus & prophetis hoc imperantes: & quia vsq; ad nostra
 tēpora cū multa integritate seruaturū est, & si oportet audentius dicere, etiam ser-
 uabitur, conabor breuiter edocere. Non enim solummodo ab initio probatissimos
 viros, & in Dei placatione præparatos, ad hæc exercenda constituerūt: sed quatenus
 etiam genus sacerdotū sine permixtione purumq; consisteret, prouiderunt. Oportet
 enim eum qui sacerdotiū habiturus est, ex eiusdem gentis nasci muliere: & neque ad
 pecunias, neq; ad honores inspicere, & genus per antiquā lineam & multis testibus
 approbare. Quod scilicet agimus non solum in ipsa Iudæa: sed vbicunq; nostri gene-
 20 ris constitutio reperitur, etiam ibi integritas ista seruatur circa nuptias sacerdotū: hoc
 est, in Ægypto & Babylonia, & quocunq; terrarum orbe quilibet de sacerdotū gene-
 re sunt dispersi. Mittunt enim in Hierosolymam conscribentes à patre nomē nuptiæ,
 & antiquorum progenitorū, quicunq; huius rei testimonia præbuere. Si autem bellâ
 proueniant, sicut iam crebro factum est, dum Antiochus Epiphanes ad nostram ve-
 nisset regionē, & Pompeius Magnus, & Quintilius Varus, & præcipue nostris gesta
 temporibus, tunc hi qui de sacerdotibus supersunt, ex antiquis literis iterum nouas
 conficiunt, & probāt mulieres, quæ relinquuntur. Non enim ad captiuas accedunt,
 alienigenarum consortia formidantes. Indiciū vero integritatis hoc maximum est:
 quia pontifices apud nos à duobus milibus annis denominati filij à patre conscripti
 30 sunt. His autē qui prædicti sunt, si quid præuaricetur, interdicitur ne vel ad altare ac-
 cedant, vel alia sanctificatione fungantur. Recte siquidē, potius autē necessarie, cū
 neque conscribendi potestas omnibus data, neque vlla sit in descriptione discōrdia:
 sed solummodo prophetis antiquissima quidē & vterrima secundum inspiratio-
 nem factam à Deo cognoscentibus, alia vērò suorum temporum sicuti sunt facta pa-
 lām conscribentibus, infiniti libri non sunt apud nos discōrdantes & sibimet repu-
 gnantes: sed solummodo duo & viginti libri, habentes temporis totius conscriptio-
 nem: quorū iuste fides admittitur. Horum ergo quinque quidē sunt Moseos, qui na-
 tiuitates continent, & humanæ generationis traditionem habent vsq; ad eius mortē.
 hoc tempus de tribus milibus annis paululū minus est. A morte verò Moseos vsq;ue
 ad Artaxerxem Persarū regē, qui fuit post Xerxem, prophetæ suorū temporū res
 40 gestas conscripserunt in tredecim libris. Reliqui vero quatuor, hymnos in Deum, &
 vitæ humanæ præcepta noscuntur continere. Ab Artaxerxe verò vsq; ad nostrū tēp-
 us singula quidē conscripta, non tamen priori simili fide sunt habita, eo quòd non
 fuerit certa successio prophetarū. Palām nanq; est ipsis operibus quemadmodū nos
 propriis literis credimus: tanto nanq; seculo iam præterito neq; adicere quicquam
 aliquis, nec auferre, nec transformare præsumpsit. Omnibus enim insertum est mox
 ex prima generatione Iudæis, hæc diuina dogmata nominare, & in his vtiq; perma-
 nere: & propterea, si oporteat, mori libenter. Iam itaq; multi captiuorum frequenter
 tormētis affecti sunt, & mortes varias in theatris sustinere, ne vllum verbum contra
 50 leges admitterēt, aut conscriptiones auitas violaret. Quis Græcorū aliquid talē per-
 pessus est? quādo neq; fortuitā sustinere læsionē volunt: licet omnia apud eos scripta
 destruantur. Verba enim hæc esse putant secundū conscribentium voluntates expo-
 sita. Et hoc iuste etiam de antiquis sapiunt, quoniā aliquos nunc quoq; vident præsu-
 mentes de his rebus conscribere, quibus neq; ipsi interfuere, neq; credere scientibus

acquiescunt. Deniq; de bello quod apud nos contigit nuper, quidam historias conscribentes ediderunt: cū neq; ad ea loca venerint, neq; in proximo rerū gestarum fuerint: sed ex auditu quādam pauca componentes, impudenter semetipsos vidētur historię nomine iactitare. Ego vero & de omni bello, & quæ ibi particulariter gesta sunt, verā descriptionē feci: cū ipse rebus omnibus interfuerim. Dux etenim apud nos Galilæorū eram, donec fuit defendendi facultas. Contigit autē vt caperer à Romanis: & habentes me Vespasianus & Titus in custodia, vniuersa semper inspicere faciebant, primo quidē vincitū: postea vero solutus cum Tito ab Alexandria propter obsessionē Hierosolymorū directus sum. Eo tēpore nihil est gestū, quod meam potuisset latere notitiā. Nam videns Romanorū exercitum, vniuersa cum diligētia describebam. Et ea quæ nunciabantur ab his qui semetipsos tradebant, ego solus integrius intelligens disponebam. Deinde Romæ tempus vacationis habens, omni iam negotio præparato vsus aliquibus cooperantibus mihi propter eloquentiā Græcam rerū eruditionē exhibui. Tantāq; mihi securitas affuit veritatis, vt primos omnium Imperatores belli Vespasianū & Titum testes non expauescerē. Primum nanq; illis obtulī libros: & post illos multis quidem Romanorum qui bellis interfuere, plurimis vero nostrorū etiam eos venūdēdi, qui Græca eruditione videbantur imbuti, quorū est Iulius Archelaus, Herodes honestissimus, & ipse admirabilis rex Agrippa. Isti siquidem vniuersi testimoniū perhibuere, quod veritatē diligenter excolui: non dissimulaturi si quid gestorū per ignorantia, aut per gratiam cōmutassem, aut prætermissem. Quidam vero prauī homines derogare meæ historię sunt conati, tanquam in scholis adolescentium themata exercentes, & accusationis insperatæ atq; detractio-
nis facientes opus: cū oporteat illud sciri, quod conuenit promittentē aliis rerum veracium traditionē, ipsum prius hæc nosse certissime, aut rebus gestis adhærendo, aut ab scientibus consulendo. Quod ego præcipue circa vtrunque me credo fecisse opus. Antiquitatis nanq; libros (sicuti dixi) ex voluminibus sacris interpretatus sum, cū essem genere sacerdos, & participarem illarū sapientiam literarū. Historiā vero belli conscripsi, multarū quidem actionum ipse operator, plurimarū vero inspector existens: & omnino eorum quæ dicta vel gesta sunt, nihil ignorans. Quomodo ergo non procaces quilibet existimabit eos, qui aduersum me nituntur de veritate cōtendere? Qui licet imperatorū commentarios legisse dicuntur, non tamen nostrorū repugnantium rebus interfuere. De his rebus itaq; necessariam feci digressionē, significare volens facultatem eorum, qui historiā scribere promittūt. Et sufficienter, sicuti reor, declarauī, quod cōscriptio rerum apud Barbaros potius solennior, quàm apud Græcos est. Volo autē paululum prius disputare aduersus eos, qui contendunt, nouellam esse nostrā conuersationē, eo quod nihil de nobis, vt aiunt illi dictū sit à conscriptoribus Græcis: Deinde testimonia antiquitatis ex aliorū literis exhibebo: & eos qui nostrum blasphemant genus, nulla ratione blasphemare monstrabo. Nos igitur neq; regionē maritimā habitamus, neq; mercimoniis gaudemus, neq; per hoc alterutris peregrinationibus fatigamur. Sed nostræ ciuitates procul à mari sitæ sunt: regionēq; vberriam possidentes, in ea assidue laboramus, præcipue circa filiorum nutrimenta studētes, legūmq; custodiā: & traditionem pietatis, totius opus vitæ necessarium iudicamus. Cū accedat igitur his quæ prædicta sunt, etiam viuendi ratio propria, nihil fuit antiquis temporibus quod faceret nobis commercium Græcorū: sicut Ægyptiis mercimonia, quæ ab eis exportantur, & ad eos rursus importantur: itēq; habitatoribus Phœnicie maritimæ, studentibus circa contractus, atq; negotia amore pecunię requisita. Sed neq; circa latrocinia, sicut quidam alij vacauere, aut amplius habere concupiscentes patres nostri ad bella cōuersi sunt, licet regio nostra multa millia virorum fortium possideret. Phœnices ergo propter negociationem ad Græcorū prouinciā nauigantes, repente sunt agniti, & per illos Ægyptij, & omnes à quibus ad Græcos onera deuehebāt, immēsa Maria proscindētes. Medi vero postea atque Persæ palām in Asia regnauerunt, & vsq; ad alterā continentē Persæ militauerunt: Thraces autē propter vicinitatē, & Scythæ ab his qui Pontum nauigāt, cogniti sunt: & omnino vniuersi iuxta mare vel Orientale, vel hesperium habitantes, aliquid

quid conscribere volentibus cogniti facti sunt. Qui vero superius habitabant, & procul à mari, multis sunt tēporibus ignorati. Et hoc apparet etiam circa Europā contigisse: quando de Romanorū ciuitate tam longo tēpore adepta potestātē, tantāq; bella conficiente, neq; Herodotus, neque Thucydides, nec vllus qui fuit cum istis, fecit aliquā mentionē: sed sero tandem & vix ad Græcos potuit eorum venire notitia. De Gallis enim & Hispanis sic ignorauere hi, qui putantur diligentissimi conscriptores, quorū est Ephorus, vt vnam ciuitatē esse arbitrarentur Iberos, qui tantā partē Occidentalis terræ noscuntur inhabitare. Et mores eorū, qui neq; fiunt apud eos, neq; dicuntur, referunt. Causa vero ignorantiae veritatis est, quod procul abessent: vt autem
10 falsa conscriberēt, quod vellēt videri aliquid amplius quàm alij retulisse. Quomodo ergo mirari decet, si neq; nostra gens plurimis erat nota, neq; ad scribendū de se aliquam dedit occasionē, & ita disita procul à mari, & talibus institutis viuens? Pone igitur nos argumēto vti velle Græcorū, quod non sit genus eorū antiquum, eo quod nihil in nostris voluminibus de eis sit dictum: nōne omnino deridebunt causas huiusmodi à me prolatas, & testes vicinæ regionis adducent antiquitatis suæ? Igitur & ego hoc conabor efficere. Ægyptiis enim & Phœnicibus præcipue testibus vtar, cum nullus eorū potuerit tanquā falsum accusare testimonium. Et videntur maxime erga nos iniqui in communi quidē omnes Ægyptij, Phœnicum vero Tyrij. De Chaldæis autem nequaquam hoc dicere potero, quoniā & generis nostri principes constituti
20 sunt, & propter cognationē in conscriptionibus suis meminere Iudæorū. Cum vero fidem de his præbuero, & blasphemias falsas ostēdero, tunc etiam Græcorū conscriptores memorabo, qui Iudæorū fecere mētionem: vt neq; huiusmodi occasio relinquatur in Iudæis nobis faciendæ contētionis. Inchoabo autē plurimū à literis Ægyptiorum, quas non arbitrantur cōmendare quæ nostra sunt. Manethon itaque genere vir Ægyptius, Græca disciplina eruditus, sicuti palām est (scripsit enim sermone Græco) paternæ religionis historiam ex sacris (sicuti ait ipse) interpretatus libris, frequēter arguit Herodotū, in Ægyptiacis ignoratione mentitū. Is Manethō in secūdo Ægyptiacorū hæc de nobis scripsit. Ponam vero etiā verba eius, tāquam illum ipsum adducens testē. Fuit nobis rex, Timaus nomine sub hoc nescio quomodo Deus iratus fuit: & præter spem ex partibus Orientalibus homines, genere ignobiles, adepta
30 fiducia in prouincia castrametati sunt. Et facile ac sine bello eam potētēq; ceperūt: & principes eius alligantes, de cætero ciuitates crudeliter incendere: & deorū templa euertēre. Erga omnes vero prouinciales inimicissime se gesserunt, alios quidem perimentes, aliorū vero & filios & coniuges in seruitutē redigentes: nouissime vero & vnum ex se fecere regem, cui nomen Saltis. Hic enim Memphidem veniēs, superiore inferiorēq; prouincia tributaria facta, præsidia relinquēs opportunis locis, maxime partes muniuit Orientales, prospiciens quod Assyrij aliquāto potentiores, erāt desideraturi regnum eius inuadere. Inueniens autem in præfectura Saite ciuitatem opportunissimam, positam ab Orientem Bubastis fluminis, quæ appellabatur à qua
40 dam antiqua theologia Auaris, hanc fabricatus est, & muris maximis communiuit, collocans ibi multitudinem armatorum, vsque ad ducenta quadraginta millia viro- rum eam custodientium. Hic autem messis tempore veniebat, tam vt frumenta met- teret, & mercedes exolueret, quàm vt armatos ad terrorem extraneorum diligenter exercitaret. Qui cū regnassēt decemouem annis, vita priuatus est. Post hunc autem regnavit alter quatuor & quadraginta annis, Bæon nomine. Post quem alius Apachnas, sex & triginta annis, & mensibus septem. Deinde Apochis, vnum & sexa- ginta & Ianias quinquaginta, & mense vno. Post omnes autem Afsis nouem & qua- draginta, & mensibus duobus. Et isti quidē sex apud eos fuere primi reges, debellan- tes semper, & maxime Ægypti radicem amputare cupiētes. Vocabatur autem gens
50 eorum Hycsos, hoc est, reges pastores. Hyc enim secundum sacram linguam, regem significat: Sos vero pastorem siue pastores, secundum communem dialectum: & ita compositum inuenitur Hycsos. quidam vero dicunt eos Arabas esse. In aliis autem exemplaribus non reges significari comperi per appellationē Hyc, sed è diuerso cap- tiuos declarari pastores. Hyc enim Ægyptiaca lingua, & hac quando denso sono profertur,

profertur, captiuos aperte significat: & hoc potius verisimile mihi videtur, & historiæ antiquæ conueniēs. Hos ergo quos prædiximus reges, & eos qui pastores vocabantur, & qui ex eis fuere, obtinuisse Ægyptū ait annis vndecim & quingentis. Post hæc autē regum Thebaidis & Ægypti reliquæ factā dicit super pastores inuasionē, & bellum maximum & diuturnum eis illatum. Sub rege vero cui nomen erat Alisfragmuthosis, victos dicit pastores, & aliam quidem vniuersam Ægyptū perdidisse. inclusos autem in locum habentem mensuram iugerum decem millium, cui loco nomen est Auaris. Hunc Manethon dicit omnē maximo muro atq; robustissimo circumdedisse pastores, quatenus & omnem possessionem munitam haberent, simul & prædam suam. Filiū vero Alisfragmuthosis Themosin conatū eos vi expugnare, cum quardringētis octoginta milibus armatorū eorum muros obsedisse. Cū vero obsidium desperasset, pacta cum eis fecisse, vt Ægyptū relinquentes, quō vellēt innoxij omnes abirent. Illos vero his promissionibus impetratis, cum omni domo & possessionibus non minus dūcenta quadraginta millia numero, ex Ægypto per desertum in Syriam iter egisse: & metuentes Assyriorum potentiam (tunc enim illi Asiam obtinebant) in terra quæ nūc Iudæa vocitatur, ciuitatem ædificasse, quæ tot milibus hominum sufficere posset, eamq; Hierosolymā vocitasse. In alio vero quodam libro Ægyptiacorum Manethon hanc ipsam gentem, id est, qui vocitabātur pastores, in sacris suorum libris captiuos ascriptos rectissime dixit. Nam antiquis progenitoribus nostris pascere mos erat: & pascualē habentes vitā, vocabantur ita pastores. Sed & captiui non temere ab Ægyptiis dicti sunt: quoniam progenitor noster Ioseph dixit ad regem Ægyptiorum, se esse captiuū: & fratres in Ægyptum posterius euocauit, rege præcipiente. Sed de his quidem in alijs examinationem subtilius faciemus. Nunc autem huius antiquitatis producam testes Ægyptios rursumq; quomodo se habent verba Manethonis circa ordinem temporum aperte describam: sic enim ait: Postquam egressus est ex Ægypto populus pastorum Hierosolymā, expulsor eorum rex Themosis regnauit post hæc annis viginti quinque, & mensibus quatuor, & defunctus est. Assumpsit regnū filius Chebron annis tredecim. post quem Amenophis viginti & mensibus septem, huius autem soror Amesles annis vigintiuno, & mensibus nouem, Méphrés autem duodecim, & mensibus nouem, Mephramunthosis viginti-quinque, & mensibus decem. Thmosis autem nouem, & mensibus octo. Amenophis vero triginta, & mensibus decem. Orus vero triginta sex, & mensibus quinque. Huius autem filia Acencheres, duodecim, & mense vno. Rathoris vero frater nouem. Acencheres autem duodecim, mensibus quinque. Acencheres alter duodecim, & mensibus tribus. Armais vero quatuor, & mense vno. Armesis autem vno, & mensibus quatuor. Armesesmiannum vero sexaginta sex, & mensibus duobus. Amenophis nouemdecim, & mensibus sex. Sethosis autem equestres & navales copias habens, fratrem quidem Armain procuratorem Ægypti constituit, & omnem ei aliam regalem cōtulit potestatem, tantummodō autem diademate vti prohibuit, & ne reginam matrem liberorum opprimeret imperauit, & vt abstineret etiam ab alijs regalibus concubinis. Ipse vero ad Cyprū & Phœnicen, & rursus contra Assyriōs atq; Medos castrametatus, vniuersos quidem, alios ferro, alios sine bello terrore magnæ virtutis sibimet subiugauit. his vero felicitatibus eleuatus cōfidentius incedebat, Orientales vrbes ac prouincias subuertendo, multoq; tēpore procedente Armais, qui in Ægypto fuerat derelictus, omnia cōtra quā frater agere monuerat, sine timore faciebat. Nam & reginam violenter abiecit, & alijs concubinis sine parcitate iugiter miscebatur: persuasusque ab amicis & diademate utebatur, & fratri rebellabat. Is vero qui constitutus erat super sacra Ægyptia, codicillos Sethosi misit, cuncta significans, & quia rebellaret ei suus frater Armais. Qui repente ad Pelusium destinauit, & propriū tenuit regnū. Prouincia vero vocata est ex eius nomine Ægyptus. Dicit enim quōd Sethosis Ægyptus vocabatur, Armais autem frater eius Danaus. Hæc quidem Manethon. Palam vero est, ex prædictis annis tempore computato, quod qui vocabantur pastores, id est, nostri progenitores, ex Ægypto liberati, ante tres & nonaginta atque trecentos annos hanc prouinciam inhabitauere, quā

quàm Danaus ad Argos accederet: licet hunc antiquissimum Argiui esse confidant. Duas igitur res Manethon maximas pro nobis Ægyptiis literis protestatus est: primā quidem, quia aliunde venerunt ad Ægyptum: dein egressum eorum exinde, ita temporibus antiquissimum, ut penè mille annis bellum præcedat Iliacum. Ea verò quæ Manethon non ex Ægyptiis literis, sed (sicut ipse confessus est) ex fabulis quorundam sine nomine, adiecit, postea particulariter redarguam, ostendens ea sine verisimilitudine esse mendacia. Sed volo ab istis rursus migrare ad ea, quæ apud Phœnicas de nostro genere conscripta sunt, & eorum testimonio declarata. Sunt itaque apud Tyrios multorum annorum publicæ literæ, & conscriptiones diligentissime custoditæ, ex his
10 quæ apud eos facta & inuicem gesta noscuntur, quæ tamen memoria digna sunt. Inter hæc ergo conscriptum est, quia in Hierosolymis ædificatum est templum à Salomone rege, ante annos centum quadragintatres, & menses octo, quàm Tyrij Carthaginem condidere. Descripta verò est apud illos cōstructio templi nostri. Hiramus enim Tyriorum rex amicus erat regis nostri Salomonis, paternis amicitiiis ei deuinctus. Is ergo munificentiam suam exhibens ad claritatem fabricæ, præbuit Salomoni auri quidem viginti & centum talenta: incidensque pulcherrimam syluam in monte, qui Libanus nuncupatur, ad cameram destinavit ei. Quem redonavit Salomon & aliis multis rebus, & terra Galilææ regionis, quæ Zabulon vocatur. Præcipue autem ei amicitiam sapientiæ concupiscentia cōciliauit. Problemata enim soluenda alterutris dirigebant,
20 & melior in his Salomon erat, & in aliis sapientior apparebat. Hactenus verò seruantur apud Tyrios epistolæ multæ, quas illi scripsere ad inuicem. Quod autem non fingam de Tyriorum literis, testem producam Dium qui in Phœnicum historia integerrimus approbatus est. Is igitur in Phœniciis historiis hoc modo scribit. Abibalo moriente, filius eius Hiramus regnavit. Hic partis Oriëntalis ciuitates ampliavit, urbem potiore fecit: & Olympij Iouis templum, quod in insula situm erat, iactis aggeribus vrbi adiunxit, & aureis anathematibus exornauit. Ascendens autem in Libanum, syluas incidit ad templorum ædificationē. Regem verò Hierosolymorum Salomonem misisse dicunt ad Hiramum quædam ænigmata, & poposcisse ab eo, adiecto ut qui non posset discernere, pecuniam soluenti persolueret: confessumque Hiramum, non se
30 posse soluere propositas quæstiones, multis pecuniis mulctatū. Deinde Abdemonum quendam, virum Tyrium, propositas soluisse quæstiones: ipsumque alias proposuisse, quas si non solueret Salomon multas rursus pecunias Hiram regi conferret. Dius igitur hoc modo de prædictis testimonium perhibuit nobis. Sed post hunc producam Menandrum quoque Ephesium. Is enim singulorum regum actus conscripsit apud Græcos & Barbaros, studens ex prouincialibus vniuscuiusque loci literis, historiarum veritatem pandere. Scribens enim de his, qui in Tyro regnauere, & deinde veniens ad Hiramum regem, sic ait: Moriente verò Abibalo, successit in eius regno filius eius Hiramus, qui vixit annis trigintiquatuor. Hic aggere cōiunxit Eurychorum, aureamque ibi columnam Iouis in templo reposuit: & ad syluam lignorum profectus, abscidit de
40 monte qui Libanus appellatur, ligna cedrina ad tegmina facienda templorum. Demolitūque antiqua delubra, noua templa ædificauit: Herculisque & Astartes fana dedicauit, Herculis primum extructo mense Peritio, deinde Astartes: quādo castra mouit aduersus Tirios, minime tributa reddentes: quos etiam subdens sibimet, denuo remeauit. Sub hoc fuit Abdemonus puer iuuenis, qui semper parabolas soluebat, quas Salomon Hierosolymorum rex destinabat. Supputatur verò tempus ab hoc rege vsq; ad constructionem Carthaginis, hoc modo: Moriente Hiram successit in eius regno Beleastartus filius, qui cum vixisset annis quadragintatribus, septē regnavit annis. Post hūc Abdastartus filius cum vixisset annis viginti, regnavit nouē. Hunc filij nutricis eius quatuor insidiis peremere: quorum senior regnavit annos x i i. Post quos Astartus fi-
50 lius Beleastarti regnavit. Qui cum vixisset annis quadragintaquatuor, regnavit annis duodecim. Post hunc frater eius Astarimus: & hic vixit annis quatuor & quinquaginta, regnavit annis nouem, & peremptus est à fratre Phellete: qui suscipiens regnum, mensibus imperauit octo, cum vixisset annis quinquaginta. Hunc peremit Ithobalū Astartæ sacerdos: qui cum vixisset annis sexaginta octo, regnavit annis trigintaduobus.

bus. Huic successit Bãdezorus filius: qui cùm vixisset annis x l v. regnavit sex. Huic successor factus est Mettinus filius: qui cùm vixisset trigintaduobus, novem regnavit annis. Huic successor fuit Pygmalion, qui annos egit in sua vita quinquaginta sex, ex quibus x l. tenuit principatum. huius regni anno septimo, soror Dido in Africa ciuitatem ædificauit Carthaginem. Itaque colligitur tempus à regno Hiramī vsque ad ædificationem Carthaginis annorum c l v. & mensium v i i i. Cùm verò duodecimo anno huius regni, in Hierosolymis ædificatum sit templum, sit ab ædificatione templi vsque ad constructionem Carthaginis tempus annorum c x l i i i. mensium v i i i. Testimonio siquidem Phœnicum quid amplius oportet apponi? Cernitur ipsa veritas fortiter approbata: & multo clarius apparet, quoniam præcedit constructionem tem- 10 pli progenitorum nostrorum ad prouinciam hanc aduentus. Cùm enim eam vniuersam bello tenuissent, tum demum templum ædificare cœpere: & hæc aperte ex literis sacris etiam à me in Antiquitate manifestata sunt. Nunc itaque sunt dicenda ea, quæ apud Chaldæos noscuntur esse cōscripta, & de nobis in historia sunt relata. Quæ multam habent concordiam cum nostris voluminibus, etiam de aliis rebus. Testis autem horum est Berofus, vir genere quidem Chaldæus, notus autem eis, qui doctrinæ eruditionique congaudent: quoniam de astronomia & de Chaldæorum philosophia ipse Græcas conscriptiones edidit. Igitur Berofus antiquissimas secutus historias, de facto diluuiō, & hominum in eo corruptione, sicuti Moses, ita conscripsit: simul & de arca, in qua generis nostri princeps seruatus est, deuecta scilicet ea in summitatem 20 montium Armeniorum. Deinde scribens eos, qui ex Noë progeniti sunt, & tempus eorum adiiciens, vsque ad Nabulassarū peruenit, Babyloniorum & Chaldæorum regem, & huius actiones exponens, narrat: quemadmodum misit in Ægyptum & ad nostram terram filium suum Nabuchodonosorem cum multa potentia: qui dum rebellantes eos inuenisset, omnes suo subiecit imperio: & tēplum in Hierosolymis concremauit: cunctūque generis nostri populum auferens, migravit in Babylonē. Vnde ciuitatem contigit desolari annis l x x. vsque ad Cyrum regem Persarum. Dicit autem quod tenuerit Babylonius Ægyptum, Syriam, Phœniciam, Arabiam, vniuersos priores Chaldæorum & Babyloniorum reges exactionibus suis excellens. Ipsa verò 30 verba, quæ Berofus protulit, hoc modo dicta, necessario proferenda sunt. Audito autem pater eius Nabulassar, quod satrapa constitutus in Ægypto & Syria inferiore & Phœnicia rebellaret, cùm non valeret iam ipse labores ferre, tribuens filio suo Nabuchodonosori ætate valenti partem quandam exercitus contra eum misit. Nabuchodonosor autem cum satrapa desertore congressus, prouinciam quæ ab initio eorum fuerat, ad proprium reuocauit imperium. Eodem verò tempore, contigit patrem eius Nabulassarum, cùm ægrotasset, in Babylonia ciuitate defungi, qui regnavit annis x x i x. Nabuchodonosor autem non post multum tempus mortem patris cognoscens, & negotia Ægyptiaca disponens, reliquarūque prouinciarum, & captiuos Iudæorum & Phœnicum atque Syrorum, qui in Ægypto fuerant, commendans quibusdam amicis, vt cum exercitu & impedimentis perducerentur ad Babyloniā, ipse 40 cum paucis iter aggressus per desertum Babylonem venit: reperiensque cūcta à Chaldæis dispensari, seruatumque regnum ab optimaribus eorum, dominus factus totius paterni principatus, captiuis quidem aduenientibus præcepit habitacula in opportunissimis Babyloniæ locis ædificare. ipse verò ex manubiis templum Beli ac reliqua munificentissime excoluit: & veteri vrbi alteram extrinsecus adiecit. Et prouiso ne posthac possent hostes fluuium conuertere & ad urbem accedere, tres interiori ciuitati per circuitum muros, totidem exteriori, hos cocto latere, illos addito etiam bitumine, circumdedit: tum sic communiter portas quæ vel templum deceant, addidit. ad hoc iuxta paternam regiam, alteram sumptuosiore multo amplioremque extruxit: cuius ornatum exponere fortasse longum esset, illud memoratu dignum, quod hæc 50 adeo superba supraque fidem magnifica, quindecim dierum spacio perfecta est. In ea lapideas moles excelsas excitauit, aspectu montibus assimiles, omnique genere arborum confitas. Hortum quoque pensilem fecit, fama nobilem: eo quod vxor eius montanum aspectum desideraret, in Medorum regione educata. Hæc itaque retulit de prædict

prædicto rege, & multa super hæc in libro Chaldaicorum: in quo culpat conscriptores Græcos, quasi vane arbitratos, à Semiramide Assyria Babylonem ædificatã, & mira opera ab illa circa eam fuisse constructa, falsè cōscripsisse dicens. Ipsam certe Chaldæorum conscriptionem fide dignam existimandum est, quando cum archiuis Phœnicum concordare videntur, quæ ex Beroso conscripta sunt de rege Babyloniorum: quoniam & Syriam & vniuersam Phœnicen ille subuertit. In his sanè consonat & Philostratus in historiis, dum Tyriæ meminit obsidionis: & Megasthenes in quarto Indicorum: vbi declarare contendit, prædictum regem Babyloniorum Herculem fortitudine & rerum gestarum magnitudine præcessisse. Dicit enim cum & maximam
10 Africæ partem, & Hispaniam subiugasse. Quæ verò de templo Hierosolymorum relata sunt, & concrematum esse à Babyloniis, & cœptum rursus ædificari Cyro tenente Asiæ principatum, ex dictis Berosi declaramus. Sic enim in tertio libro dicit. Nabuchodonosor itaque posteaquam inchoauit prædictum murum, incidens in languorem, de vita migravit, cum regnasset annis tribus & quadraginta. Huius regni Dominus effectus filius eius Euemaradochus, propter iniquitates & libidines passus insidias à marito sororis suæ Niriglissoroor peremptus est, cum duobus regnasset annis. Quo defuncto, sumēs regnum qui ei fecit insidias Niriglissoroor, annis regnavit quatuor. Huius filius Laborosardochus, principatum quidem tenuit puer existens mensibus nouem: insidias verò passus, eo quòd nimis appareret malorum esse morum, ab
20 amicis extinctus est. Hoc itaque perempto, conuenientes hi qui fecerant insidias, communi suffragio regnum tradidere Nabonido cuidam, qui erat ex Babylone ex eadem gente. Sub hoc muri circa fluuium Babylonis ciuitatis ex latere cocto & bitumine sunt constructi. Cuius regni anno septimo decimo egressus Cyrus ex Perside cum magno exercitu, vniuersa Asia subacta, impetum fecit in Babyloniam urbem. Sentiens autem Nabonidus inuasionem eius, & occurrens cum exercitu suo, atque congressus pugna, victus & cum paucis fugatus inclusus est in Borsippensium ciuitate. Cyrus autem Babyloniam obsidens, & deliberans exteriores muros deponere ciuitatis, eo quòd nimis videretur munita, & esset ad capiendum valde difficilis, reuersus est ad Borsippum, Nabonidum expugnaturus. Nabonido verò oppugnationem non ex-
30 pectante, sed prius supplicante, vsus clementia Cyrus, & dans ei habitaculum in Carmania, expulit eum à Babylone. Nabonidus itaque reliquum vitæ tempus in illa provincia conuersatus est. Hæc concordant cum nostris. Scriptum namque in eis est: quod Nabuchodonosor octauodecimo regni sui anno, templum nostrum ad desolationem vsque perduxit, & fuit exterminatum annis septem. Secundo verò anno regni Cyri fundamentis depositis, rursus secundo regni Darij anno perfectum est. His prolatis, adiiciam etiam Phœnicum historias: non enim probationum abundantia relinquenda est: est enim dinumeratio in illis annorum: sic enim habent: Sub rege Ithobalo Nabuchodonosor obsedit Tyrum annis tribus & decem. Post hunc regnavit Baal annis decem. Post hunc iudices constituti sunt, & iudicauere hi. Ecnibalus
40 Bassechi, mensibus duobus: Chelbis Abdeï, mensibus decem: Abbarus pontifex mensibus tribus: Myttonus & Gerastus Abdilimi, iudices annis sex: inter quos regnavit Balatorus anno vno: quo moriente, mittentes euocauere Merbalum ex Babylone, & quatuor regnavit annis. Eo quoque moriente, euocauere fratrem eius Iromum, qui regnavit annis viginti. Sub hoc Cyrus Persarum habuit imperium. Quapropter omne tempus est annorum quinquagintaquatuor, & mensium trium. Septimo siquidem anno regni sui Nabuchodonosor cœpit obsidere Tyrum. Quartodecimo autē anno regis Iromi, Cyrus Persarum tenuit principatum. Consonant igitur quæ de templo scripta sunt à Chaldæis ac Tyriis, cum literis nostris. Manifestum verò & sine contentione testimonium est, de prædicta generis nostri antiquitate. Et his quidem qui
50 non valde contendunt, sufficere iudico quæ præmissa sunt. Oportet autem non credentibus Barbaricis conscriptionibus, sed solis Græcis fidem habendam esse dicentibus, adhuc multos exhibere testes, etiam Græcos, scientes nostrum genus, & opportuno tempore eius habentes mentionem. Pythagoras igitur Samius, cum sit antiquus quidem ætate, sapientia verò & diuina pietate philosophos omnes excel-
kk 2 lens,

lens, non solum quæ nostra sunt agnouisse manifestus est, sed etiam æmulatus ea ex multis apparet. Et eius quidem conscriptio nulla reperitur. multi tamen de eo retulerunt: quorum insignior est Hermippus, vir circa omnem historiam diligentissimus indagator. Refert itaque in primo de Pythagora libro, quod Pythagoras vno familiarium suorum defuncto, nomine Calliphonte, genere Crotoniate, illius animam dicebat secum degere die noctique: & quod præciperet, ut non transiret locum, ubi asinus lapsus esset, & ab aqua fæculenta semetipsum abstinere, & ab omni blasphemia recederet. Deinde sequitur. Hæc autem agebat atque dicebat, Iudæorum & Thracum opiniones imitatus, ac transferens in semetipsum. Dicitur enim vere, quod ille vi multas Iudæorum leges in suam transtulit philosophiam. Fuit autem etiam per ciuitates non ignota olim gens nostra: & multi iam mores ad quasdam transierunt, & æmulatione digni à nonnullis habebantur. Quod manifestat Theophrastus in his quæ scripsit de legibus. Ait enim, quia prohibent Tyrorum leges & peregrino sacramento iurare. Inter quæ sacramenta cum quibusdam aliis etiam iusiurandum, quod Corbam appellatur, enumerat: apud nullos autem hoc inuenitur iuramentum, nisi apud Iudæos solos: quod interpretatur ex Hebraica lingua, donum Dei. Verum neque Herodotus Halicarnassæus nostram ignorauit gentem, sed quodammodo eius meminisse cognoscitur. De Colchis enim referens, in secundo libro sic dicit: Soli autem inter omnes Colchi, & Ægyptij, & Æthiopes, verenda ab initio circuncidunt. Phœnices verò, & Syri in Palæstina continentur hoc ab Ægyptiis didicisse. Syri autem, qui circa Thermoodon-²⁰ tem & Parthenium fluuium commorantur, & his vicini Macrones, à Colchis dicuntur nuper didicisse. Hi nanque sunt inter homines soli, qui circunciduntur: & isti sicut Ægyptij facere dicuntur. De Ægyptiis autem & Æthiopibus dicere non possum, utri ab alteris didicere. Dixit ergo Syros, qui in Palæstina sunt, circuncidi. Omnium autem qui habitant Palæstinam, soli Iudæi circunciduntur. Hoc igitur sciens, de ipsis dixit. Quin & Chœrilus, antiquus poëta, meminit de gente nostra, dicens quod militauerunt nostri maiores cum Xerxe Persarum rege contra Græcos: & enumerans vniuersas gentes, nouissimam nostram posuit, ita dicens:

*Huius miranda specie gens castra secuta,
Phænissam ignoto linguam mittebat ab ore.
Sedes huic Solymi montes, stagnum prope vastum.
Tonsa caput circum, squalenti vertice equini
Exuias capitis duratas igne gerebat.*

30

Palam ergo est, sicut arbitror, quia nostri meminerit, eo quod & Solymi mores in nostra regione sunt constituti, in quibus habitamus, & stagnum, quod dicitur Asphaltites. hoc enim inter omnes stagnum in Syria latius ac maius est. Et Chœrilus quidem ita nostri meminit. Quod autem non solum sciebant Iudæos, sed etiam in quotquot inciderent admirabantur, non è vulgo Græci, sed ob sapientiam celebres, ostendere facile est. Clearchus enim Aristotelis discipulus, & Peripateticorum nulli secundus, in primo libro de somno, dicit Aristotelē doctorem suum de quodam viro Iudæo ita referre: & ipsi Aristoteli eundem sermonem ascribit, quod ita conscriptum est. Sed alia quidem longum est dicere. Quæ verò habere potuerant illius admirationem quandam atque philosophiam, ea duco operæ præciū referre. Et Hyperochides: vehementer, inquit, audire desideramus vniuersi. Igitur secundum præcepta, Aristoteles inquit, rhetorica, eius genus primo indicabimus, ne reluctemur doctoribus præceptorum. Dic, inquit Hyperochides, ita si placet. tū ille. genere igitur Iudæus erat, è Cœlesyria: qui sunt ex propagine Philosophorum Indorū, vocanturque (ut aiunt) philosophi, apud Indos Calani, apud Syros autem Iudæi nomen accipientes à loco. locus enim ubi habitant, appellatur Iudæa. nomen verò eorū ciuitatis valde difficile est: vocant enim eam nomine Hierusalem. Is igitur homo multos hospitio recipiens, & de superioribus ad maritima descendens, grauissimus erat non solum eloquio, sed etiā animo. Et tunc nobis de-⁵⁰ gentibus apud Asiam, cum diuinus homo venisset ad ea loca, cōfabulari cœpit nobiscum, & cum aliis scholasticis eorū sapientiam tentans, cumque multi eruditorum congregaretur, tradebat potius aliquid eorū quæ habebat. Hæc ait Aristoteles apud Clear-
chum,

chum, & super hæc multam ac mirabilem continentiam Iudæi viri in cibis & castitatem narrat. Licet autem volentibus hæc ex ipsius lectione cognoscere. ego enim refugio plus quam decet inferere. Clearchus igitur facta digressionem, cum aliud propositum haberet, nostri generis ita meminit. Hecataeus autem Abderita, vir philosophus simul & circa actiones industrius, cum Alexandro rege nutritus, & cum Ptolemæo Lagi commoratus, non obiter, sed integrum de ipsis Iudæis conscripsit librum. Ex quo volo breuiter quædam eorum quæ ab eo sunt dicta percurrere. Sed primum tempus ostendam. meminit enim prælij, quo circa Gazam Ptolemæus conflixit cum Demetrio, quod utique contigit vndecimo quidem anno post mortem Alexandri, Olympiade verò septima & decima atque centesima, sicuti refert Castor. adiiciens enim hanc Olympiadem, dicit: Sub hac Ptolemæus Lagi vicit in Gaza prælio Demetrium Antigonem, qui vocabatur Poliorcetes. Alexandrum verò profitentur vniuersi centesima & quartadecima Olympiade fuisse defunctum. Palàm ergo est, quia & secundum illud tempus, & sub Alexandro genus florebat nostrum. Dicit igitur Hecataeus, quia post prælium ad Gazam Ptolemæus locorum quæ sunt circa Syriam dominus est effectus. Et multi hominum cognoscentes mansuetudinem & clementiam Ptolemæi, cum eo proficisci ad Ægyptum, & rebus communicare voluerunt. Quorum vnus, inquit, erat Ezechias pontifex Iudæorum: homo ætate quidem quasi sexaginta & sex annorum, dignitate verò apud contribules maximus, & animo sapientissimus, potentissimus ad dicendum, & circa causas sicut nullus alter expertus. dicit etiam omnes sacerdotes Iudæorum, qui decimas accipiunt, & vniuersa in communi gubernant, circa mille & quingentos existere. Rursus autem prædicti viri faciens mentionem: hic, inquit, homo hunc honorem gerens, & assuetus esse nobiscum, assumens aliquos suorum, differentiam cunctam exposuit: & habitationem suam & conuersationem, quam scriptam habebat, pariter indicauit. Deinde palàm facit Hecataeus, quales circa leges existimus: & quia omnia sustinere, ne transcendamus eas, eligimus: & hoc esse optimū iudicamus. Dicit igitur hæc: Et male sapius à finitimis audientes, & omnes contumelias passi à Persicis regibus & satrapis, non possunt mente mutari. Sed cum magna exercitatione, de his præcipue omnibus respondere parati sunt. Perhibet autem etiam indicia fortis animi circa leges non parua, dicens, Alexandro quandam in Babylone constituto, & volente Beli templum quod corruerat renouare, cunctisque militibus similiter rudera portare præcipiente, solos Iudæos hoc facere non sustinuisse: sed etiam multas plagas, & detrimenta pertulisse non modica, donec eis ignoscente rege securitas præberetur. Qui dum ad prouinciam, inquit, propriam reuersi fuissent, templa & altaria fabricata omnia destruxere. Et pro aliis quidem multā satrapæ exoluere, pro aliis verò veniam consecuti sunt. Adiicit autem, quòd meritò ob hæc mirabiles sint. Et quod gens nostra fuit multorum hominum numero copiosa: sed multa millia nostrorum traducta, in Babylonia Persæ primum collocarunt: nec pauca etiam morte Alexandri in Ægyptum & Phœnicen sunt translata, propter seditionem in Syria factam. Idem vir & magnitudinem prouinciæ quam incolimus, pulchritudinēque narrauit. Penè decies trecenta millia, inquit, iugera terrarum optimarum vberriam prouinciæ possidere noscuntur. Iudæa namque huius est amplitudinis. Et quia etiam ciuitatem ipsam Hierosolymorum spaciosam & maximam olim inhabitamus, & virorum multitudine copiosam, nec non & templi constructionem, idem ipse sic refert: Sunt autem Iudæorum & aliæ quidem multæ munitiones per prouinciam, atque vici. Vna verò ciuitas munitissima, habens præcipue circuitum quinquaginta stadiorum, in qua commorantur hominum circa centum & quinquaginta millia, nomine Hierosolyma. Est autem in media ciuitate lapidea quadriporticus, centum per circuitum cubitorum, habens etiam duplices ianuas: in qua ara est quadranguli figuratione composita ex lapidibus non dolatis, sed collectis, vnumquodque latus viginti cubitorum latitudinem habens, altitudinem verò decem. & circa eam maxima fabrica, vbi altare est constitutum & candelabrum, vtrique aurea, duorum talentorum pondus habentia: & inextinguibile lumen noctibus & diebus. Simulacrum verò, aut aliquod anathema ibi nequaquam est, nec vlla plantatio. nullus ibi veluti lucus, aut aliquid huiusmodi.

Habitant autem in eo & noctibus & diebus sacerdotes, quasdam purificationes agentes, & omnino vinum non bibentes in templo. Insuper autem, quia & cum Alexandri regis successoribus postea militarunt, testatur hoc modo, dicens ea quæ cognouerit à viro Iudæo in expeditione constituto: cuius verba subiiciam. At enim: Me siquidem eunte ad mare rubrum, vnà secutus est quidam cum aliis equitibus Iudæorum nos deducendum, nomine Mosollamus, vir animosus, inter omnes sagittarios Græcos & Barbaros præcipuus. Is igitur homo properantibus multis pariter, & quodam vate augurium captante, & petente, vt cuncti starent, interrogauit, cur substitissent omnes. Ostendente verò ei vate auem quam intuebatur, atq; dicente: quod si quidem expediret eis, vt manerent omnes, staret auis: si verò surgens antè eum euolaret, procederet, 10 si verò post tergum iret, recedere cunctos oporteret: rursum tacens, arcumq; trahens, sagittam emisit: & auē percussam interemit. Indignatibus verò vate & quibusdā aliis, & maledicentibus ei: Quid furitis, inquit, infausissimam auē sumentes in manus? hæc enim suam salutē nesciens, de nostro itinere nobis prosperitatem potuit indicare: Si enim præscire futura valuisset, in hunc locū nequaquam venisset, metuens ne sagitta à Mosollamo Iudæo periret. Sed Hecatæi testimonia iam quiescant. facile nāq; est, volentibus ipsum librū legere, & hæc apertius inuenire. Non verò me pigebit Agatharchidē introducere, licet homo minime malus, vt ei visum est, nobis detraxisse videatur. Is enim narrans de Stratonice, quemadmodum venit in Syriam è Macedonia viro suo Demetrio derelicto: Seleuco autē vxorem eam ducere nolente, quod illa spera- 20 bat, exercitu eius in Babylonia posito, circa Antiochiā bella mouit. Deinde quomodo reuerso rege Antiochia capta in Seleuciam illa fugiens, cū posset velocius abnauigare, somnio prohibita ne faceret, capta atq; defuncta est. Hæc ergo præfatus Agatharchides, & derogans superstitioni Stratonices, vtitur exemplo generis nostri, sic scribens: Qui vocantur Iudæi, habitant omnium munitissimam ciuitatē, quam vocare Hierosolymam prouinciales solent. hi vacare consueti sunt septima die, & neq; arma portare in prædictis diebus, neq; terræ culturā contingere, neq; alterius cuiuspiam curam habere patiuntur. sed in templis extendentes manus, adorare vsq; ad vespèram soliti sunt. Ingrediēte verò in ciuitatē Ptolemæo Lago cum exercitu & multis hominibus, cū custodire debuerint ciuitatem, eis stultitiam obseruantibus, prouincia quidē do- 30 minum suscepit amarissimum: lex verò manifestata est malam habere solennitatem. huiusmodi autem casus, præter illos, alios quoq; docuit vniuersos: vt tunc ad somnia & opiniones quæ tradebantur de lege confugiant, dum circa res necessarias ratio nihil valet humana. Hoc quidem Agatharchidi videtur esse ridiculum: eis autem qui hæc examinant integrius, apparet magnum, & præcipua laude dignissimum: si & saluti & patriæ quidem, custodiam legum pietatēque diuinam proponere concupiscant. Quod verò non ignorantes quidam conscriptorum gentem nostram, sed propter inuidiam quasdam ob similes causas memoriam nostri omiserunt, hoc iudicium me arbitror esse præbiturum. Hieronymus enim qui de successoribus conscripsit historiam, ipso tempore quo Hecatæus fuit: & amicus existens regis Antigoni Syriæ præsidebat. 40 Verum Hecatæus. etiā librum cōscripsit de nobis: Hieronymus autem nequaquam nostri in historia meminit, licet penè in ipsis locis nutritus esset. In tantum voluntates hominum differebant, alter nanque dignos existimauit de quibus diligenter memoriz proderet: alterum verò ominino circa veritatem quædam passio cernitur obscurasse. Sufficiunt tamen ad probationem antiquitatis nostræ, Ægyptiorum & Chaldæorum atque Phœnicum historia, & super illas Græcorum pariter conscriptores: nam præter supradictos, Theophilus etiam, & Theodorus, & Mnasæas, & Aripphanes, & Hermogenes, & Euemerus, & Conon, & Zopyrion, & multi fortasse alij (non enim ego omnibus libris incubui) non obiter nostri fecere mentionem. Plurimi nanque prædictorum virorum, veritate quidem antiquarum rerum frustrati sunt, 50 quia lectioni sacræ nostrorum non incubuere librorum: communiter tamen de Antiquitate testati sunt, pro qua nunc dicere proposui. Phalereus sanè Demetrius, & senior Philon, & Eupolemus, nō multum veritate frustrati sunt: quibus dari veniam dignum est. Non enim inerat eis, vt nostras literas possent omni scrupulositate sequi.

His

His ita dictis, vnum adhuc mihi capitulum est relictum ex his quæ in principio libri posui, quatenus derogationes & maledicta, quibus vtuntur quidam cōtra genus nostrum, falsas ostendam: & conscriptoribus eorū testibus vtar, quando conscribentes hæc contra semetipsos locuti sunt talia: Quod vero multis aliis hoc euenit propter quorundā odia, arbitror intelligere eos qui in historiis versari solent. Quidam enim gentiū, & gloriosissimarum ciuitatū fœdere nobilitatem, & conuersationi detrahère tentauere: Theopompus quidem Atheniensis, Lacedæmoniorū verò Polycrates. Is autē qui Tripoliticum conscripsit (non enim Theopompus hoc fecit, sicuti quidam putant) etiam Thebæorū moenibus urbem. Multa verò etiā Timæus in historiis de prædictis, & de aliis blasphemauit. Et hoc præcipue faciunt, quando gloriosissimos in aliqua parte calumniantur: quidam propter inuidiam atq; malevolentiam, alij vero propter verbosam nouitatem memoria se dignos iudicantes. & apud stultos quidem nequaquam hac spe fraudantur, qui non sanum noscuntur habere iudiciū, sancti vero auditores eorū malignitatem condemnabunt. Blasphemiarū igitur in nos sæpe congestarum huiusmodi causa est. Volentes Aegyptiis gratificari quidam, veritatem corrumpere tentauere. Et neq; aduentum in Aegyptū nostrorum progenitorū, sicut contigit, sunt confessi: nec rursus egressum eum veritate dixere: multaq; causas odij ac inuidiæ pariter habuere. Principio quidem, quia in eorū regione nostri progenitores potentes effecti sunt: vnde regressi ad propria denuo fuere felices. Deinde sacrorum diuersitas, multas inter eos fecit inimicitias: in tantum præstantiore nostra pietate quàm solennitates illorū, quantum Dei natura animalibus irrationalibus sine dubitatione præstat. Cōmunis namq; apud illos ritus est, eiusmodi bruta arbitrari Deos: singillatim autē alij alia colūt, vani ac fatui omnino homines, & ab initio vti his malis opinionibus consueti: & propterea nequaquam imitari nostram honestatē de diuina ratione potuere. Videntēque multos nostram zelari conuersationem, inuidiam habuere, & ad tantam fatuitatem ac pusillanimitatem quidam perducti sunt, vt non pigeret eos etiam contra antiquas suorum scriptiones aliqua dicere. Qui cū hoc faciunt, sibi metipsis aduersa conscribere passione cæcitatē ignorauere. In vno tamen & maximo viro verbū meū comprobabo, quo vsus sum ante paululum nostræ Antiquitatis teste. Manethon itaque, qui Aegyptiacam historiam ex literis sacris se interpretaturum pollicitus est, præfatus nostros progenitores cū multis milibus in Aegyptum aduenisse, & illic incolas subiugasse: deinde ipse confessus est, quia posteriori tempore amittētes eam, prouinciam quæ nunc Iudæa vocatur obtinuissent: & ædificantes Hierosolymā, construxissent templum. Et hæcenus conscriptiones secutus est antiquorum. Deinde vsurpans sibi met licentiam, professusque se scribere ea quæ in fabulis vulgaribus ferūtur, incredibilia verba de Iudæis inseruit, volens permiscere nobis plēbem Aegyptiorum leprosum, aliorūque languentium. quod, sicut ait, abominatione ex Aegypto fuga dilapsi sunt. Amenophin enim regem adiecit, quod est falsum nomen. Et propterea tempus regni eius nequaquā diffinire præsumpsit, cū aliorum regum omnes annos perfectē protulerit. Hinc itaq; quādam annectit fabulas, penē oblitus, quod egressum pastorum ad Hierosolyma ante quingentos decē & octo annos factum esse protulerat. Themusus enim erat rex, quando egressi sunt. Et ab hoc tempore, regum qui postea fuere, anni sunt trecenti nonaginta tres, vsq; ad fratres nomine Sethonem, & Hermæum: quorum Sethonem quidem Aegyptum, Hermæum vero Danaum denominatum dicit: quem expellens, inquit, Sethon, regnauit annis quinquaginta & nouem: & post hunc senior ē filiis Rampēs annis sexaginta sex. Ante tot igitur annos egressos ex Aegypto patres nostros cōfessus, deinde Amenophin adiiciens regem, hunc ait & deorū fuisse contemplatorem, sicut Orum quendam priorum regum: & implese desiderium eius sacerdotē Amenophin natum ex patre Papio: qui videbatur quasi diuina participare naturā, secundum sapientiam præscientiāq; futurorū. Et dixisse regi hunc cognominem, quod posset videre Deos, si prouinciā à leprosis & aliis maculatis hominibus purgare contenderet. In quo lætum regē, omnes dicit corpore debiles ex Aegypto congregasse, & fecisse multitudinē numero octoginta millia. Eosq; ac sectiones lapidum in par-

tem Nili Orientalem misisse: simul & alios Aegyptios, quibus hoc erat iniunctum. Fuisse autem quosdam inter eos etiam cruditorum sacerdotum lepra perfos ait. Amenophin vero illū sapientē diuinūq; virum refert timuisse. & erga semetipsum & erga regem deorum indignationē, qui aperte suaserat eis vim geri: & dixisse, quoniam auxiliarentur quidam maculatis hominibus, & Aegyptum obtinerēt tredecim annis. Et hæc eum non quidem præsumpsisse regi dicere, sed de his hominibus conscriptum reliquisse librum, ac sibi mortem consciuisse. & propterea regem in anxietatem maximam peruenisse. Deinde ad verbum hæc refert. Itaque rogatus rex, vt ad requiem & tutament eorum secerneret ciuitatem, desertam urbē, quæ fuerat pastorum, nomine Auarim, præbuit eis. Est autem hæc ciuitas secundum theologiam antiquam, Typhonis. Porro illi in hanc ingressi, & locum hunc ad rebellandum optimum, ducem subimet quendam Heliopolitanorum Pontificum Orsarsiphum cōstituere, & huic se obedire in omnibus iurauerunt, at ille primum quidem eis legē posuit, vt neque deos adorarent, neq; ab animalibus, quæ præcipue sacra apud Aegyptios erant, se penitus abstinerent: nullique copularentur nisi cum quibus fœdus habere videbantur. Hæc autem sentiens, & alia plura, maxime Aegyptiorum consuetudinibus inimica, præcepit multo opere muros ædificari ciuitatis: & ad bella præparari contra Amenophin regem. Ipse vero assumens secum etiam alios sacerdotes, & maculatorū quosdam, misit legatos ad pastores: qui videbantur à Themuse rege depulsi ad Hierosolymorum urbem, causas suas & aliorum qui simul fuerant exhonora- 20 rat, significans, & poscens vt pariter contra Aegyptum castrametarentur. promisitq; eos fore venturos: primum quidam in Auarim progenitorum suorum prouinciam, & necessaria populis abundantius exhibenda: pugnatos autem opportuno tempore, & prouinciam facillime subdituros. Illi vero lætitia cumulati, omnes alacriter vsque ad ducenta millia virorum pariter sunt egressi: & non post multum ad Auarim vsque venere. Amenophis autem Aegyptiorū rex, dum illorum audisset inuasionē, non mediocriter perculsus est, dum recordaretur quod ei prædixerat Amenophis Papij. Et primum quidem congregans Aegyptiacā plebem, factō consilio cum principibus eorū animalia sacra, & quæ præcipue à sacerdotibus honorabātur, antè præmisit: & sacerdotibus particulariter iussit vt simulachra eorū caute celarent. Filiū ve- 30 ro Sethonem, qui etiam Ramesses à Rampse patris nomine vocabatur, cū quinq; esset annorū, apud suum cōmendauit amicū. Ipse vero transiens cum aliis Aegyptiis, vsq; ad trecenta millia virorū, bellatoribus viris occurrens, congressus non est. Putās enim semetipsum contra Deum pugnare, retrorsum reuersus venit ad Memphim: & sumens Apim & alia sacra, mox in Aethiopiam cum vniuersis nauibus & multitudine venit Aegyptiorum. Per gratiam nanq; erat ei subiectus Aethiopum rex: propter quod suscipiens etiam populum vniuersum, præbuit alimēta hominibus necessaria, quæ prouincia ministrabat, & ciuitates ac vicos, qui ad fatale illud tredecim annorū exilium sufficerent. Et in Aethiopia quidem hæc gesta sunt. Solymitæ vero descendentes cum viris pollutis Aegyptiorū, sic pessime hominibus vñ sunt, vt eorū victo- 40 ria esset pessima his, qui tunc eorū impietates inspiciebant. non solū etenim ciuitates & vicos concremauere, sacrilegia facientes, & deorū idola deuastantes, sed etiā ipsa sacra animalia quæ colebantur crudelissime discerpserunt, peremptores & occisores horum sacerdotes atq; prophetas esse cogentes, quos etiam expellebant nudos. Dicitur itaq; quod politiam & leges eis composuit sacerdos quidā, genere Heliopolites, nomine Osarsiphus, vocatus ex nomine Osireos Heliopolitani dei: qui dum conuersus fuisset ad hoc genus, mutauit nomen & vocatus est Moses. Quæ igitur Aegyptij de Iudeis ferunt, hæc sunt. Sed & multa breuitatis causa prætereo. Dicit autem rursus Manethon, quia postea Amenophis, ex Aethiopia digressus est cum magna virtute: simul & filius eius Rampses, & ipse habens magnū exercitū. Et congressi 50 contra pastores atq; pollutos, vicerunt eos: & multis cæsis persecuti sunt eos vsq; ad Syriæ fines. Hæc equidem & huiusmodi Manethon cōscripsit. Quia vero anilia loquitur deliramēta, atq; mentitur, aperta ratione monstrabo: illud primo distinguens, quod postea referendū est. Is enim concessit nobis, atq; professus est, quod ab initio non

non fuerint Ægyptij genere, sed extrinsecus illuc aduenissent, & Ægyptū obtinissent, & ex ea rursus egressi sint nostri progenitores. quod vero nobis postea permixti non sunt Ægyptij corpore debilitati: & quod ex his non fuit Moses, qui populū eduxit ex Ægypto, sed ante multas generationes extitit, per ea quæ ipse dixit, conabor ostendere. Primā itaq; causam posuit figmenti ridiculam. Rex enim, inquit, Amenophis concupiuit videre deos, quos putas? siquidē qui apud eos solennes erant, Bouē, & Hircū, & Crocodilos, & Cynocephalos, videbat. cœlestes autem quomodo poterat? & cur hoc habuit desiderium? quia utiq; & prior rex alter hos viderat? Ab illo ergo audiēs, quales essent, & quemadmodum eos vidisset, noua nequaquam egebat arte.

10 sed forte sapiens erat ille vates, per quem hæc rex posse agere confidebat. quod si ita fuisset, quomodo impossibilem concupiscentiam non præsciuit? non enim euenit quod voluit. Proinde quam rationem habere potuit, ut propter mutilos aut leprosos ei inuisibiles essent? Irascuntur enim propter impietates, non propter corporū vitia. Deinde tam multa millia leproforū & male habentiū, vna penē hora quomodo fuit possibile congregari? aut quomodo rex non obediuit vati? Ille nanq; præcepit debiles Ægyptios exilio deportari, hic autē eos ad sectiones lapidum destinauit, tanquā operariis indigens, & non purgare prouinciā volens. Ait autē quod vates semetipsum peremit, præuidens deorum iram, & quæ erant in Ægypto futura, & conscriptum librum regi reliquit. Proinde quomodo ab initio vates etiam suum interitū non præ-

20 sciuit? quomodo non repente regi contradixit volenti videre deos? aut qua ratione timebat, iam non sui temporis calamitates? aut quidnam grauius imminebat, quod morte præueniret? Quod vero inter omnia stultius est, videamus: Audiēs enim hæc, inquit, & de futuris iam metuens: debiles illos quibus Ægyptum purgare debuerat, neq; tunc de prouincia pepulit: sed rogantibus eis, sicut ait, ciuitatem dedit dudum à pastoribus habitatā: quæ vocabatur Auaris. Ad quam congregati, principē, inquit, delegere ex sacerdotibus Heliopolitanis: qui eis legem posuit, ut neque deos adorarent, neque ab Ægyptiacæ festiuitatis animalibus abstinere, sed omnia perimerent, atq; consumerēt, nulliq; penitus miscerēt, nisi cum quibus coniurati esse videbantur: & iureiurando multitudine obligata, quatenus in eis legibus perdurarēt. Auarim

30 ciuitatē munitam contra regē dicit eos bello sumpsisse. Adiecit autē, quia misit Hierosolymā rogans illos pro auxiliis exhibendis, & daturū Auarim compromittēs, quæ foret ex Hierosolymis volentium exire maiorum: & ex qua procedentes omnem Ægyptum obtinerent. Deinde subiungit illos quidem venisse cum ducētis milibus armatorū. Regem vero Amenophin Ægyptiorum, cum nollet repugnare Deo, mox ad Æthiopiam refugisse, & Apim cum aliis sacris animalibus deuexisse. Hierosolymitas verò inuasiōe facta, & ciuitates depopulatos, & templa cōcremasse, & equestres peremisse refert: & nulla iniquitate, aut crudelitate abstinuisse. Qui vero politiā & leges eis exhibuit, sacerdos, inquit, erat genere Heliopolites, nomine Orsaphis, vocatus ab appellatione Osireos Heliopolitani Dei: & mutato nomine dictus post-

40 ea Moses. Tertiodecimo verò anno Amenophin, postquam regno pulsus est, ex Æthiopia profectū cum multis milibus dicit: & congressum cōtra pastores atq; pollutos, habita cōflictione, vicisse, & multos interficientē, usq; ad fines Syrię persecutū. In his iterū non intellexit sine verisimilitudine se mentiri. Leprosi nanq; & cum eis multitudo collecta debiliū, licet primitus irascerentur regi, circa se utiq; talia faciēti, secundū præmonitiōē vatis, tamen cum à sectione lapidum sunt egressi, & prouinciā percepere, omnes circa eum mitiores effecti credendi sunt. Porro si adhuc & illū odio habebant, seorsum magis insidiari potuissent, & non omnibus bellum inferre, cum scilicet plurimi existentes multorū illic cognationes haberent. Proinde etiam si contra homines pugnare decreuere, non tamen contra deos impietatem genere

50 præsumebant: nec contraria suis agere legibus, in quibus educati esse noscuntur. Oportet itaque nos Manethoni gratias agere: quoniam huius iniquitatis principes dicit, non eos qui ex Hierosolyma sunt egressi, sed illos ipsos Ægyptios esse probat, & maxime sacerdotes, atque iurisiurandi vinculum illorum multitudine cōuenisse. Illud autem quomodo non irrationabile est? Domesticorum quidem & amicorum

nemo cum illis rebellauit, nec periculorum belli particeps factus est: sed misere maculatos ad Hierosolymam, ut ab eis auxilia poscerent. quānam amicitia aut societate intercedente? hostes enim magis erant, & moribus plurimum differebāt. At illi confestim, ut ait, vocantibus morē gessere, nempe inducti pollicitationibus, quod Ægyptum occupaturi essent: quasi ipsi non admodum eius regionis gnari essent, ex qua per vim pulsi fuerant. qui si tum miseram aut egenam vitam egissent, merito fortasse negocium aggressi essent. Cū autem urbem habitarent fortunatam, & agrum amplum meliorem Ægypto colerent, quid tandem erat, cur ob veteres hostes, eosque corporibus affectis, quales nemo domesticos ferat, periculum adirent: neque enim futuram regis fugam præciebant. nam, ut ipse dixit, filius Amenuphis cum trecentis milibus ad Pellusium occurrebat. & hoc quidem omnino sciebāt qui proficiscebantur: mutationem vero propositi & fugam vnde coniectare poterant? Deinde occupatis horreis Ægypti, multa mala fecisse ait Hierosolymitanum exercitum: atque hæc eis exprobrat: quasi non hostes eos induxisset, aut quasi hæc sint aliunde accito militi obicienda, cū eadem ante aduentum eorum fecissent, facturósque se iurassent ipsi Ægyptij. Quinetiam aliquāto post Amenuphis hostes aggressus prælio vicit: fusósque ac fugatos Syriam vsque persecutus est. adeo scilicet Ægyptus est omnibus vndecunque inuadentibus captu facilis: & qui tunc ea iure belli potiebantur, cū scirent Amenuphin viuere, neque aditus ab Æthiopia communiuerant, multas ad hoc commoditates habentes, neque alioqui copias cōtraxerant. Ille verò vsque Syriam trucidans eos (ut ait) persecutus est per arenosa & inaquosa loca. Scilicet ea vel quieto exercitu transire expeditum est. Igitur autore Manethone neque ex Ægypto genus nostrum oriundum est, neque illinc aliqui admixti sunt. Leprosorū enim & morbidorum multos in lapidicinis perisse verisimile est, multos in præliis, plurimos verò postremo & in fuga. Superest ut de Moyse illi contradicam. Hunc virum mirandum Ægyptij & diuinum existimant, sed non sine blasphemia incredibili sibi vindicare conantur: dicentes Heliopoliten esse vnum sacerdotum, ob lepram cum aliis pulsum. Ostenditur autem in ratione temporum, D X V I I. annis prior fuisse, & patres nostros ex Ægypto in regionem quam nunc tenemus eduxisse. Quod verò eiusmodi calamitatis corpus expers habuit, ipsius dicta indicant. Leprosis enim & oppidis & vicis interdixit, ut seorsim in lacero vestitu agant: & eum qui eos attigisset, aut sub idem tectum successisset, pro impuro habet. Quinetiam si eo morbo liberari, & in pristinum restitui contingat, præscripsit certas purificationes, mundationes, & fontanarum aquarum lauacra, & omnium pilorum abrasiones: multisque & variis sacrificiis peractis, tum demum sanctam urbem adeundam. Atqui contra par erat qui talem calamitatem expertus esset prouidentiam aliquam ac humanitatem exhibere simili infortunio pressis. Non solum autem de leprosis sic leges tulit, sed ne minima quidem corporis parte mutilatos ad sacrorum curam admisit. Sed etiam si iam sacerdoti aliquid tale accidisset, honore eum priuauit. Quomodo igitur verisimile est illum has aduersus semetipsum cum opprobrio suo damnóque tulisse leges? Quin & nomen valde incredibiliter mutauit. Osarsiph enim (inquit) vocabatur. Hoc ad transmutationem nihil quadrat. Verum autem nomē significat ex aqua seruatum Moysen. Nam aquam Ægyptij Moy vocāt. Satis igitur declaratum existimo, quod Manethon quatenus veterum scripta sequitur, non multum à veritate aberrat. Vbi vero ad vulgares fabulas se vertit, aut absurde eas confingit, aut in odium gentis loquentibus credit. Post hunc inquirere libet in Chæremone. Hic enim Ægyptiacam se scribere historiam professus, addens idem nomen regis quod Manethon, Amenophin, & filium eius Rhameffen, ait Isidem in somnis Amenophi apparuisse, inculantem quod templum suum per bellum dirutum esset. Phritiphauten vero sacrum scribam dixisse, si à pollutis hominibus Ægyptum repurget, liberandum eum à nocturnis terroribus: atque ita delectu vitiosorū morbidorūque habito, c c l. millia è sinibus eiecta. Duces vero eorū fuisse scribas Mosen & Iosephū quem etiā sacrum scribā fuisse: Ægyptia verò eis nomina esse Mosi Tisithen, Iosepho Petesephi. Hos Pelusium venisse, ibique offendisse c c l x x x. millia, ab Amenophi relictā, quæ is in Ægyptum

Ægyptum transferre noluerat: cum his iſto ſœdere cōtra Ægyptum expeditionem
 habitam. Amenophin autē non expectato impetu eorū, in Aethiopiam fugiſſe, reli-
 cta vxore grauida: quam deliteſcentē in quibuſdam ſpeluncis enixam puerū nomine
 Meſſenen. cum poſteaquam ad virilem ætatē perueniſſet, expuliſſe Iudæos in Syriā
 numero circiter ducenta millia, & patrē Amenophin ex Aethiopia recepiſſe. Et hæc
 quidem Chæremōn. Reor autē ex his iſtis quę dicta ſunt amborū vanitatē apparere.
 Si quid enim veritatis ſubeſſet, impoſſibile erat in tantū eos diſcrepare. at qui mēda-
 cia componunt, non aliorū ſcriptis conſona ſcribunt, ſed quę iſtis libet conſingunt.
 Ille igitur regiam cupiditatem videndi deos, ait initiū fuiſſe pollutos eiiciendi. Chæ-
 10 remōn autem ſuum de Iſide ſomnium finxit. & ille quidem Amenophin dixit indi-
 xiſſe regi purgationē: hic vero Phritiphauten. iam multitudinis numerus ſanē belle
 congruit, illo octoginta millia referente, hoc ducenta quinquaginta. Præterea Ma-
 nethon primū in lapidicinas eiectos pollutos, deinde ad Auarim habitandam tradu-
 ctos, ac reliqua Ægypto bello vexata, tum demū acciuiſſe dicit à Hieroſolymitis au-
 xilia: Chæremōn, Ægypto decedentes circa Peluſium inueniſſe trecenta octogin-
 ta millia hominū ab Amenophi relicta, ac cum illis rurfus Ægyptum inuaſiſſe: Ame-
 nophinq; in Aethiopiam fugiſſe. Quod verò egregiū eſt, ne illud quidem quānam &
 vnde erant tam numeroſus exercitus dixit, Ægyptiine an externi: neq; cauſam indi-
 cavit, ob quam eos rex in Ægyptū inducere noluit: qui de leproſis & Iſide ſomnium
 20 conſinxit. Moſi verò & Iosephum, quaſi eodem tēpore ſimul expulſum Chæremōn
 adiunxit, & quidem quatuor ætatibus ante Moysen defunctum, quarū ſunt anni ſe-
 re centū ſeptuaginta. Quin & Rhameſſes Amenophis filius, ſecundū Manethonem
 quidem adoleſcēs bellum adminiſtrat cum patre, & cum eodem exulat fuga elapſus
 in Aethiopiam. Hic autē fingit eum poſt patris obitum in ſpelunca quadam natum,
 & poſtea prælio victorē, & Iudæos in Syriam expellentē numero circiter c. c. millia.
 O facilitatē. neque enim prius quānam erant illa c. c. l. x. x. millia dixit, neq; quo-
 modo c. l. x. x. millia perierint: in aciēne ceciderint, an ad Rhameſſen trāsfugerint.
 quod verò maxime mirum eſt, ne cognoſcere quidem ex eo licet, quōſnam vocet
 Iudæos, vel vtris eorum det hanc appellationē: illiſne c. c. l. milibus leproſorū, an his
 30 c. c. c. l. x. x. milibus, quę circa Peluſiū erāt. Sed ſtultū fortasſe ſit redarguere eos, qui
 à ſemetiſſis redarguti ſunt. ferendum enim erat vtcunq; ſi ab aliis redarguti fuiſſent.
 His addam Lyſimachū, idem quidē habentē cum prædictis argumentū mēdacij, ve-
 rum enormitatē figmenti illos vincētem, vnde apparet eum magno odio cōfinxiſſe.
 dicit enim: Qua tempeſtate Bocchoris in Ægypto regnabat, populū Iudæorū, quòd
 eſſent lepra, ſcabie, & aliis quibuſdā morbis infecti, ad templa cōfugiſſe, vt mēdicato
 alerentur. multis autē hominibus morbo correptis, ſterilitatē in Ægypto accidiſſe.
 Bocchorim verò Ægyptiorū regem ad Ammonē, ſcitātū oracula de ſterilitate, mi-
 ſiſſe. reſponſum verò à Deo, repurgāda eſſe templa ab hominibus impuris & impiis,
 eiectis eis è templis in loca deſerta. Cæterū ſcabioſos ac leproſos mergēdos, tanquā
 40 ſole horum vitā ægrē ferente: & templa expianda: atq; ita fore vt terra fructum ferat.
 Bocchorim autē accepto oraculo, accerſitiſq; ſacerdotibus ac ſacrificijs, iuſſiſſe colle-
 ctis impuratis, hos militibus tradi deportandos in deſertū: leproſos verò ac impetigi-
 noſos plumbeis laminis inuolutos in pelagus deiici. quibus ſubmerſis, reliquos con-
 gregatos & in loca deſerta expoſitos eſſe, vt perirent. eos habito concilio cōſultaſſe
 de ſeiſſis: & nocte ſuperueniente, accenſis ignibus ac lucernis cuſtodias agitafſe: ſe-
 quentique nocte ieiunatum, vt numen propitium eos ſeruaret. Inſequenti verò luce
 à Moſe quodam conſiliū datum, irent conſerti vna via, vſq; dum ad loca culta per-
 ueniretur. tum præcepiſſe, ne cui hominum in poſterum bencuoli eſſent, vſq; con-
 ſiliū malum potius quā bonum darent: deorūque templa & altaria quotquot
 50 inuenirent euerterent. quibus comprobatis ac deſtinatis, multitudinem iter ſeciſſe
 per deſertū, ac poſt multa incommoda tandem ad loca culta peruentū. tum verò &
 hominibus iniurioſe tractatis, & fanis compilatis ac incēſis, veniſſe in eam quę nunc
 Iudæa dicitur: conditaq; ciuitate hīc habitare, urbem verò *Ιερουσα* ex re nominatam.
 aliquanto autē poſt iam auctos viribus mutafſe nomē vitandi probri gratia: & urbem
 Hieroſol

Hierosolyma, seipsum Hierosolymos vocasse. Hic non eundem quem illi inuenit regem, sed recentius nomen confinxit: & omisso somnio ac propheta Ægyptio ad Ammonem abiit de impetiginosis & leprosis responsum relaturus. ait enim ad templa collectam multitudinem Iudæorum, incertum leprosis ne nomen imponens, an quod solos Iudæos morbus occuparit. dicit enim, populus Iudæorum. Qualis, aduena, an indigena? Cur igitur eos cum sint Ægyptij, Iudæos vocas? Quod si hospites sunt, cur vndenam sint non dicis? Quomodo autem cum rex tam multos ex his mittere iussisset, reliquos in loca deserta eiecisset, tanta multitudo superfuit? aut quomodo pertransierunt desertum, & occupauerunt regionem quam nunc tenemus, & condiderunt urbem, & extruxerunt templum apud omnes celebre? oportebat autem de 10 legiflatore non solum nomen dicere, sed & genus, quisnam, & ex quibus ortus. quamobrem verò tales eis inter eundem aggressus sit ferre leges, de diis, etiam erga homines iniustas. Siue enim Ægyptij erant genere, non tam facile patrios mores mutare potuissent, siue aliunde erant, omnino aliquas habebant leges longa consuetudine obseruatas. Si igitur de expulsoribus suis iurassent, nunquam se illis fore beneuolos, rationem non absurdam habuissent. Quod si bellum internecium aduersus vniuersos mortales susceperunt, cum essent (ut ipse ait) miseri, & omnium opis egeni, maxima stultitia non illorum, sed hæc fingentis ostenditur. Iste namque etiam nomen impositum ciuitati à templorum spoliatio, præsumpsit dicere, & hoc postea fuisse mutatum. Mirum 20 ni, quia posteris quidem turpe fuit tale nomen & odiosum: ipsi verò qui fundauere urbem, ornare semetipsos etiam vocabulo credere. Hic autem generosus vir præ nimia detrectationis impotentia non intellexit, Hierosolyma non idem voce Iudaica quod Græca significare. Quid ergo amplius quilibet diceret contra mendacium tam impudenter expositum? Sed quoniam congruam iam magnitudinem suscepit hic liber, aliud faciens principium, cætera præsentis operis explanare tentabo.

FLAVII IOSEPHI

DE ANTIQVITATE IV-

30

DÆORVM CONTRA APIONEM

ALEXANDRINVM, AD EPAPHRODITVM, LIBER II.



RIORI quidem volumine, carissime mihi Epaphroditæ, de antiquitate nostra monstraui, Phœnicum & Chaldæorum, Ægyptiorumque literis satisfaciens veritati: multosque Græcorum conscriptores adducens, & meam est diuerso 40 disputationem aduersus Manethonem, & Chæremonem, & alios quosdam exhibui. nunc autem inchoabo reliquos arguere, qui contra nos aliqua conscribere. Impulsus enim sum contra Apionem respondere grammaticum, si tamen assumi hoc oportet officium. Horum igitur, quæ ab eo conscripta sunt, alia quidem similia sunt dictis aliorum, alia valde frigida. Plurima vero quandam tantummodo detractionem habentia, & multam (ut ita dixerim) ineruditi probationem, tanquam ab homine composita, & moribus prauis, & totius vitæ suæ temporibus importuno. Quia vero multi hominum propter stultitiam suam his potius sermonibus capiuntur, quam illis quæ multo studio conscribuntur: & derogationibus quidem gaudet, præconiis vero mordentur, necessarium 50 duxi ne hunc quidem inscrutatū relinquere, qui nos tanquam in iudicio criminatur. etenim hoc quoque plerisque mortalium insitum video, ut gaudeant quoties maledicus quispiam ipse sua mala à latessito audit. Et quidem nec orationem eius legere facile est, neque aperte cognoscere quid dicere velit: sed velut in multa tumultatione ac mendaciorum

giorum perplexitate nunc similia supra pensatis de maiorum nostrorum ex Ægypto migratione affert: nunc incolas Alexandriæ Iudæos calumniatur: insuperque de sacris templi nostri ceremoniis atque aliis ritibus nostris accusationem admiscet. Patres igitur nostros nec Ægyptios genere fuisse, neque ob labem corporum aut similem aliam calamitatem inde pullos, non mediocriter solum, sed penè ultra modum, superius à me declaratum existimo: ceterum quæ his adiungit Apion, cōpendio memorabo. Dicit enim in tertio rerum Ægyptiacarum hæc: Moses, ut accepi à grandioribus natu Ægyptiis, Heliopolitanus erat, qui patriis institutus moribus, subdiuales preces ad septa qualia ciuitas habebat, reduxit. ad subsolanum autem omnia cōuertebat. ita enim Heliopolis sita est. pro obeliscis verò statuit colūnas, sub quibus ceu peluis forma exprimebatur: umbra in eā incidens, utpote per sudum, eundem semper cum sole cursum circumuoluebat. Atque huiusmodi est admiranda illa huius grāmatici phrasis. Mendacium verò eius non tam nostris verbis euidenter coaguitur, quàm Moscos operibus. neque enim cū primum tabernaculum Deo cōstrueret, aut ipse ullam talem formam ei indidit, aut posteros facere præcepit: atque is qui postea templum Hierosolymis cōstruxit Solomon, omni tali curiositate abstinuit, qualem cōfinxit Apion. Accepisse autem se dicit à maioribus natu Mosē Heliopolitanum: scilicet ipse iunior, sed his fidem habens, qui per ætatem illū familiariter nouerant. Et de Homero quidem poëta, quāuis grāmaticus, non posset quænam eius sit patria certò affirmare, neque de Pythagora tantum non heri nudiūve tertius nato: de Mose verò tam multis annis illos præcedente tam facile decernit, credens seniorū relationi: unde manifeste illum mentiri apparet. Quin & temporū ratio, quibus Mosē ait eduxisse leprosos & cæcos & claudos, belle concinit iuxta grāmaticum hūc diligentissimū. Manetho enim regnante Tethmo, si Iudæos dicit ex Ægypto discessisse, annis CCCXCIII. antequam Danaus apud Argos exularet. Lysimachus autem tēpore Bocchoris regis, hoc est ante annos MDC C: Molon verò & alij quidam, ut cuique visum est. At verò Apion cæteris fide dignior, exacte illum exitū definiuit VII. Olympiade, & huius anno primo: quo, ut ait, Pœni Carthaginem condiderūt. Carthaginis autem mentionem adiecit, ratus argumentum id veritatis se habiturū euidentissimum: nec animaduertit à semetipso adductum quo cogueretur. si enim de hac colonia monumentis Phœnicum credendum est, in illis Hiram rex traditur antiquior Carthaginē condita annis plus quàm CL. de quo superius ex Phœnicum commentariis probaui, quod Solomoni templi Hierosolymitani conditori amicus fuerit, & multa ad templi fabricam contulerit. Solomon verò ædificauit templum post Iudæorum discessum ex Ægypto annis DCCXII. Porro numerū pulsorū eundem quem Lysimachus commētus (ait enim C. & X. eorum fuisse millia) miram quandam & credibilem reddit causam, cur sabbatum nominatus sit. Exacto enim (inquit) sex dierū itinere, inguinum vlcerebus affecti sunt: & hac de causa septima die quieuerunt, incolumes constituti in regione, quæ nunc Iudæa vocatur. & appellauerunt eam diem sabbatum, seruata Ægyptiorum voce. nam inguinis morbum Ægyptij vocant sabbatosim. An nō igitur vel deridenda hæc nugacitas, vel contra odio habenda talis in scribendo impudētia? Apparet enim quod omnes inguinibus laborauerint, hominum millia centum & decem. Atqui si erant cæci & claudi & morbi, quales fuisse Apion ait, ne vnus quidem diei iter progredi potuissent: sin autem poterant per magnam solitudinem proficisci, prætereaque sibi obistentes vincere populariter repugnando, nequaquā vniuersi post sextam diem inguinū morbo correpti fuissent. Neque enim naturaliter tale quippiā cūenire iter agentibus necesse est, sed plurimorum milium exercitus definita semper itinera peragunt: neque temere ita accidisse verisimile videtur, est enim omnino absurdum. At verò mirificus hic Apion sex quidem diebus eos peruenisse in Iudæā prædixit: rursus autem Mosē consensu monte, qui Ægyptū inter & Arabiam situs est, nomine Sinæus, quadraginta diebus delituisse dicit, indeque descendente Iudæis leges dedisse: atqui quomodo possibile est, eosdem & quadraginta dies in deserto ac in aquoso loco manere, & quod in medio spatium est, id totum sex diebus pertransire? Sabbati verò appellationis grāmatica ratio, quam adfert, multam impudentiam præ se fert, vel certe magnā impericiam. Nam hæ voces Sabbo & Sab-

batum, inter se maxime differunt. Sabbatum enim secundū Iudæos quies est ab omni opere. Sabbo verò, ut ille affirmat, Aegyptiis inguinū morbum significat. Tales quaedam de Mose & Iudæorū ex Aegypto profectioe Aegyptius Apion nouitates finxit, præter aliorum cōmentus auctoritatem. Et quid mirum si de nostris mēitur patribus? quandoquidē de se ipso contra mentitus est: & natus in Oasi Aegypti, primas iste Aegyptiorum existimatus, veram quidem patriam & genus suū abiurauit: Alexādrinum autem se mentitus, confirmat generis sui prauitatem. Merito igitur quos odit & conuitiis insectatur, eos Aegyptios appellat. nisi enim pessimos esse existimaret Aegyptios, semet ex eorum genere haud eximeret: quandoquidem qui se celebritate patrię iactant, honorificum quidem ducunt ab ea denominari, coarguunt verò eos, qui præter ius in eandem sese ingerere cōnantur. Erga nos autem alterutro modo affecti sunt Aegyptij: aut enim ceu gloriabundi cognatos se simulant, aut participes nos infamix suę cooprant. At præclarus iste Apion videtur contumeliosam nostrū insectationem, quasi mercedem voluisse reddere Alexādrinis, pro data sibi ciuitate: sciensque eorum cum habitatoribus Alexandrię Iudæis similitatem, proposuit quidem illis conuicium facere, vnā tamen comprehendit reliquos quoque vniuersos, vtroque impudenter mentiēs. Videamus igitur, quæ nā sint illa graua & non ferenda, de quibus habitatores Alexandrię Iudæos accusat. Venientes, inquit, ē Syria, sedes fixerunt ad importuosum mare, vndarū vicini assultibus. Ergo si locus opprobrium habet, non quidē patrię suę, sed tamen quam patriā dicit, Alexandrię conuiciatur. Illius enim & maritima ora pars est, ut omnes confirmant ad inhabitandū optima: quā si Iudæi per vim occupauerunt, ita ut ne post quidem eiicerentur, fortitudinis eorum argumentum est. Verum Alexander eis locū ad incolendum dedit, & parem cū ipsis à Macedonibus honorem consecuti sunt. Nescio autem quid dicturus fuerit Apion, si circa Necropolim habitassent, ac non circa regiā sedes posuissent, & hodiēq; eorum tribus appellaretur Macedones. Igitur si legit epistolas Alexandri regis, Ptolemæiq; Lagi ac successorum illius Aegypti regum, & columnam stantem Alexandrię ac iura continētem quæ Cæsar magnus Iudæis concessit: hæc, inquam, si sciens, contraria scribere ausus est, malus erat: sin autem nihil horū nouit, indoctus. Illud quoq; quod se mirari dicit, quod cū Iudæi essent, Alexandrini vocati sunt, similis inscientiæ est. Omnes etenim qui ad coloniā aliquam denocantur, etsi plurimū ab alterutris genere differant, à conditoribus appellationē accipiunt. Et quid opus est de aliis dicere? nostrorum enim ipsorum hi, qui Antiochiam inhabitant, Antiocheni nominantur. Ius enim ciuium eis dedit cōditor Seleucus. Similiter & qui in Epheso cōmōrantur, & alia Ionia cum ciuibus exinde natis eandē appellationē habent, hæc præbentibus eis regni successoribus. Romanorū verò clementia, cunctis nō paruulum donum appellationis suę concessit, non solum viris singulis, sed etiā maximis gentibus in cōmuni. Hispani deniq; antiqui, & Tyrrheni, & Sabini, Romani vocātur. Si verò hunc modū aufert cōmunis ciuitatis Apion, desinet semetipsum Alexandrinū dicere: Natus enim in intima Aegypto, quomodo erit Alexandrinus, iure ciuitatis, sicut ipse in nobis dicit, ablato? cū solis Aegyptiis nunc orbis domini Romani, participari cuiuslibet ciuitatis interdixisse videatur. Hic autem præclarus dignitates quas ipse impetrare prohibetur adipisci non valens, calumniari conatur eos; qui hæc iustissimē perceperunt. Nō enim propter inopiam habitatorum ciuitatis, quam studiose ædificabat Alexander, nostrorū aliquos ibi collegit: sed omnes approbans diligenter ex virtute, ac fide dignos inueniēs, hoc præconiū nostris exhibuit, cū gentem nostram studeret non mediocriter honorare. Ait enim Hecataeus, quia propter mansuetudinē atq; fidem, quem ei præbuere Iudæi, Samariam regionem adiecit, ut eam sine tributis haberent. Similiter quoque sensit post Alexandrum etiam Ptolemæus Lagi de Iudæis in Alexandria cōmōrantibus. Nam Aegyptiaca eis castra cōmisit, arbitratus fide simul eorū & fortitudine conseruanda: & in Cyrene credēs se tutissime regnaturū, & in aliis Libyę ciuitatibus, ad ea loca partem Iudæorum habitandi causā direxit. Post hunc autē Ptolemæus, qui Philadelphus est appellatus, nō solum si qui fuere capui apud eos nostrorum, omnes absoluit, sed & pecunias eis sepius condonauit: & (quod maximū est) desiderauit agnoscere nostras leges, & sacrarū scripturarum volumina

mina concupiuit: misitq; rogans destinari viros, qui ei interpretarentur legem: & ut hæc apprimè conscriberentur, diligentiam hanc commisit non quibuscunq; viris, sed Demetrium Phalereum, & Andream, & Aristum; quorum eruditione sui seculi Demetrius facile princeps erat, alij verò habebant custodiam corporis sibi creditam, huic curæ præfecit. Non enim leges, & patrum nostrorū philosophiam discere concupiscere, si his videntes despiceret & nō potius valde miraretur. Apion autem penè omnes in ordine successores eius Macedonum reges ignorauit habuisse erga nos præcipuum familiaritatis affectum. Tertius nanq; Ptolemæus, qui vocatur Euergetes, fortiter obtinens Syriam vniuersam, non diu Ægyptiacis pro victoria solennitates gratificas imolauit: sed veniens ad Hierosolimam, multas hostias sicut nostri moris est, Deo gratificauit, dignissimāque dedicauit ornamenta victoriæ. Philometor autem Ptolemæus, & eius vxor Cleopatra, omne regnum commiserunt Iudæis: & duces totius fuere militiæ. Quia & Dosithæus Iudæi: quorum nominibus derogat Apion, cum debuisset operum eorum potius mirari, & gratias agere, quoniam liberauere Alexandriam, cuius ciuis videri vult. Nā dum rebellio surrexisset in Cleopatrarē regno; & periculum pessimæ perditionis instaret, istorum labore ciuitas intestinis præliis est erepta. Sed postea, inquit, Quia ad urbem deduxit exercitum paruum, cum esset illic Thermus præfens Romanorum legatus: quod (ut ita dicā) recte atq; iuste factum est. Ptolemæus enim, qui cognominatus est Physcon, moriente suo patre Ptolemæo Philometore, egressus est de Cyrene, volens reginam Cleopatram expellere, & filios regis, ut ipse regnum iniuste sibi met applicaret: propter hæc ergo Onias aduersus eum bellum pro Cleopatra suscepit: & fidem quam habuit circa reges, nequaquā in necessitate deseruit. Testis autem Deus iustitiæ eius manifestus apparuit. Nam Physcon Ptolemæus cum aduersum exercitum quidē Oniæ pugnare præsumeret, omnes verò Iudæos in ciuitate positos cum filiis & vxoribus capiens, nudos atq; vinctos elephantis subiecisset, ut ab eis conculcati deficerent, & ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset, in contrarium quæ præparauerat, euenere. Elephantis enim relinquentes sibi appositos Iudæos, impetu facto super amicos eius, multos ex ipsis interemere. Et post hæc Ptolemæus quidem aspectum terribilem contemplatus est, prohibentē se ut illis noceret hominibus. Concubina verò sua carissima, quam alij quidem Ithacā, alij verò Hirenen denomināt: supplicante ne tantam impietate, perageret, & concessit, & ex his quæ egerat velacturus erat, poenitentiam egit. Vnde recte hanc diem Iudæi Alexandria constituti, eo quod aperte à Deo salutem promerere, celebrare noscuntur. Apion autem omnium calumniator, etiam propter bellum aduersus Physconem gestum, Iudæos accusare præsumpsit, cum eos laudare debuerit. Is autem etiā ultimæ Cleopatrarē reginæ Alexandrinorum meminit, veluti nobis impropere, quoniā circa nos fuit ingrata: & nō potius illam redarguere studuit, cui nihil omnino iniustitiæ & malorum operum defuit: vel circa generis necessarios, vel circa maritos suos, qui etiam dilexerint eam, vel in communi contra Romanos omnes, & benefactores suos imperatores, quæ etiam sororem

40 Arsinoen occidit in templo, nihil sibi nocentem. Peremit autē & fratrem insidiis: patrem quoque deos, & sepulchra progenitorum depopulata est. Percipiensq; regnum à primo Cæsare, eius filio & successori, rebellare præsumpsit. Antoniumque corrumpens amatoriis rebus & patriæ inimicum fecit, & infidelē circa suos amicos instituit, alios quidem genere regali spolians, alios autem demens ad mala gerenda compellēs. Sed quid oportet amplius dici, cum illum ipsum in nauali certamine relinquens, id est maritum & parētem communiū filiorum, tradere cum exercitu principatum, & se sequi coegit. Nouissime verò Alexandria à Cæsare capta, ad hoc usq; perducta est, ut saltem hinc sperare se iudicaret, si posset ipsa manu sua Iudæos perimere: eo quod circa omnes crudelis & infidelis extaret. Putāne gloriandum nobis non esse, si quemadmodum

50 dum dicit Apion, famis tempore Iudæis triticum non est mensa. Sed illa quidem poenā subiit competentem. Nos autem maximo Cæsare utimur teste auxilij, atq; fidei: quam circa eum contra Ægyptios gessimus: nec non & senatu eiusque cōsultis, & epistolis Cæsaris Augusti, quibus nostra merita cōprobantur. Has literas Apionem oportebat inspicere, & secundum genera examinare testimonia sub Alexandro facta, &

omnibus Ptolemæis, & quæ à senatu constituta sunt, necnon & maximis Romanis imperatoribus. Si verò Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus metiri non potuit, hoc indicium est sterilitatis ac penuriæ frumentorum, nō accusatio Iudæorum. Quid enim sentiant omnes imperatores de Iudæis in Alexandria commorantibus, palam est. nam administratio tritici nihilo magis ab eis, quàm ab aliis Alexandrinis translata est. Maximam verò eis fidem olim à regibus datam conservare, id est, fluminis custodiam, totiusque custodiæ, nequaquam his rebus indignos esse iudicantes. Sed super hoc: quomodo ergo, inquit, si sunt ciues, eosdem deos, quos Alexandrini non colunt? Cui respondeo. Quomodo etiã cum vos sitis Ægyptij, inter alterutros prælio magno & sine fœdere de religione contenditis? aut certe propterea non vos omnes dicimus Ægyptios, & neq; communiter homines, quoniã bestias aduersantes naturæ colitis, multa diligentiâ nutriendos? cū genus vtiq; nostrorum vnū atque idem esse videatur. Si autem in vobis Ægyptiis tantæ differentiæ opinionū sunt, quid miraris super his, qui aliunde in Alexandria aduenerunt, si legibus à principio constitutis, circa talia permansere? Is autem seditionis causas nobis apponit: qui si cū veritate ob hoc accusat Iudæos in Alexandria constitutos, cur omnes non culpare possit, eo quòd noscamur habere concordiam? Porro etiam seditionis autores, quilibet inueniet Apionis similes Alexandrinorum fuisse ciues. Donec enim Græci fuere & Macedones hæc ciuitatem habentes, nullam seditionē aduersus nos gessere, sed antiquis cessere solennitatibus. Cū verò multitudo Ægyptiorum creuisset inter eos, propter confusiones temporum, etiam hoc opus semper est additum. Nostrum verò genus permansit purum. Ipsi igitur molestiæ huius fuere principium, nequaquam populo Macedonicam habente constantiã, neq; prudentiam Græcam: sed cunctis scilicet videntibus malis moribus Ægyptiorū, & antiquas inimicitias aduersum nos exercentibus. E diuerso nãq; factum est quod nobis impropere præsumunt. nam cū plurimi eorum non opportune ius eius ciuitatis obtineant, peregrinos vocant eos, qui hoc priuilegiū ad omnes impetrasse noscuntur. Nam Ægyptiis neq; regum quisquam videtur ius ciuitatis fuisse largitus: neque nunc quilibet imperatorum. Nos autē Alexander quidem introduxit, reges autem auxere, Romani verò semper custodire dignati sunt. Itaq; derogare nobis Apion voluit, quia imperatorum non statuamus imagines, tanquam illis hoc ignorantibus, aut defensione Apionis indigentibus: cū potius debuerit admirari magnanimitatem modestiãq; Romanorū, quoniam subiectos non cogunt patria iura transcendere: sed suscipiunt honores, sicut dare offerentes piū atq; legitimū est. Non enim honoribus gratiã habent, qui ex necessitate & violentia conferuntur. Græcis itaq; & aliis quibusdam, bonum esse creditur imagines instituere. Denique & patrum & vxorum filiorūq; figuras depingētes exultant, quidam verò etiam nihil sibi competentium sumunt imagines. alij verò & seruos diligentes, hoc faciunt. Quid ergo mirū est, si etiam principibus ac dominis hunc honorē præbere videantur? Porro autem legislator, non quasi prophetans Romanorum potentiã non honorandam, sed tãquam causam neque Deo neq; hominibus vtilem despiciens, & quoniam totius animati, multo magis Dei inanimati, probatur hoc inferius, interdixit imagines fabricare. aliis autem honoribus post Deū colendos non prohibuit viros bonos, quibus nos & imperatores & pop. Rom. dignitatibus ampliamus. Facimus autē pro eis continua sacrificia: & non solum quotidianis diebus ex impensa communi omnium Iudæorū talia celebramus: verum cū nullas alias hostias ex cōmuni, neq; pro filiis peragamus, solis imperatoribus hunc honorem præcipuum pariter exhibemus, quem hominū nulli persoluimus. Hæc itaq; cōmuniter satisfactio posita sit aduersus Apionē pro his quæ de Alexandria dicta sunt. Admirator autem etiam eos, qui ei huiusmodi fomitem præbuere, id est, Posidonium & Apollonium Molonis: quoniã accusant quidem nos, quare nos eosdem deos cum aliis nō colimus: mentientes autē pariter, & de nostro templo blasphemias componentes incongruas, non se putant impie agere: cū sit valde turpissimum liberis, qualibet ratione mentiri, multo magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Apion præsumpsit edicere, asini caput collocasse Iudæos, & id colere, ac dignum facere tanta religione; & hoc affirmat fuisse

fuisse depalatum, dum Antiochus Ephiphanes & expoliasset templum, & illud caput inuenisset ex auro compositum multis pecuniis dignū. Ad hoc igitur primū quidem respondeo, quoniam Aegyptius vel si aliquid tale apud nos fuisset, nequaquā debuerat increpare, cum non sit deterior asinus furonibus & hircis & aliis, qui sunt apud eos dij. Deinde quomodo non intellexit, operibus increpatus de incredibili suo mēdacio. Legibus nanque semper utimur iisdem: in quibus sine fine consistimus. Et cū varij casus nostram ciuitatem, sicut etiam aliorum vexauerint, & Theos ac Pompeius Magnus, ac Licinius Crassus, & ad nouissimū Titus Cæsar, bello vincentes obtinuerint templum, nihil huiusmodi illic inuenere: sed purissimam pietatē, de qua nihil nobis est
10 apud alios effabile. Quia verò Antiochus neq; iustā fecit templi deprædationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, cum non esset hostis, & socios insuper nos suos & amicos aggressus est, nec aliquid dignū detractione illic inuenit, multi & digni cōscriprores super hoc quoq; testantur: Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes, & Castor chronographus, & Apollodorus: qui omnes dicunt pecuniis indigentem Antiochum trāsgressum fœdera Iudæorum, & spoliassē templum auro argentōq; plenum. Hæc igitur Apion debuit respicere, nisi cor asini ipse potius habuisset, & impudētiam canis, qui apud ipsos assolet coli: neq; enim extrinsecus alia ratiocinatione mētutus est. Nos itaq; asinis neque honorem neq; potestatem aliquam damus, sicut Aegyptij crocodilis & aspidibus: quādo eos, qui ab istis
20 mordentur, & à crocodilis rapiuntur, felices & Deo dignos arbitrantur. Sed sunt apud nos asini, quod apud alios sapientes viros, onera sibi imposita sustinentes. Et si ad areas accedentes comedant, aut proposita non adimpleant, multas valde plagas accipiunt, quippe operibus & ad agriculturā rebus necessariis ministrantes. sed aut omniū rudissimus fuit Apion ad cōponendum verba fallacia, aut certe ex rebus initia sumēs, hæc implere non valuit, quando nulla potest contra nos blasphemia prouenire. Alteram verò fabulam, derogatione nostra plenam, de Græcis apposit: de quo hoc dicere sat erit, quoniam qui de pietate loqui præsumūt, oportet eos non ignorare minus esse immū dum per templa transire, quā sacerdotibus scelestā verba confingere. Isti verò magis studuere defendere sacrilegum regem, quā iusta & veracia de nostris & de
30 templo cōscribere. Volentes enim Antiocho gratificari & perfidiam ac sacrilegium eius tegere, quo circa gentem nostram est vsus propter egestatem pecuniarum, detrahētes nobis etiam quæ in futuris essent, mentiti sunt. Propheta verò aliorum factus est Apion, & dixit Antiochum in templo inuenisse lectum & hominem in eo iacentem, & appositam ei mēsulam maritimis terrenisque volatiliū dapibus plenam, & quod obstupuisset his homo. Illum verò mox adorasse regis ingressum, tanquam maximam sibi opem præbituri: ac procidentem ad eius genua, extensā dextera poposcisse libertatem: & iubente rege ut consideret, & dicere quis esset, vel cur ibidem habitaret, vel quæ esset causa ciborum eius, tunc hominem cum gemitu & lachrymis lamentabiliter suam narrasse necessitatē. Ait, inquit, esse se Græcum: & dum peragraret prouinciam
40 parandi victus causa, correptum se subito ab alienigenis hominibus, atq; deductum ad templum, & inclusum illic, & à nullo conspici, sed cuncta dapium apparatione saginari. Et primum quidem hæc sibi inopinabilia beneficia visa attulisse latitiam: deinde suspicionem, postea stuporem: postremū consulentem à ministris ad se accedētibus audisse legem ineffabilem Iudæorū, pro qua nutriebatur: & hoc illos facere singulis annis quodam tempore constituto. Et comprehendere quidem Græcum peregrinū, eumq; annuo tempore saginare, & deductum ad quandam syluam, occidere quidē eum: hominem, eiusque corpus sacrificare secundum suas solennitates; & gustare ex eius visceribus, & iusiurandum facere in immolatione Græci, ut inimicitias contra Græcos haberent: & tunc in quandam foueam reliqua hominis pereuntis abiicere. Deinde re-
50 fert eum dixisse, paucos iam dies debitos sibi superesse; atq; rogasse, ut reueritus Græcorum deos; & superans in suos sanguine insidias Iudæorum, de malis eum circumstantibus deliberaret. Huiusmodi ergo fabula non tantum omni tragœdia plenissima est, sed etiam crudeli impudentia redundat. Non tamen à sacrilegio priuat Antiochum, sicut arbitrati sunt, qui hæc ad illius gratiam cōscribere. Non enim præsumpsit

aliquid tale, ut ad templum accederet: sed sic inuenit non sperans. Fuit ergo voluntari-
 bus iniquis impius, & nihilominus sine Deo, quicquid iussit mendacij superfluitas;
 quàm ex ipsa re cognoscere valde facillimum est. Nō enim circa solos Græcos discor-
 dia legum esse dignoscitur, sed maxime aduersus Ægyptios & plurimos alios. Cuius
 enim regionis homines nō contigit aliquando apud nos peregrinari? ut aduersus so-
 los Græcos renouata coniuratione per effusionem sanguinis ageremus: vel quomodo
 possibile, ut ad has hostias omnes Iudæi colligerentur, & tantis millibus ad gustandum
 viscera illa sufficerent, sicut ait Apion? vel cur inuētura hominem quicumque fuit (non
 enim suo nomine conscripsit) aut quomodo eum in suam patriam rex nō cum pompa
 deduxit? dū posset hoc faciens, ipse quidē putari pius, & Græcorum amator eximius, 10
 assumere verò contra Iudæorum odium auxilia magna cunctorum. Sed hæc relinquo:
 insensatos enim, non verbis, sed operibus decet arguere. Sciunt igitur omnes, qui vi-
 dere constructionem templi nōstri, qualis fuerit, & intrāgressibilem eius purificatio-
 nis integritatem. Quatuor enim porticus habuit in circuitu, & harū singulæ propriam
 secundum legem habuere custodiam. In exteriorē itaq; ingredi licentia fuit omni-
 bus etiam alienigenis: mulieres tantummodo menstruatae transire prohibebantur. In
 secundam verò porticum cuncti Iudæi ingrediebantur, eorūq; coniuges cū essent
 ab omni pollutione munda. In tertiā, masculi Iudæorum mundi existentes atq; purifi-
 cati. In quartam autē sacerdotes, stolis induti sacerdotalibus. In adytum verò soli prin-
 cipes sacerdotum, propria stola circumamicti. Tāta verò est circa omnia prouidentia 20
 pietatis, ut secundum quasdam horas sacerdotes ingredi cōstitutum sit. Mane etenim
 aperto templo oportebat facientes traditas hostias introire: & meridie rursus, dum
 clauderetur templum, denique ne vas quideū aliquod portari licet in templum, sed
 erant in eo solummodo posita, altare, mensa, thuribulum, candelabrum, quæ omnia in
 lege conscripta sunt. Etenim nihil amplius neq; mysteriorum aliquorum ineffabilium
 agitur, neq; intus vlla epulatio administratur. Hæc enim quæ prædicta sunt, habent to-
 tius populi testimonium manifestum, rationēque gestorum. Licet enim sint tribus
 quatuor sacerdotum, & harum trium singulæ habeant hominum plus quàm quin-
 millia, fit tamen obseruatio particulariter per dies certos: & his transactis, aliis succe-
 dentes ad sacrificia veniunt: & congregati in templum mediante die à precedentibus 30
 clauēs templi, & ad numerum omnia vasa percipiūt, nulla re quæ ad cibum aut potum
 attineat in templum delata. Talia nanque etiā ad altaria offerre prohibitum est, præter
 illa quæ ad sacrificia præparantur. Quid ergo Apionem dicimus, nisi nihil horum ex-
 aminantem, verba incredula protulisse? Sed turpe est, historiæ veram notitiam si pro-
 ferre grammaticus non possit. Et sciens templi nōstri pietatem, hanc quidem præter-
 misit. Hominis autem Græci comprehensionem finxit, & pabulum ineffabile, & ci-
 borum opulentissimam claritatem: & peruios ingredientiē, ubi nec nobilissimos Iu-
 dæorum licet intrare, nisi fuerint sacerdotes. Hęc ergo pessima est impietas, atq; men-
 dacium spontaneum, ad eorum seductionem, qui noluerunt discutere veritatem. Per
 ea siquidem mala ineffabilia, quæ prædicta sunt, nobis detrahere tentauere. Rursūq; 40
 tanquam piissimus deridet, adiciens fabulæ inania facta. Ait enim illum retulisse, dum
 bellum Iudæi contra Idumæos haberent longo quodam tempore, ex aliqua ciuitate
 Idumæorum, qui in ea Apollionem colebat venisse ad Iudæos, cuius hominis nomen
 dicitur Zabidus: deinde eis promississe traditurum se eis Apollinem Deum Dōren-
 sum: venturūque illum ad nostrum templum, si omnes ascenderent, & adducerent
 omnem multitudinem Iudæorum. Zabidum verò fecisse quoddam machinamentum
 ligneum, & circumposuisse sibi, & in eo tres ordines infixisse lucernarum, & ita am-
 bulasse, ut procul stantibus appareret, quasi stella per terram iter agens. Porro Iudæos
 inopinabili visione obstupuisse, & longe constitutos tenuisse silentium. Zabidum
 verò multa quēte ad templum venisse, & aureum detraxisse asini caput (sic enim vr- 50
 bane conscribit) & rursus Dōram velociter aduenisse. Igitur & nos dicere possumus,
 quia asinum; hoc est semetipsum Apion grauat, & facit stulticia simul & mendaciis
 oneratum. Loca nanq; quæ nō sunt, conscribit: & ciuitates nesciens transfert. Idumæa
 enim prouinciæ nostræ confinis est, posita iuxta Gazam, & nulla ciuitas huius Dōra
 nuncup

nuncupatur. In Phœnice vero iuxta montem Carmelum Dora ciuitas appellatur, in nullo concordans Apionis oblocutionibus. Quatuor enim dierū itinere procul est à Iudæa. Cur itaque nos rursus accusat, eo quod non habeamus communes cum aliis deos, si sic facile credere patres nostri ad se vēturum Apollinē, & cum Stellis cum ambulare super terrā putauere? Lucernam enim prius nunquā videre scilicet, qui tot & tanta concelebrāt candelabra. Sed nec aliquis ei ambulanti per prouinciā ex tantis milibus obuiauit. Desolatos etiā vicos custodibus comperit, & hoc tēpore belli. Cætera iam relinquo. Ianuæ vero templi altitudine quidē erant cubitorū lxx. latitudine vero xxx. omnes deauratæ, & penē auro puro cōfectæ. Has claudebant non minus quā viri ducenti diebus singulis: & relinquere eas apertas, nefandū nimis erat. facile igitur eas lucernifer ille aperuisse creditur, qui solus etiam habuisse asini caput æstimabatur: quapropter dubium est, vtrum hoc caput Zabidus denuo reuocauit: an certe sumēs Apion, introduxit in templū, vt Antiochus inueniret, vt secundo Apioni aliquā mentiendi daret occasionē. Mentitur autē & de iuramento, quod iuremus per Deum factorē cæli & terræ & maris, nulli Iudæos fautores alienigenæ, & maxime Græcis. Oportebat autem mentientē absolute dicere, nulli fautores alienigenæ, & magis Ægyptiis: sic etenim ab initio poterant eius figmenta de iureiurando congruere, si ab Ægyptiis utiq; patres nostri non propter malignitatē suam, sed propter calamitates expulsi sunt. A Græcis autē plus locis quā studiis sumus abiuncti, ita vt

10 nullæ inter nos & illos inimicitia & æmulationes esse noscātur. E diuerso nanq; multos eorū ad nostras leges contigit accessisse, quorū quidam permāsere, quidam vero perdurare non ferētes, denuo recessere. Hoc tamē iusurādum nunquā se quisquam audisse meminit apud nos habitū, sed solus Apion (vt videtur) audiuit. Ipse nanq; id cōposuit. Magna ergo admiratione eximia Apionis prudentia, vel ob hoc quod mox diceretur, digna est. Hoc enim esse affirmat indicium, quia neq; legibus iustis vtamur, nec Deum colamus vt conuenit, quod diuersis gentibus seruiamus, & calamitates quasdam circa ciuitatem sustineamus, cū utiq; principalis ciuitas Romanorum sit, cuius ciues solis ab initio regnare atq; non seruire consueuerūt. Quis etenim horum magnanimitati valeat obistere? Nullus etenim aliorū potest dicere sermonē quem

30 Apion locutus est, quando paucis contigit in principatu continue præsidere, & non rursus aliis facta mutatione seruire. Plurimæ nanq; gentes aliis obedire coactæ sunt: soli autē Ægyptij, eo quod refūgiāt (sicut aiunt) in eorū prouinciā dij, atq; saluentur migrātes in effigies bestiarū, honorē præcipuū inuenerunt, vt nulli famularentur horum qui Asiā Europāmq; tenere, qui scilicet vnā diē ex æuo totius seculi non habuere libertatē, neq; apud indigenas dominos, neq; apud externos. Nam quēadmodum eis vti sint Persæ nō semel solummodo, sed frequēter visitātes vrbes, tēpla euercentes, putatos apud eos interficiētes deos, impropere nō studeo. Non enim conuenit stulticiā nos indocti Apionis imitari: qui neq; casus Atheniensiu, neq; Lacedæmoniorum animo suo concepit, quorū hos quidem fortissimos, illos religiosissimos,

40 omnes affirmant. Taceo reges pietate celebres, inter quos Cræsum, quā diuersis vitæ sunt calamitatibus sauciati. Taceo incēsam Atheniensiu arcē, templū Ephesinu & Delphicu, aliāq; multa: hic nemo calamitatē passis, sed potius inferentibus intulit impropria. Nouus autē accusator nostrorū Apion inuentus est, malorū suorū apud Ægyptū gestorū prorsus oblitus. Sed Sesostris eum, quem refert fabula regem fuisse Ægypti, vt creditur, excæcauit. Verumtamen possumus & nos dicere nostros reges Dauid & Solomonē, qui multas subdidere gentes. Sed de his modo supersedendum est: quæ vero cunctis nota sunt, Apion modis omnibus ignorauit: quoniam Persis, & post illos principibus Asiæ Macedonibus, Ægyptij quidē seruire, nihil differentes à famulis. Nos autē liberi consistētes, etiā ciuitatū in circuitu positarū tenuimus prin-

50 cipatū, annis viginti & centū, vsq; ad Pompeiū Magnum. Et dum vniuersi reges sunt expugnati à Romanis, omniū soli propter fidem suā maiores nostri & socij & amici fuere. Sed viros mirabiles non præbuimus, velut quarundam artiu inuectores, & sapientia præcellentes: & inter hos enumerat Socratē, & Zenonem, & Cleanthem, & alios huiusmodi. Deinde quod potius est mirandū, semetipsum his adiecit & beatifi-

cat Alexandriam; quia ciuē talem habere meruit, quod rite facit. Oportebat enim ut ipse sui testis existeret, qui aliis omnibus sic importunus & callidus esse videbatur, & vita verbōq; corruptus. Quapropter recte quilibet Alexandriæ condolebit, si super isto aliquid magni sapuerit; De viris autē qui fuisse apud nos titulo nullo laudis inferiores, sciunt qui voluerunt nostræ antiquitatis libris incubere. Reliqua vero quæ in accusatione conscripta sunt, dignū erat forte sine satisfactione relinquere, ut ipse sui potius & aliorū Aegyptiorum accusator extaret. Quæritur enim eo quod animalia consueta sacrificemus, & non vescamur carnibus suillis: sed & circumcissionē genitalium vehementer irridet. De nostrorū quidem animalium peremptione, communio nobis est cum aliis hominibus vniuersis. Apion autē sacrificantes nos redarguēs, indicat semetipsum genere esse Aegyptiū. Non enim Græcus si esset aut Macedo, hoc molestè ferret. Isti enim vouēt sacrificare hecatombas suis diis, & sacerdotibus vtuntur ad epulas. Quæ cum ita sint, non propterea cōtigit mundū animalibus desolari, quod Apion expauit. Qui tamē si solennitates Aegyptiorū sequerentur, mundus desertus quidē esset hominibus, ferocissimis autē bestiis impleretur: quas isti indicātes deos, diligētē enutriūt. quod si quis eum cōsuleret, quos putaret omnium Aegyptiorum esse sapiētes atq; deicolas, sacerdotes sine dubio fateretur. Hæc enim duo dicūt sibi ab initio à regibus esse præcepta, ut deos colant, & sapientiā diligāt: quod illi facere præcipue iudicātur: qui tamē & circumciduntur omnes, & à porcinis abstinēt carnibus. Sed neq; vllus alter Aegyptiorū cum eis diis sacrificare dignoscitur. Cæcus 20 igitur fuit Apion quando pro Aegyptiis nostras detractiones cōponens, illos videtur potius accusare, qui non solum vtuntur solennitatibus, quas in nobis culpat iste: sed etiā alios circumcidi docent, sicuti dixit Herodotus. Vnde recte mihi videtur Apion, propter patriæ suæ leges pœnas dedisse blasphemix. Etenim necessario circumciso, circa genitalia vulnera ei facta nihil profuerūt, & putrefactis in magnis doloribus expirauit. Oportet enim bene sapiētes in legibus propriis circa pietatē integre permanere, & aliorum minime carpere. Iste vero suas quidem leges effugit, de nostris vero mentitus est. Hic itaq; terminus vitæ fuit Apionis. Sed & noster hic iam finē liber accipiet. Quoniā vero & Apollonius Molon, & Lysimachus, & alij quidā, tam per ignorantia quam per insania de legillatore nostro Mose, & legibus verba protulere, nec 30 iusta, nec vera: dum illi quidē velut mago atq; fallaci derogāt, leges autē malitiæ apud nos nulliusq; virtutis affirmāt esse doctrices, volo breuiter & de omni conuersatione nostra, & de particulari (sicuti potero) proferre sermonē. Reor enim fore manifestū, quia & ad pietatē & ad conuictū vniuersalēq; humanitatē, insuper ad iustitiā laborūq; tolerantia, & ad contemptum mortis optimas leges positas habeamus. Rogo tamē lecturos, ut non cum inuidia exequātur huius operis lectionē. Non enim proposui laudes conscribere nostrorū: sed aduersus eos, qui nos plurimū & fallaciter accusarūt, satisfactionē hanc puto esse iustissimā. Proinde accusationē Apollonius nō continue, sicut Apion, instituit, sed dispersim. Quippe qui aliquando quidē nos sine Deo & hominibus odiosos appellat, aliquando vero formidinē nobis improperat: & 40 è diuerso, rursus aliquādo de audacia gētis nostræ queritur. Dicit autē etiā stultiores Barbaris: & propterea nullum inuentū nos solos vitæ vtile reperisse. Hæc autē omnia manifeste redarguuntur, dum vniuersa contra quā ab eo sunt dicta, monstrantur & legibus imperata, & à nobis cum omni integritate gesta. Si verò coactus fuero facere mentionē legū contrariarū apud alios cōstitutarum, in culpa illi sunt, qui nostras solennitates tanquā peiores cum aliorū conferūt. Quibus neutrum puto remanere quod dicāt; neq; quia non eas habeamus leges, quarū ego capita & summas ad redarguendum positurus sum: neq; quia non precipue in legibus propriis perduramus. Paulò, ergo altius exorsus, volo primū dicere, quod eis qui sine lege & ordine viuūt, hi qui ordinis & comuniū legum amatores extiterunt, & primi hoc inchoauerunt, recte 50 mansuetudine atq; virtute præstare dicendi sunt. Deniq; conantur singuli eorū gesta sua ad antiquitatē referre, ut non imitatores aliorū videantur existere, sed ipsi potius aliis legitime viuendi duces fuisse. His igitur hunc in modū se habentibus, virtus legillatoris est meliora considerare: & his qui vsuri sunt legibus, quas posuerit, satisfacere,

facere, quia rectæ sunt. Populi vero est, ut in omnibus, quæ constituta sunt, perduret: & neq; felicitate procedente, neq; calamitatibus aliquid horum immutet. Dico igitur nostrum legistorem, quolibet qui memoratur legiflatores antiquitate præcedere. Lycurgus enim & Solon, & Zaleucus Locrensis, & omnes qui apud Græcos mirabiles sunt, nouelli atq; recentes, quantum ad illum comparati, esse noscuntur: quando nec ipsum nomē legis fuisse olim apud Græcos agnoscitur. Testis Homerus est, qui nusquam in opere suo hoc usus est nomine. Non enim secundum legē, sed indiffinitis sententiis, & regum præceptionibus, populus regebatur. Vnde etiā multo tempore permansere, tantum moribus vtētes, & non scripto, & multa horum semper secundum euentum casuum permittentes. Noster verò legislator antiquus existens (hoc etenim vndique manifestum est, etiam apud eos clarum, qui semper contra nos loquuntur) & semetipsum præbuit optimum principem populorum cōsultoremq;, & instructionem totius legis vitæ constringens, eis suavit hanc libenter excipere, & firmissime inclyta scientia custodire. Primum autē eius magnitudinis opera videamus. Ille nanq; progenitorum nostrorum relinquentium Ægyptum, & ad terrā propriam remeantium, multa millia sumens, ex plurimis & impossibilibus rebus cautissime liberauit: nam & iniquosam eos & multum arenosam oportebat trāsire viam, bellāq; deuincere: & filios ac vxores, prædāq; bello seruare: in quibus dux egregius & consiliarius sapientissimus & tutor veracissimus fuit vniuersorum. Omnem siquidem multitudinē à semetipso pendere fecit, & cum omnia quæ vellet persuadere posset, in nullo horum vindicauit sibi potestatem: sed in quo maxime tempore potestatem sibi arrogans & tyrannidem præfules rerum, & populum frequenter plurima iniquitate viuere consuefaciunt, in hac ille potentia constitutus, è diuerso magis iudicauit agendum pie, & plurimam exhibere aliis æquitatem, ipse virtutē præcipuam se credens cunctis ostendere, & salutē firmissimam præbere sequacibus bona voluntate. Et maximis actibus in singulis casibus usus est. Quapropter recte iudicabat, ducē atq; cōsultorē se Deum habere: & primitus sibi satisfaciens: quia secundum illius voluntatem vniuersa gereret atq; tractaret, credidit modis omnibus oportere ut etiā apud plebem hæc opinio permaneret. Nam qui Deum respicere suam vitam credunt, delinquere non præsumunt. Huiusmodi quidem noster legislator fuit, non magus, non fallax, sicut derogatores iniuste pronunciant: sed quales apud Græcos gloriatur fuisse Minoem & post eum legiflatores alios. Nanq; quidā eorum leges positas à Ioue dicebant: alij vero eas in Apollinem & vaticinium Delphicum referebant, siue pro veritate hoc credentes, seu facile persuadendum iudicantes populo. Qui vero præcipuas leges instituerint, vel qui iustissime de Dei fide cognouerint, licet hoc ex ipsis legibus facta cōparatione conspiciere. Iam enim de ipsis tempus est disputandi. Igitur infinitæ quidē particularum gentium atq; legum apud cunctos homines differentiæ sunt. Alij siquidem monarchis, alij vero populo potestatem reipublicæ commiserunt. Noster vero legislator nihil horum intendens, veluti si quis hoc dicēdo mensurā transcendat verbi, diuinam rempublicā declarauit: Deo principaliter conuersationē nostram atq; potestatem excellenter assignans, & satisfaciēs eum cunctos inspicere, tanquam causam bonorum omnium vniuersis hominibus existentē: & quæcunq; contingit eos in angustiis supplicasse, illius non latuisse voluntatem, neq; quicquā eorum quæ gessere, vel si quid aliquis apud semetipsum potuit cogitare. Vnum vero eum esse monstrauit, & ingentem, immutabilem per tempus, æternū, & omni specie mortali pulchritudine differētem, & ipsum nobis notum: qualis autem sit secundum substantiā, prorsus ignotum. Hæc itaq; de Deo sapuerunt prudentissimi Græcorum: qui quidē quod eruditi sint, illo utiq; sciendi præbente principia, nunc dicere prætermitto: quod autē hæc optima & congrua Dei naturæ atq; magnificentiæ sint, valde testantur. Pythagoras enim, & Anaxagoras, & Plato, & post illos philosophi Stoici, & penè cuncti, videntur de diuina sapuisse natura. Sed hi quidem ad breue philosophantes, populo superstitionum opinionibus iam præoccupato veritatem dogmatis proferre timuere. Noster vero legislator opera præbens consona verbis suis, non solum his qui cum eo erant satisfecit, sed etiā qui ex illis semper erant nascituri, hoc immutabiliter inspirauit, & causam lo-

gificationis ad utilitatis modum semper adduxit. Non enim partem virtutis Dei culturam dixit, sed huius partes alias esse perspexit atque constituit: hoc est fortitudinem, iustitiam, & mutuam in omnibus civium concordiam. Cunctæ namque actiones & studia, vniuersique sermones, ad diuinam referuntur per omnia pietatē. Non enim hoc in examinatum aut indefinitum ulterius dereliquit. Duo siquidē sunt totius disciplinæ & moralis institutionis modi, quorum vnus quidem sermone doctor est, alter vero exercitatione morum: quæ cum ita sint, alij quidem legiflatores sentiendo sunt discreti, & alterum horum modum sibi placitū assumentes, alterū reliquerunt. Sicuti Lacedæmonij quidē & Cretenses moribus erudiebantur, non verbis: Athenienses vero, & penē omnes alij Græci, quæ quidem oportet agi præcipiebant suis legibus: assuescere vero ad hæc operibus, minime valere. Noster autem legiflator hæc ambo multa diligentia coaptauit. Nam nec exercitationes morum omisit non traditas, neque leges sermone reliquit incomptas. Sed mox à primò inchoans cibo, & vnicuique diætā conueniente, nihil neque minimarū escarum sub potestate volūtatis vtentium dereliquit. Sed & de cibis quibus conuenit abstineri, & qui sumendi sunt, vel quæ diætā cōmunis esse videatur, necnon & de operibus labore simul & requie, terminum atque regulam posuit legē: quatenus veluti sub patre atque domino viuentes, neque volentes quicquam neque per ignorantiam delinquamus. Non enim ignorantibus pœnam posuit, sed optimam & necessariā correptionē monstrauit legē. Quapropter non semel audire, nec secundo vel sæpius: sed in vnaquaque septimana, alia opera relinquentes, ad legis auditionem cōgregari præcepit vniuersos, eamque perfecte condiscere, quod scilicet omnes legiflatores reliquisse noscuntur. Et in tantū plurimi hominū absunt, vt secundum proprias leges viuant, vt penē eas ignorēt. Et cum peccauerint, tunc agnoscūt ab aliis, quā legē probantur esse præuaricati. Sed etiā viri maxima cum gloria & principalia gubernantes, profitentur ignorationem. Doctos namque sibi faciunt assidere ad dispensationē rerum, & peritiā legū habentes. Nostrorū verò quemlibet si quis leges interroget, facilius quā nomē suum recitat. Vniuersas quidem mox à primò sensu eas discentes, in animo velut inscriptas habemus. Et rarius quidē quilibet transgreditur: impossibile autē est supplicium deuitare peccantē. Hoc itaque primū omnium mirabilem consonantiā nobis instituit. nam vnā quidem habere & eandem de Deo sectam, vita vero ac moribus differre nihil abinuicem, optimam moribus hominum potest celebrare concordiam. Apud nos etenim solos, neque de Deo quilibet sermones audiet alterutris aduersarios, sicut multa similia apud alios fieri comprobantur: cum non solum à vulgaribus quod visum fuerit vnicuique profertur, sed etiā apud quosdam philosophorū hoc crebro præsumitur: quando alij quidem totā Dei naturam sermonibus perimere tentauere, alij vero eius providentiā ab hominibus abstulere: neque in studiis vitæ differentia vlla conspicitur, sed communia quidem opera omnium apud nos existunt: vnus vero de Deo sermo concors est, asserens illum cuncta respicere. Sed etiā de ipsius vitæ studiis, & quoniā oportet omnia alia ad terminū diuinæ pietatis adduci, à mulieribus nostris & à seruis quilibet audiēt. Pro qua re illatas nobis calamitas à quibusdam, cur non exhibeamus viros inuentores nouorū operū seu verborum, contigit oriri. Alij siquidem in nulla re paterna perdurare optimū esse putāt, & præcipue transgressoribus sapientiæ robur assignāt. Nos autē è diuerso, vnā esse prudentiā atque virtutem existimamus, nihil penitus vel facere, vel cogitare contrariū his quæ antiquitus sancita noscuntur: quod scilicet indicium legis est optimo fœdere constitutæ. nam ea quæ nunc non habent modū, experimento sæpe corrupta redarguuntur. Apud nos autē, qui credimus ab initio positam legē diuinā voluntate, nihil aliud pium est, quā hanc sub integritate reseruare. Quis etenim eius quicquā mouere potest, aut quid melius adinuenit: vel quis ab aliis tanquā præcellentius ad statū reipub. nostræ aliquid trāsferre potest: aut quæ poterit esse melior atque iustior, quā ea quæ Deum quidem principē omnium esse confirmat: sacerdotibus autē in comuni quidē res præcipuas dispētare permittit: summo vero pontifici aliorū sacerdotum principatū competententer iniungit? quos vtiq; non diuitiis, neque aliis quibusdam spontaneis auiditatibus præcellentes legiflator ad culmē huius honoris instituit. Sed quicumque

quicumque sapientia vel temperantia aliis præstare noscuntur, eis præcipue culturam diuinæ placationis iniunxit. Apud hos igitur, & legis & aliorum studiorum integra diligentia custoditur. Contemplatores enim omnium, atque iudices contentionum, & punitores culpabilium sacerdotes esse decreti sunt. Quis ergo principatus, quod regnum erit hoc sanctius, vel qui honor Deo potius cooptabitur, cum omnis quidem populus sit præparatus, ad pietatem, summa vero diligentia sacerdotibus sit indicta, & velut quædam festiuitas gubernetur vniuersa respublica. Cum enim mysteria sua numero paucorum dierum alienigenæ custodire nequeat, ea videlicet sacrificia nominantes, nos cum multa delectatione, & incommutabili voluntate solennitatis opus per omne seruamus æuum. Quæ igitur sunt præcepta vel interdicta simplicia, siue nota dicamus. Primum quidem de Deo est, dicens: Deus habet omnia, perfectus, beatissimus, ipse sibi cunctisque sufficiens, principium & medium & terminus: inter omnia operibus quidem & muneribus clarus, & omni re manifestior: forma vero & magnitudine nobis inenarrabilis. Omnis namque materies comparata ad huius imaginem, licet sit preciosa, tamen pro nullo est: cunctaque ars ad illius imitationis inuentum, extra artem esse cognoscitur: nihil simile neque videmus, neque possumus suspicari. neque coniecere. Sanctus est: videmus eius opera, lumē, cælum, terrā, Solem, Lunā, flumina, mare, animalium nationes, proventus fructuum: hæc Deus fecit, non manibus neque laboribus, neque quibusdam indiguit sibi cooperantibus: sed ipso videte bona repente facta sunt. Hunc homines conuenit

20 vniuersos sequi, eumque placare exercitatione virtutis. Modus enim diuinæ placationis iste sanctissimus est. Vnum templum vnius Dei, commune omnium communis Dei cunctorum. Gratium namque semper est omne quod simile est. Hunc placant quidem sacerdotes semper. præcedit vero istos primus secundum genus: qui ante alios sacerdotes sacrificabit Deo, custodiet leges, de dubiis iudicabit, & puniet lege conuictos. Huic quisquis non obedit, supplicio subiacebit, tanquam qui in ipsum Deum impie gesserit. Hostias immolat, non ad crapulam nostram vel ebrietatem attinentes. hæc enim non placent Deo: quæ res occasio potius iniuriarum simul & expensarum est. Deus enim temperatos, ordinatosque & boni generis diligit: & ut præcipue sacrificantes caste viuamus. In sacrificiis autem pro communi salute primum oportet orare, deinde singulos pro semet-

30 ipsis, quoniam omnes socii sumus. Et qui hoc consortium suæ vitæ præponit, maxime Deo gratus est. Supplicatio vero fit ad Deum votis ac precibus, non ut bona præstet: hæc enim ipse sponte contulit vniuersis, & in medio deposuit: sed ut hæc suscipere valeamus, suscipientesque seruemus. Purificationes quoque in sacrificiis lex decreuit, à cubili, à lecto, à congressu vxorio, & alia multa, quæ conscribere longissimum est. Huiusmodi ergo de Deo, & eius placatione sermo est, ipse autem simul etiam lex est. Quid autem de nuptiis? Solam nouit lex permixtionem naturalem cum coniuge, si tamē filiorum causa procreandorum agatur. Masculorum vero cum masculis valde iudicauit inimicas: & tentantes talia morte decreuit dignos. Nubere verò iubet, non respicientes ad dotem, neque violenter arripere, sed neque dolo vel fallacia suadere. Dispensationem verò potius

40 fieri per eum, cuius noscitur esse potestatis, & per cogitationem opportunam. Mulier autem inferior, inquit, est viro per omnia. Obedit igitur non ad iniuriam, sed ut sit sub regimine constituta. Deus enim viro potestatem dedit. Cum hac ergo coire decet maritum solummodo. alterius vero experientiam habere nequissimum. Si quis autem hoc egerit, declinatio nulla mortis. neque si fecerit vim virgini alteri desponsata: neque si suaserit nuptæ, aut filios nutriendi. quæ omnia lex præcepit. vniuersis autem mulieribus interdixit vel celare quod natum est, vel alia machinatione corrumpere filios. Infanticida enim esset animas demoliens, & genus imminuens. Igitur si quis ad concubitum, correptionemque transierit, immundus est. Oportet autem etiam post legalem commixtionem viri, mulieres lauari. Hoc enim partem animæ polluere iudicauit: inflata namque

50 corporibus vulneratur. Dumque hoc fit, aquam propter purificationis causam talibus imperauit. Sed neque in filiorum natiuitatibus concessit epulationes aggregari, & fieri occasiones ebrietatis: sed temperatum esse repetere principium. Iussitque literis studiri propter leges, & nosse progenitorum actiones, ut actus imitetur: & cum legibus educati, neque transgrediantur, neque cogitationem ignorationis habere iudicetur. Prospexit autem

etiam

etiam funeribus mortuorū, vt neq; sumptuosā ad sepeliendū celebrantur exequiæ; neq; insigniū fabrica sepulchrorū. sed necessaria quidē circa elationē funeris imperauit domesticos adimplere: omnibus autē viuētibus legitimū esse constituit, vt aliquo moriente & concurrant, & gemitus lamentationis effundant. Purificari autem iubet, etiā domesticos funere celebrato: vt longe procul sint, quasi videantur mundi esse. Cū autē aliquis fecerit homicidiū vel sponte, vel inuitus, ne horū quidem pœnam tacuit. Parentū honorē post Deum esse constituit: & qui non repēsāt eorū gratiæ, sed in qualibet parte contristat, præcepit esse lapidandū. Iubet etiā senioribus honorem iuuenes exhibere, quoniam cunctis senior Deus est. Nihil permittit celandum apud amicos: non enim amicitia sunt apud eum, cui omnia non creduntur. & licet aliqua inimicitia proveniant, prodi tamen arcana prohibuit. Si quis autē arbiter munus acceperit, morte mulctatur, despiciēs quod iustū est, & auxiliū reis offerēs. Quod quisquam non posuit nō auferat, & aliena non tēgat. mutuans nō accipiat vsuras. Hæc, & his multa similia, communionē continēt nostrorū inter alterutros. Quomodo autē etiā de domestica cura circa alienigenas habenda docuerit legislator, referri dignum est. videbitur enim omnibus optime prospexisse eum, illo ita sentiente, neq; propria corrūpamus, neq; participari rebus nostris volētibus inuideamus. Quicūq; enim volunt sub nostra conuersari lege, accedētes ad eam cum munificentia suscipit, nō genere solūmodo, sed etiā volūtate vitæ putās esse confortiū. Eos autē qui obiter adueniunt, misceri solennitatibus noluit, alia tamen exhibenda constituit. Idem omnibus præbendū, ignē, aquā, cibū: iter ostendere, non spernere aliquē insepultū. Mirissime etiā circa hostes quæ sunt agēda sancit, vt neq; terra eorum exuratur, neq; arbores fertiles incidantur. Sed etiam spoliari eos qui in bello cecidere, interdixit, & captiuis prospexit, quatenus eorū amoueatur iniuria, & maxime fœminarū. Sic autē eximie nos mansuetudinē atq; clementiā studuit edocere, vt etiā de animalibus irrationalibus non taceret: sed horū tantummodo vtilitatem legitimā concedens, ab omni nos alia causā prohibuit. Quæcūq; enim veluti domestica oriuntur in ædibus, hæc interdixit occidi: sed neq; parētes deniq; præcepit vnā cum pullis auferri. Et licet hostilia sint animalia laborū socia, eis tamē parcendū esse sancit. Sic vndiq; ea quæ ad mansuetudinē pertinent obseruauit: doctrinalibus quidē, sicuti prædictū est, legibus vtēs, & alias rursus cōtra trāsgressores causā punitionis sine excusatione defigens. Multa nanque in plurimis causis transgredientiū, mors est. Si adulteriū cōmiserit aliquis, si vim puellæ fecerit. Si masculi turpe tentamentū præsumpserit, aut patiatur sustinere tentatus. Similiter autē est lex inuitabilis & in seruis, sed etiā de mensuris, vel si quis de ponderibus dolū fuerit operatus, & de iniusta venditione: ac fraude si quis vel detraxerit alienā rem, aut quod nō posuit abstulerit, cohibēdi hi sunt vindicta, nō quali apud alios, sed valde maiori. de iniuria vero parentū, vel impietate quæ sit in Deū, si vel tētet hoc aliquis, mox peribit. At his qui secundū legē vniuersā faciunt, præmium tribuitur, non aurū, nō argentū, neq; corona lapillis distincta: sed vnusquisq; testē habens conscientiā suā, valde proficit, legislatore prophetante, & Deo fidē condonāte. firmissimā his qui seruant leges: & licet pro his mori cōtingat, concurrunt tamē alacres ad occasum, sperātes fore vt vita melior ex mutatione cōferatur. Pigeret itaque nunc hoc me cōscribere, nisi opera essent omnibus manifesta: quoniā sæpenumero multi nostrorū progenitorū, ne vel sermonē solūmodo extra legē proferret, omnia passi sunt viriliter sustinere. Quin & si ignota gens nostra omnibus hominibus esset, nec palam esset voluntaria nostra legū obseruatio, si Græcis aut legisse se in historiis, aliquis narraret, aut in orbe incognito reperisse, homines talē tamq; honestā de Deo opinionē habētes, atq; in talibus legibus multis seculis cōstāter permanētes, omnes reor demiratos, propter cōtinuas quæ apud ipsos sunt mutationes. Deniq; eos qui cōscribere proxime de repub. & legibus tentauere, tanquā de incredibilibus cōpositionibus quidā frequēter accusant, dicētes, quoniā impossibilia sumperint argumenta. Et alios quidē taceo philosophos, quicūq; huiusmodi negotiū in suis cōscriptionibus habuere. Plato autē mirabilis apud Græcos, tanquā & honestate vitæ præcedēs, & virtute sermonū & persuasione philosophiæ cūctos excellēs, ab his qui sibi videntur

tur p̄b̄stārs; in rebus civilibus, p̄p̄erūō penē illuditur, cauillūque comicois traduci-
 tur, quē utiq̄ quicquid k̄rba cōs̄iderauit, frequenter & facile reperiatur, quæ etiam
 consuetudini plurimū proxima esse noscuntur. Ipse siquidē Plato confessus est, quia
 v̄tam de Deo p̄p̄ionem propter ignorantiam plebis p̄ferte securum non est. Sed
 Phronis quidē v̄ba vana esse putant, & multa licentia cōp̄sita atq; conscripta: maxi-
 me verō legislationē. Lycurgi mirantur: Spartā cū ēt concēlebrant, quōniam in illius
 legibus plurimo tēpore perdurauit. Ergo hoc manifestum virtutis indicium est, in legi-
 bus permanere. Si verō Lacedæmonios admirantur, illorū tēpus cōferant, cum am-
 plius duobus milibus annorū nostræ reipub. & super hæc sciant, quoniā Lacedæmonij:
 10 quidem omni tēpore quo habuerūt libertatem, perfecte v̄si sunt custodisse leges: cum
 verō circa eos factę sunt fortunæ mutationes, penē cūctarū legū obliui sunt. Nos autē
 multis casibus euolutis propter regū Asię mutationes, neq; in nouissima mala venien-
 tes, à legibus sumus alienati: nō vacationis, nec epulationis causa seruantes eas: quādo
 si quis cōsiderare voluerit, multo ampliori testimonio maiores excubias & labores
 nobis quā Lacedæmoniis videbit impositos. Illi siquidē neq; operantes terram, neq;
 circa opificia exercitiū habentes, sed ab omni operatione remissiores, pingues, & cor-
 pore pulchri in ciuitate degebāt, aliis ministris in omnibus vitæ necessariis rebus vten-
 tes, & cibum paratū ab illis accipientes, solū opus bonum atq; æquum iudicātes, quid-
 uis facere, & pati quatenus p̄ualorēt aduersus omnes, contra quos bella susciperent:
 20 quod autē ne hoc quidem adipisci potuerūt, omitto dicere. Non enim singuli solum
 modo, sed multi frequenter eorum subita legis p̄cepta negligentes, semetipsos cum
 armis hostibus tradidere. Putāsne & apud nos, non dico tanti, sed duo vel tres agni
 sunt proditores effecti legū, vel mortem formidantes, nō dico illā facile, quę solet p̄-
 liantibus euenire: sed eam quæ cū multa corporum afflictione, & multa crudelitate vi-
 detur accidere. Quā (vt ego puto) quidā p̄ualētes nobis nō per odium subiectis im-
 posuere, sed admirandum quoddā spectaculum videre volentes, si qui sunt homines,
 qui vñum tātummodo credāt esse pessimum: si agere quicquā extra leges suas vel ser-
 monē apud eos dicere compellantur. Nō tamen mirari decet, si mortē fortissime tole-
 ramus pro legibus, & vltra alios vniuersos. Non enim quæ leuia vidētur nostris studiis
 30 alij facile patiuntur, hoc est operationē, cibique simplicitatem: & vt nihil fortuito, neq;
 quod quisq; desiderat vescatur, aut bibat, aut ad cōcubitum quēlibet accedat, aut splen-
 dide vestiatur, aut sine nobilitate vacet. Sed illud attendēdum est, si gladiis videntes, &
 hostes ab inuasionē fugantes, p̄cepta legis circa cibos sustinere possunt. Nobis verō
 gratum est propter hæc legibus obedire, & in illis fortitudinis specimē ostendere. Eā
 nunc Lysimachu & Molones, & quidam huiusmodi alij scriptores, improbi sophistæ,
 adulescentū deceptores, & quasi prauissimis nobis derogare cōtendant. Ego sane no-
 lim de legibus alienis examinationem facere. Noster enim mos est propria custodire,
 nō aliena potius accusare. Et vt neq; ridere neq; blasphemare debeamus eos, qui apud
 alios putantur dij, aperte nobis legislator interdixit propter ipsam appellationem. De
 40 accusatoribus autem per obiectiones suas nos increpare volentibus, tacēdum nō est,
 cum utiq; non à nobis nūc sermo cōpositus eos arguere videatur, sed à multis proba-
 biliter iam p̄missus. Quis igitur eorū, qui apud Græcos sapientia sunt mirabiles, nō
 redarguit nobilissimos poētas & p̄cipue legislatores, quoniam huiusmodi sectas de
 deis ab initio populis inseruere, dicentes eos numero quidem quātos ipsi voluere, ex
 alterutris verō & diuersis natiuitatibus procreatos? Hos autem diuidentes locis & ha-
 bitaculis, tanquā genera animalium, alios quidē sub terra, alios in mari, seniores autem
 eorū in tartaris vinctos esse dixere: quibus verō attribuere cōlū, his sermone quidem
 patrem, operibus autem tyrannum atq; dominum superposuere. Propterea aduersus
 cum constituere insidias per vxorem, & fratrem, & filiā, quam ex eius capite fingunt
 50 generatam, vt allegantes eum appēderent, sicut ipse ille suum dicitur patrē. Hæc inste
 accusatione digna conqueruntur, qui sapientiæ virtute p̄cellunt. Hi super hæc deri-
 dentes adiiciunt: Si deorum aliquos quidā ephebos & adulescētes, alios autem senio-
 res & barbatos esse credendum est, alios constitutos super artes, & quendam fabrum,
 aliam verō textricem, alium verō peregrinantem, & cum hominibus contendentem,

m m

alios

alios autem citharizantes, aut arcu gaudentes: deinde inter alios quosdam seditionis officinas,
 & propter homines contentiones constitutas, ut non solum inter se alij alius manus
 nus immitterent, sed etiam ab hominibus vulnerati lacerentur, ampliusque perirent: & quod
 super omnia est luxuriosius, si intemperantia permixtionis videretur: quo si odium non
 erit incongruum amores & concupiscentias ad universos artinere: simul masculos & ad
 ad feminas. Deinde fortissimus & primus eorum pater, seductus a semetipso, impravi-
 gnatasque mulieres, diruptas submersasque spernit: & eos qui ex eo sunt nati neque li-
 berare potest, fato constrictus; neque sine lachrymis eorum perferre mortes. Bona sunt
 hæc, & his alia consequentia, id est adulteria in celo visa, & sic impudenter a diis cele-
 brata, ut iam alij invidere se profiterentur in tali scelerate victo: Quid enim alij facturi
 non essent, dum neque senior atque rex valisset impetum suum a mulierum permixtione
 retinere. Alij verò serviens hominibus, & nunc quidem edificantes causa mercedis,
 nunc verò pascentes: alij autem malignorum modo infero carcere colligati. Quic igitur
 sapientium talia non accedant, ut hæc componentes redarguar, & multam stultitiam
 his credentium reprehendat? Alij verò & terrorem quendam vel metum, nec non & rabie in-
 atque seductionem, omnesque pessimas passiones in Dei naturam fingere præsumpserunt.
 Et horum quidem nobilioribus etiam civitates sacrificare suaserunt. Siquidem in multa
 necessitate consistunt, ut quosdam deorum putent bonorum esse largitores, alios autem
 vocent adversarios, quando eos veluti malignissimos homines manibus atque donis
 placare contendunt, magnum quoddam malum se suscepturos ab eis existimantes, nisi
 mercedem eis studiose præbuerint. Quæ igitur causa est tantæ huius iniquitatis atque
 delicti circa Deum? Ego quidem arbitror, eo quod neque veram Dei naturam ab initio
 eorum legislatores agnouerint, neque quantum percipere potuerunt, perfectam sententiam
 diffinientes reip. tradidere: sed velut aliud quiddam vilius neglexerunt, dantes potestate
 poetis, ut quos vellent deos introducerent hæc omnia patientes: rhetoribus verò ut de
 repub. scriberent, & de peregrinis diis decreta proferrent. Sed etiam pictores & plures
 in hoc apud Græcos multam habuere potestatem, ut unusquisque formam quam vellet se-
 cundum modum suæ opinionis exponeret, alius quidem ex luto quod vellet fingens, alius
 verò pingens. Opifices itaque qui maxime putantur esse præcipui, ebur & aurum habent,
 ad hoc suæ semper novitatis argumentum. Proinde apud eos priores quidem dii florere
 res honoribus, senuerunt: alij verò novi clam introducti, religione potiuntur: & tem-
 plorum alia quidem desolata, alia verò nuper secundum hominum voluntatem adifi-
 cantur: cum contra oporteat opinionem de Deo, eiusque culturam immobili religione
 servare. Apollonius siquidem Molon, unus fuit stultorum atque tumetium. Eos autem
 qui vere in Græco philosophati sunt, neque prædictorum aliquid latuit, neque frigida alle-
 goriarum causas ignorauere. quapropter illos quidem iuste sprevere, & circa veram decen-
 temque circa Deum opinionem nobis fuisse cōcordes. Quod Plato respiciens, neque vi-
 lum quempiam poetarum dicit in repub. esse suscipiendum: & Homerum honorifice
 amaret, coronatum & unguento delibutum, ne rectam opinionem de Deo fabulis forte
 destrueret. Præcipue namque Plato nostrum legislatorem imitatus est, in hoc quoque, quod
 illud præcipue suis civibus imperavit, ut omnes perfecte ediscerent leges, & ne fortui-
 to aliquid extraneorum civibus misceretur, sed esset pura respublica, & in legum cu-
 stodia perduraret. Horum nihil cogitans Apollonius Molon, nos voluit accusare, quo-
 niam non recipimus eos, qui aliis sunt opinionibus præoccupati: neque communicari
 patimur eis, qui alia vitæ consuetudine degunt: cum neque hoc proprium nostrum sit,
 sed commune cunctorum, non modo Græcorum, sed etiam qui inter Græcos cautissimi
 mi fuisse noscuntur. Lacedæmonij namque peregrinos etiam expellebant, & suos cines
 peregrinari non sinebant, corruptionem extra leges ex utroque metuentes. Illorum
 igitur citius læviciam poterit quilibet arguere, qui nulli neque conversationis neque
 cohabitationis suæ participationem exhibebant. Nos autem aliorum quidem res ze-
 lare non dignamur: participari verò cupientes quæ sunt nostra libenter suscipimus:
 quod utique reor indicium magnanimitatis atque clementiæ. Sed de his iam de Lacedæ-
 moniis amplius disputare. Athenienses verò, qui communem esse suam gloriantur
 omnibus civitatem, quomodo de his rebus habuerint, Apollonius ignoravit. Hi-
 nanque

nanque vel verbo solummodo, præter illorum legem, de diis loquentes, inuitabiliter punierunt. Cuius enim rei gratia Socrates est mortuus? nõ enim hostibus tradidit ciuitatem, neque templa vastauit: sed quia noua iuramenta iurauit, & quoddam dæmonium significasse referebat, serio seu ludens, sicuti quidam dicunt, propter hoc cicutæ poculo morte mulctatus est. Insuper etiam corrumpere iuuenes eum accusator accu-
 10 bat, & conuersationem patriæ legesque contemnere. Et Socrates quidam ciuis Atheniensis, huiusmodi tormenta sustinuit. Anaxagoras autem Clazomenius fuit. Et quia existimantibus Atheniënsibus solem esse Deum, ille eum saxum ignitum asseruit, pau-
 20 corum sententia morte damnatus est. Et aduersus Diagoram Melium talentum de-
 creuerunt, si quis occideret eum, quoniam eorum mysteria deridere ferebatur. Prota-
 goras autem, nisi cito fugisset, comprehensus occisus fuisset, eò quòd dubium de diis
 Atheniensium cõscripsisse putabatur. Et quid oportet mirari, si circa viros fide dignos
 talia gessisse noscantur, qui neq; mulieribus pepercere? Etenim sacerdotem quandam
 interfecerunt, quoniam eam quidam accusauit peregrinos colere deos. decretum au-
 tem aduersus eos, qui peregrinum introducerent Deum, supplicium mortis infereba-
 tur. Igitur qui tali lege utebantur, palàm est, eò quòd aliorum nõ crederent esse deos.
 Non enim si credidissent, seipsi fructu ex pluribus diis priuassent. Quin & Scythæ cæ-
 30 dibus gaudentes humanis, & paululum differentes à bestiis, arbitrantur tamen sua
 mysteria esse custodienda: & Anacharsim sapientia mirabilem apud Græcos, adue-
 nientem interemerunt, quoniam videbatur Græcorum deorum ad eòs venisse ple-
 nissimus. Multos autem & apud Persas inuenias pro ea causa tormentis affectos. Sed
 palàm est, quoniam Apollonius Persarum legibus congaudebat, illòsque mirabatur:
 quippe cum Græci eorum fortitudinem atq; cõcordiam vnanimitatis, quam habuere
 de diis, mirati sunt, hanc scilicet fortitudinem, quam in templis eorum concrematis
 habuerunt. Is etiam studiorum omnium imitator extitit Persicorum, vxoribus alienis
 contumelias faciens, filiòsque excæcans. Apud nos autem mors decreta est, si quis vel
 irrationabilia animalia hoc modo lædat: & ab his legibus nos abducere neque timor
 potuit præpotentium potestatum, neque zelus eorum qui apud alios honoratur. Sed
 neque fortitudinem ideo exercemus, vt bella auaritiæ causa suscipiamus, sed vt legum
 30 iura seruemus: & cùm alia detrimenta mansuetè sustineamus, si quis nos de legibus
 mouere tentauerit, tunc etiam vltra virtutem rebellare contendimus, & vsque ad
 calamitates nouissimas perduramus. Cur itaq; nos alienas æmulemur leges, cùm eas
 neque à legislatoribus suis seruatas esse videamus? Vel quomodo Lacedæmonij non
 sunt ob inhospitalitatem reprehendendi, & negligentiam nuptiarum? Elienses verò
 & Thebani ob coitum impudentem & extra naturam cum masculis, quem optime
 atque vtiliter facere se putabant. Ergo cùm hæc ipsi omnino rebus efficerent, etiam
 suis legibus miscuere: quod tantum aliquando valuait apud Græcos, vt etiam diis suis
 masculorum concubitum applicarent. eadem denique ratione germanarum nuptias
 retulere, huiusmodi satisfactionem rerum incongruarum, & extra naturam pro libi-
 40 dine componentes. Desino nunc de suppliciis dicere, & quantas ab initio præbuerint
 plurimi legislatores absolutiones malignis hominibus, in adulterio quidem pecunia-
 rum, in corruptione autem etiam nuptias sancientes. Quantas autem occasiones con-
 tineant de abnegatione pietatis, examinare longissimum est. Iam enim apud pluri-
 mos olim meditatio facta est transgrediendi leges, quod non agitur apud nos, quãdo
 propter eas & diuitiis & ciuitatibus & bonis aliis priuati sumus. Lex autem apud nos
 seruatur vsque ad mortem. Nullus verò Iudæorum, neque si procul abeat extra pro-
 uinciam, regem quamuis acerbū sic metuit, vt vltra vllum legis videatur timere præ-
 ceptum. Igitur si propter virtutē legum taliter erga eas affecti sumus, concedant quo-
 50 niam optimas leges habemus. Sin verò circa prauas non leges iudicant perdurare,
 quid ipsi iustissime non patiantur, meliores non custodientes opere sanctiones? Quia
 igitur longinquitas temporis verissima creditur omnium esse probatio, hanc ego te-
 stem faciam virtutum legislatoris nostri, opinionisque quam ille de Deo contradidit.
 nam cùm sit infinitum tempus, si quis eum compareret aliorum legislatorum ætatibus
 hunc vltra omnes inueniet. A nobis itaque declaratæ sunt leges, & cunctis aliis sem-

per hominibus zelum sui potius præbuerunt. Primi quippe Græcorum, in speciem quidem iura patriæ conseruabant: ipsius autem philosophiæ tractatu illa secuti sunt, de Deo similia sapientes, humilitatēque vitæ communionem inter alterutros edocentes. Quin etiam populi iam olim multum nostram pietatem æmulantur: neque est ciuitas Græcorum vsquam aut Barbarorum, nec vlla gens ad quam septimanæ in qua vacamus consuetudo minime peruenierit, ieiuniaque & candelabra accensa: atq; etiam ciborum apud nos solennia plurimi apud multos iugiter obseruare conantur: insuper imitari etiam concordiam, quam nos inter nos obtinemus, & rerum communionem, & industriam in artibus & perdurationem necessitatū habere pro legibus. Illud enim mirabilius est, quia absque exactore huius obseruationis, ipsa lex per se homines ita 10 valuit obligare: & quemadmodum Deus in vniuerso mundo consistit, ita lex per cunctos ambulauit. Vnusquisque enim si suam regionem domūque conspiciat, his quæ dicuntur à me credere non recusabit. Oportet igitur cunctorum hominum spontaneam malitiam reprehendere. aut enim volunt nos isti aliena & praua iura, ante propria & meliora, zelari: aut certe si hoc nolunt, quiescant nobis per inuidiam accusationes ingerere. non enim alicuius odio defendimus hanc causam, sed nostrū honoremus legislatorem, atque credimus, quæ ab illo prophetata de Deo sunt. Denique nisi intelligeremus ipsi virtutem legum, at certe ob imitantium multitudinem præclare de eis sentire cogeremur. Sed de legibus quidem & de repub. nostra certissimam feci narrationem in his quæ de Antiquitate conscripsi. Nunc autem earum mentio- 20 nem feci quantum necessarium fuit, neque aliorum vituperare iura, neque nostra laudare proponens: sed hoc agens, vt de nobis iniuste conscribentes, & contra ipsam veritatem impudentissime contententes, arguerem. Arbitror itaque per hanc conscriptionem abundanter me quæ promisi, complese. Ibi enim ostendi, hoc genus hominum contra quàm calumniatores affirmant, esse antiquissimum: & multos veterum in conscriptionibus suis memoriam habentium nostri, testes exhibui. Dixere itaque Ægyptios fuisse progenitores nostros: & ostensum est, quia in Ægyptum venerint aliunde. Deinde sunt mentiti, quoniam exinde propter cladem corporis sint expulsi; & apparuit quod voluntate & magnitudine fortitudinis ad propria sint reuersi. Alij verò tanquam nequissimo viro, legislatori nostro derogare contendunt: cuius virtuti 30 dudum quidem multi post illum, tempus verò longissimum perhibet testimonium. De legibus autem loqui ampliori sermone, non fuit opus. Ipsæ nanque per semetipsas apparuerunt piæ, & verissimam habentes intentionem: & non ad hominum odium, sed ad rerum communionē potius inuitantes, iniquitatum inimicæ, cultricēque iustitiæ, & luxum procul abiicientes, frugalitatem verò ac industriam erudientes, bellum causa auaritiæ nescientes: fortes autem pro se esse populos præparantes, ad supplicia retribuenda semper inuitabiles, verbis nequaquam circumueniri faciles, præparationes semper operibus exequentes. Hæc enim nos semper opera manifestiora literis exhibemus. Quapropter ego confidens dico, quia plurimum atque meliorum rerum, nos quàm alij præceptores sumus. Quid enim impræuaricabili in pietate melius est? 40 quid iustius, quàm legibus obedire? quid vtilius, quàm inuicem vnanimis esse, & neq; in calamitatibus ab inuicem recedere, neque tempore felicitatum per iniurias discrepare: sed in bello quidem mortem contemnere, in pace verò artibus aut agriculturæ vacare: & semper & vbiq; credere Deum respicere, & solum omnia gubernare? Hæc igitur, siquidem apud alios aut scripta sunt primitus, aut seruata, firmiorem debemus nos gratiam illis tanquam eorum facti discipuli. Si verò nequam primitus extitere, his præcipue nos vtentes cognoscimur, & primam eorum inuentionem nostram fuisse declaramus. Apiones igitur & Molones, & quicunque mendacij derogatione congaudent, conuicti procul facestant. Tibi autem Ephaphrodite, veritatem maxime diligenti, & per te similia nosse de nostro genere cogitantibus, hic libellus conscriptus 50 esse dignoscitur.

Flauij Iosephi contra Apionem libri II. finis.

DES.

DES. ERASMVVS ROTERODA-
mus integerrimo doctissimoque patri Heliae
Marcae Machabætano, honoratissimi
Machabæorum collegij mo-
deratori, S. D.



VNIVS diecula opellam tibi non grauate di-
caui pater integerrime, recognito, & quoad li-
cuit, emēdato Iosephi libello de septem fratrum
Machabæorum, fortissimæque matris martyrio.
Atque utinam cumulatius tuo voto satisfac-
cere potuissem. Nunc quoniam Græcus codex
ad manū non erat, è Latinis Græca coniectans,
mutavi nonnulla, sed non admodum multa. Non falso de se predicat Io-
sephus sese in Græcanici sermonis facultate usque ad eloquentiæ miracu-
lum processisse, quod sanè vel ex hoc libello perspicuū erat, in quo vir ille
singularem quandam orationis tum vim tum copiam declaravit, ut
pulcherrimum facinus dictionis ornamentis aquasse videatur. Proinde
diuus Hieronymus hoc opusculum peculiari elogio valde elegans, Sui-
das ἐν ἀρετῇ τοῦ λόγου vocat. Ex utroque titulum corruptum restitimus τοῦ ἀ-
ποκρίτου λόγου, id est de imperatrice ratione: quod hac sit huius narratio-
nis summa, rationem nihil in homine non præstare, si dominetur cupidi-
tatibus. Extat argumentum hoc in libris Machabæorum, quos Hebræi
licet non recipiāt in canonem, inter sacros tamen habent. Equidem isti
collegio multis alijs quoque nominibus celebri, tamen hoc præcipue gra-
tutor, quod illi tam insigni thesauro locupletari contigit. Quin magis
uniuersæ Colonia Agrippinæ magnopere censeo gratulandum, urbi tot
modis felici, verum haud alio titulo feliciori, quàm quod una tā multa,
tāmque eximia pietatis pignora gremio suo complectitur: feliciore etiam
futura, si quorum seruat reliquias, eorum virtutes exprimat: & quo-
rum possidet corpora, ab horum moribus non sit aliena: nimirum si trium
regum pietatem, synceritate religionis imitetur: si undecim milium vir-
ginum martyrio dignam puritatem, vita sobrietate amuletur: si fortissi-
mos adulescentes Machabæos, & inuicti pectoris viraginem, animi in-
fracti constantia referat. Atque hanc sanè meliorem felicitatis suæ por-
tionem ipsa sibi vel largiri potest, vel conduplicare. Tu perge, quod facis,
in martyrum illustranda gloria, simul & virtutis exemplar officere com-
mendatius, & urbis vestre famā augustioremque reddere. Bene Vale.

m m 3 FLA

FLAVII IOSEPHI

ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ

ΛΟΓΙΣΜΟΥ, ID EST, DE IMPE-

RIO RATIONIS, LIBELLVS SANE

*quàm elegans, à Des. Erasmo Rot. recognitus, marty-
rium Machabeorum graphice
describens.*

10



A CHABÆ ORVM agones admiratione dignissimos non oratorio sermone, sed nostro potius eloquio, ad exhortationem nostræ profapiæ, Polybio Megalopolita id flagitante, tradere volui. Necesse est autem nobis in his rationem humanā paucis explicare, & passionem ipsam deliberandi assignare sententiæ. Nam qui ad tolerandam omnem pro Dei gloria iniuriam semel dicauit animum, is martirium mihi videtur impleſſe. Summi ergo meriti est, semel fixiſſe ſententiam, atq; ideo vt dixi, ratio prin- 20
cipatum obtinet passionis: & si fors perpetiendi deneger facultatem, pertulit tamen cuncta, quæ voluit pati. Quicunque igitur renunciare ſeculo volet, contentus præmiis cæleſtibus, primum debet conſilium ſobrietatis intrare, & excluſa inde radicitus gula, vel quæ eſt illi comes laſciuiæ, cunctiſque aliis id genus vitiis, quæ mentem occupare ſolent, virtutis apicem conſcendat, præliaturus contra corporales poſtmodum labes, dolorem pariter & timorem: quorum vnum antequam incipias, alterum neceſſe eſt eſſe cum cœperis. Timorem enim antè excipis, quàm ad illud veneris quod timebas: dolorem verò, cum ad id quod verebaris, adueneris. Multa in hac re exemplà ſunt fortium militum Dei, quæ ſingula forte diſſererem, niſi mihi vnus vteri ornamenta ſufficerent: quos ſecundus ſanctæ matris partus, non eodem 30
tempore, ſed eadē mente progeniuit. Primum itaque eorum passionis auctorem Eleazarum non ſilebo, deinde quas inter alia tormentorum genera mater ipſa pœnas pertulerit, non omitam: quamuis inter illos quis in paſſione primus, quiſve poſtremus ſit, humanus ſermo explicare non queat, ſed Dei ſit expectanda ſententia. Commu- niter ergo firmato mentis robore, inter ſe ſimiles plus mente, quàm vultu fragilem hanc iudicauerunt huius lucis uſuram: nec in ſeculi blandimentis vel in captanda aliqua vanæ huius ſalutis fraude, quicquam ſibi dulce poſuerūt: leuis apud illos, quamuis horridus tortor, moles, carenæ, & quælibet pœnarum acerbitas æſtimata oſtēdebatur. Vt verò ad priora tractatus noſtri verba redeamus, excogitata omnia, quæcunque exqui- ſita iudicis crudelitas imperat, ſe præuiſa habere rati ſunt. Laudabo itaque in his fratri- 40
bus robur animorū qua potero voce: aut vt verius dicam exponā quàm veriſſime po- tero (id quod maximam laudē habet) ſanctorum virorum pugnā. Et cum blandiri non liceat, hiſtorico more progredi, & ad verum ordinem facta redigere compellor. Antequam ergo exordium extinctæ ab ipſis gentilitatis arripiam, de ratione mihi pauca di- cenda ſunt, in qua aſſerui maximam perſuaſionem eſſe martirij. Itaq; vt primum vo- racitate ſublata, repudiatiſque multiſormibus cibis ieiuniis ſeruiamus, ratio facit. Dein- de, vt vilis pecuniæ uſus habeatur, & paruipendatur tumultus dignitatum, eius etiam bonæ rationis aſſertio eſt: vt reſiſtatur libidini, & manus obuiæ luxurioſo opponantur ardori, nonne rationis hoc donū eſt? Hinc prouenit, vt cum ſe paulatim domitis quæ delectant, firmiores ad reſiſtendum viderint, inculcent animo dolorū pœnarumque 50
contemptum, vt tantam occaſionem quantam cogentur, expectent. Arque quo ma- gis res pateat, rationem ipſius ordinis requiramus. Ratio etenim ſapientia eſt: nam ne- mo inter bonum malūque definiendi poteſt habere conſilium, niſi ſapientia radici- tus fulciatur. Iam ipſam ſapientiam ſequitur ſemper ſociata iuſtitia, iuſtitia virtus ani- mi non

mi non relinquit, virtutē comitatur castigata sobrietas: quadripartita itaq; est ista sapientia. Duo sunt præterea quæ aut faciunt passionē, aut impediūt: dolor & voluptas: quorū vnum semper respuit, alterū semper exoptat: sed vbi voluptas insurgit, & ratione statim eiicitur, confirmatur animus: & pœna trutinata cum gloria, spe maioris præmij, contemni incipit antequā veniat: cū autem venerit, erubescit animus non sufferre quod voluit. Ratio est itaq;, cuius est omne quod facimus: per illā animi puni-
 10 dens & ante passionē cōfirmat, & in ipsa passione corroborat. Quis non venationis, quis non piscium esca delectetur? quem non grata diuersarū auium sagina sollicitet? an exquisiti terra mariq; cibi, vsquequo non esurire compellāt? Da rationē, quæ abstinentiam imperat. Concupiunt quidem omnes, sed nemo attingit. Docetūq; his rebus animus delectationem suam vincere, & imperare protinus voluptati, vt dum ad occasionem martyr venerit, reiectis hisce vitiis, præsentem pœnam præteritis virtutibus nō præponat. Inde Ioseph iusti voce laudatus, quōd libidinem in puerili ætate
 20 flagrantem ratione restrinxerit. Sic futurum reddit salubritate consilij, considerationēque, perditam amicitia renouat, nouam parat, & nihil fieri crudele permittit. Moses quoque exemplum præstat, qui nisi in Datan & Abiron iusta indignatione efferbisset, suo proculdubio dolori animi ratione cōspicuo minus satisfecit. Quid pater
 noster Iacob? nōne filios suos Simonē & Leui magna vociferatione corripuit, quōd sine respectu consilij alicuius, sic immites gentili feritate aberrassent, dicens: Maledicta eorum ira. Quam vtique iram si ratio reprimere potuisset, nec maledici isti, nec illi interire potuissent. Deus itaq; humani artifex corporis, cū hominem fundauit
 & mores, hæc singula membrorum liniamenta componēs, perfecto iam corpori dominam (quæ in eo esset, & imperio quodam vteretur) mentem dedit: cui quædam in ipsa potestate obseruationis mandata constituit, vt sobrietatem teneat, diligat bonum, iustitiam non relinquat, & ipsa imperij potestate qua corpori imperat, imperia
 30 tamen diuinæ potestatis obseruet. Etenim dicet quispiam, si ratio principatum obtinet passionis, cur habemus sæpius impiam voluntatem? Si hoc existimas esse, ridiculum est. nam ratio non potest obtinere ne desideretur aliquid: sed potest cogere, vt quod desideratū fuerit, prudentis consilij ratione vincatur: vt puta obtinere non potest, ne irascaris, sed cogere potest, vt nullū scelus iratus admittas. Turpissimas quoq; similiter voluptates non, ne concupiscas, sed ne his satisfacias, obtinebit. Non ergo
 40 extinguit penitus vitia, sed repellit. Sanctus Dauid loco exempli ponitur, qui alienigenis bellū inferens, cū multis fortunæ blandientis successu, animiq; virtute prostratis, iam aduersa spera sceret, sudore nimis & lassitudine fatigatus, ad tabernaculum regium properabat, quod militum suorū agminibus in circuitu claudabatur. Ibi cū omnes commilitones delicatis dapibus cœnæ deditos videret, & ipse aridis faucibus
 sitim ferre non posset, aquam iuxta defluentē (quia religio vetabat) haurire non fuit ausus: promiserat enim, nullum se habiturum poculum, nisi primum hostibus expugnatis, relatos fontes suis etiam præberet, scilicet vt & maior bellantium esset instantia, si non pro victoria tantum, sed & pro poculis pugnaretur. Itaque cū medullitus
 50 sitis adureretur incendio, & contra legem facere non auderet, tres ex militibus eius magni roboris iuuenes se obtulerunt: & instructi armis, quæ forēt, ad vsum aquæ necessaria leuantes, per hostium acies & castra properarunt. Illuc aggressi, portarū custodes primum formidine inferendæ mortis exterruerunt: deinde per eos ad locum desideratum oprati fontis accedunt, inde sumptam velociter aquam regi exhibent: sed Dauid sanctus humanum desiderium ratione molliuit, abstulit voluntatem: docēnsque timorem Dei rebus omnibus præferendum, singulare patientiæ monstraui
 exemplum. Nam sumptam magno periculo aquam, & a se crebro expetitā, humi protinus eam Deo libauit, ariditate potius ac siti perire volens, quā crimine. Nec ante considerationis ius est ratio tanti cōsilij, vt libidinem animi, doloris corporisue singula (quibus inflammati agimur): atq; in ipsa vltima passione, mitē faciat esse tra-

datum. Iam quidem nos optata historię reuelatio vocat: sed nec hæc velut superfluo dicta debemus accipere, quæ futuræ narrationi quodammodo blandiuntur. Tanta itaque patrum nostrorum prudentia, tanta etiam fides fuit, vt ipse quoque Seleucus Asiæ rex, & opes illis augeret sacerdotio deputatis, & alienæ sectæ homo, fidei suæ eorum quibus nō credebat gesta præferret. Sed nec sic quidem modum iniustorum hominum accepit infania. Nam quidam Simon nomine, dum Oniam persequens sacerdotem, nec apud gentilem quidem iudicem punire permetteretur, relicta protinus patria, Apollonium ducem Syriæ, Phœniciæ, & Ciliciæ conuocauit: ibique in medio cœtu senatus magna voce proclamat, infinita se commoda regi posse cōquirere. Esse videlicet maximum apud Hierosolymitas in occultis pondus argēti & auri, & exuberantem rerum singularum copiam, quæ cuncta ad Seleucum regem debeant pertinere. His Apollonius cognitis, collaudato Simone, thesauri Seleuco lucra declarat: & accepta à rege acquirendi in omnibus potestate, cum Simone collecto exercitu, ad nostram patriam venit, vt vim (si inferretur) manus armata depelleret. Ibi cum gazophylacium omne spoliaretur, Onias præ dolore lachrymarum imbres grauius excitando, dicebat: durum esse illis, quibus thesaurus creditus esset aliquid auferri. Tunc templum ingrediens Apollonius, seniorum ac mulierum, infantium etiam deprecantibus vocibus vrgebatur, qui & illi pœnā, & templo præsidium fideli oratione poscebāt. Itaque cum magno agmine vallatus armatorum, templum sanctæ sedis fuisset ingressus, angeli equites igneo fulgore radiantes, armorum etiam instructi specie, infidelis hominis mentem perculere. Præceps Apollonius in faciem cadit: ibi post magnum spacium temporis attollēs se, in ministrum templi paululum recumbebat. Timore enim rei adhuc præsentis vacillantibus hincinde vestigiis, per se stare non poterat. Ibi cum medelæ aliquid sperandum adhuc putaret, vtrâque ad cælum manus tendens, quæ se impetrare posse pro auso scelere non credebat Hebræos (ad quorum depopulationem venerat) patronos & intercessores desiderans, veniam cum lacrymis postulabat delictorum: & non modo peccatum suum recognoscens animo, verum etiam voce contestans morte se dignum, & summis conficiendū cruciatibus cōfitebatur. Hæc omnia sanctus Onias aspiciēs, metuens etiam, ne si obisset Apollonius, insidiis Hebræorum crederetur occisus, precem pro eo fudit, & inimici vitam oratione promeruit. Statim iudex regi cuncta festinans nunciare, Seleuco iam mortuo, in eius loco Antiochum reperit imperantem, qui sæuis moribus, & veterano quodam naturæ odio Oniam prosequens sacerdotem, Iasonē fratrem eius promissis ab eo tribus milibus sexcentis sexaginta argenti talentis per singulos annos dandis, pontificem creat. Qui factus cōtinuo sacerdos & princeps gentis Iudæorum, iniquos omnes esse compulit, & à religione seduxit: ita vt pro cōstructione thermarum, ipsam tuitionem templi fabricamq; turbaret, & doctores omnes in perfidiæ parte congruerent. Quæ res indignationem diuinam protinus concitauit: nec irato Deo hostis quæsitus alienus est. ipse nanq; Antiochus contra eos vertitur in furem; Ptolemæo Ægyptiorum regi bellum inferens, famam mortis suæ ab Hebræis audit emissam. Cum magna etiam apud Hierosolymitas gratulatione susceptus, statim certamine adimpleto, decretum dat, vt si quis eorum in patria consistēs, ad sacrificia migrare noluiſſet, districtus rotæ impetu rumperetur. Sed hæc paruipendebat multorum mens pura credentium, ita vt mulieres circuncisis (vt mos nostræ religionis erat) paruulis suis in præceps se demitterent, quippe quæ vitantes longiora tormenta, celerem halitum ingestæ mortis optarēt. Videns ergo Antiochus legis timore hæc ab eis fieri non posse, cum omnes ad exitium sponte properarēt, sedens in editiore (videndus omnibus) loco, attractis singulis Hebræorum, porcinae carnis sacrificiorum altaribus immolatæ gustum dare iubet. Et cum multi conquisiti vndiq; conuenissent, inter cæteros etiā Eleazarus (nam hoc nomen illi) ex sacerdotali genere descēdens disciplinæ & timoris artibus eruditus adducitur, grauis annis, & ipso & ætatis, ac vultus honore venerādus, notus omnibus & virtute præclarus. Cui Antiochus ait: Accipe à me sanctissime senex salubre consilium; effuge repugnantibus promissa tormenta, dulcem hanc serua caniciem, nec contemnendam existima gratiam

tam huius lucis vſuram. Sumę ſacrificium, & porcinae carnis dapibus delectare. nam
 alienum eſt à ſapientis doctrina, ludęorũ perſuaſionibus credere, & repudiare eſcam
 quam ad vſum humanũ paſſim vt cęteras dapes, natura præſtiterit. Ingrati quodam-
 modo diuinis beneficiis ſumus, ſi eorum dona contemnimus, & diſcretionem faci-
 mus, cum ratio ſit vna naturæ: qua enim ratione hoc animal præ cęteris abhorren-
 dum magis videtur? Aut amanda omnia, aut penitus repudianda. Superſtitionis &
 ignauia eſt legem ſibi facere, & voluntatem appellare rationem. Abiice intellectum
 vanum & delirum, & venerandæ ætatis tandem in melius ſeclite ſententiam. Certe ſi
 quam virtutē fidei veſtræ ineſſe confidis, dabit hæc patienti veniam, cum ſciat te im-
 10 pulſione potius, quàm voluntate peccare. Ad hæc Eleazarus hortanti ſimulque co-
 genti, accepta reſpondendi facultate, reſpondit: Nos Antioche non rumorem ſequi-
 mur, ſed ſeruata ſemper à maioribus noſtris veritatē religionis tenemus, nec auer-
 ti à ſententia noſtra poſſumus, nec ad aliā fidem pœnæ timore compelli. Quinetiam
 ſi non optimis quibuſq; fundamentis corroborata eſſet tradita nobis à patribus con-
 ſuetudo, nunquam tamen caderem, nec in re facili ſuperatus abſcederem. Nec leue
 exiſtimes, cibum impietatis accipere, & ſacrificio immolata guſtare. Nam omnino
 pars profanitatis eſt, tangere quod in ſe profanum eſt. Philoſophiam veſtram lex no-
 ſtra condemnat, in qua tanto minus quis intelligit, quanto plus intelligere ſe credit.
 Docti ſumus ſobrietatem deligere, deſideria libidinum vincere, corpus caſta obſer-
 20 uatione retinere, & ſi quid pro Dei inferatur nomine, ſuſtinere: voluntatem, verita-
 rem, iuſtitiam, pietatem, & inter cętera vnum Deum (qui ſolus & verus eſt) non ne-
 gare. Ideoque profanam eſcam reſpuens, quæ mihi ſunt edenda cognoſco: habens
 quoque præceptum altiſſimi Dei, cuius mandatis doctus ſum obedire, & à ſacrificio-
 rum libaminibus temperare, & ea quæ proſunt animæ, totis viribus amplecti. Tyran-
 nica vis eſt, ad illa quęquā cogere, quæ lex recuſat, & ad iuſtitia non conſentanea
 imperioſo ſermone compellere. Molire quiduis, tolle ſi libet cachinnum, plus tamē
 deſiderabilis, quem deriſiſti: ego patrum myſteria ſacroſancta cuſtodiam, Effodias li-
 cet pertinaci manu dulcedinem oculorum, & acuto protinus cultro viſcera interna
 reſcindas, nunquam ex me victoriam conſequeris. Sanus, patiens, & deſunctus in Dei
 30 amore conſiſtam: nec te ſecurum faciat meorum magna ſeries annorum, & tremu-
 lum corpus. Si neceſſe ſit aliquid offerri pro domino, viuidis videbis annis tolerantia
 pueri, fortitudinem iuuenis, & totius gaudium voluntatis. Præpara exquisitum focis
 ſuccenſum ignem, & quęuis alia, fide mea mihi & lege viliora, ſecuriorem in ſuppli-
 ciis videbis, quàm expertus es ante ſupplicia. Nunquam te ego fundamentum ſalu-
 tis, credentis præſidium, firmamentum fidei, lex ſancta violabo: nunquam præceptis
 tuis contrarias manus porrigā, nihil aliud credam iuſtum eſſe quàm quod abs te do-
 ctus accepi. Non perdam tot annorum merita, nec ſeruata hætenus diſciplinam.
 Caſtum, integrum, purum, & tota Deo virtute deuotum me patrum turba ſuſcipiet,
 cum non timuero tuas o rex impie minas, quamuis nomen iſtud regium mutaueris
 40 in tyrannum: nec factum meum, nec conſenſum, nec verbum reuocabis ad crimen.
 Cum hæc Eleazarus libertate & iuſtitia plenus effunderet, armatorum qui circumſta-
 bant manibus trahitur ad pœnam: nudatur, ſuſpenditur, flagellatur. Quo ex vtroq;
 latere ictuſ impioſ perferente, præco clamabat: Subditus eſto imperio regis, mada-
 ta eius agnoſce, Magnanimus autem Eleazarus, nec flagellis, nec tormentorum ictu-
 bus fatigatur, quaſi per quietem ſomniũque acerbiffima quæq; pateretur: ſecurus
 igitur & intrepidus pœnarum ferebat dolores: & venerandos ad cælum erigēs ocu-
 los ſciebat cui ſe crederet, cui animam dedicaret. Et hinc atque inde reſpiciens cor-
 poris ſui fruſta diſſolui, cruorem etiam nimium latere vtroque profluere mirabatur,
 gratias Deo agens de tanta patientia. Tamen fragilitatis humanæ conditione (quæ
 50 cruciatus tam exquisitos ferre vix poterat) in faciem ſemilacerā ruit, eas gratias ſtra-
 tus humo agēs Domino, quas paulò ante ſtando egiffet. Vnus verò ex armigeris ple-
 nus inſania, vt regi ſe fidelem in hac tam profana, tamq; ſacrilega exhibitione mon-
 ſtraret, iacētem calcibus ſuppreſſit, & quo ad acerbioſum ſupplicij carnificin am tra-
 ctaretur, exegit. Ille vero & animo fortis & corpore, ac ſummi Dei verus athleta, do-
 mm 5 loſorem

lorem omnem intrepidus perferebat, tortorésque impios mitis senex patiēdo debellauit. Summa tamen lacerantium admiratio, quæ & illos non parum incesſerat, tot eum ac talia ſuſtinuiſſe ſupplicia. Accedentes verò ad eum miniſtri regis proclamant in eum: Quàm diu Eleazare in hac perſuaſione conſiſtens, nec lucis gratia caperis, nec ſuppliciorum immanitate terroris? guſta porcinam carnem, & effuge cuncta quæ pateris. Eleazarus qui in pœna tacuerat, in tam ſiniſtra perſuaſione non tacuit: & velut hoc verbo plus laceratus, exclamat, Non ita inutiles, & imbecilles Hebræorū filij ſumus, vt viâ ſalutis, quam vſq; ad ſenectâ ſeruauimus, deſeramus: & tam cito tranſeunte affecti ludibrio, exemplum decipiēdis relinquamus: nec ſic inſtructi ſumus. Modicū eſt, quod vitam hic prorogat: noſtra enim parua ſunt, quæ relinqui-
mus: maxima autē, quæ indubitato ſperamus. Nunquid tyrāno vero perſuaſione hac veſtra inducī placere poterimus? minus proſecto vtilis credet, quos mutabiles variōſq; cognouerit. In tuis, ō venerabilis pater Abrahā, manibus, & in ſinū tuum gremiūq; venturi, grata voluntate moriemur. Hunc animū vidētes armigeri, ſanctiſſimum ſenē nutu regis in ignē impoſuere: naribus eius noxios ac fœtidos liquores infundentes. Quæ omnia ſanctus ipſe ac venerabilis ſenex libenter excipiens, cum incendio crematus, natura defiēte ſpiritum relaxaret, cælū oculis caligantibus ſuſpiciens, ſic eſt locutus: Tu es Deus, à quo ſalus procedit & vita: ecce legem impleo tuam, fragile quoque hoc corpus depono: propitius eſto genti tuæ, ne deſeras hos quos in ſinu tuo, ſub alis (ſi dici poteſt) clementiæ tuæ hucusq; ſeruasti, ſit mors mea
20 malōrum omnium finis, & in tota gente remedium omnium peccatorum. Accipe me pro cunctis, & dona mihi cunctos. Atque in hoc ſermone animam lætus effudit. Inde eſt, quod prius diximus, omnem tolerantiam paſſionis ex optima oriri ratione, quæ ſemel firmata, proſperum facit animum, patientiſſima ſemper doloris, & actus optimi prouida exiſtens cōſiliatrix, fixum in homine propoſitum non relinquit. Itaq; cum paſſio inter ſe ratioque pugnaverint, neceſſe eſt, vt hæc dominetur illi, ſi ex altera triumphū velimus. Patri itaq; Eleazaro gubernatrix fideliſſima ratio fuit, quæ nec dolori locum præbuit, nec blandimēta illecebrosæ voluptatis admifiſit. Seruauit contra omnes procellas, tempeſtatēſq; inſaniæ, ſancti corporis nauem, quam nullis turbinibus à vero diſſoluit itinere, iactata quidē tyrannicis fluctibus, infracta tamen per-
30 manſit: tenēſque iter ſuum, ad ſalutis portum peruenit. Nulli quamuis validis muris ſic ab hoſtibus urbem propriam defendēre, vt animā ſuam ſanctiſſimus ſenex adhibita diligenti ratione ſeruauit. Paſſus equidem verbera, crucēmq;, & flammas in aduerſis, qui antea in lætis erat cōſtitutus. Nam vt apices rupis alicuius excelsæ, irruentis fluctus obnoxia iētibus franguntur, & ſinus ille intrinſecus clauſus eſt ſecurus: ita munimentis optimæ rationis, primique conſilij, venientium impetus procellarū ſuis accepit membris, eōſque niſu corporis inuietus fregit, ne interiora penetrando, ad diuinum illum cæleſtis animæ meatum peruenirent. O beate præ omnibus ſenibus ſenex, & præferende cæteris ſacerdotibus ſacerdos, nulla profani ſacrilegij dape ſancta ora maculaſti. Nihil perfidiæ tramitem illum faucium cōtigit, per quem Deo fre-
40 quens oratio mittebatur. Nihil valuit principis imperioſa crudelitas. Exemplum igitur omnium antiſtitum Dei factus es. Talem vere eſſe decuerat ſacerdotem, vt tormentis fortior, torquentibus durabilior, ſecurior quoque imperantibus, ipſo etiam quo crematus es igne violentior, pœnam martyrij poſsideres. Tibi omnis ceſſit antiquitas, à te exemplum habebit poſteritas. Si ergo inualida ſenectus omni virtute iuuentutis exuta, frigidi aut penè nullius ſanguinis, ad omnem tolerantiam doloris inſirma (quippe quam ipſa ſeries fregit annorum) tot cruciatus, tot ſupplicia, tot pœnas prudenti conſideratione ſuſtinuit, quis eſt qui negare audeat, totius paſſionis caput in ratione potiſſimum conſiſtere? Vidimus omnem acerbitatem fixi ſemel conſilij obſeruatione Deo adiuuante ſuperatam. Sunt tamen qui dicant, non omnes qui
50 ratione conſiderarunt, ſuſſerre fortiter paſſionem, quæ illorum ſuperflua & vana reprehenſio eſt. Conſtat enim illum dolori cedere, quē conſideratio ſapiens non mu- niuit. Cæterum qui non deliberatum tantæ rei negotium, cupiditate repētina præſumptionis aggreditur, neceſſe eſt vt ſero illud deſerat, ad quod ſubito conuolarit.

Matura

Matura enim & præconcepta diu deliberatione, omnem vitæ exitum ad passionem
 possumus, ne aliquid vos subita acerbitate confundat: ventura omnia præsumuntur,
 ne timeri quæ inferuntur possint, cum spectata proueniant. Qui sapiens itaque & for-
 tis, hic totius dominus est passionis, utpote qui bene cogitatam præcogitat, & acce-
 ptam respuit nullquam. Nec stupēda omnino est in senectute prudentia, cum infantu-
 los tantus amor capiendæ laudis inuaserit, ut ipsi quoque admirationi fuerint, quo-
 rum acerbitate sunt consumpti. Cæterum effrata crudelitas, Eleazari graui ætate
 permota, rediuuio quoque insanæ mentis ardore, credens se sapientia victum maio-
 ris ætatis, irrita consilij firmitate, septē illustres pueros Hebræorum Antiochiam ad-
 10 duci atrociter de eorū castello Sosandro præcepit. quos in tenera adhuc ætate, eaque
 ad excipiendos dolores infirma (quemadmodum ipse putabat) versantes, ut fallaci
 oratione ac variis cruciatus terrore peruerteret, talem edicti sui legē proposuit, ut qui
 sacrificij carnem ore noluisset accipere, exquisitis extemplo suppliciis subiaceret.
 Septē igitur vnā cum matre Solomona (nam hoc illi nomen erat) iam iam in senium
 declinare, coram se sisti iussit. Producti sunt itaque non solum præclari, verum etiam
 speciosissimi tam generosæ matris nati, & voce, & corpore gratissimi, angelici qui-
 dem iuvenes, vultuque pellucidi, solis instar sereni luminis, & in oculis omnium non
 sine virtutum gratia radiantes, ut tali proculdubio argumēto totam humanam mor-
 talemque formam transcenderent. Et illa talis habita ab exordio antiquorum paren-
 20 tum maiorūque suorum sincera, & id quidem in hunc vsque diem, ut tota eius esset
 approbata nobilitas. Sed illud formæ decus quod sanguinis quoque ornamentis cu-
 mulū magnæ dignitatis acceperat, ante omnia virtutis robore firmabatur, qua simul
 omnes alios laudis modulos pro motu ingentis animi præcedebat. Proinde hos ut
 aspexit tyrānus, atque matrem in medio letam assistere alacrique mente adesse co-
 gnouit pueros callidissime alloquitur: Consultum esse vobis (inquit) in primis volo
 o admirabiles pueri, hoc enim & forma vestra, & sanguinis nobilitas suadet. ne ergo
 ad repugnandum insanam sumatis audaciam; vitæ non tormenta modo, verum
 etiam mortem. Cupio enim vos & honoribus cumulare maximis, & immodicis di-
 uitiis ampliare. Spernite superuacaneam patrum vestrorum credulitatē, & ad genti-
 30 lem vos cultum nostræ obseruationis adducite. Illud enim si in animo vestro nō sta-
 tueritis (id quod futurum esse non arbitror) diuersa & exquisita supplicia, quibus vos
 per diuturnam deficientis animæ acerbitem ex cruciē, excitabo. Quapropter ut
 timor ipse acrior audientes surreperet, singula proferri in medium tormēta manda-
 uit. Exhibentur itaque rotæ, radij, vngulæ, rotabula, catapultæ, lebetes, catastræ, frixo-
 ria, digitaria, pugillaria, manus terreæ, subulæ succensoriæ, ollæ æneæ, sartago. Hæc
 enim illis nomina esse reperimus. Succēsorium ad excitandam flammam quoddam
 tenue esse ferri telū accipimus. Exhibentur id genus reliqua nimis profecto abhor-
 rendæ, quæ sigillatim enarrantem dies sit defecturus. His itaque omnibus in apertum
 prolatis, ait: O prudentissimi pueri, etiamsi aliquod in hac re putatis esse peccatum;
 40 optima iustę defensionis excusationē poteritis armari, quia coacti hæc potius (quan-
 tum videre videor) quàm sponte facere videmini. Paruuli vero cælesti quodam sen-
 su & diuinæ maiestatis ardore accensi, contemnētes immanissima tot pœnarum ge-
 nera, parui faciunt irascēntis tyranni minas, hortantisque blanditias: & piissime (licet
 falso) loquentem pariter ac minantem, in maiorem iracundiam furoris impellunt.
 Hinc ergo patet, quid ratio inferat affectui. Nam si ignauus quispiam, & nullo ante
 tractatu rem tantæ gloriæ petens, ad hoc subitus atque imparatus accederet, visis con-
 tinuo tam exquisitis ac tantis pœnarum generibus, mente trepidus, demisso vultu,
 gressu titubās, tremore turbatus, primo victus aspectu sumptum negotium reliquif-
 set, nec se tanto oneri parem ad sufferenda fore putasset, statimque diceret: Insensatus
 50 ego, quid magis eligam? an ista sufferre, an illa quæ promittuntur præmia obtinere?
 Miserebor potius ætatis meæ, miserebor matri, veniam pro hoc factō (quod necessi-
 tati imponitur) diuinitas non negabit: regis enim gratiam promerebor. Sed ubi spi-
 ritus præcedēte ratione firmissimus durauerit, atque ad bonam frugē animum con-
 duxerit, illud sequitur, quod his fratribus ostendam esse probatum, quibus sacrificij
 vt

vt imperata gustatio est, omnes quasi vno ore & vna mente proclamant: Quid innocētes persequeris ô tyranne? mori nobis voluntas & votum est; patrum præcepta seruamus, quæ vt omnipotēs Deus iussit, Moyses magister edocuit. Tu verò tyrānie; iniustitiæ amator, crudelitatis magister, iniquitatis inuētor, hosti sub specie ficti amoris nos immutare, quod non potes: grauior nobis veniā est à te oblata quā pœna; contemptu mortis armamur, verba tua verò nō magnificimus: quæ nē admittamus, recens doctoris nostri Eleazari nobis monstrat exemplum. Cur ergo infirmos iuuenes putas, cū tanti roboris videris senem? Illius instituta retinemus, scire arsum nostrum non potes, nisi in corporis nostri laceratione cognoscas: securi pro Deo omnia sufferemus, & à seculo recedentes, ad cælestia regna migrabimus. Tu verò 10 propter hoc potissimum scelus, quo innocentes animas premis, æterno igni reseruabere. Hac oratione tyrannus non parum inflammatus, cū nec crudelitatem suam formidini fuisset, nec promissionis præmia locum gratiæ obtinuisse cognosceret, tauris singulos agitare nisus est. Machabæum quoque ipsum natu maximum, ex septem fratribus ordine primum, protrahi in medium, & sacrilegis dehinc carnificum manibus distendi atrocius iubet: nec mora, post tergum manus ligantur, crudelius verberatur, sed lassescētibz tortoribus, quā inuiolabilis sit patienti virtus dignoscitur, cū inferentes magis desistere cuperent, quā is qui patiebatur. Illigari igitur mole pedibus appensa, atque innecti rotæ iubetur Machabæus: ita etiam in gyrum circuli porrectus, vt solutis hinc inde visceribus venisque distentis, dolores ipsius & 20 pœnæ crescerent. Nequit tamen patientis vox superato dolore, Deum non promēte cuncta cernentem, tyrannūque non obiurgare tormenta crudelia machinantem. Resumptis itaque viribus exclamasse perhibetur: O execrande tyranne, diuinæ maiestatis persecutor, non veneficum crucias, nec ereptorem salutis alienæ tanta crudelitate persequeris, sed seruatorem iustitiæ, amatorē legis, caritatis autorē. Cūq; eum misericordia victi carnifices, vt regi assentiretur, orarent: Non tam graues (inquit) nec tam acerbæ rotæ vestræ sunt ô nequitæ ministri, vt mētem meam valeant inflectere circa cælestia versantem: lacerate membra, quinetiam si placet igne torrete, singulas quoque corporis partes multifaria crudelitate consumite, vt cognoscatis nos iuuenes ad impietatem non posse compelli. Hæc eo loquēte, præparatur incendium, & vt erat affixus rotæ, igni in catasta obicitur, atq; ita tendentibus corpus radiis, & contrahentibus flammis, costis deinde patentibus laterum vitalia rumpuntur. Animus sanus & integer cedentibus membris, mens ipsa fortior, nil prorsus dolebat. Nam in ipsis suppliciis victor exclamat: Eia dilectissimi fratres, exemplum ex me diuinæ virtutis accipite, inuicti animi robur cōsiderate, seculi huius blandimenta contemnite, militate Deo potius quā tyranno, cui facile est potentem deiicere, subleuarēque deiectum. Inter perorandum, vt brutum animal excoriatur, lingua extrahitur, sartagini ipse iniicitur, magna cum omnium admiratione decedēs, stuporem aduersariis, suis gaudium dereliquit, & sibi pariter regnum paraturus & fratribus. Hinc Aber nomine, qui proximus ætatis gradu erat, ab armigeris misere raptus adducitur. 40 Et ante interrogationem tyrāni, antequam supplicia libaret, omnis illi à carnificibus tormentorum apparatus exhibetur, vt formidine tetri aspectus à sententia flecteretur. Sed repudiante illo profanum sacrificij cibum, nec supplicia formidante, ferreis ligato catenis, manus in altum protenduntur. A principio ceruicis ad genua vsquo cum ipsa capitis parte cutis diuellitur, pectoris seuerius secreta patent: ita tamen vt patentibus viscerum rimis interiora fibrarum secuturo supplicio seruantur. Adicitur & his horribilius spectaculum: ferox nanq; pardus & sanguinis sitibundus exhibetur, vt truculento sæuōque laniatu quicquid ex corpore remanserat, sorpturus accederet. Verum ore ipsius bruti admoto, vt arbitror, Dei prouidentia disponente, ferocitatem bestia deposuit, vultūque retorquēs, martyrem minime læsit. Tyrannus 50 autem in furiam magis incitatur. Martyr verò inuictus fortior imperante, torquentēque constantior: O quā suavis est, inquit, mors omnigenis pro Deo vulneribus inflicta, imò tanto suauior, quanto cum spe maiore recipiendæ mercedis accipitur. Cæterū hoc quod agis, crudelitati tuæ scelestissime tyranne satisfieri ne putes.

Nam

Nam magis me voluptatem patientiæ meæ consequi quam dolorem; ipso quo torqueris dolore comprobare necesse est. Atqui libentius ego perferam, quam tu pœnas inferas; minor patientis dolor est, quam iubetis: mihi cruciatus virtus animi est, amor legis, veritatis assertio: Dei postremo iustitia; te vertet in exilium: tu torquendo torqueris; & in ira patientiæ meæ, tuæque indignatione; nunc ferè consumptus, consumeris. diuini iudicii diem non effugies. Manet te pœna illa perpetua; quam nec profana mens ferre, nec tua crudelitas declinare vnquam poterit, æterno videlicet peccatrice animadānata supplicio. Hoc modo fortis ad mortem vique in sententia permanens; & prauis cruciatibus fatis cōstanter animatus, perseverans mi-

10 grauit ad dominum. Machir tertius ex pueris adduci iubetur, quem cum miseratione dignissimum gēminis duorum fratrum facisset interitus; hortantibus plurimis ac volentibus, vt à sententia fratrum supplicia vitando discederet, iratus ait: Idem nos pater genuit, eadem mater effudit; vnus est nobis magister, vnus animus, vna contestatio; nolite ergo morando tempus consumere, ad supplicia non ad responsa; properaui. Animaduerte in hac membra pro audaci vestra libidine: nam animæ vobis potestas nulla tribuitur. Motus his verbis tyrannus; à duobus peremptis hunc considerans nihilo degenerantem, inhumana aliquid crudelitate maius exegit: orbiculare afferri in medium iubet: hinc cum pedes vnà cum manibus, deorsum colligati fuissent, sanctum quoque chorda orbiculi ventrem circumcingente in altum vique

20 contrahit. Nec mora, separatur à sede sua dorsi iunctura; crura cum brachijs extrahuntur, iiciuntur humeri: sicque singulis nervis districtis soluitur martyr inuictus. At ubi hæc sibi parua sanctus perferentis animus aestimaret, pellis capiti incisa detrahitur. Rota postmodum affigitur, nec tēdi magis iam poterat, quia & partes & frusta corporis horrendissimo pependere aspectu. Ex cum iam cruoris nimia defluentis vacuitate defectus, orbatu manibus & pedibus; proximam sibi mortem adesse cerneret, hac oratione vitæ munus expleuit: Nos quidem nefandissime tyrannus hæc pro Dei amore toleramus, tu verò tantæ & tam iniuste crudelitatis inuentor, supplicia sine fine patieris. sicq; lingua orbatu, sanguini iniectus, acerrimarum vniuersitatis pœnarum excoctus spiritum per beatum effudit. Post hos Iudas (hoc nomine fulgens) quartus

30 adducitur, qui omnium ferè monitis; vt regi assensum præberet, pullatus, tanquam pugil interitus perfundatis precibus & pœnis, cōstantissime dixit: Ignis vester vt nec me à Dei lege, ita nec à fratrum meorum (quorum interitus non mors, sed vita est) vnione dissociare valebit. Tibi o tyrannus interitum, credētibus autem spem æternæ salutis denuncio. Proba ergo crudelissime omnium, & æquissimo Dei iudicio plēte de; ipsiusque rebus aduerte, num ipse ille Deus me sit derelicturus, qui tres iam primos obuiis proculdubio suscepit manibus, quos tam sanctæ matris vterus, sigillatim ad gloriā effudit. His auditis, horridus atque insanus tyrannus per seipsum ad exhibenda supplicia insiliit, ita videlicet superaturus iamque exastuans, linguam eius secari radicitus iubet. Sed ille non territus Antiocho respondet: nec illa quidem pro-

40 derit execranda crudelitas; nec ex hoc vt reris tyrannus victoriā consequeris. Non enim Deus noster clamoribus excitandus est, sed ad afferendam opem famulis suis; cōdo potius quam oris strepitu poscendus. Tacentium commoda respicit; & poscentium vota si mereantur exaudit, tantum integer sensus pura & fidei anima petat. Scit enim Deus noster omnia, antequā postules; & prius quam in anima aliquid cogitare incipias, agnoscit. Secetur lingua, nunquid & mens poterit secari? docuit illam priora passionis ornamenta suscipere, per quam Deo fidelis semper oratio mittebatur. vtinam sic singulas corporis mei partes puniendo sanctifices, & tibi supplicia itroges stulto; mihi præmia largiaris. Nec diu hæc impunita censeas relinquenda velim. His finitis, eripitur eultro lingua, alligatur trunco iuuenis, quem solido fune

50 lacertis retrorsum congyratis tortor versat, & in aciem sanctum pectus agitur: patitur hæc libens spiritus; licet ipsa facies in nigredinem commutetur. Exinde solutus, tandem rotatus, pro caducis Deum exorās, priorum fratrum pœnas promeruit. Caligine mortis oppressus, dulcem spiritum Deo obrulit. Ahas dehinc quintus ex fratribus; antequam protrahi iuberetur prorupit in medium; contemptū mortis osten-

nn dens,

dens, prouocando se ad supplicia, ut gratiam Dei inueniret, iram iudicis patiendi cupiditate promereri voluit, & ait: O tyranne, ecce ad poenā venio prius quā iubeas. Nihil ergo ex illo impetrare posse te credas, quem aspicias velle torqueri. Reum te gehennæ, effusus quatuor innocentum sanguis effecit, me quinto gradatim numerus ipse ampliandus est, ut tibi tandem poenæ ex multitudine perpetratorum accrescant. Responde inhumanissime tyranne, cuius sceleris reos nos innocentes etuicias, cuius perpetratores facinoris tanta crudelitate persequeris? quid nefarium admisimus? quid profanum? quid ausi iniquum sumus? hoc est tibi crimen omne, quod de Deum creatorem omnium contestamur, & eius maiestatis præcepta seruantes, peruiuius, & in hoc solo tua supplicia non timeamus: honor nobis est & salus, non poenæ: mirificum accipiemus à Deo beneficium, si in nulla nobis latetum parte parcatur. Hæc loquens iussu regis raptus, carnificum manibus ollæ æneæ imponitur (hoc poenali supplicio nomen est): prælo gyratō sanctum caput ad gremium pellitur: si quæ corpore deorsum redacta, pugil in ea quam diximus ollam in terram delituit. Patitur dehinc fratrum, suorum excogitata tormenta, minime tamen mente turbatus, exurgit subito, ira perorans acrior in tyrannum: O inhumanissime tortor, quanta nobis misericors subministras bona: tu quanto plus irasceris, tanto nos gratiores Deo reddis: si mei misereri velis, dolorem hic leuis in gero æternitatem gaudij parat. Hæc huius seculi mors si mihi non sponte inferretur, ventura æterna compendat: non largirentur. Correptus igitur atque prioribus exagitatus, clara luce spiritum dulcem emisit. 20

Exhibitum post hunc (Aræth vocabulo) sextum; poenam eligere aut honorem optare ne data eum tyrannus iubet. Iratus respondit: Fratribus quidem meis o tyranne non annis, sed mente consumilis accedo. Simul enim nutriti, simul edocti, simulque morituri in Dei amore perstimus omnes. Accelera itaque ad exquisita tormenta, & illud tempus, quod in persuasione impensurus eris, in suppliciorum excogitatione consume. Hac oratione confusus Antiochus, illigari eum statuit, sic iubet, ut depressa ceruicē, ex descensu humorum caput dolore quassaretur: exponitur in incendio, ut sensim longius igne ab eo posito, paulatim diutino contumprus ardore distendatur, potius quā cremaretur. Subulis etiam ferite pendetis: latera ad viscera iuber, ut per eas quæ his ductæ erant in longum tramitem rimas, ad intimas fibras flamma perueniret. Atqui ut dolor simul ipse maior iaceret tactu vulnerū ac subossione membrorum cruor scaturiens ardore in spumas decoctus, miro modo ad caput eius descendit. In his doloribus iuuenis exclamat: O certamen insigne, o pernix bellum, o contentio inter se pietatis & sceleris. Hi sunt viri agonis, quorum corona martij, poena ferientis est: libens fratrum interitum sequar, ut quibus iungor sanguine, iungar & morte. Aliquid o tyranne maius excogitato, hæc enim quæ inueneras, superata agnoscis. O crudelitatis magister, in mīce pietatis, iustitiæ persecutor. Sex nobiles pueri, regiam potestatem, & apparatus totius regni & orbis extulimus. Ignis tuus frigidus est, non calet: flexibilia namque corporibus nostris arma sunt regia: plus auxilij Deus noster suggerit nobis quā tu confusus doloris posses indigere. Itaque 40

manet firma in nobis Dei sententia. His dictis ignea forcipe eius lingua cautē clatur: & cum suis fratribus pari poena excoctus, & in sarraginem coniectus, emisit spiritum. Sex itaque varia morte consumptis, vnus remanserat matri Iacob nomine, iunior ceteris ætate, non mente. Hunc cum assistere crudelissimus tyrannus aspiceret, miseratione motus, vel quod solus, vel quod vltimus, vel quod periturus esset, indoluit, vocatōq; propius ad se puero, eius manu apprehensa à tormentis seorsum, atque pulsans ei salutem persuasurum, se inquit: Satis abunde exemplo fratrum tuorum, quid imminet repugnanti videre potuisti, subtrahit te tantis protinus malis, quicquid honorum regni mei fuerit obtinebis, magistratum tibi non denegabo, ductor quoque militum & consilij particeps nobis semper assistes. Cæterum huius matrem (cum 50 ipse parū proficeret) iussit adduci. Cui prope filiū stanti ait tyrannus: Vbi est o generosa mulier fecunditas tua? Ecce ex tanta numerositate filiorum vnum (si velis) fata conseruabunt. Da consilium pietatēque paruulo & mentem rigidam ad prosperiora conuertere. Monitis hisce regiis ut cunque auditis inclinans se mater ad eum, ita

ut falleret

ut falleret tyrannum, Hebræo ait sermone: Fili mi miserere mei, & explora dolentem, matrem, quæ te nouem mensibus in utero meo gessi, teque alui lacte triennio, & liberaliter educatum ad hanc ætatem usque perduxi. Rogo te fili, ut conspecto cælo & terra, & omnibus quæ sunt in eis, scias hæc cuncta à Deo ex nihilo facta esse: ipsum etiam genus humanum ab eodem rerum omnium conditore factum nemo ambigit. Non timeas tortorem ethnicum, sed imitator fratrum tuorum effectus, mortem libenter excipias, ut in die miserationis unà cum fratribus tuis in cælestibus te suscipiam. Hæc matre adhuc monente, iuuenis Hæbreo sermone sese solui, & ut regi & suis aliquid secreti diceret, rogat. Ille autem ubi vincula effugiendi facultas fuit, celer
 10 cucurrit ad pœnam, stabat enim flammivomis ignibus succensa sartago ad torrendos præparata passuros, ad quam cum inuidissimus puer peruolasset, inspectando fratres, & ad regem vultum reflectens, ait: O scelerate tyranne, iam ego nunc, inquã, ego in fratribus meis agnosco, te non crudelem solum, sed ipsam esse crudelitatem. Quis tibi vesano hanc purpuram dedit? quis regnum tribuit? quis tanta ornamenta concessit? Nempe ille quem insequi in nobis posse credis, cuius cultores necas, famulos premis: tu verò infelix æterno cremandus incendio, & sine fine torquendus. Sic enim inter te & reliquos discretio potestatis, nunquid alterius tu operis, tunc alterius naturæ homo es? Vna nascendi & moriendi omnibus ratio est. Quisquis hominem interficit, interfici se posse confirmat. Tu effigiem tuam laceras, tu in tor-
 20 quendo nihil proficis. Eadem ratione ortum, eodem genere procreatum, quem ante multos annos opifex rerum Deus creauit, quemque similem suæ præduxit imagini, puncto quodam repentini furoris interimis. Et quicquid fieri tua regia potestas iusserit, iustissimum putas, linguas eruis, ungulas iniicis, & humana corpora igne consumis. Illi quidem qui hoc pertulere, gaudium æternæ salutis acceperunt. Tu vero quicquid pœnarum singulis intulisti, solus exolues. ne me obsecro gratiam abs te ullam sperare confidas. Sequar fratres, & in legis obseruatione perdurabo. Hæc audiens fremuit tyrannus, iuuenemque in carastâ fouit: in doloribus mater astat nato, piis manibus sanctum caput fulciens. Resupinus in dolore distenditur, de ore eius, naribus, secretisque cruor effluit, spiritu tandem deficiente tortor cessat, ut mox resumptis
 30 diuinitus viribus, contumax esset regi, seueriusque quàm fratres ipsi cruciaretur. Demum orbatus palmis atque vlnulis, leuatis oculis Deum exorans ait: O Adonai, ô Sabaoth, in turbâ fratrum meorum me suscipe, & cesset iam ira tua, neque eos deferas qui te miseratorem per nos interpellant. Hæc dicens supra lingua igniuomam sartaginem sponte cõscendit, ac stupente Antiocho costatius interiit. Ecce nūquam magis claruit rationem esse dominam affectus, qua puerorum animus præmunitus, firmior torquentibus stetit. Quod enim spreto dolores, & pœna contempta postrema utilitas salutis fuere, deliberatio piæ honestæque rationis effecit. Inexpugnabiles itaque pueri fortissimis turribus similes perstiterunt, & portum quietis intrantes, qui diu per nauifragas cautes turbinisque iactati tuerant, iter rectum per fluctus horridos
 40 gubernantes, tandem ad littora optata venerunt. Namque alter alterum fecit consilio fortiorem. Nullus segnis, nullus timidus delicata mente martyrium denegauit. Nec deliberatio vlla, sed omnium fuit fortis, & indiuisus consensus, sese inuicem hortantium: Pro lege igitur nostra moriamur, tres pueros imitemur, Assyriorum furore damnatos: quos in vna fornace coniectos, patientia ad cælum euexit. Hoc dum alter alterum sermone confirmat, factum est ut nemo peccaret: sed in sententia permanentes patri sibi generis, virtutis, audaciæ, ante oculos memoriam reducebant dicentes: Parer noster Isaac cum iussu Dei se immolandum cerneret, armatam patris dexteram non refugit. Tradamus ei animas nostras (inquiunt) per quem & spiritum & corpus accepimus. Facilis membrorum est ista iactura, cum sciamus pios æterna salutis præ-
 50 mia accepturos. Abraham, Isaac, & Iacob latè nos participes regni expectant. Ornemus matris uterum, quæ nos denis mensibus tulit. Nemo infirmior alio, nemo inter fratres degener appareat. Eodem patre generati, eodem lacte nutriti pares in omnibus esse debemus. Similis nos doctor instruxit, lex nobis data communis omni est virtute retinenda. Hoc concordia vinculo, fraternitas sancta permansit, nec fuit in-

spectaculo, (cum vnus presentibus ceteris torqueretur) mœror dolentium, sed gaudium peremptorum. O nobilissimi regum omnium pueri, inestimabilis gloriæ, virtutisq; eximie. Nullum ex vobis formido perterruit, ita properastis ad mortem, quasi immortalitas sola peteretur. Vere vos fratres, quos interitus ipse sociauit. Magnum quidem nostro generi decus omnipotēs protulit, & ad omnium confirmandos animos, exemplum vnicæ laudis ostendit. quos (credo) propterea in eo numero esse voluit, in quo mundum ipse construxit, vt septem fratres, septem dierum, quibus perfecta sunt omnia, æmuli redderentur. Sed quid hic animum miramur in pueris, cum se mulier ad contemptum doloris armauerit? quamuis non mater dicenda sit, sed humana quidem fragilitate quid sublimius, quæ peperit tot triumphos? Nam in-
 terfectis parvulis, mater piæ accensa, nec immerito, cum id non solum humanus sensus habeat, sed immanibus quoq; feris amoris ista cōditio sit, vt visis insidiis, paruulos saluti propriæ præponentes, alis protegens, defendant morfu; vngue custodiant. & cum cuique sit resistendi facultas, obuiam ire hosti pro pullorum amore festinant. Nec in his solum caritas ista seruat, sed apes quoque ipsæ non sobolem tantum, sed & mella seruantes, minantibus aculeis irruentes, vt sint peritura post morsum, plus parcunt generi quàm saluti. At hæc zelosissima mater diuino vtrique spiritu fundata, consilio quoq; sapientiæ & incredibilis virtutis, filios ante se perire festinauit. Quippe quæ non esset victura post prolium orbitatem, maluit eam secure suscipere, quàm interire sollicita. Omni igitur familia Deo dicata, postremum decus passorum accedit mater, contemnens minas regis, & maternum pectus offerens & vitam filiorum.
 O beati generis origo, o vnus vteri glorio sa fecunditas. Non ego vos paruulos membrorum linquentis, & totius vultus notis matris æmulos dicam: sit hæc summa laudis in ceteris, quibus præter naturam nihil animus dedit: vos ergo similes nientē, robore, fide, asseram: & matri in omnibus pares dicam. In nullo ei postponendi, in nullo minus venerabiles estis, nisi quod illa immanitatem dolorum præ oculis excepit: & dum in suis quoque torqueretur membris, similis vobis illi tolerantia animus fuit. Hoc illa præstantior, quod septem cruciatus, antequàm cruciaretur, excepit: & in omnibus ne superaretur extimuit. Verum exemplum fœminarum omnium, nescio an pepereris mulier paruulos tuos, an creaueris, quos sereno vultu passa es in frustra
 secari, quod intrepida vidisti, parum est: hortata es, vt perirent. Illum incidi vngulis, latabar; discendi rotis alium, ligariq; gaudebas. Illius vicina mirabaris incendia, atq; alium ne tanta ac talia pertimesceret, admonebas. Et quamuis cum intestino in illorum laceratione ferireris dolore, grauiora quàm olim parturiens tormenta sentire, simulabas tamen læticiam; & discusso vultus nubilo, inducebas speciem triumphantis. Singuli teridente consumpti sunt. Nec cum vnum remansisse cerneres, expauiisti. Nam quid ego describam exitia paruulorum cum matri risus sint omnia? scissos neruos, detractum capite tegumen, linguam radicitus detruncatam, manusque contractas, ignem, laminas, rotas & ad costandos homines æra candentia, multa etiam quæ ipse ignota sunt, nunc. Adsit, vt sit cygnis tanta dulcedo quorū suauiore melo
 canoras in morte voces narrat antiquitas. Omni enim harmonia dulcius, omni voce præstantius, pereuntium carmē fuit. Sit enim pueri fabulas in morte superastis, cum vel matri solitudinem vltimam, vel Deo gratias referretis. O prauit incredibile pro sapia mulier breuem orbitatem potius, quàm æterni iudicij pœnam subire, cum filiorum corpora maluit cruciari, quàm animas: sciens, nihil infirmius labe membrorum, quæ etsi passio desit, sæpe tamen intestinus dolor affligit, enecant febres; copia sanguinis premis, aut nimius cursus euiscerat. quis autem ignorat nauigantium naufragia, iter agentium lapsus, qui totosque sessores subita morte consumptos? Taceo incendia repentina: latronum insidias, & pereundi vias. Cum ergo tot occasionibus humanum pectus ad mortem agitur, quis non optet interitum cum salute, in quo
 temporalia amittuntur, & æterna retinentur? O venerandissima fœminarum, atq; legis, & gentis nostræ gloria. In hoc Noë arca millima, in modis fluctibus & procellis inuolata permansisti. Vt illa enim diluuii celestem impetum tulit, & compagine firmata tabularum, inclusum intra se quod acceperat, non amisit ita tu quoque
 sanctum

sanctum spiritum, quem Deo dispensante acceperas, in recessu pectoris custoditu, vinci ab hoste non es passa. Ecce quantum utilis ratio esse potest, quæ nos sapenu-
mero viros inferiores foeminis facit. Nec Daniel tantum visis leonibus formidauit,
nec caminus tribus pueris iugi igne succensus, tantum arsuris dolorem incussit, quã-
tum hæc foemina in singulis passa pereuntibus, antequam ad corporis sui pœnam ve-
niretur, accepit. Quid faceret alia mulier & mater, nisi per tristia lamenta flebilis præ-
cessisset, vlulatus gemitusque misceret, se infelicem, se miseram conclamaret: quæ
ideo plures peperisset, vt sapius orbata lugeret: repeteret partus, & illa denis mensi-
bus materna fastidia, tot enixa mortes, tot pericula sæpe repetita, lactis alimoniam &
10 paruulorum cibum, pressam diu corporis partem, baiulas manus, dulces susurros, in-
formatis verba, curas, vigilas timorem, & in omnibus etiam prosperis animum sem-
per futura moruentem. Diceret flens, nō ego filios vestros auia blanda complectar;
pauloante nimij gregis mater, nunc agens celorem vitam. Si mori mihi contigerit
hodie, à quo sepeliar non habeo. Hæc omnia matris alterius, Dei ancilla non habuit
sed adamantino quodam sensu, rigidior captibus stetit, filius nec in pœna, nec in motu
te defuit, vt interirent compulsi, nec doluit interisse. Nā cōprehensa cum paruulis
suis, Eleazari pœnam aspiciens, Hebræa lingua, cum essent docti, simul exhortabarut
dicens: O fortissimi pueri mei, ad dulce certamen, in quo & genti nostræ paremus
gloriam, & nos à Deo merita æterna consequamur, ad pœnam sponte properemus,
20 nec formidemus ô iuuenes, quæ Eleazari senile corpus suscepit. Satisque in hac fra-
gilitate durauimus, ad superiora properemus. Pater noster Abraham venerabili ser-
mone memorandus, vnicum Deo filium, cum posceretur, obtulit: nec adhibere for-
midauit altari, quem vix in senectute susceperat. Et Isaac libens patris victima stetit,
sciens Deo in omnibus esse seruiendum. Similis quoque Danielis, ac trium puero-
rum causa est, mihi credite, tentamur potius quàm punimur. Quicquid enim in hoc
seculo prouenit, temporaneum & vmbra simile iudicandum est. Hos filiis animos
mater incussit, & viris mulier virilem animum effecit. Nouissime filiis singulis con-
sumptis, admirabilis tantorum athletarum parens, in cruenta pœnarum carnificina,
flexis repente genibus, corporis à Deo dissolutionem efflagitabat: non enim viuendi
30 cupiditate, sed filiorum causa tantum tempus protraxisse. Septem igitur triumphos
mater pientissima suscepit. Antióchus faucibus stridet, matrem generosam affligere
iubet, tyrannice rapitur, teneris nudatur artubus, in altum manus alligantur, sæuis
illiditur flagellis, læsis mœret vberibus, ac flammium addicta sartagini, ambustos
vltro filios concomitatur in pœnas, ac oratione protensis surrectisque manibus, pro
gravidis matribus fusa cœlibem effudit spiritum. Porro cæli fulmine tremuit Epipha-
nes. O magistra iustitiæ, filios comitata victores, ô superatrix tyrannorum, ô specu-
lum martyrum, ô patientiæ forma non mulieribus solum, sed viris futura, veneranda
præsentibus, colenda posteris, admirationi non solum genti nostræ futura, sed secu-
lis. Splendoribus tuis luna succumbit: nec se, quamuis mundum impleat, cum tuis
40 fulgoribus comparabit. Septem te clariores cælestibus stellæ, grata luce circumstante.
Si possit in picturam aliquam manus humana describere, & victorum omnium pœ-
narum genus in posterum ceris, vt gestum constitit, explicare, sine lachrymis nemo
transiret, omnis vtiq; multitudo conflueret, suffragarentur plurimi: & multa videretur
donasse, qui in gloriam summi Dei talia stratagemata depinxisset. Et si quis scul-
pendi artifex, hanc figuram aspectu miserabilem sepulchro intriuerit, aut ædibus il-
locauerit, ab omni tetra peste esset alienus, æternæque felicitate indubie frueretur.
Sed vnde vllius magnitudinis saxum, quamuis tenui limula minutum opus tenens,
capacitatem haberet tot pœnarum? Senex itaque Eleazarus, & hæc illustis mater,
filiique septē, propter decus generis sepulchrali honore decorantur. Magnus ab his
50 omnibus cultus exhibetur, etiam alienæ sectæ homines inuasit timor. In iustitiæ ar-
gumentum, vt piis cordibus summa veneratio infigatur, oëstistellium exoritur, dum
angelicis manibus interemptorum funeribus ministratur. Enimvero ipse tyrannus
stupore defixus, tam piæ mentis virtutem expauit. Tantum postremò assecuti sunt
gratiæ, vt gentis nostræ peccata restinxerint. Exitium sequitur mox tyranni, Israël

aliquando respirat. Videns nanque Antiochus magnitudinem fidei mortisque contemptum, peditum sibi legiones ex Hebræorum numero cōgregat, per quas hostes perculit, & laudis plurimum cepit. O benedictum Abrahæ semen. Videte quantum nobis septem filiorum ac matris passio præstitit collegarum. In hac pietate durate, ut patribus pares esse possitis. Ecce totius gentis mala populique peccata, paucorum exemit exitium. Superatisq; hostibus, quos Israhæitarum manus perculit, soluta iam peccata post victoriam fuere. Postremò autem rabie fremens, verminosq; ventre, ac squalidis fœtoribus confictatus Antiochus, expirauit. Supplicia sequuntur extinctum. Nam cum Hierosolymitas à lege retrahere non posset, Persis (quia poscebat necessitas) bellum indixit, ibique quod merebatur, excepit. Nunc tandem superest, 10 ut paucis omnia complectamur. In ipso nanque agone pientissima mater ac martyr circumstātibus dicebat: Virginalē vsq; dum licuit, pudorem tenui, castis me postea nuptiis illigavi, domum propriam non reliqui, procreavi filios non pudendos, & mariti morte perculsa, nihil ex fide perdidit: hoc & multo alio sermone vocitabat. Sed quid amplius? proponebat filiis prophetas, interfectum Abel fraternis insidiis, oblatam hostiam loco Isaac, exulem Iacob, Ioseph custodia carceris occupatum, Danielis leonē, & triū puerorum incendia. Recensēbat etiam eisdē Esaiæ librum, qui dicit: Licet per ignem transeas, flamma te non comburet. Dauidicum psalmum in quo ait: Multæ tribulationes iustorum. Salomonem quoque similiter, ponentem lignum vitæ facientibus voluntatem eius. Ezechielem etiam non omittebat dicen- 20 tem: Viuent hæc ossa arida. Canticum deinde quod docuerat Moses non obliuiscēbatur, in quo scriptum est: Ego occidam, & ego viuere faciam, & longitudo dierum vestrorum in manibus meis. O infelix tyranne, quid tibi lebetes ardentes, quid machinæ profuerunt? quid scētæ oculorum palpebræ, detractæ etiam imis faucibus linguæ, cum his omnibus longe peiora patiaris? Illi verò quos interficis (mihi crede) diuino vtuntur imperio, & de salute & de vltione securi. Nam qui pro causa salutis passi sunt, prosper illis euentus erit, cum pater omnium Deus atq; vniuersa respiciens, sequentibus se vitam præbeat sempiternam. Hæc itaque quæ in monumentis vterum, & sacris litteris de diuis comperi Machabæis, posteritati æternum legenda consecraui.

Flauij Iosephi operum finis.



INDEX

Achimelechus pontifex Dauidem cōmeas-
tu iuuat 127.30. accitus ad Saulum oc-
ciditur cum omni sua familia 127.30
Achitophel à Dauidē ad Abesalomū defici-
cit 149.10. male consulit dominq suo
150.20. propter spretum cōsiliū re-
linquit Abesalomum & se suspendit
151.30
Acnesiuliæ famule dolus 371.4. & 503.
50
Acmon gigas Dauidem occisurus, ab Abi-
seo perimitur 156.10
Acusilaus Argiū quo tempore historiā
condere inceperit, & in quibus Hesi-
odum corrigat 656.10
Adadus Azaelis filius paternum in regnū
succedit quo ab Ioa Israelitarum re-
fruiatur 203.10
Adadus Syrie & Damasci rex cum Da-
uide confliens uincitur 143.1
Adadi huius posterī disti reges Syrie. si-
cut Aegypti reges Ptolemei ibidē. 7
Adadus tertius Samariam uisitat ibidē. 11
Adadus Syrus Achabo bellū inferens ce-
denti, ab eo tandem uincitur 187.20.
& recipitur in gratiam 188.40. Ior-
amo insidiās & Eliseū capere conatus
frustratur 194.40. bello aggreditur
Ioramum ibid. fugatur à deo 196.10
præficatur ab Azacle 197.10
Adami creatio, & quid ea uox significet
3.40. lapsus & multa 4.40. eius so-
boles, posteritas & mors 52
Adar mensis 87.40. 213.10. 238.242.20
Adar mensis dies x i i i i. & xv. cur se-
sti Iudeis 242.30
Aderus Syriam occupat, & rex eius effi-
citur 176.30
Adonis quid significet 25.20
Adonius dictus Esau ibidem
Adoni quid significet 95.10
Adonias Dauidis filius regnum paternum
affectat 159.40. fugit ad Asylum, & ue-
niam commissi à patre impetrat 160.
20. saluat matrē Solomonis, & Abisa-
ces connubiū ambiēs occiditur 161.20
Adonibezecus capitur ac truncatur mem-
bris & pedibus, sic uti ipse alios re-
ges mutilauerat 95.20
Adoramus questor tributorum ordinatur
155.50. & 156.1. lapidibus obruitur
177.50
Adulterij suspecta quomodo purgetur
64.30
Adramalechus Senacheribi filius patrici-
da 211.30
Adrazarus Sophenorum rex à Dauidē
uictus 142.40
Aegyptius uates seductor Iudeorū 431.
40
Aegyptij populus qualis 10.30. & 37.40
Aegyptiis quis astronomiam & arithme-
ticam primus tradiderit 13.4. non li-
cere eis greges curare 13.8. cur quin-

tam fructuum portionem regibus pen-
dunt 36.40. pugnant cum Aethiopi-
bus 40.10. Hebreos insequuntur 46.
6. quare Babylonē abduci 220.40.
eorum antiquissima rerum memorabi-
liū traditio 655.40. 657.5. testimoniū
de Iudeis 659. & 666.10. quid eis
Græcorum commercium conciliarit
658.40. sexaginta milia Iudeorum
peremerunt 651.40
Aegyptiis gratificari uolentes ueritatem
degestis Iudeorū corrumpere 667.10
Aegyptiorum dii descripti 668.40. &
676.30. scrutus 679.20. corū mali
mores taxati 676.10
Aegyptiis nemo regum aut imperatorum
ius ciuitatis largitus est 676.20
Aegyptiū mare totū portub. caret 590.
30
Aegyptū fames ingens occupat 30.30. &
36.30
Aegypti regina Solomonē inuist 174.10
Aegypti descriptio 528.10. & 590.20
Aegyptus unde nomen acceperit 660.50
Aelius Gallus dux auxiliorum ab He-
rode missorum Cæsari 335.50
Aemilius Lucidus à Iudeis occisus 537.10
Aemilius Regulus Cordubē. 406.20
Aeneas, qui Aretis postea dictus, Arabum
rex constituitur 557.20
Aeoles populus 10.10
Aerarie quis inuentor 5.50
Aeris genus auro preciosius 143.20
Acinaces Persicus, qualis 412.30
Acta, petra, Sampsonis habitatio 101.10
Aeternius Fronto magister duarū legio-
num Alexandrinarum 618.20
Aethiopes, populus 10.10. bello Aeg-
yptios infestant 40.10. quomodo à Mo-
se uicti 41.10
Aethiops ab Aegyptiis circumcissionem
acceperit 180.30
Agaris insolentia ob conceptum infantem
punitur 14.10. ablegatam unā cum fi-
lio consolatur angelus 16.10
Agatharchides historicus 666.10
Aggeus propheta 132.10. 233.10
Agire Nabathæi facinus 614.20
Agrorum terminos quis primus fixerit
5.40
Agriculatorum quis inuenerit ibidem
Agrippæ Aristobuli filij soboles 391.10
uaria fortuna 192
M. Agrippæ in Iudeos beneuolentia 232.
30
Agrippa in Asiam mittitur 317.40. ab He-
rode magnificē exceptus epulum præ-
bet populo 342.50. eius in Iudeos stu-
dium 350.30. & 364.40
Agrippa rex Herodem apud C. Caligulā
accusat 397.10. accusati tetrarchias
ac bona consequitur 398.10. conuiuio
sumptuosissimo Cæsare excipit 400.
20. Iudeos reconciliat Caio 399.30.

bonatur Claudium ad retinendū prin-
cipatum 416.40. tergeuerator bis-
linguis ibidē. quæ beneficia à Claudio
Cæsare accepit 418. & 419.10.
eius in Iudeam reditus 419. Silam
uinctum adseruat 419.20. reliqua eius
gesta usq; mortem 421.412.424. &
518.519. 523.524. 525.528.530.533.
534.544. 566.586.595.600. per to-
tum.
Agrippa filius Agrippæ 422.30. impe-
trat pontificie stole custodiam Iudeis
423.50. Chalcidi præficitur 430.10.
Claudio autor ut Iudeorum causam le-
gitime cognoscat 430.10. Chalcidem
aufert ei Cæsar, & multis aliis topar-
chiis donat ibidem 10. nuptias instruit
ibidem. Galilee parte donatur à Ne-
rone 431.10. domum extruit 432.40.
Neroni ad nominat & munificus est
433.40. Magdala certat capere 432.
40. uenit Tyrum cum Vespasiano
456.40
Agrippæ regni fines qui 461.10
Agrippina Claudij Cæsaris uxor 430.8. ma-
ritū ueneficio tollit ibid. filium Neronem
imperio præficit 430.50
Agrippium à quo conditum 486.10
Ainam inuadunt Hebrei, & fugantur
90.10 capitur & succeditur 90.50
Alabarchie magistratus 428. 20. &
410.30
Alanorum nationis descriptio 646.10.
irruptio in Mediam & Armeniā ibid.
Albinus Iudeæ præfideat 431.10. Iudeam
latronibus exp'et 434.10. malus
436.2
Albinus Rom. præfectus Iesum Anan' filium
miscere multatū dimittit 631.20
Albini procuratoris direptiones & iniu-
sticia 451. per totum.
Alcimus in pontificatum succedit aliis Iu-
deis dictus 266.40. profugit ad Deca-
metrium ibid. perit 268.20
Alexander Alabarcha mutuatur pecuniam
Agrippæ 391.50. Vide infra Alexan-
der Lyfismachus
Alexander Antiochi Epiphani filius bel-
lo aggreditur Demetriū 271.10. uin-
cit 272.40. Ionathæ amicitiam ambit
271.30. Ionatham in summo honore la-
bet 274.3. Ptolemeo Philamatori ho-
stis factus occiditur 176.1
Alexander Aristobuli filius Iudeam infes-
tans à Gabinio uincitur 298.50. re-
bellas Romanos quotquot potest inter-
ficit 300.1. Hyrcano bellū infert 469.
3. cum Gabinio pugnat 470.10. secu-
ri percutitur 301.20
Alexandri filij Titij astus & fallacie 511.1.
Vide Pseudalexander
Alexander Herodis filius Romæ reuersus
ducit uxorem 342.1. accusatus à patre
causam dicit, & reconciliatur 347.
20. 348.1.

- 20.34.8.1. calumniis oppressus coniicitur in uincula à patre 354.40. reconciliatur patri per socerum 355.20. iterum calumniis urgetur ab Eurycle alijsq; 357.40. & in carcerem detritur. ibid. accusatus à patre Beryti, dānatur 360.30. strangulatur 362.8
- Alexāder Herodis filius ueneficij accusatur à patre 489.30. iterum accusatur 492.10. & in uincula cōiicitur ibidē 30. accusatur 495.10. strangulatur 496.20. eius soboles ibidem
- Alexandri Herodis filij posteri in maiore Armenia regnauerunt 518.20
- Alexāder Iamneus Hyrcani filius, rex factus fratre insidiantē interimit 287.20. circumuenit aslu Ptolemæum Lathurum, à quo postea uincitur 288.20. iterū belligeratur cōtra eum 289.10. praeliatur cum suis 290.20. cum Demetrio Eucæro ibidem. inhumanitatis causa Thracides dictus: alijsq; gesta & mors 290.30.292.8. & 464.20. 465.20. 466.10
- Alexander Lysimachus Alabarcha solutus uinculis à Claudio 418.30. eius diuitie quantæ 418.20
- Alexander rex primus: Macheruntæ edificauit 644.8. quo tempore mortuus 665.9. eius morte Iudei in Aegyptū & Phœnicem translati 665.30
- Alexander Philippi filius patri in regno succedēs quas tulerit uictorias 243.30. Danaëum & Tyrum capit atq; Gazam 244.10. pōtificem Iadadum ueneratur, & Hierosolymis deo immolat, Danielisq; prophetiā interpretatur, & Iudeis quæcumq; postularant concessit 245.1. & 533. eo mortuo quomodo regna eius occupata 245.40
- Alexander Tiberij pater portam templi supra Corinthiā crassiori auro & argento perfudit 601.50
- Alexander Veles rex 276.8
- Alexander Zebinus Demetrij uicē loco rex constitutus federatur Hyrcano 284.20. in bello cadit ibidem
- Alexandra Alexādrī Iamneæ uxor quomodo à marito instructa regnū seruauit & administrarit 291.40. morbus eius & mors 293.20.394.1. 624.625
- Alexandra Hyrcani filia, uxor Alexādrī Aristobuli, infensa Herodi 320.40. 321.1
- Alexandra Phasaeli filia 391.20
- Alexandria plus singulis mensibus quā Hierosolyma toto anno pendit Romanis 518.5. iisdem quatuor mensib; anonum ministrat ibidem. 10
- Alexandria ciuitas post Romam maxima 592.
- Alexandriæ portus descriptio 590.40. urbis situs descriptus 518.8
- Alexandrinorum seditio contra Iudeos 534.4
- Alexandrini Vespasianum pro imperatore prompti agnoscunt 390.
- Alexandrinorum fortitudo & præstantia in oppugnatione Hierosol.: 605.40
- Alexandrini quandiu cefferint Iudeorum solennitatibus 676.20
- Alexandrini seditionis autores, Apionis similes ibidem
- Alexandrium arx 297.1.467.20
- Alexas ducit Salomem uxorem 363.30. iubetur ab Herode nobiles Iudeos se de sancto occidere 373.20. pie agit 374.20
- Alifas, Alifci 10.10.
- Alisfragmuthosis rex cōtra pastores gerit bellum 660.5.
- Aliurus minorum actor 437.50
- Allus Samarita, libertus Neronis 393.20
- Althemus præ timore obriguit 484.40
- Amalecites gens 50.40.
- Amalecites bellum Iraelitis inferunt & uincuntur 50.51
- Amalecites Hebræos subigunt 100.40. eorum rex captus et occisus 119.20. 120.10
- Amalecitas quanto deus odio sit persecutus, & quomodo Saulus eos extirpauerit 119.4. David cadit eos 134.20
- Amalecus nothus Aliphazæ filius 25.30
- Amalecitis regio ibidem
- Amanus quanto in honore apud Artaxerxem habitus, & quantum in Iudeos propter Mardocheum concepit odiū 238.4. cōsultat contra seipsum 239.20. in crucē Mardocheo paratam sustollitur 241.30. & filij eius 242.40
- Amaræi filij quomodo Ioannem Gaddim interfecerunt, & quas eius cedis pœnas dederint 270.10
- Amaranes Moysis pater & Aaronis, deū inuocans ut Hebræos redimat exauditur 38.20
- Amaranus seditiosus exulat 423.30
- Amarinus constituitur rex 183.40. obit diē suū, relicto principatus successore Achabo filio 184.20
- Amasus Absolomū copiis præficitur 151.40. impetrat ueniam à Dauide, cui gratulatur regni restitutionem 153.30. constituitur præfectus exercitus 155.1. occiditur à Ioab 155.20
- Amasias filius Ioas regis Iude, uir bonus & pius patri in regnū succedit 202.30. 203.1. paternæ necis autores tollit, Amalecitas, Idumæos & Gabelitis prælio uincit, & ad idoli deficit 203.20. increpatur à propheta ibidē, mittitur Ioab regi, & prælio uictus capitur interficiturq; 204.10
- Amasias sacerdos 191.40
- Amathus, Amathæ 10.11
- Amathus castrum ad Iordanem 259.10
- Ambitio quantum malum 138. per totum M. Ambinius præficitur Iudææ 385.50
- Amenophis regni terminus 660.36
- Amesses regni terminus ibidem.
- Amias Achaz fil. bello superatus à Zacharia trucidatur 206.40
- Aminadab leuita 111.20
- Ammanus, Ammanitæ 15.30
- Hebræorum genti bellum inferentes male excepiuntur 103.50.104.1.
- Ammanitarum contumelia in Dauidem 385.30. & quæ de eis ultio accepta 144.10. exciduntur 146.50
- Ammanitæ & Moabitæ socij nutuo sese occidunt 192.10
- Ammaus exusta 509.20
- Ammaus thermæ sanādis corporibus idoneæ 566.10. uide & Emmaus
- Ammonius insidiator Ptolemæi Philometoris occisus 275.30
- Ammon sororē Thamarā stuprat 247.30. occiditur à fratre Absalomo 148.50
- Amoræi cum suis regibus delati 73. qui eorum ditionis termini 73.50
- Amoritæ regio duabus & dimidiæ tribubus conceditur 78.10
- Amosus Manassis filius regno paterno substituitur, quod propter impietatem non diu tenens occiditur 213.6
- Ananclaus constituitur pontifex ab Herode 320. honore priuatur 321. restituitur ei 322
- Ananias Masbali pontifex cum quindecim alijs crudeliter necatur 616.40
- Ananias mercator Iudeus regis mulierē Iudæicam religionem docet 425.10
- Ananias Nebedæi fil. pontificatum accipit 428.30. uinctus mittitur Romanis 429.50
- Ananias nominatur Sedrachus 227.10
- Ananias Oniz filius copiis Cleopatrz præficitur 285.20. & 288.40
- Ananias Pharisæus Iosepho se opponit 446.40
- Ananias pontificis liberalitas, cijsq; seruiturum iniquitas 433.30. & 434.4. ipsius filius capitur à sicarijs 433.30
- Ananias pontificis domus incenditur 530.30
- Ananias pontifex cum Ezechia fratre, et pontificibus alijs in cloacis latuit propter seditionem ibidem. cum fratre interficitur 530.20
- Ananus Anani filius pontificatum acquirat, & Iacobum lapidat 433.20.
- Anani senioris felicitas ibidem
- Ananus Ionathæ filius Cestio portas prodere uoluit 536.30
- Ananus Iudeorum dux uinctus Romanis mittitur 420.50
- Ananus pontifex cum Hierosolymitis bello contra Romanos se præparat 542.30. 542.40. apparatus belli tursum amittere noluit ibidem. milites contra Simonem Gioræ mittit ibidem 40

INDEX

- Ananus pontifex, eiusq; gesta 571.10. & 572.573. per totum
- Anani mors Hierosolymæ excidij principium 578.40. eiusq; uirtutes celebrate ibidem
- Ananus Sethi filius pontifex constituitur 385.30. & priuatur ibidem
- Ananus Simonis satellites ad Tium profugit 628.10
- Anarabarches, pontifex Hebr. 57.30
- Anaxagoræ Clazomenij mors 868.
- Anchus rex Gittæ 126.30. & 131.3. extracitum ducit in Hebræos 132.10. 134.8
- Andromacho amicitiam renunciat Herodes 354.20
- Andronicus Messalami filius orator 278.40
- Angelus, quale nomen 326.30
- Angelos cum mulieribus coisse 6.20
- Anilei & Asinei Necrdenfium facinora 401.403.404.405 per. totum
- Animi unde certissimum argumentū colligatur 129.20
- Anna Helcanis uxor 108.40. 109.3
- Annibæ seditiosus plebs 423.30
- Annius Minutianus 406.20. & 408.20 417.20
- Annius Rufus Iudææ preficitur 385.50
- Annus magnus quot annis constet 8
- Anni septimi, quinquagesimi seu Iobeli remissio 64.50
- Anni quot ab exitu Israelis ex Aegypto usq; ad templi Solomonis extructionē 434.40
- Anteij interitus 411.10
- Anthedo, postea Agrippias dicta 289.20
- Antigonus Asiā occupat mortuo Alexandro 246.10
- Antigonus Aristobuli filius cū patre transfugiens capitur 299.30. accusat apud Cæsare Hyrcanum & Antipatrum 301.20. paternū regnū affectans profligatur 308.30. reducit in regnum per Parthos 310.30 amputat Hyrcano auricularas 312.30. accusatur Romæ, & placat pecuniis hostē 313.40. quomodo ab Herode oppugnatus sit 314.10. & inde quomodo expugnatus & irrisus à Sosio 317.50. Antonius Herodis pecuniis corruptus cū occidit 318.319. per totum Antipatrum & Hyrcanum accusat 471.30. uincitur ab Herode 474.20. rex constituitur 476.40. quam insolēs ex unica uictoria facit 480.20. dat se uinciendū Sosio 482.30. securi percutitur 482.10
- Antigonus Hyrcani fil. Samariæ obsidioni preficitur 284.50. quomodo à fratre & cur occisus 286.40. 461.40
- Antiochia Mygdonia, urbs 426.40
- Antiochia, Syriæ metropolis 544.20
- Antiocheni Demetriū eiecsum recipiunt 275.30
- Antiocheni soli cum Sidoniis & Apamensis pepercerūt Iudeis cohabitatoribus suis 533.30
- Antiochenfium odium in Iudeos 352.20
- Antiochenfium petitiones apud Titū 641.40
- Antiochus Antiochi Grypi filius uictus & occisus ab Antiocho Cyziceni filio 289.50
- Antiochus Antiochi Cyziceni filius superat Antiochum Grypi, & superatur inde ab Eucaro & Philippo fratribus ibidem
- Antiochus Aspendius ab Hyrcani filius uictus 462.40
- Antiochus Comagenæ rex 387.6. & 421.40
- Antiochus Cyzicenus cū fratre Antiocho Grypo belligatur 284.50. uincitur ab Hyrcano 285.1. occiditur à Grypi filio Seleuco 289.40
- Antiochus deus Alexandri fil. adolescens rex coronatur & amicitiam cū Ionathā init 281.40. trucidatur à Tryphonē suo tutore 282.10
- Antiochus Dionysius Antiochi Grypi fil. Damasci regno potitus quid gesserit 291.4. 292.1. eius cū Alexandro & Arabibus bellum 464.50. 465.20
- Antiochus Epiphanes Seleuci fil. & eius gesta cōtra Iudeos 258. usq; 265. 639. 677. ad Elymaida uincitur 264.50 commissaregni cura Philippo moritur 265.10. & 366. per totū. aliāq; eius gesta 690.10. 692. 678. 693. per totum
- Antiochi Epiphanis cum Ptolemaeo Sexto contentio propter Syriam, & in Iudeam irruptio seu 461.30
- Antiochus Epiphanes quomodo cepit Hierosolymam 610.40. 613.10
- Antiochus Eupator Antiochi Epiphanis fil. rex constituitur 265.10. Bethsaris. expugnat 266.7. Philippū tutorem regnum inuadentē occidit 366.40. captus à Demetrio trucidatur 266.10
- Antioch. Eupator Antiochi Epiph. fil. quomodo Iudeam afflixerit 461.50
- Antiochi Magni bellum cum Ptolemaeo Philopatore, & beneficia in Iudeos 252.10. dat filiam Ptolemaeo uxorem 254.9
- Antiochi Pharanx, loci nomen 461.10
- Antiochus Seleuci nepos Deus cognominatus 252.30
- Antioch. Soter, etiā Pius dictus frater Demetrii rex natus Tryphonē persequitur & interficit 281.50. Simonem Mattiæ in amicitiam receptū conatur subigere, sed infeliciter ibidem. oppugnat Hyrcanum Hierosolymis, & cognominatur Pius 282.283. per totum. regno & uita priuatur ab Arsace ibid.
- Seleucum Grypi uincit 289.40
- Antiochus Grypus qui, & Philometor Demetrii Nicanoris fil. Alexandrum Zebinam bello occidit, & regnam Syriæ occupat & Heracleonis insidiis occisus 289.40
- Antiochus, Agrippa & Sohemus Vespasiano in auxiliū miserūt bina milia peditū, & sagittarios equites mille 546.10
- Antipas Herodis fil. constituitur tetrarcha 374. affectat regnū ibidem. portionem paterni regni acquirit 510.30
- Antipas pro Antipatro fratre rex constituitur testamēto 503.10. tetrarcha instituitur 504.30
- Antipas pater Antipatri Idumææ prefectus ab Alexandro 294.30
- Antipas regij generis uir cōprehensus custodiæ traditur 572.20. occiditur 772
- Antipater Herodis fil. à patre uocatur domū 346.3. honoribus augetur 346.30. fratres crebris calūniis infestat ibid. 354.30. 358.10. malicia eius 363. per totum. eius in patrem insidiæ 364.50. 366. 367. capitis damnatus uincitur 368.1. occiditur 373.40. ab Herode patre pellitur ciuitate 488.20. fratrib. insidiatur 489.10. prodigit 496.30. fratrum occisorum liberis etiam male uult, & cōspirat contra patrem 496.30. ueneno cum tollere conatur 499.10. 500.6. aliis duobus fratribus calumniās struit ibidem. causam dicit 501. 502. per totum. occiditur 504.30
- Antipater Idumæus Hyrcanum in regnum restituit 466.467. per totum. aliāq; eius gesta 470. usq; 473
- Antipater accusatus, declaratur prefectus Iudææ à Iulio Cæs. & Hierosolymorū nuncios reficit, & filijs suis prefecturas attribuit 472.40
- Antipater qui prius Antipas, quomodo se suosq; euexit, & Aristobulum regno eiecerit 294.50. 295.10. Scaturum cōmeatu iuuat 298.40. 299.10. eius autoritas, uxor & liberi 301.50. qualem operam nauarit Cæsari, aliāq; eius gesta ibidem. & 302. dynasta & procurator Iudææ constituitur à Cæsare 303.20. suos liberos ad gubernacula prouehit 303.30
- Antipater Salomes fil. accusat Archelaū 376.30
- Antipater Samarita Antipatri Herodis filij procurator 367.10. ueneficiū apparatus Herodi indicat 499.20
- Antipatri ciuitas edificatur 487.10
- Antiphilus cum suo fratre uenenum apparatus in Herodis interitiū 367.10
- Antiquitatū libri xx. quod tempus complectantur, & quas historias 436.10
- Antonia Drusi maioris uxor, Germanici & Claudij mater Agrippæ dat mutua pecuniā 393.10. eius fauor in Agrippā 394.10

394.10. eius prudētia. 396. 50. 397.
10
Antonia edificij Herodiani descri. 603.
30
Antonia porticus incensa. & presidium
ex ea deturbatum 530.40
Antonia turris ab Herode condita 340.
40. 389.10. 486
Antonia fundamēta subuersa 624.30
M. Antonij decreta pro Iudeis 306. per
totum
M. Antonius, dux Ro. 299.1. in Asiam
proficiscitur, & Herodē defendit 308.
40. 475. amore Cleopatrae captus He-
rodem, & Phasaelum & terrarchas can-
stuit 319.1. ad regium fastigium eundē
promouet 313.20. ab eodē pecunias
corruptus Antigoniae medio tollit 319.
20.
M. Antonius donatur ab Herode 319.1.
homo impurus 329.19. Herodi minū
indulget 323.30. multa indecore agit
in gratiam Cleopatrae 424.1. subigit
Armeniam ibidem 50. vincitur apud
Actium a Cesare 327.40. occisus 330.
qualē opē Gabinius praestiterit 470.
10. Herodem exulē regno Iud. praefi-
cit 477.50. propter Cleopatram multa
facit indecore 483.4.
Antonius centurio a Iotspateno insidiis
interemptus 557.3
Antonius praefectus ale equitū cōtra Ro-
manos 543.30. eius gesta ibidem
Antonius Primus ē Messia contra Vitel-
liū cum legione tertia properat 591.
40. eius gesta ibidē. Vitellium inter-
ficit 586.6. in consilia cum Vitellia-
nis quatuor milia & quingentos amittit
592.10. Roman. properat ibidem.
Antonius Silo Taricheas missus cū duobus
milibus sagittariorum 563.9
Aod. iude Iodes
Apachia regni termini 659.40
Apamia obsidione liberata 473.10
Apelleus, mensis. 235.20. 259.10
Aphrica unde sic denominata 18.7
Aphri & Acthiopes quantū annuē pen-
dant Romanis 527.50
Apion Alexandrinorū legatus contra Iu-
deos 398.30
Apion grammaticus res Aegyptiacas con-
scripsit 673.7. eius portentosa mēda-
cia de Iudeis & tota uita taxata ibidē.
673.674. per totum. & eius calum-
nie & mendacia confutata 674.675.
676.577. per totum. propheta factus
fabulam tragicam de Iudeis im-
pudē-
tissime fingit 676.50. 677.678.679.
680. per totum
Apionis mors 680.20
Apobaterion locus 7.40
Apochis regni termini 659.40
Apollodoti Gazaxorum ducis praelium
cum Iamneo, & mors 289.30

Apollonius Antiochi dux, a Iuda Maccha-
beo uictus occiditur 262.20
Apollonius Datus praefectus Alexandri
filij Antiochi Epiph. 274.30. uincitur
a Ionatha 275.10
Apollonij & Tolonis mēdacia de Iudeis 676.
40. 678.40. 685.50. 686.10
Apionius senator sauciatur 418.2
Apianes Iudeis praefectus 104.30
Aquila aurca supra portam posita delici-
tur 372.2. 348.340. per totum
Aquila quare Romanorū insigne 548.20
Aquila Caligulae interfector 410.30
Ara tabernaculi, & Arula suffumigato-
ria 52.20
Arabia, confinis Iudae 295.10
Arabes quae etate infantes suos circumci-
dant 36.6
Arabes Hebraeos subigunt 101.50. ab ipsis
rursus ceduntur 102.10
Arabum praeliū cum Herode 325.50. 326.
per totum
Arabū Iudeam deuasiantū scutia 380.7
Arabum gesta in Iudaea post mortem He-
rodis 509.20
Arabes Iudeorum transfugarum misera-
patescunt, aurumq; eximunt 617.30
Aramus, Aramei 11.10
Arami liberi quibus gentibus appellatio
nec indiderunt ibidem.
Aramus ubi mortuus ibidem.
Ara sci templum 221.30
Arbela, uicus 452.20
Arbori interdicta quae nūc indita fuerit 4.
20
Arca Noē. 6.40.
Arca Noē reliquiae ubi seruantur 424.40
Arca tabernaculi forma 56.40
Arca in potestatem hostium uenit 109.
quantorum malorum his fuerit autor.
ad quos peruenit. & quomodo He-
breis reddita 109.110
Arca transfertur Hierosolymam in templū
Salomonis 169.50
Arcades de antiquitate gloriantes, post.
Athenienses literis eruditi 656
Arce, alio nomine Arctipus, ciuitas 93.5
Arce, quae nunc Petra, ciuitas 73.20
Archelaus uicus conditur 383.2
Archelaidis palmeta 385.50
Archelaus Cappadociū rex 342.40. 435.
348. Herodem ad sanam mentem redu-
cit 355.40. eius prudentia 493.494
Archelaus Herodis filius a patre regno
praefectus ipsius funus curat 374.30
populo se accomodat, & incidit in se-
ditionem 375.10. accusatur apud Au-
gustū 376.20. citharcha non rex cō-
firmatur ab Augusto ibidem. Glaphy-
ram fratris defuncti uxorem ducit 383.
20. accusatur apud Augustum & rele-
gatur Viennam Gallie ibidem. 511.30.
uenduntur eius bona 385.50. a fra-
tre false calūniatur 500.10. rex cōsti-

tuitur 504.50. in seditione incidit 505.
506.507. per totū quod nō rebellasset
quarta tributorū parte leuatus 511.30.
eius reditus quanti ibidem
Archelaus Nagdath ad Tinnū profugit 628.
10
Arcyon medicus 4
Arcibis, sexti ex fratribus Machabaei im-
mania supplicia, eiusq; cū insigni tole-
rantia sermones 698.699. per totum
Arctus Arabum rex fugientem Hyrcanum
recipit hospitē, oppugnationē Aristo-
buli cogitur intermittere 294.295.
per totū. cū Scauro factus init 298.40
Arctus qui antea Aeneas cōstituitur Ar-
bum rex 357.20. confirmatio 360.20
Arctus Caesariē regnū adipiscitur 291.
20. 465.30. cū Herode bellatur 390.
391. per totum. & Iudae inferi bellum
465.30. a Scauro multatur cō-
tē-
lentis 469.9
Arctus Petrus Roma auxiliatur 379.54
Argolice historie scriptores discrepantes
616.40
Ariphanes Graecus historicus Iudeorū
mentionem facit 666.40
Arietis instrumenti bellici descriptio 552.10
Ariochus Nabuchodonosori satellitū pra-
efectus 221.40
Ariō, puerator Iosephi Tobiae fil. 246.30
Aristeus Iudeorum negotia agit apud
Ptolemeum Philadelphum 247.20.
248. per totum
Aristocratiā esse optimā administ.
Aristoteles apud Clearchum uerba de Iu-
daeis 664.50
Arius centurio cōfessus 379.30. & 509.3
Aristobuli odium erga fratrem Agrippam
392.10
Aristobulus Agrippae frater, Iudeorum
causam agit apud Petronium 399. per
totum
Aristobulus Aristobuli fil. adolescens pale-
sterrimus ibidem. ab Herode constitui-
tur pontifex, & occiditur ab eodē
322.10
Aristobulus Alexandri Iamnei fil. genero-
sus 291.20. quomodo adfectus sit re-
gnum 293. per totum. obsessus ab Arc-
ta liberatur per Scaurum 295.40. qua-
le donum Pompeio miserit, & cōtro-
uersiam cum fratre apud eundem disce-
ptauerit 296.10. quomodo a Pompeio
tractatus 297.7. uinctus abducitur Ro-
mam 298.30. uinculis elapsus iterum
capitur & mittitur Romam 299.30.
ueneno sublatus est 301.10
Aristobulus Herodis fil. reuersus Roma du-
cit uxorem 342.40. conicitur in care-
cerē falsis calumniis oppressus 358.10.
accusatus a patre Beryti dānatur 360.
30. strangulatur 461.8
Aristob. filij Herodis, liberi qui 496.30.
519.10
Aristob.

I N D E X

- Aristobulo Herodis filio Armenia minor à Nerone data 519
Aristobulus Herodis frater, priuatus mortuus filia unica relicta 118.10
Aristobulus Herodis dynastæ Chalcidæ f. domitiis multis donatur à Ner. 308.5
Aristobulus Hyrcani f. obsidioni Samariæ præficitur 285.7. quomodo imperarit et seuerit in matrē ac fratres 285.40. fratris cæde pollutus meretur philælen di. sus 286.20. primus diadema regium usque paui. et quomodo se gesserit in matrem et fratres 286.20. mors eius 462.40
Aristobuli et Hyrcani furor et contritio. 610.10
Aristobulus rex. Chalcidis contra Antiochum 646.10
Armenia regio 11.20
Arnon fluuius 73.30.74.10
Arphas uicus 545.30
Arphaxades Arphaxadei 11.10
Artabamus Vonone uicso Parthorū regnū assequitur 386.50
Artabamus à Vitellio uicfus 389.10. reciperato imperio fœderatur Neroni ibi.
Artabanū cum Asineo et Anileo reconciliatio et amicitia 402.10
Artabamus regno pulsus restituitur per Izatem. 426.30. et 427.4
Artabazes rex Parthorum donatus Cleopatris 483.10
Artabazes Tigranis filius captus 324.50
Artaxerxes regnum paternum accipiens quale conuiuiū instruxerit 237.20. ac cuscit uxorem et diuerit ab ea ibidem. ducit aliam nomine Estheram 238.3.
Artaxerxes summo habet honore 238.40 eundem cruci suffigit 241.30. Iudeos periclitantes liberat ibidem
Artaxias Tigranis filius regno nō diu potius pellitur 324.50
Artemisius mensis 167.20
Artorius quemadmodum ex incendio per Lucium comilitonē seruatus sit 626.20
Arucius Arcem condidit 11.2
Arudeus, Aradus insula ibidem
Aruntius præco retundit Germanorū militum impetum 412.9
Arius uicus 380.5
Aruum loci nomen 127.6
Asamonæorum gens Iudeorū recipi. statū mutauit 231.30
Asamonis montis Galilee situs 535.10
Asanus Abies filius regnum paternū accipit 182.20. eius pietas, et bellum cum Zaræo Aethiopum rege ac uictoria ibidem. mors 183.40
Ascalon. capitur 95.40
Ascalon Iudeis semper inuisa 543.30. eius situs ibidem 544.10
Ascalonite quingentos et duo milia Iudeorum quod se habitantium interfecerunt 533.30
Ascalonitis quantum incommodi arca attulerit 110.10
Aschaneus eunuchus præpositus Hebræorū nobilium cura obsequitur Danieli 221.10
Aschanaxes Aschanaxi 10.10
Aser natiuitas 22. filij 36
Asertarum fors in Chanaan ea 91.3
Asia quingentas ciuitates uni rectori, et consuli Romano parere 526.50
Asineus et Aquileus Neerdeses grassatores quomodo cum Artabano amicitiam inueniunt 402.20.403.404.405. per totum
Asiongaber, loci nomen 174.20
Asorius ciuitas 99.50
Asosra, buccina 69.40
Aspersorium tabernaculi 55.30
Asphaltites lacus 13.20.504.
Asphaltites lacus repletus cadaver. 383.40
Asphaltites lacus Tiberiensis. natura contrarius 534. 20. eius descriptio. ibidem
Asphar lacus 270.10
Asprenatis prodigiū et interitus 409.30
Assamonæi principatus quando desierit 319.7
Assamonæo rū familie quādo et quādiu principatus Iudeorū concess. 435.10
Assaracodas Senacheribi filius patri succedit in regnum 211.30
Assaron quantum contineat 57.10
Assis regni. termini 659.40
Assuras, Assyrij 11.10
Assyriorum imperium quando dissolutum fuerit 211.20
Astabbari populus 10.30
Astapus fluuius 41.40
Astartes templum 135.30
Astartis rex Tyriorum, eiusque successores enumerati 661.40
Astoboria fluuius 41.40
Astronomie qui primi inuectores 610
Athenienses quando et quemadmodum Romanis subiecti 526.20
Atheniensibus nulla cura fuit historie cōscribende 656.40
Athenienses religiosissimi crediti 679.40 scriptis legibus utebantur 680.10
Athenio. legatus Ptolemæi Euergetis ad Iudeos 255.5
Athenio dux Cleopatæ. Herodem repellit iam uictorem 483.30.610
Athrongeus uel Athronges pastor regnū affectat 379.20.508.40
Auaris urbs Aegyptia 659.30.660.661. per totum
Augusti Cesaris in Iudeos beneficia 350.20. in Herodem odium et Arctam 357.6. reditus cum utroque in gratiam 360.10. confirmat testamentum Herodis 381. 30. in Italiam proficiscitur 475.10
Augusti mors, et quāt annis imperarit 585.50
Aule regie descriptio elegans 660.10
Aulica deliciae quæ 154.20
Aurea terra, regio 174.50.175.1
Azael ab Adado cum muneribus mittitur ad Eliseū, unde se regem futurū cognoscit 197.1. contra Israelitas belligeratur et Hierosolimitanos, à quo pacē redimit Iosiah rex 201.40.202.4. moritur 203.6. et 7
Azarias propheta iustitatur Asaniag mini 182.50. et 183.1
Azarius compellatur Abdernago 221.10
Azizus Emisensorū rex Agrippæ iunioris sororem duxit 430.10
Azotum. pestis propter arcam deicentam inuadit 110.10
Azotum captum et concrematū 275.10
Azymorum festiuitas restauratur 208.1
Azymorum festiuitatis institutio 45.63.7

B

Baars. loci, et herbe descriptio 644.20.1
Babe liberi occiduntur ab Herode 333.4
Babel quid significet 9.20
Babylon locus cur sit dictus ibidem
Babylonis extructio 45.30
Babylon in Cyri potestatem uenit 224.50
Babylonica captiuitas quando et quomodo accidit 215. 216. 217.218. 219. per totum
Babylonica turris institutio 8.40. et quanta fuerit 9.20
Babylonij Iudeos persequuntur. 404.30
Babyloniorum antiquissima rerum memorabilium traditio 657.10
Bacca uicus 544.50
Bacchides dux Demetrii contra Iudā Machabeū mittitur frustra 266.40. mittitur iterū ac cum Iuda confligens uincit 268.40.269.1. adigitur ad pacem cum Ionatha inuendū 271.10
Bacchidis scintilla in Iudeos, et eius interitus 461.3
Bactriani populus 11.20
Badus qualis mensura 167.6
Bæonis regni termini 659.40
Bagoas eunuchus 365.30
Bagoas copiarū Artaxerxis imperator quomodo Iudeos ob homicidiū in templo factum tractarit 241.10
Bagothous et Theodestes eunuchi coniurauit in necem Artaxerxis, et pleectuntur 238.239. per totum
Bathales Ammanitarum rex 219.50
Baie, oppidulum Campaniæ, ubi et calide 397.50
Bal quis deus fuerit 201.10. sacerdotes eius uniuersi sublati ibidē. ædes ipsius à fundamentis diruitur 201.20
Balachus Moabitarum rex Balamum ad Israelitas execrandum mittit 74.40. 75. per totum

75. per totum
 Baladas Babyloniorū rex amicitiam cum
 Ezechia inire cupit 212.8
 Ba'anius uates contra Dei mandatū pro-
 fecus ab asina compellatur 75.3. bene
 precatur his quos execrari uolebat 75.
 per totum. malum consilium dat Ma-
 dianis 76.8
 Balsamus ubi nascatur 174.40
 Balsamum ubi proueniat 324.30
 Balibasar Naboadel dictus arripit re-
 gnum Babylonicum 223.50. ipse cum
 suo regno in Cypri Persarum regis po-
 testatem uenit 224.50. occidit Ado-
 niam 163.40
 Banaias satellitibus preponitur 155.50.
 unus tertium Davidis 156.10
 Banaias Salomonis copiis prefigitur
 164.9
 Banathas et Thānus occisores laboshti
 supplicio afficiuntur 139.30
 Barackas autor Israelitis ut captiuos Iu-
 deos et Bēiamitas dimittant 207.1
 Baracus Hebræos in libertatem uindicat
 99.50
 Barasa expugnata concremata 263.50
 Baruelus Neri fil. Hieremie propheta
 scriba 215. 40. liberatur à carcere
 219.30
 Baris Castellum, postea Antonia 466.20
 Barismons 7.50
 Barzaphanes Parthorum satrapa Syriā
 obtinet 310.25. 475.20
 Basanes Hieroboami totam familiā sustulit
 182. regnum occupat 183.10
 Basane impietas à Gimone propheta gra-
 uiter carpitur, sed frustra, regnumq;
 ab hostibus infestatum tueri non ualens
 moritur, Elano filio successore relicto
 183.10
 Bassus addit se Cassio 473.8
 Batanæ, Trachonis et Auranitidis, par-
 tiōnq; quarundā domus Zenonis centū
 talenta reditus erant 510.40
 Bathuel Nachoris filius 11.53
 Batihyllus Antipatri libertus uenenum he-
 ro adfert 500.7
 Batibij dictum 409.40
 Beelsephon ciuitas 45.30
 Begabri Idumæe uicus 584.9
 Beleastartus rex Tyrriorum Hiram pater
 tri successit 661.40
 Bellileges 83.40. 86.10
 Beniaminis natiuitas et nominis ratio
 24.30. filij decem 36.30
 Beniamitarū fors in Chananea 92.40
 Beniamita post Iesu ductis mortem quieti
 et agriculturæ student 95.10
 Beniamitarū fortitudo et peritia militaris
 97.10. cades omnium usque ad sex-
 centos uiros ibid. quomodo ea tribus re-
 stituta 97.3
 Bernice, locus 174.10
 Bernice Agrippæ filia 391.30. 418.30

Bernice Costobari filia 391.32
 Bernice Polemoni nubit 430.30
 Bernice Salomes filia datur nuptum Ari-
 stobulo Herodis filio 342.40. fit ex-
 osa Glaphyræ 352.1. datur alij marito
 496.30.
 Bernices supplicatio ante tribunal Flori,
 et eius uite pericula 523.40
 Bernice et Iudei ad Cestium de Flori ge-
 stis reuoluerunt 524.50
 Berotha ciuitas 91.40
 Berosus Chaldeus de astronomia et Chal-
 deorum philosophia Græcè scripsit
 662.10. et 653.5. eius historie uer-
 ba et compendium de Iudeis ibidem.
 Græcos scriptores taxauit ibidem
 Bersa' e, ciuitas 186.10. 201.30
 Bersabe patrus 15.50
 Bersabe reperies in duobus locis
 Berytus domicilium Romanorū 359.40
 Berytus Phanices, colonia Romanorum
 638.50
 Berytus qu. modo ab Agrippa exornata
 421.20
 Berzelæus quātis beneficiis iuuerit Dau-
 id regno pulsus 151.30. quā gratiam
 ei obtulerit rex 154.20.
 Bersara oppidum 442.50
 Besel architectus 55.10. et 60.20
 Beasemmathe uxor Esau 20.20
 Bethalaga uicus 270.50
 Bethel quid significet 20.50
 Bethenabem uicus 583.5
 Bethleem toparchia 584.6
 Bethmaus uicus 440.10
 Bethora locus 91.40
 Bethsabs forma Dauidem ad adulterium
 pellicit 145.7
 Bethsama uicus 111.8
 Bethsamitarum prophani lxx. arcā cōtin-
 gentes moriuntur 111.10
 Bethsana, quæ Scythopolis 264.20
 Bethsana, ciuitas 92.50
 Bethsuritarum deditio 266.7
 Bettea capta et pradata 143.10
 Bezedel uicus cum turri inexpugnabili
 544.17
 Bezethæ collis descriptio 604.10
 Biblia quot annorum historiam comple-
 rantur 2.3
 Bithynos, Cappadoces, Pamphylios, Ly-
 dos et Cilices Romanis tributa pen-
 dere 527.3
 Boræus Agrippæ legatus à Iudeis uulne-
 ratus effugit 536.10
 Borcos uicus 545.20
 Bouis cornu petæ noxa quomodo uindi-
 canda 85.3
 Boz columna uestibuli templi 168.30
 Boz quomodo Ruthem acceperit uxo-
 rem 107.40. 108.20
 Britānicus Cl. Cæsaris filius 430.40
 Britān. Claudij ex Messalina f. Neroni pri-
 uigno in imperio posthabitus 519.40

Britanni quomodo et quando Romanis
 subiugati 526.40. et 527.3
 Eroccus trib. plebis 416.20
 Buccinarum excogitatio et usus 65.30
 Burrus prefectus prætorianorū militum
 430.50

C

Abrothaba locus 66.20
 Cadmus Milesius quo tempore histo-
 riā cōscribere incepit 656.10.
 Caduceatores sacros esse et inuolabiles
 326.40
 Cæcilius Bassus occiso Sexto Cæsare pro-
 uinciam occupat 306.40
 Cæcilius Bassus Sex. Cæsare interfecit et
 copias eius occupat 473.4
 Cæcinnia ab Antonio Primo rerū gestarū.
 nūcius ad Vespasianū mittitur 591.40
 Cæcinnia de prodicione cogitat, et cū mi-
 lite ad Antonium transfugit ibidem
 Cadesa ciuitas 91.50
 Cænopolis et ferū quod uocatur materia
 rium à cælio incensum 136.20
 Cephaliō fr. Antip. cædi in prælio 296.6
 Caron regio amoni fr. ex 424.10
 Cæsar Iudeorum et Archelai conuentum
 diremūt 510.30. Archelao et thearchiā
 seu mediam regni partem dedit ibid.
 eius promissio Archelao facta ibid. re-
 liquam regni dimidiam partem in duas
 tetrarchias diuisit ibidem
 Cæsar quæ Salome largitus sit 510.40
 Cæsar quas ciuitates Iudeorū regno auul-
 sas Syriæ adiecerit ibidem
 Cæsaris liberalitas in duas filias Herodis
 uirgines ibidem
 Cæsar falsum Alexandrū deprehendit ibid.
 eum remugum numero inscribit 511.3
 Cæsares uocatos imperatores Rom. 173.
 40
 Casarea conditur 486.10. et 487.10
 Casarea Philippi dicitur Neronis 433.40
 Casarea Iudæe maxima ciuitas 560.2
 Cæsaris templū 487.6
 Cæsariensium conuulsiō in mortuum
 Agrippam 422.30
 Cæsarienses contra Iudeos apud Neronē
 uictores 522.1
 Cæsarienses omnes Iudeos apud se habi-
 tantes trucidant 522.10
 Cæsennius Gallus duodecimæ legionis du-
 ctor à Cestio in Galileā missus 535.20.
 duo milia Galileorum cædit ibidem
 Cæsennius Pætus rector Syriæ 639.40
 Cæsennius Pætus Antiochum regē Coma-
 genes apud Vespasianū defectionis ac-
 cusat 646.6. bellū mouet cōtra eū ibi.
 unctum Roman è Cilicia mittit ibid.
 Cæsoniæ iugulata cum filia magnanimitas
 422.20
 Caiaphas constituitur pontifex 386.9
 Cain quid significet, sacrificat, iugulat fra-
 trem, totus malus, multa inuenit 52.
 eius posterū 6.6

- Caius Agrippæ et Iulie fil. Augusti adoptivus 376.30
- Caius Cesar Agrippam uinculis soluit, et tetrarchia Philippi tradita, regem appellavit 515.40. ei etiam Herodis tetrarchiam addidit ibidem. 50
- Caij uxor et filia occise 414.10. eius ingenium et mores 414.40. 415.1
- Caius Cesar Deum se uocari uoluit 516.3. Petronium ob statuas in templo locandas Hierosolymam misit ibidem
- Caij literæ ad Petronium 517.10
- Caius per dolum interemptus, quanto tempore imperauerit ibidem
- Calceus explorator Chananæ 67.2
- Calide ad Baias 397.50
- Calide ad Emmauentem 386.10
- Calide apud Callirrhœn 373.5
- Caligo tabernaculi qualis fuerit 60.30
- C. Caligula constituitur Cesar 391
- C. Caligula Germanici fil. 395.30. designatur Cesar à Tiberio 396.20. occiso Tiberio fratre opprimitur et ipse ibidem. Herodem cum coniuge mittit in exilium 398.10. quali fuerit ingenio 400.40. 401. Iudeis bellum illaturus reuocatur à Petronio et Agrippa 400.40. 401.1. moritur ibidem. eius in omnes seuitia, et diuini honoris uendicatio, infantiq; tunc coniuratio in ipsum, et eius interitus 405.30. usq; 410.411.
- Callimander ab Hircano uictus interiit 285.8
- Callistus Caligule libertus 408.30
- Calumniarum quanta uis 463.40
- Cambyfes Cyri filius patri in regno succedit, et Iudeos à templi et urbis edificatione prohibet, moritur 228.40
- Campus regius, loci nomen 13.40
- Cana, loci nomen 325.20
- Cana uicus Galilæe 481.20
- Cana seu Canatha 483.30
- Canathenses ibidem
- Candelabrum tabernaculi 57.10
- Capernaum fons, Nili uena esse creditus 565.20
- Capharsaba, campi nomen 349.20
- Caphartophan Idumæe uicus 584.10
- Capito ceterio à Floro premissus ad Hierosolymitanos 522.50
- Capitolij templum à militibus directis donariis incenditur 592.20
- Cappadoces populus 10.6
- Carmeli montis situs 54.4.40
- Carre, Mesopotamiæ ciuitas 11.40
- Carthaginensium originis et sui descriptio 527.40
- Carus, deliciae Herodis 365.30
- Casander occupat Macedoniam mortuo Alexandro 246.10
- Caspie porte 389.30
- Cassius Cherea 406.407. 408.410. per totum. occiditur 418.10
- Cassius que gesserit in Iudea 301.10. 307. per totum. 473.16. 474. per totum. affligit Iudeos 107.10.
- Cassius Longinus Syriæ præfès 340.40
- Cassius Iulio Cass. interfecto Syriam petit et quid gesserit 307.308. 472.474. per totum. occis. 474. ibidem
- Castor rerum Iudaicarum scriptor 677.10
- Castoris Iudei uersutia et dolus erga Titum 607.20
- Castra Iudeorum; locus 301.50
- Catullus. Libyæ Pentapolitanæ rector faciaris calumniandi doctor erat 654.30. tria milia Iudeorum trucidauit ibi. eius cruciatus et mors horrenda ibidem
- Cedasa urbs 278.1
- Celadus Augusti libertus 382.20. que Cesaris nomine cum falso Alexandro egerit 511.10
- Celer accusatus Romæ causam dicit, et plebitur 429.30. et 430.3
- Celer tribunus uinctus à Claudio Iudeis ad supplicium Hierosol. mittitur 519.40
- Cedebæus præfès uincitur à Sim. 282.10
- Cenizus Hebr. in libertatem restituit 98.40
- Cestius Gallus Syriæ præfès inuadit Galileam 447.30. et 453.50
- Cest. Festus à Claudio in Iudea procurator premissus 518.10. eius malitia 521.40
- Cestius Saulum cum ceteris legatum ad Neonem in Achaia mittit 537.50
- Chabelo terra cur sic dicta 172.40.
- Chabolo uicus 447.30. 448.10
- Cherea Caij uxorem et filiam interficiendâ curat 414.10
- Chalamas Syrorum transcuphratensium rex 144.40
- Chalebo donatur pars agri Hebronis 95.30
- Chaldaei, populus 11.10
- Chaldeorum consensus cum sacris literis 838
- Chamis patris irrisor. 11.9
- Chananæus, Chanaan 10.40
- Chananæorum terræ præstantia 66.30
- Charetis mors apud Gamalam 568.20
- Chariathiaris ciuitas 111.20
- Chasleus mensis 259.10. 263.10
- Hebronis ciuitatis antiquitas 587.20
- Chelcias Onie fil. copiis Cleopatæ præficitur 285.20. moritur 289.1
- Cherubeis quid fuit 56.50
- Cherubinorum descriptio 168.10
- Chetim quid Hebræis significet 10.10
- Chetimus, et Chetima insula ibidem
- Chetomene qualis uestitus 57.40
- Cheton quid significet ibidem
- Chettæi populus 11.3
- Chiramus operarius insignis 168.20
- Christus et Christiani 387.30
- Chusarthes Assyriorum rex Hebræos sibi subicit 98.40
- Chusus, Chusæi 10.40
- Chusis amicus Davidis constantissimus quomodo se gesserit apud Absalomum 149.30
- Cilla ciuitas 128.20
- Cillanos à Palestinis bello uexatos Dauid iuuat ibidem
- Cinthere idem quod talentum 57.20
- Cinnyra, instrumentum musicum 156.40
- Cinyra fabula 409.50
- Circenses ludi 406.30
- Circuncisionis prima institutio 4.30
- Cisus Saulis pater 113.20
- Citharæ quis inuentor 5.30
- Ciuatē quis primus instituerit 5.6
- Claudius à militib. constituitur; Cef. 412.50
- Claudius Agrippam ad senatum legatum mittit 517.30
- Cl. Romæ contra Samaritanos pronuncians tres eorum nobilissimos interfici iussit 519.30
- Claudius quandiu imperium administrauerit ibidem. Agrippine uxoris Nerone priuigium in imperium cooptauerat ibid.
- Clearchus peripateticus Aristotelem præceptorem suum de Iudeis narrantem inducit 664.30
- Clemens præfès. urbanarum cohortium 407.20
- Cleopatra Antiochi filia nubit Ptolemæo Philopatori 254.9
- Cleopatra Flori uxor 435.50
- Cleopatra Ptolemæi Epiphanis filia datur nuptum Antiocho 354.10
- Cleopatra Ptolemæi Philometoris filia ducitur uxor ab Alexandro Antiochi, qui et Demetrius dictus 274.10
- Cleopatra M. Antonium in sui amorem pertrahit 310.3. et 474.50. Mariam nem cum filio ad se uocat, et Antonium contra Herodem incitat 321. usq; 402.483.649.20. contra omnes omnium opibus inhians 324.325. per totum. Herodem ad stuprum sollicitat 324.30. occiditur 33.40. et 485.30
- Clitus Tiberiensis altera manu mulcatur 445.30. et 542.20.
- Cluuius 409.40
- Colossus Cesaris 487.7
- Comagenensium ciuilis contentio 387.5
- Commecatus centum annorum qua de causa in Massada incorruptus manserit 648.50
- Conon Græcus Iudeorum mentionē facit 666.40
- Conuallis laudat. onis 192.20
- Conuentus ciuium que utilitas 80.40
- Coponius Iudeis præficitur 384.10. et 385.1
- Coponius procurator constitutus, Archelai finibus in prouinciâ reductis 512.6
- Corban iuramenti explicatio 664.14
- Corban, quomodo se liberent 72.49
- Coræ, loci nomen 467.20
- Cores seditionem contra Moysen et Aaronem

Aaronem excitat 71.40. dat eius poenas ibidem
 Cornelius Faustus Sille filius qualem se præsiterit in expugnatione templi 298.7
 Cornelius Sabinus sibiipsi mortem infert 407.40. 410.30. 417.40. 418.20
 Corona triplex pontificis 58.40
 Corraei, locus 112.10
 Corus mensura qualis 67.47.335.40
 Costobarus Idumæ Gazæ præfectus ab Herode, lucro intentus, repudiatur ab uxore 332.30. eius uiolentia 434.3
 Costobarus et Saulus fratres unâ cū Philippo ad Cestium transfugiunt 537.50
 Coturnices ubi copiose inueniantur 49.40
 Cotys Armeniæ rex 421.50
 Crassius in Parthos proficiscens Hierosolymitanum templi spoliat periurus 300.10. cū omnibus suis copiis perit 301.1
 Crassius in Syriæ prouinciâ Gabinio succedens quid gesserit 470.20
 Cretenses moribus, non uerbis erudiebantur 680.9
 Ctesiphon, urbs 405.10
 Cumanus Iudææ præfex constituitur 428.30.518.20. et quid sub eo Iudæis acciderit ibidem. et 429.10. accusatur à Iudæis ibid. exulat 430.10.519.40
 Cuspius Fadus Iudæorū regno præficitur 422.52.423.30. seditiosos punit 423.34.428.10
 Cydoessa Tyrriorum uicus 569.50
 Cyprus insula 10.10
 Cyprus præsidij locus in sinibus Hierichuntis 533.50
 Cypros Herodis filia 391.24. alia Phasæli filia ibidem, 26
 Cypron, castellum 349.20. et 487.20
 Cyprus Antipatri uxor 470.20
 Cyrenæi, Marmaridæ et terribiles Syretes quemadmodum Romanis subditi 527.40
 Cyrus Persarum rex Babylonem et regem eius capit 224.50
 Cyrus Iudæis Hierosolyma repetere permittit, templumq; restituere, ac uasa templi eis reddit, multaq; præstat beneficia 127.10. 232.40. 610.30. perit 228.20
Dabaritene uxorem Ptolomei regij procuratoris inuadunt 443.20
 Dacchari herbe descriptio 58.30
 Dagon, arx 282.20
 Dagon precipitatus 110.10
 Dagonis templum exustum 275.20
 Dalale meretrix Sampsonis 106.30
 Dalmatas bellicosissimos sub una tantum legione Romanorum quietem agere 527.10
 Damascus à quo condita 11.20
 Damascus imperio Davidis subicitur 143.1

Damascus à Metello et Lollio capta est 295.40
 Damascenorum in Iudæos seueritas 438.20.538.2. et 651.10
 Dana oppidum 98.30.178.10
 Danaus Argiuorum antiquiss. 661.1
 Daniel uocatur Balthasar, et cupit diuini uiuere propter ualitudinē et studiā 221.10. in somnia diuina uidet 221.50. regi somnia interpretatur 222.10. 273.1. Balthasaris uisionem in pariete explicat 214.10. abducitur à Dario in Mediā et constituitur summus satrapa 225.2. insidias patitur, sed insidiatores eius luunt poenam 225.226. per totum. apud Ecbatana turrim edificat ibid. quam carus Deo fuerit, et quantum ceteros prophetas superaucrit 226.227. per totum
 Danielis prophetia 263.10
 Danitarum fors 93.7
 Danitæ à Chananeis sedes mutare coacti 98.20
 Danus, fons Iordanis 13.30
 Danus nascitur 22.10. filij eius 36.4
 Darabitta uicus 451.30
 Darius Artabani filius Neroni obses missus 389.50
 Darius Astyagis filius imperium Babyloniorum uastat, et Danielem abductum constituit satrapā, quem inuitus postea leonibus obicit 225.50. hostes Danielis iisdem obicit, et deum eis prædicat ibidem
 Darius equitum præfectus sub Agrippa 530.10
 Darius Hystaspis filius rex Persarū creatur, questionem proponit quænam omnium rerum fortissima aut potentissima 229.50. et pagina seq. cōmonitus uero à Zerobabele Iudæos libertati instituit, et immunitati, urbemq; et templum restituere promittit et iuuat 230.234. per totum. mortuus successorem filium Xerxem relinquit ibidem
 Dathamo cum uniuersa sua familia terra dehiscit 71.30
 Dauid filius Iessei 108.20
 Dauid qualis, et quomodo rex à Samuele unctus propheta, et Saulo furioso hymnos occinit ad citharam 121.10. eius magnanimitas 121.20. uictoria de Goliatho 122.40. amatur à Sauli filia, et sexcenta hostium capita Saulo adfert et filiam eius uxorem ducit 123.40. socrum fugit 123.124.125. per totum. spiculo ab eo petitur 125.30. accepto Goliathi gladio fugit in Gittā, et insanum se fingit 126.30. fugit inde aliō atque aliō ibidem. Cilanis auxiliatur ac iterū Saulum effugit 129.130. et 131. per totum. cum Saulū occidere potuisset noluit ibid. reconciliatur Saulo 129.31. Nabali de-

functi uxorem ducit 131.50. Amalecitas prædatur ibid. 53. iungit se Ancho contra Hebræos 132.1. abducuntur ei ambæ uxores capte 134.10. Palestinos cedit et uxores recuperat 134.20. Sauli interfectorem supplicio afficit, et epitaphia ipsi ac Ionathæ conscribit 135.10. rex unius tribus declaratur, et cum Abnero pugnat 136. et 137.3. eius filij 137.10. Abnero sedere iungitur et amicitia 137.40. interfectum luget 138.30. regnum in uniuersum ei confertur 139.20. domorum suorum occisores punit 139.30. quantæ copię ad eum in Hebronem conuenerint 139.50. Iebuseos illudētes capit 139.10. amicitiam cum Irāmō parat, et Hierosolyma ciuitatem Dauidis appellat ibidem. Palestinos superat, et arcam Hierosolymā transfert 141.142. per totum. Palestinos frangit et Moabitas Adrazarūque Sophenorū regem 143.10. Theronem in amicitiam recipit Idumæam subigit, et officia distribuit ibidem. Ionathæ posteros beneficiis afficit ibidem legati eius iniuria à Naase afficiuntur, Syri, Mesopotamites, Ammanites debellantur 144.10. Bethsaben adulteram facit et ducit uxore, Vriāque interficiendum curat 145.146. per totum. Ammanitas excindit 147.3. à filiis molestatur 148.149. per totum. Absalomum filium regem saluatum fugit 40. per totum. patienter audit conuiciantem Semeim 49.50. fugiens benigniter excipitur ab optimatibus regionis trans Iordanem 151.30. prior filium aggreditur ibidem. occisum luget 153.3. ignoscit hostibus, et recipit regnum, saluatur rex 153.154. per totum. decem tribus ab eo deficiunt auctore Sabao 154.40. Palestinos ultimo fundit, hymnos ac musicam instituit 156.40. fortissimi uiri ipsius qui 156.50. populum recensendo deum offendit 157.40. è tribus malis instigendis pestem eligit, et Oronmæ arcā emittit 158.159. templi extruendi locus ei indicatur, ad quod opifices et materiam comparat, filiumq; instruit Salomonem quomodo se debeat gerere natus imperium 159.10. et 50. aliosus calefacit se Abijaces accubitu 159.20. Solomonem confirmat regē, officiāq; distribuit et tribus, tum templi uasorūq; descriptionem tradit 160.161. per totum. Dauidis principium alacritas in contribuendo ad templi fabricā 161.30. quid sub mortem Solomoni cōmiserit 162.1. expirat ac sepelitur, maximūq; cum eo thesaurus ibidem. Dauidici generis regū finis, et quot eorum fuerint 118.30

I N D E X

- Debora prophetis 10.4
Decimæ date 14.20.50.7
Decius Mundus quantū insanierit in Paulinam 387.40
Delatorib. quid præmij fuerit apud C. Cæligulam 411.30
Demetrius Alexandrinus 281.40
Demetrius Demetrii filius amicitiam cum Ionatha init 275.40 Alexandrū uincit 276.40
Demetrius Eucerus Antiochi Grypi filius rex apud Damascum constituitur, & Alexandrū Iannæum superat 290.20. contra fratrem pugnans captiuus ducitur ad Parthos ibidem.1
Alexandrum prælio superat 465.7
Demetrius Gadarensis libertus Pompeij 298.20
Demetrius Nicanor rex 276.9. clementer agit cum Ionatha Iudeisq; 277.20. uincitur à Tryphone 278.10. capitur à Parthis 279.30. dimittitur, & in regnum restituitur ab Arsace 283.40. uincitur, capitur & occiditur 284.20
Demetrius Phalereus quomodo bibliothecam Ptolemæo Philadelpho comparauerit 300. 5. legem Iudeorum transcribendam curauerit 351. 20.
Demetrio Phalereo in historia Iudeorum uenia concedenda, quod Hebraice nesciuerit 666.50
Demetrius Seleuci filius regnum Syriæ occupat, Antiochumque & Lysiam occidit 266.50. Iudam occidit in prælio 269.10. Ionathæ amicitiam amittit 271.10. occiditur ibidem.
Dei castra, locus 23.30
Deus Galilæorum clades Romanis donabat 554.10
Deus Iudeis omnem uiam salutis ad interitum uerterat 617.50
Dei decretum contra omne Iudeorum genus 651.20
Dei definitio apud Moysen 681.10
Dextra porrecta quid apud barbaros significet 402.40
Diagoras Melius in mortis periculo uersatus propter Athenienses 685.9
Dido soror Pygmalionis regis Tyrriorum in Africa Carthaginē edificauit 662.4.
Diebus singulis quid Deus cōdiderit 3.20
Diglath, quid significet 4.10
Diluuij uniuersalis descriptio 6.7
Dina Iacobi filia 24.10. stupratur, quæ propter Sicimitæ uniuersi trucidantur 24.30
Diodotus Tryphon Apamenus, uide Try.
Diogenes Alexandri amicis. à Phariseis interficitur 466.8
Dionysius Tripolitanus securi percussus 296.20
Diophanius notarius sceleratus 338.30
Discipline militaris exemplum pulcherrimum 538.539. per totum
Disciplinas à Chaldeis ad Aegyptios, ab his ad Græcos esse deductas 13.6
Disimilium communionem etiam natura horrere 82.10
Dius in historia Phœnicum integerrimus 661.20
Dius mensis 7.3
Doecus mularum nutritor 126.30 occidit Abimelechum pontif. 127.30
Dolefus nobilitate potens à Gadarensibus interficitur 582.40
P. Dolabella decreta pro Iudeis 306.30
Domitianus cum multis Romanorum saluus euadit 592.20. à Mutiano proditus populo rector insinuat ibidem.
Domitiano Germani subiiciuntur & Galili 641.3
Domitianus in triumpho Vespasiani & Titi eis adequitabat 643.20
Domitius Aenobarbus 430.40
Domitius Aenobarbi filius ibidem
Domitius Nero consalutatur Imperator 430.40 fratrem, matrem, uxorem, uirōsq; illustri. trucidat ibid. Cæsarea excludit Iudeos 431.30
Domitij Neronis uxor à marito occiditur 431.1
Domitij Sabini fortitudo 608.10
Dora Phœnices urbs 438.30
Doræ ciuitatis situs 679.1
Doras Hierosolymitanus pontificem perimit 431.30
Doris mater Antipatri Herodis filij accusatur ueneficij, & quomodo se gesserit 367. 8. 474. 40. 499. 20
Doritarum in Iudeos insolentia 419. 50
Dorotheus lxx. interpretib. additur 251.40
Dositheus Hyrcanum & Alexandrā Herodi prodit 328.20
Draconis leges de suppliciis antiquissi. 656.40
Druma Gedeonis concubina 102.20
Drusilla Agrippæ filia 391.30
Drusum turris 486.50
Drusus Agippæ filius 391.30
Drusus Neronis filius 392. 10. 395. 30
Drusus turris 337.4
Drymos, loci nomen 475
Dystrus mensis 87.40. 233.10. 242.20

E

Ebutius decadarchus sub Vespasiano 549. Gamale occisus 567.5
Ecdippon locus 476.1
Edom, uide Adomus
Edraus dux militum Ionathæ 189.30
Eglon Moabitarum rex qui Hebræos subiugarat, ab Iode interficitur 99.10
Ela capta & habitatores eius extincti à Syriæ rege 206.30
Elanus Basanæ filius altero regni anno occiditur, unā omnis eius soboles tollitur per Zamarem 183.40
Elcana Iudæ copiarū dux occisus 206.40
Elcias Magnus, legatus Iud. 399.20
Eleazarus pontifex 1.40
Eleazarus Moysis filius 43.10
Eleazarus Aaronis filius 71.50. 72.1. fit pontif. 73.29
Eleazarus pont. moritur 95.8
Eleazarus Dodcæ filius unus fortiss. Davidis 156.50
Eleazar. quidam arreptitiorum medicus 166.20
Eleazarus Auranæ Matthiæ filius 260.20. fortiter ab elephanto confosso opprimitur 265.50
Eleazarus phariseus homo seditiosus conuertiatur Hyrcano 285.40
Eleazarus quomodo pontificatū adeptus 248.30
Eleazarus thesauri templi custos quomodo pactus cum Crasso 300.20
Eleazarus Anani fil. pontifex cōstituitur unius tantum anni 386.6
Eleazarus Boethi pontifex constituitur 382.50. priuatur pontific. 383.5
Eleazarus gigas, quā uasto fuerit corpore 389.50
Eleazari Asamonæ filij fortitudo et mors 461.20
Eleaz. Dinæ, latro 429.20. 431.20. 519.8. 520.10
Eleazarus seditiosus exulat 423.30
Eleazarus Ananiæ potificis filius, Romani belli seminarium fuit 529.30. reiecit Cæsaris hostias ibidem
Eleaz. Semæi facinus memorabile 552.40
Eleaz. duo socij cōtra Manahemū 531.30
Eleazari Simonis filij factio 593.20. 594.10. 597.20
Eleaz. Simonis Gioræ socij mors 586.20
Eleazarus sicariorū princeps Massadam obtinet 647. 15. eius ad suos oratio 649.51. altera oratio de immortalitate anime. 650.38. et 651.652. per totū
Elephantis quomodo pugnatum sub Antiocho Eupatore 265.40
Elcusa oppidum, Sebaste dictum 348.40
Eleutherus fluuius 483.10
Eleutheri equites 475.50
Eliabus architectus 55.8.60
Eliacis pontif. sub Iosia rege 213.30
Eliacinus Iosie fil. antea Ioacinus dictus accepit regnum paternum, sed tributarium iam factum Aegyptiis 215.8. etiam Babylonis tributum cogitur pcedere 216.50. occiditur ibidem
Eliacinus Ioachimi filius in pontificatum patri succedit 235.40
Elias propheta tempore Achabi quæ prænunciauerit & gesserit 184.30. 185.10. 186.40. 187. & 192. 193. 2. per totū. exceptus ex hominibus 193.10
Elie epistola ad Ioramum Iosaphati filium sceleratum regem 197.30

Elieneus

Elieneus Cithæi filius pontifex annos 22. 6.
 Elis pontifex princeps Hebræorum 108.
 31. filij eius scelerati ibidem. exitum
 suum cognoscit 109. 34.
 Elis pontificis filij scelerati 108. 31. exitum
 suum et suorum filiorum cognoscit
 109. 14. tum ipsius et filiorum mors
 109. 31. et 40.
 Eliseus prophetie donū accipit. et Eliā
 comitatur 186. 30. uaticinatur et aquā
 suppeditat Ioramo Achabi filio 193.
 40. uiduam à debitis liberat 194. 30.
 Ioramo insidias Syrorum indicat. et
 Adadum capere ipsum uolentem eludit
 194. 40. 195. 30. famis tempore uilitas
 et annonæ prænuñciat 196. 50. Adado
 mortem indicat 197. 10. Ieum ungit re-
 gem Israelitarum 198. 20. Iosum
 Ioaze filium ad se egrotum ueniens
 tenet consolatur 202. 48. uitam desungit
 203. 8. cadaver occisi à latronibus
 in ipsius monumētum iniectum reue-
 nit ibidem
 Elymus, Elmi 11. 10.
 Eminentia zona sacerdotalis 58. 5
 Emmaus concremata 380. 8.
 Emmaus uicus. Vide etiam Annius.
 Engaddi à scarabæis inuaditur 582. 10
 Enmachin tribus sacrata 572. 3.
 Enoch mors nemini cognita 7. 20.
 Enosa ciuitas 5. 30.
 Euphroditus 1. 22.
 Ephodes, uestitus 58. 20.
 Ephorus historicus Gallis et Hispanis
 prorsus ignorauit 659. 7
 Ephorus Hellanicum in plurimis ostēdit
 mendacem 656. 30
 Ephremes Iosephi filius 30. 35
 Ephremes in numerum Iacobi filiorum
 adoptatur pro patre Iosepho 36. 50
 Ephremi pars que cesserit 92. 50
 Ephremite Gedeoni bellū inferre conan-
 tes placantur 102. 5
 Ephramitis tribus quomodo Bethelē
 proditiōe cepit 95. 40
 Epicrates pecunia corruptus Scythopo-
 lim. cum aliis aliquot ciuitatibus Iudeis
 prodit 285. 10
 Epicureorum error refutatur 226. 40
 Epiphania, ciuitas 11. 1
 Epiphanes et Callinicus filij regis Antio-
 chi Casennio Peto pugna forti obm-
 untur 646. 30. à Volōgesio Partho-
 rum rege magnifice excipiuntur ibidē.
 Romā ad Vespasianū ueniūt 646. 48.
 Epomidis descriptio 58. 20
 Epule feriales Iudeorum 105. 10
 Equitum Romanorum arma 547. 10
 Equus Modius Varo succedit 440. 442
 Erebinthonicus uicus 615. 30
 Erica prætorianorum Achazæ præfilius
 occiditur 206. 40
 Esaias prodigium Ezechie regi exhibet

211. 40. obliuiscat eūdem propter the-
 sauros Babylonis monstratos 212. 10
 Esaias prophetiam cognouisse et credi-
 disse Cyrum regem 227. 10
 Esaias uaticinium deprauatum 654. 10
 Esai natiuitas 19. 10. uxores ibidem. cir-
 cumuenitur à fratre ibidem. iratus fra-
 tri reconciliatur 24. 10. paritur cum
 fratre habitationem, uocationēq; Ado-
 nus 25. 10
 Esdras Iudeorum apud Babylonem degē-
 tium pontifex à Xerxe quæ et quan-
 ta impetrauerit 234. 40. quomodo po-
 pulum munda uerit, et legem ei præ-
 legere ac reipublice reformari, mor-
 tuiq; sit 235. 36. per totum
 Escom. puteus 19. 40. uaticinatur
 Esther puella quali fuerit forma 238. 2. du-
 citur uxor Artaxerxes et coronatur
 regina ibidem. Iudeorum cladē futurā
 cognosceus regi indicat 239. 30. 240.
 2. impetrat Iudeis uitam 242. 20.
 Essene, uetus qualis 58. 10. 61. 10.
 Essenorum secta 384. 50. 513. 513. 514.
 515. per totum. eorum mirabilis cōstitū-
 tio. et uirtus in bello cum Romanis
 515. 50. opinio de anime diuinitate ibid.
 Et Iudeorum et diuersum collegiū ibi-
 dem. et 516. 10
 Ethæus Githæus Davidis sectator præfi-
 citur exercitui 251. 40
 Eua quid significet 4. 2
 eius lapsus 4. 5
 Euei populus 11. 8
 Euagatus Couis 495. 10
 Eucricus Grecus Iudeorum mentionem
 facit 666. 40
 Euilus, Euile 10. 40
 Euodus Neronis libertus 395. 40
 Eupolemo Græco in historia Iudeorum
 uenia concedenda quod Hebraicē ne-
 sciuerit 666. 50
 Euphrates, fluius 4. 9.
 Eurycles Lacedæmonius impostor maxi-
 mus. Herodem circumuenit, et domū
 eius subuerit 357. 40. 493. 50. 494.
 40.
 Eutychus Agrippæ libertus et auriga in
 uinculis detentus 393. 20. 394. 6. ap-
 prehit Neroni maluculentiam Agrippæ
 394. 30
 Eutychus, auriga Caij Cæs. 417. 30
 Execrans aliquem pœna 85. 1
 Ezechielis prophetia 215. 1. et 216. 3
 Ezechias Achazæ filius regnum obtinet
 paternū Hierosolymis religionem col-
 lapsam restituit 207. 208. per totum.
 Palestinos bello uincit ibidem. à Sena-
 cheribo oppugnatur 210. 10. in sum-
 mā adactus desperationem Esaiam im-
 plorat ibidem. posteritatē à Deo exo-
 rat 211. 40. moritur 212. 20
 Ezechias latronum princeps interficitur
 473. 10

F

Fabatus Augusti scruius 366. 10.
 Fabatus procurator Cæsaris pœna
 et uis corruptipit 498. 10.
 Fabij centurionis fortitudo 468. 20
 Fames ingēs 186. 1. 195. 30. 196. 20. 334.
 30. 335. 10.
 Fati potentia nemo potest resistere 362.
 10.
 Fauces locus 68. 20
 Fauus, Cornélius primus Hierosolyma
 conscendit 468. 40
 Felix Pallatis frater à Claudio ad Iudeos
 missus 519. 40
 Felix præfilius militum Romanorum in-
 uadens Phasaelum uincitur 308. 20
 Cl. Felicis procuratoris gesta 510. 321.
 per totum. uide Cl. Felix
 Ferrei montis situs 584. 20
 Festus procurator successit Felici 432. 10
 uide Porcius.
 Festorum descriptio 63. 64. per totum
 Filij contumaces et proterui in patriarchis
 quomodo mulctandi 83. 10. 11. 11.
 Filiurum Israelis iura 80. 32
 Flaccus Syria præf. 392. 30.
 Flauius Iosephus. uide Iosephus.
 Flauius Sylus in administratione Iudeæ
 Basso succedit 647. 10. contra Massi-
 dam militem inquit ibidem. et 649.
 et 650. Massadam occupat et præfi-
 dium imponit, cum exercitu ad Cæsā-
 rem redit 653. 10
 Flatus Sylus 141. 10.
 Florus templi thesauris frustra inhiat, à
 cuius expugnatione depellitur 524. 30
 Flori nouus dolus et auaricia in oppres-
 sione Hierosolymorum 524. 30. men-
 dasium apud Cestium 525. per totum.
 uide Gessius
 Fortes uere qui 133. 30
 Fortunatus Agrippæ libertus Romæ mis-
 sus à suo patrono 397. 40.
 Fratris uxorem ducere prohibitum 383. 40
 Fratres ueri, quos et interitus ipse facit
 uit 699. 50
 Frontonis gesta in custodia 636. 8
 Frustris intemptissimus et præmaturus
 82. 6.
 Furij centurionis animositas 468. 20.
 Furum pœna 84. 30

G

Gaba, quid significet 120. 40.
 Gaba equitum ciuitas cur sic uocata
 544. 40
 Gabænorum iniuria in uxorem Louite,
 et quomodo ea propter mulctatē 96.
 97. 98. per totum
 Gabæon uicus 155. 10
 Gabæonite astu sedus inuit cum Iesu 91.
 2. qui ipsis contra Hierosolymitarum
 regem succurrit 91. 92. per totum.
 00 3 Gabath

- Gabath, Saul uicinus 595.20
 Gabinus, prefectus militum Pompei 297.
 20. eius gesta 298.299.100 per totum
 Gabinus Scario succedens quid gesserit
 clari 469.10.479.20.472.30
 Gadara restaurata 337.40
 Gadara optimates legatos ad Vespasianum
 mittit, reges dedit 387.40.112
 Gadrenses Herodem frustra apud Cæsarem
 acculant 463.40
 Gade, natus 22. et filij septem 36.8
 Gadius propheta Davidi uicinus est tribus
 malis offensa electionem 137.40
 Galades colis et Galadene regio 23.20
 Galate a quibus denominati 10.2
 Galba Imperator creatus 588.2. in medio
 fori necatus ibidem. 588
 Gales infectus. Abimelecham Gedeonis
 notum, proditum a Zebello 103.10
 Galgala quid significet 90.10
 Galilee et regionis trans Iordanem quan-
 tum credidit fuerint 510.40
 Galilee puni que 545.30
 Galilee utriusque descriptio ibidem
 calamitas 545.346. per totum
 Galilee tota a Romanis subacta 570.20
 Galileorum et Samaritanorum consilia
 eius 519.1
 Galilee contra Romanos 542.10
 Galilee ab insensu pugnacissimi et omni
 tempore plurimi 544.10
 Galileorum quot milia lapide occisa 555.
 30
 Galileorum noua inuenta et factiones
 Hierosolymis 588.30
 Gallie motus 583.40
 Gallie bellum desit ibidem
 Gallie situs descriptus 527.10
 Galli centurionis iaculus apud Gamalam
 567.8
 Gallos sub mille et ducentis militibus fer-
 uentes quibus penè plures habuerint ci-
 uitates 527.20
 Gamala filius Iesa 572.10
 Gamala ciuitas rebellat 555.30. eius situs
 ibid. et 566.10. excisa 568.10
 Gamalensium fides in Romanos 438.40
 Gamalensium cum Romanis acies consi-
 lius 565.567.562. per totum
 Gamalensium cedes a Romanis 519
 Ganges fluius 4.9
 Garizim mons 214.1
 Gaulanitis regio deficit ab Agrippa 446.
 10
 Gazam nequeunt capere Israelitae 95.
 40
 Gazai a Iamne obsesi captique 289.30
 Gazara Palestine urbs a Salomone bis
 edificata 173.10
 Gedeo quomodo Hebreos seruitute ex-
 merit 102.10. per totum. quod filios
 habuerit 102.20
 Germani uici situs 518.50
 Gemello renūciat amicitiam Herod. 554.
 Genesaro lacus descriptus 386.10. terra
 eiusdem nominis descripta ibidem
 Gentium enumeratio que Romano impe-
 rio subduntur 526.30
 Gentium qui uerenda Iudeorum more citra
 conciderunt, enumeratio 664.10
 Gentibus singulis quomodo a suis auto-
 ribus nomina sunt indita 9.10.11. per
 totum
 Geon fluius, et quid significet 4.10
 Gerajoni quomodo se erga Iudeos coha-
 bitantes iuos gesserint 512
 Gergesii populus 11.4
 Germanicus uiceno sublatu 367.7
 Germanicus qualibus moribus 393
 Germanicus Claudij Cæsaris frater 430.40
 Germanus augur uicinus Agrippae iudicio
 iustitiam 395.2
 Germani qualis gens 411.1
 Germanorum descriptio 527.30. eos offe-
 tantum legionibus Romanorum domi-
 tos ibidem
 Germanorum agmina et bellum civile
 ab Antonio primo et Mutino sedan-
 tur 586.6
 Germani Capitolij collem occupant 592.
 20
 Germani uiribus corporum laudati 632.
 30
 Germanorum magna ex parte defectio a Ro-
 manis 406.50. defectiois causa ibid.
 Gersius Moysis filius 43.10
 Gessius Florus Iudee procurator quomo-
 do Iudeos ad arma contra Romanos ca-
 pssendi compulerit 435.50. et quam
 malus fuerit ibidem
 Gessij Flori procuratoris qui Albino suc-
 cessit, crudelitas, impudentia et uer-
 sitia 524.20. auaritia apud Cæsariens-
 ses 525.10. noua crudelitas in Hiero-
 solymitanos ibidem. Vide etiā Florus
 Getheris Arami filius 11.20
 Getuli populus 11.40
 Gigantum reliquie in Hebrone 95.10
 Gigantum posteritas a quibus perdomita
 13
 Gimon propheta Basani que mala ipsum
 mancant iustitiam 183.10
 Ginea uicus 390.10
 Giscala Galil. oppidulum indomitum 569.
 2
 Giscala succenditur et diruitur 439.20
 Giscala a Iosephi militibus diripitur, præ-
 daque popularibus cōceditur 541.542.
 per totum
 Giscalorum status 439.10
 Glaphyra Archelai Cappadocum regis fi-
 lia nubit Alexandro Herodis filio. 342.
 40. odio prosequitur Salomē 357.1.
 occiso marito remittitur ad patrem cum
 dote 353.40. nubit Archelao Herodis
 filio, Alexandri fratri 383.2. item
 Iube 383.30. eius somnium et mors
 ibidem
 Gobolitis regio 25.30
 Godolius Acani filius præficitur reliquiis
 Hierosolymorum 219.20. humanita-
 ter tractat Iudeos profugos ibid. eius
 dem pietas sed illi noxia 220.10. occi-
 tur ibidem
 Goliathi Sittæ statura et insolentia 122.
 40. interitus 126.19
 Gomor, Gomarenses 10.2
 Gorgias a Iuda Machabeo uictus 262.20.
 uincit Iosephum Zacharie 264.30
 Gorion filius Iosiph, et Simon Gamalico-
 lis contra libertatis corruptores hor-
 tantur et concionantur 572.10. occi-
 ditur 580.10
 Gotarzes Parthorum rex 427.2
 Gotholia Achabi filia, uxor Iorami Hie-
 rosolymorum regis 200.30. Davidis
 familiam quantum potest tollit et re-
 gnum administrat ibidem. et regno et
 uita priuatur opera loadi 201.20
 Græcorum et Iudeorum dissidium 398.20
 Græcis turpissimum uicium Iudeis infio-
 res fore 511
 Græcos bis ternis fascibus Romanorum
 obedire 526.50
 Græcorum omnia noua et heri nuperque
 facta 655.50. eorum regiones annua
 merita corruptiones inuadere rerum me-
 moriam delentes ibidem Særa cognitio
 literarum ibidem. et 656.10. philo-
 sophi primi Aegyptiorum Chaldeorum
 rumque discipuli ibidem
 Græci posteriores Timæum in plurimis
 mendacem ostendunt 656.30
 Græcis ab initio nulla cura fuit historie
 conscribende 656.4
 Græcorum historicorum elegans descri-
 ptio 656.657.658. per totum
 Græcorum legislatores antiquissimi qui
 678.50. et 679.10
 Græcorum dii descripti 686.687.688.
 per totum. eorum legislatores poetis
 potestatem dederunt ut quos uellet deos
 introducerent, rhetoribus. uero ut de-
 creta de rebus publicis, que uellent con-
 scriberent ibidem
 Grado apud Aegyptios ante Moysen num-
 quam uisita 44.40
 Grapte cognata Isatæ regis Adiabænorum
 aulam regiam Hierosolymis adifica-
 uit 588.10
 Gratus militum præfectus, Simonem He-
 rodus filium obtruncat 379.10. suis suc-
 currit 380.10. et 380.10
 Grauidi calce percuicis quomodo plex-
 tendus 84.40
 Grynusia Herodis 487.30
 H
 Hai uide Aina
 Heberus Hebræorum auctor 11.30
 Hebræorum declinationis forma ibidem
 Hebræorum nullus regnante Salomone
 seruile opus facit at 174.3
 Hebræi

Hebraei bis ultra Buphratem ducti capti-
ui 220.50
Hebraeorum decem tribuum captiuitatem,
et reliquarum duarum tribuum trans-
migrationem quantum temporis inter-
cesserit 24. unde etiam Israelite.
Hebron expugnatur, et conceditur Lex
iuitis 95.20
Hebronis oppidi antiquitas 13.10
Hecateus Abderita 666.10. 667.30.
668.20.
Hecatombaion mensis 73.20
Hecatōtomachi Alexandri Iamnei 288.10.
Hellanicus ab Acusilao de genealogiis
multum discrepat 656.20
Helcanes Leuita et eius uxores ac liberi
108.109. per totum
Helena Adiabenorum regina transit ad re-
ligionem Iudaicā 424.425.426. per
totum. eius monumentum Hierosoly-
mis 599.10
Helene Monobazē regis matris regina Hie-
rosolymis 604.30
Helias. uide Elias
Heliopolis 36.20
Helonka principatus Hebr. 104.30.105.
109
Heniochi Romanis subiecti 526.50
Heoron, arca tabernaculi 56.40
Herēnius Capito procurator Ianiē 392.20
Hermæus qui et Danaus denominatus
667.40
Hermippus Græcus historicus diligentis-
simus 664.3
Hermogenes Græcus Iudeorum mentio-
nem facit 666.40
Herodes Agrippæ frater, rex Chalcidis
422.10.423.40. moritur 428.1
Herodes Antipatri filius 303.20. Hiero-
solymorum dux constituitur, Eze-
chiamq; cum alijs prædonibus afficit
supplicio 303.50. infantum ob eadem
exosus dicit causam 304.20. præficitur
Celsiſtriæ ibidem. Romanorum bene-
uolentiā capit et affequitur 307.40.
Malichū trucidat 308.10. Antigonom
Aristobuli proſtigat ibid. uxores et
liberos sibi parat, ac M. Antonium
corrupt 308.40. accusatus tetrarcha
constituitur 309.310. strenue pugnat
ibidem. clabatur ex hostium insidijs
311.312. difficilibus profectionibus
exercetur usq; Romam 313. rex Iudæe
à senatu Rom. declaratur 314. ex Ita-
lia nauigat, et pugnat contra Anti-
gonum 315.316. auxilio uenit M. An-
tonio 301. prodigiose seruatus bis 317.
Hierosolyma expugnat, et Antigo-
num capit 318. Antonio donat 319.
Aristotolum pontificem occidit 321.
322. à Cleopatra ad stuprum sollicita-
tur 324. bellum Arctæ infert 325. con-
ficio ad milites 326. Hyrcanum occidit
328. quomodo amicitiam Antonij excu-

ſarit apud Cæsarem, et regnum ab
eo obtinuerit 329.340. Mariannem
uxorem interficit et magnifice dona-
tur à Cæsare 341. necatā à se uxorem
luget miris modis 342.343. efferatur
ad eadem amicorum quorumcunq; et
ad omnia mala inclinat 343.344.345.
arces in suam tutelam extruit 346.
famurienti succurrit 347. quomodo
subditos in officio continuerit. 448.
Cæsaream condidit, et à Cæsare sit
numeratus 449.450.451. salutem
Agrippam 450. extruit templum Cæ-
sari, et tributorum partē subditis re-
mittit et conuenticula populi probi-
bet, et Essenos magnificat 451. tem-
plū nouū ædificat Hierosolymis sum-
ptu. sibi. 452. 453. legem statuit de
ſtiribus nouā 342. nauigat ad Cæs. et
reduſtis Roma liberis dat uxores, A-
grippamq; honorat 343.344. quar-
dam tributorum partem suis remittit
345. ipsius familia domesticis agitur
dissidijs 346. filios suos apud Cæs. ac-
cusat 347. quinquennale certamen ce-
lebrat, arces condit 349. multa q; a-
lia 350. qualis ingenij, ibidem. pecunijs
deſtitutus Dauidis ſepulchrum recludit
351. omnes coniunctos habet suspectos
353.354.355.356. à Sylleo inique ac-
cusatur apud Cæsarem 356.357. accu-
ſat filios apud conſiliū Berytense 300.
ſtrangulat 301. liberis ipſorū proſpi-
cit 363. quas ipſe uxores habuerit et
ſobolem 364.10.391.20. Antipatrum
damnatum in uincula conſicit 371. mor-
bo correptus testamentum cōſcit 371.
372. morbus qualis fuerit 373. ſub mor-
tem lieraliſſimus et crudeliſſ. 373.
374. uim ſibi conatur inferre, et An-
tipatrum iubet occidi 374.375. testa-
mento mutato moritur ac ſinceratur
375. teſtamento eius confirmato quan-
tum filiis i. ſuis patrimonium ſuperſue-
rit 381. præficitur Galilææ, et ſtre-
nue agit 472. accusatur Hyrcano à Ma-
leuolis 473. uindicta patris mortem
474. eius uictoriæ ibidem. accusatur
475. quomodo ſe geſſerit in igna cō-
tra Antigoniū et Parthos 476.477.
ædificat et multis premittitur malis 477.
478. Romam nauigans iacturam facit
478. rex Iud. constituitur 479. An-
tigoniū expugnat et latrones ibidem.
478.479.480.481. fratris mortem
ulciſcitur 481. in grauiā incidit peri-
cula 481.482. Syros et Arabes uincit
483.484. conciliat ſibi Iulium Cæs.
485. ædificat, amicos ac parentes ho-
noribus afficit 486.487.488.489.
20. athleta et uenatorē agit ac bella-
torem 487.488. diſſidet cum filiis
duob. et uxore ibidem. et 489. re-
conciliatur filiis 489. iterum diſſidet

cū ipſis 492. accusat filios apud Cæs.
et Beryti 495. occidit 496. et 517.
occisorum liberis proſpicit 497. quot
uxores et liberos habuerit ibidem.
eius domus iterum conturbatur diſſi-
dijs 497. Pheroram extrudit 498.
accuſat filium Antipatrum 501.502.
morbo corripitur lethali 503.504.
crudelitas eius et mors 504.505.
quomodo Romanū adduxerit exerci-
tum 611. inſtatur ciuitates 64.110
Herodes Herodis fil. Iuliadā condit 385.
40. terrarum ſit, ibidem. recipitur in
amicitiā Neronis 386.10. quomodo
ſerierit ibidem. Vitellij irā in ſe con-
ſcit 390.20. bello ab Arctæ ſuperue-
tur ibidem. Herodadis amore capi-
tur 392.20. uxoris importunitate in
exilium detruditur 397.20.398.10.
quali fuerit ingenio 421.10
Herodes Herodis fil. Tiberiadē et Iulio-
polim condidit 515.40. à Caio Cæſa-
re ob auaritiā increpitus, in Hiſpa-
niā cum uxore fugit 515.50. quando
deceſſerit et quos liberos reliquerit
518.10
Herodias Agrippæ ſoror, Herodis iunio-
ris uxor 390.20.391.30. odio proſe-
quuta fratrem ſe ſuamq; mariū in
exilium conſcit 397.20.398.10. eius
exprobrationes et ſtimuli 515.50
Heradion cōditur 312.10.476.30.487.
20
Herodoti lapſus 492
Herodotum cum ſi mendacem oſtendunt
655.30. Romanorū meminiffe 659.3
Herodotus erroris argutus 189.10
Herodotus Halicarnaſſeus Iudeorum gē-
tem non ignorauit 664.10
Herosum oppidum 35.10
Hesiodus ab Acusilio in quā magnis core-
rigatur 656.20
Hettan prædium 175.30
Hecarbanis dux captus 101.50
Hieremie prophete uaticinium et epice-
dion Iosie conſcriptū 214.40.215.10.
216.217.218. per totum. damnatur,
iterū abſoluitur 215.50. auſugit ibidē.
Hieremias in carcere conſectus torquetur
217.20. in cenſum puteū præſectus
dus demittitur, uerū rursus li-
beratur, ibidem non uult proſciſſe Bab. lonem
219.20. donatur magnis numerib. et
alia eius geſta. ibidem
Hieremias cōſulens Ianni Carce a ducia-
tur ab eo in Aeg. ptum. ub. Aeg. pt. is
captiuitatem indicat 220.40. eius uati-
cinia celebrata 610.30
Hierichus uris 74.30. excinditur, et
reſtauratur ipſius diris deuocetur 89.
50
Hierichus deſolata 584.30. eius agri de-
ſcripti 585.1
Hierichontis ſons ex feſtienti et inſu-
00 4 gijro

I N D E X

- gifero saluberrimus, et feracissimus ab
Heliseo factus 584.30
- Hierichuntij agri bonitas 92.50.297.14
et 324.27
- Hierobonius Nabathæi filius uaticinio
cognoscens se futurum regem populum
ad defectionem sollicitat, effugit Solo-
monis iram 176.177. per totum. de-
cem tribuum rex eligitur et Sicimis
habitat 78.20. duarumq; uitulas aureas
facit, et templum ibidem. 30. brachium
eius apoplexia tangitur, et inde à
pseudopropheta seducitur 179.180.
per totum. filio suo egrotante quid
responsi acceperit à propheta 181.182.
per totum. contra Abiam ducit exerci-
tum 181.20. uincitur ac moritur reli-
cto regni successore Nadabo 181.20.
familia eius cuncta tollitur ibidem
- Hierobonius Iosæ filius regnum Israël
rum excipit 204.10. Syriam suo re-
gno licet impius adiecit ibid. moritur
Zacharia filio herede relicto 204.50
- Hieronymus historicus Iudeorum 666.30
- Hierosolyma rex cum uicinis regibus oc-
ciditur 91.30
- Hierosolyma oppugnatur, inferioreq; par-
te capitur 95.20
- Hierosolyma ciuitas Dauidis dicta, et
quomodo exædificata 140.30
- Hierosolymorum thesauri auferuntur, mœ-
nia ad trecentorum cubitorum spatium
diruuntur per Ioam 204.10
- Hierosolymorum captiuitatem qui pro-
pheta prædixerint 214.50.215.10
- Hierosolymorum captiuitas, direptio, et
à fundamentis uastatio 218.219. per
totum
- Hierosolyma capitur ab Antiocho Epi-
phane, templumq; eius spoliatur et
prophanatur 259.10. restituitur tam
urbis quam templum 263.1
- Hierosolyma et templum à Pompeio ex-
pugnata 297.298. per totum
- Hierosolyma diripitur à Parthis 312.20
- Hierosolyma cuiusq; templum cur deus aucto-
ratus 431.30
- Hierosolyma ad summam felicitatis euasisse
fastigium, et ad extremam esse deiecta
miseriam 459.10. expugnantur ab
Antiocho Epiphane 460.38. à Pom-
peio magno capiuntur 467.30.
diripiuntur à Parthis 476.10. oppri-
gnantur ab Herode 482.483. per totum
- Hierosolyma Iudeæ umbilicus, cuiusq; situs
descriptio 598.599. per totum
- Hierosolyma bello, dominatione, seditione
laetatur 582.10
- Hierosolyma quando et quoties capta uas-
tata 636.50. quando in ea templum
ædificatum ibidem. eius origo et finis
ibidem
- Hierosolyma non idem uoce Iudaica quod
Græca significat 672.20
- Hierosolymitans fame latrantibus suc-
currit Helena 426.1
- Hierosolymitanorum supplicatio 519.20
- Hierosolymitani officiose Agrippæ, et
Politiano obuiam progressi 525.14
- Hierosolymitanorum et Romanorum se-
ditio 531.1
- Hierosolymitanorum luctus publicus 532.10
- Hierosolymitanorum turba et indigna-
tiones propter Iosephum 632.20...
- Hierosolymitanorum miserabilis clades,
et fuga ad Vespasianum 581.10
- Hierosolymitani prima aggressionem supe-
riores 596.30. in legionem decimam
excurrunt 597.10. eorum insidia contra
Romanos 598.1. seditiones perpetue
604.605. per totum. conflictus cum
Romanis 605.606.607.608.609.
610. per totum. pugnant circa machi-
nas Romanorum 606.10. ualde ter-
rentur 610.1. eorum pertinacia 609.
20. aurum deglutiant 612.2. crudeli-
ter afficiuntur ibidem. 613.10. Roma-
nos inuitos ad suum excidium coegere
613.2
- Hierosolymitanorum calamitas, et cla-
des miserrima 613.10.614.1. pertina-
cia crudelis ibidem. conflictus 614.30.
fames 615. profugia ad Romanos
617.30. eorum qui transfugerunt, una
nocte viscera duorum milium patefæ-
cta sunt ibidem. famis incrementum hor-
ribile 618.1
- Hierosolymitanorum quam multa milia
paucis diebus per unam portam elata
ibidem. eorum quot milia portis
eiecta ibidem. conflictus cum Roma-
nis circa aggeres 618.30.620.1. pu-
gna magna et ferox 621. mendaci-
cia inter seditiosos 623.10. pertina-
cia insana ibidem. pugna atrox circa
custodias 623.624. per totum. pugna
circa templum 625.29. dolus contra
Romanos 625.50. famis 626. pu-
gna circa porticus 627. circa tem-
plum 628.629. per totum. strages
et fuga incenso templo 629.5. sex
milia in porticum confugiunt, sequæ sala-
uari ex propheta falso seducuntur 630.
1. plurimi confugiunt ad Titum 634.
20. infinita multitudo uenit ibidem.
strages crudelissima, incendium, famis
captiuitasque 635.636. per totum
- Hierosolymitani soli quanta bonitas 93.10
- Hierzeccielis prophetia 215.2.216.33
- Hin, mensura qualis 60.10
- Hippeni Iudeos suos cohabitatores male
tractant 533.30
- Hippici turris descriptio 600.15.601.30
- Hippodromos, locus 504.10
- Hiramus Tyriorum rex, Salomoni quid
ad templum Hierosolymis contulerit
651.40. mulctatus, quod Salomoni
proposita enigmata soluere non potuit
- 662.10. eius gesta ibidem
- Vide etiam Iromus
- Hispani quando et quemadmodum Ro-
mans subditi 527.20
- Historia apud Barbaros solennior quam
Græcos 658.30
- Historie scriptori quæ curanda 294.50
- Historie ueritatem à Iudeis honorari, à
Græcis uero negligi 459.20
- Historie ueræ quod indicium 657.30
- Historiarum scriptoribus non idem scopus
1. in principio
- Historicis mendax quantum à falsario in-
strumentarum differat 453.20
- Historicus quis laude dignus 439.40
- Historici quod officium 454.10
- Holocautoma sacrificium cur dictum 61.50
- Homeri poemate nullum uetustius 656.10.
quomodo conseruatum ibidem
- Homicidarum inuitorum asyla 78.40.79.10
- Homicidij incerti inquisitio qualis fiat 81.
20
- Hominis creatio 3.20
- Hominis ætatis quis terminus præscriptus
6.15. et 12.20
- Homines quando degenerare à uirtutibus
ad uitia ceperint 5. et 6. per totum.
- Hominum commercia quibus uitanda 69.
- Hominum ingenium quam sit malum 127.
- Homonæa, loci nomen 451.1
- Hortos pensiles à Nabuchodonosoro ex-
tractos 223.30
- Hospitalitii reuerentia 15.10. et 96.30
- Hyc uocis significatio 659.50
- Hyoscyami descriptio 58.50
- Hyperberetæus mensis 62.10.169.50.
184.40
- Hyrcanium uicius 483.20
- Hyrcanus Alexandri Iannæi filius consti-
tuitur pontifex 307.40.308.10. foras
deratur fratri, et ociosam uitam ele-
git 394.30.395.10.311.50.312.1.
cur ignauus habitus et fugerit ad Arctam
395.10. Sauri amicitiam frustra ama-
bit 396.40. disceptat apud Pompeium
cum fratre 395.6. redditur ei ponti-
ficatus 397.50.398.10. honoratur ab
exteris gentibus 398.40. honoribus
ab Iulio Cæsare afficitur 304.10. capitur
et amputatur amicuæ eius 311.10.
475.40.476.1. à Parthis dimissus
ad Herodem reuertitur à quo perfide
tractatur 319.320. per totum. occidi-
tur tandem ab eodẽ 328.10.488.20.
quali fortuna per omnem uitam fuerit
agitatus ibidem
- Hyrcanus primus eius nominis pontifex
389.10
- Hyrcanus quomodo à Ptolemæo sororio
tractatus et Antiocho Eupatore, tum
gesta ipsius 462.12. eius felicitas
463.10. eius bellum cum Arabibus
467.30. iterum sit pontifex 469.10.
471.26.44.1. confirmatus confirmatur
et regnum

et regnum datur Iudæe 472.15
 Hircanus Iosephi Tobie filius adolescens
 ingeniosus 255.256.257. per totum.
 eius gesta et mors 258.30
 Hircanus Simonis Matthie filius effugit
 Ptolemæi insidias, et principatu poti-
 tur 281.40. 282.1. oppugnatur ab
 Antiocho Sotere ibidem. pacem ab eo
 redimit ccc. talentis, Davidisq; thesau-
 rum tribus milibus talentorum imminuit
 283.10 urbes ab hostibus ablatis re-
 cuperat, pacemq; cum Rom. init 283.
 284. per totum. Samariam obsidet et
 radicius tollit, cumq; deo colloquitur
 285.50. 286.10. eius felicitas et mors
 286.10. somnium de filiis quale ali-
 quando habuerit 287.20

I

Iabinus rex Hebræos opprimat, oppri-
 miturq; ipse 100.20
 Iabissa ciuitas, et Iabissenorum officium
 in Saulum et filios eius extinctos 135.
 40
 Iabisus ciuitas capta, et omnes eius habi-
 tantes caesi præter cccc. uirgines
 97.50
 Iachim, columna uestibuli templi 168.20
 Iacimus. uide Alcimus
 Iacimus Zamaris filius eques 364.40
 Iacobi filij Isaci natiuitas 19.12. præri-
 pit fratri benedictionem paternam 20.
 10. fugit fratris iram ibidem. dormienti
 uisio offertur ibidem. et nuptias cele-
 brat 21.40. uisiones iterum ibidem.
 aufugit à focero 22.50. redit cum fra-
 tre in gratiam 23.24. per totum. lu-
 etatur cum spectro 24.1
 Iacobus uocatur Israel ibidem. defodit La-
 bani Deos 24. ibidem
 Iacobus partitur cum fratre hereditatem
 paternam 25.10. opulentia eius et fe-
 licitas 26.1. Iosephum luget 27.20.
 mittit filios frumentatum in Aegyptum
 30.40. proficiscitur ipse etiam cum
 omni familia 35.30. moritur 36.50
 Iacobus et Simon Iudæ Galilæi filij agun-
 tur in cruce 428.20
 Iacobus frater Christi lapidatur 433.20
 Iacobi rectoris Idumæorum proditio 587.8
 Iacobi, septimi ex fratribus Macchabæi
 supplicia et constantia 658.50
 Iaddus filius Ioannis pontifex patris loco
 fit. 243.40. Alexandro magno negat
 forum uenaliū rerum 244.20. placat
 eundem et impetrat quod uult 245.
 10. moritur 246.1
 Iadon propheta Hieroboami idololatriam
 obinuat 178.30. discerpitur à leone
 179.10
 Iabel. uide Iale
 Iairus Galadenus, princeps Hebræorum
 103.30
 Iale Iabinum occidit 100.20
 Ialus custos thesaurorum Davidis 161.40

Ianiæ regni termini 659.40
 Ianneus Alexander. quare Alexander
 Iapha uicus 448.20
 Iaphæ munitiones 555.20
 Iaphetus filius Noë 8.40. eius soboles
 quantæ, et quibus gentibus nomina de-
 derit 9.50
 Iaphibes accitur ad principatum Israeli-
 tarum. 104.1. uictor filiam suam deo
 mactat ibidem
 Iar, mensis 167.10
 Iardan uicus 545.20
 Iason, alias Iesus, Onie pont. filius, poti-
 ficatum fratri extorquet 258.30
 Iason ut pontifex constituatur quantū nu-
 merarit Antiocho 690.30
 Iauanes Iapheti filius 10.3
 Iazarius pontificatu priuatur 385.30
 Iaziel propheta uaticinatur Iosaphato
 192.4
 Iazoron urbs spoliata et concremata per
 Iudam Macchabæum 263.30
 Iberi, populus 10.6
 Ibes serpentibus infestæ 40.40
 Ides scelus et supplicium 387.50
 Idumæa unde dicta 25.13. Davidi subdita
 143.30. eius tumultus 508.30
 Idumæi, quomodo circumcisionem et re-
 ligionem admiserint 283.50
 Idumæorum nationis descriptio 575.4.
 uiginti milia cum ducibus quatuor Hie-
 rosolymam ueniunt 575.30. seditio
 et tumultus 577.30. 578.20
 Idumæi cum uiginti quinq; militibus contra
 Simonem Gioræ 586.50. Ioannis Le-
 uie pecunias prædantur 588.50. ad
 Titum supplices ueniunt 634.20. scele-
 rata eorum facta repetita 647.10
 Ieobstus Sauli filius constituitur rex 136.
 40. amittit regnum 137.50. 138.10.
 occiditur per insidias 139.10. sepeli-
 tur honorifice à Dauide 139.30
 Iebusæi populus 11.3
 Iebusaorum ludibrium in Dauidem male
 ipsis cessit 140.30
 Iechonias. uide Ioachimus. nam binominis
 fuit
 Iephthe. uide Iaphibes
 Iesracla urbs 186.10
 Iesseus filius Obede 108.20
 Iessei filij qui 121.6
 Iesus Christus describitur 387.30
 Iesus Anani filius prædixit Hierosolymæ
 excidium 631.10
 Iesus Damæi filius fit pontifex 433.20
 Iesus Gamalielis filius fit pontifex 433.50
 Iesus dictus Onie frater pontificatu hono-
 ratus, et mox eo priuatus 258.10
 Iesus Iosedeci pontificis filius pontifex 232.
 50. 233.20
 Iesus Nauei filius exercitui præficatur,
 et uincit Amalecitas 51.10. Chana-
 næe explorationem indicat suis com-
 militonibus, et terris reddit animum

67.1. Moyses cum sibi successore de-
 signat 78.20. prædicit, que gesturus
 erat 86.40. Chananeæ explorat 88.
 20. Iordanem cum exercitu superat
 89.10. Hierichuntē sine labore capit
 ibidem. et Ainam excindit 90.40.
 91.3. Gabaonitis fœderatur; capitq;
 quinq; reges 92.20. reges Libano ui-
 cinos expugnat 92.1. munit ciuitates
 ibidem. terram uictoria quasitam diui-
 dit tribubus 92.93. per totum. præci-
 pit eis ut reliquias Chanancorum tollant
 93.10. Sicima eligit sibi domiciliū, ubi
 moritur 94.50
 Iesus Phabetis filius pontificatu priuatur
 336.10. et 337.1
 Iesu pontificis ad multitudinem Hierosol-
 ymitanam oratio 575.30. et 576.10.
 mors 579.1. eius uirtutes celebrate
 ibidem
 Iesu Saphie filij facinora 440.20. et
 443.444.450.451. per totum
 Iesus Sapphæ filius 538.10
 Iesus Thebuti sacerdos Tito sacra dona-
 ria tradit 634.50
 Iesus Tobie filius quid gesserit 561.562.
 563. per totum
 Iesus Amasis fil. Ramatham expugnat, et
 inungitur rex Israelitarum 198.10.
 Iezabelam et omnē Achabi et Ochob-
 zie cognationē tollit 199.10. Balf sa-
 cerdotes extirpat 200.10. contempit
 et ipse numinis moritur 102.2. filio
 successore relicto 201.40
 Iesus propheta arguit Iosaphatum 191.20
 Iezabela quam mala mulier 184.185.10.
 minatur Elia interiū 186.10. Nabaz-
 itum curat lapidib. obruendum 187.
 4.10. præcipitata de turri ab equitibus
 proculcatur 199.10
 Illyricos Romanis subditos 527.10
 Ilys, ager qualis 48.40
 Immundi qui Moysi 63.40
 Impedimentorum custodibus æque ac pu-
 gnantibus prædam partiendā 134.40
 Imperatores Rom. semper honorauerunt
 et ornauerunt templum Hierosoly-
 mitanum 618.5
 Imperij Romani fines quousq; 526.20.
 547.40
 Indorum mortis descriptio enarrata 651.
 10
 Iniuria maxima quæ 80.50
 Inuenta debere restitui 84.30
 Inundationis uniuersalis descriptio 610
 Ioabi cum Abenro pugna 136.40. Abe-
 nrum turpiter occidit 138.20. exer-
 citui præficatur Davidis 143.30. Sy-
 ros uincit 144.40. Davidis nomine
 belligeratur fortiter 145.146. et to-
 tum ingeniosum comitum fingit 148.
 20. Abesalomum interimit 152.20. Da-
 uidem Abesalomum lugentem increpat
 153.10. præfectura priuatur 154.2.
 00 5 Amasam

INDEX

- Amasam interfecit & Sabæum perse-
quitur, caputq; ipsius ad regē fert,
et restituitur pristina prefectura 155.
30. populum censet 156.40. occidi-
tur 164.5
- Ioasus quomodo Gotholiam regno spo-
liat & occidit, Ioasumque regno prefi-
cit 100.30.201.5 studet templo restau-
rando & moritur 101.30
- Ioachabis natiuitas & quid significet 109.
40
- Ioacimus Iesu filius pontifex 233.50
- Ioachimius Ioacimi fil. in regnum pater-
num constituitur 216.3. abducitur in
captiuitatem Babylonem ibidem. libe-
ratus ē uinculis regie præficitur 223.
40
- Ioacimus Iosæ, uocatur Eliacimus, acci-
pit regnum patris tributarium Aegy-
ptiis factum 215.5. tributarius etiam
fit Babylonis 216.10. occiditur ibi-
dem
- Ioacimus pontif. mortuus 235.50
- Ioannes, aliās Hyrcanus, uide Hyrcanus
- Ioannes Ananæ filius Gophnitæ &
Acrabatæ regionum rector designa-
tus 518.20
- Ioannes Asamonæi fil. occisus 461.40
- Ioannis Baptiste interitus 390.40
- Ioannes Caræ filius dux profugorū Hie-
rosolymitanorum fideliter consulit Go-
doliæ 219.30. Ismaelem Godoliæ in-
terfectorem persequitur 220. consulit
Hieremiam, & ipsum in Aegyptū ab-
ducit ibidem
- Ioannes dux militum Ionathæ 189.40
- Ioannes Essens Tannam missus, ut topa-
rchiam administraret, 518.20
- Ioannes Gaddis Matthiæ fil. 260.10. à Me-
dabensibus Amariis occiditur 270.20
- Ioannes Idumæorum dux ab Arabæ quo-
dam sagitta occisus 606.2
- Ioannes Iudæ fil. in pontificatu succedit pa-
tri, & fratrem in templo occidit, ac mo-
ritur 243.20. Ionathæ ac Iudæ fratris
Ioannis interitum uindictat ibid. Bac-
chidem adigit ad incundum secum a-
micitiam 270.10. eius amicitiam tam
Demetrius quàm Alexander Antiochi
Epiphanis ambiunt 271.10. Alexan-
dro quàm fuerit gratus 274.3. uincit
Apollonium Dauum ibidem. amicus fit
Demetrio Nicanori 276.10. sociat se
Antiocho Alexandri contra Demetriū
277.268. per totum. describitur à suis
tamen uincit, & renouat fœdera 278.
25. capitur per prodicionem 280.10.
occiditur 281.4
- Ioannis Leui filij Giscallensis facinora
439.10. 440.30. 441.20. 442.30.
446.447. 448. per totum. Giscal-
lam Iosephi iussu muro cinxit 518.40.
eius proditia & doli uarij 539.20. do-
lus nouus 540.44. 641. fuga cū mille
- Syris fugitiuis 541.23. ad defectionem
incitat 569.6. Titū fallere conabatur
ibid. 46 Hierosolymam fugit 570.10.
eius excusatio apud Hierosolymitanos
570.30. Hierosolymitanis exitij causa
574.40. 575.10. malitia, crudelitas
& gesta 582.30. 588.20. 589.9. 604.
605. 506. 607. per totum. 616.30.
618.1. 619.20. 621.20. 622.40.
- Ioannis Leuitæ conficius 593.40. 594.
20. impietas 597.602
- Ioannis pontificis monumentum 604.40.
- Ioas seu Ioasæ fil. patris regno po-
nitur 202.30. moriens regnum filio
Hicroboamo relinquit 203.10. con-
tenuit Amasæ minas, quem capit in pu-
gna 204.10. perit ibidem
- Ioasus Ochosiæ filius quomodo à Goto-
liæ seuitia seruatus & rex constitutus
200.30. à religione deficit & legi-
bus ibidem. Zachariam Ioadi filium in
ipso templo lapidat 202.20. egro-
tans occiditur ibidem
- Ioazarus dux missus contra Iosephū Mat-
thiæ filium 541.20
- Ioazarus Iosepho inuidet 446.40
- Ioazarus priuatur pontificatu 385.30
- Ioazaras Ieu filius regnum paternum asse-
quitur 202.30. dei beneficio libera-
tus moritur 202.20
- Ioazus Iosæ fil. regnum paternum capit,
uir impius captiuus in Aegyptum ab-
ducitur & moritur 215.5
- Iobacchus torrens 23.50. 74.10
- Iobel fil. Lamechi 5.40
- Iobelus quid significet 65.3
- Iobeli anni remissio & libertas ibid.
- Iochabel mater Moysis 38.50
- Iodes à Moabitibus oppressos Hebræos li-
bertati restituit 99.20
- Iohel Samuelis fil. quomodo se in princi-
patu gesserit 112.20
- Jonas propheta uaticinatur Hicroboamo
Amasæ filio 204.20. quomodo ad
Niniuitas missus sit, & in mare proie-
ctus ac à ceto haustus post triduum ui-
uus in terram reuomitus 204.50
- Jonas unde sic dicta 10.4
- Ionici Iudæi apud Agrippam queruntur
Gentilium iniurias 343.30
- Ionum in Iudæos odium 252.30
- Ionathas Anani fit pontifex 398.10. hono-
re priuatur ibidem
- Ionathas Anani fil. 420.20. pontificatū obla-
tum respuit ibidem. & eius gesta
519.10
- Ionathas Asamonæi fil. Antiochi Epiph.
filio reconciliatur, capitur à Trypho-
ne & occiditur 461.50
- Ionathas Sauli filius castrum Palestino-
rum expugnat 116.50. hostes unico
tantum armigero comitatus aggredi-
tur. 117.50. 118.1. animositas &
honestas ibidem. 130.10. & amor in
- Dauidem 125.10. 126.20. fœdus cum
eo 125.126. per totum. cadit in pu-
gna contra Palestinos 136.1. eius po-
steri quo honore à Dauide affecti
144.1
- Ionathas cuiusdam Sadducæi cum Phari-
sæis contentio 285.40
- Ionathas homo uiliss. prouocat ad singu-
lare certamen Romanos 613.30. Pu-
dentem equitem Romanum interfecit,
& à Prisco centurione sagitta transfi-
gitur ibidem
- Ionathas Matthiæ fil. 260.20. defuncto
fratri Iudæ succedit imperij administra-
tione 269.40
- Ionathas Phariseus 446.40. insidiatur
Iosepho, seruatur 449.50. iterum ina-
sidiatur eidem 450.50. 451.1
- Ionathas pontif. perimitur 431.30
- Ionathas pontifex primus Massadam edi-
ficauit & nomen id imp. osuit 648.20
- Ionathas qui aliās Ionadab, socius Ammo-
nis 147.10. solatur Dauidem 148.
10
- Ionathas Samæ fil. sternit. uirum sex cubi-
torum 156.30
- Ionathas sicariorum princeps circa Cy-
renen 654.20. eius supplicium ibi-
dem 50
- Ioppe à Cestij militibus. capta, direpta &
incensa 535.10. bis à Romanis fundi-
tus excisa 560.10. eius situs descri-
ptus ibidem.
- Ioppensium intersectorum quot millia
535.20
- Ioramus Achabi fil. in regnum paternum
succedit 193.10. Moabitas expugnat
194.7. monitus ab Eliseo cauet Syro-
rum insidias 196.30. fame urgente
Elisæum iubet interfici, cuius mandatū
cum mox potuit 196.40. liberatur
ab obsidione Adadi 197.50. in oppu-
gnatione Ramathæ sagitta uulneratur
198.10. occiditur ab Ieu, & cadauer
eius in agrum Nabothi proiicitur ibi-
dem
- Ioramus Iosaphati fil. succedit in regnum
paternum 194.10. fratres & amicos
paternos occidit 197.20. deficiunt ab
eo Idumæi aliæ que gentes aliquot ibi-
dem. cognoscit suum fatum ab Eliæ, &
mortuus tractatur pro merito ibidem.
- Iordanis fontium origo 13.37.
- Iordanis refectus mortuus 583.30
- Iordanis fontes & cursus 564.2
- Iosabetha Ochoziæ soror germana quo-
modo Ioasum seruauit 200.30
- Iosadocchus pontifex Babylonem uinctus
ducitur 219.8. eximitur uinculis 220.2
- Iosaphatus à commentariis Dauidis 143.
30
- Iosaphatus Asani fil. in regnum paternum
succedit 184.10. presidia urbibus suis
imponit, & collapsam religionem re-
stituit

IN IOSEPHVM.

stituit 189.20. quantos habuerit exercitus paratos 189.30. increpatur ab Ieri propheta, pietatemq; ac iustitiam colit 191.30. Ammanitis & Moabitae citra sanguine uincit 192.10. cum Ioramo bellū infert Moabitis 193.20. moritur 194.10.
Iosephus Antipatri filius 314.1. oppugnat ab Antigono 468.10. quomodo perierit 480.30. arcani non satis continens ibidem
Iosephus Salomes maritus Herodis mandatum proditor occiditur 489.8
Iosephus Cabecus pontifex 432.40. priuatur munere 433.10
Iosephus Caiaphas. quere Caiaphas
Iosephus Canai uel Camyde pontificatum acquirit 424.10. eo priuatur 428.2
Iosephi Dalei fatum miserabile 603.20
Iosephus Ellemi filius 372.40
Iosephus & Iesus pontifices cum aliis mulatibus ad Romanos profugiunt 623.10
Iosephus Gorionis filius belli dux contra Cestium 538.9
Iosephus Herodis nepos occurrit Varo 380.10
Iosephus Itaburij montis planiciem muro circundedit 567.50. interfecit Ga male 568.10
Iosepho Matthiae filio quae causa fuerit Antiquitatum Iudicarū, & Belli Iudaici historiae descriptionis 1. suam historiam ueracem affirmat & incorruptam 351.40. ipsius genus, filij, institutio & doctrina, profectio Romam 437.20. naufragium passus à Poppea benigniter donatur, & mittitur legatus in Galileam 438.30. committitur ea ipsius tutela 440.40. in quibus uersatus sit periculis 441.20. bello necessaria comparat, & oppida expugnat ibidem. Ioannis insidias effugit & Iesu latronum principis 442.50. ignoscit capto Iesu, & cum Ebuatio bellum gerit 443.1. insidiis calumniis uariis petilus euasit 444.445.446. per totum. deficientes Tiberices cohibet ibidem. ciuitates munit 446.30. insidias patitur, & somnio consolatur 447.10. astutia eius in cognoscendis insidiis ibidem. Ioannis consiliis contra ipsum quomodo occurrerit 449.30. Ionatham insidiatorem seruat, & legatos mittit Hierosolyma 450.20. in salutis discrimen incidit 451.10. accusatur à Tibericibus & irridetur, coranique urbem cepit 452.40.453.3. Simonem & Ionatham Hierosolyma mittit 453.10. calumnias falsi historici depellit ibid. historiae suae ueritatem adstruit 454.30. Scpphoritas seruat 455.30. Tiberiada seruat, & Scpphorim capit, & profligatur à Romanis ibidem. in

pugna contra Silam prolabitur cum equo 456.30. captus honorifice tractatur à Vespasiano Titog; & captiuorum multos liberat, falsoque accusatur 457.10. uxores ducit, & liberos procreat ibidem 50. quā diligentia quoque ordine bellum Iudaicū conscripserit 558.20.559.360. per totum
Iosephus Matthiae filius utriusq; Galilae rector designatus 538.20. eius singulis industria ibidem. & 539.20. dolo Ioannis Giscalei subito oppressus 540.5. contra Ioannem Giscaleū profectus 541.50. gesta contra Romanos 545.40. aduentu Vespasiani in Tiberiada confugit 548.50. primatibus Hierosolymis à Tiberiade de rationibus belli scribit 549.7. Iompatenis auxilio uenit 549.550.551.552. per totum. eius machina excogitata contra arietis ictus 552.30. fortia facta 554.555. per totum. quomodo è catenis liberatus per Titum & Vespasianū 590.40.591.10. eius proluxa oratio ad Hierosolymitanos 609.610.611.612. per totum. in deditione in puteo delitescit 557.20. eius socij ipsum persequuntur ibidem. eius oratio philosophica ad socios 558.10. eius socij cum ipso caedes nutuas sortiuntur 559.10. cum altero sortem euadit ibidem. ad Vespasianum ducitur ibidem. uaticinatur Vespasiano imperium Romanum 559.40. ferme exanimatur 616.10. eius mater occisum credens cruciatur animo ibidem. curato uulnere rursus murum circuit hortando 617.20. mandata Titi Ioanni Hebraice nunciat 622.20. eidem colloquitur 623.624. per totum. pro reliquijs ciuitatis frustra obsecrat 633.10
Iosephus medicaster defectionis autor 446.8
Iosephi filij Iacobi natuitas 22.30. fratribus cur exosus 25.40. ueditur in Aegyptum 27.30. sollicitatur ad stuprum à domina 27.40. somnia explicat 28.50.29.50. è uinculis liberatur 29.30. praeficitur Aegypto, nominatur Psonthomphanecus 30.20. fratres capit ibidem. & miris exagitat modis 31.32.33.34. per totum. cognoscendū se ipsis exhibet 34.40. & 35.10. patri aduentanti occurrit 36.10. moritur & ossa eius in Chananeam transferuntur 37.5. & 46. laudatur 689. per totum
Iosephus apud Vespasianum accusatus 654.40. quing; milium annorum historiam Graeco sermone cōtexuit 655.30. eius historiae certitudo 657.30. dux ipse Galileorū à Romanis captus ibidem. solutus uinculis cum Tito ad obsidionem Hierosolymorū profectus ibidem

Iosephus belli historiam primum Vespasiano & Tito obtulit, ut sibi testes essent 538.10. Agrippae regiam dedit ibidem. Antiquitatis libros ex sacris literis interpretatus est ibidem
Iosephus Simonis filius toparchiam administrat 538.20
Iosephus Tobiae filius quomodo Ptolemē Euergetē reconciliarit Iudeis 254.20 festiū eius responsum 255.9. uxores & liberi 256.1
Iosephus Zachariae fil. praeficitur praefidio Hierosolymorum 263.40. uincitur à Gorgia 264.30
Iosias Amasi filius patri in regnum succedit, optimam rempub. & ueram religionem instituit sublatis idolorum aris & sacerdotibus 213.214. per totum. moritur 214.30
Iosué. uide Iesus
Ioatham Oziae filius uir pius patri in regno succedit, Ammonitisq; tribus pcedere cogit, & moritur 205.40
Iothamus Zachariae regis filius patri in principatu succedit uir pius & iustus 206.8. Ammanitis tributariis factis dedit, filio Achaze successore relicto ibidem
Iothanes Gedeonis filius parabolis ad Hebraeos loquitur contra Abimelechum 102.30
Iotape Sampsigerami regis filia 391.50
Iotapae situs descriptus 550.1
Iotapae excidium Hierosolymae nunciatum quali luctu urbem repleuerit 556.20
Iotapatenorum conflictus accer cum Romanis 549.550.551.552.553. per totum. calamitas miserabilis 553.20.554.10.555.40
Iotapateni cuiusdam capti à Vespasiano constantia 556.30. Vespasiano produntur ibidem. demum expugnantur ibid. eorum quot milia occisa & capta 557.10
Iouis mensis 73.30
Ioazarus constituitur pontifex 372.40. priuatur eo 382.50
Iranus amicitiam cum Dauide init 140.30
Ircneus orator 376.20
Iris quid designet 8.20
Iromi cum Solomone amicitia & mutua eorum beneficentia 166.30.167.30. quibus donis fuit remuneratus à Solomone 173.10
Isacus nascitur & circumciditur 15.50. ducitur sacrificandus 16.50. ducit uxorem 18.10. nascuntur ei gemini 19.10. Abimelecho exosus reconciliatur, & fodit puteos ibid. fallitur ab uxore ibid. moritur 24.50
Isacharis fors 92.50
Ishoseth. uide Iehosethus

Iseremoth

I N D E X

- Iscariot* locus 66.3
Isiacorum scelus & supplicium 387.40
Isidis status & templum tollitur 388.30
Ismael *Fabi* filius pontificatus nix dū nactus exiit 386.5
Ismaelis *Abrahami* filij natiuitas & circūcisio 14.10. *Arabum* autor est 16.40.
 ducit uxorem, gignit fil. xij. ibidem.
Ismael *Phabai* filius constituitur pontifex 432.10
Ismael regij generis *Iudeus* *Godoliam* interficit 219.50.220.10. quantā cædem etiam aliorum hominum fecerit præter *Masphatenses* abductos 220.20
Israel quid significet 24.4
Israelitæ inhumane tractantur ab *Aegyptiis*, necantur, & grauibz laboribus atteruntur 37.40. labor augetur 43.40. quātus eorum ex *Aegypto* migratiū numerus 45.40. transeunt *maerubru* 46.40. armis *Aegyptiorū* se muniūt 47.40. obmurnurāt *Moyse* 48.30. coturnicibus pascuntur mānāq; 49.40. ab *Amaleitis* prælio infestatur 50.40. collatio ad tabernaculi structurā 54.50. seditionibus agitantur & puniuntur 66.10. 67.10. negatur eis ingressus in *Chananeam* 67.20
Israelitæ inficio *Moyse* cū *Chananeis* pugnātes uincuntur 68.10. quæ eis triginta octo annis in deserto obuenerint 72.4. quales milites fuerūt 74.7. *Amoreos* extinguit 74.75 per totū. à *Madianitarū* puellis seducuntur 76.10. eos excindunt 78.3. *Hierichūte* delent 89.30. item *Ainā* 90.40. partiuntur *Chananeā*, & quisq; in suam sortē mittitur 92.20. cōmouentur inter se propter arā in ripa *Iordanis* extructam 93.50. quomodo se gesserint post *Iosue* mortē 95.20. omisso bello agriculturæ dant operā 96.1. eorum præliū cum *Beniamitis* 97.10. *Chusarthi* *Affryriorū* regi subiiciuntur octo annis 98.40. à *Molibitis* subiugantur, à *Iode* libertati restituntur 99.1. iterum à *Iabino* opprimuntur 100.1. per *Deborā* redimuntur ibid. ab *Amalecitis* & *Madianitis* septē annis miserē tractantur 100.30. restituntur libertati per *Gedeonē* 100.50. sub *Abimelecho* male habentur ibidē. 103.30. iā ab *Ammanitis* sed per *Iaphthem* liberantur 104.20. ceduntur à *Philistinis* & fugantur 109.20. uindicantur in libertatē à *Samuele* 111.10. male tractati ab *Ammanitis* liberantur à *Saulo* 115.30. ceduntur à *Philistinis* 134.50. civili bello laborant 136.10
Israelitæ quot annis post *Iesum* nequie-runt *Chananeos* ex *Hierosolymis* eue-re. 140.40. Reliqui ipsorū gesta sub regibus cōprehenduntur. *Ezechia* regem restituere religionem conantem cōdemnat, & prophetas occidit 208.
 1. transferuntur in *Mediā* & *Persidem* & quo tempore id factum ibidem
Issa quid *Hebræis* 4.2
Issacharis natiuitas 22.30. filij quatuor 35.50
Issamus fil. *Achemai*, unus fortium *Dauidis* 136.50
Itaburius mons 93.1. situs 567.40
Italiz bella ciuilia 588.1
Ithaciz seu *Hircenes* concubina *Ptolemæi* *Physconis* sobrietas 575.30
Ithamari domus priuatur sacerdotio 163.50
Ithobal *Tyriorū* ac *Sidoniorū* rex 100.20
Iubal, & eius inuenta 5.40
Iustas *Heberi* filius quos liberos habuerit 12.20
Iucundus equitū præfectus tumultū *Cæsare* sedat 522.20
Iucundus *Herodis* satelles falso accusatus torquetur 358.20
Iudea latronibus expletur 433.40
Iudeæ regio ubi præstantissima 467.40
Iudeæ descriptio 528.529. per totum
Iudeæ nulla pars erat quæ non unā cum *Hierosolymis* interiret 582.30
Iudeus uiuus captus, *Titi* iussu crucifigitur pro muro *Hierosolymæ* 605.50
Iudei quando primum ceperint appellari 236.20
Iudeis permittitur à *Cyro* redire *Hierosolyma*, & templū ibid. edificare iterū 227.10. impediuntur ab ædificando 228.10. à *Dario* *Hystaspis* filio liberi et immunes facti iuuantur in urbis & templi restoratione, & quot eorū *Hierosolyma* reuersi sint 231.20. quando templū absoluerint 233.10. eorū reip. quæ forma fuerit & quomodo mutata ibid. duas tribus *Hierosolymæ* redire uolentes per *Asiam* & *Europā* decere, reliquas uerò decē ultra *Euphratē* esse 234.30. armati laborāt 236.40. in summā calamitatem per *Amanē* deceniunt 238.30. quomodo à *Bagose* tractati 243.10. quomodo ab *Alexandro* *Magno* 245.10. quomodo sub *Ptolemæo* *Philadelpho* 248.30. & inde quomodo ab *Assiz* regibus alijsq; honorati 252.20. miserē ab *Antiocho* *Epiphane* tractati 259. usq; 265. sub *Demetrio* 266.50 cū *Romanis* primū fœdus incunt 268.20. summa calamitate cōstituti post *Iude* casum 269.20. 270.1. quādo primū *Romanis* subditi 271.20. quibus honoribus & beneficiis ab iisdē affecti 305.3
Iudeorum cū *Samaritis* cōtēctio propter templum 273.40.
Iudeorum sectæ quot 384.40
Iudei quā sint religiosi 297.10. 332.20
Iudeorum *Cyrenensium* & *Asiaticorum* legatio ad *Cæs.* propter *Græcorū* molestiam 350.10
Iudei seditionem excitant 371.40. 377.378. 379. per totum
Iudeorum constantia pro tuendis legibus 387.10. 399.10
Iudeorum miseriz sub *Pilato* 388.30. itē alibi 401.30. sub *Felici* 431.20
Iudeorum & *Græcorū* apud *Alexandriam* seditio 418.40
Iudei male à *Babyloniis* tractati *Seleuciam* migrant 404.50
Iudeorum & *Philadelphensium* dissidium 423.20
Iudeorū 30000. à seipsis cōtrita 428.30. eorum & alia clades ibidem
Iudeorum cum *Syris* dissidium 431.50
Iudeorū pontificatus & principatus successio & mutatio 434.40
Iudeorum epulæ ferales 505.20
Iudeorum cōtra *Archelaum* accusatio & petitio 510.4
Iudei *Petronio* supplicat 516.20
Iudeorum tumultus sub *Camano* & *Calimatas* 518.20
Iudeorum & *Syrorum* seditio circa *Cæsaream* 520.40
Iudeorū sub *Albino* *Hierosolymis* seditio 521.20. alia sub *Floro* *Cæsare* 522.6
Iudeorum dispersio in totum 529.30
Iudei legatos ad *Florū* & ad *Agrippā* regem mittunt 529.10
Iudeorum contentio cū *Romanis* ibidem. captiuitatis eorum exordium 604.1
Iudei contra *Iudeos* in *Scythopoli* 532.50
Iudeorum *Alexandriæ* occisorum quinquaginta milia 605.10
Iudeorum & *Romanorum* strages in *Secenopegiis* *Hierosolymæ* 535.50
Iudeorum uictoria insignis contra *Cestiiū* 537.20. unde clati facti 543.30
Iudei à *Romanis* profligantur 544.10. 555.40
Iudeorum clades ab *Idumæis* facta 578.30
Iudeorum circa sepulturam cura ibidem
Iudeorū in *Massada* immane facinus 652. per totum
Iudeorum apud *Alexandriam* & *Thebas* interitus 653.10
Iudeorum genus uetustissimū ex origine domestica 655.10
Iudeorū cura cōscribende historie 657.10.
Iudeorum cur rara mentio in *Græcis* historiis 655.40. eorum apud antiquissimos nomina 660.50. eorum egressus ex *Aegypto* mille annis ante *Iliacum* bellum 661.4
Iudeorum magnanimitas & clementia in quo consistat 693.10. eorū leges optimæ 686.40. omnes populi eorū emuli ibidem
Iudeorum fides & auxilia contra *Aegyptios* *Rom.* præstita 675.50. merita *Augusti* *Cæs.* epistolis comprobantur ibidem

Iudeorum

IN IOSEPHVM.

Iudeorum integritatis testimonia ab Alexandro, Ptolemæis omnibus & senatu Romano, imperatoribusq; maximis facta 675.50
 Iudan Amasie regis mater 203.20
 Iudas, Iudæi 10. & 11
 Iude portio in terra Chanaanæ 92.40
 Iude natiuitas 21.10. consilium de fratris cæde uitanda 27.10. homo uehemens 31.50. filij tres 35.50
 Iudæ tribus gesta post Iesu mortē 95.20
 Iudam inter xij. fratres principatum obtinuisse 161.10
 Iudas Asamonie filius quid contra Antiochum utrūq; fecerit, & quomodo religionem instaurarit ac perierit 461.20
 Iudas Capsai, uir strenuus 278.10
 Iudas Eliasibi fil. in pontificatum patri succedit 243.7
 Iudas Effatus propheta 463.50
 Iudas Ezechie laronis filius Archelai regnum afficiat 379.2. tumultum excitat. 508.30
 Iudas Gaulanites Galilæus seditionē inter Iudeos cōcitāt 384.20. eius scēla 385.20
 Iudas Iairi latenter inter Romanorū manus effugit 645.40
 Iudas Iudæ filius præfatus Simonis cū decem contubernaliis deliberat murum tradere Romanis 616.50
 Iudas Macchabeus 260.20. Patri in administratione succedit 261.10. Apolloniū & Seronem præfatos superat & occidit ibid. Gorgiam & Nicanorē uincit 262.20. itidē Lyfiam 262.40. templum purgat & instaurat 263.10. uincinos molestos domat magnis stragibus 263.30. Nicanorem cū suis copiis decet 267.30. creatur pōtifex, & saceratur Romanis 268.20. cadit 269.10
 Iudas Sepphoræi Iohannis 503.20.
 Iudas uates 286.40
 Iudicum status quis 116.10
 Iudicum imperium apud Iudeos quantum durauerit 312.
 Iulia uxor Caf Augusti 349.10
 Iudæ Augusti quid ab Herode legatum 374.10
 Iuliani cēturionis fortitudo et fatū 621.50
 Iulius Cæsar Pompeium fugat, & bellum cū Aegyptiis gerit 301.30. amicus & beneficus est in Iudeos 302.30. parat expeditionem cōtra Scipionem & Cætonem 305.1. occiditur 307.2
 Iulij Cæs. magnificentiæ, & liberalitas in Herodē 319.10.330.40.485.1.486.2. uincit M. Antonium 327.50. occidit cum cum Cleopatra 330. beneficia in Aristobulum Alexandri 470. itidē in Hyrcanū & Antipatrū 471.10
 Iulius Cæpella 438.40
 Iulius Lupus Cæsoniam cū filia interfecit 414.20. interficitur & ipse 418.10
 Iupiter Olympius 405.50

Iurifurandi modus 18.10
 Iustus Iosephi satellites cadit 458.20
 Izatæ regis filij & fratres Tito supplicant 633.30
 L
 Lathanus Batuelis filius 12.3. dolose cū lacebo agit 21.50. persequitur fugientem generum 22.40
 Labosardachus Niglasaris filius in patrum regnum succedit 223.10
 Lacedæmoniorum amicitia cū Onia fōtiffice 258.1
 Lacedæmonij cū Iudeis societate & sœdus faciunt 278.40
 Lacedæmonij quando & quomadmodum Romanis subditi 526.30
 Lamechus, pater liberorum LXXVII. 5.50
 Largius Lepidus decimæ legionis præpositus 628.20
 Latopolis 45.30
 Latronum coluuiæ Hierosolymis 570.30.571.10. eorum facinora ibidem
 Latronum turba in Iudæa 431.10.432.20. & 438.10
 L. Lentuli decretum pro Iudeis 306.30
 Lepid. à Caligula occisus 406.20. et 408.3
 Leprosi quatuor Syrorum castra urgente inedia inuadunt 196.20
 Leprosorum conditio 61.50. & quod alibi sint in precio ibidem
 Leuces loci descriptio 649.10
 Leui, militum præfatus 446.20
 Leuis natiuitas 22.20. ulciscitur sororis stuprum 24.20. filij ipsius tres 35.50
 Leuias traditur 571.20. occiditur ibidem
 Leuite uxor quàm nefande à Gabaonitis tractata 96.10. & 97
 Leuite eius prudentia 96.40
 Leuitarum numerus 65.20
 Leuitis ac sacerdotibus ciuitates cum suo agro, & decimæ adscribuntur 72.30. eorum ciuitatum nomina 93.20
 Leuite usū uestis lineæ impetrat 434.32
 Leuitica tribus deo dicatur, cui tabernaculi cura committitur 63.40
 Lex Moysis cur à poetis aut prophanis historicis non tractata 248.20.251.40
 Legis et præceptorū Dei pulcherrima explicatio 681.682.683.684. per totū
 Legis nomen apud Græcos olim non fuisse 679.5
 Leges Moysis ad mores pietatēq; pertinentes 39.40.80.50.81.10
 Lie & Rachelis amulatio 22.20
 Libri duo & uiginti apud Iudeos chronici 657.30
 Liborius Maximus iussu Vespasiani Iudeis stipendium indixit 645.50
 Lybia dicitur Apherica 18.1
 Libys, Libya 10.40
 Linguarum multarum cognitionē cur Iudei non magni faciant 436.20
 Longæui cur primi homines 8.20
 Lōginus tribunus à Iudeis occisus 537.10

Longini equitis Romani sœris factum 607.10
 Longini iuuenis Romani facinus 626.10
 Lotus adoptatur ab Abrahamo 12.6. capitiuus abducitur 13.30. seruatur de excidio Sodomitarū 14.25. filia cū patre cocunt 15.20
 Loti uxor in salis statuam uersa ibidem
 Lucilius Bassus legatus Herodiū castellum capit 643.40. Machærunta quoque 644.10. Iardē Syluā oppugnat 645.20. Lucius Annius Gerasam capit, & mille iuuenum interfecit 385.40
 Lucus tempus 83.40
 Ludas, Ludi 11.10
 Ludi Circenses 406.30
 Luminū festiuitas, & eius institutio 263.9
 Lupus Alexandrie rector ad Vespasianum scribit de seditione Iudeorū 653.40. itidē Onie ablatis donariis claudit ibid.
 Lustrandi populum modus 73.10
 Lustrationis tabernaculi modus 60.10
 Lydda ciuitas à Cestio exusta 535.40
 Lydi olim Ludi dicti 11.10
 Lyfanius Ptolemæo Memmi patri successit in regnum 310.20. interficitur à Cleopatru 324.10
 Lyfanius Parthos in Iudeos incitat 475.20
 Lyfie committit Antiochus Epiphanes filium suū & bellū cōtra Iudeos 261.40
 Lyfias uincitur à Iuda Macchabeo 262.40. occiditur à Demetrio 267.1
 Lyfimachus fratrem suum occidit, & Gazam prodit 89.30
 Lyfimachus Hellepontum occupat mortuo Alexandro 246.10
 Lyfimachi portentoſa de Iudeis mendacia confutata 671.30.672.1.673.20.678.679. per totum

M

Accedones transisse pedites mare Pamphylum 47.40
 Macedones quado Romanis subditi 526.301. & 50
 Macedones Aegyptios subiugarunt 679.50
 Macchabæi natu maximi & primi inter septem fratres supplicia crudelissima & ipsius cū insigni tolerantia sermones 695.10.697. ubi historia Macchabeorum fratrum
 Machæra dux Rom. legionum qualiter se gesserit apud Herodē 316.10.480.20
 Machir, tertij ex fratrib. Macchabæi cōstantia 697.9
 Macheruntij Romanis persuadent ut præsidio suo decedant 606.5
 Machærus quomodo captus à Romanis 643.46. situs eius descriptus 644.3
 Macho captus & deſtructus 143.20
 Macro præfatus prætorianorum militum 394.10
 Madianitarum filia Israelitas illiciunt ad delinquendum 76.77. per totum. cæduntur

I N D E X

- duntur cū suis regibus 77.4
 Madianitæ Hebræos subigunt 100.30. cæ-
 duntur maxima strage 101.40
 Madiana ciuitas 41.10
 Madus, Madæi 10.4
 Magnus campus regio 447.15. cuiusque
 descriptio 184.25
 Magoges et Magogæ populi 10.2
 Magus Aegyptius pseudopropheta trigini-
 ta milia hominum seduxit 520.20. cum
 paucis fugit ibidem
 Magi et latrones iterum Iudeos afflixerunt
 520.30
 Magorum turba in Iudæa 431.432.433.
 per totum
 Malichus exactionum collector pro Caf-
 sio 473.30. nouas res molitur et ue-
 neno tollit Antipatrum ibid. luit pœ-
 nas 474.10
 Malichi Arabum regis perfidia 312.15.
 477.30
 Malchus Arabiæ rex Vespasiano in auxi-
 lium misit quinque milia peditum, equi-
 tes mille 546.10
 Malichus Iudeorum dux 469.20. auxilia-
 tur Gabinio contra Alexandrū Iannæū
 299.6. Antipatrū ueneno tollit 307.
 30. interficitur 474.10
 Malthace uxor Herodis moritur 507.30
 Malorum hominum mos 370.20
 Man uox interrogatiua 50.10
 Manachæses uetus qualis 57.40
 Manahemus Essenus Herodæ puerū scho-
 las frequentatē saluat regem 339.1
 Manahemus Iudæ Galilei fil. Massadā in-
 uadit 530.50. uelut rex Hierosolymam
 redit, et principis seditionis fit ibid.
 interficitur 531.20
 Manahemus occiso Selesino regnum sibi
 uindicat et Thapsenses excindit, ac
 post à Phullo pace redempta moritur
 205.40
 Manasses Iosephi filius 30.20.35.50
 Manasses in numerū Iacobi filiorū adopta-
 tur 37.1. censetur loco Leui 65.20
 Manassæ pars dimidia Chananeæ 92.50
 Manasses Ezechie filius regnum paternum
 assequitur, impiissimus, et prophetarū
 occisor captus à Babyloniorū rege tan-
 dem in principatū restituitur, et pietati
 studet prioribus mutatis morib. 212.
 20.213.1. moritur relicto successore re-
 gni filio 213.4
 Manasses Ioannis pont. fil. ducit uxorem
 Sanaballitis filiam Hicaso uocitatem
 243.50.344.10
 Manasses fit pontifex 254.10
 Manasses trans Iordanem missus, ut topa-
 rchiam administraret 538.30
 Mandra, locus 220.20
 Mane, quæ diei pars 3.4
 Manethon Aegyptius historicus 659.25.
 eius historie cōpendiū 660.661.662.
 per totum
 Manethon antiquitatē Iudeorū confirmat
 661.20. Aegyptiacam historiam se ex
 sacris literis interpretaturū professus
 667.30. eius historia emendata ibid.
 et 668.50.669.10
 Manethonis mendacia confutata 668.30.
 669.670.671.673. per totum
 Manna qualis cibus 49.50
 Manna quando defecerit 89.20
 Māneus Lazari ad Tiū profugit 618.10
 Manoches Zelotypus Sāpsonis pater an-
 gelum excipit 104.50
 Mar locus cur sit uocatus 48.10
 Mara quid significet 107.40
 M. Agrippa. uide Agrippa
 Marcus Alexandri Alabarchæ fil. 418.30
 M. Antonius. quere Antonius
 M. Anto. Iulian. procurator Iudææ 628.20
 Marcus Sexti Cesaris successor in Syriam
 307.1.473.9
 Mardocheus dux Iudeorū Babylone dedu-
 centorū Hierosolyma. 231.24.233.43
 Mardocheus Estheræ patruus 238.1. regi
 insidias prodit 239.10. Iudeorū cala-
 mitatem Estheræ indicat ibid. afficitur
 summo honore 241.30. Amanis pote-
 statem et bona accipit ibidem
 Mare rubrum Iudeis transitum concessisse,
 et Pamphylum Macedonibus 47.
 6.41
 Mare uis templi cur sic dictum 168.30.
 et quā fuerit capax, eiusque usus ibid.
 Marcone Græcis Samaria 184.7
 Marefa urbs 182.40
 Mariæ Eleazari filie facinus horrendum
 comedentis filium 627.5
 Mariamne Agrippæ filia 391.30
 Mariamne Alexandri Aristobuli et Ale-
 xandræ filia, uxor Herodis 320.30. occi-
 ditur à marito 331.10
 Mariamne Alexandri filia, uxor Herodis
 Antipatri 474.40. eius insolentia in
 maritum 488.40. occiditur 489.9
 Mariæ Archelai uxor repudiata 381.10
 Mariamne ab Archelao marito transit in
 thorum Demetrij Alexandrini 430.40
 Mariame Moysis soror 39.10. moritur
 73.30
 Mariammes turris descriptio 600.20
 Marisa ciuitas deuastatur 476.40
 Marsonane, mensis 7.3
 Marsus Syriæ præficitur 420.30. desert
 Agrippam Claudio Caf. 421.20. ex-
 cipitur ab Agrippa, cui fit exosus 422.
 30
 Marsus Agrippæ libertus 392.40. Tibe-
 rij mortem patrono suo nunciat 392.30
 Marthace Archelai mater moritur 377.
 47
 Marullus præses Iudææ constituitur 397.
 Massabazanes quid 58.6 (14
 Massade castelli descriptio 377.40
 Massatæ castelli situs descript. 648.40
 cōmeatus et apparatus qui decem mi-
 libus uirorum sufficerent 648.40
 Masnaemphites pilcus 58.7
 Masphatis ciuitas, et quid significet 111.
 40
 Matathias Asamonæi filius occidit Baco-
 chidem, et duces expellit Iudæa ac mo-
 ritur 461.7
 Mathanes Balis sacerdos trucidatur 201.
 20
 Matthias Anani fit pontifex 420.20. pri-
 uatur sacerdotio 422.5
 Matthias Apfalomi, uir strenuus 238.10
 Matthias Ioannis filius sacra prophanare
 renuit, uerūque religionē fortiter tue-
 tur 260.10.261.5. instructis filiis mo-
 ritur ibidem
 Matthias Margaloti seditionē mouet 371.
 40. exuritur uiuus 372.10
 Matthias Margali, sophista 503.20
 Matthias pontifex mittitur ut Simonem
 Gioræ Hierosolymam introducat 589.
 20
 Matthias Theophili constituitur ponti-
 fex 367.10. priuatur eo munere 372.
 30
 Matthie Boethi mors crudelissima 616.
 30
 Maxilla, locus 106.20
 Mazaca ciuitas 10.8
 Madabenses Amari Ioannem Gaddin in-
 terficiunt 270.15. expugnatur ab Hira-
 cano 283.40
 Medimnus Atticus et Siculus 57.40
 Medi populus 10.4
 Medi quōdā Asia regnauerunt Græcis
 cogniti 658.50
 Megassari facinus audax 614.10
 Megasthenes historicus 663.8
 Mela legatus Archelai ad Herodē 358.40
 Melcha Aranis filia 11.40
 Melcha Sauli filia datur nuptum Dauidi,
 marito periclitanti succurrit 124.30.
 datur alij nuptum 123.3. ridet maritum
 142.10
 Melchisedecus rex Solymæ Abrahamum
 conuiuio excipit 13.50
 Melius imposuit Pseudalexander 511.512.
 per totum
 Memnonis sepulchri descriptio 516.10
 Memphibosus Ionathæ filius humanissime
 à Dauide habitus 143.50. delatus Das-
 uidi occurrit uictori 154.3
 Memphitarum deditio 471.10
 Menander Ephesius singulorum regum a-
 tius apud Græcos et Barbaros cōscri-
 psit 661.30
 Mende ciuitas 214.40
 Menedemus Philosophus 251.10
 Menelaus, qui aliās Onias, Simonis filius
 propter amissum pontificatum deficit
 à patriis legibus 258.30. abducitur
 captiuus et occiditur 266.40. uide
 Onias
 Mensa tabernaculi 57.1.58.

Mense

- Mense à Ptolemæo Philadelpho Iudeis donatæ descriptio 249.50
 Mensis anni primus Moysi quis & cur 7.4
 Mensuras quis excogitarit 5.20
 Meroë unde dicta 40.40
 Mesæ, Mesanæi 12.20
 Mesclius, Mesclini 10.6
 Mesopotamiæ difficilis transitus 18.10
 Mesre, Mesreici 10.30
 Mesreici filij quibus populi nomina imposuerunt ibidem
 Messala rhetor patrocinator Herodi 310.7
 Messalina à marito Claudio Cæs. ob ætæ iotypiam trucidata 430.40
 Methir, tunica pontificalis 58.10
 Metilius præfectus à cæde reseruatus 532.6
 Metilius Romanorum præfectus legatos mittit ad Eleazarum ibidem
 Michæas proijctæ uulnere ipsum nolenti male ominatur 188.54. Achabo malum nunciat, quare in carcerem conicitur 189.10. Achabo interitum prædicit 189.12. 190.12
 Michæas propheta 215.30
 Michole uxor Davidis. uide Melcha
 Milesius arcis Damasci præfectus quomodo Philippum Cypsilium tractauit 291.8
 Militis cuiusdam facinus contra senatum Romanum 517.40
 Militis Rom. impudentia quantam cladem Iudeis dedit 428.40
 Militis Moisaicos libros discerpentis pœna ibidem
 Militiæ qui non commodi 86.1. & qui ab ea immunes ibidem
 Mina quantum pendeat apud Iudeos 300.10
 Minæus Aegypti rex; Memphis conditor 173.30
 M. Minucianus 410.10. 417.10
 Misael appellatur Misachas 221.10
 Misas Moabitarum rex propter uicatum loramo tributum quod necessitas petuenerit 193.10
 Misenum oppidum 405.40
 Mithridates ararij Cyri præfectus 227.50
 Mithridates occisus 297.10
 Mithridates Pergamenus. Pelusium expugnat & Aegyptios uicit 301.302. eius gesta 471.50
 Mithridates quomodo ab Antiocho tractatus; quomodo ab uxore, deq; eius uictoria 403.404. per totum
 Mnasæus Grecus historicus 666.40
 Moabæa penitus fracta à Davide 142.30
 Moabite & Ammanite socij, mutuo sese interimunt 193.30. iterum sternuntur & prædantur 194.6
 Moabus, Moabite 15.39
 Molonis mendacia de Iudeis 673.20
 Monobazus Bactros Adiabenorum rex quomodo Iudæis inuictus amplexus 425.6. eius regnum 604.20
 Monobazus Monobazi filius rex cōstituitur 425.10. rex fit 428.2
 Mons Samaron, locus 181.20
 Montem in alium locum deuolutum 205.30
 Mortem præter dei uoluntatem non uenire 87.20
 Moses, qualis fuerit uir 2. & 3
 Moyses natiuitas 38.50. quomodo seruatus 39. cur sic uocatus ibidem. adoptatur à regina ibidem
 Moyses diademæ regum pedibus calcatus 39.50. & 40.1. præficitur exercitui Aegyptiorum & Aethiopas bello uincit 40.10. ducit Tharbin uxorem 41.3. fugit Aegyptios ibid. Raguelis filiæ opitulatur cōtra pastores, ex quibus unam ducit uxorem 41.50. cōspicitur rubum ardentem in Sina 42.3. confirmatur ei liberatio Israelitarum 43.10. edit miracula, nomen Dei cognoscit, redit in Aegyptum ibid. edit prodigia apud Pharaonem 43.44. 45. per totum. educit Israelitas ex Aegypto, & quantus eorū numerus 45.50. cuius amicus fuerit cū eos educeret 46.50. tradit eos per mare rubrum in columnas 46.40. aquam amarā facit potabilem 48.30. coturnices & manna impetrat à deo 49.40. ex petra aquam elicit 50.20. cū Amalecitis pugnat 51.30. decem præceptorum tabulas à deo acceptas populo exhibet 51.19. quadraginta diebus in Sina detinetur 54.19. Aaroni fratri sacerdotium cōfert 59.40. dedicata templo uictimas offert 60.40. in tabernaculo Deum consulit 61.10. tribum Leuiticā Deo dedicat 61.40. censet omnes tribus præter Leuiticā, & ordinat provisioni belloq; necessaria 65.20. mittit exploratores in Chananeā 66.20. Coræ factionem compefcit 69.10. eius iustitia 70.30. lustrat populum 73.10. Sehonem & Ogem reges delet 73.50. Medianus cum suis regibus cedit 78.4. Iesum sibi designat successorem ibid. mortuus quid sibi prædixerit 79.10. quas leges præscripsit 80.20. usq; 86. exhortatur Iesum ut in Chananeos exercitum ducat 87.10. nube circūdatus disparuit ibid. 40. iugatur triginta diebus à populo. ibidem
 Moyses fabulose dicitur fuisse leprosus 64.4. uir admirandus 67.15
 Moscos quinq; librorum scopus 657.28
 Moses apud Manichonem prius Osarsaphis sacerdos Osireos dei Heliopolitani dictus 669.40
 Moses Aegyptiis uir diuinus habitus 670.25. sua tempora quib. uixit descripta ibid. eius uirtus & gesta 679.680. 681.682. per totum
 Mosollani Iudei nobile factum 665.40. 666.10
 Muchæus fert sententiam contra Varsen regem 237.40
 Mulierum potentia 230.5
 Mundi & uniuersorum creatio 3.1
 Mundum prouidentia dei regi 226.40
 Mundus quomodo Paulinam consuprarit 388.20
 Murus trigintanouem stadiorum cū tredecim castellis circum Hierosolimam triduo edificatus 615.3
 Musicorum instrumentorum Davidis regis descriptio 146.40
 Mutiani & cæterorum rectorum petitiones 590.20
 Mutianus Romanus ingreditur cum exercitu 592.30

N

- Naanis uxor Abimelechi Bethlemite & quid significet 107.30. quomodo Ruthem instituerit 108.10
 Naases Ammanitarum rex Hebræos crudeliter tractas à Saul occidit 115.40
 Naases iunior Ammonitarum rex iniuria afficit Davidis legatos 144.10
 Nabæotes, Nabatea regio 16.30
 Nabalus uecors & malus cōiuciat Davidi 130.10. quid significet, ibidem. moritur 130.40
 Nablæ instrumentum musicum 156.40
 Nabrodes, qualis uir 9.5. & 10.1
 Naluchodonosorus rex Babylonis bello infestat Nechaum Aegypti regem 215.20. Ioachim occidit, & Hierosolymitanorum præstantissimos Babylonem abducit 215.50. duces eius qui urbem Hierosolymæ cepserunt 218.10. quomodo cæptum Sedeciam tractarit 219.10. Hierosolyma penitus excindenda, & templum spoliandum, populamq; Babylonem traducendum, curat ibid. Cælen Syriæ ac Aegypti perdomat 220.40. Iudeorum nobiliū quoruundā pueros instituit & castrat ibid. somniū, cuius erat oblitus, uult sibi indicari & explicari, quod facit Daniel 221.40. mortuus 223.40. gestorum eius repetitio 223.50. posterorum eius finis 225.4
 Nabuthus propter negatum regi fundum lapidibus obruitur 186.40
 Nabuzardanès mittitur Hierosolyma ad templum spoliandum 219.40
 Nacebus Aralium dux cæsus 356.50
 Naclorcs Serugi filius 11. quot habuerit liberos 11.50. & 12.10
 Nadabius Hieroboami filius accipit regnum paternum cum paterna malicia, occiditurq; cum omni familia 182.20
 Nain nicus 586.40
 Nais à Cainè condita 5.20

I N D E X

- Nals iucus 429.10
 Narbathæ regionis situs 321.20
 Narbathene toparchia à Cestij equitibus uisita 535.20
 Nasamonis quomodo Romani subiugarint 527.40
 Nathan propheta 142.10. mittitur ad Dauidem increpandum 146.20. indicat quomodo Adonias sibi regnum usurparet 159.40
 Naum prophetia de excidio Niniuitarum 206.10
 Nazarei, deo deuoti 72.40
 Necessitate in bello nihil pugnacius 549.30
 Necessitate laborantes subleuare, homini decentissimum & deo gratissimum 113.10
 Nechias qui & Pharo Saran rapuit 610.6
 Nechaos Aegypti rex contra Babylonios proficiscens impeditur à Iofia, quem occidit 214.40. captiuus abducit Iozazum filium eius ibidem
 Nechaum bello petit Nauchodonosorus 214. uincit ibidem
 Necmias quantum iuuerit Iudeos apud Xerxem 236.10. 237.3
 Nedyra urbs 401.30
 Nemrod. uide Nabrodes
 Nephani singulare certamen cum fortissimo Palestinarum 156.20
 Nephthalim natiuitas 22.20. filius eius 36.50
 Nephthalitarum fors 93.5
 Neronis gesta & præcipue contra Iudeos 519.40. & 50
 Neronis imperium quandiu durauerit 586.10
 Nero contemptor nationis Iudeorum 636.20
 Nero indignatur ob res minus prospere gestas in Iudea 543.10. Vespasianum ad regendos exercitus in Syriam mittit ibidem
 Nero. quere Tiberius & Domitius
 Neronias dicitur Casarea Philippi 433.40
 Nerus cum Iudei abstineant 24.9
 Netira & Philippi fratrum fortia facta 553.1
 Nicanor perfidus contra Iudam Machabæum pugnans, cum suo exercitu uictis extinguitur 267.30
 Nicanor amicus Titæ fugiens uuln. 604.40
 Nicanor regina Aegypti 173.40
 Nicolaus Damascenus Iudeorum patronus 252.40
 Nicolai Damasceni historia de Herode culpatur 351.20
 Nicolai Damasceni legatio nomine Herodis ad Casarem 319.30. sententia de duob. eius filiis damnatis 364.30. actio
 contra Antipatrum Herodis filium 368.1. patrociniatur Archelao 377.20
 Nicolaus Damascenus rerum Iudæicarum scriptor 677.10
 Nicolai rhetoris oratio pro Iudæis Ionick 343.40. Iudeos coram Cesare arguit, & reges purgat 510.30
 Nigro Peraita qui Idumæam regebat, à Iudeis mandatum ut ducibus pareret 538.10
 Niger Idumæe rector in Sals oppidum Idumæe confugit 543.38. licetum fugit ibidem
 Niger Peraita, Silas Babylonius, & Ioannes Essenus, duces Iudeorum contra Romanos ibidem. quomodo occisus 580.30
 Niglisar Abolamarodachi filius regnum paternum accepit 223.50
 Nilus fluuius 4.10
 Nilus usq; ad Elephantinem nauigabilis 59.40
 Ninus qui condiderit 11.10
 Ninus regis Assyrorum 211.30
 Nisan, mensis 74.45.20. 213.20
 Nistis regio 426.40
 Nisibis urbs 411.30
 Noba oppidum sacerdotum 126.30. excinditur cum uniuersis habitatoribus 127.30
 Nobilitas generis nulla inter Iudeos 69.50
 Nobilitatem generis unde Iudei discernant 437.3
 Noë uel Noctus. uir pius sceleratorum commercia fugit 6.20
 Noë quomodo arcam construxerit & diluuium sit seruatus 6.7. eius filij quales 8.9. nimis usq; repertor inebriatur 11.8
 Norbani interitus 411.10
 Nubis supra tabernaculum præsentia quid significarit 65.30. 67.10
 Numidius Quadratus Syria procurator 429.30. & eius gesta 519.20
 Nymphidius homo nequiss. 585.30
 O Badmus arcam hospitat. 141.40
 Obedes filius Bozi & Ruthes 108.20
 Obedias, ianitorum Achabi curator, uir pius, prophetas liberat 193.20. quomodo uxor eius uidua per Eliseum sit à debitorum molestis liberata ibidem
 Obelias propheta captiuus Beniamin & Iudeos liberat 206.50
 Obedas seu Obodas Arabum rex 353.20. 356.30. superat Alexandrum Hyrcani 464.465. per totum
 Ochobatus militum Ionathæ dux 199.30
 Ochofias Achabi fil. regni paterni accepit 191.10. ex casu moritur 192.40
 Ochofias Ioram fil. paternum regnum recipit 198.6. sagitta ipsius ab Ieu perit 199.20. cognati ipsius interimuntur ibidem
 Octauia Claudij Cæs. filia 430.40
 Octauius Claudij Cæs. filius i. idem
 Officiosi quando plerunq; sint homines 133.10
 Ofitius Phasaclum monuit de insidiis cauendis, & iuuat cum 311.20
 Oges rex excinditur 74.20. quantus. uir fuerit & quanta eius ditto 74.20
 Olda prophetissa uaticinatur Iosæ regi
 Oliueti mons 431.40 (213.45)
 Olurus uicus 587.8
 Olympus ad Cæs. mittitur 495.20
 Olympius Iupiter 406.50
 Onias & Dosithæus Iudei duces liberauerunt Alexandriam 675.10
 Onias Iaddi filius patri in pontificatum succedit 245.50
 Onias Onie fil. templum in Aegypto adificat 273.1
 Onias Onie fil. pontifex quanta mala fecerit Hierosolymis propter Tobia: filios ciuitate exectos 460.40
 Onie, filij Simonis amicitia cum Ario Latconum rege 257.50. Menelaus dici uoluit 258.40. Vide Menelaus
 Onias Simonis Iusti fil. pont. 248.10. 254.30. 257.51
 Onias alius pont. 257.10
 Onias Simonis pontifex à Ptolemæo rege Aegypti impetrat locum condendo magnifico templo 653.50
 Onie pro Cleopatra regina bellum suscipientis gesta 675.20
 Onias, uir iustus qui plurimam precibus impetrarat, lapidibus obruitur 248.30
 Onie regio 301.40
 Onij ciuitatis Aegypti origo 653.40
 Ophnes scelestus filius Elis 108.30
 Ophres Abraham filius occupat Libyam 18.50
 Opobalsamum ubi & quomodo proueniat 297.10
 Optimatum administratio Hierosolymis qualis & quando 116.7
 Ordeum, frugum omnium nilissimum 101.20
 Oribus rex octyris 101.50
 Orientis totius nobilitatem præcipuam in Italia seruire 527.30
 Orodes Artabani fil. Parthorum rex constituitur 387.4
 Oseas rex Israel constituitur, uir impius 267.30. uilius ex. litur ab Assyriis, & transfertur cum uniuerso regno Israelitarum in Mediā & perfidens 208.40
 Otho imperator declaratus militem suos contra Vitellij exercitum duxit 586.1. 588.30. semet occidit ibidem
 Othonis im. cristerni ibidem
 Otrus Armanie domus. 11.20. 20. 21

Oza attingens arcam examinatur 141.30
Oza percussio, locus ibidem. 40
Ozias Amasie fil. regnū Iude pater mor-
tuo capit 205.1. natura bonus & gna-
tus multis deuictis gentibus urbem re-
staurat ibid. deficiens à pietate lepra
percussus moritur 205.30

Pacorus rex Media 427.4. coniugē
& concubinas captas ab Alanis cē-
tum talentis redemit 647.3

Pacorus Parthorum rex contra Iudeos
pergit 475.20

Pacorus Pacori regis pincerna explorat
Iudeam 475.20. insidiatur Phasaelo
475.40. & Herodi 476.10. rex Sy-
riam occupat 310.20. occiditur 316.9

Palina Claudij Cas. uxor 430.40

Palestina situs, & eius gentis odium in
Hebræos 44.10

Palestinos Sampson uexat 105.40

Palestinorum contra Hebræos expeditio
& uictoria 109.20. arcam ē suis fini-
bus remittunt Hebræis 110.10

Palestini cum Iudeis præstantes nunc uin-
cunt, nunc vincuntur 109.20. & 111.
20. 112.10. iterum bellum eis inferunt
121.40. caduntur 122.10. denuo red-
integrant bellū, sed infelicitur 123.40.
Cillanorum agrum inuadunt 128.20.
Sauli ditionem inuadunt 129.9. cum
cum filiis occidunt 134.50

Palestinos David superat 141.10. peni-
tus subigit 142.40

Pallas Neronis libertus. 432.20

Palmarum fructus præstantia 385.50

Palmyra urbs 171.30

Pamphylum mare Macedonibus transitū
præbuisse 47.40.

Panes propositionis 57.10

Panium, locus 338.20. 486.20

Panij pulchritudo naturalis Agrippæ diui-
tiis accurata 564.9

Pannychis concubina. 493.40

Paphlagonis populus 10.10

Papinius tribunus 407.20

Pappus Antigoni dux quid cōtra Herodē
gesserit 317.20. occiditur 481.30

Paradisi descriptio 4.3

Paricidium quā graue sit crimen 370.10

Parthi Antigonum reducūt in regnū Hyr-
canique cum Phasaelo captiuos ab-
ducunt 310.30. 311.30. Hierosolyma di-
ripiunt 312.10. profligantur 316.9

Parthorum mutabilitas. 386.40

Parthi Armeniam bello amittunt 389.40

Pasche institutio & celebratio 66.20.
375.30. 385.4

Pasini castrum 11.20

Patriæ causa nihil non faciendum 133.30

Paulina quomodo à Mundo constuprata
388.10

Paulinus Lupo in administratione Alexā-
drie succedit 654.10. templum Onie

penitus spoliat, & inaccessum facit ibi-
dem

Pausanias Ceraſte fil. Philippi Macedo-
nis interfector 243.30

Peccata unde maxime nascuntur 119.50

Pecoribus olim omnis barbarorum posses-
sio constabat 41.50

Pecunia publicā nullam esse Iudeis, quā
sacram illorum templi. 300.30

Pecuniam uotiuam ubi deposuerunt Iudei
401.40

Pedanius legatus 495.30

Pedanius equitū forte factum 625.10

Pelusium urbs 119.40. 590.30

Pelusium capitur 301.30. 471.9

Pentecostes festiuitate Iudeos iter non fa-
cere 283.30

Pentecoste unde dicta 307.40

Peræ regionis descriptio 545.9

Percussus in rixa quomodo uindicandus
84.40

Perse populus 11.10

Perfarum mos in bibendo 237.20

Perfarum lex de uxoribus ibidem

Perfarum contra Græcos expeditio 656.
20. contra Aegyptios. 679.30

Perse in Asia regnauerunt 558.50

Perficarum rerum scriptores probatissimi
inter se discordant 656.20

Pestis quā seu inuaserit Davidis regnū
propter recensitum populum 157.
50

Petephres liberaliter tractat Iosephū 27.
20

Petilius Cerealis proconsul. Germanos ad
sobrietatem coegit 640.50

Petra magna, locus 129.10

Petra, quæ olim Arce, ciuitas 73.20

Petra, quæ Receme 78.10

Petronius Aegypti præfectus Herodem
uiuat famis tempore 335.10

Petronius præses Syriæ constituitur 398.
40. gratificatur Iudeis cum suo peri-
culo 400.40

Petronij epistola ad Doritæ pro Iudeis
419.50

Petronij aduētus terribilis ex Antiochia in
Iudeam 516.9

Petronius Iudeos adhortatur ad Cæsaris
statuas recipiendas 516.40

Phaccias Manacmi filius, patri in regnum
& crudelitatem succedit, trucidatur
206.2

Phaccias Romelie fil. uir impius, regnum
Israelitarū occupat ibid. Achazem op-
pugnat 206.40

Phalec quid significet 11.20

Phalegus Heberi filius ibidem.....

Phaniasus Samuelis filius erure abstractus
ad pontificatum 573.4

Phaniasus pontifex à seditiosis constituitur
414.10

Phanuel locus cur sic dictus 24.8

Pharaones cur Aegyptiorū reges dicantur,
& quando sic appellari desierūt
173.34

Pharaonibus Aegypti rex Abrahami con-
iugem concupiscit 12.40

Pharaonibus duritas & malitia in Hebræos
42.43. 44. 45. per totum. dimissos
insequitur 46.10. cum omni exercitu
deletus 47.30

Phara filij duo 35.50

Phari insule descriptio 590.40

Phariseorū secta 278.40. auctoritas 285.
40. 291.50. 292.20

Phariseorum secta qualis 365.20

Pharisei 384.40

Phariseorū existimatio 584.39. & quo-
modo se gesserint regnante Alexandra
ibidem

Pharmuthi mensis 45.10

Pharnaces patrē Mithridatē Ponti regem
occidit 297.10

Phasaelus Antipatri fil. 470.10. præfe-
citur militibus 472.8. superat Felice
474.20. accusatur à Iudeis ibidē. cir-
cūuenitur à Pacoro 475.29. occidit
se 476.50

Phasaelus ciuitas 487.20

Phasaelus, turris & oppidum 349.30.
378.10. 487.20. 508.4. 600.10

Pheroræ Antipatri filio cōmittitur cura
commensus 315.20. donatur ei caput
Pappi præcisum 317.40. assequitur
tetrarchiam 338.20. Herodis filiā unā
respuit uxorem ducere 352.4. alteram
eius ducit ibidem

Pheroras Antipatri fil. Herodem fratrem
accusat ipsius filio 352.30 Salomen
accusat Herodi 353.36. disidet fratre cū
Antipatro fratris filio 365.9. moritur
et uxor eius accusatur ueneficij 366.29

Pheroras Antipatri filius 370.39. quid
gesserit 479.10. odit Herodis filios
491.40. accusat Salomen. 492.1. se-
ipsum prædit & reconciliatur Herodi
493.20. reicitur ab eodem & mori-
tur 498.30

Pheroræ uxoris insolentia 498.20

Phiala lacus 564.5

Philadelphensium. cum Iudeis dissidium
421.20

Philippus Ptolemæi Minuæ filius. 471.
40

Philippus Amyntæ filius. cæsus 409.39

Philippus Antiochi Grypi fil. Syriæ parti
imperans Antiochum Cyzicenum su-
perat 289.50. cum fratre Demetrio
pugnans totius Syriæ dominus consti-
tuitur 292.3

Philippus Archelai frater. quomobrem à
Varo Roman. præmissus 559.5

Philippus Herodis fil. constituitur tetrar-
cha 374.9. succurrit fratri Archelao
380.30. portionem regni paterni con-
sequitur 381.30. calumniatur à fratre
Antipatro 590.6

pp 3 Philippo

I N D E X

- Philippo Herodis filio quæ regiones cõserint 510.40. Casaream ad Iordanis fontes & Iulidam condidit 515.9
- Philippus Herodis frater moritur, & quoniam honestus fuerit uir 390.6
- Philippus Iacima filius Agrippæ copiarum præfectus 364.40
- Philippus Iacima fil. Agrippæ præfectus 439.20. quomodo in periculis seruatus, eiusq; gesta 440.4.446.2. familie eius due in excidio Gamala seruatae 568.50
- Philippi Macedoniae interitus 243.30
- Philippo uni amicorum committit Antiochus Epiphanes regnum & filij tutelam 265.30. regnum affectas afficitur supplicio 266.40
- Philistinus, Philistini 10.40
- Philo Iudeorum legatus à Caligula repulsus 398.30
- Philo historicus 666.50
- Philosophie tria genera apud Iud. 512.10
- Philosophi apud Indos Calani, apud Syros Iudei dicuntur 664.40
- Philosophorum de deo discordes sententiae 681. per totum
- Philostephanus Ptolemæi Lathuri dux 288.30
- Philostatus historicus 663.6
- Phineas sacrae pecuniae custos 635.2
- Phinees Zambriam occidit, & exercitui contra Madianitas praeficitur 72.30
- Phinees domus sacerdotio donatur 63.48
- Phinees fil. Elis pontificis malus 108.30
- Phinees legatur ad Rubelitas & Gadatas cum reliqua dimidia tribu 94.40. succedit patri in pontificatum 95.10
- Phison fluuius, & quid significet 4.3
- Phœbus Agrippæ legatus à Iudeis intercipitur 536.10
- Phoenicibus pecuniae amor Graecorum commercium fecit 658.50
- Phoenicum antiquissima rerum memorabilium traditio 655.50. 636.1. testimonium de Iudeis 659.10. 661.662. per totum
- Phoenicum historiae 663.30.664.10
- Phora quid significet 4.9
- Phraates Parthorum rex humaniter tractat Hyrcanum 320.7. à suo filio occisus 386.20
- Phraates Phraatis fil. patrem occidit & matri miscetur, exul perit ibidem
- Phrygae festi dies 243.5
- Phryges populus 10.10
- Phutes, Phuti 10.30
- Physon Ptolemæi Epiphanis fil. 258.20
- Pilatus à Tiberio in Iudeam missus 515.10. Caesaris imagines Hierosolymam intulit ibidem. quæ cum Iudeis Caesaris egerit ibidem. Hierosolymis statuas iterum aufert ibid. Iudeorum tumultus propter Casd. imagines 215.20. tumultus alius ob Corban thesaurum sacrum ibid.
- Pileus pontificis qualis 58.40
- Pinea ligna ex terra aurea 174.50
- Piso legatus Pompeij 297.30
- Pisthus nobilis defectionis à Romanis autor 438.40.441.30
- Pitholaus Hierosolymorum præfectus 299.30.469.20. transfugit ad Aristobulum 299.30. occiditur à Cassio 301.4
- Placidi & Iosephi uelitationes circa Ptolemaida 447.30
- Placidus tribunus in exercitu Vespasiani 545.40. in Galilea maximam multitudinem occidit 549.50. à Iotapata repulsus aufugit ibid. quomodo Itriburum montem occupauit 567.40. gesta contra Gadarenses 581.40
- Platane, uicinus Sydoniorum 495.30
- Plato ueritatem de deo proferre timuit 681.50. 683.4. Moysen imitatus 686.40
- Plinthes situs 590.30
- Plistorum apud Dacos secta 385.20
- Polemon, Ponti regulus 421.50
- Polemon circūcisionem admittit & Bernice ducit uxorem 430.30
- Politianus tribunus cur à Cestio Hierosolymam missus 523.4. eius oratio & gesta ibidem
- Pollio Phariseus Herodi amicus 319.30. 338.50
- Polybius Megalopolitanus historicus 677.10
- Polycrates Lacedæmoniorum nobilitatem facere tenuit 667.7
- Pompeius qualibus numeribus honoratus, & quæ gesserit 296.10. eius uirtus 298.10
- Pompeius Magnus Hyrcani & Aristobuli causam cognoscit 467.20. Hierosolyma cepit 467.50.468.10
- Q. Pompeius c. o. s. 417.50
- Pompeij malitia in oppugnandis Iudeis 528.20
- Pondera quis inuenerit 5.20
- Pontificis connubium & puritas 64.40
- Pontificis ornatus qualis 58.10
- Pontificis summi qualis electio 682.50
- Pontifices Hierosolymis qua fraude creati sint 572.3
- Pontificum & sacerdotum dissidium 432.10
- Pontificum iniquitas 433.20. origo, & qui ad eam dignitatem admittantur, quomodo fuerint ab Aaron usq; ad finem belli Iudeorum cum Romanis 434.30.435.10. 436.20
- Pontificum templi Solomonis enumeratio 219.10
- Pontificatus quando primum ad plebeios translatus 298.30
- Pontificatum solere perpetuum esse 321.20
- Pontificie stola custodia apud quos fuerit 389.10
- Pontificie stola custodia repetitur à Fado 433.40
- Pontius Pilatus Iudeæ praesidet 386.10.
- Iudeos afficit contumeliis 387.10.388. accusatur à Iudeis & redit Romanum 389.1
- Popedius 407.7
- Poppæa Neronis uxor 433.6.437.50
- Porcius Festus Iudeæ procurator, & quæ sub eo sint gesta 432.20. quare Festus Posidonij mendacia de Iudeis 676.50
- Prætoriani milites 415.20
- Prætorij in castris Rom. descriptio 546.30
- Prandium qua hora faciunt Iudei sabbato 450.40
- Principes singuli. dedicato tabernaculo quid donarint 61.30
- Priscus centurio Ionatham Iudeum sagitta transfixit 625.40
- Priscus sextæ legionis dux à Iudeis occisus 536.30
- Procymatium unde dictum, & quomodo extructum 337.2
- Procyra 486.50
- Prodigia excidium Hierosolymæ præcedentia 630.40
- Prophetis & pontificibus solis potestas data historiae condenda 657.10
- Prophético spiritu ubi multi sint correpti 125.4
- Proscucha, domus preceationis 450.40
- Protagoras ab Atheniensibus uix mortem effugit 687.10
- Prouidentia dei mundum & omnia regi 226.40
- Pseudalexandri gesta 382.1. quomodo deprehensus ab Augusto & remex factus ibid. uide etiam Alexander falsus.
- Pseudopropheta Hieroboam seductor 178.50
- Ptolemæus Agrippæ & Bernices procurator à Ioanne Giscalco spoliatus 539.50
- Ptolemæus Epiph. moritur 258.20
- Ptolemæus Euergetes Philopatoris filius quomodo ab Onia irritatus 254.20 & iterum reconciliatus ei per Iosephum ibid.
- Ptolemæi Euergetis gesta post captam totam Syriam 675.8
- Ptolemæus Galilee ab Herode præfectus interficitur 316.1
- Ptolem. Herodis procurator 351.50
- Ptolemæus Lagi Soter dictus Alexandro mortuo Aegyptum occupat & Hierosolyma 246.10. traducit Iudeos in Aegyptum 246.30. eius pugna cum Demetrio circa Gazam 665.10. irruptio in Hierosolymam die sabbati 666.30. liberalitas & beneuolentia erga Iudeos 674.50.
- Ptolemæus Lathurus Ptolemæi Philometoris & Cleopatras filius auxiliatur Samaritis 285.3. dissidens cum matre regno priuatur 285.3.287.50. obsidet Ptolemaidem 288.5. Asiochim oppidum capit, Alexandriamq; Iamneum uincit, & quæ eius

eius familia 288.20
Ptolemæus Mennæus quomodo se à supplicio apud Pompeiū redemerit 296.20
Ptolemæus Mennæus Damascū bello uexat 233.1. Aristobuli coniugem & liberos quomodo tractarit 301.20. moritur 310.20
Ptolemæus Minneifilius 465.30
Ptolemæus Philadelphus 1. Iudeos in Aegyptio seruientes liberos dimittit, & legem Moysis in linguā Græcam magnis muneribus transferendam curauit 246.40. usq; 251
Ptolemæus Philometor Ptolemæi Epiphanis 258.50. succurrit suo genero Alexandro seu Demetrio 275.20. duobus diadematibus coronatur simul, uincitq; Alexandrum, & moritur ibidem
Ptolemæi Philometoris & Cleopatræ uxoris liberalitas erga Iudeos 675.10
Ptolemæus Philopator 352.40. moritur 258.20
Ptolemæi Physconis immanis crudelitas et iniustitia 675.20. poenitentia ibidem
Ptolemæus Simonis Asamonei gener socerum occidit, & alia scelera committit 282.20. quomodo oppugnatem Hyrcanum eluserit, cuius matrem & fratres interfecit 283.10
Ptolemæi dicti Aegypti reges 143.7
Ptol. unde Alexandrini reges dicti 173.4
Ptolemæis bis expugnata 288.40. 289.5
Ptolemæidis filius descriptus 516.10
Ptolemæis duo milia Iudeorū apud se habitantium interfecit 301.10
Ptolemæidenfes à Iuda Macchabeo uicti 263.40
Puellarum hereditas 83.10
Pueri sitientis astutia & fallacia contra Romanos 632.6
Puerperarum purgationis tempus 64.10
Purgatio post coitum cum uxore ibidem
Purificationis leges 64.10
Puteoli urbs 405.40
Putei bituminis 13.20
Putiphares. uide Petephres
Pythagoras Samius amulatus Iudeorum scripta 663.50. multas Iudeorū leges transtulit in suam philosophiā ibidem
Pythagoræ & aliorum stoicorū de diuina natura sententia 681.50
Pythium templum edificatur 349.30
Quadrige solis sublata à Iosia 214.20
Quercus Mambre 14.40
Quercus Ogis 14.10
Quinquagesimi anni remissio 65.3
Quintilie fortitudo 407.10
Quintilius Varus Syria præfectus 368.21. cognoscit causam Antipatri 368.27. usq; 376.501.13. & inde seditiosos Iudeos expugnat 379.30. 380.6

Quirinus ab Augusto mittitur ad cēsendā Iudæā & Syriam 383.50. 385.20.
Rabatha ciuitas 74.20
Rabatha capta diripitur 247.4
Rachabe speculatores Hebræorum tuctur à ui. Chananeorū, & securitatē ab hostibus impetrat 88.30. 89.50. incolūmitatem promissam recipit, & munificē donatur 89.40
Rachelis pulchritudo 21.30. amulatio & gafororē 22.10. mariti cōplexum sorori uendit, furatur idola patris ibid. 20
Rachelis astutia 23.30. mors ex partu 24.30
Ragaus Heteri filius 11.30
Raguel, qui & Iethegleus, sacerdos filiam suam Moysi adoptato tradit uxorem 42.1. Moysi ob uictoriam gratulatur, & consilium dat ei distribuendorum officiorum 52.10
Ramatha ciuitas 108.30
Rapsacis. Senacheribi copiarum præfetti insolentia 210.30. ipse cum exercitu diuinitus delctus 211.20
Rases Damascenorum rex Achacem bello petit 206.30. quem mox Syrorū rex impugnat ibidem, & occidit 207.20
Rebecca Batuelis filia 12.2. petitur in cōnybiū Isaco 18.20. parit geminos 19.5. fallit maritum 19.50
Receme urbs quæ aliās Petra 178.10
Recemus rex ibidem
Repudiū litellum mittere mariti nō uxori bus ex lege permīssum 322.50
Rex quis & qualis sit 81.50
Regis potentia 229.30
Regum imperium quādiu durauerit apud Iudeos 233.20
Regum uirtutes præcipuæ quæ 162.20
Regibus non licet esse ignaui 133.40
Regibus subditi quæ ferant 113.4
Rhægines populus 10.10
Rhinocolora 477.20
Rhiphates, Rhiphatei 10.10
Rhoæ petra 97.40
Roboamus Solomonī in regnum succedit, insolens in populū 177.20. decē tribus regni amittit 178.2. quot & quas tribus cōdiderit 179.30. item arma cōparauit, foederibusq; suū auxit regnū, & ductis xviij. uxoribus liberos gignit, adq; impietate deficit ibid. dedit urbē Susaco 180.20. pro aureis scutis amissis arca substituit & moritur ibidem
Roma sub Vespasiano creuit & floruit 640.30
Romanorū in Iudeos beneficia 352.30
Romani quibus honoribus & beneficiis Iudeos affecerint 301.40. & inde Romanorum disidium inter se 472.10
Romani Germanos captiuos ubiq; circumducere 527.20
Romani in presidio Massade interfecit à Iudeis 529.20

Romanorum strategema in oppugando templum 536.40
Roman. quot milia à Iudeis caesa 537.45
Romanorum quātus fuerit exercitus contra Iudeos 546.10. ipsorum castrorū descriptio 546.20
Romanorum industria in seruis domesticis institucendis 546.20. disciplina militaris 646.10
Romani omnia, præter Giscalam, ceperunt 565.20
Romani muro Hierosolymæ potiuntur, eiūsq; partē maximā diruunt 606.10. cū Iudeis acriter confligunt ibidem, & 607.1. alterū murum capiunt 608.1
Romanos sancta Iudeorū reuereri 609.20. per legē Iudeorū multa de suis moribus derogasse 611.40. illachrymasē se incēdio Hierosolymæ 613.5. ab incendio defendunt ibidem. Hierosolymam capi desperat 615.2
Romani intra 2 x 1. dies aggeres extruunt 618.50. pugnant cum Iudeis circa aggeres 619.20. Antoniam magnā pugna obtinent 621.20. circa custodias pugna atrocē instaurant 623.50
Romanorū nouitia scro ad Græcos peruenit 659.5
Romus, Romæi 10.40
Roothoth puteus 19.20
Rubelita & Gaddia altare construunt super ripa Iordanis 93.50
Rubelus, aliās Ruben nascitur 22.10. eius pietas in fratrem Iosephum 26.30. se ac fratres proditoris insimulatos excusat 31.1. eius filij quatuor 35.40
Rubrius Gallus Sarmatas superat 641.20
Rufus magister equitum 508.20
Rufus præfectus militū Archelai 378.40
Ruma uicus 553.1
Ruta mirabilis magnitudinis in regia Macharunis descripta 644.10
Ruthes amor erga socrum suam, & eius fortuna 107.108
Saba Aethiopum regia, quam adida, uocatur postea Meroe 40.40
Sabeus seditiosus persuadet decem tribubus defectionem à Dauid 154.50
Sabas, Sabæi 10.40
Sabathes, Sabatheni ibidem
Sabactas, Sabacteni ibidem
Sabathes à commentariis principis 155.1
Sabba mensis 73.30
Sabbæus orator supplicio addicimus 279.50
Sabbaticus annus 305.30
Sabbaticus annus à Tito spectatus 645.30
Sabbatū, & eius uacatio à laboribus seruatur 13.20. 468.9
Sabbatum magna malo obseruatum 260.30. negligendū aliquādo ibid. & 270
Sabbio Alexandræ Herodi protit 324.40
Sabecus exercitus Syrorū præfectus uul-

generatur et moritur 144.50. et 145.1
 Sabinus procurator Syriae Hierosolymis
 regiam occupat 376.10. uexat Iudeos
 propter auaritiam suam 306.10
 Sabini Sari forma, habitus et fortitudo
 insignis 620.40
 Sabinus Romae capitolium nocte occupans
 occiditur 622.10
 Sabuchadas cunuchus indicat regi, crucē
 in Amanis adibus extructā pro Mara-
 dochai suspendio 241.10
 Sacchaeus transfuga Iosepho prodit insi-
 dias Ioannis 449.3
 Sacerdotis sacrificaturi habitus 57.40
 Sacerdotum castitas et connubiū 64.40
 Sacerdotū et pontificis cum corū uctūū
 et insignibus descriptio 603.4
 Sacerdotum immunitas 36.38
 Sacerdotum mos Hierosolymis 389.24
 Sacerdotum nobilitas apud Iudeos 657.
 10. nuptiae ibidem
 Sacerdotibus quae cedant 72.40
 Sacrificiorum genera quibus fiant modis
 61.62.63.64. per totum
 Sacrorum scriba 38.1
 Sadeus Xerxis praefectus 236.20
 Sadocus pontifex constituitur 143.30.
 256.1.163.40
 Saddocus nouas res molitur 382.40
 Sadduceorū secta 278.50.384.40.512.10
 Salampiso Herodis filia 191.40
 Salmanasar Cuthaeos in Iudeam transfert
 220.50. et 232.9
 Salmanasar contra Israelitas uict. 228.10
 Salome, alias Alexandra, uxor Aristobuli,
 soluit uinculis fr. marii defuncti 287.
 20
 Salome quae Iulie Augusti coniugi testamē-
 to reliquerit 515.3. eius redditus erant
 sexaginta talenta 510.50
 Salomé Antipatri filia 470.30. foror He-
 rodis prodit Iosephū mariū suū fra-
 tri 233.39. alteri marito Costobaro re-
 pudij libellū mittit 332.50. odiū exer-
 cet in Herodis filios et carum uxores
 345.39.372.1.491.40. accusatur He-
 rodi 333.4. Alexe iungitur connubio
 365.40
 Salome uxor Herodis moritur 185.50
 Salomon promittitur Dauidi successor et
 templi extructor 142.20. nascitur 146.
 50. instruit cum patre 158.50. consli-
 tatur rex 161.10. quomodo regnum
 natus se de hostibus sit ultra 163.40.
 regis Aegypti filiam ducit uxore 164.
 20. petit a deo et accipit sapientiam
 ibid. controuersiam mulierū diu-
 dicat ibidem. toparchas quos ha-
 uerit et quantitas diuitias sapientiam; ac
 philosophia 165.30. conuersiones et
 incantationes composuit 166.10. eius
 et trono amicitia et materle cedere
 petitio et concessio 166.167. per to-
 tum. templum cum uasis quomodo

extruxerit et arcā contrahat 167.
 usq. 172. somnium uidet et regiam ex-
 truit cum domo reginae 172.173. qui-
 bus donis remunerauerit Iromū 172.
 40. Hierosolyma muris et turri-
 bus instaurat et urbes condit 173.20.
 ingentes thesauros ex Aurea terra et
 aliunde accipit 174.10. quali satellitio
 stipatus incesserit ibidem. quanta opu-
 lentia Hierosolyma auxerit 175.10.
 deficit a pietate, ac ducit uxores D C C.
 et concubinas C C C. 176.2. prædi-
 citur ei filiū ipsius parat pro se daturū
 ibid. multis hostibus a deo excitatis in-
 festatur ibid. moritur, Roboamo suc-
 cessore regni relicto 177.10. quo tē-
 pore edificauit templū Hierosolymis
 661.10
 Salpadiū filiarū hereditatis ius 79.1
 Salis regis gesta 659.30
 Saltus Libani, aula Salomonis 174.30
 Sameas propheta Hieroboamo minatur
 180.10
 Sameas uir iustus accusat Herodē, et u-
 ticinatur Iudeis mala imminencia 304.
 20
 Samaritae populus 11.3
 Samaria quae Marcone unde dicta 184.6
 Samaria ab Hyrcano expugnata solo aqua
 tur 285.10
 Samaria urbs. uide Sebaſte 284.40
 Samariae regionis descriptio 545.10. et
 quid a Iudea discrepet ibidem
 Samaritae qui ante Chutici 209.30
 Samaritarum odium in Iudeos 233.30. ac-
 cusantur apud Darium 233.30
 Samaritae Iudeos infestant 253.40. Iudeos
 se esse negant agentes feliciter 260.1
 Samaritarum disidium cum Iudeis pro-
 pter templum 273.30
 Samaritanorum facinus in festo Azymo-
 rum 385.40
 Samaritanorum seditio 388.50
 Samaritanorum et Iudeorum disidium
 429.10
 Samosata capitur 480.20
 Samosata ciuitatis situs 646.20
 Sampſigeramus Emesinorum rex 421.40
 Sampson quid significet, et quomodo na-
 tus 105.20. connubiū et gesta eius 105.
 30
 Samuelis natiuitas et prophetia 108.50.
 consiliū de libertate recuperanda 111.10
 Samuel senio grauatus filis reip. admini-
 strationem concedit 112.20
 Samuel propheta Saulum inungit regem
 114.8. ostēto indicat Hebraeis deū ira-
 tum propter regem petentem 116.30
 Saulū docet Amalecitarū interuersionē
 119.5. eidem regni amissionem nunciat
 120.21. Dauidem ungit regem 121.
 20. moritur 129.40 ab inferis reuo-
 catur per uentiloquam 132.30
 Sanaballees Darij praefectus dat filiā suā

Nicaso uxorem Manassi fratri Iaddi
 pont. 243.30. deficit a Dario, Manassi
 templum et sacerdotium confert, mo-
 riturq. 244.30
 Sanctum, quae tabernaculi pars 56.10
 Sanctum Sanctorum ibidem
 Sanagarus princeps Hebraeorum 99.30
 Sanguinis eius interdictum 8.63
 Sapha, loci nomen 244.50
 Saphanus scriba 213.40
 Saphora oppidum 292.20
 Sapientes qui Iudeis 436.30
 Sappho uicus 509.20
 Sara Aranis filia 12.40
 Sara Abrahamo marito famulam adducit
 prolix procreande gratia 14.20. nun-
 ciatur ei partus sterili ibid. 50. expel-
 lit Agarem cum pucro 16.20. moritur
 17.40
 Sarabazanes 232.10.233.6
 Saramalla Syrus Phasaelo infidiis indicat
 476.7
 Sarcpta oppidum 184.30
 Sarcptane uiduae fiducia 184.40. 185.6
 Sardonyches xii. cum uctitis pont. 61.
 10. quibus inscripta sunt nomina filio-
 rum Iacobi, in Essene 58.30. quae uirtus
 eis insit et quando cessarit 61.20
 Sarmatae Istrum transgressi praesidiū Ro-
 manum et Fonteiū Agrippā interfici-
 unt 641.10. proximas regiones totas
 percuassant ibidem
 Satum quantum capiat 196.40
 Saturninus legatus 495.40. 496.30
 Saturninus Syriae praeses 356.20. eius sen-
 tentia in filios Herodis 361.3
 Saulus asinae patris querēs a Samuele rex
 constituitur 113.30. 114.8. 116.3.
 quam decora fuerit statura 114.50.
 uincit Ammonitas 116.40. Palaestinos
 superat, et aram extruit 118.20. quot
 liberos habuerit 119.50. Amalecitas
 delet, et regi parcens peccat 119.40.
 regno exiit 120.30. numine priu-
 tur, et fit demoniacus 121.20. commo-
 uetur contra Dauidem 123.9. infidiat
 tur uite ipsius ibid. 124.10. Dauidem
 conciliatur 130.30. consulit uentilo-
 quam 132.30. fortitudo eius 133.20. ca-
 dit una cū suis filis in praelio 134.50.
 ipsius progenies datur ad sup. plicium Ga-
 baonitis 156.10. eius uiolentia 434.4
 Scaurus Hyrcanū in societate recipit, et
 obsidione liberat 295.50. cum Arcta
 foedus init. 298.40. in Syria praes.
 missus 467.2. pecuniis corruptus
 ibid. Aretam mulctat 469.8
 Scene, locus 24.10
 Scipio Alexandrum Aristobuli percutit se-
 curi 301.10
 Scopas dux Ptolemaei Epiphani 252.50
 Scopi loci descriptio 596.6
 Scythae populus 10.3. a Graecis qui Pon-
 tum nauigant cogniti 658.50. Ama-
 charsim

charism à Græcia redemptionem quare inter-
fecerint 687.20
Scythopolis ciuitas 92.50.
Scythopolis ciuitas Decapoleos maxima
561.20.
Scythopolitarum inhumanitas 438.20
Scythopolitæ Iudeorū tredecim milia per-
fidiose interficiunt 333.1
Scythopolitarum clades enarrata 61.130
Sebas fil. Ali. unus fortium Dauidis 157.4.
Sebasie conditur 486.20. olim dicta Sa-
maria 184.40. 334.20. expugnata et
diruta 462.40
Sebasteni, equitū ala sub Cumano 519.10
Sebastenorum contumelia in mortuum
Agrippam 422.40
Sebast. portus 500.50. à quo sic. dictus
368.10
Sedecias Ioaquimi patruus rex. constitui-
tur 216.20. cruditur ab Hieremia et
Ezechiele, sed frustra 217.4. expu-
gnata urbe capitur cum uxoribus et li-
beris, crudeliterque tractatur 217.20.
moritur 219.10
Sedecias pseudopropheta cornib. ferreis si-
bi aptatis quid Achabo uaticinatus sit
290.30
Selon rex negato Hebræis transitu, præ-
lio uincitur et occiditur 74.10
Seianus Neroni insidiis occiditur 394.10
Seir quid significet 19.10
Selene, alias Cleopatra, Syriæ regina Ti-
granem offendit 293.5.
Sennarius Senacheribi filius patris inter-
fector 211.32
Selestinus Iabesi filius Zachariam Hicro-
boami occidit, et regnū occupat, quod
trigesima post die amittit, interfecit
205.40
Seleucia urbs à quo condita et denominata
404.50
Seleucus Antiochi Grypi filius patri suc-
cedens cum patre Antiocho Cyzice-
no belligatur cōque, necat 289.50.
uincitur ab Antiocho Pio, et in Cilicia
cum amicis concrematur 290.10.
Seleucus Asia rex opes Iudeorū sacerdo-
tio auxit 692.3
Seleucus Babylonem monuit. Alexandro
occupat 246.10
Seleucus Nicanor quos honores et bene-
ficia Iudeis exhibuerit 253.29
Seleucus Soter Antiochi magni fil. 257.50.
Semechonitis lacus descriptio 565.39
Semeis conticiatur Dauidi 150.1. eidē gra-
tulatur uictoriam et regnum 154.2.
occiditur 164.30
Sennar campus 8.50. et 9.18
Senacherib. Assyriorum rex Hicrosoly-
ma et Egeciā eorum regem oppu-
gnat 210.211. per totum, re infecta do-
num se recipit 213.30. à filiis senioribus
occiditur 212.30.
Senacherib. rex Assyri. quō fugatus 610.20.

Senatus contra Claudium in Capitolium
conuenit 517.10
Senatus Romani et plebis dissidiū 418.1.
Senis cuiusdam magnitudo 315.50.
Senis cuiusdam fucitas 479.50
Senius Gallus Syriæ præses 438.30
Cn. Sentij Saturnini oratio 413.4
Sephoris urbs Galiliæ 379.3. 448.30.
453.40. capta incendio absumitur
380.30
Sephphoris cum tribus aliis ciuitatibus à Io-
sepho deficiunt et recuperantur 541.40
Sephphoris ciuitas Galiliæ maxima 544.
30
Sephphorite à seditiosis molestatur 439.4
Sephphoritarū fides erga Romanos, bellum
mouent suo malo 455.20
Sephphorite à Iosephi militibus spoliatur,
præd. q. redditur 542.20
Sephphorite Ptolemaide ad Vespasianū pa-
cati ueniunt 544.20
Septunus annus 462.30
Septimi anni remissio 64.50
Septimi diei obseruatio 468.10
Septuaginta interpretes legē tā Iudeorū
in Græcā linguā translulisse 3.2
Septuaginta interpretes legē transferende
causa ad Ptolemæum Philadelphū mi-
tuntur 249.10. quomodo excepti et
tractati 250.251.252. per totum
Serebæus dux Iudeorum Babylonē deduc-
endorum Hicrosolyma 231.20
Serpentis inuidia, et quomodo. Euam se-
duxerit 4.20. nullatio ibidem
Serpentes uolucres Aegypti 40.50
Serugus Ragai filius 11.30
Seihon qui et Aegyptus denominatus
667.40
Seihus filius Adami 6.6. eius filij quales,
et quas artes inuenerint ibidem
Sextus Caesar præses Syriæ 303.30. 304.
10. interfecit à Cæciliō Basso 306.50
Sextus Cerealis quintæ legionis præposi-
tus 628.20
Sica qualis gladius, et Sicarij unde di-
cti 432.30. eorū impia facinora 433.40
Sicarij Hicrosolyman palam latrocinantur
520.10. eorum fraus ibidem
Sicariorū in Massada crudelitas 382.10
Sicella loci nomē 131.6. donatur Dauidi à
Saulo ibidem diripitur et incēditur ab
Amalecitis 134.10
Sicima urbs 24.10
Sicima caput Samaritarum 245.20
Sicimæ capta et solo equalē 102.10
Sicimiarum exitium ibidem
Sicimatis parci Saulus 119.30
Sicimite quid petierint ab Alexandro Ma-
gno 245.30
Sielus numus qualis 60.10
Sideralis scientiæ quis inuentor 6.10
Sidonius, et Sidon urbs 10.50
Sidonij materiam præstant Iudeis ad tem-
pli edificium 234.30

Signi dandi autoritas penes quos Romæ
414.10
Sila militib. Agrippæ præficitur 419.40.
offendit Agrippā 420.40. occiditur
422.20
Sila Tiberienfium dux 441.30. 450.20
Silas Iosepho de insidiis et perfidia Ioan-
nis Giscaleni scribit 540.50
Silo dux Roma. exercitus 314.40. 478.
10. corruptus deprehenditur 314.40.
478.30
Silus urbs 92.9
Simeonis natiuitas 22.10. uindex ingenuū,
filij sex 35.40
Simeoni quæ terræ portio ceciderit 92.40.
Simeonitidis tribus facta post Iesum mor-
tuum 95.10
Simonis Asamonei filij gesta 462.2
Simon Baethi filius pontifex constituitur
336.4. priuatur sacerdotio 367.30
Simon Canuthi annum pontificatum ad-
ministrat 543.
Simon Canthara cōstituitur pōr. 419.30.
priuatur eo 420
Simon Cyprius, magus 430.20
Simon Essæus Herodi. somnium explicat
383.10
Simon et Ioannes. cum focus in cloacas
propertant 635.30
Simō Galileus desertiōis arguitur 512.7.
proprie sectæ sophista erat ibidem
Simon Gamalielis filius struit insidiās Iose-
pho. 446.40. capitur à Ioseph. 452.50
Simon Gioræ filius Romanos apud Betho-
roninuadit 536.3. Acrabatenā topare-
chiā tyrannide opprimit 542.40. cum
latronibus qui erant Massade. Idumæā
populatur ibid. ex Acrabatenā typpare-
chia pulsus est ab Anano pōtifice 586.
26. eius gesta ibidem. 20. 587.
588. 589. per totum. 593.30. 594.20.
600.20. 604.10. 605.20. 612.40.
613.30. 614.10. 616.621.20. 632.
633.634.635.636.637. per totum
Simon Herodis seruus regnū affectas ob-
truncatur 379.7. 508.30
Simon Iustus pontifex 248.30. 254.10.
257.50. eius filij tres, omnes pōtiffes
258.30
Simon Matthes Matthe fil. 260.10. stric-
tue inuuit fratrem Ionathā 270.30. 271.2
Simon Matthe Ioannis filius præficitur
exercitui, mittitur auxilio Galilæis et
hostes uincit 262.30
Simon quidam Essæus Archelai somni-
um interpretes 511.40
Simonis filij Cabla oratio ad pontiffes
577.1
Simonis Sauli filij et totius familie sue
fatum miserabile 533.3
Simonias uicus 442.40
Sinæ mons 42.3. et 53
Sineus mons 186.20
Sinæi populus 11.3

I N D E X

- Sis*, nomen cliui, & quid significet 192.8
Sisa Davidis fit scriba 143.30
Sisines Syriæ ac Phœnicis præfect. 227.50
 conatur tēpli ædificiū inbibere 228.4
Sotacchis Chetthæus strenue pugnas cō-
 tra gigantes uictoriam reportat 156.20
Socratis mors & mortis causæ 687.2
Sodomitarū felicitas, reges & prælia cum
 Assyriis 13.10. excidiū ipsorū 14.40
Sodomiticæ terræ descriptio 585.30
Sogana Arabum uicūs 450.10
Sogane & Seleucia rebellant 565.40.
 earum sitius ibidem
Sohemus Iulius Herodis mandata uxori
 cuius aperit 330.10. interficitur 321.30
Sohemus rex Emesæ contra Antiochum
 646.10
Solomō mater nobilis septē puerorum
 695.10. eius animosa oratio ad Iacobū
 filium natu minimum 699.1
Solomō matris Machabæorum laudes
 699. 700. 701. 702. eius immania
 supplicia & insignis toler. 701. 702
Solyms quæ Hierosolyma 13.50. 140
Somnia cur deus immittat 30.8
Sophaces unde dicti 18.9
Sophira regio 174.10
Sophiste concitant tumultum 503.30
Sosius provinciā cū exercitu ab Antonio
 accipit 316.40. Antigonū supplicem
 factū irridet & uinctū custodit 318.10.
 Hierosolymus discedit 319.30. quomo-
 do se gesserit in expugnandis Hieroso-
 lymis 482.50
Spadones abominandos 85.30
Spasini castrum 424.30. 435.10
Speluncæ Galilæe quomodo expugnate
 ab Herode 315.10. 316.1
Speluncæ latronū quales fuerint 479.40
Stola pōtificia quando fuerit depropta &
 à quibus custodita 340.40
Stratonis turris, postea Casaria 334.30.
 432.20. 466.50. edificatur 336.40
Stratopedū munimentū incensum 551.20
Subditi quomodo continentur in officio
 336.20. 337.40
Supplicandi mos apud Syros 188.40
Susa scribis præficitur 156.2
Susacus Aegyptiorū rex Hierosolyma spo-
 liat 143.10. cōtra Roboamū ducit ex-
 ercitum 180.10. Hierosolymam in de-
 ditionem accipit, templūq; spoliat ac
 thesauros Solomonis aufert 180.20. &
 quomodo imbelles notauerit ibidem
Sylleus ambito Salomes connubio frustra-
 tur 353.20. latronibus Trachonitis au-
 xiliatur, & creditam pecuniam Herodi
 reddere non uult 356.10. 357.10. de-
 fert Casari Herodem 357.20. accusa-
 tur apud eundem per Nicolā, & dē-
 natur capiti 359.30. iterum accusa-
 tur 366.7
Sylleus procurator Obodæ 492.9. 495.20
Syne puteus 19.20
Syria subditur Davidis imperio 143.12. 11
 deus apud se habitus occidit 651.30
Syrius Mesopotamiæ rex uincitur 144.40
Syri populus 11.20. Iudeorum ciuitates
 uastant 532.10
Syrorum cædes 535.10
Syrorum cum Græcis dissidium & recō-
 ciliatio 405.2
Syrorum cum Iudeis dissidium 431.50
Syrorū uici & ciuitates enumeratæ quæ
 à Iudeis uastabantur 532.20
Syrorū auaritia & crudelitas 617.40
Sysares dux Iabini exercitus quomodo oc-
 ciscus 100.20

T

*T*abernaculi uasorū descrip. 56.40
 Tabernaculi institutio & constructio
 55.20. eius interpretatio 57.30. illu-
 stratio 59.40
Tabernaculo dedicato quæ dona principes
 singuli contulerint 61.20
Tabernaculi perfectionis modus 65.30
Tabernaculorum festiuitas 63.6
Talentum quot minas contineat 57.20
Tanis Aegypti urbs 13.10
Tarichearum sitius 552.4
Tarichearum incolæ quingenti & sex mi-
 lia ceciderunt 564.50
Tegraphalassar Assyriorum rex quomo-
 do Israelitas tractarit 206.8. auxilia-
 tur Achazæ contra Syros 207.10
Tēpestatis horridæ descriptio 577.30
Templum in Garizin exstructum 144.1.
 145.40. 146.40
Templum Chutheorum Garizin quando
 desolatum 183.40
Templi structuræ apparatus 167.10. ex-
 ordiū et tota cum uasis descriptio 168.
 169. 170. 171. per totum templo abso-
 luto infertur arca 169.50
Templum Solomonis spoliatum & cōcre-
 matum quando 218.40
Templum Hierosolymitanum 231.50. 233.
 10. spoliatur & profanatur ab An-
 tiocho 259.10. restituitur & repurga-
 tur à Iuda Machabeo 262.50
Templi Hierosolymitani descriptio 601.
 602. 603 per totum
Tēpli incensi fatalis dies 628.20. 629.10.
 causa & principium 629.10. tempus
 à prima constructione per Solomonem
 usq; ad excidium 630.40
Templi Hierosolymis constructio & sacro-
 rum ratio exposita 678.10. tapuarum
 descriptio 679.7
Tephthæi Garfensis facinus 614.10
Terebinthi circa Chebrō miraculosa an-
 tiquitas 687.20
Terentius Rufus rector militiæ à Tūo re-
 lictus 638.30
Terminos terræ non mouendos 81.50
Terra uera, qualis 310
Terræ motus ingens in Iudæa 326.40
Terræ Onic 471.10
Testes qui, sint, qui minus 81.50
Testis falsi pœna ibidem
Thadamora urbs 173.30
Theno Amathæorum rex cum Dauide
 amicitiā inuit 143.20. 144.6
Thamanus occiditur 184.5
Thamara Davidis filia, Absalomī ger-
 mana 147.10. stupratur à fratre A-
 mnone 147.30
Thamni & Thamniti 105.20
Thamna oppidum 95.8. toparchia 584.3
Tharbis Aethiopum regis filia Moysi diu-
 bit 41.2
Tharrus Nachori fil. Abrahami pater 11.
 30. migrat Carthas ibid. moritur 11.50
Tharsices Aethiopum rex 201.10
Tharsus, Tharsenses 10.10
Tharsus Ciliciæ urbs ibidem
Thaumastus Cæsarius 394.40. oblata
 Agrippæ aquæ quā gratiam acceperit
 394.40
Theatri Rom. descriptio 409.40
Thebethus mensis 235.10
Thecoa uicūs 457.20. 587.2
Thella uicūs 544.50
Themosis regis gesta 660.10
Theodectes poeta cur glaucomate infesta-
 tus 252.1
Theodorus Zenonis filius impedimenta
 Iannæi diripit 289.10
Theodori contra Alexandrū Hyrcani ges-
 ta 464.20
Theodosius orator supplicio addict.
 274.1
Theodotus Græcus non obiter Iudeorum
 mentionem facit 666.40
Theophilus Anani fit pōtifex 391.8. sub-
 mouetur pontificatu 419.30
Theophilus Græcus Iudeorum mentionē
 facit 666.40
Theophrastus Iudeorum & Tyrionum
 meminit 664.10
Theopompus Atheniensium nobilitatem
 fodare tentauit 667.6
Theopompus cur mente motus 251.50
Thermusa Phraatis ancilla, & uxor mala
 386.20
Thermutis, regis filia Moysen educat 39.
 10. adoptat eum ibidem
Theudas præstigiator, seducit Iudeorum
 uulgus 428.10
Theudio Antipatri auunculus 499.20
Theudio Doridis frater 367.10
Thiras, & Thires populus 10.8
Thobelus & eius inuenta 5.40
Thobelus, Thobeli populus 10.5
Thobie filij Antiocho Epiphani auctores
 urbis Hierosolymorum expugnandorū.
 460.40
Tholomæus latronum princeps plectitur
 433.20
Thracæ populus 10.9
Thracæ asperissimos Rom. subditos 537.5
Thracæ propter uiciniam Græcis con-
 gniti

gniti 658.50
 Thucydides in multis tanquam fallax accusatur 656.30
 Thuri, mensis 169.50
 Thygammes, Thygrammei 10.10
 Tiberias urbs 453.40. à quo condita et nominata 386.10
 Tiberiadis seditio et secta. tres. 439.10
 Tiberias iterum rebellauit Iosepho, et iterum recuperatur 541.40
 Tiberiensis Vespasiano se dedunt 561.20
 Tiberiensis lacus Asphaltiti natura contra-rius 584.20
 Tiberensium defectio quomodo prohibita 445.20
 Tiberisib. spoliatis praeda redditur 542.30
 Tiberius Alexander Iudae praeficitur, ac Iude Galilaei filios crucifigit 428.20
 Tiberius Alexander à Claudio procurator missus 518.10. praecipuus exercitus rector apud Titum 595.10. 628.20
 Tib. Claudius. uide Claudius
 Tiberius Drusi filius, Tiberij Neronis nepos, occiditur 396.20
 Tiberius Nero Caesar constituitur 386.3
 Isiacos et Iden supplicio afficit 388.20. pellit regno Artabanum 389.30. cum restituo in regnum init foedus 389.40. quatus fuerit cunctator 393.40. 394.1. morbo correptus designat successore 395.50. mathematicorum studiosiss. 396.7. moritur ibidem
 Tiberij imperium quanto tempore steterit 515.40
 Tigranes Armeniorum rex quid gesserit 293.2
 Tigris flumini 4.10
 Timagenes Graecus rerum Iudaicarum scriptor 677.10
 Timaeus rex Aegypti 659.30
 Timidus desert Popedium Caio 407.9
 Timotheus Ammanita pugnat contra Iudae Macchabeum sepeque uincitur 264.10
 Tirathaba uicius 388.50
 Tiridates Armenia rex 427.4
 Tiro, ueteranus miles Herodem honeste monens occiditur 496.20
 Titus Frigius quintadecimae legionis praepositus 628.20
 Titus imperator semper miseratus Iudeos 459.7. cum exercitu Ptolemaide peruenit 546.6. ob famam patris uulnerati perturbatur, et perturbatione iterum liberatur 553.10
 Titus Vespasiani filius Iapham expugnat 555.20. Iotapatā capit 556.20. ite Gischalam 570.20. Taricheas excindit 563.30. Gamalam ingreditur, Ioan-nem Leui persequitur 570.10. proficiscitur ab Alexandria Caesarea 592.40. eius expeditio contra Hierosolyman et exploratio urbis 555.10. obsidet urbem acriter 595.596.597.598.

per totum. 604.1. usque 605. et 606.
 fortitudo eius et prudentia cum misericordia 607.10. 608.20. 612.6. 612.10. muros urbis oppugnat et expugnat 607. 608.10. captiuus manus amputat 613.20. pugnat fortiter 614.10. periclitatur 615.10. eius gesta et uirtutes 615. 616. 617. per totum. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. et 649
 Titus Syria praefes reconciliatur Archelao 353.50
 Toparchiae Iudae ordine enuncrata 545.10
 Tormentorum bellicorum uis mirabilis, descriptio 553.10
 Trabs ex solido auro in templo Hierosolymitano 300.10
 Trachonitis bis deficientes ab Herode, rediguntur sub imperium 348.40
 Trachonitis regio 11.30
 Trachonitis latrocinia et quomodo ab Herode sublata 337.30. 338.20
 Traianus decime legionis rector contra Iapham ciuitatem à Vespasiano missus 555.20. Tiberiadem missus ut ciuium animos experiretur 561.50. ad Titum Taricheas missus 563.6. cunctis trans Iordanem deuictis se Vespasiano iungit 584.10
 Trebellius Maximus 414.5
 Troglodytarum foeminae gregum curam gerunt 41.40
 Troianarum rerum notatio 656.10
 Tryphonis scurra dictum in Hyrcanum 257.10
 Trypho tonsor garrulitatis penas luit 361.40. et 456.10
 Tymius Cyprius 391.20
 Tyrannidis natura 433.40
 Tyrannus, Herodis stipator falso accusatur 358.20. 494.40
 Tyrannus et Priscus praefecti castrorum cum pluribus equitum magistris à Floro pecunia corrupti 536.30
 Tyridates rex Armenia ferme in acie ab Alanis captus effugit 647.6
 Tyriorum in re nauali peritia, et pugna contra Assyrios 209.20
 Tyrij Iudeos apud se habitantes partim uinctos custodie tradunt, partim trucidant 533.30
 Tyriorum publicae litterae et historiae 661.20
 Tyronis libertas in loquendo quando ipsi malo fuerit 361.40
 Tyrus, aedificium Hyrcani filij Iosephi 258.20
 Tyrus quando condita 167.20

V

Valerianus Decadarchus Tiberiadē missus à Vespasiano ut populum

conciliaret 561.20
 Valerius Asiaticus 410.10. 417.20. eius generosum dictum 412.30
 Valerius Gratus Iudae praeficitur 386.4
 Vardanes Artabani filius Parthorum rex bellum Izatae indicit occiditque 427.1
 Varus Syriae praefes 501.10. 506.20. 507.40. quid gesserit in Iudaea 509.10
 Varius Agrippae iunioris regie praefectus eiusque malitia 439.30
 Vari procuratoris Agrippae perfidia et crudelitas in legatos Bataneorum 533.40
 Vasse regina uxor Artaxerxis 237.30. incidit in regis indignationem et repudiatur 237.50
 Velum tabernaculi et templi 56.10
 Veneficiorum poena 84.50
 Ventidius dux Rom. quomodo se gesserit in bello contra Antigoniū 313.50. 478.10. et 480.10
 Ventriloquorum uaticinia qualia 132.20
 Veranius trib. plebis 416.20
 Veritatis potentia omnium summa 230.20
 Vespasiani et Titi erga Iudeos animi quales 252.40
 Vespasianus cum Agrippa in Iudaeam uenit 456.40. et 457.10
 Vespasiani imperatoris laudes, et expectatio in Syriam 543.20. 544.20. Scaphoritis auxiliatur 545.40. gesta eius in Iudaea passim habentur 547.548. usque 553. et 557.559.560.561.562.563.564. usque 570. et 580.581. usque 585. et 588. usque 592.611.20. 639.40. 640.30. 642.20. 643.20. 646.4
 Vespera, quae diei pars 3.6
 Victime salutares 61.4
 Victime sint integre 64.40
 Vicus in Galilea minimus, supra quindecim milia colonorum habet 545.4
 Vindex cum optimatibus Galliae à Nerone deficit 583.40
 Vini potentia 229.20
 Vir statura sex cubitorum, et senis digitis in manibus et pedibus 156.30
 Vite humanae terminus 6.11
 Vitellius Syriae praefes Iudeis impetrat rursus stola pontificiae custodia 340.30. 389.10. beneficus est in Iudeos ibid. adigit Iudeos in fidē C. Caligulae 390.1. exiit provincia 398.40
 Vitellij pugna circa capitolium 586.5.592.30. mors ibidem
 Vitellij uictoria apud Bebricum contra Othonem 588.1
 Vitellius cum exercitu ex Germania Romanam proficiscitur 589.50
 Vitellius Caecinnā cum magna manu Antonio Primo obueniā mittit 591.40. eius exercitus totus deletus ibid. 592.30
 Vitri apud Memnonis sepulcrum natura miraculosa 516.10

Volumnius

INDEX IN IOSEPHVM.

Volumnius, Syriæ præses 356.20. eius
sententia in Herodis filios 361.9.495.

Vologesus Parthorum rex 427.3. Tuo
auream coronam mittit ob deuictos lu
deos 641.40

Vonones Parthorum regnum. consequi-
tur: 386.50. amittit ibidem.

Vna dies, pro prima dies 3.5.

Vra, Chaldeorum urbs 11.40

Vrie iustus & quomodo à Dauide peric-
ulis fuerit obiectus ut occideretur
145.20

Vrhem quis primus condiderit, & insus-
tuit 5.30

Vses Damasci conditor 11.30

Vxores plures permutere Iudeorum le-
ges 363.50

Vxores quando, & quales ducende 83.1

X

Xaloth uicus 544.40

Xanthius mensis 7.4.45.20.63.8

Xerxes Darij filius paterni regni bares.
in Iudeos beneficus, quicquid pete-
runt Ejdras & Neemas gentis sue no-
mine concedit 233.234. 235.236.237.
per totum. ei mortuo succedit filius
Artaxerxes 237.20

Z

Zabadis magistratus 191.40

Zabelus dynasta 276.5

Zabulonis natiuitas 22.30. filij 35.50:

Zabulon ciuitas Galiliæ à Cefuo directâ
& incensa 535.3

Zabulonitarum fors 93.1

Zacharias Hieroboami filius patri in re-
gnum succedit 204.50. sexto regni
mense occiditur ibidem

Zacharias Ioadi pont. filius in ipso templo
lapidibus obruitur 202.19. 579.50

Zacharias propheta 232.30

Zacharias supremus Israelitarum: dux
Amian Achaze filium superatū trui-
cidat 206.40

Zamares Elanum regem cum uniuerfa
familia tollit, & se regem constituuit,
quo regno septem diebus potius seip-
sum exurit 183.40

Zamaris Babylonij gesta & posteritas.
364.20. & 365.10

Zambrias alienigenæ se miscens & Moy-
si obloquens occiditur à Phinee 77.10.

Zareus Aethiopum rex Afano bellum in-
ferens vincitur. 182.40

Zaraza Amanis uxor mali consilij mari-
to auctor 240.20

Zebis dux captus 101.50

Zelotæ cum Idumæis plebem mactant
579.10

Zelotæ insidiis uxore Simonis Gioræ ra-
piunt 587.40. metu percussam re-
mittunt ibidem.50

Zelotarum donatio, causa excidij Hie-
rosolymitani 592.10

Zelotarum scelera facta repetita 647.
50. corum immunia supplicia ibidem

Zenon Cotyla Philadelphensium tyranni-
cus 282.40. & 462.30

Zenodorus Trachonitarum præfectus, la-
trociniorum fautor, ditione priuatur
337.20. 485.40. moritur 338.20

Zibus rex occisus 101.50

Zipheni Dauidem Saulo prodere conan-
tur 128.42

Zona pontificis qualis 58.3

Zoor ruseulum 15.10

Zopyrion Grecus non obiter Iudeorum
mentionem facit 666.40

Zorobabel soluta questione Darium uo-
ti comone facit 210.10. reducit Hie-
rosolyma dimissos à Dario Iudeos, eisque
patrocinator 230.30. principes Iudeo-
rum captiuorum 227.25. 229.8. 231.22

F I N I S.

